C. ex. N. 38
Kreisbibliothek Regensburg
4° Jur
1404
Leiser


Gõdofredi Christiani
LEYSERI
Ius Georgicum
Sive
Tractatus de Prædiis

GODOFREDI CHRISTIANI LEISERI,
CONSIL. STOLBERG. ET HÆREDITAR. IN ROTHERMARCK. &c.

JUS GEORGICUM,

SIVE

TRACTATUS DE PRÆDIIS,

IN QUO

UNIVERSUM JUS PRÆDIORUM ET PERTINENTIARUM

EX

JURE GENTIUM, PUBLICO, FEUDALI, ROMANO-GERMANICO,

NEC NON

E SCRIPTORIBUS HISTORICIS, POLITICIS ET OECONOMICIS DEDUCTUM, EXPLICATUM, FIGURISQUE ÆNEIS ILLUSTRATUM EST.

EDITIO TERTIA.



Ex Libris Gr. Pet. Thad. Weber Satrapae in Motten

LIPSIÆ,
Sumtibus HÆREDUM LANCKISIANORUM,
ANNO MDCCXLI.

Kreisbibliothek Regensburg

PERILLUSTRI
ATQUE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
JOANNI CHRISTIANO
AB HENNICKE
DYNASTÆ IN WIEDERAU &c.
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
POLONIARUM REGI ET ELECTORI SAXONIÆ
A CONSILIIS SANCTIORIBUS
CAMERÆ REDITUUM REGIORUM
VICE-PRÆSIDI
CAMERÆ EPISCOPATUS NUMBURGENSIS
ET MARTISBURGENSIS DIRECTORI
DOMINO SUO GRATIOSISSIMO
QUOD TERTIUM EDI CURAVIT
LEISERI
JUS GEORGICUM
OBSEQUIOSISSIME OFFERT
THOMAS HAYME, D.



PER-ILLUSTRIBUS, EXCELLENTISSIMIS AC GENEROSISSIMIS, UNIVERSÆ REI TRIBUTORIÆ PROVINCIALIS SUPREMARUMQUE RATIONUM

DIRECTORI

CÆTERISQUE

SUMMIS MODERATORIBUS,

DOMINIS MOECENATIBUS ET PATRONIS MEIS COLENDISSIMIS.

CUm in primordio Mundi Deus rerum Conditor, insigni divinæ liberalitatis suique erga humanum genus amoris exemplo, primis nostris Parentibus jus in Orbem terrarum donasset, & duo soli ac perpauci aliquamdiu extitissent, tantum fuit vacui in hoc Orbe & in rebus conditis tanta utilium & bonarum rerum ubique affluentia, ut singuli homines de communi sine alterius injuria sumere possent, quantum flagitante necessitate vellent: At postquam terra multitudine hominum frequentari cœpit, recta ratio usu & experientia confirmata docuit, aut diu stare non posse genus humanum, aut in his quæ colerentur suum cuique constituendum, quod quisquam privatim sibi coleret, quoque aliis sine consensu & voluntate domini pervenire non liceret. Quousque enim communio manebat, alterutrum futurum erat, aut ut terra propter quorundam desidiam, & cessationem ab aliis quoque negligeretur, ac

 inculta

inculta jaceret, aut ut quibusdam colentibus & laborantibus alii, qui nihil attigissent, in partem commodorum venirent, & alienis laboribus sine ullo suo damno aut periculo fruerentur: Eventurum hoc quoque videbatur, ut qui ex parte coluissent, si essent cupidi & potentes, facile majorem partem ad se traherent, imbecilliores egerent, & opprimerentur. Hinc primum Dominia, hinc Territoria ab invicem separata, hinc Prædiis termini positi.

Primi vero hi mortalium ita Prædiorum culturæ erant dediti, ut nec Reges puderet huic studio operam impendere, & Illustrissimus quisque pastor esset aut agricola: Ex diligenti siquidem cultura agrorum utilitas ad totam Rempublicam redundat, quæ florente ea, haud secus floret, econtrario vero neglecta ea, facile annonæ aliarumque rerum, quibus indigemus, caritas subsequitur, detrimentumque affert.

Quod si & alterum, quo nititur Respublica, fundamentum, quodque artibus Mechanicis continetur, curatum fuerit, fieri vix aliter poterit, quin omnia bene feliciterque sese habeant; Quicquid enim Mechanicus acquirit, id rursus pro comparandis sibi necessariis Colono offert, Colonus iterum id Domino suo, Dominus Mercatori, Mercator vero id rursus Mechanico exsolvit, per quem veluti fluxum & refluxum, & ut sic dicam, circulationem perpetuam, anima Reipublicæ tanquam corpus humanum per sanguinem augetur, & omnino conservatur.

Vos autem estis, PATRES PATRIÆ, qui maximum momentum saluti harum Regionum æquabili Rei Tributoriæ dispensatione affertis: Vastatis enim longe lateque per tricennale bellum hisce Provinciis, ita rursus sub quatuor JOHANN GEORGIIS, Serenissimis Electoribus nostris, Res Georgica artesque Mechanicæ, Vobis PATRES PATRIÆ ad clavum Reipublicæ sedentibus, incrementa ceperunt, ut jamjam sub Potentissimo Rege & Electore nostro FRIDERICO AUGUSTO, Domino nostro omnium Clementissimo in pristinum ac florentem statum restitutæ ac redintegratæ sint.

Quoniam vero VOS PROCERES semper gratiosos & benignos in meis desideriis expertus sum, merito VOBIS, qui in partem curarum publicarum & Oeconomiam harum Provinciarum adsciti estis, ut publica hac veneratione pietatis erga VOS testimonium aliquod exstet, hocce opus Juridico-Oeconomicum dedicare volui ac debui, annexo petito, ut levidense hoc munus benevole suscipere & in posterum in favore patrocinioque vestro gratiose ac benigniter me conservare velitis: Sanctissimum NUMEN devote ac reverenter venerans, ut splendidum & cum publica Patriæ salute conjunctum hoc Collegium sub tranquillo Regimine Gloriosissimi Regis & Electoris nostri in præsidium totius Electoratus per multa secula servet nobis, salvumque præstet.

VESTRARUM PER-ILLUSTRIUM EXCELLENTIARUM

ADDICTISSIMUS SERVUS

GOTHOFREDUS CHRISTIANUS LEISERUS.

VIRO

VIRO NOBILISSIMO DOMINO GOTHOFREDO CHRISTIANO LEISERO,

HÆREDITARIO IN ROTHERMARCK ET DITTGERODA, S. D.

CONRADUS SAMUEL SCHURTZFLEISCHIUS.

Res rustica delectat plurimum, & suavitatis plena est, nec indigna liberali homine, qui omnes, præsertim domesticas, fortunas sapienter constituit, & honesta familiæ commoda diligenter curat, ac recte moderatur. In qua Cato quidem Princeps extitit, nec minus doctrinæ, quam agricolendi laude floruit, & fundos obiit, atque in Prædiis versatus est, neque tamen Urbis & fori negotia omisit. Non aspernatus est mercaturæ studium, sed pium & plenum innocentiæ quæstum omnibus aliis compendiis prætulit, eoque vitæ genere non obscuravit laudem boni Senatoris. Cujus monumenta virum administrandi peritum, & cavendi gnarum declarant, in quibus nunc de agricultura præcipit, nunc officii admonet Villicos, & ad rationem operis operæque revocat, atque in eo munere fidem præcipue ac diligentiam requirit. Quibus rebus magnum in Urbe nomen obtinuit, nec modo ad summam usque senectutem, sed quoad vixit semper, & ad ultimum adeo vitæ diem, quæ agro & Prædiis usui forent, comparavit sedulo & curavit, haud ignarus, quid constituisset olim & sanxisset æternæ Urbis conditor & parens Romulus, neque immemor Veterum, qui auctoritate & gratia floruerunt Quiritium, ab agro ad capessendas dignitates accitorum, sæpe ex agricolis fortissimi milites evaserunt, nec varia cœli temperie mutarunt animos, neque ornamentis & majorum imaginibus spoliarunt; usque eo, ut multi ab ineunte ætate hanc vitæ conditionem in beneficio & gratia poscerent, & quamvis inviti, etiam foculo assidentes, non tamen fumo fuligineque obsiti ab ea recederent, atque in lucem prodirent. Post Catonem eam ad rem aggressi sunt Sersennæ duo, Scropha, Tremellius, Varro, Columella, Cornelius Celsus, novissime Plinius, summæ Vir diligentiæ, & immensæ prope, secus atque vulgus existimat, doctrinæ. Græcorum non consector exempla, vel remota nimis, vel usu contrita, sed vix inficiari possum, Romanos ab his pleraque sua mutuatos, & studio quoque ac æmulatione scribendi incensos. Utrosque secuti sunt Galli dudum, & Itali, vicinique & elegantes Belgæ, qui nihil prius hac parsimoniæ Magistra habuerunt, & facultates ab initio exiguas & per se tenues, prudentiæ ope & usu non auxerunt modo, sed etiam conservarunt, aliqui etiam scriptis consilia, & animi

ſenſa apte, & ad hoc argumentum accommodate ſatis aperuerunt. Haud aliter Germani numero quidem pauciores, ſed arte & auctoritate nihilo inferiores, id perſecuti ſunt, & in Jure etiam ad agros Prædiaque pertinente omnes ingenii & induſtriæ nervos contendere voluerunt, alii in votis acquieſcendum rati enixiſſime optarunt, ejus ut perficiendi aliquando ſibi daretur facultas. Quas partes tandem magno labore & multorum ſtudio annorum ſuſcepiſti hoc libentius, quo liberius, ac magis vacuum a negotiis tempus fortuna tibi reliquit, cum talis tantique Operis elaborandi gratia ipſum te tibi redderes quodammodo ac vindicares. Ex quo enim uſus conſuetudoque mihi tecum interceſſit, non minus vim ingenii, quam diligentiam perſpexi, ex eaque auguratus ſum perpetuam tibi laudem, & recuperatam Juri prædiatorio dignitatem. Hæc una ratio nos conjunxit, & amicitiam conciliavit ſanctiſſimam, cum ab Italia Galliaque reduces, alter alteri exponeremus libenter ac prompte quid vidiſſemus memorabile, quidve ſtudiis & vita dignum ſepoſuiſſemus. Non te hæc opinio fefellit, nedum operæ pœnituit, quam erudite & utiliter ſi quisquam alius collocaſti, & uno volumine magnas doctrinæ opes cumulaſti feliciter & condidiſti: tantum abeſt, ut invideres nobis, quos collegiſti theſauros, ut quoque rogantibus amicis erudito orbi ſuppeditares. Cum enim alii rationes hujus inſtituti multo aliter ineunt, & lucro metiuntur; tum æquiorem te, & boni publici cupidiorem omnes ſciunt, & ultro confitentur. Quo ſane inſtituto majorum te ſimilem præbes, quos Saxonia benigne accepit, & liberaliter habuit, ac ſocietate laudis conjunctos amanter fovit, nec de generis ſplendore quicquam detraxit, alios evexit ad honores ſummos, alios beneficiis ornavit maximis, neminem a ſe dimiſit cum acerbitate. Te ipſum retraxit & grata revocavit in patriam, ut provinciam, ſi uſus veniret, capeſſeres honore tuo & publica expectatione dignam. Ego, quod reliquum eſt, ad optimas patriæ partes accedo, & lætus ſpecto gratum illud, atque ab animo diffuſum virtutis doctrinæque tuæ lumen, nulla temporum caligine obſcurandum. Ita Te DEUS ſervet, & incluti generis nomina nunquam obſoleſcere, nec meritorum deinceps gloriam emori patiatur.

Dabam Vitenbergæ ipſis Idibus Martii

cIↃ IↃC XCVIII.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO SALUTEM!

INter tot cumulata hucusque Jurium Systemata atque Collectiones, prodit tandem etiam in lucem hic, quem conspicis, multorum Annorum labor, Tractatus nempe Juris Georgici. Non illud mihi vanæ ambitionis studium, ut adaugens nova mole Bibliopolia superbiat inter Jureconsultorum Illustrium, queis longe sum inferior, nomina gratiamque ibi, aut aliquam laudem mihi fœneretur, quippe qui meæ tenuitatis optime conscius procul illud habeo. Vitæ potius, cujus amantissimus sum, inter ruris amœnitates simul ac curas degendæ ratio publicoque inserviendi desiderium addidere semper stimulos, ut rem hanc molirer forte temerariam, viresque meas longe supergressam, a non paucis tamen, quod scio, desideratam. Si enim inter desiderata Ethices Perillustris Baco de Verulamio retulit Vitæ Georgica, cui satisfaciendum existimavit celebris Francofurtensium Professor, Arnoldus VVesenfeld, in eleganti, quod Georgica Vitæ inscripsit, opere; a multis etiam fuisse desideratam Juris Georgici Collectionem memini, quorum tamen desiderio vix parem exhibere laborem valeo. Curiosa vidit magnoque suscepit applausu orbis eruditus Liberi Baronis ab Hochberg Georgica. Sicut autem longe diversum mihi ab ipso studium, ita similem huic fœtui haud possum felicitatem polliceri. Licet enim quædam haud injucunda contineat, dum inprimis, ut alia taceam, venationis, aucupii metallorumque amœnitates perscrutatur, ea tamen omnia curiosorum nomen vix merebuntur. Ulterius hinc etiam progredi placuit, ac jucundis immiscere utilia, ne dicam necessaria, dum jura potissimum, quæ circa prædia resque eo pertinentes agrarias versantur, satis prolixe exhibentur. Non defuere quidem hactenus Jurisperiti, qui nobilem impenderunt operam prædiis, eorundem apparatui Juribusque, quæ in iis exercentur. Pauci tamen adeo sunt (forte cum Trebonianus veterum de re rustica scita neglexerit,) qui justo ordine conjunctim omnia pertractarint, ut Gerhardus Feltmannus in Jure suo Georgico solius Constantini Harmenopuli manibus referat gratias, quod is Leges Justiniani Georgicas memoriæ nostræ prodiderit. Quemadmodum vero in utroque horum multa desiderantur breviterque sunt proposita, ita uberiorem nobis tractationem reservatam omnino vidimus, quæ circa id inprimis occupatur, ut dispersa nec ubivis obvia, a nonnullis autem fuse vel confuse pertractata, in justum Volumen nova hac methodo coirent. Hinc spero fore, ut tot Rei agrariæ Studiosi, præsertim ii, quorum illustris quandoque Dignitas ad instar Solis inter Prædiorum possessiones splendet, favore suo velut quodam ramorum nexu opus hoc sint contecturi. Pleraque eorum, quæ protuli, parva forsitan & levia videri non sum nescius, non tamen etiam deerunt utilia; temporumque nostrorum consuetudini optime applicanda. Multus sane Judicum etiam Illustrium circa definiendas res agrarias labor, dum tanta inter earum cultores semper est contentio.

Quas lites non movet prædiorum possessio, successio, finiumque determinatio? Quæ oriuntur propter animalium damna juraque controversiæ? Pertinentiæ prædiorum, immunitates ac Regalia quam fora exerceant, in confesso est. De utilitate inde hujus argumenti pauci, quod spero, dubitabunt. Ejus vero pertractationem si spectes, scribendi genere usus sum plano & simplici, nec ad veteris Latii elegantiam composito, quæ forte celebrem Jureconsultum Modestinum impulit, ut notis illustraret Virgilii Georgica. Sed illud ipsum convenientissimum instituto ratus, cum & videam Architectos in construendis prædiis rusticis non ordinem Columnarum Corinthium vel Romanum, sed Tusculanum sive rusticum adhibere. Præcipuum perspicuitatis pretium in styli simplicitate consistere in propatulo est, si omnibus tractationis argumentum se debet insinuare. Pars, dicit Palladius in Præfatione Operis Oeconomici, prima Prudentiæ est, ipsam cui præcepturus sis, æstimare personam. Neque enim formator Agricolæ debet artibus & Eloquentia Rhetores æmulari. Nulla hinc invenies hic verborum lenocinia, siquidem non scholæ scribendum esse duxi, sed Vitæ. Huic ergo ut inservirem eo melius, nomina semper addidi atque Autoritates Virorum Civilis Vitæ, Jurisque experientissimorum, cum sine iis perfici institutum haud potuerit. Non tamen fuit tanta eorum autoritas, ut aut rationes vicerit, aut legem. Tu autem L. B. omnia judicabis secundum leges Favoris & Amicitiæ, corrigesque benigne vitia typographica, quæ contra impressionis leges irrepsere. Isthoc pro judicio me habebis devinctissimum. Vale. Scribeb. in prædio Rothermarck ipsis Idib. Mart. A. O. R.

cIↃ IↃc xcviii.

SERIES

SERIES CAPITUM QUÆ IN HOC OPERE PROPONUNTUR.

LIB. I.

CAP. I.
De Prædiorum Cultura.

CAP. II.
De Prædiis in genere.

CAP. III.
De Prædiorum Conſtitutione.

CAP. IV.
De Prædiis Urbanis.

CAP. V.
De Prædiis Ruſticis.

CAP. VI.
De Prædiis Romanorum præcipuis & eorum Denominatione.

CAP. VII.
De Prædiorum ſtructura & Situatione.

CAP. VIII.
De Ruſticatione Veterum.

CAP. IX.
De Prædiis Liberis & Allodialibus.

CAP. X.
De Prædiis Solaribus.

CAP. XI.
De Prædiis Nobilibus.

CAP. XII.
De Prædiis Eccleſiaſticis & Precariis.

CAP. XIII.
De Prædiis Munitis & Caſtris.

CAP. XIV.
De Prædiis Feudalibus.

CAP. XV.
De Prædiis Emphytevticis.

CAP. XVI.
De Prædiis Libellariis.

CAP. XVII.
De Prædiis Curmedicis.

CAP. XVIII.
De Prædiis Cenſualibus.

CAP. XIX.
De Prædiis Superficiariis.

CAP. XX.
De Prædiis Locatis & Admodiatis.

CAP. XXI.
De Prædiis Perpetuæ Coloniæ.

CAP. XXII.
De Prædiis ad Affictum datis.

CAP. XXIII.
De Prædiis Partiariis.

CAP. XXIV.
De Prædiis immediate Imperio ſubjectis.

CAP. XXV.
De Prædiis Landſaſſicis.

CAP. XXVI.
De Prædiis Schrifftſaſſicis & Ambtſaſſicis.

CAP. XXVII.
De Prædiis Ruſticorum per Germaniam.

CAP. XXVIII.
De Prædiis Cotſaſſicis.

CAP. XXIX.
De Prædiis Majoratus.

CAP. XXX.
De Prædiis Minoratus.
CAP. XXXI.
De Prædiis in Apanagium conceſſis.
CAP. XXXII.
De Prædiis Uſufructuariis.
CAP. XXXIII.
De Prædiis Dotalibus.
CAP. XXXIV.
De Prædiis Paraphernalibus.
CAP. XXXV.
De Prædiis Dotalitiis.
CAP. XXXVI.
De Prædiis ad Morganaticam datis.
CAP. XXXVII.
De Prædiis Civitatum.
CAP. XXXVIII.
De Prædiis Minorum.
CAP. XXXIX.
De Prædiis Communibus & Ganerbicis.
CAP. XL.
De Prædiis Pignoratitiis.
CAP. XLI.
De Prædiis Retrovenditioni obnoxiis.
CAP. XLII.
De Prædiis Alluviis.
CAP. XLIII.
De Prædiis Optimis Maximis.
CAP. XLIV.
De Prædiis Domanialibus.
CAP. XLV.
De Prædiis Inſtructis.
CAP. XLVI.
De Prædiis Deſertis.

LIB. II.

CAP. I.
De Domino Prædii.
CAP. II.
De Præfecto Prædii.
CAP. III.
De Villico.
CAP. IV.
De Campario & Saltuario.
CAP. V.
De Servis & Famulis.
CAP. VI.
De Agricolis.
CAP. VII.
De Hominibus propriis.
CAP. VIII.
De Paſtoribus & Opilionibus.
CAP. IX.
De Re Pecuaria.
CAP. X.
De Jure Animalium.
CAP. XI.
De Pignoratione Animalium.
CAP. XII.
De Equis.
CAP. XIII.
De Bobus.
CAP. XIV.
De Ovibus.
CAP. XV.
De Capris.
CAP. XVI.
De Porcis.
CAP. XVII.
De Canibus.
CAP. XVIII.
De Anſeribus.
CAP. XIX.
De Gallinis.
CAP. XX.
De Columbis.
CAP. XXI.
De Apibus.

L I B. III.

CAP. I.
De Pertinentiis Prædiorum.

CAP. II.
De Regalibus Prædiorum.

CAP. III.
De Jurisdictione Prædiorum.

CAP. IV.
De jure Patronatus.

CAP. V.
De Pagis.

CAP. VI.
De Agris.

CAP. VII.
De Hortis.

CAP. VIII.
De Vineis.

CAP. IX.
De Pratis.

CAP. X.
De Pascuis.

CAP. XI.
De Sylvis.

CAP. XII.
De Venatione.

CAP. XIII.
De Aucupio.

CAP. XIV.
De Piscatione.

CAP. XV.
De Molendinis.

CAP. XVI.
De Pistrinis & Furnis.

CAP. XVII.
De Torculis.

CAP. XVIII.
De Balneis.

CAP. XIX.
De Hospitiis.

CAP. XX.
De Tabernis Vinariis.

CAP. XXI.
De Tabernis Cerevisiariis.

CAP. XXII.
De Tabernis Vini Adusti.

CAP. XXIII.
De Decimis.

CAP. XXIV.
De Metallis.

CAP. XXV.
De Metallis quibusdam ignobilioribus, item Lapidicinis, Laterariis & Calcariis.

CAP. XXVI.
De Vectigalibus.

CAP. XXVII.
De Operis Rusticorum.

CAP. XXVIII.
De Servitutibus Prædiorum Rusticorum.

CAP. XXIX.
De Itinere.

CAP. XXX.
De Actu.

CAP. XXXI.
De Via.

CAP. XXXII.
De Via Publica.

CAP. XXXIII.
De Aquæductu.

CAP. XXXIV.
De Aquæductu Publico.

CAP. XXXV.
De Jure Grutiæ.

FIGURÆ ÆNEÆ IN HOC OPERE CONTENTÆ.

I. Figura Titulum, ſimulque ſub imagine Floræ, Cereris, Pomonæ & Dianæ quatuor anni tempora, variaque objecta Georgica exhibens.

II. Figura Hieroglyphica ex veteri marmore, Officium boni Coloni deſignans ad Lib. I. Cap. I. n. 68.

III. Prædium Mœcenatis Tiburtinum, Cæſaris Auguſti deliciæ ad Lib. I. Cap. 6. n. 15.

IV. Schema Alluvionis, quomodo diviſio Inſulæ, alluvionis & alvei inter vicinos inſtituenda. ad Lib. I. C. 42. n. 41.

V. Agri Romanorum, & quomodo Coloniis eorum facta diſtributio ad L. III. Cap. 6. n. 14.

VI. Res derelictæ pauperibus in agris Hebræorum, Item forma Quincuncis in locatione arborum olim obſervata ad L. III. C. 6. n. 72.

VII. Forma Piſcium & Cancrorum in qua magnitudine capi, item retia confici debeant ad Lib. III. Cap. 14. n. 27.

VIII. Tres Fodinæ Metallicæ, & quomodo menſuratio earum inſtitui debeat ad Lib. III. Cap. 24. n. 90.

I. N. D. N. J. C.

JURIS GEORGICI LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

DE PRÆDIORUM CULTURA.

SUMMARIA.

1. *Agriculturæ dignitas.*
2. *Omni tempore fuit æstimata.*
3. *Exempla ex sacris literis.*
4. *Exempla ab Ethnicis petita.*
5. *De Hercule, Baccho, & Venere.*
6. *De Cyro, Abdolonymo, Primislao, Diocletiano & Attalo.*
7. *De Alexandro M. Agamemnone & Antonino Pio.*
8. *Salomon de Cedro usque ad hyssopum disseruit.*
9. *Quidam ex herbis immortalem gloriam compararunt.*
10. *Gentiana, a Gentio, Illyricorum Rege, inventa.*
11. *Lysimachia a Lysimacho.*
12. *Helenium ab Helene.*
13. *Artemisia a Mausoli uxore.*
14. *Quidam ob agriculturam inter Deos relati.*
15. *Prisci non ex auro & gemmis, sed ex arboribus faciebant coronas.*
16. *Alexander M. Persea arbore coronari solitus.*
17. *Romani Imperatores Laurea.*
18. *Testimonium Platonis & Aristotelis de agricultura.*
19. *In Græcia Illustrissimus quisque Agricola, aut Pastor fuit.*
20. *Plus 50. ex Græcis de Agricultura scripserunt.*
21. *Academia Athenis in suburbio erat.*
22. *Laidis Cyrenæi in hortis schola fuit.*
23. *Theophrastus Hortum Philosophantibus reliquit.*
24. *Democritus sub Platano Philosophiæ operam dedit.*
25. *Philo Judæus juxta maria philosophatus est.*
26. *Palæmon in hortis docebat.*
27. *Romani virum bonum cum laudabant, bonum agricolam appellabant.*
28. *Imperatores Romani ipsi agros colebant.*
29. *Senatus Romanus in agris morabatur.*
30. *Cincinnato aranti Dictatura oblata.*
31. *C. Marius Agricola fuit.*
32. *Calatinus ex agro ad dictaturam vocatus.*
33. *Cicero Academiam in villa habuit.*
34. *Varro in villa Jura Populo Romano meditatus est.*
35. *Portii Catonis agricolandi studium.*
36. *Plinii testimonium.*
37. *Fabii, Lentuli, Cicerones a leguminibus appellati.*
38. *Bubulci, Tauri, Portii, a pecoribus.*
39. *Legislatores Rei rusticæ prospexerunt.*
40. *Nec non barbaræ gentes.*
41. *Utilitas ex agricultura ad totam Rempublicam spectat.*
42. *Agricolæ ab oneribus publicis exemti.*
43. *Nec tempore belli debent molestari.*
44. *Ne scilicet annonæ caritas subsequatur.*
45. *Apud Indos bellum agricolis non nocet.*

46. *Nebuchodonosor, Cyrus, aliique agricolis pepercerunt.*
47. *Romani eis magna privilegia concesserunt.*
48. *Ultra animi voluptatem etiam domus augmentum continet.*
49. *Romani tranquillitatem in secessu quærebant.*
50. *Flacci testimonium de hac re.*
51. *Nonis modo diebus rebus urbanis, cæteris rebus rusticis erant dediti.*
52. *Romæ vita inquietissima.*
53. *Chrysippum assidua salutatio ad mortem perduxit.*
54. *Res suas vendentium clamores valde molesti.*
55. *Plinii testimonium de tranquillitate vitæ rusticæ.*
56. *Item Ciceronis.*
57. *Veritas indagatur per eam.*
58. *Abscondere solet paupertatem.*
59. *Urbs vero scatet ambitione & æmulatione.*
60. *Tibulli testimonium.*
61. *Ruricolæ ne optare aurum audent.*
62. *Sunt candidi animi.*
63. *Nec invidi.*
64. *Astrorum sunt observatores.*
65. *Hæc vita solitaria ducit mentem ad cœlestem contemplationem.*
66. *Rurigenæ puriore & tersiore sunt ingenio.*
67. *Nobiles Germaniæ hanc beatitudinem amplectuntur.*
68. *Ciceronis testimonium.*

1 Omnium certe rerum, exclamante
Cicerone, ex quibus aliquid ac-
quiritur, nihil est Agricultura
melius, nihil uberius, nihil dul-
cius, nihil homini libero dignius, cui jure
optimo addere liceat, nihil ad corporis vale-
tudinem salutare magis, nihil ad animæ secu-
2 ritatem magis proficuum. Hanc enim quo-
vis tempore in magno fuisse pretio, tam sa-
3 cræ, quam profanæ testantur Historiæ. DEus
namque ipse plantavit hortum in Eden,
omnes arbores & fructus sancta produxit sua
manu, & Christus ait: Ego sum vitis vera,
& Pater meus agricola est. Adamus certe
in mundi primordio Deo mandante post
lapsum abiit ad colendos agros, sic Abraham,
Jacob, Moyses, ut & primi Israëlitarum Re-
ges ac illustrissimus quisque, aut pastor fuit,
4 aut agricola. Quo studio, qua industria
etiam apud moratiores gentes semper fuerit
exculta agricultura, innumera extant histo-
5 riarum testimonia. Herculem sua manu quer-
cus sevisse, scribit Plinius *Lib. 16. cap. 44.*
Libero Patri fabulæ fructuum inventum tri-
buunt, ut & a Venere Punicum satum in
6 Cypro memorant. Cyrum Agriculturæ ap-
prime deditum fuisse, refert Cicero de Se-
nectute. Abdolonymus inter sulcos cum
versaretur, Regiæ majestatis insignia abs Ty-
riis oblata suscepit. Primislaum ab aratro ad
regiam dignitatem vocatum fuisse Bohemica-
rum rerum tradunt Scriptores. Eodem opere
Diocletianus Imperator & Attalus Rex Per-
gami occupati fuere, quorum prior Imperio,
Imperiique purpura depositis, se contulit ad
tranquillitatem rei rusticæ, alter vero omissa
Regni administratione hortos fodere cœpit,
7 & gramina seminare. Alexander Magnus
Arachosios Populos agriculturam docuit,
Plutarcho memoriæ mandante. Delphicam
platanum Agamemnonis manu satam tradit
Plinius. Antoninus Pius, autore Capito-
lino, agriculturæ diligens fuit. Salomon, 8
qui doctissimus & sapientissimus fuit, de ce-
dro usque ad hyssopum disseruit. Nonnulli 9
quoque virtutes herbarum investigarunt, &
inde immortalem gloriam sibi compararunt.
Gentiana, ab Gentio Illyricorum Rege in- 10
venta & culta, æternum Regis nomen tenet;
Lysimachi Macedoniæ Regis Lysimachia; 11
Helenium Helenes inventum, adhuc Hele- 12
nes nomen retinet; ab Artemisia, Mausoli 13
Regis Cariæ Uxore, suum nomen Artemisia
habet. Ceres ob frumenti inventum inter 14
Deos habita, Bacchus ob vini, Circe ob egre-
gium herbarum munus Solis filia, & divina
potius quam mortalis habita est. Prisca 15
etiam ætas ad dignitatem honestandam, non
auro, gemmis, vel re aliqua pretiosiori, sed
ex arboribus honorari debere existimavit Re-
gum magnorum coronas. Sic in certamini-
bus, ludis & sacris Victores insigniebantur;
Sic & Poëtæ. Alexander Magnus, qui 16
Darium Persarum Regem bis bello supe-
ravit, Persea arbore coronari solitus est,
in Atavi sui honorem, qui hanc arbo-
rem e Perside Memphim transtulerat. Cæ- 17
sarem post civilia bella in urbem reversum,
ut aliqui eum Regem exprimerent, ejus ima-
ginem lauro coronarunt, inde post victorias
obtinuit, ut corona laurea ornari perpetuo
liceret eos, qui de ludis vel hostibus victo-
riam exportarunt. Optimum illum esse po- 18
pulum, qui ex agricolis constaret, & sine hoc
genere hominum, tam industrio, & Reipu-
blicæ fructuoso, Civitatem bene beateque
habitari non posse summi Philosophorum,
Plato & Aristoteles, judicarunt; hinc quo- 19
que apud antiquos Græcos Illustrissimus
quisque agricola erat vel pastor, ex quo alios
polyar-

polyarnas, alios polymelas, alios polybutas
vocarunt, a multitudine sc. agnorum, ovium
ac boum.
20 De Agricultura plus quinquaginta ex solis
Græcis scripsisse, testis est Varro *de Re Rust. Lib. I. c. I.* Imo ipse Imperator Constanti-
nus IV. ejusdem argumenti librum post se
reliquit. Nec defuere Philosophi, literati-
que Viri, qui in rus animi causa secesserunt,
ut nimirum mens solutior, & quietior in pro-
21 fundarum causarum indagine esset. Unde
Academiæ locus Athenis in suburbio erat,
quam Cimon riguis & umbrosis deambulacris
exornavit, ut in ejus vita Plutarchus narrat.
22 Laidis Cyrenæi in hortis schola fuit, quam
23 Attalus Rex ædificavit. Theophrastus hor-
tum juxta ædes collocavit, quem moriens te-
24 stamento philosophantibus reliquit. De-
mocritus Abderites, prope hortum cellam
habuit, & ut Hippocrates ad Dæmageratum
scribit, illum sub platano philosophantem in-
25 veniet. Philo Judæus Philosophus Pytha-
goricus, juxta maria hortos habuit, ibique
26 philosophatus est, Eusebio referente. Palæ-
mon Atheniensis in hortis docebat, juxta
quos discipuli tuguria, in quibus habitarent,
construxerunt.

27 Ad antiquos Romanos ut deveniamus, ibi
vita rustica laudatissima judicabatur, urbana
vero ignominiosa, & cum virum bonum lau-
dabant, eum bonum agricolam, bonumque
28 colonum appellabant. Nec Imperatores
Romanos Gentium domitores pudebat, ma-
nibus triumphalibus colere agros, spargere
semina, disponere arbores, & eadem diligen-
tia arva metiri, qua castra, & eadem cura exer-
cere ligones, qua gladios, pila omneque belli-
29 cum instrumentum. Ipsi proceres in agris
morabantur, & canente Ovidio:

Centum illi in prato sæpe Senatus erat.

Cum consilium publicum desiderabatur, a
30 Villis accersebantur in Senatum. Aranti
enim L. Quinto Cincinnato, viator attulit
Dictaturam, cumque esset Consul designatus,
inventus est ab illis, qui eum ad hunc Magi-
31 stratum accersebant, tenere stivam. C. Ma-
rius primo Agricola, postea miles, postremo
Consul & Imperator præstantissimus populi
32 Romani fuit. Attilius Calatinus ex agro,
quem serebat sua manu, unde Seranus cogno-
33 minatus, ad dictaturam vocatus est. Cicero
non minus Philosophus, quam Orator, Aca-
demiam suam habuit porticu & nemore ce-
lebrem, littori impositam in villa, ab lacu Lu-
crino Puteolos tendentibus, addiditque Ma-
rianam quercum, & Tusculanum secessum,
loca disputationibus apta, unde quæstiones
Tusculanæ a disputationis loco dictæ sunt.
Habuit & M. Varro studium suum in Villa, 34
qua cogitabat, qua meditabatur jura Populo
Romano. Portius Cato ille Censorius, & 35
omnium bonarum artium magister, agrico-
landi studiosissimus fuit. Plin. *Lib. 18. c. 3.*
Nobilissimæ quoque familiæ a rebus rusticis 36
sibi imposuere nomina, nam Fabii, Lentuli, 37
Cicerones, a leguminibus, quæ quisque opti-
me sereret, cognominati sunt, multaque no-
mina habemus Romanorum, partim a ma-
jore, partim a minore pecore deducta. Nam
Junios Bubulcos, Statilios Tauros, Pompo- 38
nios Vitulos, Portios Catones, Armios Ca-
pras ab his animalibus appellarunt.

Non parum quoque Agriculturam com- 39
mendat, quod primi legum conditores, Moy-
ses, Solon & Romanorum Decemviri, licet
ea, quæ aut raro eveniebant, aut momenti
alicujus non videbantur, præterirent, nihilo-
minus Rei rusticæ caverint. Compertum 40
præterea est, etiam illa tempestate, qua bona-
rum literarum, & civilis sapientiæ studia ex
orbe nostro proscripta quasi erant, Salios,
Longobardos, Burgundiones, Bojaros, Visi-
Gothos & alios, qui barbaræ feritatis perhi-
bentur fuisse populi, magnam egisse curam,
ut res rustica sarta tecta conservaretur. Hinc
omnes, qui prudenter Rempublicam insti-
tuerunt, & gubernarunt, Agriculturæ primas
dederunt. Ex Agricultura siquidem utilitas, 41
non tantum ad ipsos Colonos, sed & ad to-
tam Rempublicam spectat & diffunditur, quæ
florente ea etiam florescit, ideoque agricolæ
maxime sunt fovendi, nec tempore agricul-
turæ debent molestari, *l. 15. C. de Agric.*
& ab oneribus publicis eximendi; præcipue 42
autem constitutum est, ne tempore belli tur- 43
bentur, vel ab agricultura revocentur. Quod 44
enim si fiat, facile poterit annonæ caritas sub-
sequi. Unde Diodorus Siculus de Indis re- 45
fert, quod ad fertilitatem ejus regionis mul-
tum conferat consuetudo, quæ in bellis ser-
vatur, nam apud cæteras Gentes tyrannico
more hostes regiones spoliant vastantque,
nec agros coli sinunt. Apud Indos vero
belli tempestate in campis opus rusticum
exercent absque cura agricolæ, procul ab
omni discrimine belli, hostes in præliis mu-
tua cæde grassantur, agricolis nulla in re no-
cent, sed intactos relinquunt, tanquam com-
munis utilitatis ministros, neque vero ho-
stium agros urunt, nec cædunt arbores.
Hinc Nebuchodonosor capto Rege Sedechia 46
ejusque filiis, & quibuscunque trucidatis,
Templo & civitate spoliatis, & in terram pro-
stratis, vinitores & agricolas in pace pro fu-
tura communi utilitate reliquit. Hinc pru-
denti sane consilio Cyrus bellum gerens præ-

conium fieri jussit, ut parceretur Rusticis; quod & de Persarum Monarcha Xerxe contra Græcos bellante perhibetur, testante Camerario in *Hor. Subcisiv. P. I. c. 5.* Justiniani Imperatoris Dux Belli Bellisarius, ipsiusque adversarius Totilas Rex, inter se disceptantes & mutuis præliis confligentes, semper tamen religioni sibi duxerunt rusticos lædere, id quod Suidas, Procopius aliique passim observarunt. Ejusmodi quoque sanctiones ita placuerunt Friderico III. & Carolo V. Imperatoribus, ut illas in publicis suis Constitutionibus Francofurti ad Mœnum 1442. §. *Wer in offenen Vähden gefreyet seyn soll.* & Augustæ 1548. Tit. 6. §. 1. publicatis iterum iterumque approbaverint. In Anglia Anno 1670. publicatus est recessus Regni in favorem Prædiorum Culturæ, quo gabella Victualium remissa est. E contrario Hispani expulsione Maurorum, Hispaniam prope desertam reddiderunt, ita ut cogantur frumentum maximis sumtibus aliunde petere.
47 Utilitatem hanc spectantes Romani Agricolis multa Privilegia & immunitates concesserunt, de quibus peculiari libro tractavit Renatus Chopinus, Celebris ille Andegavensium JCtus.

Non minus autem fortunæ bonis, quam corporis & animi conducit Agricultura.
48 Hinc Xenophon eam, ultra animi voluptatem, domus augmentum continere recte sta-
49 tuit, & animadvertentes hoc Romani, veram tranquillitatem ruri in secessu, in villis hortis-
50 que quærebant, de quo Flaccus ita canit:

Ubi me (ait) *in montes & in arcem ex urbe removi,*
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus auster,
Autumnusque gravis. Libitinæ quæstus acerbæ,
Hæ latebræ dulces, etiam si credis amœnæ,
Incolumem tibi me præstant septembribus horis.

51 Enim vero in principio Reipublicæ Romanæ tempora illa ita partiebantur, ut nonis modo diebus res urbanas usurparent, reliquis res rusticas exercerent, quo utrumque consequebantur, ut cultura agros feracissimos haberent, & ipsi valetudine essent firmiores.
52 Nam licet omnis vita urbana inquieta turbataque sit, maxime tamen, quæ Romæ amplissima in urbe agebatur, molesta fuit, & plurimis clamoribus multoque strepitu perturbata. Audire inanes discursiones hominum, strepitus transcurrentium essedorum & equitum, interesse officio togæ virilis, sponsalia & nuptias frequentare, venire ad signanda Testamenta, rogari in Consilium & in Advocationem, vacare officiis Clientum, ac mane salutantium spe metuque, nec non multis rumoribus sollicitari, hæ (referente Plinio *Lib. I. Ep. 9.*) erant in urbe Romana molestiæ, quæ animum distendebant, fatigabant, & ferme enecabant, uti Seneca de Chrysippo suo nar- 53
rat, quod assidua cum salutatio ad mortem perduxit, ne dicam de clamoribus libariorum, botulariorum, crustulariorum, & omnium popinarum institorum, item balneatorum, alipilorum & ejus farinæ hominum, partim 54
mercem insignita quadam modulatione, partim operas suas stentorea voce venditantium, de quibus Seneca *Epist. 56.* Et hic mos etiamnum hodie Romæ servatur, ut mirum in modum ibi degentium aures molestia afficiat, sicut ipsemet, cum ibidem versarer, expertus sum. Ab hisce molestiis multum remota est tranquilla sedataque vita, quæ in secessu & ruri agitur, quamque Poëtæ maximis laudibus deprædicarunt, quos hic adducere supersedeo; audiamus Plinium saltem *Lib. I. Ep. 9.* Nihil audio, quod audisse, ni- 55
hil dico, quod dixisse pœniteat, nemo apud me quenquam sinistris sermonibus carpit: neminem ipse reprehendo, nisi unum me, nulla spe, nullo timore sollicitus, nullis rumoribus inquietus. Cicero indicaturus sum- 56
mam tranquillitatem, qua domi fruebatur, comparat cum otio rustico, *Lib. 6. Ep. 19.* Otium domus est, quæ nulli villarum mearum cedat; Otium, omni desertissima regione majus, itaque ne literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine interpellatore versor: Et alibi de Tusculano suo dicit: Uno illo in loco ex omnibus molestiis & laboribus conquiescimus.

Sinceram etiam esse ac simplicem veritatis 57
nunciatricem, qua laudentur virtutes, vitiaque culpentur, ostendit Fridericus Austriæ Dux, nam is crebro mutata veste solus inter agrestes conversabatur, quibus cum arans de se ipso, & de purpuratis suis confabulari consuevit, interrogatus, cur id ageret, neque enim de me (inquit) alio modo verum audire possum, ut est apud Æneam Sylvium. Frugalitati non minus addicti sunt Rusticani; nam Stobæi relatu est vivendi pater homini- 58
bus ager, & solus novit abscondere paupertatem, *Serm. 56. de Agricult.* Urbs vero thea- 59
trum est, utique ambitionis & æmulationis infelicitate scatens, quæ avaritiæ nutrix fœdissima, vestibulis, foribusque Potentum excubat, & pretiis commercia poscit honorum. Illum autem rusticæ vitæ modum ac temperationem descripsit ad unguem Rusticus apud 60
Tibullum, de se loquens:

Non





DESIGNATIO PICTVRAE
OFFICIVM BONI COLONI
EXPRIMENTIS.

A. *Sol oriens.*
B. *Natura rerum̄ Solis comes.*
C. *Tria Solis tempora Ortus, Meridies, Occasus.*
D. *Luna occidens.*
E. *Natura rerum velox Lunæ celeri adiuncta.*
F. *Quatuor lunæ tempora, nova, semiplena, plena, et iterum semiplena.*
G. *Dies facem extollens.*
H. *Nox facem deijciens.*
I. *Coruus diligentiam notans.*
K. *Terræ colonus optimus et diligens Agricola.*
L. *Bos siue taurus terrā designans.*
M. *Gladius tauro infixus laborem ostendens.*
N. *Sanguis terræ fructus innuens.*
O. *Canis amoris e fidei signum.*
P. *Serpens prouidentiæ icon.*
Q. *Leo, quo robur significatur.*
R. *Cancer, qui creationem.*
S. *Scorpius, qui generationem demonstrat.*
T. *Spicæ terræ fructus indicantes.*
V. *Arbor nocturna cum Scorpione generationis.*
X. *Arbor diurna cum bouis capite laborem notans.*



Non ego divitias patrum fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita messis avo.
Parva seges satis, æstivo securus acervo
Dites despiciam, despiciamque famem.

Atque hoc ipsum est, quod Valentinianus & Valens Imperatores rescripserunt, ruricolas
61 pecuniam, aurum, argentum ne optare quidem audere, *l. domin. Præd. C. de Agricol. & Censit.*

Cui rusticæ frugalitati ac moderationi co-
62 gnata virtus accedit, mentis candor eximius, ut quemadmodum haud temere a quoquam
63 invidetur rus incolenti, ita nec ipse tetro livore aliis invidet, sicut Flaccus de villa sua hæc occinit:

Non isthic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro morsuque venenat.

64 Ex quo pariter efficitur, ut liber solutusque animus feratur propensius ad Astronomiæ cognitionem, terrenisque ac cœlestibus prognosticis futuros casus sagaciter prospiciat. Proin arbitratur Varro, notasse agrestes primitus quædam signa in cœlo, quæ præter alia erant insignia, atque ad aliquem usum Culturæ tempus designandum convenire advertebantur, de quo latius poterit videri Ren. Chopinus de *Privil. Rustic. Lib. 2. p. 3. c. 3.*
65 Succedit his summum aliud maximumque Agriculturæ commodum, quo externis solicitudinibus vacui traducimur sensim a profanarum literarum studiis ad cœlestis supernæque vitæ contemplationem, nulla namque magis compendiaria patet ad eam perbeatam cognitionem via, quam eremi rusticæque solitudinis inhabitatio; id fuit in causa, cur Basilius Magnus de laudibus Eremi, & D. Augustinus de Eremitica vita scripserint, & sanctus Pater Athanasius solitariam vitam agentes opere edito consolatus sit, quasi nec Paradiso hortisque terrestribus facilior paretur accessus ad cœlestem illum Paradisum sedesque beatas. Et quamvis multi inveniantur, qui vitam rusticam importune contemnant, ac si rurigenæ crassiori sint ingenio, sed meminisse hos oportet, quod rustica solitudo ad hoc illis conducat, ut facilius abstineant a vitiis, certe ex adverso rus inhabitantium plerique idcirco puriore ac tersiore sunt ingenio, quod 66
majore animi tranquillitate perfruantur, cum summa securitate conjuncta. Hinc beatitu- 67
dinem hancce bene animadvertentes Nobiles Germaniæ, omnes pene ruri vitam in summa tranquillitate transigunt, ut merito cum Ciceronis verbis, quæ habentur in Catone, rursus concludam: Mea quidem sen- 68
tentia, inquit, haud scio, an ulla beatior esse possit vita rustica, neque enim solum officio delector, quod universo hominum generi cultura agrorum est salutaris, sed ea delectatione, & saturitate, copiaque rerum omnium, quæ ad victum humanum cultumque etiam Divinum pertinet. Adjicere hic lubet Figuram Hieroglyphicam, officium boni Coloni exhibens, ex vetusta tabula marmorea desumtam, quæ asservatur Romæ in ædibus Octaviani Zeni, prope Theatrum Pompeji ad Campum Floræ, quæ egregia de re Rustica præcepta in se continet; latiorem explicationem hujus Figuræ exhibet Joachim. Camerar. *in Opusc. de Re Rust. p. 26.*

CAPUT II.

DE PRÆDIIS IN GENERE.

SUMMARIA.

1. *Variæ definitiones Prædii.*
2. *Prædium a præstando dictum.*
3. *Prædia possidens non tenetur fidejussores dare.*
4. *LL. 12. Tabb. prædia appellantur horti.*
5. *Verbum prædii latius patet quam fundi.*
6. *Quomodo differat a fundo.*
7. *Quandoque unus fundus prædium est.*
8. *Leges prædio, fundo & agro locoque promiscue utuntur.*
9. *Fundus a fundando dictus.*
10. *Fundi definitio.*
11. *Species fundi.*
12. *Locus quomodo a fundo differat.*
13. *Locus quomodo differat ab Agro.*
14. *Ager ab agendo nomen accepit.*
15. *Ager quid sit.*
16. *Ager quid sub se contineat.*
17. *Ager ad usum hominis comparatur.*
18. *Villa quid sit.*
19. *Unde dicta.*
20. *Dividitur in Urbanam*
21. *& Rusticam.*
22. *Villa in Germania Superiori dicitur Wiler.*
23. *Unde Rotwila quasi Cohortis villa.*

24. *Jure Feud. Saxon. villa exponitur* ein Dorff.
25. *Vicus quoque capitur pro Villa.*
26. *Prædii nomine etiam venit Terra.*
27. *Possessio species Prædii.*
28. *Differentia inter agrum & possessionem.*
29. *Possessiones sunt prædia, quorum Dominium non est possidentis.*
30. *Campus quid sit.*
31. *Prædium etiam dicitur Mansus.*
32. *Mansus quid sit.*
33. *Idem est ac Hæredium.*
34. *Comprehendit etiam ædificia.*
35. *Hida Anglis idem est.*
36. *Curtis quid.*
37. *Curia & Curtis promiscue sumuntur.*
38. *Curia in Italia quid significet.*
39. *Huba quid sit.*
40. *Quid sub se contineat.*
41. *Ejus mensura per Germaniam.*
42. Keller *unde dictus.*
43. Cölln- und Meyerhöfe *Synonyma?*
44. *Colonia quid.*
45. Dinghöfe *quid sint.*

1 QUamvis alii prædium quasi perhæredium vel proædium, locum ante ædes positum, uti Wissenb. *ad L. 115. de V. S.* vel quod ex omnibus Patrifamilias maxime providetur, i. e. apparet, quasi prævidium, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, prædæ nomine haberent, uti Isidorus *Orig. lib. 15. c. 13.* dictum esse autumant,
2 tamen nos, docente Varrone, prædium, a præstando dictum esse, credimus, vel quia præstat nobis reditum & usum sui, vel quod eis pignori datis publice mancipes fidem præstant, unde & prædes, sic Macer. *l. 15. qui*
3 *satisd. cog.* Sciendum est, possessorem immobilium rerum, non satisdare compelli: nihil est enim causæ, cur fidejussores det is, qui prædiis suis satis cavere potest, inde bona prædia dicta Asconio satisdationibus obnoxia, sive sint in mancipiis sive pecunia numerata, sed obtinuit, ut prædium de immobili tan-
4 tum dicatur. Primum nomen & antiquissimum, quo Prædia & villæ nominabantur, erat horti, nunquam enim Legibus XII. Tabularum occurrit villæ vel prædii vox, semper horti appellantur, in ea significatione, ut Plinius *lib. 19. c. 4.* refert. Nam adeo ampla fuit initio hæc vocis significatio, ut etiam omnis villa comprehenderetur, autore Festo Pompejo, quæ significatio postea exspiravit, cum vox prædii vel villæ subnasceretur.
5 Alias prædium generale nomen est, tam possessionis, quam agri, per *l. 115. ff. de verb. signif.* & non tantum solum & superficiem complectitur, Connan. *4. comment. 10. n. 5.* sed etiam agrum & fundum continet. Imo omnia, quæ Agricolarum manibus conseri & elaborari possunt, complectitur Car. Steph.
6 *in Præd. Rust. Tit. Hort. pr.* Prædium enim est totum, quod pro arbitrio possidentium pluribus quandoque constat fundis, nam fundus in Prædio est sicut locus in fundo,
7 interdum etiam unicus fundus prædium est, si partes sibi in prædio Dominus non discernat, *L. 60. de V. S.* Fundi etiam nomine venit & solum & superficies, puta fundus & quicquid in superficie fundi est ædificatum, domus, villa rustica, horreum &c. Itaque qui fundum Patrimonialem vel vectigalem aut emphyteuticum habet, prædium possidet.
Videmus quandoque leges permixtim uti 8
his verbis, Prædio, fundo, agro, & loco, Par. de Puteo *in Tractat. feud. C. 167. n. 21.* Rhetius *dissert. de censu fundo cohærente, C. 1. n. 12.* Est vero fundus a fundando dictus, 9
ut in quem aliquid fundari possit, quod & Varro affirmat, dum ait, fundum dici, quod ager videatur pecudum & pecuniæ fundamentum; & Festus, quod planus sit ad similitudinem fundi vasorum. Fundum defi- 10
nit Paris de Puteo *Tract. feud. c. 166. n. 3.* quod sint ædificia cum agris vel possessionibus aut territoriis simul adjacentibus. Fun- 11
dus autem est definita pars agri, sive culta sit, sive inculta, & species sub se habet, arbustum, vineam, hortum, pratum, arvum, sic omnis vinea fundus est, non contra, & fundo sublato, nec vinea potest subsistere. Locus au- 12
tem a fundo differt, quantum pars a suo toto, per *l. 60. de Verb. signif.* Est enim locus in fundo, & fundus sive uno sive pluribus constet agris & ædificiis, totum, locus vero pars ejus est, Gœdd. *ad d. l. 60. de V. S.* Eodem 13
modo locus agri genus est, qui teste Varrone ab agendo nomen accepit, quia sem- 14
per aliquid in eo fructus capiendi causa fit & agitur, estque omnis locus ad culturam 15
aptus, modo sit sine villa, quod enim in urbe est area, id extra urbem est ager, & sub se 16
continet arvum, arbustum, vinetum, plantarium, pomaria, oliveta, salicta, loca venatoria, aucupatoria, piscinam, vivaria, alvearia, Valla *6. Elegant. C. 41.* Ager vero semper 17
ad usum hominis comparatur, h. e. quatenus eo fine fundus habetur, ut homo arando ac serendo eo utatur, fruatur, utque ex eo fruges, & quæ humano usui necessaria & utilia capiat, ac rursus ferat.

Villa porro est domus rustica, dicta a ve- 18
hendo, quasi vehilla, in quam fructus con- 19
vehuntur, ac reponuntur ex agris, & rursus evehun-

20 evehuntur, cum veneunt, & dividitur a non-
nullis in urbanam, quæ Prætorium dicitur,
& Dominus sibi recipit, quia vero elegantius
amœniusque ædificari solet & instrui, ideo
urbana vocatur, quasi urbani nitoris & ele-
gantiæ plus habens quam rusticæ, hanc Vi-
truvius *lib. 6. c. 8.* Pseudo-Urbanam vide-
tur appellare, quod ea instar ædificiorum ur-
bis domos haberet, & urbis domos veluti
21 ementiretur. Et rusticam, quæ est pars villæ,
in qua Villicus, Colonus, Vinitor vel arbo-
rator habitant, & familiam Villiaticam atque
instrumentum omne rusticum continet.
22 Villa in Germania superiori Wiler dicitur,
quomodo Villæ aliquot prope Rhenum ap-
pellantur *Neuen-Wiler*, *Offen-Wiler*, quam
Offonis Villam fuisse ex Vaëtio Abbate re-
23 fert Guiliman Episc. Argent. *fol. 75.* Ita
Rott-Wila, urbs Imperii ad Nicrum, ita dicta
a Rott, i. e. Cohorte, & Villa, quia villa fuit
24 olim, qui nunc pagus dicitur. Quomodo
etiam in Jure feudali Saxon. villa exponitur
ein Dorff, Gryphiand. *de Weichbild. Saxon.*
c. 72 n. 13. In Gallia Villa idem est quod
Civitas. Losæus *de Jur. Universitat. Part. 1.*
Cap. 2. n. 39. Tholosan. *de Republ. L. 2.*
C. 1. n. 6. ac immediatas Civitates olim dictas
fuisse Villas publicas, veluti quæ Regni vel
Reipublicæ essent, non Principum, Comi-
tum, Ecclesiarum, refert Freher. *ad Pet. de*
Andlo de Roman. Imp. L. 1. C. 16. fol. 162.
Limnæus *de Jur. Publ. L. 3. T. 3. l. 7. C. 1.*
n. 37. Ita enim Carolus Magnus in donat.
Divitaugiensi Monasterio A. 813. facta Ul-
mam nominat villam suam Regalem. Crus.
Annal. Svev. P. 2. L. 1. C. 7. Proprie tamen
Villa est congregatio hominum & unitas
quarundam domorum sine muris quasi Val-
lis vallata & circumdata, & villa est, quæ est
extra muros Civitatis, *l. 1. C. ne rustic. ad*
ul. obsequium. Losæus *d. l.* Seu, est Locus
consistens ex ædificiis, quæ non circumdan-
tur muris neque fossis, & de Jure communi
nullam habent Jurisdictionem, sed Civitati
subsunt. Knipschild *de Civit. Imper. L. 1.*
C. 1. n. 70. Ad illustrationem etiam Histo-
riarum multum facit in diplomatibus appo-
sitio Villarum & Palatiorum, cum vix ullum
reperire sit, in quo non alicujus villæ seu Pa-
latii memoria celebretur. Illudque inde
factum est, quod antiqui Francorum Reges,
sive tuendis atque dilatandis regni limitibus,
seu continendis in officio diversorum popu-
lorum indesinenter animis, intenti, cum de-
sultoriam fere vitam agerent, plures usibus
suis addixerint villas, in quibus & pro Re-
giæ Majestatis amplitudine commode & abs-
que gravi subditorum dispendio splendide,
quantum res esset, commorabantur: & sicubi
deerant ejusmodi villæ, earum vicem supple-
bant procurationes, quas in nonnullis locis
Episcopi seu Ecclesiæ, aliæve personæ pen-
dere tenebantur. Et quidem ab ipsis etiam
Merovingorum primordiis, auctore Fortu-
nato in carmine ad Condonem Theodeberti
Regis domesticum:

Horrebant pariter veneranda palatia.

Quæ quidem nec pauca, nec longius ab in-
vicem plerumque disparata exstabant, sed
in locis amœnioribus posita, prægrandibus
adhærebant sylvis, in quibus Reges venatio-
nem exercebant. His in locis condita fere
diplomata; Sanctiones illas dico, quæ Præ-
cepta vocari solent, nam ad Placita vel judi-
ciaria Regum edicta quod attinet, ea fereban-
tur in annuis Regni comitiis; quæ tamen
Placita eo quoque nomine regiis etiam villis
conveniunt, quandoquidem generales illi
Regum, Pontificum atque Optimatum con-
ventus, non nisi in ipsis palatiis, vel in Campo
Martio prope palatia, seu in villis publicis
celebrabantur. Formula vero, qua locus dati
privilegii designabatur, variat. Merovingicæ
Familiæ exemplum est. Datum quod fuit
mensis December dies XIII. anno primo
regni nostri, Compendio villa nostra, in Dei
nomine feliciter. Plerique habent villa, sine
addito nostra: multis etiam deest villæ vo-
cabulum. Carolingi Actum & Datum di-
stinguere solent: atque alterutrum chronicis
notis, alterum designando loco assignant in
hunc fere modum: Data XIII. Cal. Novemb.
anno V. regni nostri. Actum Haristallo
palatio publico, in Dei nomine feliciter,
Amen addito nonnunquam. Sub tertia
stirpe res paulo aliter habuit. Nam ante vel
post testium subscriptiones ejusmodi formula
legitur: Actum seu Data publice Parisiis re-
gio palatio anno ab Incarnatione Domini, &c.
Quidam Actum & Datum seu Data retinent,
ut Philippus apud Dubletum; adduntque
aliquando in Dei nomine feliciter, at sæpius
omittunt contra Meroveadum & Carolida-
rum morem. Johann Mabillon *de Re diplom.*
lib. 4. pr. Vicus quoque aliquando capitur 25
pro villa, Hiron. de Monte *de Finibus c. 9. n. 7.*
Quandoque prædii nomine etiam venit terra, 26
ut in *l. 23. C. de Agric. & Censit. & l. fin. C.*
quod cum eo, ubi Coloni cultores terrarum
dicuntur. Hinc etiam dicitur terra deserta,
quæ nondum colitur, cum coli consuevit,
item terra sterilis, quæ per magnum tempus
est deserta. Par. de Puteo *de Redintegr.*
Feud. C. 167. n. 12. Possessio autem, quæ 27
etiam species Prædii est, atque ipsum rei cor-
pus significat, est Prædium, quod jure vecti-

gali

gali tributariove, non proprietatis mancipiive jure a Colonis cæterisque Possessoribus, obtinetur, comprehenditque agros late patentes publicos privatosque, quos initio non mancipatione, sed quisque ut potuit, occu-
28 pavit atque possedit, unde nuncupati. Est itaque inter agrum & possessionem hæc differentia, ut quemvis fundum, qui sine villa est, & quem ad usum hominis comparavimus, velut agrum possideamus, si vero ejus domini proprietarii non simus, quoad nos non dicitur ager, sed possessio, eo quod tantum possessionis dominium consecuti simus, cujusmodi ejus est, qui agrum Vectigalem aut Municipalem conductum, vel emphyteusin perpetuam comparavit, Joh. Goedd. *ad l. 115.*
29 *de V. S.* Generaliter quidem omnia Prædia possessiones vocantur; sed proprie possessiones dicuntur illa prædia, quorum Dominium neque est, neque esse potest possidentis. Varia enim olim erant prædia Provincialia, & hodie sunt Vectigalia sive Emphyteutica, unde & Emphyteutæ non dicuntur Domini, sed possessores *l. 6. C. de fund. Patrim.* Hub. Giphan. *ad l. 1. ff. de Acqu. vel. Amitt. possess.*
30 Campus denique est ampla planicies, sive in urbe sive extra urbem, & regio campestris, quæ montes non habet, uti fuit Campus Martius, & Campi jaculatorii mentio fit
31 *l. 9. §. fin. ff. ad L. Aquil.* Præterea in Gallis Mansum etiam Villam aut Prædium rusticum denotare, quas metairies, Bordes, granges vocitant, tradit Knich. *de Vestit. Pact.*
32 *part. 2. l. 3. n. 35.* Cui adstipulatur Cujac. *1. feud. 1.* Mansus, *inquit*, est fundus, unde quis se & familiam suam tueri satis commode potest, ac præterea vectigal sive censum Do-
33 mino referre. Quod veteres dixere hæredium. Idem statuunt Ant. Bengeus, & Francisc. Pinson. *de Benefic. Eccles. Tit. de Dot.*
34 *Const. §. 1. n. 31.* Mansi scilicet vocabulo comprehendi etiam villam & ædificia, in quibus habitare possint Coloni seu Villici.
35 Hoc etiam de Hida asserit Spelmannus *in Glossar. Voc. Hida.* In Diplomatibus vetustis Mansus vel Mansum sumitur pro agro certi modi seu mensuræ; aliquando fundus est, qui duobus bobus ad laborandum sufficit. Ortum esse hoc Vocabulum Zasius tradit a Germanico Mansmat, quod in quibusdam locis prata dimensa significat. Baldus vero a manendo dictum existimat, quod in eo manerent homines, unde homines, illa territoria tenentes, demansati nuncupantur, & idem esse in Regno Neapolitano Attenesiam, quod in Lombardia mansus, eo quod ita tenentur a Villanis pro reditu panis, carnis, hordei vel pecuniæ, uti refert Barth. Camerarius *de Prob. Feud. alien. p. 289.* Mansus etiam Germanice dicitur *Hizatz, Specul. Sax. L. 1 Art. 34.* Apud Burgundiones Meix, apud Normannos Mois aut Mas vocatur, Lindenbrog. *in Gloss. sub voce Mansus.*
Promiscuus autem usus est Curtis & mansi, 36
sed proprie & secundum jus Feudale curtis est in manso, nomine vero Curtis intelligimus Domum, ædificium. Ex usu autem & destinatione dominorum hæc vox interdum producitur latius, designatque universitatem complectentem non tantum domum & aream, sed omnia, quæ ad Castrum, Prædium seu curtem a domino destinata sunt, ita ut illius sint pertinentia, ab eaque quasi dependeant, sive jura sint sive corpora, atque adeo integrum territorium, Goth. Anton. *disp. feud. 1.*
θ. 4. lit. f. Verbum Curiæ & curtis, in le- 37
gibus Bojoariorum, titulo, de eo, qui scandalum in curia Regis commisit, promiscue sumuntur, nam eodem modo mox in textu legitur, si quis in curte ducis scandalum com-
misit. In Italia, cumprimis Lombardia, & 38
diœcesibus Mantuæ, Cremonæ, Regii, Brixiæ & vicinis locis Curiam magnam esse agrorum & possessionum quantitatem, quæ vix 12. & 20. bobus coli possit, refert Surdus *Lib. III. Cons. 311. num. 36.*

Huba vel Hoba denique etiam certam 39
agri quantitatem denotat, & tradit supra laudatus Knichen *cit. loc.* quod in largitione quadam Arnulphi Imperatoris hobæ duæ accipiantur instar fundi seu prædii. Hæ Hubæ 40
iterum distinguuntur in jugera, jugerum vero, *ein Acker* vel *Morgen*, est mensura agrestis, quæ pro varietate locorum, 120. 200. vel etiam 300. perticas quadratas, quarum una 15. vel 16. pedes & una huba 15. 20. 25. 30. jugera continet, suntque plerumque talis ruris modus, qui uno jugo boum in die exarari potest, vid. Plin. *Lib. 18. c. 3.* Sic in Saxo- 41
nia Electorali & Alsatia Huba 30. jugera in se continet, Wehner. *voce Houb.* Et veteres Germani Hubam in 50. jugera aratoria distinguebant, uti tradit Lindenb. in *Gloss. sub voce Mansus.* Goldastus *ad Paræn. German.* putat vocem Hobæ migratam esse in Germanicum *Hof*, inde *Colenhof* idem esse ac coloni Hobam, hobarumque cultores colonos fuisse dictos, & addit, vim retinet nostratis *Keller*, quæ corrupta est vulgo, cum anti- 42
quitus fuerit *Cölner*, Colonarius, qui reditus a Colonis exigit, quemve in superiori Alemannia *Huob-Meister*, Hobarum magistrum, nuncupant. Hinc in Franconia *Colnhof* pro Manso & Hoba colonaria sumitur, ac *Cöln-* 43
und Meyerhof pro Synonymis habentur.

Hinc

Hinc And. Quercetanus *ad Bibliothecam*
44 *Cluniacensem p. 30.* statuit, quod colonia sit domuncula, cum agri tanto, quantum colonus unus cum servis suis colere pot-
45 est. In Alsatia etiam superiori Curiæ Dominicales s. *Dinghöfe* non sunt incognitæ, quæ Dominis in Prædiis Dominicalibus sub quibusdam certis modicis censibus, in recognitionem Dominii quotannis statutis diebus hac lege præstandis, in perpetuum competunt, ut prædictos census suo die solvere cessantibus, in singulos dies duplicantur, dominisque pro Censibus cessis pignorantibus possessorum prædia ex hubariorum cognitione ac decreto adjudicentur. Limnæus *in J. P. l. 7. c 31.*

CAPUT III.

DE PRÆDIORUM CONSTITUTIONE.

SUMMARIA.

1. *Prædiorum origo a Jure Gentium.*
2. *Accedente destinatione Patrisfamilias.*
3. *In urbanis necesse est, ut aliquid fiat.*
4. *Sola destinatione ex uno prædio possunt fieri duo.*
5. *Jure Primævo prædia erant libera.*
6. *Dein ista libertas varie limitata.*
7. *Apud Romanos Numa Possessiones distinxit.*
8. *Terminos moventis pœna capitalis.*
9. *Princip. Rom. agros per servos colebant.*
10. *Ideoque pro fundi partibus habebant.*
11. *Istis præerant Villicus, Coloni adscriptitii.*
12. *Illi non fundo, sed censu adscripti erant.*
13. *Adscriptitii Coloni, Censiti, Inquilini sæpe in jure promiscue usurpantur.*
14. *Coloni qui dicuntur?*
15. *Inquilini.*
16. *Adscriptitii.*
17. *Servis prædia locata.*
18. *Postea liberis locata, qui Coloni dicti.*
19. *Coloni Partiarii qui?*
20. *Istis similes Inquilini.*
21. *Romani devicta Provincia agros in suum Patrimonium redigebant.*
22. *Hinc Prædia vel Italica vel non Italica.*
23. *Quibus jus Italicum concessum?*
24. *Ager Campanus Jus Italicum amisit.*
25. *De lege Colonaria.*
26. *Metrocomiæ quid fuerint.*
27. *Prædia patrimonialia.*
28. *Prædia divinæ domus.*
29. *Prædia Tamiaca.*
30. *Prædia Limitropha.*
31. *Item Prædia Limitanea.*
32. *Fundi Castellorum.*
33. *Prædia Fiscalia, item Civitatis & Templorum.*
34. *Palatinis & militibus prohibitum fuit conducere prædia fiscalia.*
35. *Præter ROMANOS multæ Gentes prædia per servos coluerunt.*
36. *Exemplum de ISRAELITIS.*
37. *De GRÆCIS.*
38. *De BYZANTINIS.*
39. *De ITALIS.*
40. *De HISPANIS.*
41. *De GALLIS.*
42. *De POLONIS.*
43. *Prædium debet esse imbecillius domino.*
44. *Numerus agrorum quantus fuerit.*
45. *Lex agraria nunquam sine periculo nota.*
46. *Varia Prædiorum genera.*

1 PRædia originem a Jure Gentium traxisse, ac in principio statim mundi, aucto genere humano, cœpisse compertum est, hoc enim jure distincta sunt dominia, territoria ab invicem separata, agris termini positi, *l. 5. ff. de Just. & Jure.*
2 Quemadmodum autem in multis aliis juris articulis, ita etiam in Constitutione Prædiorum, consilium & destinatio patrisfamilias spectanda est, *l. 24. §. 2. de Legat. I.* non solum vero per terminorum appositionem, vel per sepes, fossas, lapides & arbores constituuntur & distinguuntur prædia, Hier. de Monte *de finib. reg. c. 97. n. 2.* sed etiam solo animo & voluntate domini, quo unumquodque loco habuerit, *l. 60. de Verb. Signif.* In ædificiis autem 3
requiritur aliquid ædificari, ut paries in medio, aliquando etiam ex uno prædio possunt fieri duo, vel sola destinatione 4
domini, *l. 6. §. 11. ff. Commun. Prædior.* Jure autem Primævo prædia omnia libera 5
atque immunia in possessorum fuere dominio, nec servitio nec censui, sive vectigali sive Magistratui solvendo Canoni obnoxia, quæ Romanis res mancipi atque

optimo jure teneri dicebantur, in Lon-
gobardicis vero legibus allodia vo-
cantur.
6 Primæva autem illa Prædiorum liber-
tas deinceps in variis Prædiis varie mu-
tata est, modo traditionibus, modo con-
cessionibus, modo constitutionibus, modo
recognitionibus, quas possessores aliis fe-
cere certis legibus, & alias quidem sola
lege annuæ præstationis, alias sola lege
servitii, alias lege annuæ præstationis &
servitii, alias lege annuæ præstationis ac
meliorationis, alias denique annuæ præ-
stationis, meliorationis ac servitii. Frid.
a Sand. *in Comment. ad Consuet. Feudal.
Geldriæ c. 1. n. 1. & seq.* sed de his omni-
bus suo loco agendum erit.
7 Apud Romanos præcipue Numa defi-
nitiones possessionum instituit, ut fun-
dos quisque suos circumscriberet, lapides-
que finibus (quos sacros, i. e. inviolabi-
8 les esse voluit) apponeret, quos si quis
movisset, occidi impune poterat, licet ho-
die alia terminos moventi pœna sit pro-
dita, Zas. *ad l. 1. §. 2. ff. de Orig. Jur.*
9 Postea devictis latini nominis populis, &
longe propagatis finibus, qui locupletes
iis fuerunt, jam fundorum suorum latitu-
dinem tueri non valentes, servos agris
colendis tutandisque amandabant desti-
nabantque sic, ut perpetuo essent in agris,
10 hinc servi isti agris adscripti cœperunt
fundi partibus annumerari, & ex sententia
Ulpiani Instrumento contineri *l. 12. §. 2.
& 3. ff. de Instr. vel Instrum. leg.* Simili-
ter cæteri, qui agri causa ibidem mora-
bantur, ut agrum colerent, quales sunt
bubulci, pastores, aratores & alii, quo-
rum munus omne in functionibus cor-
11 poris est. Atque istis præerant Vil-
lici, Coloni servi, conditionales dicti, Co-
loni adscriptitii, censiti Tributarii, quo-
rum omnium eadem videtur esse condi-
tio, licet discrimen sit in nominum ori-
gine, & modo constituendi, Perez *ad Tit.*
12 *Cod. de Agric. & Censit.* Contrarium ta-
men tenet Cujacius *ad l. 1. de Agric. &
Censit.* & adscriptitios, non quasi fundo,
sed censu i. e. libris censualibus adscri-
ptos dictos esse autumat, *per l. 4. & l. 22.
dict. tit.* quia cum ipso prædio in publi-
cum censum referebantur, & majus patri-
monium Domini efficiebant, majorisque
census, nam eorum fiebat professio, quo-
rum nomine tributum præstabatur Rei-
publicæ a Dominis, qui cogebantur patri-
monia profiteri.

Omnes itaque agricolæ adscriptitiæ 13
conditionis promiscue in jure Romano
vocantur aliquando hoc vel illo nomine,
adscriptitius Colonus, censitus & inqui-
linus. Coloni, quia colonis liberis simi- 14
les sunt, dum sub certa mercede colunt,
l. 4. l. 15. C. de Agr. & Cens. Inquilini, 15
quia iis assimulantur, qui domum vel præ-
dium certa mercede conduxerunt, & sic
in legibus antiquioribus pro his, qui præ-
diis adscribuntur, usurpantur, *l. 112. ff. de
Leg. 1. l. 17. ff. de Excusation.* Amaj. *ad
l. 36. C. de decurion.* Adscriptitii autem 16
servi sunt, quamvis horum alia sit condi-
tio, quam captivorum, & eorum pecu-
lium pertinet ad Dominum, *l. 19. & l. 21.
C. de Agric. & Cens.* differuntque a cæte-
ris servis, quod sint certis locis destinati,
a quibus recedere non licet, diserte enim
domini adscriptitiorum vocantur, *l. f. C.
dict. Tit.* Donell. *Lib. 2. c. 9. n. f.* Postea 17
vero, ut servos suos diligentes efficerent,
& rerum rusticarum attentos, certa pen-
sione prædia eis dederunt colenda, quasi
extraneis Colonis, ut si fructus merce-
dem superaret, id totum servi haberent,
suo periculo ararent, pascerent, sererent,
pensionem quotannis solverent, etiam si
nulli provenissent, aut minores fructus;
si majores, nihil præterea, Connan. *Lib. 2.
Jur. Civ. c. 10. n. 2.* Quidam porro præ- 18
dia extraneis elocabant, ut pro iis quot-
annis certam mercedem solverent, qui li-
beri erant, *l. 1. C. de præd. Tam.* & res
proprias habebant, ac ob annuam pensio-
nem, quam Domino pendebant, ex cul-
tura agrorum Coloni dicebantur, aut par-
tiarii coloni, qui pro parte fructuum ali- 19
quot agros colunt; aut qui id pretio, &
pecuniæ pensione faciunt, aut certa fru-
ctuum parte constituta, Censiti, proprie
tributarii, quia pro possessione, quam te-
nent, tributum Dominis præstant, & li-
bere a possessione sua abire possunt, ac
vendere jus suum, Dominis permittenti-
bus, pro soluto illis laudemio. Istis simi- 20
les sunt Inquilini, qui alibi, quam ubi nati
sunt, conducto habitant, certamque fru-
ctuum partem aut Pecuniæ summam Do-
mino præstant, Perez. *ad tit. Cod. de Agric.
& Cens. n. 2.* Romani siquidem, siquam 21
gentem vel populum sibi subegerunt, re-
dacta ejus terra in Provinciæ formam,
quod Macedoniæ, victo rege Perseo, con-
tigit, Livius *Lib. 10. de Bell. Asiat.* agros
ejus vindicabant in suum patrimonium,
seu ærarium, ut pro certo vectigali pos-
sessores

sessores haberent jus possessionis, seu perpetuum utendi fruendi jus, quod interpretes vulgo utile dominium vocant, *l. 1. 2. 3. ff. si ager vectig. pet.* Hinc fit, ut hujusmodi agri possessiones vocentur, & proprietati opponantur, *l. 115. ff. de V. S.* & res nec mancipi censeantur, *l. unic. Cod. de Usucap. transform.* Hujus etiam meminit Julius Frontinus, *lib. de limit. Agrorum; Solebant,* inquit, *Veteres, quos agros de hostibus capiebant, alios veteranis in præmia assignare, in alios colonias deducere, quosdam mancipibus in longum tempus locare, ut annuam mercedem Principi darent, & hos vectigales dixere.*

22 Omnia itaque prædia aut erant Italica, aut non Italica; Italica vectigal sive stipendium non præstabant, non Italica

23 contra. Interdum tamen gratia fiebat quibusdam agris vel civitatibus vel provinciis, quibus Jus Italicum dabatur, hoc est, ut res mancipi essent, largiebatur. Hac enim prærogativa gaudebat Italia, cum socia Romæ esset, ut prædia haberet mancipi, & a Vectigali libera, §. *40. Inst. de Rer. Divis.* nisi quæ Civitas vel populus fœdus violando se beneficio indignum indignamve reddidisset, quemadmodum agro Campano accidit in secundo bello

24 Punico, Livius *Lib. 27.* Nec resistit, quod Livius *in eodem Lib. 27.* meminit 12. coloniarum Italicarum, quæ stipen-

25 dium dare negabant. Hoc stipendium namque debebant ex fœdere & lege colonaria, cum ex urbe Roma oriundi essent, nequaquam onus agrorum erat, Alex. ab Alexand. *lib. 4. Gen. dier. Cap. 10.* Gœdd. *ad l. 27. de V. S.*

26 Varia præterea in jure Romano inveniuntur Prædiorum genera, inter quæ merito Metrocomia primum obtinet locum, dicta autem vel a Græcis, quasi Mater vicorum, seu Villa major, quæ sub suo districtu plures pagos, vicos & arces continet, vel solebant Romani devicta urbe vel Provincia potentiores incolas, & armigeros inde extrahere, bonis derelictis & ærario publico applicatis, alias terras ipsis assignare, quæ terræ, metro i. e. mensura cuique assignatæ, metrocomiæ dictæ sunt. Dein a Leone Cæsare cautum est, ne isti Metroici seu possessores terras publice sibi datas in alios præter habitatores metrocomiæ transferrent, si secus fecissent, contractus careret effectu, eoque rescisso pretium, quod datum

27 esset, restitueretur. Deinceps crebra fit mentio fundorum seu prædiorum Patrimonialium, quæ ad Patrimonium Principis pertinebant, eademque vel publici vel privati Juris erant, & hæc appellabantur Patrimonialia, quæ sub Comite Sacri Patrimonii, vel sub Comite Rerum privatarum erant, de quibus *lib. 1. Cod. Tit. 33. & 34.* agitur.

Alia denique erant divinæ domus, quæ 28 pertinebant ad curam Comitis domus, cui etiam incumbebat curare, ut reditus Tamiacorum prædiorum, qui consistunt 29 in pascuis, arvis, campis sive in locis vitibus consitis, sive in nemoribus & prædiis, assidue colantur in provinciis, ubi sitæ, & ne illa a Colonis, prædiis istis adscriptis deserantur, quamvis sint liberi & filii eorum. Tamiaca autem prædia, quæ dispensatori aut cellario Imperatoris erant deputata, colebantur per servos adscriptitios, & Colonos Tamiacos provinciæ Cappadociæ, qui tenebantur fructus vectigales, ex his prædiis collectos, quotannis deferre, vel deferendos ad Canonicarios Scholæ Palatinæ dirigere, per quos dein deferebantur Constantinopolin, & dabantur dispensatori ac penus custodi, de quibus is postea domui & cellario Imperatoris providere possit, & procurare domesticis cibaria & alimenta, quæ in ταμείαις sive cellariis reponebat & asservabat, Perez. *ad Tit. Cod. de Præd. Tamiacis.* Romani enim Principes sub annuo eoque gravi Canone in recognitionem directi Dominii, subditis suis prædia & agros colendos, & ut canonis patrimonialis adscriptio æqua lance procederet, steriles una cum fertilibus promiscue concedere solebant. Prædia deinceps in li- 30 mitibus posita, dicebant fundos limitrophos, quod inde milites limitanei alebantur, non quod ad milites limitaneos pertineant, *l. 3. C. de fund. patrim.* Fundi vero limitanei ad milites limitaneos pertinebant, Cujac. *ad Tit. Cod. de fund. limitroph.* Indulgentia enim Principum universa prædia limitanea addicta erant militibus, cum paludibus omnique jure, puta cum pascuis, animalibus, servis absque ullo tributo, vel collationis onere, ita ut nunquam in privatorum jura ullo titulo transirent, aut alienata ullo præscriptionis tempore emtoribus acquirerentur, *l. 3. C. de fund. limitroph.* Hæc præ- 31 dia limitanea porro milites, qui vacationem meruerant, curare compendii sui causa atque arare consueverant, nam qui mili-

militabant, agrorum culturam, aut merci-
moniorum quæstum exercere non pot-
32 erant, *l. 15. de re milit.* Fundi autem Ca-
stellorum ad milites castellanos pertine-
bant, quibus solum antiquitas castellorum
territoria designaverat retinenda, *l. 2. C.
de fund. limitroph.*
33 Fisco denique, Civitatibus & templis
apud Romanos sua erant prædia, quæ non
nisi intervenientibus requisitis & solenni-
34 tatibus poterant locari vel vendi. Hinc
Palatinis, Curialibus & militibus prohibi-
tum erat conducere prædia fiscalia, ne
scilicet graves & molesti ob fiduciam po-
tentiæ Palatini sint privatis, & milites ab
armis alienentur, cum nemo possit duplici
officio fungi eodem tempore: Sed de his
omnibus poterit videri *Tit. 46. C. de Agric.
cum seqq.* & Doctores ad eosdem.
35 Præter ROMANOS prædia plurimas
Nationes per servos coluisse, legimus;
describitur enim hoc genus servorum Le-
36 vitici *Cap. 25.* quomodo ISRAELITÆ
ipsos ab exteris gentibus coëmtos, terræ
colendæ adscribere debeant, una cum eo-
rum & Domini liberis, ita ut illi perpe-
37 tuo serviant, hi dominentur: de GRÆ-
CIS refert Athenæus *lib 6. c. 7.* quod Bœoti,
qui Arneam incoluerunt, seipsos ultro
in servitutem dederint Thessalis, ac sti-
pulati sint, ne extra Regionem irent, &
complures ex peculio dominis ditiores
38 evaserunt, quamvis Aristoteles *Oecono-
mic. II.* tradat BYZANTINOS pecunia
indigentes publicos fundos certa mer-
cede locasse, fructuosos ad tempus, in-
39 fructiferos in perpetuum. Apud ITA-
LOS non infrequens est, Prædia homini-
bus de Mansata colenda tradere. Est au-
tem Mansata, quando dominus dat alicui
mansum cum diversis possessionibus, &
propter hoc ille se facit hominem Domini,
& ad certum servitium tenetur, Specul.
40 §. *2 de Feudis n. 37.* HISPANIS ejus-
modi homines Solariegi, a solo, quod co-
lunt, & a Domino accipiunt, appellantur,
& tenentur Domino, cui subjacent, ad
certum servitium, Garsias *de Expens. c. 9.*
41 *n. 52.* GALLOS vero eos, qui agros co-
lunt, vocare manumortuales, vel homines
de main morte, quasi abjectos homines,
compertum est; de his enim Cæsar *lib. 6.
de Bello Gallico.* Plerique e plebe, dum
ære alieno aut magnitudine Tributorum,
aut injuria Potentiorum premuntur, sese
in servitutem dicant nobilibus, in hos ea-
dem communia Jura, quæ Dominis in
servos, quamvis tanta similitudine juris
adscriptitiis & originariis colonis con-
juncti, ut proprie iidem esse videantur,
non enim servi sunt omnino, sed in terri-
torio domini sunt tanquam alligati, non
habentes demigrandi facultatem. PO- 42
LONI etiam, apud quos ejusmodi homi-
num genus ferme solum terram colit, eos
Kmethones, vel Kometones vocant, teste
Bodin. *lib. 1 c. 5. num. 14.*
In Genere autem in constitutione Præ- 43
diorum hic notandum, unumquemque
semper rationem habere debere faculta-
tum suarum, ut Prædium paraturus, non
majus emat, quam ratio calculorum pate-
retur. Id etiam unius ex septem antiquis
Sapientibus fuit præceptum, & acutissi-
mum Pœnorum ac Romanorum effatum,
imbecilliorem agrum quam agricolam esse
debere, ne si colluctandum sit cum agro,
& fundus prævaleat, allidatur Dominus.
Hoc Romani indigitarunt pictura qua-
dam Hieroglyphica, in vetusta tabula mar-
morea, quæ asservatur Romæ in ædibus
Octaviani Zeni, prope Theatrum Pompeji
& campum Floræ, quam plenius explica-
vit Joachimus Camerarius *in Opuscul. de
Re rustica.* & nos supra *cap. 1. n. fin.* exhi-
buimus. Columella *lib. 1. c. 3.* hoc latius
deducit, & Marcus Cato *lib. 1. c. 1.* sum-
tuosus ager ne fiet, scito idem agrum quod
hominem, si sumtuosus erit, relinquere
non multum. Inde est quod Cicero præ-
cipiens Attico, ut agrum vel hortum sibi
emeret, semper hortatus est, ut suarum
rationum modum respiceret. *lib. 12. Epist.
ad Attic.* Et Plinius de agro suo non
sine laude refert, quod tutela sumtuosa
non sit, *lib. 2. Epist. 17. & lib. 3. Epist. 19.*
quod exiguis sumtibus colatur.
Modum vero & numerum agrorum 44
definiverunt Scriptores Rei rusticæ, qui-
dam centum jugera, quod Marco Catoni
placuit, alii ex lege Licinia quingenta ju-
gera constituerunt, quem modum tamen
deinceps libido possidendi supergressa est,
cum non tam agros, quam provincias ha-
berent, Dn. Groen. *de Villis Veterum Lib. 2.
c. 3.* Hinc lege agraria certus modus 45
agris positus erat, ea tamen, quia posses-
sores ex re quæsita moveret, nunquam
sine insigni clade & pernicie tentata est.
Cassius, qui Populum Romanum ejus ille-
cebris inescare & delinire in suo consu-
latu voluerat, quo primum tempore Con-
sulatu se abdicavit, judicio Plebis, imo
proprii Parentis, summo supplicio affe-
ctus

ctus eſt. Val. Max. *lib. 8. c. 8.* Tiberius Gracchus longo poſt intervallo, cum eandem viam ad potentiam ſibi ſtruendam aggreſſus eſſet, P. Scipio Naſica illum ſubſelliorum fragminibus, proſtratum occidit, Liv. *lib. 8. c. 6.* apud quem varia exempla legis Agrariæ, non ſine periculo motæ videre licet. Gilken *de Præſcript. Part. 1. C. 1. n. 40.*

46 Præterea in Europa, præſertim in Germania, varia inveniuntur prædiorum genera, alia enim ſunt Nobilia, alia Plebeja, alia libera & allodialia, alia Tributaria, Feudalia aut Emphyteutica &c. Antequam autem ad eorum tractationem accedamus, celebris iſta differentia, quæ in jure Romano quotidie occurrit, qua Prædia diſtinguuntur in Urbana & Ruſtica, quamvis poſterioribus temporibus vox prædii de Ruſticis plerumque uſurpetur, explicanda venit, nec inutile erit, de ſtructura Prædiorum apud Romanos uſitata, itemque Ruſticatione veterum quædam præmittere.

CAPUT IV.

DE PRÆDIIS URBANIS.

SUMMARIA.

1. *Urbanum prædium non locus, ſed materia facit.*
2. *Non materia ex qua, ſed uſus & finis.*
3. *Ante omnia & hic deſtinatio Patrisfamilias ſpectanda.*
4. *Ædificia ſunt prædia urbana.*
5. *Ædis & ædium differentia.*
6. *Ædes primo tantum in urbibus faciebant.*
7. *Poſtea autem voluptatis gratia etiam in villis.*
8. *Villa urbana quid?*
9. *Villæ partes tres.*
10. *Prætoria quid ſint.*
11. *Differentia inter Prætorium & Palatium.*
12. *Prædia Suburbana quæ?*
13. *Stabula vel ad uſum urbanum,*
14. *Vel ruſticum comparata ſunt.*
15. *Qui horti ad prædia Urbana,*
16. *Qui ad prædia Ruſtica pertineant?*
17. *Area quatenus ad urbana prædia ſpectat.*
18. *Aliud dicendum de area, ubi trituratur frumentum.*
19. *Idem obtinet in horreis.*
20. *Romani ſecundum 5. Ordines columnarum ædificarunt.*
21. *Certæ leges de ædificiis.*
22. *Architecti de vitio operis tenebantur.*
23. *Item ſi opus plus conſtiterit, quam ab initio pollicitus eſt.*
24. *Opus publicum incipiens tenetur abſolvere.*
25. *Quod extenſum ad monaſteria.*
26. *In muris non licebat ædificare,*
27. *Nec contra adſpectum decorum,*
28. *Nec ædificia contra decorum diruere.*
29. *Privata ædificia a publicis 10. pedes debebant abeſſe.*
30. *Caminum in muro communi non licebat ædificare.*
31. *Plures leges remiſſive.*
32. *Reficiens domum habet jus tacitæ Hypothecæ.*
33. *Tignum junctum non licet eximere.*
34. *Præſides curam ædificiorum habebant.*

1 FRequentiſſima in Jure Romano occurrit diviſio prædiorum inter urbana & ruſtica, in genere autem affirmat Ulpianus *l. 198. de V. S.* omnia ædificia non ſolum ea, quæ ſunt in oppidis ac Civitatibus, ſed & ſi quæ ſunt in Villis, in vicis aliisque rureſtribus locis, modo non fructuum colligendorum, agrorumque colendorum, ſtercorandorum, & pecoris armentique recipiendi cauſa comparata ſint, ſed ad urbanum uſum inhabitandi, recreandi, mercimonii voluptatisve gratia habeantur, urbana eſſe. Prædium urbanum enim non locus facit, ſed materia, hoc eſt, ſubjectum, commoditas, & uſus rei, ut id urbanum ſit, quocunque tandem loco ſitum, in quo habitandi eſt opportunitas, & ad urbanum uſum deſerviunt, puta in villis & vicis. Coraſ. *ad Rubr. ff. de Servit.* Intelligenda 2
autem dicta lex non eſt de materia ex qua, ac ſi ex alia materia conſtaret urbanum, alia ruſticum prædium, ſed de ὕλῃ & qualitate ſeu fine, in qua forma eſt. Ante 3
omnia

omnia autem etiam hic destinatio & vo-
4 luntas patrisfamilias inspicienda. Omne
itaque ædificium Ulpianus in dicta lege
esse urbanum prædium ait, quia ædificium
appellatur, quicquid ædis causa factum est.
Ædes autem, sive ab aditu, sive quod
edito loco poneretur, dicta sit, significat,
quicquid habitabile est, unde Deorum
ædem vocarunt, quam ipsi Dii quasi inhabi-
5 tabant. Et eadem ratione ædes sunt ho-
minum, illam autem singulari numero
enunciabant, has plurali, quia forte to-
tius urbis primum una ædes Deo sacrata
erat, cum Civium plures essent, & suæ
cuique propriæ, quare quicquid ædificium
proprie dicitur, urbanum prædium est,
quia habitationis causa paratum. Connan:
6 *Lib. 4. c. 10. n. 5.* Primo enim ædificata
in urbibus urbana erant, & ædes appella-
bantur, ruri vero constructa Villæ & ru-
stica prædia vocari solebant, *l. 211. de V. S.*
Wesenb. *ad Tit. de Serv. Urban. Prædior.*
7 Post ea autem cœperunt etiam in villis
ædes sibi ad habitandum, & voluptatis po-
tius, quam fructuum causa facere, quod
Varro conqueritur, *lib. 1. de Re rustica.*
Certe, inquit, *fundus est propter ædificia, si*
potius ad antiquorum diligentiam, quam ad
horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi
enim ad fructuum rationem faciebant, hi ad
libidines indomitas, itaque illorum villæ ru-
sticæ erant majores, quam urbanæ, quæ
8 *nunc sunt pleræque.* Villas urbanas ap-
pellat ea ædificia in agris, quæ Domino
tantum serviunt, eique habitationem præ-
stant; Ulpianus Prætoria nominat; Vi-
truvius Pseudo-Urbana; Ideo Columella,
9 qui posterioribus temporibus scripsit, tres
villæ partes facit, Urbanam, Rusticam &
Fructuariam; prima est Domini habita-
tio, altera coloni & pecoris, tertia est ser-
10 vandis fructibus. Quia autem Prætoria
in sæpius allegata lege *198. de V. S.* inter
urbana Prædia referuntur, ideo intelli-
gendum hoc est de iis Prætoriis, quæ sunt
urbanorum ædificiorum æmula, & quæ
plus urbani nitoris, & elegantiæ habent
quam rustica, ac Gallis appellantur Mai-
sons de Plaisance, hæc enim, quando ele-
gantius amœniusque sunt ædificata, ur-
bana censentur prædia, etiamsi sint in vil-
lis, vel vicis aut pagis, Wissenb. & Gœdd.
ad d. leg. Ratio videtur ea esse, quia ad
elegantias, voluptatem & animi delicias
erant exstructa, & ad urbanam vitam ma-
gis apta, quam rustica, ac simul ad mo-
dum urbanarum ædium ædificata. Do-
cet enim nos Vitruvius, easdem fuisse ra-
tiones ædificiorum in urbe & ruri, nisi
quod in urbe atria proxima januis solent
esse, ruri vero statim peristylia, deinde
tunc atria habentia circum porticus pavi-
mentatas, spectantes ad palæstras & am-
bulationes, *lib. 6. c. 8.* Alias Prætorium
etiam pro Regia sive aula accipitur, ut in
Tit. ff. de Offic. Præf. Præt. ac fuerunt
domus magnificæ, Principum, Præsidum,
Judicumque causa in civitatibus extructæ,
l. 3. C. de Oper. Publ. Sic in historia Pas-
sionis dominicæ ponitur pro dicasterio,
vel loco, ubi jus redditur. Hinc etiam 11
patet, magnam esse differentiam inter Præ-
torium ac Palatium. Palatium enim est
sedes solorum Imperatorum, & ædes Im-
peratori consecratæ, item aula Cæsaris ap-
pellatur, *l. un. C. de Palat.* Sixtin. *de Regal.*
lib. 2. c. 17.
De Suburbanis etiam Prædiis notan- 12
dum erit, quod nonnulli arbitrentur, sub-
urbana esse Prædia urbi vicina; alii vero
interpretentur de prædiis, quæ sunt in
suburbiis. Sed existimandum, Subur-
bana ea esse Prædia, quæ promiscuum ha-
bent usum, & urbanum & rusticum, ma-
gis tamen rusticum, quam urbanum,
Gœdd. *ad d. l. 198.* Stabula autem di- 13
verso respectu vel ad urbana, vel ad ru-
stica referuntur prædia; quæ enim sta-
bula hominibus atque jumentis recipien-
dis apta ac destinata, ut ibi viatores, via-
torumque hospitum, carrucariorum, alio-
rumque similium jumenta ac pecora pro
mercede hospitii gratia reficiantur, quæ
& diversoria & tabernæ dicuntur, *l. 183.*
de V. S. procul dubio prædia sunt ur-
bana, quia urbano usui deserviunt,
etiamsi non in urbe, sed ruri ædificata sint,
Wissenb. *ad d. l. 198.* Sin vero in stabu- 14
lis pecora, armenta & jumenta ad usum
rusticum recipiantur ac stabulentur, tunc
merito rusticis prædiis etiam sunt annu-
meranda. Horti quoque ædium com- 15
moditati addicti, sive in ædificiis consti-
tuti, & ædium sunt additamentum, ut lo-
quitur Papinianus in *l. 91. §. 5. ff. de Leg. 3.*
ac qui voluptatis & amœnitatis gratia tan-
tum coluntur, prædiis urbanis recte ad-
scribuntur. Si vero in reditu consistunt, 16
& ideo habeamus, ut inde fructum perci-
piamus, puta vinum, olus, legumina, fa-
bas & id genus alia, ad rustica prædia per-
tinent. Sic Aream ad urbanum Prædium 17
pertinere, habet Florentinus *in l. 211. de*
V. S. qui locum vacuum in urbe aream
vocat

vocat ædificiis destinatum. Est quidem area dicta ab ariditate, & Festus, *Area*, inquit, *proprie dicitur locus vacuus, qui quasi exaruit, nec possit quicquam generare, ex solis enim ardore aresit, ut nihil producat, nec ut quid producat, colitur vel seritur, aut plantatur.* Hinc est, ut aream quoque appellent JCti, locum, in quem ex tecto pluvia excipitur, *l. 2. ff. de Servit. Urb.*
18 *præd.* Aliud tamen dicendum de illo loco, in quo frumenta triturantur, & purgantur, qui sine dubio rusticus est, quia
19 rustico usui destinatus. Horrea autem, quæ in urbe Roma plurima fuere, non frumentaria duntaxat, & vinaria fuisse ostendit *lex 7. ff. de Instr. & Instr.* sed & mercium, instrumentorum, pignorum, rerumque omnium mobilium custodiæ attribuebantur, *l. 74. ff. de Contr. Empt. l. 19. §. 2. ff. de Jud.* in tantum, ut pretiosissimam fortunarum suarum partem in ea Romani reponerent, *l. 3. ff. de Offic. Præf. Vigil.* Brisson. *lib. 4. Antiq. c. 18.* Hinc pro usu & fine destinato aut urbanum, si rei urbanæ, uti mercibus rebusque pretiosis servandis serviat, aut rusticum dicendum, si colligendis fructibus sit apta-
20 tum. Quemadmodum etiam Romani ædes suas secundum quinque ordines Columnarum, Tuscanum, Doricum, Ionicum, Corinthium & Romanum, composuerunt, videndi sunt de Architectura Scriptores, ut Vitruvius, Palladius, Sca-
21 mozzi Vignola & alii. De Publicis quoque & privatis ædificiis certæ erant leges dictæ architectis & fabris, quas scire &
22 servare eos expedit. In publicis veluti, ut de vitio operis teneantur usque ad quindecimum annum, *l. 7. de operib. pub.*

23 Erat lex Ephesi dura conditione: sed jure non iniquo constituta, ut architectus, cum publicum curandum opus recipit, polliceatur, quanto sumtu id sit facturus: tradita ejus æstimatione, bona obligantur magistratibus, donec opus sit perfectum, eo autem absoluto, cum ad dictum impensæ respondent, decretis & honoribus ornatur. Item si non amplius, quam quarta in opere consumitur, ad æstimationem est adjicienda, & de publico præstatur, nec ulla pœna tenetur. Cum vero amplius quam quarta in opere consumitur, ex ejus bonis ad perficiendum pecunia exigitur. Vitruv. *in Proœmio lib. 10. de Architect.*

24 Alia lege cavetur, ut qui opus publicum, etiam propria liberalitate, exstruere incipit, imperfectum non possit relinquere, sed ipse, vel hæredes ejus cogantur implere, *l. 1. ff. de pollicit.* Quod ex- 25
presse cavit in monasteriis constitutio novella, quam refert Constantinus Harmenopulus *Lib. 5. Epit. Jur. c. 8.* quæ & ne imperfecta eorum remaneat structura, cogi posse eorum hæredes statuit. De 26
privatis quoque ædificiis plures extant leges. Una est, ne ædificare liceat in muris vel portis civitatum, *l. pen. & fin. ne quid in loco publ.* Alia huic proxima, ne 27
liceat ædificare opus in loco publico, contra ornatum & faciem, aspectumque decorum civitatis: utque ædificatum diruatur, nulla opposita præscriptione, *l. 6. C. de Operib. publ.* vel Principis rescripto, *arg. l. 3. C. de precibus Imperat. offer. l. ult. si c. jus vel util. publ.* Neve aliquæ ædes 28
dejiciantur, si inde etiam deformetur civitatis decor, *l. 2. de Ædif. priv. l. 5. C. de Oper. Publ.* Privata ædificia absint de- 29
cem pedes a publicis, ne periculum ex illis his accidat, *l. si cui. & l. penult. C. de ædif. priv.* Similiter nec licebat Caminum 30
ædificare in pariete communi, quia pro regula traditur *in l. 13. ff. de servit. Urban. Præd.* non posse vicinum admovere tubulos parieti communi, quia igne torretur, nam periculum est, ne vicino damnum afferatur, Gabriel *P. 1. Conf. 150. n. 1.* Aliæ præterea leges *in titulis ff.* ex inter- 31
dictis seu edictis prætoriis extant, ne quid in loco sacro, ne quid in loco publico, ne quid in flumine publico fiat. Tholosan. *in Syntagm. Jur. Lib. 18. c. 22. n. 2.* Com- 32
muniter etiam publicæ utilitatis gratia in domibus speciali ratione est indultum, ut is, qui ad reficiendam domum credit, jus tacitæ hypothecæ consequatur, quippe cum in ædificiis tuendis farciendisque publica versetur utilitas, *l. 1. in quib. caus. pign. & Hypoth. tacite contr.* Agitur enim in eo dignitas urbis & ornamentum, ut ædificia integra sint, & bene composita, non cassa & ruinosa, ne ruinis adspectus urbis deformetur. *Leg. XII. Tabul.* de Tigno juncto alie- 33
nis ædibus agere non permittitur, ut eximatur, ne per eam causam ædificia diruantur, *l. c. de Tign. junct.* Et SCtis cavetur, ea quæ ædibus juncta sunt, legari auferrique non posse, *Leg. Cætera, de Leg. I.* Præsidi- 34
bus etiam specialiter mandatum erat, ut inspectis ædificiis dominos eorum causa cognita reficere ea compellant, & deformitati auxilium ferant, *l. Præses. De offic. Præsid. l. ad Curatores, de damno infecto.*

CAPUT

CAPUT V.
DE PRÆDIIS RUSTICIS.

SUMMARIA.

1. *Usu distinguuntur Prædia urbana & Rustica.*
2. *Rusticum prædium quid sit?*
3. *Omnia ædificia esse prædia urbana falsum est.*
4. *Differentia inter Prædium Urbanum & rusticum.*
5. *Differentia circa impensas in refectionem factas.*
6. *Differentia in rebus illatis.*
7. *Item in reconductione.*
8. *Item in alienatione.*
9. *Quomodo in præscriptione differant.*
10. *Item in alimentis donatori præstandis.*
11. *Partes prædii rustici.*
12. *Prætorium quatenus ad Prædium rusticum pertineat.*
13. *Prætorium est, ubi Dominus habitat.*
14. *Prætorium unde dictum.*
15. *In urbe solius Principis domus Prætorium dicebatur.*
16. *In villis autem, ubi Dominus habitabat.*
17. *Paterfamilias est Rex familiæ.*
18. *De situatione Prætorii.*
19. *Villici habitatio proxime januam debet esse.*
20. *De partibus Prædii Rustici remissive.*
21. *Quæ stabula ad Prædia rustica pertineant.*
22. *Præcepta stabula concernentia.*
23. *Quæ horrea pertineant ad Prædia rustica.*
24. *Horrea publica.*
25. *Huc quoque spectat area.*
26. *Item horti vel ad urbana,*
27. *Vel ad rustica prædia spectant.*
28. *Tugurium quid sit?*
29. *Taberna casearia.*
30. *Molendina, furni, rates ad prædia Rustica spectant.*

1 IN capite præcedenti jamjam innuimus, non locum, sed usum ac destinationem Domini constituere prædia vel
2 urbana vel rustica. Rusticum autem prædium est, quod rei rusticæ, fructuum aut pecorum causa, paratum vel ruri vel in urbe, *l. 4. in quib. caus. pign. vel hypoth.*
3 Nec est, ut cum quibusdam a communi interpretum schola discessum faciamus, & omnia omnino ædificia quocunque loco posita, urbana esse prædia, rustica vero loca ædificiis vacua statuamus, *arg. d. l. 4. & l. 2. ff. de Servit. Præd. rust.* Servitus enim altius tollendi in allegata lege secunda rustica vocatur, non qua ratione ædificio debetur extra urbem posito, sed qua villæ, quæ rusticum prædium est, non ædificium, deberi hæc servitus potest, *d. l. 4.* loquitur Neratius de stabulis, quæ sunt jumentorum domus, *l. 13. ff. de Usufructu,* quid mirum ea vocari prædia rustica? Anth. Matthæi *ad §. 1. Inst. de Ser-*
4 *vit. Rust. & Urban. Præd.* Differunt vero in multis rustica prædia ab urbanis, in quibusdam autem conveniunt. Sic, uti dictum, publicæ utilitatis gratia in prædiis urbanis receptum, ut is, qui ad reficiendam domum credidit, jus tacitæ hypothecæ consequatur, cum in ædificiis tuendis publica versetur utilitas, ne ruinis adspectus Urbis deformetur, *l. 1. in quib. caus. pign. & hypoth. tac. contr.* Impensa vero in 5
rusticum prædium nullam habent conditionem aut repetitionem, nisi quatenus ad ampliorem ipsius ubertatem apta fuerit erogatio, perpetuamque fundi utilitatem respiciat. Renat. Chopin. *de Privil. Rust. lib. 2. c. 3.* Similiter prædio urbano vel 6
ædibus locatis illata a conductore, tacite obligata sunt domino, *l. 11 §. 5. ff. de Pignor. Act.* In prædium rusticum vero illata a colono non sunt tacite obligata domino villæ & agri locati. Fructus enim, qui in prædiis nascuntur, tacito intelliguntur pignori esse proprietario agri, etiamsi diserte id non convenerit. Alia differentia tra- 7
ditur *in l. 12. §. 11. ff. locati.* ubi colonus impleto tempore conductionis, si remanserit in conductione, videtur taciturnitate utriusque partis agrum reconduxisse. In urbanis autem Prædiis alio jure utimur, ut prout quisque habitaverit, ita & obligetur, nisi tempus conductionis quoddam scripto præfinitum sit, Renat. Chopin. *d. l.* Cum quæritur de alienatione præ- 8
diorum pupillarium aut minorum viginti quin-

quinque annis, quæ si rustica sint aut suburbana, oratione Severi sine decreto sola prohibentur alienari, *l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Quod constitutione Constantini ad urbana quoque Prædia extensum est, *l. 22. C. de Adm. tut.* Arnold.
9 Vinn. *Select. Quæst. c. 30.* Rusticæ quoque servitutes, quæ habent causam continuam, amittuntur per non-usum temporis hominis memoriam excedentis: Urbanæ vero, ex decennii usus intermissione inter
10 præsentes, aut vicennii inter absentes. Locatis denique ædibus, ut donatori alimenta subministrentur a donatario, licet ædibus postmodum chasmate consumtis, nihilominus pacto convento alligatur, per DD. *ad l. 1. C. de jure Emphyt.* Aliter autem se res habet in rustico prædio, ubi fundo, ex quo debentur fructus, deperdito, fructus non debentur, Marc. Anton. *de Amat. Decis. 141. n. 9.*

11 Varias autem prædium rusticum habet partes, inter quas primum locum sibi ven-
12 dicat Prætorium, hoc si non fuerit urbanorum ædificiorum æmulum, sed necessitatis tantum rusticæ, ut instrumenta & familia ibidem sint, utique erit rusticum; quod si formam urbanam ementiatur, urbanum erit, per *l. 198. de V. S.* Sed de hoc *præ-*
13 *cedenti capite* actum est. Vocatur autem illa villæ pars Prætorium, quam Dominus
14 habitandam sibi recipit; Prætor quidem olim dicebatur omnis magistratus, quasi qui præiret, ut in castris is, quem Locumtenentem Regis vocamus, cui totus paret exercitus: & ejus tabernaculum Prætorium, & porta, qua exibat, prætoria nominabatur. Postea quum rerum summa uni cessit Principi, ejus domum prætorium nuncuparunt, quod nos hospitium Principis, & cohors Prætoria, eorum militum sci-
15 licet, qui semper apparent Principi. Itaque in urbe solius Principis domus prætorium appellabatur, reliquorum civium domus non item, ne vel hac una Principis dignitate participarent. At in villis rusticis, in quibus quisque dominium fere tantum habet in suos, quantum Princeps in
16 suos subditos, prætorium dixerunt, ubi scilicet quasi Rex villæ & Princeps habitaret, certe is, qui toti familiæ suæ rusticæ præiret. Cujus imaginarii regis nullus in civitate privatus quidem speciem aut simulachrum poterat obtinere, Connan. *Lib. 4.*
17 *c. 10.* Hinc eum Homerus *Odyss. 1.* Regem familiæ, Aristoteles vero *in politicis*
18 Monarcham œconomicum appellat. In ædificatione autem Prætorii, secundum Palladium *lib. 1. c. 8.* observari debet, ut ejus situs sit loco aliquatenus erectiore & sicciore, quam cætera, propter injuriam fundamentorum, & ut Dominus læto fruatur adspectu. Post Domini habitationem, 19
admonente Varrone, *c. 13.* Villici prope januam debet esse, ut sciat, qui introeat, aut exeat noctu, quidve ferat, præsertim si ostiarius sit nemo. De cæteris rustico- 20
rum prædiorum partibus ac earum positione, videndi sunt Columella *Lib. 1. c. 6.* Pallad. *Lib. 1. c. 8.* Vitruvius *Lib. 6. c. 1.*
De stabulis sciendum, quod quædam ad 21
urbana, de quibus capite præcedenti actum, quædam ad rustica pertineant prædia. Si 22
enim pro stabulandis jumentis & armentis comparata, & a continentibus ædificiis separata sint, prædia urbana dici non possunt, sed tam loco, quam usu, pro rusticis habenda. Franzk. *Exercit. 5. quæst. 1.* de his Columel. *Lib. 1. c. 6. Pecudibus*, inquit, *fient stabula, quæ neque calore, neque frigore infestentur. Domitis armentis duplicia bubilia sint, hyberna atque æstiva; cæteris autem pecoribus, quæ intra villam esse convenit, ex parte tecta loca, ex parte sub dio parietibus altis circumsepta, ut illic per hyemem, hic per æstatem sine violentia ferarum conquiescant.* Similiter Horrea mixti usus 23
fuerunt; Ad rustica prædia pertinent ea horrea, quæ colligendis fructibus sunt apta, ideoque non improbabiliter Varro *lib. 4. Lat. Ling.* existimat, nomen horrei ab hordeo tractum, quod hordeum & frumenta in eo servari solent, ejusmodi autem horreum etiam in casu, quo forte eo locato merces recipitur, rusticis est annumerandum prædiis, neque enim mercedis perceptio mutat primam rei qualitatem, Zoes. *ad Tit. ff. de Servit. n. 27.* Habebant & 24
Romani Horrea Publica, ex quibus frumenta dabantur pistoribus, tum deinde populo panes, qui gradiles dicebantur, quod e gradibus, qui in unaquaque regione urbis erant, ad pistrina præbebantur. Cujac. *ad Tit. Cod. de Condit. in publ. Horreis.*
Huc etiam spectat area, quæ est locus in 25
prædiis rusticis, in quo frumenta trituranda & purganda exponuntur, unde Virg. *lib. 1. Georg.* dicit:

Area quam primum ingenti est æquanda cylindro.

Hinc Varro aream vocat, ubi frumenta secta terantur & arescant, quo sensu etiam propter horum similitudinem loca in urbe pura areæ dicuntur, & est locus in urbe sine

fine

sine ædificio, Hotteman. *in Lexic. Voc. Area.* Sed de his actum capite præce-
26 denti. Eadem ratio est in hortis, qui si amœnitatis gratia tantum colantur, ac ideo habentur, ut pharmaca & herbas medicas, vel ejus generis utilia colligamus, vel voluptatis causa plantemus, ut viridia sint, & variis florum generibus nos reficiant, ur-
27 bani horti erunt. Si vero principaliter propter rusticos usus constituti, ut sunt vinearii, olitorii & sativi, rusticis etiam prædiis accensentur. Non enim secundum Ciceronem, *in Catone Majore,* segetibus solum, pratis, vineis & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed pomariis etiam & hortis, pecudum pastu, & apium examinibus, tum florum varietate, vid. *cap. antecedens n. 15.*
28 Tugurium quoque est casa seu domuncula rustica, vimineis aut ligneis cratibus ædificata, intextis ramentis aut arundinibus, tegulis culmisve temere congestis tecta, non ut ibi habitet paterfamilias, aut rustica familia vel mancipia, vel fructus aut instrumenta recondantur custodiæ causa, sed solummodo, ut quæ ibi sunt, ab imbribus atque pluviis, vel nimia solis impressione defendantur; describitur enim a Pomponio in *l. 180. de V. S.* quod sit omne ædificium, quod rusticæ magis custodiæ convenit, quam urbanis ædibus, Gœdd.
ad d. l. Ejusmodi ædificiis rusticis merito 29
etiam accensenda erit taberna casearia, cujus mentio fit in *l. 8. §. 5. ff. Si servit. vindic.* Veterum autem caseos fumigandi morem refert Plinius *lib. II. c. 41.* *At caprarum,* ait, *gregibus sua laus est in recenti maxime caseo, augente gratiam fumo, qualis in ipsa urbe conficitur, cunctis præferendus.* Et Martialis *in Xeniis:*

Non quemcunque locum, nec fumum caseus omnem,
Sed Velabrensem, qui bibit, ille sapit.

Credebantur autem gratioris & suavioris gustus esse casei fumo infuscati, Brisson.
Lib. 4. Select. Antiquitat. cap. 15. Molen- 30
dina denique, furnos, rates, rectius rusticis, quam urbanis prædiis annumerari, tradit Chopin *de Privilegiis Rust. Lib. II. c. 4.*

CAPUT VI.

DE PRÆDIIS ROMANORUM PRÆCIPUIS, ET EORUM DENOMINATIONE.

SUMMARIA.

1. *Agri ab initio ad Rempublicam spectabant.*
2. *Postea bene merentibus conferebantur.*
3. *Prædia primis temporibus fundo respondebant.*
4. *Dein in urbium modum excrescebant.*
5. *Imo totam ferme Italiam occupabant.*
6. *Miseria habebatur possidere prædium angustum, licet fertile.*
7. *Agri ad voluptatem accommodabantur.*
8. *Horatii testimonium de hoc.*
9. *Item Varronis.*
10. *Villæ publicæ Romanorum.*
11. *Villa Luculli.*
12. *Ejus piscinæ.*
13. *Villa Hortensii.*
14. *Villa Pisonis.*
15. *Villa Mecænatis.*
16. *Item Quintilii Vari.*
17. *Villa Hadriani.*
18. *Villa Cæsarum ad Gallinas.*
19. *Agri M. Crassi.*
20. *Villa Axii Appii.*
21. *Prædium Scipionis.*
22. *Spelunca Neronis.*
23. *Pausilippum.*
24. *Libri in prædiis compositi.*
25. *Puteolanum Ciceronis.*
26. *Plura prædia Ciceronis.*
27. *Tusculanum.*
28. *Laurentinum Plinii.*
29. *Prædia Horatii.*
30. *Villa Catulli.*
31. *Chelseicum Mori.*
32. *Santomurianum Budei.*
33. *Caregium Laurentii Medices.*
34. *Cachantium Chopini.*
35. *Prædiolum Valerii Flacci.*
36. *Villa Platonis & Xenophontis.*
37. *Senecæ studium agriculturæ.*
38. *Nomina Prædiis a regionibus indita.*
39. *Item a possessoribus denominata.*
40. *Quod hodienum servatur.*
41. *Prædia a fluminibus nominata.*
42. *Propter amœnitatem delicata nomina imposita.*

43. *Titu-*

43. *Titulos Regios prædiis imponere olim prohibitum.*
44. *Quod hodie non obtinet.*
45. *Nec prohibitum insignia propria affigere.*
46. *Ambitio in titulis.*
47. *Taxa, si ex prædio Baronia fiat.*
48. *Item de prædio* sich von, auf, oder zu zu schreiben.

1 QUamvis ab initio apud Romanos omnis ager, qui occupabatur, Reipublicæ esset; Tamen deinceps, ut eo studiosius exerceretur, visum est in-
2 ter privatos eum dividere. Nonnunquam etiam militibus veteranis in solatium neglectæ rei familiaris, & aliis de Republica bene meritis prædia conferebantur. Ita Lampridius *in vita Alexandri Severi:* His vero, qui rempublicam bene gesserant, consularia ornamenta decreta sunt, additis etiam sacerdotiis, & agrorum possessionibus iis, qui erant pauperes, & ævo jam
3 graves. Principio autem prædia pro ratione fructuum & familiæ exstruere cœperunt, absque omni sumtu & urbano nitore, curatumque unice, ut villa fundo re-
4 sponderet. Crescente autem luxu & amore habendi, villæ in urbium modum exædificabantur, conquerentibus Sallustio *in Catilina*, & Tiberio *in literis ad Senatum*, infinita esse villarum spatia. Tac. *lib. 3.*
5 *Annal.* Siquidem totam fere Italiam occupaverant privati, ut vix publico quicquam reliquum foret, cuncta erant adeo ad voluptatem & delicias exculta, & occupata, ut vix aratro & sementis ager superesset.

6 Hinc rusticitatis & miseriæ fuit habitum possidere prædium angustum, licet fertile, sine Prætoriis superbis & regiis palatiis, piscinis & stagnis, quæ amplissimos lacus, imo ipsa maria imitabantur, Porticibus speciosissimis, hortis, & vivariis amœ-
7 nissimis. Plurima quidem cultores agrorum nova inveniebant, Senec. *Epist. 90.* per quæ fertilitas non augeretur, sed eum in finem, ut, quæ ferebantur arbores, opaciorem umbram ambulantibus redderent, aut spectantium oculos majori voluptate
8 afficerent. De quibus Horatius *lib. 2. Ode 15.* conqueritur:

Jam pauca aratro jugera Regiæ
Moles relinquent: undique latius
Extenta visentur Lucrino
Stagna lacu: platanusque cælebs
Evincet ulmos. Tum violaria, &
Myrtus, & omnis copia narium
Spargent olivetis odorem,
Fertilibus domino priori,


Hinc Varro *lib. 1. c. 13.* antiquorum studium, novissimorum luxuriam appellat. 9
Illi, inquit, *faciebant ad fructum communem, hi faciunt ad libidines indomitas.* Itaque illorum villæ rusticæ erant majores, quam urbanæ nunc sunt pleræque. Contra illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam, præsepes laxas, cellam vinariam, & oleariam, ad modum agri aptam, & pavimento proclivi in lacum, quod sepes, ubi conditum novum vinum, ut in Hispania, fervore musti ruptæ: nec non & dolia, ut in Italia, ne vinum prolueret. Item cætera, ut essent in villa hujusmodi; quæ cultum quærerent, providebant. Nunc contra villam urbanam quam maximam ac politissimam habeant, dant operam: ac cum Metelli & Luculli villis, pessimo publico ædificatis, certant. Quocirca hi laborant, ut spectent sua æstiva triclinaria ad frigus orientis: hiberna ad solem occidentem potius, quam orientem. Antiqui non curabant, in quam partem cella vinaria, aut olearia fenestras haberet; dum fructus in eo vinarius quærat ad dolia aëra frigidiorem. Habuere autem Ro- 10
mani etiam villas publicas, de quibus prius sciendum, illas ad frugalem illam veterum simplicitatem fuisse exstructas. Talis villa erat sita in campo Martio, ad quam solebant cives animi gratia exspatiari, vel si in campo Martio in Comitiis esset versandum, ad fallendum moræ tædium secedere. Utilis quoque erat ad administrandam Rempublicam, ibi cohortes ad delectum consuli adductæ considebant, arma ostendebant, & censores ibi censu admittebant populum. Sic quoque Cicero Villæ publicæ mentionem facit *in lib. 4. Epist. 15. ad Atticum.* Efficiemus, *inquit*, rem gloriosam, nam in campo Martio septa tribunitiis Comitiis marmorea sumus & tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur, simul adjungetur huic operi VILLA etiam PUBLICA.

Præ cæteris autem inter privata prædia 11
celebris est Luculli villa, cujus mentionem facit Varro *Lib. 3. de R. R. c. 16.* *Lucullus enim*, inquit, *in Bajano tanta ardebat cura, ut architecto permiserit, suam pecuniam consumere, dummodo perduceret, specus e piscinis*

in mare objectaculo, quo æſtus bis quotidie ab exorta luna ad nonam proximam introire, aut redire rurſus in mare poſſet, ac refrige-
12 *rare piſcinas.* Ac Plinius *Lib. 9. Hiſt. Nat. c. 54. Lucullus exciſo etiam monte juxta Neapolin, majore impendio, quam villam ædificaverat, Euripum & maria admiſit.* Qua de cauſa Magnus Pompejus Xerxem togatum eum appellabat. Tricies ipſius piſcinæ a defuncto illo veniere piſces. Sitam eam fuiſſe ad radicem Miſeni in littore verſus Prochyten, ubi ſub undis piſcinarum ruinas conſpici perhibet Schottus *in Itin. Italiæ p. 559.* Plura de villis Luculli vid. in Kircheri *Latio Lib. 2. Part. 2. c. 5.* ubi & Plantam ſeu Ichnographiam videre
13 licet. Non minorem curam in piſcinas impendit Q. Hortenſius Orator, villam habens in regione Bajana, referente eodem Varrone *lib. 3. c. ult.* quod nimirum magis ſollicitus fuerit de ægrotis piſcibus,
14 quam de male habentibus ſervis. Neronem quoque amœnitate Caji Piſonis villæ captum, refert Tacitus *lib. 15. Annal.* Crebro enim eo ventitabat, balneaque & epulas inibat, omiſſis excubiis & fortunæ ſuæ mole. Mecænas villam in ultimo Tiburtinæ urbis clivo, omni deliciarum genere confertam exſtruxit, quam Kircherus *in deſcript. Latii Lib. 3. Part. 2. c. 4. §. 2.* exhibet. Primo, *inquit*, quidem verſus ſeptentrionem ſpectatur præcelſum dicti clivi præcipitium, cui villæ ſubſtructiones, quæ in hunc usque diem integræ adhuc ſpectantur, innitebantur; opus ſane admirabile, quod vaſta ſua mole nulli ex Romanorum fabricis cedat, per cujus meditullium Via Valeria pandebatur ad Samnites Pelignosque ituris, ſtupendis arcubus & camerarum etiamnum ſuperſtitum vaſtitate conſpicuum: His arcubus ex oppoſita parte eodem ordine poſiti arcus congruunt, ita ut via Valeria medium, inter utrasque partes arcuum, locum tenuerit, quam & portam obſcuram hodie a tenebroſo tranſitu vocant. Verum ut hæc melius concipiantur, ejus ſchema hic appoſitum.

15 Supra hujusmodi inſanæ molis ſubſtructiones, villa Mecænatis fundata fuit eo, qui ſequitur, modo. Habebat illa, quantum ex ſuperſtite adhuc fabrica colligere licet, duos columnarum ordines, quarum una alteri, Dorico & Ionico labore, quam ſcitiſſime ex coctis lateribus concinnatæ, ſupra firmiſſimos & prægrandes abacos impoſitæ cernuntur. Ex quarum poſitione columnarum naſcuntur duæ porticus in circuitum poſitæ, de quarum exteriori circumquaque borealem camporum plagam ſumma cum amœnitate ſpectare licebat; hinc totius Latii veteris diſtrictum verſus meridiem, illinc Sabinæ Regionis territorium ab occaſu, ibi circumfuſorum montium concatenatam ſeriem, una cum formidabili Anienis valle; hinc ad ortum agros Præneſtinos, Labicanos, Gabiorum, Tuſculanorum, longe lateque profuſam planitiem. Altera interior ambitu ſuo atrium conficiebat, de quo poſtea, intra duas haſce porticus, varia camerarum aularumque habitacula cernuntur; quæ tamen non aliunde, quam per dictarum porticuum aperturam, lumen recipiunt; etſi enim omni diligentia inquiſiverim, nullam tamen in dictis cameris feneſtram, quæ lumen admittat, reperire licuit, ut proinde vix concipi poſſit, quomodo in iis commode habitare potuerint, apertis enim portis aëris interfuſi inclementiam eos ſuſtinere neceſſe erat; clauſis vero, ob cimmerias tenebras, lumen, niſi candelarum lucernarumque ope, non habebant, neque caminorum in eo veſtigia notantur. Ut proinde non niſi converſationi eorum, qui ad Mecænatem magno numero confluebant, ubi, veluti in Stoa quadam Zenonis & Peripato Ariſtotelico, de variis artibus & ſcientiis cæterisque ingenii luſibus quisque genio ſuo indulgebat, deſtinatas fuiſſe exiſtimem. Rurſum in atrio interiori aliud aſſurgebat, uti ex murorum veſtigiis apparet, ædificium, cujus inferior contignatio, uti Ligorius conjicit, continebat pulcherrimam fontis fabricam, quæ undique & undique in vicina concharum receptacula aquas, tum ad uſum domeſticum, tum ad amœnitatem & magnificentiam loco conciliandam, diffundebat. Supra hanc contignationem primam per ſcalas ſingulari artificio diſpoſitas, ad alteram contignationem aſcendebatur, ubi ego habitationem Mecænatis ad omnem humanæ vitæ uſum commodiſſimam fuiſſe, puto. Quanam vero palatium iſtiusmodi partium ſingularum diſtributione conſtitutum fuerit, deficientibus veſtigiis, non niſi conjectura conſequi poſſumus, unde & tibi hanc fabricam, non qualis revera fuit, ſed qualis eſſe potuit & debuit, in ſchemate exprimendam cenſui. Repeiuntur præterea inter alia ad aſcenſum villæ octanguli fani veſtigua, ſuperbiſſimis columnis fulti, quarum una adhuc ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ del paſſo ſupereſt, quam ſcitiſſime

elabo-


Al. cap. 6 n 15.
L. I.
DELICIÆ
Nota Lector, in hac Delineatione Ambulatra AC. AB. BD integerrima in hunc usque diem reperiri, uti et concava siue Cavædia EFG sine ullo tamen ornamento; Palatium vero HIKL juxta Fundamenta, quæ restant, arbitrariè delineauimus, vestigia quoque Scalarum et Aquæductuum etiamnum reperiuntur.
B
D
G

elaborata. Versus occasum quoque Li-
gorius detexisse se ait scalarum pulchro
ordine in circuitu dispositarum situm, per
quas ad villam adscensus dabatur; hodie
dictarum fabricarum locus in amœnissi-
mam vineam primo a Theobaldinis, modo
a Cocconariis, qui loci possessores sunt,
excultus; ita ut præter dictas porticus nil
aliud reliquum videatur. In hac Villa
Mecænas summa cum quiete victitans
amœnissimis studiis animum fovebat ab
omni ambitionis labe quam remotissimum;
unde nemo illo charior & familiarior Au-
gusto, ita ut mundi qua premebatur mole
mentem negotiorum multitudine & varie-
tate fessam nonnihil relaxaturus, ad hanc
villam veluti ad sacram anchoram, dulci
Mecænatis consuetudine fruiturus confu-
geret. Quare etiam Mecænas moriturus,
cum tot jam annis Augustum hospitem in
ea recepisset, quemque tanto affectu sem-
per prosecutus fuisset, eundem villæ hæ-
redem constituisse fertur, ut proinde vel
ex hoc capite non Mecænatis duntaxat, sed
& Augusti Cæsaris villa in hunc diem ap-
pelletur. Kirch. *in descript. Latii Lib. 3.*
16 *P. 2. c. 4. §. 2.* E regione hujus prædii
sita erat Quintilii Vari, qui in Germania
cum tribus Legionibus Romanorum ab
Harminio deletus est, villa, quam Kircher.
d. l. §. 3. ita describit: In editissimo, *ait*,
clivo, situm habuit, supra quem primo
quædam totius fabricæ veluti substructio,
& fundamentum sub figura fere quadrata
cernitur, intra cujus penetralia cisterna vi-
sendam se præbet, scalarum ordinibus per
quas ad agros descensus dabatur quam
commodissimus. Supra hoc fundamen-
tum aliud sane eximium palatium exstru-
ctum fuisse colligitur ex Columnarum
abacis & lemniscis, cæterisque ornamentis,
uti & ex Conchis, intra quas aqua saluber-
rima, tum ad usum domesticum, tum ad
ludicrorum delectationem derivabatur ex
copiosa vicini fontis scaturigine, qui in
hunc usque diem juxta Cœnobium S. Mi-
chaëlis Archangeli, quod in Pajola dicitur,
superest, deducebatur, & canales veteris
hydragogi, qui per illam viam ambulanti-
bus passim obvii sunt, aperte demonstrant.
Circa hoc palatium ingens spatium relin-
quebatur jocis ludisque exercendis desti-
natum, supra hoc vero aliud in speculum
terminatum, ex qua uti ex totius palatii
ambitu longe lateque diffusa planities tum
Latii, tum Sabinæ amœnissimum specta-
culum exhibebat: & ut verbo absolvam,
fabricam trizoniam faciem exhibuisse ex
ejus vestigiis patet. Narrat Antoninus del
Re *in antiquitatibus suis Tyburtinis*, omnium
habitaculorum hujus villæ pavimenta pre-
tiosis lapidibus fuisse tessellati operis, aut
si mavis musiva arte strata, qui lapides, uti
differentibus coloribus gemmarum ad in-
star nitebant, ita quoque mirum in mo-
dum intuentium oculos rapiebant; quæ
tum primum detectæ fuerunt, cum Cardi-
nalis Montinus nonnihil rusticaturus Roma
Tybur appulisset. Hic considerato lapi-
dum pretio & pulchritudine quicquid in
ruderibus similium lapidum reperiri po-
tuit, congessit, & viginti jumentorum la-
bore partim Romam, partim aliis Principi-
bus ceu res pretiosas domum transmisit,
ita ut in hunc diem vix amplius reperian-
tur. Hadrianus Imperator, Prædium suis 17
commoditatibus aptum conditurus, ut
præcedentium Imperatorum gloriam in ad-
mirandis, quæ reliquerant, monumentis
obscuraret, uti erat peringeniosus, ita quo-
que quicquid in urbe Romanorum rarum
& admiratione dignum reperiebat, in vil-
lam suam, in quandam veluti Romani Im-
perii Epitomen contrahere constituit.
Hinc uti refert Ælius Spartianus *in ejus
vita*, Tyburtinam villam mire exædificavit,
ita ut in ea & Provinciarum & locorum
celeberrima nomina inscriberet, velut Ly-
ceum, Academiam, Pritaneum, Canopum,
Pæcilem & Tempe Thessaliæ vocaret, &
ut nihil prætermitteret, etiam inferos finxit.
Pleniorem hujus villæ descriptionem &
mappam vide in Kircheri *Latio Lib. 3. P. 2.
cap. 3.* Modo Villa hæc, vere villarum
Regina, ita deformata jacet, ut non nisi
cadavera, & sceleta Palatiorum intuearis
omnia plena virgultis, spinis senticetisque
obsita; Sic transit gloria mundi. Celebris 18
insuper erat Villa Cæsarum ad gallinas
dicta: Occasionem nominis recenset Pli-
nius: Namque Liviæ Augusti Conjugi
gallinam conspicui candoris sedenti aquila
ex alto dejecit in gremium illæsam, intre-
pideque miranti accessit miraculum, quo-
niam teneret rostro Laureum ramum onu-
stum suis baccis. Conservare alitem &
sobolem jussere aruspices, ramumque eum
seri ac rite custodiri. Quod factum est in
villa Cæsarum, fluvio Tyberi imposita juxta
nonum lapidem Flaminia via, quæ ob id
vocatur ad gallinas, mireque sylva prove-
nit. Idemque Plinius *Lib. 33. c. 10.* refert 19
de Marco Crasso, eum in agris suis Sester-
tium M. M. possedisse, Quiritum post Syllam

ditissimus, nec fuisse satis nisi totum Par-
20 thorum esurisset aurum. Notanda hic
etiam venit Axii Appii villa in Rosea; fuit
autem Rosea campus Reatini agri fertilis-
simus, cujus tanta fuit fertilitas, ut etiam
perticæ longitudinem altitudo herbarum
excesserit, & quantum per dies demtum
esset, tantum crescebat noctibus singulis,
21 vid. Servius *in lib. 7. Æn. Virg.* De præ-
dio quoque Scipionis Africani Liternino,
sic dicto, quod illud prope oppidum Li-
ternum situm esset, tradit dictus Plinius
Lib. 16. c. 44. quod vita arborum ibidem
consitarum immensa sit & valde longæva:
22 Notandum etiam hic venit sublacense &
spelunca Neronis, de quibus Sueton. *lib. 3.*
23 *c. 39.* & Tacit. *lib. 4. Annal.* Pausilyp-
pum, quæ erat villa Campaniæ, haud pro-
cul Neapoli, quam Pollio moriens Au-
gusto legavit. Innumera denique vete-
rum prædia hic recenseri possent, quibus
24 abundant veterum historiæ. Quot porro
reconditæ doctrinæ libri e Prædiis sub-
25 urbanis ad nos pervenere? Hoc nomine
celebre est Puteolanum Ciceronis, quod
nomen a vicinis puteolis accepit, de quibus
ipse Cicero *in lib. 14. Ep. 18. ad Atticum* ex-
clamat: O loca cæteroqui valde expetenda,
interpellantium autem multitudine pene
fugienda. Imposita enim erat illa villa
littoribus, ad Averno lacu Puteolos ten-
dentibus, celebrata porticu ac nemore,
quam Cicero vocabat Academiam, ab
exemplo Athenarum, ibi compositis volu-
minibus ejusdem nominis, in qua & mo-
numenta instauraverat, ceu vero non & in
toto orbe fecisset, in hac composuit egre-
gia sapientiæ monumenta libros ejusdem
26 nominis. Et quamvis Cicero plurima
prædia, ut Solonium in campo Solonio,
Pompejanum Prædium Pompejanis vici-
num, Trebulanum ad oppidum Trebu-
lum, Cumanum & Formianum habuerit,
27 tamen omnibus anteponendum erit Tu-
sculanum, quod olim Syllæ dictatoris fuit,
teste Plinio *lib. 22. C. 6.* a vicino oppido
Tusculo appellationem nacta est. Gra-
tissima hæc fuit Ciceroni & valde jucunda,
quo multa ornamenta & signa comporta-
verat, ceu ipse *in Epistolis ad Atticum* indi-
cat. Nos Tusculano ita delectamur, ut
nobismetipsis tum denique, cum illo veni-
mus, placeamus; & alibi: nos ex omnibus
molestiis & laboribus uno in illo loco con-
quiescimus, uti videre licet ex *Epist. 1. 3. 4.
5. 6. 7. 8. 10.* Ibidem etiam Cicero mul-
tas scholas habuit, Oratores & sapientes
formavit, atque ea quæ in libris Tuscula-
narum quæstionum comprehenduntur, di-
sputavit. De quo prædio ita Kircherus in
descriptione Latii Lib. 2. Part. 2. c. 1. In
ultimo, *inquit*, montis Tusculani jugo, in
descensu versus inferiorem montis partem
sive dorsum, in parvam quandam, eandem-
que ob prospectum peramœnam termina-
tur planitiem, ubi etiamnum rudera spe-
ctantur, quæ deliciosum locum fuisse osten-
dunt, cryptis, peristyliis exediisque specta-
bilem, quamvis hodie arboribus, pratis, vir-
gultis obsitus locus vix ullam pristinæ di-
gnitatis speciem exhibeat: Atque hoc in
loco veluti recessu quodam ab omni stre-
pitu populari longe remotissimo, Cicero-
nem domum ædificasse volunt, uti musis
consecratam, ita Paredriis aptam Xystis-
que insignem: In qua veluti literaria qua-
dam Palæstra auditoribus suis eas quæstio-
nes, quas Tusculanas vocavit, tradidisse cre-
dunt omnes Antiquitatum notitiæ periti
scriptores. Spectantur, ut dixi, etiam-
num rudera, murique, exedræque in eo
quem dixi loco, dorso videlicet Tusculani
jugi, in quo civitas olim Tusculana termi-
nabatur. Paulo supra palatium seu villam
Cardinalis Sachetti, quæ hanc planitiem
Ciceronianam pomerii sui ambitu includit.
Plura de hac villa vid. apud Kircher. *d. c.
l. 2.* Namque tota Tusculana regio amœ-
nissima, delicata & saluberrima fuit; sic
enim Seneca *l. 4. de benefic. c. 4.* Nemo
Tusculanum aut Tyburtinum emere pa-
ratus, salubritatis causa & ævisti secessus,
quoto anno emturus sit, disputat. Simili- 28
ter plurimum luminis attulit Laurentinum
Plinio, quod describit *Epist. 37.* & Lucre- 29
tile Horatio in Sabinis, quem constat plu-
rimum vixisse in secessu ruris sui Sabini
aut Tarentini, domumque ejus ostendi
circa Tyburni Luculum, tradit Suetonius
in ejus vita, ac ipse de se *Lib. 2. Ode 18.*
dicit:

Satis beatus unicus Sabinis.

Et *Lib. 2. Ode 6.*

Tybur Argeo positum Colono
Sit meæ sedes utinam senectæ,
Sit modus lasso maris & viarum Militiæ-
que.

Ostenduntur & rudera Catulli Villæ ad 30
Anienis ripas, quas tum ad animi relaxa-
tionem, tum ad Poëticum Enthusiasmum,
murmure fluminis suscitandum, Catullum
petiisse tradunt. Locus ob planitiem
non exiguam amœnitate plenus, qui ho-
die Truglia dicitur, quam putant ex no-
mine

mine Catulli, corrupte Truglia, quasi diceres Tulla remansisse. Quod etiam ex variis marmorum fragmentis Tesselatique operis reliquiis, quas Coloni Vinitoresque ibidem detexerunt, colligitur. De qua villa Catullus:

Fui libenter in tua Suburbana
Villa, malamque pectori expuli tussim.

Libero quoque mentis conceptu sibi cane-
31 bant & Musis Thomas Morus in Chel-
32 seico; Budeus in Santomuriano; Lauren-
33 tius Medices, literarum patronus, in Care-
34 gio; Renatus Chopinus in Cachantio ad
35 Lutetiam. Sicuti etiam de Valerii Flacci prædiolo refert Martialis, & ille in prædio illo exiguo Minervæ curas reponere consuevit. Apud Græcos quoque Sapientissimos Prædiis fuisse oblectatos, ibique studiis operam navasse, constat. Memorabi-
36 lis est villa Platonis, quæ Academia ab Academo Heroë dicta fuit. Hic enim cum plures annos Socratem Athenis in Patria audivisset, in Italiam tandem ad Pythagoricos atque ad Prophetas in Ægyptum & alio se contulit studiorum causa: Sive quod ei Socrates non sufficeret in omnibus, sive quod præmatura morte præveniretur: Ex his itaque itineribus redux Plato factus non diu Athenis in Urbe vixit, sed studiis suis otium ac secessum quæsivit, atque in villa Academica invenit tandem, quem agrum ter mille drachmis sibi ac suis redemit. Ad quam Villam undiquaque confluebant Philosophi, nulli victoriæ laudem in artibus tribuentes, nisi qui laurum e nemore hoc Platonis Academico reportasset. Huncque locum adeo sanctum & serium semper fuisse memorat Ælianus, ut vel risisse in eo rem indignissimam judicarint Philosophi. Quibus mira adhuc ejus opportunitas accessit; Ab Athenis enim sex Villa stadiis aberat plagam versus septentrionalem. Cujus etiam ex Urbe via longe amœnissima erat tot tumulis Heroum & eruditissimorum mirifice decorata. Hinc enim Mausolæa lucebant, hinc Marmora splendebant, Pyramidumque ceu Mundi Miracula altissimorum Montium instar omnium magnificentissime surgebant. In his legere deambulantes res pace belloque laudabiliter gestas multis cum deliciis poterant, plerasque etiam vivis coloribus artificiosissime depictas observare. Quæ omnia ad similes virtute spectantes facile invitabant. Imo quam augustissima illa & regia vere omnium Musarum sedes, taliter ab optimis, iisque verissimis Scriptoribus depingitur. Academicam enim villam amœnissimam vernam semper fuisse, ac platanis & olivis opacissimam, aquis item irriguam, per varias semitas purissime fluentibus, quæ æstum diei lenem admodum ac mitem reddiderint, Plutarchus, Suidas, aliique testantur. Ut adeo, sive nemus ipsum aspexeris, semper rarissimis arboribus consitum, sive præterlabentia flumina inspirantes ramis arborum auras, & volucrum suavissimos cantus in aurem demiseris, sive denique cœli fueris contemplatus libertatem, atque hortorum amœnitates intuitus, omnia sublimem animum & spiritum beatiorem parare visa fuerint. Hinc Deorum has sylvas, ac arbores in eis Diis Deabusque dicatas fuisse, Eupolis ac Timon volunt. Et Aristophanis hoc ad virtutes optimum irritamentum est. Fore enim dicit, ut virtutibus conspicui tandem in his Academiæ sedibus inter oleas ac platanos ambulent, coronis purissimis capita redimiti.

Ad ipsam vero structuram Academiæ deveniamus, restat. Hujus in primo aditu Amoris ara conspiciebatur, quam Promethei excepit mox, a qua homines in urbem facibus accensis pro præmio currebant. Quod huic Deastro certamen dicatum cum Minerva & Vulcano, erat Pani etiam quandoque sacrum. Tres autem certabant plerumque, quorum quivis eo contendebat, ut facem accensam in locum destinatum quam citissime perferret; cui enim extingui illam contingeret, is victoria excidebat. Neque pedibus semper ibant, sed equis interdum utebantur; cumque segnius currerent certantes, ne lampada cursus extinguerentur agitatione, planis sese manibus verberabant, risus excitandi causa. Victor in certamine Lampadophorus inprimis dictus, est præmiis etiam decoratus. Cæterum ita præparatæ faces hæ erant, ut ligna in vasis bene magnis accensa jacerent, ac oleo nutrirentur. Quæ sacra originem in Vulcano sumsisse, ignis, quem crediderunt, inventore, cui etiam facta primum, post demum aliis esse Suidas vult. Non tamen in Academiæ aris solum, sed aliis quoque aliorum locorum peracta esse, ex autorum varietate judico; ut adeo neque nunc causa sit, Ceramicum unum credere cum Academia.

Præter

Præter has aras Mercurii quoque Minervæ ac Herculis in Academia fuere, a cujus aditu, intra ſeptum quoddam, Dianæ ſigna conſpiciebantur. Neque Cupidinis altare longe aberat, ſi Pauſaniæ credimus, in quo Socrati Cygnus, bono omine Platonis recens nati, conſediſſe viſus eſt. Hortulos deinde plures Academica ſpatia mirifice admodum nobilitaſſe, Tullius & Apulejus teſtantur. Imo Lavacrum etiam, quo uterentur Philoſophi, propius abfuiſſe, ex Heſychio colligitur. Ipſis vero ædibus Gymnaſium tribuo, in quo corpora ſua, ſive ut ipſam athleticam diſcerent, juvenes exercuiſſe, arbitror; cum & ipſe his artibus Plato ſe exerceret. Cæterum muro Academiam Hipparchus cinxit, ſplendido ſatis & amplo, ſi proverbium inde natum ſpectemus. Murus enim Hipparchi dicebatur *res quæ magnis conſtaret impenſis*, Eraſm. *in Adag. p. 1722.* Bibliotheca quoque non ſpernenda villam hanc ſuam inſtruxit Plato, qui unius Philolai Pythagorici libros plus mille Philippæis redemit. Quare quod ditiſſimus fuerit, nec tenui familiari pecunia inſtructus, nullus dubito, quanquam aliter ſentiant, cum Gellio ſuo, recentiores. Si enim, quantum in itineribus conſumſit, villæ ſuæ impendit, & libris dedit emendis colligo, pro paupere non eſt habendus.

De Doctoribus Academicis, qui poſt Platonem locum mirifice illuſtrarunt, præſtat nihil, quam parum dicere. Diu tamen Academia floruit ſub illis, atque in ſumma apud quasvis gentes, & crudeliſſimos etiam Athenienſium hoſtes, veneratione ac honore permanſit; qui quamvis ſe moverint cum exercitu ad illam, & caſtra metati fuerint, rarius tamen aliquid in eam tentarunt. Sed Sylla Romanus tandem, cum invaſiſſet Athenas, & materia cum ad machinas deficeret, excidit nemoroſiſſimam villam, Academiamque delevit. Plutarchus *in ejus vita, p. 459.* Hæc igitur fata Academiæ ac viciſſitudines ſunt, ex quibus dignitas ejus & amplitudo cuivis facile patebit, cujus memoriam Tullius recolere in villa ſua, ab Averno lacu ad Puteolos ſita, voluit, quam auguſto hoc ſanctoque Academiæ nomine inſignivit, quod a ſera quoque retentum poſteritate eſt, quæ ſupremas literarum ſcholas, privilegiis Imperatorum ac Pontificum ornatas, æternæ memoriæ ergo, ita appellari in hunc usque voluit diem. Joh. P. Ludovic. *de Academ.*

Xenophon, ex milite factus œconomus, tutius putavit ex pecunia in bello acquiſita prædium ruſticum comparare, monitu Oraculi, de quo ita ſcribit, illudque commendat, *lib. 5. Exped. Cyri. In vico Scilunte, Colonia Lacedæmonum, ſitus ager ferarum omnium, quæ indagine capiuntur, copiam habet ex Pholeo, in quo loco ſaltus ſunt & montes arboribus condenſi, ubi ſues, oves, equi latiſſima habent pabula, & paſtiones eorum veterinis largiſſime ſuppeditant. Incingitur ædes luco pomiferis arboribus conveſtito, in quo nullum deficit pro ſua tempeſtate eſculentorum & fructuum genus.*
Imo & Doctiſſimus Seneca planta- 37
vit platanos, ſua manu piſcinas effodit, aquas diduxit, nec alibi lubentius erat, quam in agris. Quemadmodum igitur ſerit arbores diligens agricola, quæ alteri ſeculo proſint, ut ait Statius *in Synephebis*, quarumque adſpiciet baccam ipſe nunquam, nihil aliud ſpectans, niſi etiam poſtera ſecula ad ſe pertinere; ita vir magnus, in pacatiſſimum ruris tranquilli digreſſus ſeceſſum atque ſilentium, ſerere debet poſteris inſtituta Reip. cui a puero eſt innutritus. Ren. Chop. *de Priv. Ruſt. lib. 2 c. 3.*

De nominibus prædiorum generalibus 38
dictum fuit *capite ſecundo*, de eorum vero ſpecialibus ſciendum, illa communiter indita fuiſſe a regionibus, in quibus extructa erant, hinc Tuſculanum, Tyburtinum, Albanum. Vel a vicino oppido, Formianum, Cajetanum & Pompejanum Ciceronis, quia villæ Pompeji vicinum
erat. Adjiciebatur deinde nomen poſ- 39
ſeſſoris, melioris diſcriminis ergo, ut: Pompejanum Ciceronis, Tuſculanum Ciceronis; vel etiam a poſſeſſoris nomine ducebatur appellatio, ut Pompejanum. Trebellius Pollio tradit, Alexandri Severi palatium, cum ſtagno in regione Bajana, Mammæa dictum fuiſſe, in honorem Matris, cui nomen Mammæa erat. Et idem Autor *in 30. Tyrannis de Zenobia* ſcribens; Ferturque vixiſſe, *inquit*, cum liberis matronæ jam more Romanæ data ſibi poſſeſſione in Tyburti, quæ hodie Zænobia
dicitur. Qui mos hodienum ſervatur; 40
Sic Auguſtus Elector Saxoniæ in honorem Uxoris Annæ, ex Danico ſtirpe oriundæ, Vico, qui primitus dicebatur Lochau, caſtrum impoſuit, idque Anneburgum appellavit. Elector Brandenburgicus Fridericus Wilhelmus, in honorem uxoris Principiſſæ Arauſionenſis, Uranienburgum.

burgum. Et Princeps Joh. Georgius Anhaltinus, cui ejusdem soror nupta erat, Uranienboom ædificarunt. Videmus id etiam a privatis, præsertim in Belgio fieri, dum noviter ædificatis prædiis nomina imponunt, eaque literis majusculis portis inscribunt. Quædam etiam
41 sculis portis inscribunt. Quædam etiam
prædia a vicino flumine nomina sortita, ut villa Tyburtina Manlii Vopisci, a vicina Tyberi, quam Statius describit, *Lib. I. Sylvar. carm. 3.* Muldenstein ad Muldam in Saxonia, & Vectenstein ad flumen Vectam, in territorio Ultrajectino.
42 ctam, in territorio Ultrajectino. Solebant & propter amœnitatem delicata & voluptuosa nomina villis suis imponere, talia sunt, Pausilyppum, quod Vedii Pollionis villæ prope Neapolin inditum fuit, natum ex amœnitate loci, quæ λύπην παύει, animi mœrorem sedat. Similiter Cicero Puteolano nomen Academiæ dedit, & Plinius, qui duas possidebat villas, earum alteram Tragœdiam, alteram dixit Comœdiam. Illam quod quasi Cothurnis, hanc quod quasi socculis sustineretur, altera enim erat imposita saxis, altera vero lacum tangebat, Dn. Green. *de Rustica-*
43 *tione Vet. Lib. 2. c. 2.* Illud adhuc circa nomina prædiorum notandum venit, Imperatores prohibuisse, ne quis prædiis sive suis sive alienis titulos regios affigat, nam si quis citra concessionem prædio suo Principis titulum affixerit, amittit prædium & publici juris efficit, *l. 1. C. ut nemo privatus tit.* Nam Regiæ Majestatis tantum est, ut divinæ domus & Patrimonia cum titulorum subscriptione legantur, is vero, qui vela regia suspendere, vel titulum sine præceptione Judicis competentis alienis rebus imponere ausus fuerit, ultimo supplicio afficiebatur, si plebejus erat; sin honestus & nobilis, bonis confiscatis in exilium mittebatur, & cuilibet licentia dabatur titulos vel vela regia præfixa foribus tollendi & frangendi. Hanc pœnam 44
autem nostris moribus alienam esse, & in signum subjectionis titulos Principis imponere prædiis licere, recte statuit Grœnweg. *ad dict. tit.* Imo de consuetudine 45
non prohibitum esse domini sui titulos & insignia prædiis vel ædibus imponere, servata tamen modestiæ lege, affirmat Wissenbach. *ad d. Tit. Cod.* Tanta autem 46
Inscriptionum cum prisci tum nostri ævi exercuit, & etiamnum exercet ambitio, ut immortales fere nisi ex eo sese futuros credant, de quibus etiam videtur loqui Psalm. *49. v. 12.* *Quibus animus domos suos in seculum, habitacula sua in quamque generationem statui, quum ea vocent de nominibus suis per terras.* Præterea si quis in 47
Imperio Romano-Germanico ex prædiis suis vel bonis Principatum, Baronatum vel bona Nobilia velit efficere, duplum Taxæ Imperialis, quæ personali dignitati eidem correspondenti imposita est, ad Cancellariam Imperialem debet solvere, quod in taxa Imperiali his verbis exprimitur: *Wenn eine Graf- oder Herrschafft auch andere Güther zum Fürstenthum, Graf- oder Herrschafft, oder adelichen Freysitzen erhöhet wird, soll iedes nach obgesetzter Tax* ad alterum tantum *æstimiret werden.* Si- 48
militer si quis de vel ab aliquo loco denominari velit, *sich von, auf oder zu zu schreiben,* triginta novem florenos Imperiales solvere debet. Vid. *Taxa Imper.* Dn. Strykii *examini Jur. Feud. annexa.*

CAPUT VII.

DE PRÆDIORUM STRUCTURA ET SITUATIONE.

SUMMARIA.

1. *Prædia ædificare Jure Gentium cuilibet licet.*
2. *Quod nec jure Civili prohibitum.*
3. *Idem in Saxonia & aliis locis obtinet.*
4. *Prædia pro merito agri sunt ædificanda.*
5. *Villæ divisio.*
6. *Villa Urbana.*
7. *Prætorium.*
8. *Partes Prætorii.*
9. *Ubi hospites exceperunt.*
10. *In amœnissimis locis Cœnacula,*
11. *Architectura villarum.*
12. *Earum munitio.*
13. *Laquearia auro tecta.*
14. *Pavimenta Punica, item Statuæ.*
15. *Augusti prætoria modica.*
16. *Balnea Romanorum.*
17. *Balnea Rustica.*

18. *Loca in prædiis sanctiora.*
19. *Templa in iis ædificata.*
20. *Item sepulchra.*
21. *Ambulationes in villis.*
22. *Porticus quid?*
23. *Cœnacula Romanorum.*
24. *Coquina ubi?*
25. *Rustica domus quomodo ædificata?*
26. *Villici habitatio.*
27. *Item Stabula.*
28. *Bubilia & Ovilia.*
29. *De domo frumentaria remissive.*
30. *Prædium ex aliena materia ædificatum ad quem pertineat?*
31. *Prædium in loco communi.*
32. *De Jure communi subditi non tenentur materiam convehere ad ædificandum.*
33. *Quod adhuc hodie in quibusdam locis Germaniæ obtinet.*
34. *In Saxon. Elect. consuetudo nonnullibi recepta, ut subditi ejusmodi servitia* Bau-Dienste, *præstent.*
35. *Quæ consuetudo tamen non ad alia loca extendenda.*
36. *Præscriptione etiam ejusmodi operæ amittuntur.*
37. *Servitia hæc non sunt extendenda.*
38. *Nec ad nova ædificia trahenda.*
39. *Nec de loco ad locum.*
40. *Materialia etiam ex aliis territoriis subditi convehere tenentur.*
41. *Non tamen e longinquo, si propiori loco haberi possunt.*
42. *Hæc servitia se extendunt non solum ad arcem Domini, sed etiam ad pertinentias.*
43. *Operæ fabriles propriis sumtibus præstandæ.*
44. *Sed operæ officiales domini.*
45. *Hic consuetudo loci attendenda.*
46. *Pro situ etiam æstimantur prædia.*
47. *Ubi salubritas loci requiritur.*
48. *Signa salubritatis.*
49. *De fundo, in quo nascitur mala herba.*
50. *Salubritas Germaniæ.*
51. *In Prædiis requiritur aquæ bonitas.*
52. *Ejusdem signa.*
53. *In Prædiis etiam requiritur fœcunditas terræ.*
54. *Signa fertilitatis agri.*
55. *Requiritur viæ facilitas.*
56. *Viæ commoditas Dominum sæpius in prædium allicit.*
57. *Prædia longinqua cedunt servis.*
58. *Ad villam eundum exercitii gratia.*
59. *Vicinum sit oppidum, puteus & Ecclesia.*
60. *Villa spectet ad exortus Æquinoctiales.*
61. *Non adversus flumen ædificandum.*
62. *Nec in locis palustribus.*
63. *Vicissitudo in prædiis erat grata.*
64. *Urbicolæ debent habere plura domicilia.*
65. *Nobiles secundum Tiraquell. quatuor.*
66. *Una tamen debet esse residentia.*
67. *Domicilium est, ubi maxima ex parte anni habitat Dominus.*
68. *Prædium non vicinum sit viæ militari, nec fortalitiis.*
69. *Nec sit vicinum mare vel flumen rapax.*
70. *Præter hoc flumen navigabile valde conducit.*
71. *Prædium etiam commendat bonus vicinus.*
72. *Exempla malorum Vicinorum.*

1 PRædium in fundo suo exstruere cuilibet jure Gentium licitum est, *l. 5. ff. de just. & jur.*
2 Quæ libertas naturalis jure Civili nullibi est circumscripta, imo magis permissa, *l. 24. ff. de Serv. Urban. Præd. l. 8. & 9. C. de Serv. & aqua.* Hering. *de Burgis n. 135.* Struv. *de Ædific. Privat. n. 32.*
3 Et tota die videmus exsurgere in Saxonia nostra nova prædia, nulla extante prohibitione. *Constit. Elector. August. inedita 20.* quod de Austria etiam testatur Finsterwalder *Lib. 2. Obs. 85. n. 11.*
4 Ædificia autem prædiorum pro agri merito & domini fortuna oportet institui, quod plerumque immodice sumtum difficilius est sustinere, quam condere, ita igitur æstimanda est ejus magnitudo, ut si aliquis casus incurrerit ex agro, in quo est unius anni aut ut multum biennii pensione reparetur, fundus enim villæ respondere debet, ne villa fundum, si excederet, aut fundus villam, si pro modo fundi minor, quærere necessum habeat, Cato *Cap. 3.* Veteres autem villam seu prædium, teste Columella *Lib. 1. c. 6.* in 5
tres partes dividebant, urbanam scilicet, rusticam & fructuariam. Urbana dice- 6
batur ea, quæ ad elegantiam, voluptatem & animi delicias erat extructa, ac magis ad urbanam vitam, quam rusticam curam apta erat, vocabatur etiam Prætorium. Conjunguntur autem in Jure Prætoria & 7
Villæ, tanquam pars & totum, *l. 91. §. 1. ff. de Leg. III.* sed quia nonnulla de Prætoriis *capite præcedenti 4.* in genere attigimus, ideoque hic tantum eorum constructionem & partes perlustrabimus. Partes Prætoriorum præcipuæ secundum 8
Cicero-

Ciceronem *lib. 3. ad Quint. Fratr. Ep. 1.* ſunt Cubicula, Cœnationes, balnearia, & ambulationes. In ordinatione ſive collocatione harum partium obſervabant cœli plagas; Aliam namque plagam ſpectabant cubicula hyberna, aliam æſtiva, ita ut æſtiva erant a ſole remota, hyberna
9 vero ſolis radiis exponebantur. Præcipue autem venientem hoſpitem honeſtisſimis excipiebant ſpatiis, quibus urbem, oppida, mare, fuſam planitiem, monteſque ſpectare, nec non hortorum delicias, piſcationum venationumque illecebras in
10 oculis expoſitas habere poſſet. Cœnacula quoque amœniſſimo ſemper loco impoſita erant, ut jucundo inde proſpectu, cum ventrem cibis opplerent, animum ſatiare poſſent. Sic Plinius de cœnaculo quodam: Cœnatio, quæ latiſſimum mare, longiſſimum littus, amœniſſimas villas pro-
11 ſpicit, & *lib. 5. Ep. 6. plura.* Ædificia autem villarum apud Romanos erant ex vario marmore ſplendida, ſuperba, imo regia, quorum culmina oculis vix poterant aſſequi. Sicuti de L. Centronii villa Juvenal. *Sat. 14.*

- - Alta parabat
Culmina villarum græcis longeque petitis
Marmoribus: vincens Fortunæ ac Herculis ædem.

Et paulo poſt:

- - Turbavit filius amens
Dum meliore novas attollit marmore villas.

12 Præterea muris, munimentis, turribus & propugnaculis circumſepta erant prædia, de quibus Seneca, dum villam *Ep. 86.* deſcribit: Vidi, *inquit*, villam ſtructam lapide quadrato, murum circumdatum ſylvæ, turres quoque in propugnaculum villæ utrinque ſubvectas: Ciſternam ædificiis & viridibus ſubditam, quæ ſufficere in uſum vel exercitus poſſet. Et ut in conclavia ipſa deveniamus, in illis tantus apparuit ſplendor, tam dives ornatus, ut fidem hodie vix inveniat. Magna mole extollebantur cœnationum faſtigia: Item
13 Seneca *Conſol. ad Helv. cap. 9.* Laquearia fuerunt auro tecta. Plin. *l. 33. c. 3.* cui ſuffragatur Feſtus: *Dicere poſſum,* ait, *quibus villæ atque ædes ædificata atque expolita maximo opere, citro atque ebore, atque*
14 *pavimentis Punicis ſtent.* Ornamenta quoque, quæ ex ſtatuarum & columnarum decore villis addebantur, ex illo Statii *Sylva 7.* ubi Tyburtinæ Villæ Vopiſci mentionem facit, colligere licet:

Vidi artes, veterumque manus, variisque metalla
Viva modis, labor eſt, auri memorare figuras,
Aut ebur, aut dignas digitis contingere gemmas,
Quicquid & argento primum vel ære Myronis
Luſit & enormes manus eſt experta Coloſſos.

Alio ornatu inſtruxit villas ſuas Augu- 15
ſtus, de quo Sueton. *in ejus vita:* Ampla & operoſa Prætoria gravabatur. Et neptis quidem ſuæ Juliæ profuſe ab ea extructa etiam diruit ad ſolum: ſua vero, quamvis modica, non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xyſtis & nemoribus excoluit, rebusque vetuſtate ac raritate notabilibus: qualia ſunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur Gigantum oſſa & arma Heroum. Præterea qui veterum villarum ſtructuras explicarunt, Plinius & Sidonius, nullum fere prætorii membrum, dum omnia oſtiatim exhibent,
ſtudioſius deſcripſerunt, quam balnea: vel 16
quod inter vitæ adminicula ſumme neceſſaria haberent; vel quod multis ſumtibus & luxurioſo cultu ſtructa eſſent. Nam cum natura ab initio monſtraret lavandi neceſſitatem, ſiquidem non dubium eſt, quin neceſſitas, quæ homini imperavit curam valetudinis, defendere ab æſtu corpus, & tueri contra frigus, eadem etiam, ut ſanitas ſervaretur, imperaverit munditiei curam, & a ſordibus corpus purgandi ſtudium. Quod quidem aqua ſimplici in fluviis fieri potuit, ſed mox in id incubuit ſolertia humana, ut commode fieret, excogitavitque adminicula, quibus optime lavaretur, præſertim cum lotionibus corporis membra refici perſentiſceret; donec a commoditate & utilitate ad abundantiam & luxum, quæ tritiſſima ſemper ad luxuriam via fuit, ingenium humanum
proceſſit. Balnea autem alia etiam erant 17
ruſticana, in quibus familia, ut inquit Columella, & ex eo Palladius, feriatis ſaltem diebus lavaretur, neque enim frequentem eorum uſum robori corporis operariorum conducere credebant.

Tandem ſpectabimus in villarum ſtru- 18
ctura loca ſanctiora, qualia ſunt monumenta inhumatorum & delubra Deorum.

Ponebant in villis & secessu Diis aras, exstruebant in ipsorum cultum templa, &
19 faciebant sacra. Ejus Rei testem habemus Martialem *lib. 10. ep. 92.* quo Mario rusculum suum Nomentanum commendat, una cum Diis & sacris, præscribitque formulam, qua Diis sacrificans pro se intercedere debeat:

Ubicunque noster Martialis est dices,
Hæc ecce mecum dextera litat vobis
Absens sacerdos: Vos putate præsentem,
Et date duobus quicquid alter optarit.

Idem ex Plinio confirmatur, quando *lib. 9. ep. 34.* in villa Cereri ædem extruxisse legimus. Et Cicero de Villa loquitur *lib. 13. ad Atticum: Ad id autem quod volumus ἀφίδρυμα nihil aptius videtur, quam lucus, quem ego noram, sed celebritatem nullam tum habebat, nunc audio maxime.*
20 Sed & in villis fuisse inhumatos dubium nullum est. Scipio Africanus conditus est sepulchro in villa sua, & Draconem ibidem custodivisse ejus manes finxerunt. Plin. *lib. 16. cap. 44.* Et Hadrianus in villa Ciceronis Puteolis est compositus, additumque in honorem ipsius templum, referente Ælio Spartiano *in ejus vita.* Conferantur *Epigrammata* Martialis *115.*
21 *& 116.* De Ambulationibus autem quæ & gestationes dictæ, sciendum, quod aliæ flectebantur in circulum, aliæ exporrigebantur in directum. Plinius *lib. 9. ep. 7.* de duabus villis suis: In altera recta gestatio longo limite super littus extenditur, in altera spatiosissimo Xysto leviter inflectebatur. De hoc testantur antiquæ inscriptiones. GESTATIO. CIRCINI. EXTERIOR. A. DIÆTA. APOLLINIS. AD. DIÆTAM. EANDEM. IN. CIRCUITU. P. DCCLXXVII. EFFICIT. VIII. M. P. II. ET. P. CXV. E. XLVII. M. P. XII. ET. P. XVIII. GESTATIO. INTERIOR. A. DIÆTA. EANDEM. IN. CIRCUITU. P. O. EFF. V. P. LX. M. P. XIII. Altera Inscriptio apud Lipsium extat. IN. HOC. POMARIO. GESTATIONIS. PER. CIRCUITUM. QUINQUIENS. EFFICIT. PASSUS. MILLE. Et hæ gestationes circulares, ut ex inscriptionibus atque Plinii Epistolis liquet, erant vel exteriores vel interiores; illæ latiori circuitu, hæ angustiori constabant. Deinde & hoc ex Autoribus dicendum, Gestationes alias fuisse subdiales & apertas, alias clausas & opertas tectis. De illis loquitur *textus legis 13. §. 4. ff. de usufruct. &c.* Si forte voluptuarium fuerit prædium, viridaria vel gestationes vel deambulationes arboribus infructuosis opacas atque amœnas habens, non debet dejicere, ut forte hortos olitorios faciat, vel aliud quid quod ad reditum spectat, i. e. vel vineam vel olivetum. Ex quibus liquidum est cognoscere, fuisse ambulationes loca subdialia, opaca tamen inflexis arboribus & viridariis. (Forte cupressis fuerunt multum vestitæ, quod colligi potest *ex leg. 16. §. 1. ff. Quod vi aut clam*) Erat Romæ subdialis Liviæ vel Claudiæ porticus, quam vitis inumbrabat. Refert id Plinius *lib. 14. c. 1.* Una Vitis Romæ in Liviæ porticibus subdiales ambulationes umbrosis pergulis opacat. De qua etiam Martialis *l. 1.*

Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras.

Idem ex Plinio demonstrari posset. Sed prius dicendum de clausis & opertis, quam Plinii verba adscribam. Clausæ ambulationes & gestationes erant in porticibus. Martialis de villa Reguli *lib. 1. epist. 13.*

Hic rudis æstivas præstabat porticus umbras,
Heu quam pene novum porticus ausa nefas.
Nam subito collapsa ruit, cum mole sub illa.
Gestatus bijugis Regulus esset equis.

Et Juvenalis *Satyr. 4.*

Quid refert igitur, quantis jumenta fatiget
Porticibus? Quanta nemorum vectetur in umbra.

Cicero *lib. 13. Epist. 29. ad Atticum* de ambulatione tecta: Tecta igitur ambulatiuncula addenda est, quam ut tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, prope dimidio minoris, constabit isto loco. Et alibi *in Epistolis* meminit ambulationis
in porticu Europæ. Erant porticus loca 22
tectis munita, & in eum finem extructa, ut se contra imbres, tempestates & solis æstum in illas reciperent. Quod liquet ex Vitruvio, qui *Lib. 5. de Architect. c. 9.* Post scenam, inquit, porticus sunt constituendæ, ut cum imbres repentini ludos inter-

interpellaverint, habeat populus, quo se
recipiat ex theatro. Eandem ob causam,
cum Plinius in prædiis suis ædem Cereris
reficere in melius & majus instituisset, de-
crevit addere porticus tanquam suffugium
imbris & solis, quo se homines ad sacra ac-
currentes tuto reciperent, *lib. 9. Ep. 39.*
Adde *lib. 5. ep. 6. & lib. 2. ep. 17.* Hæ
porticus eleganter politis columnis pro
more Romanorum erant instructæ & su-
perimpositæ, Cic. *lib. 3. ep. 1. ad Quinctum
fratrem:* Villa mihi valde placuit propterea,
quod summam dignitatem pavimentata
porticus habebant: quod mihi denique
apparuit, posteaquam & ipsa tota patet, &
columnæ positæ sunt. Pavimentatam
fuisse porticum, subindicat Cicero. Idem
refert Vitruvius *l. 6. c. 8. Architect. Ruri,*
inquit, *Pseudo-urbanis statim Peristylia,
deinde tunc atria habentia circa porticus pa-
vimentatas.* Magnum pretium porticus
erat in longitudine, unde Poëtæ semper
illud epitheton apponunt. Virgilius:

*Porticibus longis fugit ac vacua atria
lustrat.*

Confer Barth. *l. 44. ad verf. c. 15.* Erant
conclavibus instructæ, Cic. *lib. 2. ad Quin-
tum fratrem ep. 9.* Imprimis inferior por-
ticus, & ejus conclavia fiunt recte. Por-
ticus autem & ea vocatur, quæ consertis
& reflexis arborum fruticumque ramis te-
gitur, seu, ut apud Cyprianum *Epistola ad
Donatum,* vitea vocatur porticus. Hasce
deambulationes multa amœnitate arbo-
rum, plantarum, & variorum emblematum
ex buxo efformatorum, vel opere topiario
vestiverunt, de quibus videri possunt Plin.
Sen. *Lib. 16. c. 33.* & Junior *Lib. 5. Ep. 6.*
Præterea porticum veteres ad meridiem
ponendam censuere, quod æstate sol subli-
miore ambiens cyclo non immittat radios,
23 hyeme submittat. Cœnacula pro diversis
anni temporibus habebant æstiva & hy-
berna. Æstivis cœnaculis aquam impri-
mis & hortorum viridia exposcebant, hy-
bernis teporem & focum; in utrisque
amplitudo, hilaritas & lautities optabatur.
Cœnaculis adjunctæ erant coquinæ & cellæ
obsonariæ, ubi reliquias cœnæ, vasa & man-
24 tilia referebantur. Coquinamque non
longe semovebant, ne quæ calida convivis
exigebantur, inter portandum refrigesce-
rent: nec tam prope, ut patellarum &
cortinarum odor & strepitus exaudiretur.
25 Porta *lib. 1. Vill. c. 23.* Rusticam domum
non longe ab herili collocabant, ut quæ
quisque agat, & quid facto opus sit, intel-
ligat, præcipiente Columella *lib. 1. c. 6.*
In rustica parte alta & magna culina pona-
tur, ut & contignatio careat incendii pe-
riculo, & in ea commode familiares omni
tempore anni morari queant. Villico juxta 26
januam fiat habitatio, ut introëuntium ex-
euntiumque conspectum habeat. Procu-
ratori supra januam ob easdem causas, ut
is tamen villicum observet ex vicino. Bu-
bulcis & pastoribus cellæ ponantur juxta
sua pecora, ut ad eorum curam sit oppor-
tunus excursus. Omnes tamen quam
proxime alter ab altero debent habitare,
ne villici diversas partes circumeuntis se-
dulitas distendatur, & ut inter se diligen-
tiæ & negligentiæ cujusque testes sint.

Stabula equorum & boum colloca- 27
bant, ut meridianas plagas respicerent, ac
suspensa essent, ne quis humor influere
possit, & ut quisque, qui ibi conceptus fuit,
quam celerrime dilaberetur, ut ne funda-
menta parietum corrumperentur, nec
ungulæ pecudum. Bubilia lata pedes X. 28
vel IX. Ovilia & caprilia ita magna facie-
bant, ut singula pecora areæve minus pe-
des quaternos & semipedem, ne plus se-
nos haberent.

Fructuariam denique domus partem in 29
horrea, operothecas, cellam oleariam,
torculariam, vinariam, fœnilia, palearia
dividebant, de quorum locatione, ut &
de area lignaria & pistrinis latius videri
possunt Joh. Bapt. Porta & reliqui Agri-
culturæ scriptores.

Si quis ex aliena materia prædium ædi- 30
ficaverit in suo solo, ipse intelligitur do-
minus ædificii, *l. 30. de rer. divis. l. 2. Cod.
de rei vindic.* In solo communi si ædifi-
cet socius, a socio prohiberi potest. *l. 27.
§. 1. de servit. l. 28. Commun. divid.* Si 31
connivet socius, neque prohibet, cum
prohibere potuisset, cogi non potest,
opus factum ut tollat, sed per com-
muni dividundo actionem damnum sarciri
oportet. Sin vero absente aut alias inscio
socio opus alteri incommodum afferens
fecerit, tollere cogitur, *d. l. 28. add. l. 26.
de S. U. P.* De jure communi rusticos 32
& subditos ligna aliamve materiam ædifi-
candis Dominorum ædificiis necessariam
convehere non esse obligatos, per *l. 1. &
seq. C. ne rust. ad ullum obseq. dev. lib. 11.
ibi:* ne quis ex rusticana plebe, quæ extra
muros posita, capitationem suam detulit,
& annonam congruam præstat, ad ullum
aliud obsequium devocetur &c. probat
Carpzov. *p. 2. c. 52. d. 1.* nec admittit im-

pium præsidium servitiorum libertas naturalis. Philipp. *ad decis. Elect. Saxon. 33. observ. 1.* Et exactionem operarum esse contra jus commune atque odiosam, ut ab allegante sit probanda, asserunt Natta *cons. 185. n. 10.* Klock. *de Contribut. c. 2. n. 40.* Thomas Merckelbach *inter consil.*
33 *Klock. vol. 1. Cons. 26. num. 29.* Quemadmodum in Germania multi inveniuntur rustici, statibus imperii quidem subjecti, ab operis vero liberi, qui proprios & hæreditarios habent agros, & uti reliqui subditi tantum onera publica & communia sustinent, & nihil, vel parum saltem extra onera provincialia in recognitionem agrorum suorum pendunt. Stamm. *d. servit.*
34 *personal. lib. 3. c. 3. n. 2.* Consuetudine tamen & statuto introduci potest, ut subditi in pagis ad præstandas operas & servitia ædificiis prædiorum nobilium extruendis obstringantur. Ita in Electoratu Saxonico talem consuetudinem, tanquam rationabilem, comprobat Ordinatio provincialis *de anno 1555. Tit. von Bau-Frohnen.* ibi: *Demnach setzen, wollen und verordnen wir, daß hinführo die Unterthanen in unsern Landen schuldig seyn sollen, ihren Erb-Herren zu denen Gebäuden ihrer Ritter-Sitze Bau-Fuhren zu thun.* Et hoc inde factum esse quis dixerit, quod subditi olim Dominis vel ad preces, vel reverentiæ exhibendæ ergo ejusmodi servitia exhibuerint, eaque posteri eorum non inviti præstiterint, ut tandem id genus oneris in juris necessitatem abierit.
35 Quod Jus imprimis Saxonicum semper præsupponit consuetudinem, eamque vult confirmatam & approbatam. Ubi itaque ratione servitiorum talis consuetudo vel præscriptiones vel transactiones allegari non possunt, licet prædium nobile in terris Electoratus Saxonici situm sit, ea tamen exigi a subditis non possunt. Nam ordinatione prælaudata non obstante, si conventione speciali, vel consuetudine, vel præscriptione ab hujusmodi servitiis liberati reperiuntur subditi, ad illos ordinationem provincialem haud pertinere, sed hos jure suo quæsito omnino gaudere declarat *Constitutio Electoralis Saxonica 52. p. 2.* ibi: *So sollen sie auf die Fälle, so auf Gewohnheiten, Verträgen, Abschieden und dergleichen stehen, rechtlich und denenselben gemäß erkennen.* Carpzov. *P. 2. c. 52. d. 1.*
36 Quemadmodum ejusmodi operæ ad extruendum ædificium prædii nobilis introductæ præscriptione amittuntur, & quidem in foro Saxonico triginta annorum, anni & diei spatio scilicet, si subditi requisiti eas non præstiterint, & a tempore requisitionis tantum temporis spatium præterlapsum fuerit, vel eo magis, si ultra hominis memoriam subditi requisiti in operarum recusatione perseveraverint, uti pronunciatum esse refert Carpzov. *d. p. 2. c. 52. def. 12.* Dn. Müller *de Ædific. Præd. nob. §. 9.* Introductum servitio- 37
rum jus onerosorum atque odiosorum nimio plus non est extendendum, sed cautius in exigendis iis procedendum omnino, ne subditis onera duplicentur, nimiisque servitiis & operis illi graventur, sed ut spatium ipsis concedatur sese & suos alendi, *l. 19. 22. §. ult. l. 26. pr. l. pen. §. 1. de oper. libert.* Speidel. *Notabil. voce Frohn.* Huc facit, quod Domini Scabini Hallenses ad requisitionem illustris Regiminis Arnstadiensis anno 1682. responderunt: *Daß Klägere zu Erhebung des Ritter-Sitzes zu B. nöthige Bau-Dienste abzustatten schuldig. Doch seynd sie über die Gebühr nicht zu beschweren, absonderlich aber bey der Saam- und Erndte-Zeit damit zu verschonen, V. R. W.* Hinc conclu- 38
dendum: Rusticos ac subditos in illis tantum locis, ubi antea arces seu domicilia Nobilium *Ritter-Sitze* fuerunt, operas suas in convehendis lignis aliisque materiis ad exstructionem necessariis exhibere obstrictos esse; Ad nova vero ædificia vel habitacula Nobilium eo in loco, ubi hactenus nulla fuere exstructa, cogi non posse. Aut. Consult. Const. Sax. *Tom. 1. p. 5. Cas. 3.* Matth. Berlich. *p. 2. Conclus. 65. n. 6.* Carpz. *p. 2. c. 52. d. 6.* ubi in caussa Nicolai *von Hollauffers* eum in modum responsum refert: *Immassen denn auch die Unterthanen zu Erbauung neuer Ritter-Sitze an denen Oertern und Dörffern, da zuvor keine gestanden, die Bau-Fuhren zu leisten, nicht verpflichtet seyn.* Neque operæ 39
ejusmodi de loco ad locum extendi, aut subditi, ut eas præstent, extra locum, in quo Dominus & subditi habent domicilia, cogi possunt, per textum *in l. quod nisi. 20. & seq. ff. de oper. libert.* ubi dicitur, operas esse præstandas eo loco, in quo Patronus moratur. Addat. *Decis. Elect. Saxon. 33. vers. Die Forwercks-Gebäude und Hof-Renthen endlich betreffende, so auf des Ritter- und Lehn-Guths Grund und Boden nicht gelegen, noch dazu gehörig, wollen wir derohalben die Unterthanen aller Hand- und Pferde-Bau-Dienste gäntzlich befreyet wissen.*

wissen. Hinc Carpz. *lib. 1. Resp. 51. num. 17.* Finge, *ait,* Nobilem duos vel plures possidere pagos, de quibus singulis cum jurisdictione separatim est investitus. Hic si in uno arcem exstruere velit, subditos ac rusticos alterius pagi ad operas vecturarum aliaque in ædificando servitia necessaria compellere nequit, & iterum responsum esse: *Haben eure Junckern ihr Ritter-Guth Syra anietzo zu repariren angefangen, und wollen dahero nicht alleine von denen Unterthanen zu Syra, sondern auch von euch die Hand- und Pferde-Frohnen darzu geleistet haben. Ob nun wol bemeldte Junckern annoch in ungetheilten Güthern sitzen, da aber dennoch zu iedem Ritter-Guthe gewisse Unterthanen gehörig, und ihr zu Kauschwitz wohnhafftig seyd &c. So möget ihr nach Syra zun Bau-Fuhren nicht gezogen, noch dieselbe zu verrichten angehalten werden.* Cum servitia ista tanquam odiosa sint restringenda. *arg. cap. odi. 15. X. de Reg. Jur. in 6to.*

40 Si ligna, lapides aliæve materiæ non nisi extra locum, in quo dominus domicilium suum possidet & ædificat, haberi possint, tunc subditi ea ex territoriis, & ditionibus aliorum principum ac dominorum convehere tenentur, cum alias operæ istæ domino inutiles fiant, parumque commodi hic ex iis habeat. *arg. l. 22. pr. ff. de usu & habit.* Philipp. *ad Decis. Elect. 33. Obs. 2.*

41 Non autem subditi cogendi sunt advehere materias ad ædificationem necessarias e longinquo, si in propiori loco eæ haberi possint, etiamsi domino ædificanti ex ista vectura quædam utilitas accedat. v. g. *Da der Juncker die Bau-Materialien in der Nähe auf 2. oder 3. Meilen vor 100. Rthlr. über 5. Meilen weiter aber selbige um 40. Rthlr. haben kan,* prout ita Facultatem Jenensem judicasse refert Dn. Müller *in dict. dissert. th. 10.*

42 Et hæc servitia in Saxonia Electorali non ad ædificationem vel reparationem arcis seu habitationis præcise adstringenda, sed ad ædificia omnia, quæ ad feudum integrum, habitationem nempe & pertinentias ejusdem, prout ab antiquo reperiuntur, non attento eo, an sub uno tecto cohæreant & sita nec ne, extendenda sunt. Philipp. *ad d. dec. 33.* Hoc etiam de Marchia asserit Frider. Müller in *Pract. Civ. March. resp. 99. n. 57.*

43 Servitia & operas tam ad extruenda, quam reparanda ædificia prædii nobilis præstant subditi & rustici regulariter propriis, non domini sumtibus, *per l. suo victu 18. & seqq. ff de oper. libert.* Quæ tamen 44 lex de fabrilibus operis intelligenda est, quod eæ proprio sumtu & victu præstandæ, ob regulam communem, quod promissor sua impensa dare debeat ei, cui promisit. Brunnem. *ad d. l. 18.* Officiales autem sicuti libertus in comitatu patroni, ita rusticus victu domini præstat, cum operæ rusticorum hodie ab operis libertorum profluxerint. Husan. *de propriis hominibus. c. 6. n. 53.* & ad easdem leges, quæ de operis libertorum loquuntur, redigendæ. Sichard. *ad rubr. C. de oper. liber.* Klock. *vol. 1. Cons. 10. n. 730.* Hic igitur conven- 45 tio vel loci consuetudo, quæ tacitæ conventionis vim habet, litem decident, & rusticorum inopiæ ratio habenda erit, *d. l. suo victu. & l. operæ. 21. ff. de oper. libert.* Zas. *singul. resp. c. 3. l. 1. n. 55. & seqq.* Imprimis si rustici de consuetudine teneantur extra domicilium domini præstare servitia, æquum est victum pro hominibus & equis dari, Joh. Balthas. *tit. 4. resol. Bavar. n. 11.*

Cum etiam pro situ eorum æstimentur 46 prædia, ita ut circumstantiæ considerentur, nempe qualitas ad ferendos fructus, vicinitas, ubertas, cultura, melioramenta &c. *l. 1. §. 15. si quid in fraud. l. 54. de Leg. II. l. 4. de Cens.* Coler. *3. de Process. 9. n. 140.* Kopp. *decis. 44. n. 27.* & rei Agrariæ scriptores multa circa situationem & ædificationem prædiorum præcepta tradant; tamen paucis de iis saltem, quæ ad nostrum scopum pertinent, videbimus. Ante 47 omnia autem prospiciendum, ut prædium sit in salubri loco collocatum, cœli & ventorum temperata conditio, incolarum veterum longævitas. *Utilissimus,* inquit Varro, *is ager, qui salubrior est quam alii, quod ibi fructus certus, contraque in pestilenti calamitas, quamvis in feraci agro, ad fructus colonum pervenire non patitur. Etenim ubi ratio cum orco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita, quare, si salubritas non est, cultura non aliud est, quam alea Domini vitæ ac rei familiaris.* Declarant autem aëris 48 salubritatem loca ab infimis vallibus libera, nebularum noctibus absoluta, & habitatorum considerata corpuscula, si eis color sanus, capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorum, purus auditus, & si fauces concentum liquidæ vocis exercent. Porta *Lib. I. Vill. c. 11. ubi late de hac materia.*

Nota-

49 Notarunt eandem fundorum insalubri-
tatem Paulus JCtus in l. si fundus sit steri-
lis, vel saxosus, vel pestilens, *13. ff. de reb.*
cred. & Ulpianus *in l. 19. §. 1. ff. locati.* Si
saltum pascuum locasti, in quo herba mala
nascebatur, hic enim, si pecora vel demor-
tua sunt, vel etiam deteriora facta, quod
interest præstabitur, si scivisti; si ignorasti,
pensionem non petes. Ejusmodi etiam
prædia exhorruere Diocletianus & Maxi-
mian. *in l. 4. C. de Ædilit. action.* verbis:
idem observatur, & si pestibilis fundus, i. e.
pestibiles herbas & lethiferas habens, igno-
50 rante emtore distractus sit. Per totam
Germaniam in emtione prædiorum non
spectamus facile qualitatem aëris, quia hæc
Regio perpetuo & quasi constanti aëris
tenore præ cæteris donata est, ideoque
populi eam inhabitantes, integerrima
51 fruuntur valetudine. Aërem merito se-
quitur aquæ beneficium, quod in situatio-
ne prædii maxime spectandum, sine aqua
enim nemo nostrum vel prosperæ vel ad-
52 versæ valetudinis vitam proroget. Ejus
salubritas potissimum ex eo conspicitur,
quando simillima aëri est, cujus sapor odor-
ve nullus, quæ limpida, pellucida & te-
nuis, quæ in candidum linteum infusa id
non commaculaverit, quæ fervefacta fæcem
non dimiserit, quæ muscosum alveum,
quo perfluat, & præsertim saxa coinqui-
nata non reddiderit. M. Varro in villa
exædificanda hoc potissimum quærit, ut
intra septa villa habeat aquam, si non quam
proxime Primam, quæ ibi sit nata, Secun-
dam, quæ influat perennis, si omnino aqua
non est viva, cisternæ faciendæ sunt sub
tectis, & lacus sub dio, ex altero loco ut
homines, ex altero ut pecus uti possit.
53 Terræ non minus fœcunditas in prædii
solo idoneo eligendo probe spectanda erit,
cum nemo adeo insanæ mentis erit, ut in
agrum, qui sumtus non refert, impensas
facere velit, aut operam impendere frustra.
54 Signa autem fertilis agri sumuntur, tum a
sapore, odore, colore, pondere, ab eo na-
scentibus aliisque signis, tradit enim Xe-
nophon, multo facilius terræ ingenium,
quam hominis vel equi experiri posse,
nam in promptu esse, facilemque se ad co-
55 gnoscendum omnibus præbere. Præter
ea commoda veteres in prædiis require-
bant viam facilem, augetur enim ex eo
præstantia villæ, si via ad illam itur com-
pendiosa, amœna strataque, ut cum cœno
colluctandum non sit, multum enim con-
fert iter commodum, præsentiam scilicet
Domini, qui libentius commeaturus sit, si
viæ difficultatem non reformidet. Non 56
enim assiduus labor & experientia villici,
non facultates ac voluntas impendendi
tantum pollent, quantum vel una præsen-
tia Domini, quæ nisi frequens operibus
intervenerit, ut in Exercitu Imperator,
cuncta cessant officia. Deinde ad vehenda
& exportanda utensilia, quæ res frugibus
conditis auget pretium, & minuit impen-
sas rerum invectarum, quia minoris appor-
tantur eo, quo facili nisu perveniatur, mul-
tumque prodest parvo vehi, si conductis
jumentis iter facias; servi quoque, qui
secuturi patremfamilias sunt, non ægre
iter pedibus ingredientur. Columella 57
Lib. 1. c. 3. Nam qui longinqua rura mer-
cantur, veluti hæredibus patrimonio suo,
& quod gravius vivi cedunt servis suis,
qui tam longa dominorum distantia cor-
rumpuntur, & corrupti post flagitia, quæ
commiserunt, sub exspectatione successo-
rum rapinis magis quam culturis student.
Apud Xenophontem habetur, ad villam 58
eundum exercitii causa, redeundum equo,
ergo villa non remota penitus ab urbe.
Hinc tradit Glossa *ad l. 12. §. 1. ff. de usu & 59*
habit. in prædio commode morari posse,
si vicinum sit oppidum, puteus & Ecclesia,
ex hoc probat Zasius *ad dict. tit.* JCtos etiam
curare Ecclesias.

Præterea videndum est, ut in saluber- 60
rima regionis parte ædificium constituatur,
nec in eas partes spectat villa, ex quibus
ventus gravior efflare solet, neve in con-
valle cava, sed potius in sublimi loco quis
ædificet, ad exortus æquinoctiales aptissi-
ma, quod æstate habent umbram, hyeme
solem.

Sin cogare secundum flumen ædificare, 61
curandum, ne adversus illud ponas, hyeme
enim vehementer frigida, & æstate non sa-
lubris est aqua. Advertendum etiam se- 62
cundum Varronem, si quæ erunt loca pa-
lustria, quod ea arescunt, & quod in iis
crescunt animalia quædam minuta, quæ
non possunt oculis conspici, & per aëra
intus in corpus per os & nares perveniunt,
atque efficiunt difficiles morbos. Ideo- 63
que vicissitudo apud Romanos divites olim
erat grata, sicuti Lucullus Pompejo repre-
hendenti ipsum, quod in Tusculano vil-
lam optime ad æstatem comparasset, ve-
rum habitationi brumali incommodam fe-
cisset, respondit, se non minus ac grues &
Ciconias sapere, quin cum temporum ar-
ticulis commutet diætas. Plutarch. *in*
Lucull.

64 *Lucull.* Unde concludit Chaſſan. *de Glor. Mund. conſ. 72.* quod urbicolæ plures domos habere debeant, alteram in urbe propter hoſtium incurſus, alteram rure ob agriculturam vel peſtem; Tiraquellus etiam altius adſcendit *de Nobil. c. 37. n. 31.* dicens:
65 Nobiles quatuor domicilia habere oportere, quæ ſecundum quatuor anni tempora ſubinde mutent, Boër. *deciſ. 13.* Quod ſi Paterfamilias plures curias habeat, ſicuti præſupponitur *in art. 22. L. 1. Land-Recht.*
66 Moller. *L. 3. Conſt. 36. n. 7.* Tunc Principes plures arces habentes imitari debet, ut unam pro principali, & quaſi metropoli habeat, ubi familiam & ſedem rerum ſuarum conſtituat, quam vulgo reſidentiam vocant, *C. ex parte. X. de For. compet.*
67 Alciat. *in lib. 239. de V. S.* Ita ſi paterfamilias plura domicilia habeat in diverſis locis, debet ſpectari illud, quod frequentius & principalius eſt, familia enim ſecundum eum locum æſtimatur, ubi paterfamilias vel perpetui uſus cauſa *l. 39. §. 1. de aur. arg. leg.* vel ſaltem majore parte anni habitat, *l. 18. §. 12. de Inſtr. leg.* vel ubi majorem partem bonorum poſſidet, *l. 2. C. ubi Senat. vel clariſſ.* Alioquin ſola domus aut bonorum poſſeſſio, quam quis in alio loco habet, nec familiam nec incola-
68 tum contrahit. Requirunt præterea rei ruſticæ Scriptores, ne via militaris juncta ſit prædio, quia aſſiduis divertentium hoſpitiis & prætereuntium viatorum populationibus res familiaris valde affligitur, neque etiam vicinum debet eſſe fortalitiis, vel locis ubi præſidia militaria perpetuo habentur, propter excurſiones & deprædationes militares, & quod urgente neceſſitate milites res quibus indigent, ex proximis locis jure vel injuria auferunt. Ma- 69
xime etiam cavendum eſt mare vel flumen rapax, propter frequentes inundationes, quamvis, ſi hoc non metuendum ſit, flu- 70
men navigabile ad advehendas res neceſſarias & evehendos fructus valde conducat. Præter ſupra relata commendat etiam præ- 71
dium bonus vicinus, ſicut enim malus vicinus inter eas cauſas poteſt referri, quæ fundos confines ſupra juſtam æſtimationem emere cogunt, *l. 54. ff. de Leg. II.* ita reddit bonus vicinus fundum maxime vendibilem, quod Themiſtocles indicare voluit, cum venalem fundum proſcripſiſſet, juſſit indicare Præconem, quod vicinos haberet bonos, Chopin. *de Privil. Ruſtic. Lib. II. Part. 1. C. 11.* Utut ſit, monet Plinius agrum comparaturos ante omnia intueri debere aquarum vim & vicinum. *Hiſt. Lib. 18. C. 5.* Nam ſicut ſapientis eſt caſus magno animo ſuſtinere, ita dementis eſt ipſam ſibi malam fortunam parare, quod facit, qui malum vicinum ſuis nummis acquirit, & proverbio fertur aliquid mali propter vicinum malum. Ideoque multi prætulere, carere penatibus & propter injurias vicinorum ſedes ſuas deſerere, Achæos dico, Hiberos, Alanos quoque, nec minus Siculos, Pelargos, Aborigines & Arcades. Et privatos in regionibus quibusdam, ut 72
Autolicum & Cacum, deteſtabiles vicinos fuiſſe, memoria tradidit. De ejusmodi vicino conqueritur Columella verbis: Ne vicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorem ſtare noſtræ Regionis, nec inviolatum ſeminarium, nec pedamentum annexum vineæ, nec etiam pecudes negligentius paſci ſinebat, & ob id talem peſtem vitandam cenſet. *Lib. 1. Cap. 3.*

CAPUT VIII.

DE RUSTICATIONE VETERUM.

SUMMARIA.

1. *Viciſſitudinem natura nobis impoſuit.*
2. *Romæ permiſſum certo tempore in rus ſecedere.*
3. *Ciceronis dictum de hac re.*
4. *Romæ vita inquieta.*
5. *Ideo quietem in prædiis quærebant.*
6. *Nuptias quoque in villis celebrabant.*
7. *Quæ loca ſeceſſus appellabantur.*
8. *Qui in hortis erant, abeſſe non credebantur.*
9. *Magnæ autoritatis viri in rus ſecedere ſolebant.*
10. *Quando ruſticatio cœpta.*
11. *Prima ætate Imperii Rom. plerique extra urbem vitam tranſigebant.*
12. *Nonis diebus urbanas res curabant.*
13. *Adulta ætate prohibitum omni tempore in prædiis hærere.*
14. *Ad cultum urbium facit præſentia primorum.*

15. *Nobiles in Italia obstricti sunt certis anni temporibus in urbibus degere.*
16. *Decurionibus hodie licet ruri habitare.*
17. *Tempore messis & vindemiæ rusticatio permissa.*
18. *Mense Octobr. & Novembr. Senatores Romani semel tantum venere in senatum.*
19. *Diebus Ludorum & Saturnalium, item sationum, Rusticatio licita.*
20. *Item illis, qui negotiis fori non erant impliciti, It. Senibus.*
21. *Rusticantium occupationes in cura rei familiaris.*
22. *Studiis ibi etiam incumbebant.*
23. *Juvenes Philosophos & prudentes viros in secessus euntes comitabantur.*
24. *Egregia scripta in secessibus elaborata.*
25. *In quem finem Bibliothecas in prædiis habebant.*
26. *Venandi & piscandi studium in secessu.*
27. *Animum remittebant & ludebant.*
28. *Amœnis prospectibus delectabantur.*
29. *Valetudinis causa in rus migrabant, ut aërem mutarent.*
30. *Remedia, quibus ad tuendam sanitatem utebantur.*
31. *Gestatio quid.*
32. *Deambulationes quomodo institutæ.*
33. *Sedebant, ambulabant, jacebant in aprico sole.*
34. *Exercitia propter sanitatem.*
35. *Lavabantur etiam propter valetudinem.*
36. *Ordo in lavatione.*
37. *Quibus vestimentis Romani in secessu utebantur.*
38. *Uxores & liberos secum in villam ducebant.*
39. *Invitabant & amicos.*
40. *Qui quandoque etiam non invitati veniebant.*
41. *Convivia & epulas celebrabant in villis.*

1 CUm vicissitudinem quandam imposuerit nobis naturæ necessitas, nec durabile sit, quod caret alterna re-
2 quie; Hinc Romana Respublica Civibus suis indulsit certis anni temporibus solvere animos curis & laboribus curiæ fori-
3 que, atque in otio se reficere. Recte enim Cicero *Lib. 2. de Orat. Quemadmodum*, ait, *volucres videmus procreationis atque utilitatis suæ causa fingere & construere nidos, easdem autem cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa passim ac libere solutos opere volitare: sic nostri animi forensibus negotiis atque urbano opere defessi gestiunt ac volitare cupiunt vacui cura atque*
4 *labore.* Præprimis autem Roma, amplissima Civitas, plurimis clamoribus multoque strepitu erat perturbata, molestumque, teste Plinio *lib. 1. Ep. 9.* erat audire inanes discursiones hominum, strepitus transcurrentium essedorum & equitum, interesse officio togæ virilis, sponsalia ac nuptias frequentare, venire ad signanda testamenta, rogari in consilium, & in advocatione vacare officiis clientum ac mane salutantium, spe metuque, nec non multis rumoribus sollicitari, ne dicam de clamoribus hominum, partim mercem insignita quadam modulatione, partim operas suas stentorea voce venditantium.
5 Hinc loca quærebant ab ejusmodi molestiis vacua & tranquilla, in villis, hortis & municipiis. Uti de Villa sua testatur Auson. *ædill. 3.*

> *Hæc mihi non procul urbe sita est, nec prorsus ad urbem,*
> *Ne patiar turbas, utque bonis potiar.*
> *Et quoties mutare locum fastidia cogunt,*
> *Transeo, & alternis rure vel urbe fruor.*

Quod & perspicere licet ex *l. 66. §. 1. ff. de donat. inter Vir. & Uxor.* In qua lege 6
mentio fit Virginis sponsæ in hortos deductæ ante nuptias, quia Venus, quæ hortorum quoque Dea erat, nuptiis præsidere credebatur, ergo libenter ibidem nuptias celebrabant. Quæ loca propterea seces- 7
sus appellabantur. Sic Sueton. *in August. c. 72.* Ex secessibus præcipue frequentavit maritima Insulasque Campaniæ, aut proxima urbi oppida, Lanuvium, Præneste, Tybur, & Tacit. *lib. 14. Annal. c. 62.* Magna ei præmia & secessus amœnos promittit. Confirmatur idem *l. 12. §. 41. de Instr. leg. & l. 16. ff. Mandati:* ubi mentio fit hortorum Ravennæ, in quos Aurelius Quietus omnibus annis secedere solebat.
Illi vero qui in hortis erant, abesse, cum in 8
continentibus urbis essent, non videbantur, secundum definitionem *l. 199. ff. de V. S.* Imo præsentes eos haberi, diserte traditur *l. 5. ff. de Procurat.* Brisson. *select. Antiquit. Lib. 3. c. 13.* Qui autem se- 9
cedere in rus solebant, magnæ autoritatis fuisse colligitur ex *l. 21. §. 10. ff. de Recept.*

qui

qui arbitr. ubi quæritur, ſi arbiter litigato-
res in eo loco, qui ſit circa urbem, adeſſe
juſſerit, an parendum? & reſpondet Ul-
pianus: Omnino, ſi ejus ſit autoritatis ar-
biter, ut in ſeceſſibus ſoleat agere. Qua-
les fuerunt Imperatores, Senatores, Patri-
cii, Pompejus, Cicero, Cato, Labeo, de
quo mentio fit *in l. 2. §. 47. ff. de Origin.
Jur.* Niſi in cauſa appellationis, ubi ap-
pellans non tenetur judicem quærere, &
in hortos vel villam ſuburbanam accedere,
10 *l. 1 §. 9. ff. Quand. appelland. ſit.* Tem-
pus autem, quo permiſſum fuerat Roma-
nis Ruſticationi operam dare, diverſum de-
11 prehendimus. Prima quidem ætate,
quum nondum adoleviſſet Imperium Ro-
manum, omnem ferme ætatem propter
ſtudium agriculturæ extra urbem transage-
12 bant. Hoc perſpicere licet ex præfatione
Columellæ *lib. 1. Nundinarum*, ait, *conven-
tus manifeſtum eſt propterea uſurpatos, ut
nonis tantummodo diebus urbanæ res ageren-
tur, reliquis adminiſtrarentur ruſticæ.* Illis
enim temporibus proceres civitatis in agris
morabantur, & cum conſilium publicum
deſiderabatur, a Villis arceſſebantur in Se-
13 natum, viatoresque nominati ſunt. Adulta
vero ætate Romana, cum minor eſſet ruſti-
cationis gloria, & fiducia frumentationum
publicarum cultura agrorum ceſſaret, vel
ſervis aut colonis eſſet commiſſa, & vo-
luptatis otiique capiendi cauſa modo ſece-
derent, ac frequentia negotiorum urbis
Romæ vel aliarum civitatum plurium po-
ſtularet operas, lege cautum eſt, ne omni
vitæ tempore in villis hærerent. *l. un. C.
ſi Cur. relicta Civ.* quia ſcilicet impium
eſt, patriam vitare, ac curiæ & fori munia
14 declinare, Cujac. *ad d. l.* Et quia Princi-
pes putarunt, ad cultum & fortunam Civi-
tatum facere primorum urbium præſen-
15 tiam. Ad hunc pene modum Nobilibus
Italis neceſſitas a nonnullis Principibus
imponitur hodie certis anni temporibus
in urbe morandi, quod tum ad urbium
ſplendorem, tum etiam ad vectigalia au-
16 genda non parum conducit. Hodie ta-
men, poſſe decurionem civitatem relin-
quere & ruri habitare, ſtatuunt Grœnw. &
17 Regner. *ad alleg. leg.* Tempus vero anni,
quo ruſticari licitum, erat meſſium & vin-
demiarum, *l. 1. ff. de Feriis & dilat.* Tunc
enim ſolennes anni curarum induciæ fue-
runt, & judiciaria negotia remiſſa. Et
Auguſtum Imperatorem refert Suetonius
ſtatuiſſe, ne Septembri Octobrive menſe
neceſſe eſſet in Senatum venire præter
ſorte ductos, per quorum numerum de-
creta confici poſſent. Quod tempus cla-
rius exprimitur in *l. 2. C. de Feriis*, ubi
Imper. Theodoſius præcipit, ut a die octavo
Calendarum Julii usque in Calendas Au-
guſti meſſis feria concedatur, & a Calen-
dis Auguſti usque in decimum Calenda-
rum Septembris agendarum cauſarum tri-
buatur licentia, a decimo autem Calenda-
rum Septembris usque in Idus Octobris
Vindemialis feria concedatur. Quare &
οινομάτων feſtum etiam Imperatores cum
amicis agitare ruri ſolebant. Vide Lampri-
dium *Heliogab.* De his Minutius Felix
Octavio: Ad vindemiam feriæ judiciariam
curam relaxaverunt. Vide quoque Cypria-
num *epiſt. 1. ad Donatum.* His diebus
etiam feriæ erant a ſtudiis, ut conſtat ex
Div. Auguſtino *confeſſ. l. 9. c. 2. Edicunt
vero de his Impp. in l. omnes 7. C. de feriis.*
In antiquo Calendario Romano, quod 18
Boxhornius Hiſtoriæ Auguſtæ annexuit;
videre licet, Senatores Romanos menſibus
Octobri & Novembri ſemel tantum ſingulo
menſe veniſſe in Senatum.

Sed etiam diebus ludorum ruſticatum 19
ſecedere licuit, quod colligi poteſt ex Ci-
cer. *lib. 3. Epiſt. 1. ad Fratrem, & Lib. 1. de
Orator.* §. 7. de L. Craſſo refert, quod lu-
dorum diebus quaſi colligendi ſui cauſa ſe
in Tuſculanum contulerit, cui tempori
quoque annumerari poterunt Saturnalia,
ſic enim Mart. *l. 7. Ep. 27.*

*Otia dum medius præſtat tibi parva De-
cember.*

Item & ſationum tempora, per *l. 1. C. de* 20
Agric. & Cenſ. Hac vero ſtati temporis
lege illi non tenebantur, qui negotiis fori
non erant impliciti, vel qui incumbente
provectiore ætate, noviſſimam vitæ partem
in ſeceſſu componere inſtituerant. De
Silio Italico Plinius *lib. 3. Ep. 7.* refert,
quod noviſſime ſuadentibus annis ab urbe
ſeceſſerit, ſeque in Campania tenuerit, ac
ne adventu quidem novi Principis inde
commotus ſit. Idem *Epiſt. 1.* de Spurina
ait, quod, poſtquam obierat officia, geſſe-
rat Magiſtratus, rexerat provincias, tandem
in otio ultimam ætatem conſumſerit.

Ruſticantes autem Romani vel in feriis 21
erant occupati, vel in ruſticis voluptatibus,
quod Cicero *Lib. 1. de Orat. §. 249.* expreſ-
ſit. Qui fundos ſuos obeunt, aut fructus
cauſa, aut delectationis inviſunt, & Martia-
lis *lib. 5. Ep. 21.*

Gestatio, fabulæ, libelli.

Campus, porticus, umbra, virgo, thermæ

Hæc essent loca semper, hi labores.

Secedebant enim in agros, ut eosdem & rem familiarem oculis subjicerent, mandarent procuratori de agricultura, aut imperarent villico, colligerent fructus, venationi operam darent, vel alia rei familiaris ordinarent. Hinc Martialis de rusticatione sua *Lib. 4. Epist. 90.*

Rure morans quid agam, respondeo pauca rogatus,

Luce Deos oro, famulos post arva reviso,

Partibus atque meis justos indico labores.

De Sexto Pompejo, Hispaniæ citerioris Principe, observavit Plinius *Lib. 14. cap. 5.* quod podagra correptus fuerit, cum horreis suis ventilandis præsideret, quem dolorem eo sedavit, quod sese in triticum super genua mersit.

22 Deinde studiis potissimum in villis applicabant animum, secedebant enim, ut non minus stylo quam vomeri incumberent, ingenium quam rus excolerent, ut scribit Sidon. *Lib. 8. ep. 4.* Tusculanæ quæstiones Ciceronis ante in secessu subtiliter sunt disputatæ.

23 Propterea solebant juvenes, qui animum artibus dederant, aut Reipublicæ se destinaverant, Philosophos aut prudentes viros in secessus euntes comitari, quo studiis, colloquiis & disputationibus ipsorum interessent, & aliquid memoria usuque dignum ex ipsis imbiberent. Refert Cicero *lib. 1. de Orat. §. 24.* Cum L. Crassus se in Tusculanum diebus ludorum contulisset, comitabantur ipsum adolescentes, in quibus magnam spem majores natu dignitatis suæ collocaverant. C. Cotta, qui tum Tribunatum plebis petebat, & P. Sulpitius, quibus supervenerunt Q. Mutius & M. Antonius. In quo secessu prima die de universa Republica multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti sunt, sequentibus vero de artificio dicendi plurimum disseruerunt. Nec non *Epist. 16. ad Attic.* Hirtium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo, scilicet in Tusculano cœnandi magistros. Puto enim te audivisse, illos apud me declamitare, me apud eos cœnitare.

24 Eorum, quorum egregia scripta in secessu elaborata adhuc extant, jam antea mentio facta, quibus attestante Gellio *l. 13. Noct. Att. cap. 10.* jure meritoque annumerari poterit Labeo, qui in literis ita annum diviserat, ut sex mensibus Romæ cum studiosis esset, sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam impenderet, inde 400. Volumina reliquisse fertur. In 25
quem finem in Prædiis instructas habebant Bibliothecas. Ostendit eas *l. 12. §. 34. ff. de Instr. & Instrum. leg.* Instructo fundo & Bibliothecam & libros, qui illic erant, ut quoties venisset, uteretur, contineri constat. Martialis quoque *L. 7. Ep. 16.* meminit ruris sui Bibliothecæ:

Ruris Bibliotheca delicati

Vicinam videt unde lector urbem.

Et Plinius *lib. 3. Epist. 7.* de Silio Italico, plures, *ait*, iisdem in locis villas possidebat, adamatisque novis priores negligebat, multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur.

Non autem semper seria tractabant ve- 26
teres in secessu, sed variis etiam oblectamentis animum reficiebant, inter quæ non postremum erat venandi & piscandi studium, ut vel retia ponerent feris, vel canibus insectarentur, vel cominus venabulo conficerent, aut eminus lancea emissa manu fugientem prosequerentur. Sic Plinius *lib. 5. Epist. 6.* commendat villam, quod variam & frequentem venationem habeat; & Suetonius de Domitiano refert *Cap. 19.* Centenas varii generis feras sæpe in Albano secessu conficientem spectavere plerique, atque ex industria ita quarundam capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua effingeret. De Augusto idem narrat Sueton. *c. 83.* quod animi laxandi causa piscari hamo consueverit, & Plinius *lib. 9. cap. 7.* laudat villas propter piscandi commoditatem, quod ex una possit despicere piscantes, ex altera ipse piscari, hamumque e cubiculo ac pene etiam lectulo, ut e navicula jacere. Volupe erat adstare piscinis, vocare suis nominibus pisces, ut ad manus accederent, vel plausu compellere, pascere item & spectare vorantes. Nostri Principes, inquit Cicero *ad Attic. lib. 4. Epist. 30.* digito cœlum se putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manus accedant. De Cæsaris Piscina scribit Plinius *Lib. 10. c. 70.* Pisces quidem auditus nec membra habent, nec foramina, audire tamen eos palam est, utpote cum plausu congregari feros ad cibum consuetudine in quibusdam vivariis spectatur, & in piscinis Cæsaris genera

genera piſcium ad nomina venire quoſdam ſingulos.

27 Nonnunquam etiam Romani ruſticantes ad ludrica deſcendebant; Lælium & Scipionem memorat Cicero *Lib. 2. de Orat. §. 22.* ſemper fere una ruſticari, eosque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos, cum rus ex urbe tanquam e vinculis evolaviſſent: item, conchas eos & umbilicos ad Cajetum & ad Laurentum legere conſueviſſe, & ad omnem animi remiſſionem deſcendiſſe. Scævolam refert Valer. Max. *Lib. 8. c. 8.* optime pila luſiſſe, quia videlicet ad hoc diverticulum animum ſuum forenſibus miniſteriis fatigatum transferre ſolebat. Alcao quoque & calculis vacaſſe interdum dicitur, cum bene ac diu jura Civium & ceremonias Deorum ordinaſſet, ut enim in rebus ſeriis Scævolam, ita & in ſcurrilibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem eſſe

28 non ſinit. Præterea in villis maritimis paſcebant animum fluctuum maris agitatione & eorum numeratione, unde Cicero *lib. 2. ad Atticum Epiſt. 6. Ita*, inquit, *complexus ſum otium, ut ab eo divelli non queam. Itaque aut libris me delecto, quorum habeo Antii feſtivam copiam, aut fluctus numero.* Nec fluctus labentes maris & ruentes cum murmure undas ſpectare erat tantum volupe, ſed etiam obſervare prætornavigantes, & cymbas variis coloribus ornatas inter fluctus ſaltantes aſpicere, erat jucunda in ſeceſſu recreatio. Seneca *Epiſt. 51. Habitaturum tu putas unquam fuiſſe in Utica Catonem, ut prætornavigantes adulteras numeraret, & conſpiceret tot genera cymbarum variis coloribus picta, & fluctuantem toto lacu roſam.* Hinc merito inter proſpectus gratiores & liberos, montium ſcilicet & hortorum, etiam maris refertur, & ſervitus, ne ejusmodi amœno proſpectui officiatur, ſolet conſtitui, *arg. l 15. ff. de Servit. Urb. Præd.* & Gothofred. *ad d. l.*

29 Inter præcipuas autem ruſticationis cauſas erat conſervatio bonæ valetudinis, quapropter etiam cum morbis conflictantes conferebant ſe in rus, ut morbum ſanarent, & in ſereniori & ſalubriori aëre reſtituerentur. Ideo rogat Plinius *lib. 5. Ep. 19.* Paulinum pro liberto Zoſimo, ut ægrotum in villam recipere velit, quo curatio-

30 nibus ſupereſſe commodius poſſet. Ea autem remedia, quibus vel ad tuendam vel inducendam ſanitatem utebantur, erant moderatus corporis motus, geſtationes, ambulationes, item inſolationes, balnea, frictiones, vel alia exercitia corporis. Geſtatio au- 31
tem ſecundum Celſum *L. 2. de Medicina c. 15.* leviſſima fiebat navi ſeu in portu, ſeu in flumine; vehementior in alto mari, vel lectica aut ſcamno; acrior vehiculo; Geſtationis quoque, quæ equo fiebat, mentionem facit Plinius *Lib. 9. Ep. 36.* Poſt ſomnum demum lectionemque non vehiculo, ſed quod brevius quia velocius, equo geſtor. Præcipua autem geſtatio fiebat lectica, quam Lecticarii ſuccolando ſuppoſitis cervicibus geſtabant. Huic officio deligebant homines robuſtos, Britannos, Syros, & Germanos, quod Lipſius *Elect. lib. 1. c. 19.* probat. Vehiculo etiam factam geſtationem oſtendunt verba Svetonii, ubi *c. 23.* de Tiberio refert: Aleam ſtudioſiſſime luſit, de cujus arte librum quoque emiſit. Solitus etiam in geſtatione ludere, ita eſſedo alveoque adaptatis, ne luſus confunderetur. Deambulationibus 32
quoque veteres in ſeceſſu oblectabant animum. De Auguſto tradit idem Svetonius *cap. 83.* Vectabatur & ambulabat, ita ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret. Et de Cicerone Plutarchus *in ejus vita:* Fuit aliquando in corporis cura curioſus & nimius, ut ad certum numerum frictionibus & ambulationibus uteretur. Adſtipulatur huic Plinii narratio de Spurinæ ruſticatione *Lib. 3. Ep. 1.* Mane lectulo continetur, hora ſecunda calceos poſcit, ambulat millia paſſuum tria: nec minus animum quam corpus exercet. Erant autem certa ſpacia in villis, ambulationibus & geſtationibus deſtinata, de quibus capite præcedenti actum. Præterea Veteres in- 33
ter præſidia valetudinis habuerunt, ſedere, ambulare, aut jacere nudato corpore in aprico ſole, utiliusque viſum eſt in ſole quam ad flammam, & in hypocauſto ſudare. Plinius de avunculo ad Macrum *lib. 3. Ep. 6.* Si quid otii, jacebat in ſole, liber legebatur &c. & *paulo poſt:* Poſt ſolem plerumque frigida lavabatur. Nonnulli quoque luxus cauſa in ſole colorari ſe ſinebant, de quibus Mart. *Lib. 10. Ep. 12.*

- Precor & totos avida cute combibe ſoles,
Quam formoſus eris, dum peregrinus eris.
Et venies albis non cognoſcendus amicis.
Libabitque tuas pallida turba genas.

Alii autem inſolabant ſe deſidentes, alii decumbentes, alii ſtantes, aut ambulantes, vel currentes, & peculiaris erat in ædibus locus apricationibus deditus, quem

 Sola-

Solarium dixerunt, aut Mœnianum, quia ſoli erat expoſitum. Hinc ſecundum Ulpianum *in l. 17. ff. de ſervit. Urban. Præd.* contra ſervitutem agit, qui umbram facit helio camino vel ſolario. Mœniana vero atteſtante Iſidoro *lib. 15. c. 3. Orig.* nomen acceperunt a Mœniano, Collega Craſſi, qui primus projecit materias, ut eſſent loca, in quibus ſpectantes inſiſterent; dicta
34 ſunt & ſolaria, quia patent ſoli. Inſuper exercitia corporis a Medicis pro ratione ætatis, roboris & valetudinis, alia ſenibus decrepitis vel morbo debilitatis, alia junioribus & mediæ ætatis, vel integris viribus imperabantur. Hiſce robuſtiora exercitia conveniebant: Fodere, remigare, diſcum mittere, celeriter moveri, ſaltare, grave quodvis telum jaculari, continuatis jactibus, onere maximo ſublato, & acclives ambulare; Gravi armatura tectum celeriter agitari, per funem manibus apprehenſum ſcandere, quomodo in Palæſtris pueros exercebant: Vel e fune vel pertica manu apprehenſa ſublimem pendere, ac diu tenere; Manibus in pugnum reductis, iisdemque prolatis vel in altum ſublatis, halteribus ſeu globis plus minus gravibus ſeorſum poſitis, utraque ſe inflectentem manu attollere, quæ robuſtior erat exercitatio, ſi qui ad ſiniſtram manum fuerit, dextra conetur attollere, & ſiniſtra qui ad dextram. Movere ſe ſaltu, curſus ad metam inſtituere, ſummis invicem manibus concertare: Complecti quempiam manibus digitisque pectinatim junctis, iisque divellere ſe adniti: Medium apprehendere, ac ſublatum ceu magnum onus protendere & reducere: Erectum & circumactum ſe prope adſtantem mutare: ſtare, nec ſinere ſe loco dimoveri, quo exercitio Milo Crotoniates celebratur: Pectoribus ex adverſo innixos magno ſe conatu invicem retrudere: Manu altera, tanquam fune, collo alterius injecta ipſum retrorſum trahere ac revellere: Coryco & parva pila ludere: ne dicam de acrocoriſmis ſeu feſtivis ſaltationibus, & Sciamachiis, quæ crura, brachia & manus ſimul exercent, aliisque, de quibus Andreas Baccius *de Thermis* & Hieron. Mercurial. *de arte Gymnaſt.* potiſſimum Galenus *lib. 2. de ſanitate tuenda* videri poſſunt. Hæc junioribus & robuſtis. Senioribus & gravibus viris competebant aliæ moderatæ exercitationes per vocem, ſic legendo aut cantillando exercebantur, item ambulationes, jactationes in lectis penſilibus &c. Quibus exercitiis ob ſanitatem, utebantur non modo, quod ſudorem ejicerent & noxios humores, ſed etiam, quod ex placitis Medicorum credebant, exercitationes corporis eſſe ad balnea præparatorias. Lava- 35
bantur enim crebro Veteres vel munditiei cauſa, vel valetudinis, imprimis poſt exercitationem, & accubituri ad epulas, quin & ſurgentes ab epulis proluebant corpora, Barth. *lib. 6. Adverſ. c. 11.* Plerumque autem ſæpius in piſcinis, quod colligere eſt ex *Epiſt. 1.* Ciceron. *ad Quint. Fratr.* Latiorem piſcinam voluiſſem, ubi jactata brachia non offenderentur. De *Alexandro Severo* Ælius Lampridius: poſt exercitia corporis, *ait*, unctus lavabatur, ita ut Caldariis vel nunquam vel raro, piſcina ſemper uteretur; in eaque una hora prope maneret. Idem *de Heliogabalo:* Non niſi unguento nobili aut croco piſcinis infectis natavit. Servabant autem ſecundum Bac- 36
cium *lib. 7. de Therm.* in lavatione hunc ordinem, primum exercitium, deinde balneum, ubi frictio fiebat & deterſio, mox ſtatim frigidæ lavatio, poſtea unctio, deinde cibus & potus, ultimo ſomnus. Quod ex parte confirmat Plinius Jun. *lib. 3. ep. 5.* de avunculo ſuo: In ſeceſſu ſolum balnei tempus ſtudiis eximebatur; quum dico balnei, de interioribus loquor, nam tum diſtringitur tergiturque, audiebat aliquid & dictabat.

Romanis inſuper in more poſitum erat, 37
certo veſtimentorum genere uti, ut ſcil. in urbe Senatores ab Equitibus, ſervi a liberis, in dignitate conſtituti a plebejis diſtinguerentur, unde in negotiis ſemper togati conſpiciebantur partim ſenatores, partim Advocati, & qui ſalutatum mane veniſſent. Hinc officia fori & Curiæ dicebantur togata. Domi autem, quia toga moleſta erat, levioribus veſtibus induebantur, chlamyde aut tunica aut lacerna, unde aliis veſtimentis in negotio, aliis in otio vel ſeceſſu utebantur, quorum mentio fit in *l. 12. § 41. ff. de Inſtrum. & inſtr. leg.* Ibi enim JCtus veſtes propter ſeceſſum in fundo depoſitas inſtructo fundo legato ineſſe tradit. Non autem eo tempore induebantur toga moleſta, nec calceis opus habebant, Plinius *Lib. 7. Epiſt. 3.* Quousque calcei nusquam? Nusquam togæ? Et Martialis *Lib. 12. Ep. 18.*

Ignota eſt toga, ſed datur petenti
Rupta proxima Veſtis a Cathedra.

In ſeceſſu autem tunicis utebantur, uti teſtatur Sidonius *Libr. 2. Epiſt. ult.* Deſtinas

nas illuc usque ad adventum hirundineum vel ciconinum, jam Numæque ninguidos menses in otio fuliginoso sive tunicata quiete transmittere, & *Epist. 7. lib. 5.* Hi sunt qui invident tunicatis.

38 Insuper Uxores & liberos secum in villas ducebant Veteres, quod ex Plinii *Epist. 6. lib. 5.* constat: *Mei*, inquit, *nusquam salubrius degunt, usque adhuc certe neminem ex iis, quos eduxeram mecum*
39 *(venia sit dicto) ibi amisi.* Præterea invitabant amicos suos, ut secum ruri & otio fruerentur. Ita Agricola Sidonium invitabat ad piscationis voluptatem, missa navicula, qua adveheretur, *lib. 2. Epist. 12.* Ita etiam Horatius Tyndaridem amicam invitat in Lucretilem suam, *lib. 1. Od. 17.* De Tiberio Constantino Cæsare narrat Paulus Diaconus, eum ritu Imperatorio rus petiisse, ut vindemiali lætitiæ operam impertiretur diebus triginta. De Heliogabalo, homine impuro, testatur Lampridius *cap. 10.* cum ad vindemias vocasset amicos nobiles, & ad corbes sedisset, gravissimum quemque percunctari cœpit, an promptus esset in Venerem, erubescentibusque senibus exclamabat: Erubuit, salva res est, silentium & ruborem pro consensu ducens. Accedebant etiam non invitati, qui amicum inviserent. Ita Cæsar & Octavius visitabant Ciceronem in Puteolano hærentem, & *l. 15. Ep. 2. ad Atticum* conqueritur de frequentia visitatorum: Habuimus, inquit, in Cumano quasi pusillam Romam: tanta in his locis erat multitudo.

Tandem in villis epulas & convivia instituebant. Domitianus celebravit in secessu Albano Quinquatria Minervæ. Sueton *l. 8. c. 4.* Et Nero Claudius Cæsar frequentavit Quinquatruum festivos dies apud Bajas. Tacit. *lib. 14. Annal. cap. 4.* Dn. M. Antonio dicit Cicero in Philippicis, quod natalitia dederit in hortis suis. Green. *de Rusticat. Vet. Lib. 1. C. II.*

CAPUT IX.

DE PRÆDIIS LIBERIS ET ALLODIALIBUS.

SUMMARIA.

1. *Prædia ab initio erant libera.*
2. *Non nisi a Deo recognoscebantur.*
3. *Romanis res mancipi dicebantur.*
4. *Longobardis vero Allodia.*
5. *Allodium ab antiqua voce* Oede *descendit.*
6. *Prædia allodialia quid sint?*
7. *Adhuc hodie inveniuntur.*
8. *Exempla Allodiorum.*
9. *Communiter Prædia Allodialia agnoscunt dominum territorii.*
10. *Antiquitus frequenter offerebantur in feudum.*
11. *Exemplum hujus rei.*
12. *Allodia hodie rariora in Imperio.*
13. *Sed ante annos 200. præstantissimæ ditiones fuere Allodiales.*
14. *Castrum* Rudelstadt *& alia bona Comitum Schwartzburgensium fuere allodia.*
15. *Curtes Imperiales olim gaudebant Jure Superioritatis.*
16. *Postea facta sunt feuda Principum.*
17. *Feudis regalibus multa bona allodialia incorporata.*
18. *Quale est Comitatus Blanckenburgensis.*
19. *Item Monasteria desolata.*
20. *Prædia Censitica referuntur etiam inter allodialia.*
21. *Emphyteutica prædia proprie non sunt allodia.*
22. *Jus Crediti in feudo allodialem habet naturam.*
23. *In feudo pignoratitio etiam mulieres succedunt.*
24. *Idem obtinet in feudis emtis sub pacto de retrovendendo.*
25. *Multo magis in annuis reditibus ex bonis feudalibus emtis.*
26. *Prædio concesso* zu einem rechten Erb-Guthe *non statim est allodiale.*
27. *Pacta familiæ in Allodiis etiam locum habent.*
28. *Civitates Imperiales in Imperio sunt Allodiales.*
29. *Item multi Comitatus & Baronatus.*
30. *Hodie tamen pauciores quam olim.*
31. *Prædia Allodialia quomodo cœperint in Saxonia, in quibusque præferenda sint ipsis Prædiis Feudalibus?*

Prædia

1 PRædia originem Juri Gentium debere, principioque omnia fuisse libera atque immunia in possessorum
2 dominio, jam antea innuimus: A nemine enim nisi a Deo recognoscebantur, & nulli servitio nec Censui, sive vectigali, sive canoni erant obnoxia, & hinc hodie adhuc omnia prædia præsumuntur libera. Ant. Faber. *in Cod. ad Tit. C. de Prob. def. 10. n. 1.* Sicut & homines præsumuntur liberi, qui tales nascuntur, *l. 4. ff. de Just. & Jur.* Promtiores namque esse debemus ad prædia libertati naturali suæ restituenda, quam ad vindicanda ea in servitutem, *l. 47. ff. de Obl. & Act.* Vaud. *l. 2.*
3 *Quæst. 3.* Romanis hujusmodi prædia res mancipi, atque optimo jure teneri dice-
4 bantur. In Bojoarorum, Anglorum & Longobardorum autem legibus Allodia; quod verbum ab antiqua voce Saxonica *Oede*, hoc est, hæreditas, bona, possessio, descendit:
5 hinc allodia bona, quæ plane & ex toto (*All* enim omne significat) in nostra potestate sunt; *Kleinodia* bona pretiosiora & subtiliora; *Einöde* locus solitarius & incultus. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. C. 3. §. 11.* Huld. Eiben. *In Elect. Jur. Feud. c. 1. n. 10.* Unde etiam Odalricus, abundans scilicet bonis, dictus. Welserus *in vita S. Uldarici.*

6 Prædia autem Allodialia seu libera sunt, in quibus quis plenum habet dominium, ut eorum nomine nulla neque gratia, neque merces, neque opera debeatur. Hoc Car. du Fresne *in suo Glossar.* ita describit, quod scil. sit Prædium non modo ab omni præstatione liberum, sed & a quolibet servitio reali & personali immune, licet illius possessor Dominum agnosceret, a quo illud tenebat in feudum honoratum. Charta Bertrandi de Monte Lauro Anno 1274. Vendo, & ex causa venditionis trado, cedo pro libero & Franco, & absoluto & immuni allodio, tamen cum consensu D. Petri Regis Arragonum ac Domini Montis Pessuli, in quo infra scripta tenentur in feudo, & pro feudo honorato sine præstatione census, Usatici, Canonis & alterius servitii tam realis quam personalis, & alterius cujuslibet generis, scilicet omnes res, quas habeo, vel habere visus sum in decimaria de terminis &c. Duplex autem Allodium statuunt Consuetudines Municipales, alterum Nobile, alterum Villanum. Aleu Noble, Aleu roturier. Allodium Villanum dicitur Prædium, quod nullam habet Jurisdictionem seu Justitiam, cujus possessor nullam debet præstationem nec Laudemia. Allodium Nobile illud est, quod Jurisdictionem seu superiorem Justitiam habet, & nulli homagio seu servitio Feudali nullisque Laudemiis obnoxium est. Ejusmodi autem Allodia Nobilia sc. & Villana, etsi immunia & libera dicantur, a superioritate alterius non tamen eximuntur, *ut cit. in tit. de Allod. II. Feud. 54* Unde Allodium liberum aliquatenus Feudum est, sed immune a servitiis Feudalibus: tametsi diversum a Feudo Franco, quod licet liberum a servitiis, domino tamen obnoxium est. Et quamvis primæva ista libertas in plerisque Prædiis diversis Constitutionibus & recognitionibus, vel lege annuæ præstationis, aut servitii, aut etiam meliorationis sit varie limitata; Nonnulla tamen hodienum vera 7
sunt allodialia; verbi gratia, quæ continentur in patrimonio Majestatum, & hæc sunt ab omni alia Superioritate exemta, Souveraine *Güther*, qualem allodii liber- 8
rimi statum declarant verba *Instrum. Pac. inter Imperium Romanum & Regem Galliæ de Anno 1648.* Primo quod supremum dominium, Jura Superioritatis, aliaque omnia in Episcopatus Metensem, Thulensem & Virodunensem &c. eodem modo quo hactenus ad Romanum spectabant Imperium, imposterum ad coronam Gallicam spectare, eique incorporari debeant in perpetuum &c. *Diese und §. 2. 3. nachfolgende Güther sind* Souverain Allodial-*Güther der Cron Franckreich worden.* Titulum enim feudi in bonis Imperii majoribus Rex Galliæ recusat, quia occupationem & modum acquirendi Juris Gentium prætendit.

Communiter vero allodia, quamvis ab 9
omni præstatione & servitio libera solutaque, tamen Dominum territorii & jus Superioritatis agnoscere debent, per Textum expressum, *2. Feud. 54.* ubi sancitur, ut is, qui Allodium suum vendiderit, districtum & jurisdictionem Imperatoris vendere non præsumat, & si fiat, non valeat. Nam & Allodia possidentur ad statum & honorem Domini. Knich. *de Jur. territ. c. 1. n. 313. & Encyclop. c. 3. n. 129.* Causam 10
huic constitutioni dederunt frequentes antiquæ oblationes allodii in feudum alicui Potentiori vicino, qui Dominus Territorii non erat, & ex hoc fundamento Fiscalis Imperii egit pro Cæsarea Juris-
dictione *in der am Fürstlichen Hause Hessen* 11
alienirten Grafschafft Waldeck Allodial-*Stück,*

Stück, so im Reichs-Territorio *aussern Fürstenthum Hessen gelegen gewesen.* Hinc etiam ante constitutionem pacis publicæ per Fridericum, cum deprædationes adhuc essent frequentiores, multi nobiles majoris securitatis causa bona sua allodialia Principibus in feudum obtulerunt, idque fieri solebat, ut commodius & utilius tueri se possent, non autem, ut præjudicium sibi crearent. Knich. *de Jur. Territorii c. 1. n. 226.* Hinc Dn. Fritschius
12 *de Feudo Solari §. 11. testatur:* Allodia hodie in Germania nostra rariora esse, quam olim fuere; cujus ratio esse videtur, quod proxime superioribus seculis feuda oblata, vulgo *aufgetragene Lehen,* in frequenti usu esse cœperint. Multi scilicet ob publicam necessitatem, quod aliter pace vel quiete publica eis frui non liceret, utpote justitia & pace publica in Imperio non bene constituta, possessiones suas potentioribus, non tamen semper Dominis territorii, in clientelam offerebant, feudique jure ab iisdem recipiebant. Knichen. *d. l. de jure territ. c. 1. n. 205.* Alii ex devotione civili, & quod sic rebus suis melius consulere viderentur, utpote aliorum viribus contra insultantium impetus tutiores, allodia sua in feudum tam Ducum, quam Comitum & Nobilium offerre sole-
13 bant. Notabile sane est, quod scribit Besoldus *Thesaur. Pract. lit. K. n. 37. Es ist beweislich, und gehe man von einem Stamm-Haus zum andern, so wird man finden, daß noch für 200. oder 150. Jahren alle Stamm-Häuser allodial gewesen.* De Franconia & tractu versus Rhenum id testatur D. Rhetius *Com. Feud. l. 1. Tit. 1. n. 21.* ante annos non ita multos præstantissimarum familiarum ditiones allodiales fuisse.
14 Sic illustrissimi Comites Schwarzburgici An. 1361. Imperatori Carolo IV. ut Regi Bohemiæ Castrum *Rudelstadt* cum oppido, quæ Allodialia erant, in feudum obtulere. Tenor literarum investituræ hic est: *Haben die Grafen Heinrich und Graf Günther, die Vesten und Stadt Rudelstadt, die ihr erblich freyeigen von Uns, als von einem Könige zu Böheim, und von der Hochwürdigen Crone des Königreichs Böheim zu einem rechten Edlen Lehn empfangen.* Ex eodem instrumento investituræ constat, eosdem Comites oppidum suum *Salfeld* (quod postea ad domum Saxonicam pervenit) & Castrum *Könitz* eidem Carolo Imperatori, ut Regi Bohemiæ, in feudum obtulisse. Idem factitarunt laudati Comites superiori seculo, occasione reformationis Religionis cum Præfectura Paulinzella, quam domui Saxonicæ obtulere.

Si autem Imperator Curtem vel præ- 15
dium quoddam Imperiale (quod, uti diximus, verum allodium est) in Ducatus confinio situm, Immediatæ Ecclesiæ in alio Ducatu sitæ cum omni jure donaverit, atque immediata Ecclesia eam potentiori favore armatæ civilis Tutelæ subinfeudaverit, tum etiam Jus territoriale simul translatum esse censendum est, quia scil. ejusmodi Curtes passim per Germaniam dispersæ gaudebant Jure Superioritatis, *des ersten Heerschild-Rechtens.* Tali modo 16
Imperator Henricus Anno 1008. 3. Dec. donavit Abbatissæ Sophiæ Gandersheimensi, Imperatoris Ottonis secundi filiæ, Curtem suam *Derenburg,* in confinio Episcopatus Halberstadiensis sitam. Eam iterum Curia Gandersheimensis immediata Electoribus Brandenburgensibus favore defensionis futuræ subinfeudavit, qui etiam in hoc subfeudo Jure Superioritatis gaudent. Schoppius *de Allodiis Cap. 2.*

Cum autem Feudis Regalibus per Ger- 17
maniam plerumque multa Prædia & Bona Allodialia sint incorporata, ideo Duces Comites &c. ultimis Familiæ hæredibus solent reservare separationem Allodii. Durante enim Successione Feudali, Allodialia Bona manent Feudo incorporata. Cujusmodi Bonum Allodiale sunt *die* 18
Reichs-Pfandschafften, Instr. Pac. Osnabrug. Art. 5. §. 9. Erkauffte Erb-Stück, der Lehns-Schlösser und Vestungen Gereitschafften, oder Inventaria mobilium & se moventium. Talis in Ducatu Brunsvicensi est etiam Comitatus Blanckenburgensis, *Lehns-Information* Friderici Ulrici Duc Brunsv. *de anno 1628. p. 8.* §. 4. Item Jure Allodii 19
gaudent (suspensa Jurisdictione Ecclesiastica sedis Romanæ ordinaria) Monasteria desolata, & Feudo Imperiali Status Augustanæ Confessionis incorporata vi *Instrum. Pac. Osnabrug. dict. Art. 5.* Uti factum in Concessione *Kloster Walckenriedt* Ducibus Brunsvicensibus; Abbatiæ *Hirschfeld* Landgraviis Hassiæ. Eodem jure quoque multas Ecclesiasticas fundationes & Prædia possident Electores Saxoniæ & Marchiæ, & alii Imperii Principes & Comites.

Inter Allodialia etiam referri quodam- 20
modo possunt Prædia, quæ mediante Censu constitutivo vel reservativo in alium transferuntur. Ejusmodi enim

Bona Censitica inconsulto Domino possunt alienari, & si per mille annos Censuarius cessaret in solvendo annuam recognitionem, nunquam tamen hac re allodiali privari aut expelli potest, sed ad id, quod interest, saltem teneatur, Franzkius *de Laudemiis cap. 10. n. 58.* Certum igitur est, ejusmodi bona censitica *Erb-Zinß- oder Allodial-Güther* inconsulto Domino posse in alium transferri, modo resignatio Dominii, *die Auflassung*, in terris Saxonici Juris sequatur. In terris vero juris Civilis petatur contractus confirmatio, qui duo corroborandi Contractus modi a Consensu Feudali sunt diversi.

21 Minime autem licet inferre, omnia Prædia, quæ feudalia non sunt, propterea statim esse Allodialia, quia nec Emphyteutica prædia proprie sunt Allodia, sed ea demum, quæ libera sunt, & ab aliis non recognoscuntur, pro quibus nemini sumus obnoxii, sive quorum nomine immunes sumus, nec præstare quicquam tenemur, Bitschius *Comment. Feud. lib. 2. Tit. 54.*

22 Præterea merito dicendum, Jus crediti, quod quis in Prædio feudali habet, non qualitatem feudalem, sed allodialem retinere, & hinc Creditori facultas cedendi non deneganda, *arg. tit. Cod. si pign. pign. dat.* Per hanc enim cessionem nec Vasallus, nec feudi Dominus læditur, quia ex soluto debito æque patet repetitio, ac si primus Creditor nunquam cessisset. Dn. Stryck *de Cautel. Contract. Sect. II. c. 5. §. 10.*

23 Mulierem quoque in feudo pignoratitio, *Pfand-Lehn*, succedere recte tradit Rauchbar *P. 1. Quæst. 37.* Tum quia Dominium penes debitorem remanet, sola possessione naturali, non civili in creditorem translata, tum etiam quod nullibi traditum sit, pignoris obligationem feudalem esse; hinc merito pro allodiali habebitur, cum quælibet res potius libera & allodialis, quam feudalis esse præsumatur. Alciat. *de Præsumt. Reg. 2. Præsumt. 3.* Accedit, quod principalis obligatio, mutui videlicet, hæreditaria & allodialis est, *tot. tit. C. de Hæred. act.* ergo & accessoria pignoris eodem jure censebitur. Denique si Creditores licentiam habent absque novo Domini consensu feuda, quæ pignoris jure tenent, in extraneum alienandi, vel eorum dominium impetrandi, Mev. *Part. 8. Dec. 284.* Brunnem. *ad l. fin. C. de hæred. vel act. vend. pignoris.* certe jus & possessio non feudalis, sed allodialis erit, & per consequens, tam ad masculini, quam fœminini sexus hæredes successionis jure pertinebit. Idem statuendum erit de Feudis 24
emtis sub pacto de retrovendendo, *von wiederkäufflichen Lehn-Güthern*, quæ inter Allodialia merito etiam recensenda. Si enim venditor legem retrovenditionis exerceat, pretium velut allodialis res merito hæredibus absque sexus differentia debetur. Pretium enim hoc casu, præsertim cum non ex feudo antiquo redactum sit, nec convenerit, ut in alterius feudi emtionem convertatur, vicem feudi supplere nequit, nec in ejus locum succedere potest. Schurf. *Cent. 1. Consf. 11.* Et quanquam per retrovenditionis contractum dominium quoque in emtorem transferatur, *l. 2. C. de pact. inter emt. & vendit.* tamen istud dominium perpetuum non est, sed revocabile, ad quod accedit, quod inter pignoratitium & retrovenditionis contractum tanta sit cognatio, ut quandoque alius ab alio dignosci vix possit. Molinæus *de Usur. n. 268.* Quod vero 25
de Prædiis cum retrovenditionis lege comparatis dictum est, id multo magis obtinet in annuis reditibus ex bonis feudalibus hoc pacto cum consensu Domini emtis, *in wiederkäufflichen Zinsen, so aus Lehn-Güthern gekaufft:* cum & hi, si non expresse in feudum concessi fuerint, allodiales, non feudales præsumantur: Et huic denique sententiæ consuetudinem patriæ suffragari, *ex manuscriptis Fachsii* refert Rauchbar *d. l.* Ventilanda hic venit quæ- 26
stio, si prædium concedatur *zu einem rechten Erb-Guth*, an pro allodiali aut feudali sit habendum, ita ut fœminæ æque succedant ac masculi? Et dicendum, nequaquam ex sola hac vocula pro filiabus decidi debere hanc controversiam. Imprimis namque voluntas concedentis inspicienda; quis enim inficias ire ausit, feudum concedentem non tam prædium feudale, quam allodiale intellexisse, cum hoc plane non veniat nomine ac jure feudi; Et quamvis proprie loquendo allodiale appellitetur *Erb-Guth*, ex communi tamen usu loquendi vocula hæc feudum indigitat hæreditarium; communis siquidem verborum sensus prævalet propriæ eorundem significationi. Jac. Menoch. *de arbitrar. jud. quæst. cas. 489. n. 1.* Cumque ex facta concessione feudi prædium præsumatur feudale, sola vocula *Erb-Guth* hanc præsumtionem infringere nequit, & in materia feudali dictio hæredis nonnisi

de

de hærede ſanguinis feudali & filio accipi
ſolet. *Cap. I. §. etſi clientulus, de aliena-*
tione feudi. Carpz. *P. 2. Dec. 170.*

27 Pacta familiæ ſucceſſoria in Allodiis
æque ac in feudis locum ſibi vendicare
recte tradit Eiben. *in Elect. jur. Feud. c. 6.*
Dari quoque, *ait*, de allodiis pacta familiæ
non dubitamus, & ejus videntur eſſe notæ,
de quibus in *Capit. Ferdinandi IV. art. 40.*
& Aug. Imp. n. D. Leopold. art. 39. ubi ea
von dem Lehenthum keine Dependenz ha-
28 *bende* pacta familiæ nuncupantur. Nec
enim negari poteſt, non modo nuper ex-
titiſſe, ſed hodieque ſuperare in Imperio
noſtro Provincias & Civitates (mediatas
intellige, nam immediatæ Imperiales vix
una excepta omnes hujus conditionis
ſunt. vid. Limn. *ad Cap. Car. V. Art. 24.*
verb. Städte) quæ in Allode (ſic veteres
29 locuti) non in feudo teneantur. Ex eo
genere etiam eſſe feruntur Comitatus
Mörß, Pinnenberg, Vargila, Burggraviatus
Klappendorff, quem Senatus Erfurtinus a
Burggraviis de Kirchberg emit; Baronia
Bronchhorſt, Dominium *Arrſen*, Reinking.
1. de R. S. & Ecl. c. 6. n. 39. C. P. Giſſ.
Vol. 1. D. 6. c. 8. lit. b. Fred. a Sande *ad*
Conſu. Geld. c. 1. n. 4. Rennem. *d. 4. de jur.*
rer. θ. 7. lit. 4. adde Lehem. *Chron. Spir. 4.*
c. 1. Beſold. *de jurisd. Imp. Rom. quæſt. 7.*

30 Olim vero (quando Allodiorum exem-
pla frequentiora fuiſſe vult Thom. Crag.
lib. 1. de Feud. diſp. 9. ubi quarundam pro-
vinciarum & aliorum locorum Magnati-
bus in Italia, Gallia & Britannia pleno
Allodiorum jure conceſſorum meminit)
Allodia quoque fuiſſe Comitatus *Waldeck*,
diſſent. *Waldeck deduct. in Contin. contra*
Heſſen n. 41. Bregantz, Holland, Olden-
burg &c. dynaſtiam *Jever &c.* Reinking.
d. c. 16. n. 39. Fürſtl. Heſſiſche Informat.
contra Waldeck, lit. A. B. C. Auctor *der*
Lindauiſchen Ausführung p. 12. Jan. Douſa
Annal. Holland. L. 5. H. Grotius *lib. 1.*
Annal.

31 Prædia denique Allodialia quomodo
cœperint in Saxonia, in quibusque præ-
ferenda ſint ipſis Prædiis Feudalibus, eru-
dite ſatis tradit Liber Baro ab Hochberg
in Georg. Curioſ. L. 1. C. 7. Allodia (in-
quit) *Fräiſäigne Güther ſind, die keinem*
als ihrem Poſſeſſori *unterworffen ſind, dem*
es freyſtehet nach ſeinem Gutdüncken ohne
Verhinderung und Einrede der höhern Obrig-
keit (wie in Feudis *zu geſchehen pfleget)*
zu verkauffen, zu verteſtiren, zu verſchen-
cken, der allein eine gewiſſe Land-Steuer zu des gemeinen Nutzen Beſtem jährlich entrichtet, ſonſt aber das Guth auf ſich und ſeine Kinder, ohne einiges ferneres Onus, *fortpflantzen und genieſſen kan. Etliche ſind der Meynung, ihr Urſprung ſey entſtanden, als die Sachſen zum Chriſtlichen Glauben gebracht worden, da habe man ihnen endlich ihre Güther alle fräyſäigen überlaſſen. Doch mit dieſem Bedinge, im Fall ſie wieder das Chriſtenthum verlaſſen, und ſich zu ihrem Heydniſchen Götzen-Dienſt wenden ſolten, daß ſie die Freyheit ſowol an den Leibern, als auch an den Güthern ſolten verwürcket und verlohren haben; Und kan wol ſeyn, daß dergleichen Motiven nicht eine geringe Urſache ſind, daß ſie hernach ſich eines beſſern bedacht, ſich und ihre Kinder bey dem Chriſtenthum beſtändig erhalten haben: Alſo ſind auch die Freye Francken vor dieſem genennet worden,* quod Dominus ab illis nihil poſſet exigere tanquam ab omni ſervitio liberis. *Faſt auf dieſe Art ſind ebenmäßig die bey denen Juriſten genannte* Feuda Franca *oder Frey-Leben, welche dem Inhaber alſo überlaſſen werden, daß er von allen Dienſtbarkeiten frey ſey, ohne daß er ſeiner Landes-Obrigkeit getreu verbleibe. Nun dieſe fräyſäigne Güther ſind wol gut, und in theils Sachen weit beſſer als der Lehen, weiln ihme die Hände nicht alſo gebunden ſind, und kan darmit thun was er will, ſo hat er auch beſſern Credit, und wird man ihm lieber darauf mit einer Darleihung im Fall der Noth zu Hülffe kommen, ſo bey dem Lehen nicht zu geſchehen pfleget, weiln darzu erſt* Conſenſus *erfordert wird, doch ſind die Lehn-Güther offt an der Ertragniß, an Grund und Boden weit beſſer als die Fräyſäignen, obgleich etwan zu unterſchiedenen Zeiten die groſſen Herren lieber nach den beſten und erträglichſten Güthern getrachtet, und ſie in ihren Schutz und Schirm (daraus folgends die Lehn entſtanden) genommen, die ſchlechtern aber nicht angenommen haben, alſo daß ſie nothwendig freye eigene geblieben ſind. Daher noch die Erfahrung bezeuget, wenn bey einem Lehn-Guth diejenigen Stück und Geld, die im Lehn-Briefe mit begriffen ſind, von einem Fremden gerichtlich angefochten werden, ſich der* Vaſallus *leichtlich mit ſeinem Lehn-Brief ſchirmen, und von des Gegenparts Anſpruch abſolviret werden kan, wie ich denn ſelbſt weiß, daß bey einem gewiſſen Guthe in Unter-Oeſterreich die Helffte von einem Kloſter angeſprochen worden,*

den, als ob es ein geistliches Guth wäre; als sich aber aus dem Landes-Fürstlichen Lehn-Briefe klar befunden, daß eben die angesprochenen Unterthanen alle darinnen benannt gewesen, und sie wie billig gantz und gar davon abgewiesen, und das Guth denen Possessoren zugesprochen, und also dieses Recht leichtlich gewonnen worden; hingegen aber in fräyssäignen Güthern, wenn dergleichen Rechts-Behellungen entstehen, hat einer, der es anficht, mehr Mittel, einen zu beunruhigen, der Possessor aber um einen starcken Thurm weniger sich zu erwehren, doch sind auch wieder andere Haupt-Ursachen, die ein fräyssäignes Guth höher recommendiren, und viel Verdruß überhebt machen, welche bey denen Lehn-Güthern nicht zu finden sind.

CAPUT X.

DE PRÆDIIS SOLARIBUS.

SUMMARIA.

1. *Feuda Solaria potius Allodiis, quam Feudis annumeranda.*
2. *Solem omnes ferme Gentes pro Numine coluerunt.*
3. Sonnen-Lehn, *quasi a sole moventia.*
4. *Feudum Solare quid sit?*
5. *Nec est feudum proprium nec improprium.*
6. *Allodiis nonnunquam nomen* Lehn *tribuitur.*
7. *Feuda Solaria non sunt, quæ in Ecclesiam conferuntur.*
8. *Nonnullis rebus abusiva interdum appellatio tribuitur.*
9. Lehn *quandoque quamcunque concessionem denotat.*
10. *Feudis solaribus competit Jus Superioritatis.*
11. *Exemplum in Regno Hungariæ.*
12. *Quod & procedit in Imperii Statibus immediatis.*
13. *Non vero in Mediatis.*
14. *Prædium Werberg feudum Solare.*
15. *Solennitates circa feuda solaria observari solitæ.*
16. Herrnlose Güther *quid?*
17. *Laudemium hoc quomodo differat ab aliis?*
18. *Feudum Solare Principum Anhaltinorum.*
19. *In feudis Solaribus quis habeat plenissimum Dominium?*
20. *Succeditur in iis, uti in Allodiis.*

1 FEuda Solaria, *Sonnen-Lehn*, potiori jure Allodiis, quam Feudis sunt annumeranda. Dn. Stryck. *Exam. Jur. Feud. c. 2. n. 5.* Quemadmodum enim Allodia a solo DEo recognoscuntur, Guid. Pap. *Decis. 560. n. 2.* Ita Feuda Solaria etiam a nullo homine, sed a sole accepta
2 feruntur. Omnes enim propemodum Gentes, interque eas Germani quoque, solem sub Saturni, Jovis, Martis, Mercurii & aliis nominibus pro summo Numine habuerunt, & uno in Sole omnia religionis suæ studia collocarunt, *Vid. ex Sac. Lit. Levit. 4. v. 19. Job. 31. v. 26. & seq. 2. Reg. 33. v. 12. Ezech. 8. v. 16.* Macrob. *1. Saturn. 17. & seq.* Cluver. *in Germ. antiq. 26.* Voss. *lib. 2. de Orig. Idol. c. 13.* Sched. *de Diis Germ. c. 4.* D. Eiben *in*
3 *Elect. Jur. Feud.* Quia igitur Solem pro Numine colebant, ideo *Sonnen-Lehn* quasi a Sole, h. e. a Deo moventia, vocabant,
4 Dither. *ad Besold. voc. Leben.* Communiter autem describitur, quod sit feudum quoddam recognitionis feudisticæ expers ac plane liberum, vel quod recognoscitur a Deo & Sole flagrante, salva manente natura Allodii.

Ex quibus patet Feudum Solare cum Allodio ferme idem esse, nec proprium 5
nec improprium feudum dici posse, quemadmodum etiam nullibi in classe Feudorum impropriorum reperiri licuit; Perinde ut Allodiis nomen Germanicum 6
Lehn nonnunquam attribuitur, quod tamen alias *Erb und Eigen* dicitur. Quamvis Andr. Knichen *de Vestitura Pact. P. 1. c. 2. n. 102.* statuat, Feuda immortalia sive 7
Sonnen-Lehn vocari, si in manum mortuam, ut in Ecclesiam, Cœnobium, Civitatem & Communitatem conferantur, perpetuam enim dici concessionem, quod reversio nunquam speranda sit, hoc enim sensu, uti nos accipimus, Feuda Solaria nec nomen mereri, cum absque ulla recogni-

cognitione beneficiaria res in Allodiorum
8 indolem concedat. Sed merito ad hoc respondetur, non absurdum & novum esse rem aliquam latiori & abusiva appellatione indigitari, quod exemplis non paucis in lingua nostra vernacula ostendere facilli-
9 mum esset. Nec absurde Germanicum vocabulum *Lehn* in latiore significatu, quamcunque successionem denotante, ad Allodialia bona, territoria, provincias &c. quatenus in iis qualecunque saltem Dominium, imperium vel aliud jus Superior obtinet, referri potest, quod ex contextu & substrata materia interpretationem meretur. Dn. Fritsch. *de Feud. Solar.* §. 8.
10 Quamvis etiam ii, qui tienent leur pays de Dieu & du Soleil, qui terras suas a DEO & Sole tenent, Majestatem habere dicantur, Limn. *addit. ad lib. 4. de Jur.*
11 *Publ. c. 6. n. 15.* (uti hoc videre licet in Regno Hungariæ, cujus Rex die Inaugurationis adversus solem tribus ictibus verberare obstrictus est, & sic illud a nemine
12 nisi a DEO & Sole recognoscit;) quod etiam procedit in ejusmodi Principe vel Comite, qui Status Imperii est, & ejusmodi Bona quæ *Sonnen-Lehn* possidet;
13 Attamen, si mediate Imperio sit subjectus, ejusmodi Feuda teneat, etiam Dominum Territorii & Jus Superioritatis agnoscere debet, & tunc tale prædium ejusdem ferme naturæ cum Allodialibus esse censetur.
14 *II. Feud. 54.* Ejusmodi Feuda Solaria plurima adhuc inveniri in Germania tradit Schoppius *de Allodiis c. 1.* refertque, *das Stamm-Haus Werberg und Güther ist nebst andern Lehn-Stücken der Herren von Werberg bey Helmstädt uhralt Eigenthum*
15 *gewesen. Es hat aber solches der Senior gegen der Sonnen Aufgang mit Harnisch und blossem Schwerdt anreitend, und ein Creutz-Strich der Sonnen-Strahlen schlagend,* addita quadam devotione & pauperibus Eleemosynis data a DEO *recognosciret. Dadurch ist es kein Herrlos Guth, dennoch ein Allodium blieben.* Nam secundum con- 16
suetudines Germaniæ bona derelicta, *Herrlose Güther,* contradistinguuntur Allodio *Eigen oder Erbe,* quod a nemine vel a Domino quodam perpetuo seu manibus mortuis recognoscitur, prævia oblatione allodiali non feudali. *Wenn* 17
einer in Erwehlung eines Erb-Zinß-Herrens sein Eigenthum sich lässet gegen etliche Groschen jährlichen Erb-Zinses, mehrer Sicherung des Eigenthums halber, bekennen. Laudemium hoc differt a boni Censitici, Colonarii, & Emphyteutici Recognitione annua, qua antiquus vel præsens Dominus Allodii agnoscitur. Schopp. *d. l.* Similiter feudi Solaris mentio fit in 18
vetusto quodam vaticinio de Stirpe Principum Anhaltinorum, quod refert H. Salmuth *in Resp. pro Matrim. Principis cum Virg. nob. p. 100. Soll das daraus entsprossene Bärlein mit einem rothen Creutz auf der Brust gezeichnet, im Zunehmen sich mit seinen Datzen und Zähnen an seinen Feinden rächen, und alles, so dem alten Bären mit Gewalt entzogen, abgezwacket, und der Clerisey zugeeignet, benebst dem Sonnen-Lehn völlig wieder herbeybringen.* Et quamvis hoc vaticinium trecentorum annorum antiquitate gaudere dicatur, recte tamen ex nitore Styli id hoc, vel proxime superiori seculo enatum esse, observat D. Hulderichus Eiben *in Elect. Jur. Feud. c. 6. n. 7.*

Cæterum, cum Prædia Solaria Allodio- 19
rum naturam & indolem habeant, de iis vi plenissimi Dominii disponere licet. Neque enim hic directi, vel utilis Dominii conditio attenditur. Quod vero suc- 20
cedendi modum attinet, is non est Feudalis, sed civilis; in Feudis scilicet Solaribus eodem modo, quo in Allodiis, succedimus, nisi forte vel pactis familiæ, vel antiquo usu feudalis succedendi modus fuerit receptus. Dn. Fritsch. *d. l.*

CAPUT XI.

DE PRÆDIIS NOBILIBUS.

SUMMARIA.

1. *Differentia Prædiorum.*
2. *Metrocomia quid?*
3. *Firma Nobilis.*
4. *Prædium Nobile quid?*
5. *Feuda Nobilia remissive.*
6. *Prædium nobile an nobilitet?*

7. *Prædium cum omnimoda Jurisdictione nobilitare possessorem.*
8. *Baronum origo.*
9. *Item Nobilium, secundum Freder. a Sande.*
10. *De Consuetudine Saxonica Feudum nobile non nobilitat.*
11. *Attamen possessor consequitur jura, quæ ratione Nobilitatis semel rei annexa sunt.*
12. *Investitus de Ducatu & Comitatu non statim fit Dux & Comes.*
13. *Feuda ignobilia a Nobili adquisita manent ignobilia.*
14. *Nobiles comparantes bona paganica, tamen oneribus subjecta manent. Et propter eorum Feuda præstant Equos Militares* Ritter-Pferde.
15. *Taxa Imperii se nobilem de aliquo loco scribendi.*
16. *Taxa quando bona evehuntur in Principatum.*
17. *In Camera pro singulari privilegio adducitur jus possidendi Castrum.*
18. *Nobilitati non officit, si Nobilis possideat Prædium Plebejum.*
19. *Agricultura Nobilitati non derogat.*
20. *Non tamen sese totos tradere rei rusticæ decet.*
21. *Testimonium Gvevaræ de hac re.*
22. *Ad conservationem Nobilium Familiarum multum conducunt divitiæ.*
23. *Causæ cur Nobiles in agros migrarint? remissive.*
24. *Vernulæus censet, melius esse, eos in urbibus habitare.*
25. *Quod Nobilibus non probatur.*
26. *In Ducatu Würtembergico Nobilibus non facile permittitur inhabitare Civitates.*
27. *Argentinæ coguntur Jus Civitatis adquirere.*
28. *Diversa conditio Nobilium rus inhabitantium.*

1 QUemadmodum inter Provincias magna diversitas est, cum aliæ Ducatus, aliæ Marchionatus, aliæ Comitatus, aliæ Baronatus &c. titulo gaudeant: Ita in prædiis non minor differentia sese offert; sic quædam sunt libera, quædam censui & aliis præstationibus obnoxia, quædam Allodialia, quædam Feudalia, quædam Nobilia, quædam Rustica,
2 quædam minora, quædam majora. Tale apud Romanos erat Metrocomia, quæ sub suo districtu plures pagos, villas & arces continebat, *l. un. C. non licere habitatoribus Metrocom. l. fin.* C. Theod. *de Patroc. Vican.* Qualis enim est metropolis inter urbes, talis est Metrocomia inter Vicos, & ut Urbes a Capitatione immunes erant, ita & Metrocomia, non etiam reliqui vici. Cujac. *in l. fin. Cod. de Exact. Tribut.*

3 Apud Scriptores sequioris ævi Firma nobilis vocatur villa, seu Prædium, quod a viro nobili ad Firmam vel Emphytevsin tenetur. Anonymus Scriptor *de subsidio terræ sanctæ in Gestis Dei per Francos* inter alia expeditionis Hierosolymitanæ subsidia suggerit, ut a Templariis & Hospitalariis bona, quæ habent circa mare ad Firmam nobilem, primo trium vel quatuor annorum cum incremento, & demum vel ex nunc, si sufficienter fieri possit, in perpetuam Emphytevsin tradantur. Du Fresne
4 *in Glossario Vocab. Firma.* Dicitur autem Prædium Nobile a causa efficiente sive constituente, scilicet, quod ab eo, qui & voluntate & potestate nobilitandi gaudet, ita factum est. Frequentiora in Germania nostra sunt Feuda nobilia, de quibus infra in Cap. de Prædiis Feudalibus. 5
Hinc inter Feudistas oritur quæstio, num scilicet ex Feudo nobili aliquis Nobilitatem consequatur, quod Veteres quidem per *text. II. Feud. 10.* affirmant omnes, Pereg. Jannimus *de citat. real. Lib. 2. c. 11. n. 191.* Et Paris de Puteo *de redintegratione Feudorum cap. 48.* dicit: Feudum nobile nobilitat possessorem Burgensem. Et castra antiqua & nobilia suos nobilitare successores, tradit Pelaez a Meres, *de Majorat. Hisp. P. 1. quæst. 10. n. 69.* Eamque sententiam multis propugnat Casp. Bitschius *ad d. text.* A clara enim juris Feudalis dispositione sine sufficienti ratione discedendum non est. Et quamvis contrarium sentientes dicant, dignitatem personæ qualitatem esse, tamen illud non impedit, quo minus rei interventu illa conferatur. Sic officio collato dignitas, quæ officio cohæret, collata censetur. Itaque officio isto una cum territorio hæreditario facto, quod in feudis illustribus accidit, cur non hodie quoque collato officio & Territorio dignitas quoque hæreditario jure ad modum feudi concessa sit, non est perspiciendum. Frater D. Wilh. Leiserus *in Collegio Feud. ad dict. Tit.* Idem in Regnis Siciliæ & Cataloniæ obtinere, testatur Marius Giurba *in Repet. de success. Feud.*

Feud. Prælud. n. 4. perhibens, quod Feudum a Rege datum nobilitet possessorem a sui origine ignobilem, ita ut, si e. g. Baroniam a Rege emerit Rusticus, Baro sit & Nobilis, ex hac ratione, quia ignobilis iste per Feudum nominatim eligitur a Domino pro suo fideli ad formam fidelitatis, unde ob Domini in eo confidentiam redditur conspicuus & Nobilis. De hoc Cataloniæ Regno idem recenset Jac. Cancerius *P. 3. Var. Res. Jur. C. 13. f. 247. n. 304.* Ubi se animadvertisse dicit, quod Rusticus quidam, qui Castrum cum mero & mixto imperio emerat, admissus fuerit in Curiis etiam brachio Militari non ut Miles, sed ut
7 Baro, habueritque votum. Cum his consentit Fred. a Sande *de Feud. Geldr. in tract. præliminari cap. 3.* ubi dicit, eos, qui cum prædiis omnimodam jurisdictionem habentibus essent investiti, inter Nobiles re-
8 censeri. Atque hinc, *ait*, in primo gradu ad nostra usque tempora nobilitatis titulo conspicui fuere Barones, qui olim teste Kranzio *Metropoli lib. 3. c. 2.* in infimo nobilium gradu censeri solebant, hi nostrati lingua ex vexilli militaris erigendi, subque eo inferiores Vasallos ducendi prærogativa, *Banner-Herren* vel *Bander-Herren* vocantur, quæ plena honoris appellatio
9 est. His proximi fuere, qui de plebe plebisve parte cum summæ coërcitionis jure ac sub clientelis investiti erant; nam & hi Banno militari indicto cum suis ministerialibus atque armigeris Principi præsto erant. His olim non inepte quis accommodasset illa ex *lib. 6. Comment. Cæsaris* verba: Alterum, *ait*, genus est equitum, illi, cum est usus aut aliquod bellum incidit, omnes in bello versantur, atque eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet, hanc unam gratiam potentiamque noverunt. Et quamvis Nobili aliquo decedente plerumque inter filios ita res geri soleret, ut Baroniam vel imperium cum Subclientelis major natu solus obtineret, æstimationis tertia vel qua alia parte in nummis vel prædiis cæteris adspersa, atque ita cæteri neque Baronias neque Subclientelas obtinerent; paulatim tamen invaluit, ut Nobilitatis titulus ex primogenitorum dignitate quasi solo sanguine, non etiam clientelari jure ad ipsos derivaretur, atque ita alii nominetenus gererent, quam alii re ac titulo possidebant dignitatem.

De Consuetudine Saxoniæ, si illi, qui 10
sunt ex nobili familia, succedant vel acquirant prædium nobile, sine dubio & ratione possidentis & ratione jurium Nobilitas præsto est. Sin vero persona Ignobilis acquirat Feudum Nobile, ipsa qui-
dem non fit nobilis; sed tamen, quæ ra- 11
tione Nobilitatis semel rei annexa sunt jura cum ipso Feudo consequitur, quo pertinet textus Juris Saxon. *Es höhet nichts des Mannes Schild, noch seinen Adel, denn Fahnen-Lehn, ob ihm das geliehen wird, Lehn-R. c. 21. in fin.* Jura autem, quæ quis quamvis non sit Nobilis, ratione prædii Nobilis *eines Ritter-Guths, das mit Ritter-Dienst beleget ist,* consequitur, sunt Jus Braxandi, Mactandi pro necessitate domus suæ. Brunnem. *Cons. 58. n. 3.* Immunitas a Vectigalibus & Accisiis &c. *Churfürstl. Sächs. Erledigung der Landes-Gebrechen* Tit. *Cammer- und Rent-Sachen* §. 9. *Und weiln zum Neundten etliche von Adel im Amte Dölitsch, Colditz und andern Orten sich unterthänigst beklagen, daß dem Herkommen zuwider theils Geleits-Leute denen von Adel, wenn sie Geträyde und andern Vorrath aus ihrer Haushaltung in die Städte führen, Zoll und Geleite, auch wol gedoppelt Fehr-Geld, zur Ungebühr aufzudringen sich unterstehen; so befehlen Wir hiermit Unsern Zoll- und Geleits-Einnehmern, daß sie dasjenige, so die Einländischen von Adel und andere, so Ritter-Güther besitzen, vor ihre Haushaltung und Besserung der Ritter-Güther bedürffen, als Wasen, Bau-Holtz und andere Materialien, auch da sie von ihren eigenen erwachsenen oder sonst in der Haushaltung erlangten Früchten, als Geträydig, Wolle, Butter, Käse und dergleichen, zu Marckte bringen, altem Brauch nach, doch auf ihre Patenta oder Paß-Zeddel, frey durchkommen lassen; iedoch da einer oder mehr von Adel übermäßige Waaren, Vieh oder anderes angeben, dessen er vor seine Haushaltung nicht gar bedürfftig, den oder dieselben die Ubermaß solcher Waaren sowol, als die, so kauffen und wieder verhandthieren, unnachläßig vergleiten lassen sollen.* Ita potest aliquis de Du- 12
catu aut Comitatu investiri, qui tamen propterea Dux aut Comes non dicitur, sed tantum de consuetudine hodierna possessor Ducatus aut Comitatus, *Inhaber des Fürstenthums oder Graffschafft.* Rosenthal. *de Feud. c. 2. conclus. 2. n. 9.*

Quem-

13 Quemadmodum autem feuda nobilia ab ignobili acquisita manent nobilia; Ita etiam Feuda ignobilia seu plebeja (Burgensia *Bürger-oder Bauer-Lehn*) manent ignobilia, licet a Nobili acquirantur. Dn. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 3. §. 8.* Notandum tamen hic venit, Prædia Nobilia, *Ritter-Güther*, in Electoratu Saxonico non licere cuivis vendere, sed emtorem prius esse Curiæ Feudali offerendum; de qua re *Mandatum Electoris Joh. Georgii I. de anno 1622.* ita habet: *Begehren hiermit ernstlich befehlende, daß alle und iede Unsere Lehn-Leute, so die von Uns zu Lehn tragende Ritter-Mann-Leben und dergleichen Güther zu verkauffen, zu vertauschen, oder sonst zu veräusern gemeynet,* re adhuc integra *vor endlichen Schluß und Ubergabe des verkaufften, vertauschten oder sonst veräuserten Guths, Uns oder Unsern Räthen und Cantzeleyen sich anmelden, die Person, mit der einer oder der andere zu contrahiren gesonnen, namhafftig machen, und Unsers Bescheids, ob Uns dieselbe zum Lehn-Manne annehmlich oder nicht, erwarten; im Gegentheil auch die Käuffer und andere, so durch Tausch oder andere zuläßige Contractus dergleichen Güther an sich zu bringen bedacht, vor Unserer Erklärung und Ratification des Kauff, Tausches oder andern Contracts, sich keiner Occupation, Bestellung noch Niessung des Guths anmassen sollen, mit dieser ausdrücklichen Verwarnung, da diesem Unserm Mandat nicht nachgegangen, und hierwider gehandelt werden solte, der Verkäuffer mit Einziehung Unseres Lehns, oder nach Befindung anderer ernster unnachläßiger Straffe beleget, Käuffer aber nicht beliehen werden, hierüber des ausgezahlten Geldes verlustig, oder sonst in ebenmäßige Pœnam, wie der Verkäuffer, verfallen seyn solle.*

14 Licet vero nonnulli statuant, si Nobiles comparent ære bona paganica oneribus & servitiis obnoxia, ea tunc, quia feudo accedunt, eique connumerantur, ejusdem naturæ, id est, libera fieri, quandoquidem accessoria & adjacentia parilem indolem sapiant cum principali, *l. 2. C. de Bon. vacant.* cui adstipulatur, mutatione personæ mutari conditionem rei, & sequi qualitatem possessoris, *l. 1. C. de Imponend. lucro descript.* Prædiaque registrata, quando ad Nobiles transeunt, eorum conditionem adsumunt, Guido Pap. *qu. 384.* Absurdum denique est, ut res sibi serviat. Casp. a Lerch. *in Discurs. de Equestr. Ord. Germ. p. 170.* Cui consentit Ant. Faber. *in Cod. l. 9. Tit. 29. Def. 3.* ubi scribit, quod nobiles prædia a plebejis, quanticunque etiam valoris ementes, contribuere non soleant, nec debeant, cum rerum conditio ex persona immutetur. Contrarium tamen evincunt sequentia: Quia annexa qualitas prædiis inhærens necessario possessorem quemcunque, sicut umbra corpus, comitatur, cujus mutatione domini jus tolli nequit, neque venditor plus juris in emtorem transferre potest, quam ipse habet, *l. 31. ff. de Pign.* nec efficere potest, ut bona onere affecta sine onere transferantur, Knich. *de Vestit. pact. cap. 4. n. 100. & seq.* Cum præterea exemtio ab oneribus & collectis sit odiosa & stricti juris, ac proinde non extendenda, ne onus scilicet, quod alias multis incumberet, paucis imponatur, nec Princeps eas debeat inclinare functiones, quas prior sustinebat Dominus, *l. 8. C. de exact. tribut.* Fritsch. *de Pagis Germ. c. 7. n. 30.* Prætoria vero Nobilium, *Adeliche Ritter-Sitze, Edel-Höfe,* ab onere Metatorum exemta esse, tradit Tabor. *de Metatis Cap. de Immun. real. Art. 1. §. 10.* Si vero in Municipiis habeant domos, eæ regulariter a Muneribus patrimonialibus non sunt immunes, *l. pen. & ult. C. de Muner. Patrim.* Anton. Faber. *in Cod. L. 9. Tit. 30. def. 14. n. 7. & ult.* Feuda autem Nobilium, *Ritter-Güther*, quæ communiter pro Prædiis Nobilibus habentur, per Germaniam non omnimoda libertate gaudent, sed plerumque certis servitiis militaribus sunt obnoxia, unde unum vel plures quandoque equos Domino Feudi præstare solent; Equus autem hic non quivis intelligitur, sed idoneus bellicis laboribus, & ornatu necessario ac equite armato & bellatore instructus. Unde in literis & Constitutionibus conjungi videmus equos ac milites, & Vasallis imperari, *daß sie mit gebührender Anzahl Pferde und Knechte sich gefast machen.* Hoc enim servitium initio eum in finem exactum fuit, ut bellicis temporibus Domino Vasallus præsto esset, ac contra hostes corpus ac spiritum devoveret. Postea Imperatores ad Imperii regimen recens evecti, cum Romam contenderent, Insigne Pontificium a Pontificis manu recepturi, majoris pompæ & securitatis causa Vasallorum Comitatu stipari voluerunt, quo de *II. Feud. 55. §. 1.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. II. 5.* Hodie expeditio ista magno Germaniæ bono & cum Romanæ sedis gemitu sublata est. Solet vero exercitus certo numero equorum vel

peditum

peditum constare, vel pecunia secundum modum atque æstimationem expeditionis Romanæ, (*Nach dem Anschlag des Römer-Zugs*) a Statibus Imperii præstari. *Recess. Imp. de Anno 1544. §. Und damit nun.* Porro etiam viarum publicarum custodia demandata fuit, ut grassantibus adhuc diffidationibus ac latrociniis obequitarent vias, tutasque redderent. Quo nomine Præfecturis olim certos Vasallos assignatos putant, qui denunciantibus Præfectis contra perniciosos homines & turbatores pacis publicæ auxilia ferrent. Inde Ambtsassios deducere volunt, Bechm. *de eo quod circ. Equos just. C. 1. §. 16.* Quod ipsum tamen hodie locum tantum invenit, sicubi ex latronum multitudine & licentia par metus ac turbæ Reipublicæ instet, sique in concessione Feudi servitium hoc diserte deposcatur ac promittatur. Nam quoniam hodie in literis investituræ nulla ejus mentio fieri solet, & expurgata dudum Germania ratio exigendi vix amplius reperitur, quoniam *in Recessibus Imperii de Anno 1548. §. ferner. & de Anno 1555. §. Nachdem aber.* ipsis territorii Dominis vectigalium nomine imponitur, ut securitatem viarum procurent; ideo præsumi haud debet, adhuc etiam Vasallum ordinario Jure & citra expressam conventionem emergente, fortassis casu ad onus illud subeundum adstringi. Confirmat hoc Responsum, a Facultate Wittebergensi Anno 1621. datum, in quo referente Schulzio *10. 32.* ita dispositum: *Ob nun wol E. F. Gnaden Lehn-Leute unter andern dero Gehorsam, ingleichen dero Schaden zu wenden und zu kehren, auch die Lehn zu verdienen vermöge der Lehns-Pflicht geschworen, dieweil aber die Lehns-Pflicht auf die Versicherung der Land-Strassen nicht zu extendiren, derentwegen sonst der Zoll eingehoben, und darvon die Strassen sicher und rein gehalten werden sollen, so seynd die Lehn-Leute zu Verrichtung solcher Dienste bey Verlust der Lehn nicht anzuhalten.* Sane si Vasallus simul subditus Domino fuerit, ut subditus, non ut Vasallus, recte ad servitia hæc cogitur. Tandem moribus nostris Vasallorum Equis instructorum præsentia requiritur, quoties in congressu Magnorum Principum, in itinere, nuptiali aut funebri solennitate, aliquid dandum est splendori & ostentationi, ingenti lætitiæ aut luctui. Ista vero Equestris functio Vasallo vel expresse in literis investituræ imponi solet, vel tacite etiam concesso Feudo, cui onus antea adjunctum, neque per conventionem remissum est. Nam ex Doctorum sententia in dubio illud præsumitur statuendum, quod ordinario jure obtinet, cum juri suo nemo Dominus renunciasse credatur, suæque imputare negligentiæ Vasallus debeat, quod sibi non melius prospexerit. Rosenthal. *8. 22. l.* Kohl. *de Servit. Feudal. n. 23.* Sane ob servitium præstandum primitus & præcipue Feuda dantur; hinc Germanica Formula: *Daß der Vasall das Lehn mit Ritter-Diensten und seinem eigenem Leibe verdienen muß.* Quatenus itaque remissio intuitu Feudi vel fructuum ex Feudo, quorum nomine Vasallus ad servitia obstrictus est, non apparet, eatenus dubio procul adhuc tenetur. Propterea etiam, quod servitia naturaliter feudis insunt, in eorum æstimatione *im Anschlage der Lehn-Güther*, certa quantitas demi pretio, atque servitium tale (*Ein gantz Ritter-Pferd*,) communiter mille florenis vel etiam thaleris æstimari solet. Æstimato enim Feudo, semper unius militaris equi nomine tot floreni aut thaleri detrahi solent, cum de eorum fructibus aut pensionibus annuis equus fere ali queat. Knichen. *de Pact. Vestit. 2. 5. 1038.* Quod si emtor vel quivis alius oneroso titulo feudum adquirit, tantundem demere de pretio potest, cum hoc jus reale sit, & sequatur Possessorem, idque locum habet etiam in parte Feudi cum consensu Domini alienata.

Ne vero nimium oneretur Vasallus, ex reditibus Feudi æstimatur, quot Equorum (qui dicuntur *Ritter-Pferde* & interdum pro ipso Feudo accipiuntur) præstari debeant. Hinc aliquando a duobus vel quatuor Vasallis unicus tantum sistitur Equus, unde *ein halb Ritter-Pferd, ein Fuß eines Ritter-Pferdes*, quod est quarta pars; quandoque ab uno tres, quatuor longeque plures exiguntur: In multis Germaniæ locis nominatim hoc in literis investituræ vel in Catalogo Feudorum *in Lehen-Registern* exprimi solet, *welcher gestalt der schuldige Roß-Dienst zu leisten, ob mit einem halben, gantzen, zweyen oder mehr Pferden von Lehn zu dienen.* Kohl. *de Servit. Feudal. Part. 4. 95.* Conjunctio ista plurium contributionem simul pecuniariam complectens a Siculis & Neapolitanis Feudorum Interpretibus Adoa sive Adoamentum dicitur.

Quoties dubitatur quotnam Equi a Vasallo præstari debeant, si constiterit de certo Feudo ejus possessorem ac Vasallum duobus servire Equis teneri, alius feudum possidens, cujus æstimatio priori vix dimidia parte respondet, ad unius saltem Equi, & iterum alius feudum pretii duplo majoris consecutus ad quatuor Equorum præstationem adstringetur. Kohl. *de servit. feudal. p. 4. n. 108.* Non minus contra Vasallum ex literis Investiturarum aut Registris Lustratoriis, *Muster-Registern*, & Metatoriis schedulis, *Quartier-Fourir-Zeddeln*, probatio petitur. Delectu enim facto liquet, quot Equis aut Vasallus ipse comparuerit, aut antecessor ejus ad servitiorum præstationem a Domino requisitus. Tradit hinc Andreas Knichen. *de sublim. Territ. jur. C. 3. n. 354.* nonnullos hac parte cautiores, vel minore numero comparere; vel majore quidem, sed non sine protestatione, fieri id in singularem honorem & reverentiam Domini. Onus autem hoc non per intervalla aut brevi tempore, sed perinde ut cætera servitia atque præstationes, quæ Feudi nomine debentur, tamdiu Vasallo incumbit, quamdiu possidens rem feudalem emolumenta percipit exinde, & nova conventione vel indulgentia Domini aut semper, aut certis casibus non liberatur. Quid igitur finito bello statuendum sit, hinc atque ex Ordinatione Electorali Saxon. de An. 1571. apparet. Hæc enim titulo: *Daß unsere Lehn-Leute in guter Bereitschafft sitzen,* severe vetuit, ne futuræ pacis spe illecti Vasalli minus forte vel semetipsos pararent, vel debito equorum ac militum numero instruerent. Atque hæc omnia hactenus, ob reditus & commoda, quæ ad Vasallum perveniunt, ipsius Vasalli stant impensis. Bechman. *de eo quod circ. Equos Inst. C. 1.*

Moveri solet quæstio, an imminente necessitate vel periculo a Vasallo ultra definitum numerum mitti auxilia debeant? Sane, quoties in singularem Domini honorem comparendum est, pluribus Equis Vasalli semet fere sistunt, quoniam haud adeo magnis nec diuturnis sumtibus totum officium hoc impletur. Gravi autem periculo instante, cui propulsando Dominus vel ob paucitatem Vasallorum, vel ob angustiam temporis viribus impar futurus esset; justum censetur, ut Vasallus pluribus Equis, & hominibus ultra numerum debitum succurrat. Nam tacite Vasallus, dum pro viribus Domino se auxilia præstiturum promittit, casu necessitatis ad hoc sese obligat, Col. *de servit. Feud. Part. 4. n. 98.* ubi plures rationes subjungit. Quæri etiam solet, si unicus debeatur Equus, an invito Domino substitutus possit offerri, quod negatur, nisi æque sit acceptabilis, aut nisi Vasallus plane impediatur. Justum enim impedimentum semper excusat. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. C. II. n. 6.* Quantum ad expeditionem Romanam, ea pretio redimi poterat, uti ex *II. Feud. 40.* & Günthero Ligurino *Lib. 8. vers. 610.* constat:

> *Aut eat, aut alium pro se submittat iturum*
> *Arbitrio Domini: vel quem laudaverit ille*
> *Compenset redimatque suum mercede laborem.*

Jus Feudale Saxonicum *cap. 4.* pretium, quod Vasallus cum Domino Cæsarem non prosecuturus solvit, appellat *Fahrt lösen.* Verba sunt: *Oder soll die Fahrt lösen, mit dem zehenden Pfunde des Zinses, den er jährlich von ihm hat.* Stipendium istud Domino Feudi a Vasallo ad compensandum redimendumque laborem in expeditione obeundum vocatur Hostenditiæ, Reisogeldum, *Reise-Geld*, & Heribannum, *Heer-Bann*, id est, ad Exercitum vocatio, seu citatio ad delectum, Herisculda *Heer-Schuld.* Vid. Bitsch. *Comment. ad II. Feud. 40.*

Sumtus in ipsa servitiorum præstatione faciendos quod concernit, consentiunt quoad Militiam Equestrem jus commune ac recentius cum veteri tum Longobardico, tum Saxonico: Ut nimirum Vasalli impensis atque periculo agantur omnia, & ne quidem amissis equis, armis & militibus liberetur. Ita *Art. 44. der Kayserl. Reuter-Bestallung* constitutum est, ut intra menstruum, vel maxime intra bimestre spatium in occisorum militum & equorum locum alii restituantur. Doctores æquitatem hujus juris confirmatum eunt *arg. l. 2. §. 1. ff. de Leg.* Rhod. *de Jact. & l. 5. §. 7. ff. Commodati.* Additur etiam ratio, quod Vasallus ad hoc sese obligaverit, ut compareat serviatque in bello, eoque ipso amissionis periculo quæcunque affert, exponat. *conf. l. 26. §. 6. ff. Mand. l. 21. ff. de Oper. lib.* Quod Dominus etiam Opera Vasalli aliter quam secundum leges conventionis usus non fuerit.

Præterea

Præterea Vaſallus ex Feudo utilitates percipit: Igitur & damna ferat. Nec refert, utrum in acie & conflictu equus amittatur; utrum extra prælium in itinere ad Dominum ſervitiorum cauſa ſuſcepto, aut in reditu ex prælio. Nam acceſſus & reditus intuitu ſervitiorum inſtituti acceſſoria ſunt: de quibus idem ſtatuitur quod de principali Kohl. *de Servit. Feudal. P. 6. n. 2. & ſeqq.* Nec quicquam id iniquitatis habet, ſi tanti ſint Feudi reditus ac commoda, ut ſine irreparabili jactura & pernicie Vaſalli. Kohl. *P. 4. n. 167.* Nam prædia vel modica vel prorſus inculta, ſub tanto onere vanoque beneficii titulo concedere injuſtum eſt, neque ad alliciendos & excitandos Vaſallos efficax. Quin potius in ipſius Domini detrimentum vergit, ſi eorum conſumi vires ac dejici patiatur, quorum præſenti fortique manu ſalutis ſuæ ac potentiæ firmamenta quærit. Quo ipſo multis locis Dominos inductos credibile eſt, ut qua Equeſtrem militiam imprimis acceperint rationem capituli extraordinarii *II. Feud 107.* & Vaſallum, qui ſemel ſumtu ſuo inſtructus ſe ſiſtit, non amplius impenſas facere permittant. *arg. l. 2. ff. de Jurisd.* Kohl. *de Servit. Feudal. P. 6. n. 2. & ſeqq.* Saxoniæ Principibus præcipua hæc gloria debetur, qui Vaſallis comparentibus ſuppeditant *Futter, Mahl und Huffſchlag*, aut ſaltem ſtipendium conſuetum ac ſufficiens. Kohl. *P. 4 n. 107.* Hinc etiam Saxonico jure Vaſallus cogi non poteſt ad præſtanda prius ſervitia, quam equus, arma, aliave amiſſa reſtituantur. Zobel. *different. Jur. Sax. P. 3. diff. 24. n. 7. Lehn-R. c. 4. & 67.* Idem obſervatur in ſervitiis extra bellum exhibitis. Nam *anno 1603. in der Erörterung der Landes-Gebrechen auf dem Land-Tage zu Torgau* expreſſe conſtitutum eſt: *Mit Auslöſung derer von Adel, wenn ſie in die Aemter oder den Halt zu bereiten erfordert, ſoll ihnen aufs Pferd Tag und Nacht, wo es ſonſt nicht ſeine gewiſſe Satzung hat, ein halber Fl. gereichet werden.* Adde Electoris Auguſti *Auſſchreiben de anno 1555. Tit. Von Auslöſung der Amtſaſſen.* De cætero, quæ memoravimus de reſtitutione damnorum & Equi amiſſi, ea intelligi debent de caſu, quo ſine culpa Vaſalli equus aut arma amiſſa damnumque acceptum eſt. Roſenthal. *L. 5. C. 23. 3.* Quodſi Vaſallus Francus equo ſervitia præſtet, tunc etiam communi Jure reſtituendus venit. vid. Kohl *de Servit. Feudal. P. 6. n. 33. Juris Georgici Lib. I.* Bechman. *de eo quod circa Equos juſt. C. 1. §. 17. ſeqq.*

Cum hiſce Prædiis, quæ equos Domino Feudi ſiſtere tenentur, multum conveniunt apud Turcas Prædia Timariotarum, qui poſiti ſunt in Timarris ſive agris ex hoſte captis, ut pro reditibus inde perceptis aliquot Equos viroſque in belli uſum alant. Et quisque Timariotarum 5. minimum vel 6. equos alere poteſt. Pro ſingulis ager aſſignatur, cujus æſtimatio trium millium Aſprorum eſt, ſive 60. Scutorum aureorum. Quibus opulentiores Timarræ obtigerunt, tot equites ducere ad bellum tenentur, quot millia Aſprorum in reditibus ſupra quinque mille habent. Joh. Baptiſt. Montalbanus *Comment. rer. Turcic. Tit. de Timarr.* Hoc Equitatu Turca & ſubditos in Officio continet, nec minus ad alias extra Imperium expeditiones paratus eſt. Pars enim conſilii apud ipſum non permittere, ut ad hæredes tranſeant iſtæ poſſeſſiones: Ne forte aucti bonis, & diuturnitate temporis muneris ſui & natalium, unde quibusque conditionibus tantas opes acceperint, obliviſcantur.

In taxa dignitatum in Imperio requiritur ſumma 130. florenorum Imperialium ſe de aliquo prædio vel loco Nobilem ſcribendi verbis: 15

Freyheit ſich edel bey einem Ort zu ſchreiben - -	100. *Fl.*
Dem Secretario - -	9.
Cantzeley-Jura - -	21.
	130. *Fl.*

Et porro:

Wenn aber eine Graf- oder Herrſchafft auch andere Güther zum Fürſtenthum, Graf- oder Herrſchafft oder Adelichen Freyſitzen erhöhet wird, ſoll iedes nach obgeſetzter Tax ad alterum tantum *æſtimiret werden.* 16

In Camera denique Imperiali pro ſingulari privilegio & jure adduci jus poſſidendi caſtrum, *einen Burg-Sitz haben*, teſtatur Kylling. *de Ganerbiis Caſtror. Diſcurſ. 4. n. 145.* Præterea quamvis multi nobiles per Germaniam haud poſſideant prædia nobilia, ſed tantum plebeja, hoc tamen ipſorum nobilitati minime nocet, putant namque nobiles eos vocari, qui ſuis ſe facultatibus alunt, neque ulli arti exercendæ ſeſe applicant. Machiavellus *in Exercitat. Livianis.* Facit huc Art. XI. ex legibus Torneamentorum ab Henrico 17 18

Aucupe latis de Anno 938. *Welcher von Adel gebohren und herkommen wäre, der seinen Stand anders denn die Adelichen Stände hielte, sich nicht von seinen Adelichen Ständen, Renten und Gülden, die ihm sein Mann- und Erb-Lehn, Dienst-Lehn, Rath-Geld, Herren-Sold, oder Eigenthum jährlich ertragen mag, sondern mit Kauffmannschafft, Wechseln, Fürkauffen, und dergleichen Sachen nehren oder sein Einkommen mehren wolte, dadurch sein Adel geschmähet und verachtet würde, wo er auch seinen Hintersässern und Anstossern ihr Brod vor dem Munde abschneiden wolte, derselbe, so der Stücke eines oder mehr überfahren und darwider thun würde, soll in Thurnier nicht zugelassen werden, wo er aber darüber einreiten und Thurnier halten wolte, soll man mit ihm um das Roß thurnieren, und ihn auf die Schrancken setzen, nach Erkänntniß Thurniers Freyheit.*

19 Cum vero Agricultura non numeretur inter Artes Mechanicas, quæ homines obscuros reddunt, Corn. *Conf. 318.* Sed secundum Ciceronem *pro Roscio Amer.* vita sit honestissima, nec Nobilitati deroget, Tiraquell. *de nobilit. c. 32.* Ideo Nobilis cultivans agros suos privilegia nobilitatis suæ non amittit, Guid. Pap. *Dec. 41.* Sicut nec Clericus privilegia Clericalia, Specul. *de Cleric. conjug. §. 1.* quia tenetur laborare. *C. nunquam. Dist. 91. de consecrat. c. Clericus. dest. 91.* Et notus est versiculus:

Clericus in messe semper vult rusticus esse.

Forte propter decimas quas tunc colligit. Non ergo officit existimationi Nobilium, si qui, ut plerumque fit in Germania, ruri in villis habitent, Fritsch. *de Nobil. inter Discurs. Arumæi 16. ⊖. ult. Vol. 1.* ut & in Gallia. Gryph. *in Oeconom. Leg. lib. 1. c. 17. n. 9.*

20 Neque tamen hoc principale ipsorum studium esse debet. Quod etiam impro-
21 bat Ant. Gvev. *Lib. 3. Horol. 31.* ubi degeneris animi vocat virum nobilem, qui Ordinis equestris neglecto officio ad obeundum Agriculturæ munus se demittit, ut in villa opus facere gaudeat, & in finibus pugnandi periculum refugiat. Et *postea:* certabant majores, *inquit*, quis plurimos sustentaret Cataphractos; certant posteri, quis ad congerendum sit solertissimus. Hæc inter priscos erant colloquia, domum Titii ducentos, Seji trecentos alere Cataphractos: recentium colloquia sunt: Accii censum esse sex millium, Titii decem, &c. Verum, utut divitiæ non constituant sub- 22
stantiam nobilitatis, sicut vulgus putat juxta Poëtam:

Nobilitas, veluti vulgus putat inscius, aut est

Copia nummorum, aut collectio divitiarum.

Certum tamen est esse necessarium accidens nobilium familiarum, quia sine divitiis honestas & dignitas earum non conservatur, Chassan. *C. 8. de Glor. mund. 22.* Knich. *lib. 1. de Pact. Vestit. 4. n. 5.* Sed potius paupertate sordescit Familia & deprimitur, *l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj.* Unde dicit Hostiensis *in cap. 7. X. de Consangv. & affin.* quod disputare de Nobilitate sine divitiis, sit disputare de nihilo. Nevizan. *lib. 4. sylv. nupt. n. 111.* Later. *lib. 3. de censu 13. n. ult.* Et nobilitas sine divitiis pene mortua est, Chassan. *d. l.* Et Mynsing. *Decad. 4. Resp. 32 n. 5.* Absque divitiis, inquit, & facultatibus nullus ordo conservatur. *Novell. 90. c. 2. l. 6. C. de suspect. ut l. 4. ff. de privil. Credit.* Et in jure divitiæ & pecuniæ sine immobilibus bonis & certis reditibus res fragiles levisque momenti censentur, *l. 79. §. 1. ff. de legat. 3.* Quocirca æquitati ac juri consentaneum esse dicit, ad conservationem nominis ac stirpis fœminas virili sexui in immobilibus bonis cedere, eorumque æstimationis pretium recipere oportere. Si enim hoc non fieret, temporis progressu stirpes & familiæ maximæ attenuarentur, & bona soli in alienas familias transferrentur.

Quæ causæ fuerint, quod maxima pars 23
Nobilium posterioribus temporibus ex urbibus in agros migrarit, vid. Arnis. *de Rep. L. 2. c. 5. sect. 1. & cap. 7. sect. 2. n. 35.*
Sane Nic. Vernulæus *Inst. Polit. L. 2. c. 9.* 24
putat, etsi Nobiles plerumque agris delectentur, in iisque suas arces munitas habeant, quod tamen melius facerent, si urbes ab iis inhabitarentur. Ita enim fieret, *ait*, ut amplioribus & splendidioribus ædificiis civitates ornarentur, eæque civium numero augerentur, & in iis plura pro Nobilium usu opificia excitarentur florerentque. Præterquam, quod suis familiis plurimum urbes illustrarent, & sua munificentia ac largitionibus necessariisque quotidie sumtibus faciendis ditarent. Eorumque

que inter se æmulatio ornamento esset urbibus, & emolumento.

25 Verum licet hoc consilium videatur civitatibus utile esse, sine dubio tamen multis non placeret, nec forte Nobilibus ipsis, quippe qui in libertate, ac in suis pagis & arcibus, ut Domini vivere sciunt & malunt. Vid. Speidel. *verb. Geschlechter.*

26 Notari hoc potest, quod in Recessibus Ducatus Würtenbergici cautum, *daß denen von Adel in Städten zu wohnen Jhre Fürstliche Gnaden nicht leichtlich gestatten wollen*, eo quod onera præsertim personalia subterfugiant, nec jus Civitatis acceptent, sed pro peregrinis habeantur, etiamsi habitent in Würtenbergico Ducatu, maxime in libero prædio, *so der freyen Reichs-Ritterschafft contribuiret*, Besold. *Vol. 2. Consf. 32. pr.*

27 Sic Argentinæ An. 1419. Senatusconsulto decretum esse dicitur, *daß die Edelleute in der Stadt alle Bürger werden, auch keiner in die Stadt noch in Burg-Bann kommen solle, der nicht das Bürger-Recht angenommen, und den Eyd geschworen.* Chron. Argent. *fol. 90.*

28 Cæterum conditio Nobilium in prædiis habitantium diversa est: Quidam a Superiore cum prædio & jurisdictione investiti sunt, qui appellantur *Erb- und Gerichts-Junckern.* Alii vero tres tantum, vel quatuor, vel plures subditos jurisdictionales in pago possident. Nonnulli præter jurisdictionem omnimodam etiam Regalia quædam, ut vectigalia, venationes aliaque jura Fiscalia beneficiario jure possident: Alii contra prædia vel feudalia vel rustica sine omni jurisdictione tenent. Fritsch. *de Pagis Germ. c. 15. n. 15.*

CAPUT XII.

DE PRÆDIIS ECCLESIASTICIS ET PRECARIIS.

SUMMARIA.

1. *Varietas Prædiorum.*
2. *Prædia Ecclesiastica humano jure sunt exemta.*
3. *Vocantur & Precariæ.*
4. *Recte ista prædia rebus sacris annumerantur.*
5. *Precaria quid sit?*
6. *Prædium Ecclesiasticum tripliciter dicitur.*
7. *Nec tamen sumimus ab objecto.*
8. *Prædia Ecclesiastica quando cœperint?*
9. *Modi concedendi prædia Ecclesiastica.*
10. *Incrementum bonorum Ecclesiæ.*
11. *Auctis bonis Ecclesiæ singulis lustris concessiones erant renovandæ.*
12. *Precaria dicebatur instrumentum ex parte ejus, qui prædium ab Ecclesia petebat.*
13. *Præstaria appellabatur Instrumentum Episcopi rem concedentis.*
14. *Precariæ extensæ ad quintum hæredem.*
15. *Præstariarum & precariarum formulæ remissive.*
16. *Tandem Precariæ factæ perpetuæ.*
17. *Metu purgatorii plurima bona ad Ecclesiam pervenere.*
18. *Precaria quomodo differat a precario?*
19. *Carolus M. unicuique Ecclesiæ fundum in dotem dedit.*
20. *Mansus debebat esse vestitus.*
21. *Mansus indominicatus quid?*
22. *Hodie nonnullæ Ecclesiæ suos habent dotales, qui fide dominica agros colunt.*
23. *Quidam dotales suo commodo agros Ecclesiæ colunt.*
24. *Nonnulli etiam prædia Ecclesiastica sub certo censu & servitiis sibi propria faciunt.*
25. *Quidam etiam a Principe Ecclesiis addicuntur.*
26. *Conductores prædiorum Ecclesiasticorum triplicis sunt generis.*
27. *Prædia Ecclesiastica in longum tempus locare prohibitum.*
28. *In locatione prædiorum Ecclesiasticorum Superioris consensus requiritur.*
29. *Emphyteusis Ecclesiastica quid?*
30. *Quæ ad hæredes est transitoria.*
31. *Prædia Ecclesiastica etiam in feudum dantur.*
32. Krumbstabisch Lehn.
33. *Num fœmina in feudo Ecclesiastico succedat?*
34. *Emphyteuta, Vasallus & conductor prædii Ecclesiastici fruitur privilegiis eo inhærentibus.*
35. *Possessor prædii Ecclesiastici non tenetur ad collectas ordinarias.*

 36. *Præ-*

36. *Prædia noviter Ecclesiis donata transeunt cum oneribus.*
37. *Alienatio prædiorum Ecclesiasticorum prohibita.*
38. *Ita ut nec Papæ id liceat.*
39. *Pœna in alienantes & accipientes.*
40. *Excipitur justa causa alienationis.*
41. *Ubi requiritur solennitas formæ.*
42. *In quibus illa consistat.*
43. *Formula alienationis prædii Ecclesiastici per contractum retrovenditionis.*
44. *Ecclesia in prædio alieno ædificata ante consecrationem cedit solo.*
45. *Post consecrationem vero non amplius est humani juris.*

1 PErlustratis prædiis liberis & dignitate
conspicuis, succedunt jam illa, quæ
non solum legem servitii habent, tam
humani quam divini, sed etiam quæ aliis
2 præstationibus sunt obnoxia. Et primum
quidem lege servitii divini possidentur
prædia juri humano ac commercio exemta,
videlicet Ecclesiastica, quorum hac
3 lege facta concessio, & Precaria vocantur,
4 Tolet. Concil. *cap. 5.* Recte enim rebus
sacris annumerantur prædia, agri, vineæ,
prata &c. quæ ad Ecclesias, vel Monasteria,
vel alia pia ac religiosa seu venerabilia
loca pertinent, sive illa sint urbana, sive
rustica, item coloni & servi rustici, per
quos illa prædia exercentur atque excoluntur.
Rittersh. *ad Nov. P. 1. c. 8. n. 11.*
5 Est autem Precaria jus utendi & fruendi
prædio vel re Ecclesiastica, tam ad preces
quam ultro, gratis aut sub certa pensione
ad tempus vel in perpetuum alicui concessum,
statutoque tempore renovandum.
6 Et quamvis a nonnullis triplici ratione
Prædium dici soleat Ecclesiasticum: 1) quod
ab Ecclesia datur, 2) quod ab ea accipitur,
& 3) quod datur & recipitur a Cle-
7 rico, non tanquam ab Ecclesia. Nos tamen
hic cum Ludwel. *tract. feud. cap. 3.*
prædium Ecclesiasticum accipimus non ratione
subjecti, personarum scilicet, sed ab
8 objecto vel rerum qualitate. Cum enim
Christiana Ecclesia, sedata jam sexta persecutione
Lælii Septimi Severi & filii ejus
Caracallæ, anno Domini 205. teste Eusebio
lib. 6. cap. 1. Bona possidere inciperet
immobilia, (quod sub Urbano I. Pontifice
Romano, qui sedem adeptus anno
220. tempore Antonini Heliogabali, factum
esse testatur Tholosanus *de benefic. Ecclesiast. cap. 4. n. 9.*) nemo non ferme
fuit, qui liberalitatis suæ erga Ecclesiam testimonium
edere non voluerit, quo factum,
ut indies Christiani bona Ecclesiæ
9 offerre properarent. Ad quod ut seculis
subsequentibus eo magis excitarentur homines,
ea ipsa Ecclesiæ jam oblata bona
donatori, vel ad certum, vel ad vitæ tempus
utenda fruenda reddidere, nonnunquam
etiam ad hæredes transitoria; Imo
haud raro plura, quam quæ donaverant
bona, utenda tradiderunt, tantum ad
alliciendos hominum animos. Sed & ultro
sæpius bona concessere, hac cum conditione,
ut post mortem eorum bona, quæ
ab Ecclesia accepta habebant, simul ad
eam reverterentur, ex omnibus tamen
certam pensionem persolverent, cujus exemplum
extat in *c. precariæ 10. quæst. 4.*
Concedebatur quoque ab initio res Ecclesiæ
in hunc finem, ut mortuo acceptore
pro ea ad Ecclesiam rediret duplex, & abscederet
res utraque ab hæredibus acci-
pientis. Ita cum incremento religionis 10
& avaritia Ecclesiasticorum crevit, quorum
negotiationes honesto hoc renumerationis
qualiscunque titulo velatæ sunt,
ut præter immensas Principum & Magnatum
reliquorum profusiones, accedente
& privatorum hujusmodi largitione, non
mirum sit Ecclesiasticas opes in illam, uti
nunc sunt, altitudinem excrevisse: Rit-
tersh. *lib. 1. feudor. cap. 2. n. 9.* Auctis ita 11
opibus Ecclesiarum in perpetuum quoque
hujusmodi concessiones factæ sunt, hoc
addito temperamento, ut singulis lustris
renovarentur, & renovationis pretium seu
laudemium, quod *εἰσδεκτικὸν* appellat Leo
Novell. 13. & nihil aliud quam laudemium
est, ad duplum Canonis præstandi a Leone
ibidem terminatum, Ecclesiæ persolveretur
peculiari illius favore, ne longinquitate
temporis memoria contractus pereat,
c. longinquitate 12. quæst. 2. & hæredes
ipsius dicant, res donatas esse ipsorum proprias
& non Ecclesiæ. Abbas *in cap. 1. X. de precar. num. 3. & 5.*
Duplicia autem circa hoc negotium so- 12
lebant confici Instrumenta, alterum quidem
ex parte ejus, qui res Ecclesiæ utendas
sibi dari rogabat, idque proprie Precaria
dicebatur; Epistolam firmitatis vocat
Lex Alemannorum: Alterum vero ex 13
parte Ecclesiæ, quo Episcopus vel Abbas
rem Ecclesiæ concedebat, idque Præstaria
vulgo dicebatur, sive præstationis charta,
Hier. Bignon. *ad Marculf. form. l. 2. c. 40.*

Vid.

Vid. Dn. a Werther *de Jure Precar. Poſit. 28. 29. 30.* & du Freſne *in Gloſſar. voc.*
14 *Precar. p 390.* Ubi ait precariam extenſam ad quintum hæredem, hujusque Formulam exhibet his verbis: In Chriſti nomine, ideoque ego Pelerinus, filius quondam Ildeprandi de Salajano, manifeſta cauſa eſt & a plurimis cognitum eſt, quod per meas literas precarias rogum tibi Romano Abbati ex Monaſterio SS. Trinitatis, quod ædificatum eſſe debet in Inſula de Piſcaria loco ubi dicitur Caſaurea, emiſi & petivi a te, ut una cum conſenſu & voluntate congregationis memorati Monaſterii beneficiali ordine præſtaretis mihi memorato Pelerino vel meis hæredibus usque in quinta mea generatione omnes ipſas res, quas ego ipſe tibi per chartulam vendidi, delegavi in Salajano, ſeu per ejus vocabula idem de Caſis, terris, vineis, campis, ſylvis, paſcuis, pomis atque ſalictis cultum atque incultum omnia & in omnibus ipſas memoratas res in integrum, quod & feciſti. Quamobrem præſtitiſti & præſtaſti, Tu memorate Romane Abbas, mihi memorato Pelerino vel meis hæredibus usque in quintam meam generationem omnes ipſas memoratas res in integrum, cum conſenſu & voluntate Congregationis memorati Monaſterii, in eo vero tenore beneficiali ordine uſufruendi, cultandi, laborandi, meliorandi; namque nec vendendi, nec donandi, nec concambinandi, nec per ullum ingenium ipſas memoratas res in alterius poteſtatem dandi, niſi tantum uſufruendi, usque in quintam meam generationem, poſt noſtrum tranſitum, omnem ipſam memoratam ſubſtantiam in integrum revertatur ad partem memorati Monaſterii, cujus eſt proprietas, & per hanc chartam repromiſi memoratus Pelerinus una cum meis hæredibus tibi, Romane Abbas, vel ſucceſſoribus tuis dare cenſum annualiter de Menſi Decembri argentum denarios ſex, & ſeu memoratus Pelerinus una cum meis hæredibus omnem ipſam memoratam ſubſtantiam bene non laboraverimus & uſu non fruerimus, & doloſo animo ea male tractaverimus, & ipſum memoratum cenſum annualiter tibi, Romane Abbas, vel ſucceſſoribus tuis non dederimus, ſicque pleniter, ſicut ſuperius dictum eſt, hæc omnia memorata non adimpleverimus vel fecerimus, tunc exſpondero me ego memoratus Pelerinus una cum meis hæredibus tibi, Memorate Romane Abbas, vel ſucceſſoribus tuis componere vobis ſolidos centum, & omnes ipſas memoratas res in integrum reprehenderetis ad partem memorati Monaſterii ſine omni calumnia, quæ ſic talter inter nos ſtetit convenienter. Quia vero Precariam ſcripſi ego Audoaldus, Notarius rogatus a memorato Pelerino, ıctum in caſa aurea Imperii D. Ludovici XXIV. & II. anno Supponis Comitis, die XX. menſis Aprilis per indict. 4. feliciter. Signum manus Pelerini, qui hanc Precariam fieri rogavit. Ego Macolfus. Ego Aloini. Ego Magelfredus rogatus memoratis Monachis Monaſterii. Vid. & eundem du Freſne *de Precar. Regiis. p. 412.* Utriusque formulæ extant 15
apud ipſum Marculphum *l. 2. c. 5. & 40.* Aliæ plures apud Goldaſt. *Alemannic. rerum Tom. 2. p. 1. n. 66. & ſeqq.* in quibus tamen ſæpiuſcule Precariæ nomen Præſtariis accommodatur. add. Chriſt. Lehmann *Chron. Spir. L. 2. cap. 43.* Cum vero 16
deinceps precariæ in beneficia diuturniora, & tandem perpetua degeneraſſent, ita ut ex Laicorum manibus vix unquam ad Eccleſiam redirent, multa ſæpe & prolixa ea de re in Conciliis exorta eſt conſultatio, qua ratione ad priſtinum ſtatum redigi & in Eccleſiæ emolumentum transferri iterum poſſent, uti fuſius iſta omnia exponit Gibalinus *de Uſur. Lib. 4. c. 2. art. 2. ſeqq.* His & aliis modis multa & 17
maxima in Eccleſiam translata fuerunt prædia tum urbana tum ruſtica, atque ampliſſima latifundia, cum nemo quisquam eſſet opum ſuarum tam tenax, ut de ſalute ſua æterna ſollicitus non aliquam ex illis partem in Clericos aut religioſos ex pietate conferret. Eo res iſtius ævi devenerunt, inquit Sigonius *l. 7. de Regn. Ital.* ut hominibus ad purgatorii orcum expaveſcentibus, nemo ſe ſatis felicem & pium exiſtimaret, niſi in Templorum & monaſteriorum ſubſtructiones, in Ordinum ſacrorum conſervationem, aut totum patrimonium, aut inſignem ejus partem attereret.

Differunt autem Precariæ a Precario 18
multis modis, potiſſimum vero, quod precariæ ſingulis luſtris renovandæ ſunt, *d. c. 1. X. de Precar.* Precarium non item. Precariæ non revocantur, *c. fin. d. tit.* Precarium voluntate ejus, qui conceſſit, revocabile eſt *l. 1. ff. d. Precar.* & quidem ad libitum, quandocunque licet de non revocando intra certum tempus pactum appoſitum ſit, *l. 12. ff. eod.* Quod in

tantum

tantum verum putant, ut & propria autoritate per revocantem occupari possit, dummodo hoc sine damno & captione illius, cui concessio fuit facta, & cum temporis quodam intervallo fiat. Frantzk. *de Laudem. cap. 12. num. 21.*

19 Apud medii ævi Scriptores & in ejus temporis Instrumentis publicis sæpissime occurrit, Ecclesiæ in dotem datum fuisse mansum unum, quandoque etiam alterum & plures. Imo vero, ut id fieret, lege publica aliquando cautum fuit. Sic enim de Carolo Magno refert Aimonius *l. 5. c. 10.* Volens etiam unamquamque Ecclesiam habere proprios sumtus, ne per hujuscemodi inopiam cultus negligerentur divini, inseruit prædicto edicto ut super singulas Ecclesias mansus tribueretur unus, cum pensatione legitima & servo atque ancilla. Atque sic etiam Capitularia *l. 1. num. 91.* referunt: Sancitum est, unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur &c. Repetitum id est in Concilio Wormatiensi *cap. 50.* & legitur *cap. 1. X. de censib.* Cum autem mansus hoc loco nihil aliud sit, quam prædium, uti supra *cap. 2. num. 32.* dictum;

20 Ideoque in constituenda dote Ecclesiæ requirebatur, ut iste non tantum integer esset, & justa mensura terminatus, sed etiam vestitus, sive cum instrumento suo dari oportuit, Mansus enim vestitus dicebatur prædium rustica supellectile instructum. Ei opponebatur mansus apsus, sive prædium nudum & investe, sine instrumento Rustico; Nic. le Maistre *de Bonis Eccles. l. 3. c. 1.* Colonicam vestitam appellarunt Patres in Concilio Valentino anno DCCCLV. habito, quando sub *cap. 9.* de Dote constituendi hunc in modum edicunt: *Sed & ipsi seculares & fideles Laici si condere voluerint Basilicas in prædiis suis, sicut edictum piissimorum Augustorum continet, unam colonicam vestitam cum tribus mancipiis donationis gratia eis conferant &c.* In Diplomate, quo Bruno Trevirensis Archiepiscopus privilegia monasterii Münsteriensis confirmat, hæc habentur verba; *Dos Ecclesiæ, mansum unum indominicatum & quatuor mansi vestiti, & mons & planities ab extrema turri castri usque ad aquam,* ap. Joh. Bertel. *in hist.*

21 *Luxenburgensi pag. 30.* Est autem mansus indominicatus prædiorum pars, quæ usui ipsius domini reservatur, neque colonis aut Emphyteuticariis conceditur. H. Spelmann *in Gloss.* mansus scilicet talis, quem nobiles ipsi sua cura atque impendio inarabant, & qui propterea sine mansuario erat. Dn. Ziegl. *de dot. Eccles. c. 8. n. 41.* Modi autem & ratio utendi præ- 22
diis Ecclesiasticis non una hodie ab Ecclesiis observatur; Nonnullæ enim suos adhuc habent dotales prædiis istis addictos & quasi mancipatos, atque illi præter operam & diligentiam in cultura nihil omnino præstant, & fide dominica colunt, uti loquitur JCtus *l. 18. §. 4. ff. de Instr. vel instrum. leg.* hoc enim lucrum vel damnum omne hinc veniens redit ad Ecclesiam, ipse operarius nullam in partem vocatur, & de his agit Ordinat: Eccles. Sax. *sub tit. General-Artickel num 27.* Præter hos 23
dantur alii, qui ex prædiis Ecclesiasticis emolumenta sua faciunt, quique non fide dominica, sed suo commodo agros colunt, ita ut dominium & possessio penes Ecclesiam maneat, & ipsi vel certum censum, vel servitium præstent. Atque hi potiori jure dotalium nomen merere videntur, quam priores illi, ideo quod non exerceant tantum & colant fundum dotalem, sed etiam insistant eidem, & in possessione ejus persistant. Et expelli quidem illi possessione usque nequeunt, dum præstant id, quod præstare tenentur; Nec tamen ita glebæ sunt addicti, ut discedere illis prorsus non liceat. Differunt etiam ab aliis, qui ex titulo locati conducti agros Ecclesiasticos exercent, de quibus postea erit agendum. Aliud genus est dota- 24
lium, qui sub certo annuo censu & servitiis quibusdam prædium Ecclesiasticum sibi proprium & hæreditarium faciunt, ejusque & dominium & possessionem nanciscuntur. Emtores enim prædiorum & bonorum Ecclesiasticorum dotales Ecclesiæ fieri docet Carpzov. *in Jurispr. Consist. Lib. 2. def. 307.*

Nonnunquam etiam prædia & eorum 25
coloni a Superiori suo, sive Princeps is fuerit, sive alius, cui immediate subjecti sunt, Ecclesiæ & ejus ministris addicuntur, & veluti mancipantur, ut servitia sua & alia emolumenta non Principi amplius aut Domino immediato, sed Ecclesiæ deinceps præstent; hujus exemplum occurrit in matricula Consistorii Witteberg. *anno 1555. sub rubrica* Paserin, *in verbis: Peter Standtfeste, ein Huffner, ist von unserm gnädigsten Herrn mit aller Gerechtigkeit der Pfarr zugethan, und von Alters her eingeleibt, giebt jährlich 24. Scheffel Korn, 24. Scheffel Haber &c. und dienet der Pfarr nur*

nur allein, und darff derhalben unserm gnädigsten Herrn kein Dienst-Geld geben, wie andere Hussner 13. Groschen geben müssen,
26 *sondern ist gantz frey.* Inter eos, qui mercede constituta prædia ecclesiastica conducunt, triplex fere occurrit differentia; Aliqui pro mercede constituta operas suas locant, ita ut totum prædii emolumentum ad Dominum spectet, ipsi vero præter mercedem nihil accipiant. Atque hæc operarum locatio, etiamsi in perpetuum facta sit, nihil omnino pugnat cum libertate. Vincent. Carocc. *de local. part. 2. qu. 175.* Petr. Nic. Mozzius *de reb. quæ loc. poss. n. 10.* Udalric. Zas. *paratit. de usufr. num. 44.* Aliqui non nummis, sed parte fructuum accepta aliena prædia colunt, atque illi coloni partiarii vulgo dici consueverunt, *l. 25. §. 6. ff. de locat.* Ipsum vero istud negotium speciem societatis facit, *l. 52. §. 2. ff. pro soc.* Mozz. *de locat. n. 26. 27.* Tandem aliqui ipsos fundos conducunt ad suam propriam utilitatem, ita ut omnes fructus suos faciant, nullumque inde emolumentum ad proprietarios redeat, præterquam certa illa, de qua ab initio convenit, pecunia, *l. 15. §. 2. ff. locat. l. 25. C. eod.* Vid. Petr. Gregor. *Syntagm. Jur. l. 18. c. 23. n. 14.* Et hi quidem omnes, quia libero consensu rem alienam curandam suscipiunt, ex conventionis cujusque natura atque indole tenentur, sive jam ex nominato contractu obligare velint, sive innominato, prout cuique utile visum fuerit & proficuum. Dn. Ziegl. *d. tract. c. X. n. 12.*

27 Notandum hic venit, non licitum esse locare res Ecclesiæ ad longius aliquod tempus, idque non jure tantum Canonico prohibitum est *c. 9. X. de reb. Eccles.*
28 *alien.* sed etiam Provinciali, uti legitur *in Ordin. Eccl. Sax. sub n. 29.* Et ex hoc contractu atque qualitate extrinsecus adveniente, prædia ista Ecclesiastica dicuntur *Laß-Güther, weil sie andern verlassen oder ausgelassen werden,* quæ ipsa locatio non sine solennitate, nec sine præscitu Superioris fieri debet, uti constitutum *in eadem*
29 *Ordinat. Eccles. sub n. 28.* Nonnunquam etiam prædia Ecclesiastica in Emphytevsin dantur. Est autem Emphytevsis Ecclesiastica, quæ ab Ecclesia aliisque Collegiis venerabilibus, aut potius illorum Oeconomo vel Prælato etiam Laicis constituitur. *Nov. 7. & 120.* Et quamvis Jul. Clar. *in §. Emphytevsis,* statuat, ejusmodi Emphytevsin de sui natura non esse ad hæredes

extraneos transitoriam: Attamen recte ab 30
eo dissentit Frantzk. *de Laudem. c. 9. n. 51.* unusquisque enim & hæredibus suis prospicere censetur, *l. 9. ff. de probat.*

Præterea frequenter videmus prædia ab 31
Ecclesiis vel Clericis alicui in feudum concedi, & hoc dein feudum Ecclesiasticum nuncupatur, *cap. 1. II. Feud. 35. de Cler. qui*
invest. fac. quod Germanis dicitur *ein* 32
Krumbstab oder Krumbstäbisch Lehn, per baculum autem ab interpretibus quibusdam doctrinæ autoritas denotatur, & dicitur baculus Pastoralis, qui consecratus in manus novi Antistitis traditur; Curvus autem est baculus iste pastoralis, exemplo baculorum, quibus pastores ad retrahendos ovium pedes uti solent. Ut enim illi in fine solent esse acuti, in medio recti, in summo instar semicirculi retorti, ita boni Pastoris est, non solum peccata hominum corrigere, sed etiam a veritatis via errantes retrahere & recolligere, resipiscentes in gremium recipere, & judicii rectitudine & mansuetudine confirmare, Wurmser, *de Feud. impropriis Class. 2. sect. 4. num. 7.*

Magna hic inter Feudistas oritur discep- 33
tatio, num scilicet fœminæ in Feudo Ecclesiastico succedant; quod quidam ex hoc fundamento, *Krumstab schleußt niemand aus,* statuunt, Fred. a Sande *in Consuet. feud. Geldr. Tit. 3. cap. 1. §. 7.* hoc tamen negandum esse censemus, textus namque Juris Feudalis sunt generales, fœminas a Feudorum successione excludentes, *1. feud. 1. §. 3. de his qui feud. dar. 1. Feud. 41. pr. & §. 2. de success. Feud. 2. feud. II. pr. de success. fratr.* Ergo generaliter quoque sunt accipiendi; Lege enim non distinguente, nec nostrum erit distinguere, *l. 18. ff. de publician. in rem act.* Cum igitur consuetudines feudales aliter non distinguant, nisi quod tum demum succedant fœminæ 1. Si Feudum est fœmineum, puta a fœmina primum adquisitum, & 2. si ex pacto veniant fœminæ, si scilicet hoc tenore datum sit feudum, ut fœmina quoque succedat, *1. Feud. 5. §. filia vero. & 2. Feud. II. §. 1. tit. 50. pr.* ibi: *nisi ex pacto vel nisi fœmineum sit.* sequitur fœminas in aliis feudis & casibus non succedere, exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptis. Neque nobis obest proverbium in contrarium oppositum, *der Krumbstab schleußt niemand aus.* Etenim valet illud iis in locis, ubi contrarium consuetudine receptum est. Cujusmodi consuetudinem in

Abbatia Fuldensi & Hirsfeldensi vigere tradit Vultej. *de Feud. l. c 9. n. 48.* De Corvejensi And. Knichen. *de restit. pact. P. 1. c. 4. n. 46.* de Osnabrugensi, de Coloniensi, & de Monasteriensi, Fred. a Sand. *ad Consuet. Feud. Geldr. Tit. 3. §. 7.* Et hanc opinionem, fœminas scil. in Feudis Ecclesiasticis non succedere, esse communem, dicit Wurmf. *Clas. 2. Sect. 4.*

34 Interim fruitur talis conductor, Emphytevta aut Vasallus immunitatibus atque privilegiis prædio Ecclesiastico inhærentibus. Quia enim privilegia illa realia sunt, & principaliter rem ipsam afficiunt, etiam communicativa aut commutabilia sunt, ita ut ad quemvis possessorem transeant, cum ea quæ Personalia sunt, cum persona extinguuntur, *l. 3. §. 1. ff. de censibus.*
35 *l. 68. l. 196. ff. de R. J.* Atque idcirco conductores & alii possessores talium prædiorum privilegiatorum non tenebuntur ad collectas ordinarias, sed jure dominorum utuntur, ideo scilicet, quia in ejusmodi oneribus realibus non tam personæ & possessores, quam res ipsæ & prædia tenentur. Vincent. Carocc. *de locat. Conduct. P. 4. Quæst. 39. n. 30.* Carpz. *in Juris-*
36 *prud. Consist. l. 2. def. 310.* Quod tamen intelligendum est de iis prædiis, quæ omnimoda libertate gaudent, in aliis vero possessores prædiorum veteres census & indictiones sustinere debent, & prædia in Ecclesiam translata cum oneribus prædialibus eis impositis transire statuunt Ant. Perez. *Cod. de Annon. & tribut. n. 33.* Dn. Ziegl. *de jure Maj. L. II. c. 2. n. 19.*

37 De alienatione denique prædiorum Ecclesiasticorum sciendum, illam Episcopis regulariter prohibitam fuisse *Can. ultim. Concil. Carthag. I.* quem citatum reperies in *Can. placuit si caus. 12. quæst. 2.* quod confirmat Concil. Carthag. *IV. can. 32.* Assentiuntur texus Juris Civilis, *l. 14. l. 17. §. 1. l. 21. l. 22. Authent. alienat. Cod. de Sacrosf. Eccles. Nov. 7. c. 1. cap. 12.* Item juris Canonici *in cap. 1. caus. 10. quæst. 2. Can. 2. can. 13. caus. 12. quæst. 2. cap. 1. X. de his quæ fiunt a Prælat. cap. 1. cap. 5. X. de rebus Eccles. non alienand.* Marc. Anton. de Dominis *de Republ. Eccles. Lib. 9. c. 6.* Carpzov. *in Jurisprud. Consist. Lib. 2. Tit. 19.*
38 *defin. 300.* Imo nec Papæ licere aliquod prædium Ecclesiasticum alienare aliquo modo pro necessitate, nec in usumfructum rura dare, ita ut venditor honorem perdat, qui subscripserit anathema sit, cum eo qui dedit vel recepit, nisi restituantur, docemur *in C. non liceat Papæ 20. caus. 12. Quæst. 2.* Brunnemann. *Consil. 1. num. 83.* Alienatio autem in materia Ecclesiastica accipitur largissime, ut non eos tantum comprehendat contractus, per quos directum, sed etiam per quos utile dominium transfertur, quoniam hic versamur in re favorabili. Barbos. *in Collect. ad decret. Tom. 2. p. 108. num. 8. & Tom. 3. p. 136. num. 6.* Constitutæ insuper erant in alie- 39
nantes & accipientes res Ecclesiasticas certæ pœnæ tam de Jure Civili *l. 14. cum Authent. hoc jus porrectum l. 24. Cod. de SS. Eccles.* quam Canonico *Can. 52. Caus. 12. Quæst. 2. cap. 6. 9. X. de reb. Eccles. non alienand.* Sed hæc quæ dicta sunt, regu- 40
lariter obtinent; cum vero vix detur regula, quæ suam non patiatur exceptionem, *arg. l. 202. ff. de R. J.* sic & hic loci dantur nonnulli casus, in quibus ejusmodi alienatio non potest non permitti: Hæc tamen ut procedant, requiritur, ut adsit justa causa alienationis. *l. 17. §. 1. & 2. C. de SS. Eccles. Can. Precariæ. 4. Caus. 10. quæst. 2. c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6to.* Covarruv. *lib. 2. variar. Resol. c. 17. n. 2.* In tantum autem causa est necessaria, ut si ea non appareat, non subsistat alienatio. Card. Tusch. *Tom. I. Conclus. pract. Lit. A. Conclus. 272. num. 2.* Præterea requiritur 41
in alienatione prædii Ecclesiastici solennitas formæ, qua non servata licet causæ sint veræ, tamen alienatio non valet. Tusch. *d. l.* Imo licet prædium plane inutile sit Ecclesiæ, tamen absque debitis requisitis non potest alienari. *Auth. item Prædium C. de SS. Eccles.* Struv. *ad d. l.* Hæc autem solennitas consistit 1) in Tra- 42
ctatu, *cap. 7. & 8. X. de his, quæ fiunt a Prælat. sine consens. cap.* qui est consultatio de facienda alienatione, num ea expediat, & quæ res potius alienari debeant, & debet fieri cum magna maturitate & deliberatione, & si omittatur, alienatio est nulla. Tusch. *d. l. Concl. 276. n. 7.* In hoc autem tractatu inquiritur, an aliunde quam ex alienatione pecunia possit expediri: num Ecclesiæ pecunia sit in numerato vel in nominibus, quæ conveniri possint, an in fructibus conditis; an in redituum spe, an res aliæ sunt præter prædia, non secus ac si de bonis minoris alienandis consultatur, *l. 6. §. 9. de reb. eor. qui sub tutel. sunt.* 2) Requiruntur ad solennitatem formæ Consensus Capituli; Regula namque est, quod capitulum cum Episcopo sit unum corpus, cujus caput Episcopus.

Cap. 4.

Cap. 4. X. de his, quæ fiunt a Prælato sine consens. Cap. Adeoque alterum sine alterius consensu aliquid facere non potest, & utriusque voluntas & consensus conjunctim requiritur. Quod tamen cum grano salis est accipiendum, cum dentur casus, ubi Episcopus Capituli consensum expectare non tenetur, veluti in omnibus iis, quæ non sunt res Ecclesiæ Cathedralis & Mensæ Episcopalis; ubi autem conjunctim requiruntur, ibi tantum abest, ut unum sine altero aliquid facere queat, ut etiam alienatio ipso jure nulla sit. Tusc. *Concl. 271. n. 51.* 3) Autoritas Episcopi. *Auth. hoc jus porrectum C. de SS. Eccles.* Clem. *fin. de reb. Eccles. non alien.* Certi enim juris est, nisi autoritatem suam interponat, omne id, quod agitur, ipso jure nullum esse. Tuschius *Concl. 286. n. 3.* 4) Confectio Instrumenti, quod & approbat Jus Civile *l. 17. §. 2. C. de SS. Eccles.* Debent autem in eo instrumento specificari nomina eorum, qui interfuerunt, *d. l. 17. §. 2.* Et hi se subscribere debent, *Cap. Tua nuper X. de his, quæ fiunt a Præl. sine consens. Episcop.* Quod tamen hodie non observatur, sed omnibus præsentibus Notarius Publicus vel Actuarius Instrumenta capitularia & alienationis scribit, perlegit & subscribit fide publica, hæcque forma pro singulorum habetur subscriptione. Pet. Greg. Tholosan. *in Syntagm. Jur. Univers.*
43 *l. 25. l. 8. n. 18.* Formulam, qua prædium Ecclesiasticum per contractum retrovenditionis in alium est translatum, exhibet Dn. de Werther de Jure Precariæ: *Wir N. N. Abt, Prior, Senior und sämtliche Conventualen des Klosters S. N. in N. Ordinis N. für uns und unsere Nachkommen, hiermit gegen iedermänniglich urkunden und bekennen, demnach wir im versammleten Capitulo fleissig erwogen und deliberiret, wie unser Kloster-Hof N. welcher durch das continuirliche Kriegs-Wesen an Gebäuden und darzu gehörigen Ländereyen gantz öde und wüste worden, bey unsers Klosters hohen Dürfftigkeit, durch andere Mittel könte restauriret, mit nothdürfftigen Gebäuden versehen, und die Länderey hinwieder bestellet werden, und nach reiffer der Sachen Berathschlagung kein ander Mittel erfinden und zuwege bringen können, als daß wir andere unserm Kloster zuständige, aber weit entlegene Güther, welche wir gleichfalls öde und wüste verlassen, einem guten Mann Wiederkauffs-weise verkauffen, und mit dem Kauff-Gelde den zu N. gelegenen Kloster-Hof hinwieder bebaueten, und bestelleten, daß wir demnach mit Herrn N. N. Handlung gepflegt, und ihm und seinen Erbnehmen wiederkäufflichen verkaufft. &c.*

Quæstio hic non inelegans moveri pot- 44
est, si quis me inscio in prædio vel fundo meo exstruat Ecclesiam, utri competat Jus Patronatus? Et dicendum, ex solo ædificio Jus Patronatus non quæri, si ædificans non sit soli Dominus. Ratio est, quia regulariter omne, quod inædificatur, cedit solo, *l. 7. §. 10. ff. de acquir. rer. Dom. §. 31 J. de rerum divis.* Ergo & hæc Ecclesia tanquam superficies privata solo meo cedet. Quocirca mihi liberum erit, Ecclesiam illam vel propria autoritate occupare, *arg. l. 33. ff. de condict. indeb.* Rochus *de Curte, rubr. de construct. Eccles. n. 8.*
Hæc tamen ita obtinent; nisi Ecclesia 45
jam sit ab Episcopo consecrata, hoc namque casu mihi tanquam Domino fundi ejus saltem æstimatio a Constructore numerabitur. Idque postulare videtur favor Religionis, ut ego tanquam privatus a demolitione Ecclesiæ in solo meo ædificatæ abstineam, & propria autoritate non destruam. *arg. l. 8. pr. ff. de relig. & sumt. funer.* Quod enim semel est consecratum, non valet restitui, aut ad alios usus humanos ulterius transferri, *l. 51. de R. J. in 6to.* Sed tum pretium erit restituendum, ait Gregorius *in Can. 2. Caus. 14. quæst. 6 Sig.* Finckelthaus. *de Jur. Patron. c. 4. n. 61.*

CAPUT XIII.

DE PRÆDIIS MUNITIS ET CASTRIS.

SUMMARIA.

1. *Castrum a casa dictum.*
2. *Castrum est villa murata.*
3. *Causa muniendi villas.*
4. *Origo castrorum apud Romanos.*
5. *Per castrum indigitatur etiam agrorum universitas.*

6. *Item designat honorem, districtum & jurisdictionem.*
7. *Castri definitio.*
8. *Castra & Burgi sunt Synonyma.*
9. *Prædium adjacens præsumitur de pertinentiis castri esse.*
10. *Investitus de castro investitus etiam esse creditur particularibus bonis ad castrum pertinentibus.*
11. *De feudo castrensi remissive.*
12. *An Prædium inconsulto Principe munire liceat?*
13. *Quod quidam affirmant.*
14. *Rectius tamen negatur.*
15. *Ratio redditur hujus rei.*
16. *Apud omnes ferme Gentes privatis prohibitum castra ædificare.*
17. *Ad contraria argumenta respondetur.*
18. *Castra in quibus differant a civitatibus?*
19. *In favorabilibus pro iisdem habentur.*
20. *Castrum restituitur in integrum.*
21. *Possunt propria statuta condere.*
22. *Item consuetudines habere.*
23. *Ganerbii castrorum qui?*
24. *An concesso castro concessa sit Jurisdictio.*
25. *Legato castro etiam veniunt arma.*
26. *Possessores castrorum non sunt idonei Fidejussores.*
27. *Possessor castri si sit debitor excutiendus, habetur pro excusso.*
28. *Quædam de possessoribus castrorum Italiæ.*
29. *Ad ædificandum castrum requiritur loci commoditas.*
30. *Carolus V. censuit castra in planitie esse ædificanda.*
31. *Male suasit Dinocrates Alexandro M. ut urbem in monte ædificaret.*
32. *Castrum in dubio censetur pertinere ad eam civitatem, cui propinquius est.*
33. *Castrum merum & mixtum imperium habens dicitur locus insignis.*
34. Burg-Frieden *quid sit?*
35. *Jus Aperturæ quid?*
36. *Formula Juris Aperturæ.*
37. *Potest quis ex pacto habere Jus Aperturæ.*
38. *Exempla hujus rei.*
39. *Jus aperturæ quandoque competit propter collatum feudum.*
40. *Princeps, suadente id utilitate publica, castra subditorum destruere potest.*
41. *Quomodo castrum destrui debeat.*
42. *Castra in aëre ædificare non est prohibitum.*

1 CAstrum a casa dictum esse videtur; Quamvis nonnulli pro civitate, per *l. 2. §. 15. C. offic. præf. præt.* Nonnulli etiam pro loco fortificato seu fortalitio tantum accipiant, Boër. *Decis. 320. n. 3.* Tamen nobis P. Gregorii Tholosani opi-
2 nio probatur, qui, Villa, *ait*, murata castrum dici potest Latinis, ubi casæ & villæ rusticæ concluduntur, Villarum conclusio vallo vel muro facta, vicus magnus conclusus, & vicus parvus conclusus Castel-
3 lum. Vero namque simile est, olim eos, qui in villis atque pagis habitabant apertis, cum scilicet se hostium & latronum insidiis expositos cernerent, exemplo civitatum cœpisse villas suas muris aut vallorum ambitu munire, ad irruptiones avertendas atque evitandas; sed cum per hoc civitatibus quidem assimilarentur, nec tamen in omnibus jura earum nanciscerentur, datum eis castrorum nomen, ut inter ea aliosque pagos vulgares seu villas aliqua esset differentia.

4 De castrorum origine apud Romanos refert Seneca *Ep. 51.* Illi, *inquit*, ad quos primos fortuna Romani Populi publicas opes transtulit, C. Marius, Cn. Pompejus & Cæsar, extruxerunt quidem villas in regione Bajana, sed illas imposuere summis jugis montium, videbatur hoc magis militare ex edito speculari late longeque subjecta.

Castrum autem Dd. non pro arce tan- 5
tum & munimento usurpant, quod fortalitium appellant, sed & pro omni agrorum & territorii subjecta universitate, per *l. 239. §. 8. ff. de V. S.* Ideoque Innocentius *in cap. cum ad sedem. X. de restit. spol. & cap. ex Lit. X. de Jur. Pat.* Castrum aut vil- 6
lam *dicit* esse nomina universitatis designativa, quæ honorem, districtum & jurisdictionem importent, Hering. *de Jur. Burg. n. 412.* Est autem castrum, nostro sensu, 7
locus natura vel arte in communem villæ ibique habitantium salutem munitus. Non multum a castris differunt Burgi, ut 8
etiam a nonnullis pro Synonymis habeantur, Cavalcan. *Decis. 50. n. 1.* Losæus *de Jur. Universit.* Hinc etiam venit vocabulum *ein Burgsasse*, i. e. possessor castri, item *eine Burg-Sitz haben*, usitatissimum enim est, ut prædium vocemus *einen Sitz*, vel nobile prædium *einen adelichen Sitz.* Kylling. *de Ganerb. Castr. Discurs. 3. n. 44.*

Ita

9 Ita vero prædium castro annexum esse creditur, ut etiam, si adjaceat, de pertinentiis castri esse præsumatur. Menoch. *de*
10 *præsumt. Lib. 1. Quæst. 48. n. 24.* Et si quis investitus de castro aliquo cum pertinentiis, ea natura atque proprietas est, ut quis intelligatur investitus de omnibus omnino bonis, etiam particularibus, sitis intra limites vel fines illius castri, Brunnem. *Conf. 162. n. 196.* Parili ratione Argentreus *ad Consuet. Britann. Tit. 14. Art. 265.* Castri, *ait* significationi æquipollet vox apud Gallos d' une Maison, siquidem in rusticis loquimur d' une Maison, cui agri subsunt, & ea pronunciatione non solum ædificia, & cortis, & prætorium, sed etiam territorium & agrorum universitas, ex qua componitur, intelligitur, & molendina & petagia & talia. Ideo suas partes habent propriis & particularibus suis significatis: ut prætorium sit ea pars, quæ domini habitationi destinata est, cortis, ornitotrophia, aviaria, bubilia, equilia, ovilia, haræ, operariorum & procuratoris cubilia, & quæ ejusmodi sunt extra cortem agri, lacus, sylvæ cæduæ, quæ omnia, & si quæ præterea dici possunt, sub una appellatione Castri vel d' une Maison intelliguntur; hactenus Argentreus.

11 Quid porro sit Feudum Castrense, infra, quando de prædiis Feudalibus tractandum erit, pluribus agetur; Dicitur vero communiter Feudum, quod in re ita cuidam constituitur, ut ad castrum certum tuendum Domino succurrat, Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 4. Aph. 160.*

12 Succedit hic elegans quæstio, an nimirum cuilibet prædium suum, vel villam, inconsulto Principe munire liceat, quod Nic. Boër. *Dec. 320. num. 4.* cum com-
13 muni Dd. schola affirmat. Potissimum eorum fundamentum est in naturali libertate, quod rei suæ quisque moderator sit & arbiter, quod item conditionem suam meliorem facere, atque in re sua pro lubitu ædificare, domumque suam altius tollere cuilibet permissum sit; Deinde adducunt *l. 10. C. de ædific. privat.* verba sic se habent: Per provincias, Mesopotamiam, Osdroënam, Euphratensem, Syriam secundam, utramque Armeniam, utramque Cappadociam, Pontum Polemoniacum atque Hellespontum, ubi magis hoc desideratur, cæterasque provincias, cunctis volentibus permittatur, murali ambitu fundos proprios seu loca sui dominii constituta vallare.

Contrarium tamen verius est, muni- 14
menta scilicet condere ad Jura Majestatis pertinere, nec subditum, quantacunque etiam potentia & autoritate polleat, villas aut prædia sua munire posse, dum enim munimenta ejusmodi tutissimum semper receptaculum præstant, & ex eo tota inquietari potest Provincia, facile patet, Majestatis interesse, fortalitiorum curam & præsidiorum regimen ut nemo habeat alius, nisi qui ipsam habet Majestatem. Est enim sane principalis hic munimentorum finis, ut hostis grassantis impetum sistant, ejusque vires sive excursionibus inde factis, sive sola defensione attenuent, utque interim Exercitus conscribi queat, qui hostibus patente campo sufficiens sit. Hic finis, cum ad belli gerendi rationem & methodum pertineat, non potest nec debet ab alio intendi; nisi qui summam rerum tenet, & belli gerendi potestatem habet. Dn. Zieglerus, Parentis loco mihi venerandus, *de Jurib. Maj. L. 1. Cap. 35. num. 3.* In Jure quoque nostro multa prohibitionis ejusmodi vestigia apparent, ut in *l. 3. ff. de Oper. Publ.* ubi expresse prohibetur opus novum, quod materiam seditionis præbeat, sine Principis autoritate facere. Constat autem nullum opus seu ædificium esse, quod magis præbere possit seditionis materiam, quam arx aliqua, castrum, aut Fortalitium, cui inhærens commota plebs seditionem movere ac resistere possit. Et hinc est, quod Divus Marcus rescripsit de operibus, quæ in muris, vel portis, vel rebus publicis fiunt, aut si muri exstruantur, Præsidem aditum consulere Principem debere *l. 6. ff. de Oper. Publ* Sed & legislatores nostri idem periculum veriti, omnem armorum usum prohibuerunt, ut patet ex *l. 1. l. 2. l. 3. §. 1. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Et Justinianus 15
cavit, ne quisquam armis uteretur, nisi miles esset. *Nov. 17. cap 5.* ideoque non absurdum est argumentari, per armorum interdictionem etiam arces atque castra fuisse prohibita. Castrorum denique prohibitionem eleganter probat Constitutio Friderici *I. de Pace Constantiæ* verbis: *Civitates mutare, vel extra munitiones facere eis liceat,* ibique Jus muniendi Civitates inter singulares consuetudines Civitatum Lombardiæ recenset. Et huic nostræ opinioni 16
suffragatur consuetudo omnium ferme Gentium moratiorum. Apud ROMANOS

arcanum dominationis erat, ne cui ex Patriciis in munito loco liceret ædificare, nec in arce aut Capitolio habitare. Arnold. Clapmar. *Lib. 3. de arcan. Rerumpubl. cap. 7. & 8.* Hinc videmus per totam ferme GERMANIAM plurimarum arcium rudera a majoribus nostris ideo pessundata, quod essent latronum atque Tyrannorum latebræ. Cruſ. *in annal. Suevic. Lib. 12. P. 1. C. 3.* De SAXONIA testatur *Land-Recht Lib. 3. Art. 66. ibique: Man mag auch wohl befesten einen Hof mit Zäunen oder mit Stecken, oder Mauren, als hoch ein Mann reichen mag auf einem Roß sitzende: Zinnen und Brust-Wehren sollen auch nicht dran seyn.* In SUEVIA prohibitum erat arces sive Castra ædificare sine licentia Comitis aut Judicis provinciæ, *Schwaben-Spiegel cap. 235.* In HISPANIA nemini licet ædificare castrum, nisi cui Rex aut Princeps concessit, Ant. Gomez *in leg. Taur. l. 46. n. 14.* GALLIÆ Rex haud frustra in Fuquetum suum animadvertit, postquam de Fortalitio per eum extructo certior factus fuisset. Hac ratione etiam Rex ANGLIÆ, ut subditorum sive favorem compararet, & adversus Henricum II. se magis tutum redderet, promiscue unicuique in suo castella extruendi muniendique potestatem concesserat, sed postquam eos inde obstinatiores factos animadvertisset, permissionis eum pœnituit, & in eversionem talium castellorum Henrico II. facile consensit, uti ex *Wilh. Malmesburg.* refert Limn. *L. 4. c. 8. n. 229.* Apud TURCAS veteri edicto cavetur, ne quis villam pinnato muro circumducat, nec ædificium supra primam contignationem, aut columbaria turrita altius condat. Greg. Tholosan. *de Republ. cap. 5. n. 3.* MOSCOVITARUM nec non ORIENTIS & AFRICÆ Reges nec rusticas domus, nec prætoria turribus aut propugnaculis, ac ne vix quidem vallo fossaque muniri patiuntur. Bodin. *de Republ. Lib. 5. c. 5.*

17 Ad contraria argumenta facilis est responsio. Libertate enim naturali tamdiu uti possumus, nisi jure aliquo id facere prohibeamur *§. 1. Inst. de Jur. Person. l. 3. pr. ff. de stat. hom.* At munimenta jure prohibentur per hactenus dicta. Præterea ipsi Dd. hanc generalem ædificandi libertatem ita restringunt, nisi ædificium præbeat materiam seditionis, at talis sunt castrorum ædificia. Præterea *in d. l. 10. C. de Ædif. privat.* nihil est, quod juvare possit sententiam contradicentem. Primum enim occasio hujus rescripti ostendit, propter latrones tantum & grassatores, quibus istæ provinciæ maxime expositæ erant, vallationem ejusmodi fuisse permissam. Dein nec omnibus ea potestas data est, sed tantum habitatoribus nominatarum provinciarum, quippe quæ maxime ejusmodi incursionibus afflictæ erant. Porro qui muralem ambitum permittit, non illico dat potestatem extruendi fortalitium, prælaudatus Dn. Ziegl. *d. l.*

Præterea castrum universitatis nomen 18
esse communiter tradunt Dd. Boër *Decis. 320. n. 2.* & dictum in principio, illud quandoque, non tamen in omnibus comparari Civitati. Nam ipsa significatione, quantitate & inhabitantium multitudine longe differunt, & ideo distinguuntur *in*
cap. 11. de Rescript. in 6to. In plurimis 19
tamen, præsertim favorabilibus, jura pro iisdem habent, cum magis & minus non varient species, etiamsi urbs major sit ca-
stro. Castrum enim restituitur in inte- 20
grum, ut Ecclesia, minor Respublica, *l. 1. §. 1. ff. quod cujusque universit. l. 8. ff. ex quib. causis majores.* Gail. *Lib. 2. Observ. 62.* Hinc tradit Nic. Losæus *de Jur. Univers. P. 3. c. 5. n. 12. in terminis adfinibus leg. fin. C. de Vendit. rer. ad Civit. pert.* habere locum non solum in alienatione rerum civitatis; sed etiam vindicare sibi sedem in castris, villis & aliis universitatibus, quæ per alios reguntur, proindeque in tali alienatione certas concurrere debere solenni-
tates. Præterea constat, castra & villas 21
posse propria statuta propriasque consue-
tudines habere & condere, non tamen ir- 22
rationabiles, repugnantes, aut aperte contradicentes legi vel consuetudini Civitatis aut Principis, cui subsunt. Sic etiam generaliter verum est, posse Collegia aut eos, qui Ganerbinatum habent, in castro aliquo quascunque leges dicere societati suæ, modo ne tales sint, quas leges publicæ fieri prohibeant, quæve contra bonos mores, & quid ex publica lege & disciplina corrumpant. Hering. *de Jur. Burgor. n. 775.* Nihil enim frequentius in Germania est, quam quod quædam provinciæ, castra, villæ &c. vel pactione vel præscriptione ad varios spectent Dominos, ac habeant *zwey, drey, vier und mehr Herren.* Atque huc pertinent condominia ista, quæ vulgari nomine Ganerbinatus, & possessores eorum Ganerbii castrorum dicuntur, qui nihil aliud sunt, quam communio-

muniones aut societates, ut si idem Castrum pluribus simul legetur, aut a pluribus simul ematur, aut si hæreditate vel donatione communiter obveniat, item si de uno castro plures investiantur vasalli, & qui alii modi sunt communionis constituendæ, ita societas alicujus castri potest iniri, vel habitationis tantum; vel alterius
23 rei gratia. Qui plura de jure Ganerbiorum castrorum cupit, is adeat Tractatum Jac. Wer. Kylling. *de Ganerbiis Castrorum*, & Hering. *de jure Burgor. per tot.*

24 Cæterum, an concesso castro concessa censeri debeat jurisdictio, Doctores diversa tradunt, quos vide apud Kylling. *in dict. Tractat. Discurs. 2. n. 54.* Omnes tamen eo collimant, ut etiam jurisdictio translata censeatur, si ea ratione castri, non personæ alicujus intuitu prius fuerit concessa. Alias extra hunc casum, si plane neque ex specialibus, neque ex generalibus verbis investituræ appareat, jurisdictio non videtur concessa. Quamvis enim hodie jurisdictio perinde ut aliud jus quoddam acquiratur, & plerumque una cum castris, prædiis & pagis concedi soleat; Nihilominus tamen re ipsa distincta manent pagus vel castrum, & ipsa jurisdictio in eos, qui in castro vivunt, ita ut, licet alius jurisdictionem habeat, possit quis castrum vel pagum, & alia ejus emolumenta habere. Vid. Knichen. *de sublimi territorior. Jure n. 278. & seqq.* ubi *num. 281.* addit de consuetudine Germaniæ notoria in concessione castri, prædii, villæ, pagi &c. Jurisdictio omnigena, nisi expresse & disertis verbis permittatur, non venit, tantum feudaria seu simplex jurisdictio venit, ad tutanda jura feudalia & exactionibus, quæ annuatim penduntur, subserviens.

25 Sed Legato castro cedunt etiam arma, quæ in castro erant ad defensionem castri.

26 Notandum hic etiam venit, possessorem castri a DD. pro idoneo fidejussore non haberi, præsertim si sit potens & impetuosus, & arcem inexpugnabilem inhabitet, vel subsit tali Principi, qui castrum non facile expugnare possit. Ant. Hering. *de Fidej. c. 8. num. 130.*

27 Ex adverso, si possessor castri sit debitor excutiendus, tunc communiter dicunt, non esse necessariam excussionem, qui existens in loco munito & forti dicitur minus idoneus ad conveniendum, & habetur pro excusso. Hinc exclamat Vincent. Caroccius *de excuss. bonor. quæst. 36. n. 5.* O infelices fidejussores, pro istis magnati- 28
bus habent il mal anno, & la mala pasqua, invehiturque porro in domicellos Italiæ sui temporis: Domicelli, *inquit*, sunt ruina penitus locorum, aut enim sunt domini, aut vicini; si Domini, interroga vasallos: si vicini, interroga civitates & terras vicinas. Quid enim? student titulum de usurpationibus & mediante usurpatione de usucapionibus. *Et porro:* Fuge igitur, quantum potes & vales, amicitiam & conversationem domicellorum, quia invenies eos uti carbones.

Præter consensum & autoritatem Supe- 29
rioris ad ædificanda castra requiritur etiam loci commoditas, ubi imprimis situs & natura regionis est spectanda, num conducibilius sit, castrum monti, vel locis paludinosis, vel fluminibus imponere. Ju- 30
dicium Imperatoris Caroli V. fuit, in plano potius, quam in montibus arces vel castra ædificanda. Eum namque trajicientem aliquando Rhenum, cum ex Principe aulam ipsius tum sequente percontatus esset, cur majores nostri tot arces & præsidia in excelsis montibus extruxissent? isque respondisset, munitiores illas arces in editis locis visas fuisse, sic censuisse Carolum, rectius eas in planitie collocari, propter aquationis, pabulationis & invehendi commeatus & tormentorum & aggerum commoditatem. Trasybulus Lepta *in vita Georg. Lud.* L. B. a Synsheim. *Lib. 2. p. 130.* Male igitur suasit Dyno- 31
crates Architectus Alexandro Magno, ut etiam supra montem Athon urbem exstrueret, ex qua incolæ nihil, quod ad vitæ sustentationem faceret, obtinere possent, ideoque merito reprehensus ab Alexandro ipso. Vitruv. *in Proœm. lib. 2.*

Circa locum castrorum etiam notan- 32
dum, quod castrum existens inter duas civitates indubio præsumatur illius esse, cui adjacet, vel propinquius est. *l. 7. §. 3. l. 65. §. 2. ff. de acquirend. rer. dom.* quoniam scilicet vicinitas & aptitudo dominii sunt argumenta Hier. de Mont. *de fin. reg. c. 83. n. 2.* Castrum præterea habens me- 33
rum & mixtum imperium, dicitur locus insignis. Mascard. *Concl. 1038. n. 9.* In 34
eisque plena securitate fruimur, quod dicitur *Burg-Frieden*, pœna autem violationis capitalis plerumque est amputationis manus, uti etiam palatia Principum talem important securitatem, ut offendentes aliquem in illis capitaliter puniantur; illudque

que obſervatur in omnibus palatiis etiam Pontificis, qui tamen præ aliis miſericordia uti debent, Chaſſaneus *in catal. mund. P. 5. Conſ. 24. n. 125.*

35 Pertinet huc etiam apertura caſtri, *die Oeffnung*, quando ſubditi tempore belli tenentur illud aperire Domino territorii; Itaque ſi quis Jus Superioritatis territorialis habet, & Jus Aperturæ per conſequens habebit. Nam jus Superioritatis territorialis eſt totum integrale, cujus pars eſt jus aperturæ. Formulam hujus juris recenſet Joh. Wurmſ. *de feud. impropr. ſect. 20.*
36 *§. 15. Auch ſoll der vorgenante N. und alle ſeine Erben Uns und den Unſern die Veſte und Schloß offen haben, und damit gewärtig ſeyn, und uns und die unſern zu allen unſern Nothdurfften darein und daraus zu laſſen und darein zu enthalten wider allermänniglich, niemand ausgenommen, doch ohne ihren mercklichen Schaden, ungefährlich.* Sequens plenius aperturæ pactum in literis inveſtituræ ab Electore Moguntino Wolffgango An. 1599. d. 22. Nov. olim Comitibus de *Gleichen* ſuper Caſtro *Blanckenburg* datis continetur: *So haben wir Uns, unſern Nachkommen und Ertz-Stifft Mayntz, und den Unſern, von Unſertwegen, an dieſer Leihung vorbehalten eine ewige Oefnung an dem Schloß B. an Burg und Stadt, damit ſie und ihre Leibes-Erben Uns auch ewiglich, wann wir die und welche Zeit Wir, Unſere Nachkommen und Ertz-Stifft Mayntz und die Unſere von Unſertwegen, der geſonnenen, förderen und begehren, gewarten und gehorſam ſeyn ſollen zu allen und ieglichen Unſern Sachen, Geſchäfften und Nöthen, wider allermänniglich auszuſchicken, wider Kayſerliche Majeſtät, den Land-Grafen von Thüringen und Marggrafen zu Meiſſen. Wäre es auch Sache, daß Wir, Unſere Nachkommen Unſerem Ertz-Stifft Mayntz, oder die Unſere unſertwegen die Oeffnung an B. obgenannte Burg und Stadt, wie vorgeſcrieben ſtehet, gebrauchen und da liegen würden, ſo ſollen ſie zu einer ieglichen Zeit beſtellen, daß Uns und an Unſere feil erkaufft um einen ieglichen Pfenning geſchehe, und werde ohngefehrde, und Wir Unſere Nachkommen oder Ertz-Stifft Mayntz, und die Unſern ſollen auch da ſeyn und liegen, beſüglich und ohne Schaden der Jhren, die den zu Zeiten in demſelben Schloß wehrende ohne Gefehrde, werde auch das Schloß B. als von der Oeffnung wegen in deſſen und des Ertz-Stifft Mayntz Sachen und Geſchäfften das Kund wäre verlohren, (das GOtt nicht wolle,) ſo ſollen Wir Uns mit demjenigen, der es alſo genommen hätte, nicht mit Frieden verwarten und verſöhnen laſſen, Wir hätten denn zuvorn dem berührten von G. oder ihren Leibes-Erben das vorgeſchriebene Schloß B. wieder gewonnen, oder ſonſt darzu geholffen in ihrer Gewalt zu haben, wie vorgeſchrieben ſtehet, ohne alle Gefehrde*, Dn. Fritſch *de Jur. Apert. C. 4. n. 5.* Aliquando vero etiam alicui in ca- 37
ſtro, in quo jura Superioritatis non habet, ex pacto ſeu fœdere competit, ibique magnum vinculum & fere ſubjectionem importat, non tamen per eam probari poteſt *die Landes-Fürſtliche Obrigkeit.* Quod 38
probatur exemplo Comitatus Ortenburgenſis, *daß die Veſtung und Graffſchafft Ortenburg dem Reich ohne Mittel unterworffen, nichts deſtoweniger dem Churfürſtlichen Haus Bayern die Veſte Ortenburg mit der Oeffnung und andern in viel Wege verbunden ſey.* Ut inde non immerito dici queat: *Die Oeffnung* eſſe fœdus inæquale, ubi unus alterius Majeſtatem non ſolum comiter obſervat, ſed & ejusdem cliens exiſtit. Beſold. *in Theſaur. Pract. verbo Oeffnung.* Aliud exemplum occurrit in arce *Kronberg*, in qua Haſſiæ Principes, licet arx extra territorium eorum ſita, jus aperturæ ex ſpeciali reſervato habent. Aliquando 39
etiam propter collatum feudum viciſſim is, cui illud collatum; loco ſervitiorum ſe obligat, ad arcem quam habet vel caſtrum Domino aperiendum; quod videre eſt in Comitibus de Sayn; ubi Hilarius Epiſcopus Trevirenſis in feudum concedit Comitibus de Sayn: caſtrum Sayna, An. 1152. ſub hac conditione: quod ſi nos guerram cum aliquo habere contingeret, contra quem nobis adjutorium præſtare non poſſint, de caſtro exire & ejus poteſtatem absque eorum exhæredatione nobis dare debeant, ita ut finita guerra ad caſtrum tanquam ſuum feudum redeant. *Acta Sayn contra Trier p. 26.* Principem ſu- 40
premum denique ob certas cauſas & ſuadente id utilitate publica poſſe caſtra deſtruere, & ſic jus ſuum ſubditis adimere, communis eſt DD. ſententia. Quod non de Imperatore tantum, ſed etiam de inferioribus Principibus intelligendum eſt, quia conſtat, idem poſſe in ſuo territorio, quod Imperator in imperio. Quomodo 41
autem caſtrum deſtrui debeat, Jus Saxonicum præcipit. *Land-Recht Lib. 3. Art. 68. ibique Gloſſa: Der Richter ſoll zum erſten mit einem Beil drey Schläge ſchlagen an eine Burg,*

Burg, oder an ein Gebäu, das mit Urtheile abzubrechen vertheilt ist, da sollen denn die Land-Leute zu helffen, mit hauen und mit räumen. Man soll sie aber nicht bornen, noch Steine noch Holtz von dannen führen, und auch sonst nichts, das darauf ist, es sey denn räublichen darauf geführet, und zeucht sich auch iemand darzu mit Recht, er führt es wohl von dannen. Den Graben und den Berg (al. die Brücke) soll man ebenen mit Spaten. Alle die in dem Gericht gesessen sind, die sollen dazu helffen drey Tage bey ihr selbst Speise, ob sie darzu geladen werden mit Gerüffte.

Prætereundum tandem non est Scholaribus male intentis, ut ridicule ait Boër *Decis. 320. num. 3.* castra licere ædificare in aëre ad nutum, etiam in Hispania, quia (*inquit*) aër est communis, sicut mare & littora maris. 42

CAPUT XIV.

DE PRÆDIIS FEUDALIBUS.

SUMMARIA.

1. *Magna pars prædiorum sunt Feudalia.*
2. *Variæ derivationes vocabuli Feudi.*
3. *Videtur Feudum quasi* Veeh-Oede *dictum.*
4. *Cui adstipulatur Tacitus.*
5. *Feuda originem debent Germaniæ.*
6. *Pleraque verba Feudalia ex lingua Germanica ortum trahunt.*
7. *Secundum formam Genericam Feuda ex jure Gentium originem trahunt.*
8. *Feuda primum fuere precaria & revocabilia.*
9. *Postea etiam ad hæredes transitoria.*
10. *Feudum quid sit?*
11. *Variæ divisiones Feudorum.*
12. *Feuda sunt vel propria vel impropria.*
13. *Prædium Feudale proprium.*
14. *Requisita Feudi proprii.*
15. *Feudum proprium est vel nobile vel ignobile.*
16. *Feudum nobile quid?*
17. *Estque vel Regale vel Non-Regale.*
18. *Regale dividitur in Ecclesiasticum & Seculare.*
19. *Feudum Ecclesiasticum quid?*
20. *Item Feudum seculare.*
21. *Feudum non regale.*
22. *Feudum ignobile.*
23. *Feudum ex pacto & providentia.*
24. *Feudum vetus.*
25. *Feudum novum.*
26. *Feudum est vel in curte Domini, vel extra curtem.*
27. *Feudum est vel masculinum vel fœmininum.*
28. *Feuda impropria quæ?*
29. *Feudum fœmineum.*
30. *Quid juris, si masculi & fœminæ conjunctim sint vocati.*
31. *Bona transitoria differunt a feudis fœmineis.*
32. *Prædium Feudale hæreditarium.*
33. *Feudum hæreditarium quoad Dominum propriam Feudorum naturam retinet.*
34. *In dubio præsumitur Feudum ex pacto & providentia.*
35. *Prædium F[eud]ale Francum.*
36. *Prædium feudale Censuale.*
37. *Feudum Laudemiale.*
38. *Feudum Quaternatum.*
39. *Feudum Guardiæ.*
40. *Feudum Castaldiæ.*
41. *Prædium feudale oblatum.*
42. *Feudum Pignoratitium.*
43. *Feudum injuratum.*

1 PErspectis jam prædiis, quæ servitio divino sunt dicata, itemque munitis, sequuntur plura genera, quæ humanis usibus serviunt; inter quæ, cum magna pars eorum Feudalia sint, merito etiam Feudalia in hoc tractatu locum sibi vindi-
2 cant. Et quia Feudistæ circa nominis derivationem mirum in modum variant, cum alii illud a vocabulo latino fungi, fœdus, fides, fundus, facere, advocatus; vel Germanico *Faide*, *Fehde*, quod est bellum, *Föden*, *Fuden*, pascere, alere, hinc Saxon. vox *Foder*, item *Voigt*, *Vogt* deducere volunt. Nobis tamen eorum placet deri- 3
vatio, qui a prisca voce *Oede* possessione, unde *Einöde*, uti supra *Cap. IX. de Prædiis allodial. num. 5.* & *Vieh*, quod Saxones *Veeh* efferunt, provenisse autumant, vel quod perinde est *Höde, Hued, Weid*, pascua, & *Vehhödten*, locus pascendis pecoribus aptus,

aptus, qui nihil aliud eſt, quam prædium. vid. Huld. ad Eiben. *in Elect. Jur. Feud. c. 1 §. 11.* & Autores ab eo allegatos. Hæc derivatio etiam cum inſtitutis veteris Ger-
4 maniæ quam proxime convenit; De qua Tacitus *de moribus Germanorum* teſtatur, quod ſit pecorum fœcunda, eæque ſolæ &
5 gratiſſimæ opes. Hincque patet, Feudum generoſiſſimæ matris Germaniæ prolem vere Germanam juſtamque eſſe. Quam ſententiam vix habere contradictores, aut ſaltem non legitimos, tradit Dn. Eiben.
6 *d. Tract. c. 4. §. 1.* Hoc etiam confirmant alia verba Feudalia principaliora, uti *Lehen*, quod deductum eſt a verbis *verleihen, leihen* vel *lehnen*, quod eſt commendare. Item a germanico *Vaſſen*, quod eſt obligare vel vincire, vocantur Vaſalli, vel Vaſſi, ut *in Capitul.* Caroli & Ludovici *Lib. 2. Art. 9.* Epiſcopis, Abbatibus ac Vaſſis noſtris, & omnibus fidelibus Laicis dicimus, ut comitibus ad juſtitias adjutores ſitis. *Et Art. 24.* Vaſſi quoque ac Vaſalli noſtri nobis famulantes volumus, ut apud omnes habeant honorem, ſicut a Genitore noſtro, & a nobis ſæpe admonitum eſt; & *in Legibus Bavaricis Lib. 3.* Sive Regis vaſſus ſive Ducis omnes ad placitum veniant. Hinc proprius eorum titulus in inferiori Germania *Vaſten*, in ſuperiori vero *Veſten* adhuc hodie obtinet. Sande *in Tractat. Feud. Prælimin. cap. 1. n. 19.*

7 Si tamen formam Feudorum genericam conſideres, dici poteſt, ea ex Jure Gentium originem trahere. Hoc enim ratio naturalis juncta neceſſitate publica exegit, ut militibus potiſſimum prædia ab hoſtibus occupata pro bene meritis concederentur, ſub conditione tamen fidelitatis, quo eo ſecurior eſſet Reſpublica, & illi ad patriam defendendam magis allicerentur. Deinde etiam ipſi contractus, per quos feuda conſtituta, ex Jure Gentium dependent. Accedit his Gentium plerarumque receptio ſeu approbatio. Nam in Aſia quoque apud Japponenſes feuda eſſe, ex Mauritio probat Dn. Stryck *in Exam. Jur. feud. cap. 1. qu. 1.*

8 Feuda autem ſuccedente tempore velut ætatum profecere acceſſibus, ut quæ primum erant precaria & ad arbitrium Domini revocabilia, hinc annalia, deinde ad vitam Vaſalli uſusfructus inſtar duravere, paulatim ad alios quoque transmitteren-
9 tur. Atque inde nata eſt illa Feudorum diſtinctio inter perſonalia, quæ cum perſonis Vaſallorum extinguebantur, ac realia, quæ ex conceſſionis proviſione ſucceſſorem habebant. Et primum quidem ea ſucceſſio deferebatur ſoli decedentium proli maſculæ. Deinceps vero paulatim poſtremi defuncti collateralibus agnatis, ex primo tamen acquirente per lineam maſculinam deſcendentibus, cum redemtionis onere ad Feudorum ſucceſſionem aditus, mox etiam illis agnatis in aliis Feudis absque iſto redemtionis onere ſucceſſio data eſt, quæ in jure Feudiſtico dicitur eſſe propria & genuina Feudorum conditio, forte quia mores & conſuetudines quaſi properantes per priores gradus hic velut in ſua perfectione longiſſimo tempore perſtitere. Nolumus autem hic omnia ad Feudorum conſtitutionem, acquiſitionem & amiſſionem pertinentia pertractare, lectorem benevolum ad ampliſſimum Feudiſtarum campum remittentes, ſed lubet tantum diverſas Prædiorum Feudalium ſpecies perſpicere. Eſt autem Feu- 10
dum nihil aliud, quam uſusfructus quidam Prædii vel rei immobilis, ex benevolentia Domini ſub conditione fidei & obſequii conceſſus. Dico rei immobilis, ſive ea proprie talis ſit, ſive jure pro tali habeatur, cujusmodi ſunt incorporalia & alia, quæ immobilibus annumerantur. *II. Feud. 23. in fin.*

In diviſionibus Feudorum admodum 11
diſcrepant Feudiſtæ. Alii quinque, Duar. *c. 4.* Alii decem, Ant. Cont. *in Method. Jur. Feud. c. 3.* Alii viginti, Rebuff. *in arbit. Feud.* Alii centum & decem Feudorum genera enumerant. Joh. Thomas de Marin. *de general. & qual. Feud. in proœm.*

Nos omnes iſtarum diviſionum ſpecies 12
ad duo ſumma genera reduci poſſe putamus, ut omne Feudum vel proprium ſit, vel improprium. Sub his enim duabus omnes reliquæ ſpecies comprehenduntur; & quot ſpecies Feudorum, tot etiam prædia ferme conſpiciuntur.

Prædium Feudale proprium igitur eſt, 13
in quo nullibi a communibus Juris Feudalis regulis receditur. *1. Feud. 7. & 2. Feud. 2.* Ad propriam autem Feudi na- 14
turam plurima pertinent, puta quod Feudi nomine præſtetur juramentum fidelitatis. *2. Feud. 3. in fin.* Quod hæres Vaſalli intra annum, vel etiam Vaſallus poſt obitum Domini renovationem inveſtituræ petere cogatur. *2. Feud. 24.* Quod maſculi tantum ſuccedant, *1. Feud. 8. §. 2.* Quod ſervi-

servitia personalia & quidem incerta præstentur. *II. Feud. 23.* Quod sine culpa Feudum vasallo auferri nequeat. *1. Feud. 21.* Quod saltem in immobilibus consistat, ut in prædiis, vel talibus, quæ ex civili ratione pro immobilibus habentur. Huc spectat jurisdictio, quæ conjuncta cum prædio immobilibus accensetur, & sic in Feudum simul dari potest. Dn. Stryck. *in Exam. Jur. Feud. c. 2. qu. 17.* plura vid.
15 apud Ludw. *c. 3. §. 2.* Distribuitur hoc Feudum proprium ratione effectus in no-
16 bile & ignobile. Feudum nobile est, quod ab eo, qui potestatem habet, cum voluntate nobilitandi concessum. Ludw. *Synopsf. p. 43.* Illa autem concedentis voluntas ex investiturarum tenore colligenda est, quæ si contraria apparet, nobilitas cum Feudo nobili non transit, si dubia, præsumendum potius Feudum una cum nobilitate concessum esse. Wurmf. *de Feud. impropr. Class. 2. Sect. 1. n. 15.* plura de hac
17 materia vid. *in cap. 12. de Præd. nobil.* Et hoc iterum duplex est, vel Regale vel non-
18 Regale. Feudum Regale est Feudum nobile, Supremi Principis autoritate concessum cum dignitate Regali. Et hoc iterum
19 est vel Ecclesiasticum vel Seculare. Ecclesiasticum est cum maxima dignitate Ecclesiastica conjunctum, ut Episcopatus, Abbatia, & vocabantur *Scepter-Lehn:* ideo quod investituræ olim per sceptrum fiebant. *Sächs. Land-Recht Lib. 3. Art. 60.* Verum de moderna observantia eundem modum investiendi non servari, sed
20 per ensem, tradit Wurmf. *d. l. n. 44.* Feuda secularia sunt Regna, Electoratus Seculares, Ducatus, Archiducatus, Land-Graviatus, Burggraviatus, Principatus, Comitatus, Baronatus. Nostro idiomate vocantur *Fahn-Lehn,* eo quod Feuda hæc Imperatores sub vexillis, in quibus depicta Insignia feudalium ditionum, in investituris conferre soliti fuerint, quæ tamen solennitas mutata est etiam hodie, ita ut Vasallus præstito fidelitatis juramento capulum ensis apprehendat, atque extremum ejus conum osculetur. Vid. hæc solennia *in appendice Exam. Jur. Feud.* Dn. Stryckii.

21 Feudum non-Regale est, quod confertur a Principe vel alio Superiorem recognoscente, cui data est illa potestas sive ab Imperatore, sive consuetudine, sive præscriptione acquisita, cum dignitate regali inferiori. Wurmf. *de Feud. Impropr. Class. 2. sect. 2. num. 45.*

Prædium feudale ignobile est, quod abs- 22
que nobilitate ejusque juribus concessum, ubi concedens vel noluit, vel non potuit simul nobilitatem conferre; vocatur etiam Feudum Burgense *ein Bürger- oder Bauer-Lehn,* in quo de consuetudine Saxonica solennia Feudalia non ita exacte considerantur. Sciendum tamen hic est, quod uti ab ignobili adquiritur feudum nobile, illud nihilominus maneat nobile, licet adquirens per hanc adquisitionem nobilitatem haud consequatur: Ita etiam Feuda ignobilia seu plebeja manent ignobilia, licet a nobili adquirantur, ac eodem jure ac iisdem oneribus æque nobilis illa possidet ac ignobilis. Struv. *c. 3. Aph. 8.* Ratione 23
formæ feudum proprium est feudum ex pacto & providentia, cui opponitur feudum hæreditarium, de quo *infra.* Est autem feudum ex pacto & providentia, quod sanguini confertur, & sine hæredum mentione, Germanice, *ein Stamm-Lehen;* dicitur autem hoc feudum ex pacto & providentia ipsius Domini & legis sive consuetudinis feudalis. Et quidem consequitur hoc Feudum successor non ex pacto ultimi, sed primi acquirentis, cui succedit, non illi. Barthol. Camerar. *in cap. Imperial. de prohibit. feud. alien. p. 45. lit. S.*

Porro ratione acquisitionis, Feudum 24
proprium est vel vetus, vel novum; Feudum vetus est, quod per successionem in aliquem est delatum. Feudum vero novum est, quod quis ipse primum acquisivit. *2. Feud. 32.* Hinc si prædium feu- 25
dale antiquum consensu agnatorum extraneo vendatur, tunc itidem novum fit, secus si in agnatum transferatur, quia huic jam per primam investituram prospectum est. Similiter si ex pretio veteris feudi aliud ematur, tunc iterum fit novum, cum pretium non succedat loco rei in singularibus. Limitatur tamen, nisi prius feudum consensu agnatorum eo fine venditum, ut feudum ex tali pretio de novo emtum antiqui naturam recipiat: Sed totum hoc in arbitrio Domini de novo feudo investientis consistit. Agnatorum enim consensus, licet prioris feudi venditionem confirmet, novo tamen nullam qualitatem superaddere potest. Dn. Stryck. *in Exam. Jur. feud. c. 3. quæst. 15.*

Deinde etiam feudum distinguitur ra- 26
tione situs, quod sit vel in curte Domini, vel extra curtem, *1. feud. 5. §. fin.* Feudum in curte est, quod constituitur in curte Domini, nam curtis hoc loco territorium signi-

significat. Extra curtem est in prædiis, quæ in alieno territorio Dominus habet, Ludw. *d. tract. c. 3.*

27 Ratione subjecti feudum proprium est masculinum, cui opponitur fœmininum. Feudum masculinum est, quod masculus primum acquisivit. Et hoc ita dicitur a primo acquirente, non a concedente. Hinc masculus a fœmina feudum masculinum, fœmina vero a masculo feudum fœmininum acquirere potest. Vult. *C. 8. n. 3.* De feudo fœminino postea inter feuda
28 impropria agetur. Jam sese offert magnus campus prædiorum feudalium impropriorum, quorum tot possunt constitui, quot modis a propria feudi natura recedi potest.
29 Ludwel. *c. 4.* Inter quæ primo loco feudum fœmineum sese oculis subjicit. Est autem Feudum fœmineum, de quo fœmina primum investita, *2. Feud. 30.* Dicitur Germanis *Weiber- oder Kunckel - Lehen.* Fœminæ enim regulariter feudorum capaces non sunt, utpote ad servitia inhabiles, *2. Feud. 36. in fin.* Ideoque Dominus investiens primum fœminam, videtur servitia ei remisisse; ut tamen per substitutum acceptabilem ea præstet. In successione autem feudi fœminei illis tantum aditus ad successionem patet, quando masculi defi-
30 ciunt. Hinc si in investitura vocatæ sint fœminæ & masculi conjunctim, veluti si quis fuerit investitus pro se & hæredibus masculis & fœminis, dubitare quis posset, annon juxta tenorem investituræ fœminæ simul cum masculis admitti debeant propter dictionem copulativam *Et*, quæ æqualiter conjungere solet, *l. 7. ff. de usufruct. accresc.* Sed & hoc casu deficientibus demum masculis fœminæ succedunt, Hartm. Pistor. *P. 2. quæst. 35. n. 13.* ex natura sc. feudi & præsumta contrahentium mente ac voluntate investientis. Etenim quia hæc est Feudi natura, ut masculis magis quam fœminis deferatur, masculoque existente, fœmina non succedat, *C. 1. in fin. de eo qui sibi vel hæred. suis mascul.* Quin & masculum in diversa linea & gradu remotiori existentem fœminæ hoc casu præferri docet Pistor. *d. quæst. 35. n. 18.* propter regulam generalem, qua fœminæ in Feudi successione locus non patet, donec masculus superest ex eo, qui primo de hoc feudo fuit investitus; quod præjudicio confirmat Carpz. *P. 3. Const. 28. def. 13.* Notandum denique, quod Feudum in dubio potius masculinum, quam fœmininum præsumatur. Ad naturalia enim feudi pertinet, ne fœminæ succedant. *§. fin. 1. Feud. 8.* Naturalia autem inesse præsumuntur.

Differunt etiam a Feudis fœmineis 31
bona seu prædia transitoria, *Reiß - Guth*, quæ nonnullibi, non tantum ubi masculi deficiunt, sed etiam ubi supersunt, contra naturam Feudorum fœmineorum in solas filias transeunt, & quidem secundum cognationem in specie sic dictam, uti constat ex sententia lata in Scabinatu Hallensi ad consultationem *M. U. C. zu Dieben*, mense Febr. Anno 1592. cujus verba huc spectantia sunt: *Seynd etliche Wiesen, sonst Reiß-Guth genannt, von eures Weibes Groß-Mutter verlediget, so ihrer Eigenschafft nach allein auf die Töchter und Spillmagen vererbet worden, eures Ehe-Weibes Groß-Vater aber solche erledigte Wiesen in seiner Töchter unmündigen Jahren, wie auch folgends eurer Haus-Frauen Mutter Bruder zu ihren Lehn-Guth nun fast in die N. N. Jahr dieselben gebrauchet, &c. Wofern ihr nun beweisen würdet, &c. So hättet ihr auch von wegen eueres Ehe-Weibes solches Reiß-Guth zu vindiciren.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 2. Aphor. 10. num. 10.*

Dein inter Feuda impropria non ulti- 32
mum locum occupat prædium Feudale hæreditarium. Est autem Feudum mere hæreditarium, quod pro se & hæredibus quibuscunque concessum, in quo perinde ut in rebus allodialibus succeditur, adeo ut in quemcunque hæredem etiam extraneum transeat; Germanis dicitur *ein eigenthümliches Lehn - Guth*, cui opponitur feudum ex pacto & providentia. Quoad Feudum autem hæreditarium nulla est inter agnatum & filium differentia, sed agnatus quoque Feudum hoc sine defuncti Vasalli hæreditate, cujus pars est, retinere nequit, cum hæreditas pro parte acquiri, & pro parte repudiari non possit, *l. ff. de acquir. vel amitt. hæred.* Similiter Pater in eo testari & disponere potest. Hartm. Pistor. *lib. 2. Quæst. 1. n. 61.* Perinde ut quælibet alia res hæreditaria in petitione hæreditatis venit, imo etiam cum fideicommisso universali transit, & filio in legitimam imputari potest. Wurms. *de Feud. impropr. Class. 3. sect. 5. num. 100.* In cæteris au- 33
tem, quæ non successionem hæreditariam, sed domini personam magis respiciunt, Feudum hæreditarium propriam feudorum naturam retinet, veluti quod sine consensu Domini alienari non possit, iisdem ex causis amittatur, quibus alia amittun-

tur

tur Feuda, & ut ad masculum tantum transmittatur, utpote ad servitia præstanda habilem; haud namque rarum est, ut, etiamsi pacto feudum aliqua ex parte sit immutatum, in reliquis tamen suam naturam conservet. Carpz. *Part. 2. Const. 47.*
34 *def. 1.* In dubio denique potius præsumitur Feudum ex pacto & providentia, quam hæreditarium, quia hoc naturæ Feudorum conveniens est, ac feudum hæreditarium fit per pactum, quod est facti, ergo non præsumitur, sed probari debet, præterea communis est juris Feudalis regula, qua feudum proprium, non improprium præsumitur. Wurmſ. *dict. l. n. 111.*

35 Huc etiam pertinet Prædium Feudale Francum, quod ita conceditur, ut nulla inde servitia præstentur, Germanice *ein Frey-Lehn*, a franc, id est, *frey*, ita dictum, unde etiam Franci Gens Germaniæ appellati, apud Siffridum Presbyterum. Cum Valentinianus Imperator quosdam populos, qui Alani dicuntur, vincere non posset, fecit edictum, ut, qui eos vincerent, decem annos a tributis liberi essent. Unde Teutonici hujus gloriæ cupidi illos strenue delerunt, & inde Franci appellati sunt. Epit. *lib. 1. p. 686. edit.* Joh. Pistor. Cum igitur a servitiis sit liber de ejusmodi Feudo investitus, non poterit quoque ob denegationem servitiorum Feudo privari. In cæteris autem Feudis illud habet veram Feudi naturam atque essentiam. Struv. *Cap. 4. ⊗. 9.* Ut autem Feudum francum sit, requirunt Dd. ut in investiturarum literis diserte sit expressum, absque servitiis concessum esse Feudum, quod se vidisse testatur Schneidew. de Feud. *p. 1. n. 53. & 54.* *Und dörffen uns davor keine Dienste leisten, wie denn ihre Eltern darvon unsern Vorfahren auch keine Dienste gethan und geleistet haben.* Si enim aliud actum non sit, res ita in Feudum data censetur, ac ordinaria Feudi natura requirebat. Ejusmodi Feuda sunt curiæ nobilium in Franconia Orientali, *freye Ritter-Leben oder Höfe*, item pleraque Feuda civibus concessa, de quibus ad nullum servitium præstandum Domino obligati sunt. vid. Ludwel. *Synopſ. Feud. c. 4. & autor. ab eo allegat.*

36 Inter Prædia Feudalia impropria etiam recensetur Censuale seu Pensionarium, quod Vasallus sub promissione fidei accipit, ita ut loco servitiorum certum censum vel pensionem quotannis præstet. Differt autem a prædiis censiticis, dum fides certa promittitur, & quod pensio loco servitii solvatur. Si vero quis prædium, ratione cujus pensio solvenda, teneat sine obligatione ad fidelitatem, tum istud non erit Feudum censuale, sed secundum diversam ejus conditionem vel ad censitica, vel ad Emphytevtica prædia erit referendum. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. Cap. 4. num. 10.* Refer- 37
tur quoque inter prædia Feudalia impropria Feudum Laudemiale, quando vel præter servitia laudemium certum sive canon exsolvendus, vel laudemium solum loco servitiorum præstatur; regulariter enim Feudum est beneficium, quod non sub pecuniæ prætextu, sed amore & honore Domini adquiri debet. *Cap. 1. pr. 1. Feud. 27.* De speciali autem consuetudine, præscriptione & ex pactis in Feudo interdum locum hodie habet laudemium, Rosenthal. *de Feud. cap. 6. concluſ. 66. num. 4.*

Affine huic est prædium Feudale qua- 38
ternatum, ubi loco servitiorum fructus pro mensa vel sustentatione Principis præstantur, appellatum a quaternionibus seu registris Regiæ Curiæ, in quibus descripta erant hæc Feuda; Germanice *Tafel-Lehn.* Improprium autem hoc Feudum esse ex eo patet, quod a natura proprii Feudi degeneret: Natura enim proprii feudi est, ut servitia de eo præstentur, *l. unic. §. 1. II. Feud. 55.* In Feudo autem quaternato non servitia, sed fructus pro collatione vel mensa Regis & Principis præstantur. Rosenthal. *Cap. 2. Concl. 79.*
Huc spectat etiam Feudum Guardiæ, quod 39
est, quando prædium certum Vasallo pro custodia assignatur, ut inde fructus ad dies vitæ, vel ad certum tempus percipiat. *1. Feud. 2.* dictum a Germanico *warten*, custodire, unde Guardiani, custodes. Improprium esse hoc Feudum ex eo patet, quod ad certum tempus concedatur, de propria autem natura Feudi est, ut sit perpetuum. *2. Feud. 23. quibus ex cauſ. Feud. amitt.* Ideoque ad hæredes non transit, si ante concessum tempus moriatur Guardianus, quia Feudum est mere personale, quod extincto Guardiano omnino exspirat. Ejusdem ferme naturæ est Feudum 40
Castaldiæ, quod est, quando prædium loco mercedis pro administratione negotiorum domini vasallo conceditur, *1. Feud. 2.* ita dictum a Castaldo, i. e. Oeconomo seu administratore rei familiaris, cui committuntur negotia & bona Dominorum agenda, gubernanda & custodienda. Postea

vero latius extensa significatio, nempe ad civitatum quoque præfectos, quomodo occurrit in legibus Longobardicis Castaldius Regius, Lindenbrog. *in Glossar.* & apud Historicos, Dux, Marchio, Comes, Castaldius. Sigon. *de Regn. Ital. Lib. 8. p. 198.*

41 Feudum etiam improprium fit, quando Nobiles aliique allodialia sua prædia, pagos vel ditiones potentiori alicui offerunt, & postea ab eo iterum feudi nomine recognoscunt. Germanis dicitur Feudum oblatum, *ein aufgetragen Lehn.* Exemplum hujus feudi habemus in Comitatu Waldecensi, *da die Graffschafft Waldeck, so derselben Grafen ein eigen Erbe war, Anno 1434. dem Herren Land-Grafen in Hessen resigniret, und wiederum zu einem rechten Erb-Mann-Lehn geliehen worden, Deduction Herrn Land Graf Moritz. cap. 2.* Idque faciunt Nobiles, ut commodius & utilius se & ditiones suas tueri possint. Wurmſ. *de feud. impropr. Claſſ. 3. ſect. 8.*

Improprium Feudum quoque est præ- 42
dium feudale pignoratitium, quando Dominus accepta certa pecuniæ summa, sed reservata sibi reluendi facultate, aliquem investit, dicitur *ein Pfand-Lehn.* Improprium autem est feudum, quia non gratuito, sed pecunia accepta constituitur, & pecunia restituta redimi potest. Feuda autem propria gratuita & perpetua esse debent. Zasius *de Feud. pag. 12. num. 19.*

Quoad modum denique acquirendi, im- 43
proprium feudum est injuratum, cum de natura feudi sit, ut acquisiturus feudum juramentum fidelitatis præstet. Quia autem multo pluribus modis a propria feudorum natura potest recedi, ideoque lectorem hujus materiæ cupidum ad ampla Feudistarum volumina remittimus.

CAPUT XV.

DE PRÆDIIS EMPHYTEVTICIS.

SUMMARIA.

1. *Emphytevsis unde dicta?*
2. *Dupliciter datur prædium in perpetuum.*
3. *Prædium Vectigale & Emphyteuticum sunt Synonyma.*
4. *Emphyteuticus contractus formam a jure civili habet.*
5. *Ejus origo apud Romanos.*
6. *Emphytevsis quid sit?*
7. *Tantum cadit in prædia rustica.*
8. *Et olim non nisi sterilia.*
9. *Hodie cultissima possunt in Emphytevsin dari.*
10. *Est contractus nominatus.*
11. *Item bonæ fidei.*
12. *Ad substantiam Emphytevseos scriptura non requiritur.*
13. *Qui possint prædia in Emphytevsin dare?*
14. *Jus Domini Emphytevseos.*
15. *Ad quæ obstrictus sit Emphytevta?*
16. *Emphytevta obligatus est fructus prius domino offerre.*
17. *Dominus jus suum pro lubitu alienare potest.*
18. *Competit Domino jus Protimiseos in bonis Emphytevtæ.*
19. *Etiam fœminæ Emphytevsin accipere possunt.*
20. *Item Minores & Pupilli.*
21. *Emphytevtæ jus in quo consistat?*
22. *Ex vivario poterit feras capere.*
23. *Item pisces ex piscina, modo numerus per substitutionem conservetur.*
24. *Similiter Sylvam cædere potest.*
25. *Emphytevta tenetur collectas solvere.*
26. *Potest rem Emphyteuticam in alium transferre.*
27. *Dummodo consensum Domini requirat.*
28. *Emphytevta absque consensu Domini potest donare prædium.*
29. *Quibus modis constituatur Emphytevsis.*
30. *Merces, pensio, census, quomodo differant?*
31. *Unde cognoscatur qualis sit contractus.*
32. *Hic contractus plerumque literis concipitur, certisque pactis nititur.*
33. *Emphytevsis concessa filiis censetur & concessa filiabus.*
34. *Modus concedendi Emphytevsin.*
35. *Novus Emphytevta laudemium solvere cogitur.*
36. *Quantitas laudemii.*
37. *Quibus casibus laudemium solvendum?*
38. *Jus successionis Domini defuncto colono.*
39. Haupt-Recht, Haupt-Fall *quid?*

40. *Em-*

40. *Emphytevsis quomodo finiatur?*
41. *Consolidatione finitur Emphytevsis.*
42. *Item si Emphytevta rem reddat deteriorem.*
43. *Item finitur interitu rei.*
44. *Item lapsu temporis præfiniti.*
45. *Quid juris, si de investitura non constet?*
46. *Finitur Emphytevsis, si canon justo tempore non solvatur.*
47. *Interpellatio non necessaria.*
48. *Amittitur Emphytevsis, si pars pensionis non sit soluta.*
49. *Cui incumbat probatio.*
50. *Dominus canonem pro lubitu non potest augere.*
51. *Licet prædium auctius reddatur.*
52. *Emphytevta cogi non potest, ut aliud pro alio solvat.*
53. *Emphytevsis absque consensu Domini alienata amittitur.*
54. *Licet fiat ex ignorantia juris.*
55. *Modo traditio secuta sit.*
56. *Quid in alienatione Emphytevseos de jure Saxonico obtineat?*
57. *Parte fundi Emphytevtici vendita, nihilominus poterit ex ea integrum canonem petere.*
58. *Similiter Emphytevta non poterit transigere de re Emphytevtica.*
59. *Item nec compromittere.*
60. *Servitutem tamen Emphytevta imponere potest.*
61. *Usumfructum alteri Emphytevta concedere non potest.*
62. *Emphytevta ex sylva vineam facere non potest.*
63. *De jure stricto non requiritur sententia declaratoria contra Emphytevtam.*
64. *Sed tamen de æquitate.*
65. *Dominus potest certis ex causis Emphytevtam propria autoritate expellere.*
66. *Si Emphytevta contradicat, requiritur summaria causæ cognitio.*
67. *Remedia ordinaria contra Emphytevtam resistentem.*
68. *Consuetudo, qua emphytevtæ bona æstimantur,* wird ausgeschätzet.
69. *Ut canon duplicetur, non ubique permittitur.*
70. Rutscher-Zinss *de jure Saxonico permissus.*
71. *Dominus talem canonem* Rutscher-Zinsen *ipse tenetur a domo Emphytevtæ petere.*
72. *Amisso Instrumento concessionis, quomodo Emphytevsis probetur?*
73. *Optima probatio fit per literas reversales ab Emphytevta datas.*
74. *Substitutus Emphytevtæ possessionem a Domino directo petere debet.*
75. *Thesaurus in fundo Emphytevtico repertus pertinet ad dominum directum.*

1 Sicuti Vasallus in Feudali, ita Emphytevta in prædio Emphytevtico participat cum jure utendi fruendi de proprietate, diciturque habere Dominium utile. Emphytevsis autem a Græco verbo ἐμφυτεύω dicta, quod est implanto, insero, 2 & breviter, melioro. Datur enim hic duplici ratione alicui prædium in perpetuum, ut res labore, cultura & sumtu me-3 lioretur, & certa pensio solvatur. Prædia Emphytevtica autem & vectigalia eadem esse, ex eo liquet, quoniam in Pandectis Florentinis ita Titulus habet: Si ager Vectigalis i. e. Emphytevticarius petatur; uti etiam explicatur in *l. 15. pr. ff. qui satisd. cog.* & quia utriusque agri, puta Vectigalis & Emphytevticarii, eadem est definitio. Etenim quæ definitio est agri vectigalis in *d. l. 1. ff. Si ager Vectigalis.* eadem est agri Emphytevticarii *in §. 3. Inst. de locat. cond.* Constat autem definitionem id ipsum esse quod res est quæ definitur, ut quorum definitiones eædem sunt, ea quoque inter se necesse sit eadem esse. Harp. *add. §. 3.* Ludwel. *Exercitat. 13. th. 7.* Gölniz. *de Regal. Vectigal. Jure c. 2. n. 2.* Et quamvis hic contractus antiquissimus 4 sit, & apud omnes ferme Gentes celebratus, propriam tamen naturam, nomen & definitionem atque formam, a Jure Civili, & ex Zenonis constitutione accepit *l. 1. C. de Jure Emphytevt.* Antea enim ad locationem videbatur pertinere, propter pensionem annue præstandam, & dominium quod manet penes concedentem; ad venditionem vero, si finem & causam ejus inspicias, quæ est, ut rem accipiens quodammodo ut suam habeat, Zoës. *ad Tit. Locat. Conduct. num. 53.* Verisimile quippe est, 5 hoc jus, quod antea in publicis maxime rebus frequens erat, Zenone Imperium tenente, inter privatos quoque usui cœpisse, cum eo tempore per Vandalorum, Gothorum, Rugionorum & aliarum barbararum gentium incursiones Italia, Africa & magna Romani Imperii pars ubique devastaretur, sicque agri deserti & metu hostilium bellorum otiosi jacerent, idcirco Princi-

Principes illius sibi sumserunt curam, cer-
tamque ei formam & naturam dederunt,
& nomine pulchro adornarunt, quo vide-
licet ejus crebrior fertiliorque usus esset,
usque, quod præcipuum est, agri deserti
& præ pulvere bellico pigritantes ad pri-
stinum reducerentur cultum, de quo scri-
bit Appianus, ***lib. 1. de bello civili.***
6 Est autem Emphytevsis Dominium
utile in prædio, ab ejus Domino sub con-
ditione pensionis certæ & meliorationis
in recognitionem dominii dicti solvendæ,
alicui concessum *l. 1. & 2. si ager Emphyt.*
7 *l. 1. C. de Jur. Emphyt.* Prædium autem
hoc loco intelligitur rusticum, non urba-
num, quia finis Emphytevseos est melio-
ratio, quæ vix in prædia urbana cadit. *arg.*
tit. ff. Si ager. Vectig. pet. Perez. *ad Cod.*
8 *de Jure Emphyt. n. 3.* Et quamvis olim
non nisi sterilia & squalentia prædia in
9 Emphytevsin dabantur: Hoc tamen non
impedit, quin hodie cultissima & fertilis-
sima possint concedi, quia ratio meliora-
mentorum, quamvis causam dederit in-
ventioni contractus, fuit impulsiva, non
vero finalis, ut ea cessante contractus eva-
nescat, idque postea praxis & usus homi-
num verum esse indicavit, unde Imperat.
Justinian. *§. 3. Instit. Locat.* & Imperat.
Zeno *in l. 2. h. t.* de infertilibus & sterili-
bus prædiis mentionem non fecerunt.
Alvar. Valasc. *de Jur. Emphyt. Quæst. 2.*
num. 4.
10 Certum insuper est, hunc contractum
esse nominatum, quia proprium & alteri
non conveniens nomen habet. *§. 3. Inst.*
Locat. cond. & Tot. Tit. Cod. de jure Em-
phyt. nec inter contractus innominatos
reperitur, ac ei propria actio Emphytev-
ticaria competit; Item bonæ fidei, quo-
niam perpetua quædam locatio ut pluri-
11 mum censetur, *d. §. 3.* Bonæ fidei autem
contractibus locatio annumeratur.
12 Ad substantiam autem ejus scriptura
præcise non requiritur, tum per regulam
vulgatam, quod scriptura ad rei gestæ
substantiam necessario non requiratur.
l. 4. ff. de pignor. tum quia in contractu
Feudali scriptura non requiritur, *Cap. 1.*
quid sit investitura. 2. Feud. 2. Argumen-
tum autem a Feudo ad Emphytevsin pro-
cedit. Everh. *in Top. leg. loco a Emphyt.*
ad Feud.
13 Prædium in Emphytevsin potest dare
quilibet habens rei dispositionem, dicitur-
que Dominus superior seu directus. Unde
pupilli & similes non dant, ne quidem tu-
torum aut curatorum auctoritate, ex ra-
tione, quod in Emphytevsin non dentur
nisi res immobiles, quarum alienatio pro-
hibita, nisi causa subsit & accesserit decre-
tum. Consistitque jus Domini Emphy- 14
tevseos præterea in eo, quod ipsum Em-
phytevta pro Domino superiori recogno-
scere debeat, ac inde 1. obstrictus sit ad ca- 15
nonem annuatim præstandum, 2. ad reno-
vandum contractum & laudemium solven-
dum, & 3. ad impetrandum consensum in
alienatione rei Emphytevticæ. Quod 16
Dd. ita extendunt, ut etiam colonus obli-
gatus sit fructus perceptos prius Domino
offerre, antequam aliorsum vendat, per
l. 1. C. de Metallariis & metallis. Barth. *ad*
d. l. Dominus vero pro lubitu jus suum 17
absque consensu Emphytevtæ alienare
potest. Carpz. *P. 2. c. 39. def. 10.* Com- 18
petitque præterea illi jus Protimiseos in
bonis Emphytevticis. *l. fin. §. Sed ne hæc.*
C. de Jur. Emphyt. Joh. Koppen. *Decis. 52.*
num. 4. ita, ut, si Dominus directus cum
agnato proximo rem Emphytevticam jure
consuetudinis retrahere volente concur-
rat, præferatur agnato. Berlich. *P. 2.*
Concl. 39. n. 4. & Decis. 98. Quia scilicet
consolidatio Dominii directi & utilis est
promovenda. Ant. Fab. *in Cod. lib. 4.*
tit. 24. def. 59. Dari potest in Emphy- 19
tevsin quibuslibet, etiam fœminis, cum &
ea quæ Emphytevsis requirit, præstare fœ-
mina possit. Etiam minoribus, imo pu- 20
pillis, in quibus videtur opus autoritate
tutoris, ne temere se obstringant condi-
tionibus & pactionibus hac in materia addi
solitis. Emphytevtæ vero, qui dicitur 21
Dominus utilis seu inferior, jus in eo con-
sistit, quod instar Domini sit, adeoque
omnes obventiones, fructus & commoda
ex re Emphytevtica percipiat. Hinc si 22
in prædio Emphytevtico sit vivarium, in
quo feræ capi solent, Emphytevta in eo
venari potest, dummodo ferarum nume-
rus, qui fuit, eo tempore, quo Emphytev-
sis fuit concessa, per singula genera con-
servetur, *per l. 62. §. 1. ff. de Usufructu.* Si 23
item in fundo Emphytevtico sit lacus,
stagnum vel piscina, in quibus pisces, ut
ibi multiplicentur & crescant, habeantur,
reditus piscationum ad Emphytevtam per-
tinere non dubium est, *arg. l. 9. §. 5. ff. de*
usufr. Ratio est, quia pisces, qui in
stagno sunt, ut ibidem multiplicentur &
crescant, ad instar fructuum pendentium
pars fundi dicuntur, ideoque usufructua-
rius Emphytevta, Vasallus & similes
piscando

piscando iis frui possunt, ita tamen, ut piscium numerus subinde per substitutionem conservetur. Guid. Pap. *decis. 91. n. 4.*
24 Similiter si inter alia bona Emphytevtica sit sylva cædua, Emphytevtæ ex ea arbores & ligna excidere licet, si modo frugiferis & grandibus arboribus parcat, cædendoque consuetum usum non excedat,
25 *l. 10. l. 13. ff. de Usufr.* Hinc etiam omnia onera sustinere, atque tributa & collectas, aliasque publicas pensitationes solvere, *l. 2. C. de Jure Emphyt.* nec non damnum particulare tenetur ferre, *l. 1. C. h. t.* adeoque ipsi etiam non remittitur pensio seu canon ob sterilitatem vel incursionem hostium, nisi quis re plane uti non potuerit. Carpz. *lib. 1. Resp. 91.*
26 Porro potest Emphytevta vi dominii sui rem ipsam pro lubitu tractare, & ad usum proprium aptare, *l. 1. & 2. C. h. t.* imo etiam jus Emphytevticum in alium transferre, ita tamen ut Domini consensus
27 sit requirendus, hic vero novum Emphytevtam suscipere teneatur, *l. fin. C. de Jur. Emphyt.* Plane citra Domini præjudicium eo etiam inconsulto legare, institutionis
28 titulo relinquere, vel etiam donare prædium potest Emphytevta; tametsi enim donatio species sit alienationis, ex mera tamen liberalitate procedit, cum Emphytevta nulla remunerandi spe adductus malit de alio bene mereri, quam de domino, cujus consensus frustra requiritur, cum idoneum donatarium repellere non possit, facit quod in *l. 3. C. de Jur. Emphytevtico* mentio fiat pretii, quod solius venditionis proprium est, itaque sine denunciatione vendere prohibetur Emphytevta, sed non donare, cum non tam facile quisquam donet quam vendat. In hoc rei pretium captatur, in illos res perditur, *l. 7. ff. de donat.* Sic non prohibetur donare mulier, fidejubere prohibetur, *l. 4. in fin. ff. ad SCtum Vellej.* Decuriones nihil vetat prædia donare, vendere sperato licet, pretio non licet, *l. 1. l. fin. C. de Præd. Decur.* Perez. *ad Tit. Cod. de Jur. Emphytevt. num. 9.* Tenetur porro Emphytevta Domino honorem & reverentiam exhibere, quia sicut liberto persona patroni sui sancta & honesta videri debet, *l. libert. de obsequ. a lib.* ubi glossa id extendit ad discipulum: Ita non minus de Emphytevta, quam de vasallo idem concludendum erit. Eberh. *in loc. 25. num. 7.* Huc referenda sunt servitia sive operæ rusticæ, quas non tantum homines proprii, quibus ea adscribit Husan. *cap. 6. num. 53.* sed etiam liberi coloni de consuetudine dominis suis præstare tenentur. Treutl. *2. disp. 2.* ⊙ *4.* Unde dictæ sunt *Frohn-Dienste* a sacro, quia *Frohn* sacrum denotat, Wehner. *in verb. Ding notel.* a quo etiam apparitor dicitur *ein Frohn-Bothe. Art. 56. lib. 3. Land-Recht.* Gryph. *Oecon. Leg. L. 1. c. 30. n. 140.*

Constituitur igitur hoc jus per pacta, 29
contractus, vel etiam ultimas voluntates, præterea etiam præscriptione longi temporis acquiritur Emphytevsis, vel etiam longissimi, secundum casuum diversitatem. Sciendum vero est, quod etiam opus sit singulari contractu Emphytevtico, per quem promittitur canon seu pensio. Quamvis autem Germanicum verbum 30
Pacht proprie pensionem denotet, quam Emphytevta præstat, sicuti *Zins* illam, quam præstat censuarius; illud a latino pacto, hoc a censu corruptum: Merces autem *Lohn*, quæ præstatur in contractu locationis conductionis; unde concludit Valasc. *de Jur. Emphyt. qu. 9. n. 28.* censeri contractum locationis conductionis, si merces solvatur; emphytevticum, si pensio; censuarium, si census; quia pensio præstatur ex re aliena, census ex propria: Tamen hæc omnia non ita stricte observantur, sed plerumque tam latina quam Germanica vocabula promiscue accipiuntur, pro subjecta materia. Joh. Gryphiand. *Oecon. Leg. Lib. 1. c. 30. n. 33.*

Itaque recte statuit Menochius *lib. 3.* 31
præsumt. 15. n. 10. quod ad cognoscendam qualitatem contractus magis effectum, quam verba spectemus, veluti ex quantitate pensionis, quia quantitas pretii habet in se æstimationem, qualis sit res. Unde si pensio sit modica, præsumitur esse contractus Emphytevticus, si vero correspondeat fructibus, dicitur locatio conductio. Clarus *in §. Emphytevsis qu. 1. n. 5.* Itaque Frid. Mart. *de Jure Censuum c. 1. n. 194.* ex consuetudine regionis id judicari vult, quis contractus sit frequentior, ut ille intervenisse censeatur; veluti si contractus Emphytevtici in aliquo loco sint frequentes, rari autem censuales, ut tunc pro Emphytevsi concludatur, quod si utrobique eadem ratio militet, tunc in dubio potius contractus emphytevticus, quam locationis conductionis censetur, censualis potius quam Emphytevticus, quia scilicet prævalet præsumtio, quæ ad libertatem inclinat,

inclinat, & minus nocet, Rosenth. *L. 10. concl. 1. n. 23.*

32 In Germania communiter certis quibusdam pactis nititur hic contractus, quæ plerumque investituris *in dem Erb-Beständniß* inferuntur, & secundum eandem regulantur, hincque obligatio ultro citroque, quid videlicet directus & utilis dominus sibi mutuo debeant, nascitur. Coler. *de Jur. Emphytevt. c. 2. n. 4.* Quantitatem canonis justam esse docent Dd. quæ in viginti annis collecta conficit rei æstimationem. Alv. Valasc. *de Jur. Emphyt. Quæst. II. n. 2.*

33 Quando Emphytevsis Sempronio & ejus filiis data, filiabus quoque concessa intelligitur, nec ad solos filios duntaxat pertinet, ut his mortuis ad Dominum filiabus exclusis redeat, quia regulariter masculinum etiam concipit fœmininum, & filii appellatione etiam filia comprehenditur, *l. 16. ff. de Testament.* Fachin. *lib. 8.*
34 *Controv. c. 97.* Constituitur autem Emphytevsis ab initio tam cum quam sine pretio, & servatur talis differentia, ut si prædia, quæ alicui in Emphytevsin constituuntur, sint fertilia, quibus quis ipse superesse non potest, certo pretio ab initio soluto, & singulis annis cum canone solvendo concedantur, & hoc maxime in iis prædiis usu venire solet, quæ seminata sunt. Prædia vero sterilia saltem cum canone annuo plerumque locantur, salvo tamen jure augendi canonem, & sane durum esset, si emphytevta necessario ab initio certam summam pro sterili fundo solvere teneretur, cum Domino sufficere debeat, quod omnes labores culturæ, & onera prædiorum ferat, dominoque canonem sine omni suo sumtu solvat, prædiaque finita Emphytevsi meliora restituat, Coler. *de Jur. Emphyt. cap. 3. n. 12.*

35 Alienato prædio emphytevtico in alium, novus ille Emphytevta, in quem sive contractu sive testamento transfertur Emphytevsis, domino laudemium solvere tenetur, quod olim erat quinquagesima pars prædii,
36 *l. ult. C. de Jur. Emphytevt.* Hodie regulariter pro singulis centenis pretii quinque præstantur. Quibusdam vero locis majus laudemium est introductum, ita nimirum, ut pro centenis decem debeantur. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. C. 10. Aph. 12. n. 9.* Sicut autem tota laudemiorum ratio a consuetudine dependet, ita quoque eorum quantitas ab asserente certam quantitatem probanda. In quibusdam vero 37
locis solum in translatione in extraneum laudemium est præstandum, quibusdam vero locis etiam in casu, quo ab intestato liberi aliive hæredes succedunt, solvendum est, ita nimirum consuetudines locorum variant. Carpzov. *P. 2. Const. 38. def. 19. & seq.* Laudemio fere affine est jus suc- 38
cessionis, quod in bonis coloni demortui sibi vendicat Dominus. Husan. *de homin. propr.* Ubi non ad succedentes, sed ad 39
Dominum prædium Emphytevticum revertitur, alicubi etiam Dominus optimum ejus pecus, ut equum vel bovem, requirit. Unde dictum est *Haupt-Fall, Haupt Recht,* quod tamen quandoque dimidia vel tertia parte pretii redimitur, Mager. *de Advoc. armat. c. 6. n. 755.* In ejus Juris recognitionem solvitur quotannis gallina, item avena, quæ dicitur *Haupt-Hafer.*

Finitur denique vel amittitur Emphy- 40
tevsis tum ex causis communibus, tum ex causis propriis. Causa communis est
1) Consolidatio, quæ fit moriente Emphy- 41
tevta nullis relictis successoribus: Item præscriptio, sive dominus rem debito modo & tempore possidens contra Emphytevtam, sive Emphytevta contra Dominum, denegationi canonis acquiescentem, præscribat. Requiruntur autem hic, tanquam in re incorporali triginta anni; in foro Saxonico autem præscriptio prædii Emphytevtici triginta & uno annis cum sex septimanis & tribus diebus perficitur. Carpzov. *P. 2. Const. 3. Def. 17.* Renunciatio seu cessio, si Domino iterum jus suum cedat Emphytevta.

Amittitur Emphytevsis 2) si Emphy- 42
tevta dolo culpave lata rem reddat insigniter deteriorem, Authent. *qui rem. C. de SS. Ecclesiis,* ut arbores fructiferas incidendo, *l. 13. §. 4. ff. de usufr.* Lex enim hujus contractus est rem meliorare. Hinc tria requirunt Dd.: Ut sit deterioratio notabilis, modicum enim non curat Prætor. *l. scio. ff. de in integr. restit.* Ut sit deterioratio, quæ respiciat Emphytevsin perpetuo, non ipsos fructus, qui ad Emphytevtam pertinent; Et ut ista deterioratio fiat dolo, latave culpa vel levi, levissima enim Emphytevtæ non imputatur, Coler. *de jure Emphyt. Cap. 9.*

3) Interitu rei, si scilicet in totum res 43
Emphytevtica perierit, alias si pro parte tantum, nihilominus jus ipsum in qualibet ejus parte remanet. *l. 1. C. de Jur. Emphyt.*

Hinc

Hinc si prædium aliquod in Emphytevsin datum una cum superficie, forte Chasmate, periit, etiam jus Emphytevticum periit, cum nulla res supersit amplius, in qua jus illud locum habere possit. Harprecht. *ad Tit. Inst. de locat. Conduct. num. 554.*

44 4) Lapsu Temporis præfiniti, *l. fin. C.*
45 *si ager Vectig.* Sed quid si in investitura non fiat mentio, quousque & quando ea finiri debeat, quod etiam tunc contingere potest, quando literæ investituræ amissæ, aut vetustate obliteratæ, aut casu fortuito perierunt, ita ut ignoretur, quomodo primus contractus sit initus: Sed hisce casibus dubiis recurrendum est ad consuetudinem concedentis, ita ut si Dominus directus concedens solitus sit Emphytevses in perpetuum vel ad tertiam generationem concedere, quod tali casu modo præfato præsumendum sit, si vero de consuetudine domini non constat, tunc præsumitur concessio secundum consuetudinem regionis facta; *arg. l. si fundus. ff. de Evict.* Si vero de consuetudine concedentis vel regionis non apparet, & consuetudines difformes sunt, tunc Emphytevsis perpetua præsumitur, quia natura translationis dominii est, ut perpetuo duret, *l. fin. C. de Legib.* Coler. *c. 4. n. 2.*

46 Propria causa, ob quam specialiter jure suo Emphytevta cadit, est: (1) Si canon in Ecclesiastica Emphytevsi intra biennium, *C. ult. de locat. conduct.* in Seculari intra triennium, *l. 2. C. de Jur. Emphyt.* non solvatur, ubi tamen causæ cognitione opus est, nec potest propria autoritate expellere Dominus Emphytevtam, nisi ipse jurisdictionem quoque habeat. Quo casu etiam Dominus poterit canonem ipse apprehendere, vel pignora eo nomine capere; idque consuetudini Austriæ convenire, tradit Finsterwald. *Lib. 2. Obs. 48.* Est vero in arbitrio Domini, velitne canonem exigere, an vero ad privationem agere. *l. 2. C. de Jur. Emphyt.* Hæres autem Domini ad rei privationem agere nequit, *arg. l. 7. C. de revocand. donat.* Cæterum antequam Dominus de canone non soluto conqueratur, Emphytevta offerendo canonem moram purgare, & pœnam caducitatis evitare potest. *d. cap. ult. de Locat. Conduct.* Carpz. *P. 2. Const. 38. def. 11.*

47 Amittitur porro Emphytevsis, etsi Emphytevta a prædii Domino nunquam sit interpellatus, *C. potuit. X. de locat.* quia neminem oportet conventionem vel admonitionem expectare, sed unumquemque decet ultro offerre se, & debitum spontanea voluntate persolvere, *l. 2. C. de Jur. Emphyt.* quia, inquam, unusquisque ea, quæ promisit, in memoria sua servare debet, nec exposcere, ut ab aliis sibi manifestentur, & dies quoque interpellat pro homine, *l. 12. in fin. C. de contrah. & commit. stip.* Hæc conclusio etiam locum habet, 48
etiamsi Emphytevta non totam pensionem, sed tantum partem ejus non solverit, *arg. l. 85. §. 6. de Verb. Oblig.* Ratio est evidens, tum quia conditio, si pensionem non solvit, est individua & negativa, quæ si in parte deficit, in totum falsa redditur, *l. 56. ff. de Cond. & demonstrat.* Tum quia partis solutio fieri non potest invito creditori, atque proinde neque hic domino, *l. 41. §. 1. ff. de Usur.* Tum quia pensio in recognitionem Dominii solvitur, unde Emphytevta dominum contemnere dicitur, si non integram pensionem secundum legem conventionis persolvit. Ubi enim ex conventione sive pacto expresso aut tacito aliquid debetur, etiam minimum attenditur. Elbert. Leonin. *in l. 2. C. de Jur. Emphyt. num. 5.*

Quæri hic potest, utri probatio incum- 49
bat, si Emphytevta dicat, se solvisse canonem, Dominus vero neget? Emphytevtæ incumbere rationabile est, quia solutionem alleganti tanquam affirmanti incumbit probatio solutionis, *l. ult. C. de solut.* Marcian. Socinus *Cons. III. n. 15. Vol. 2.*
Dominus autem Emphytevseos canonem 50
non poterit pro lubitu augere, licet fructus & commoda eum multum superent; ratio est, quia pensio seu canon non præstatur propter rei usum, sed propter dominii recognitionem, ad quam contrahentes potissimum respicere solent. Ex quo 51
porro fit, quod licet prædium Emphytevticum meliorationibus, auctius & pinguius reddatur, Canon tamen augeri non debeat, sed melioramenta in commodum Emphytevtæ cedant. Carpz. *P. 2. Const. 88. def. 22.* Imo Emphytevta non cogi pot- 52
erit, ut aliud pro alio solvat, v. g. pecuniam pro frumento vel gallinis, quæ omnia præjudiciis confirmat, ac de consuetudine Austriæ ita servari tradit Finsterwald. *Obs. Pract. Lib. 2. Observ. 39.*

Propria etiam causa est, ob quam spe- 53
cialiter jure suo cadit Emphytevta, si Emphytevsis absque consensu Domini fuerit alienata, tum enim Domino directo liberum

rum eſt rem quaſi commiſſam revocare, nullo etiam pretio emtori reſtituto, *l. Ult.*
54 *C. de Jur. Emphyteut.* Quæ concluſio ampliatur, etiamſi juris ignorantia lapſus Emphyteuta prædium Emphyteuticum non conſentiente Domino alienavarit, *arg. l. 9. C. de leg.* Imo nec ruſtico quidem, mulieri & militi jura contractus ignorare
55 licet. *l. fin. C. de Jur. & fact. ignor.* Quod tamen de alienatione ac traditione reali omnino accipi debet: alioquin etiamſi Emphyteuta inſcio Domino prædium Emphyteuticum vendiderit, ſi tamen ad traditionem realem nondum proceſſerit, nec dominium tranſtulerit, jure eum ſuo non privari crebrius placuit, *arg. c. Imperialem. §. callidis. 2. Feud. 54.*

56 Hinc in foro Saxonico vix datur caſus, quo Emphyteuſis ob alienationem ſine conſenſu Domini factam amittitur, quia reſignatione judiciali non interveniente, res perfecte non cenſetur tradita. Si ergo Dominus directus reſignationem fieri patiatur, & ſic traditionem Emphyteuſeos judicialiter confirmet, nemo ejusmodi alienationem invito domino factam affirmabit, quod & præjudicio confirmat Carpz. *P. 2. Conſt. 38. def. 13.*

57 Si Emphyteuta partem aliquam fundi Emphyteutici diviſim vendat, tunc annuus canon pro rato non dividitur, ſed Domino electio competit, adverſus quem fundi poſſeſſorem etiam diviſim & pro parte tantum poſſidentem velit pro integro canone in ſolidum agere, ſic ut diviſionis beneficium poſſeſſori nihil proſit, *arg. l. 2.*
58 *C. ſi un. ex plur. her. deb.* Quemadmodum etiam Emphyteuta non poteſt ſine conſenſu Domini rem Emphyteuticam vendere, ita regulariter ſine ejusdem conſenſu tranſigere non poteſt; Emphyteuta enim, ſi res emphyteutica penes ſe exiſtit, adverſario ſuo ex cauſa transactionis ſine conſenſu domini tradens a jure ſuo cadit,
59 *l. 4. C. d. Præd. Minor.* Sed Emphyteuta ſine conſenſu Domini compromittere non poteſt; qui enim alienare non poteſt, nec compromittere poteſt, cum nec Vaſallus
60 hoc poſſit. Quod vero ſervitutem attinet, illam Emphyteuta ſine conſenſu Domini rei Emphyteuticæ imponere poteſt, ſed tamdiu durat, quamdiu Emphyteuſis, itaque ea finita & illa finitur, quia Emphyteuta rem Domini deteriorem facere non poteſt, *l. 11. ff. quemadm. ſerv. amitt.*
61 Proinde nec uſumfructum in re Emphyteutica ſine conſenſu Domini alteri conſtituere poteſt. Prohibita enim alienatione, omnis actus, per quem jus alteri in illa re conſtituitur, prohibitus cenſetur, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.*

Præterea nec alteratio Emphyteuſis 62
permiſſa eſt, hinc ſi quis habeat ſylvam in Emphyteuſin, non poteſt ex ea facere vineam, quamvis vinea præſertim hoc tempore pretioſior ſit quam ſylva, ſicque melioratio illa non attenditur, ſed potius cum per eam forma rei mutetur, prohibetur, *lib. 45. §. 13. ff. de Jur. Fiſc.* Barth. *ad h. l.*

Quando itaque dominus ad privatio- 63
nem Emphyteuſis agere vult, de jure ſtricto non opus habet ſententia declaratoria; quotiescunque enim lex utitur verbo præciſo, quod denotat præciſam voluntatem, ut eſt verbum omnino, *in l. 2. C. de Jur. Emphyt.* tunc intelligitur hoc ipſo jure: De æquitate tamen, quæ ſemper ri- 64
gori præferenda eſt, ratione privationis aut amiſſionis requirunt Dd. ſententiam definitivam. *arg. Cap. fin. X. de locat. Conduct.* Roman. *conſ. 122. n. 4.* Si denique 65
Emphyteutam expellere neceſſitas poſtulat, tunc dominum propria autoritate prædium Emphyteuticum ingredi, eumque etiam reſiſtentem expellere poſſe, vera eſt opinio, quod maxime procedit, quando id ipſum in inſtrumento cautum eſt, niſi periculum eſſet, quod per talem expulſionem magna oriretur rixa, tunc judex poteſt & debet ex officio ejusmodi expulſionem prohibere. Præterea ſi Emphyteuta 66
contradiceret expulſioni, de urbanitate ſaltem requiritur aliqualis ſummaria petitio in ſcriptis, & citatio ad Emphyteutam, per notat. *in Clement. ſæpe c. 2. de verb. ſignif.* Sin autem Dominus jure ordina- 67
rio agere vult contra emphyteutam, habet plura remedia ad expellendum, nimirum rei vindicationem, condictionem *ex l. 2. C. de Jur. Emphyt.* Interdictum uti poſſidetis, condictionis ſine cauſa, & hæc per libellum proponi debent. Joh. Coler. *de Jure Emphyt. c. 11.* qui etiam de conſue- 68
tudine Germaniæ teſtatur, qua Dominus, ob negligentiam ſolvendi canonem, autoritate judicis bona Emphyteutæ ſolet æſtimare, *man ſchätzt Ihn aus*, de quibus Domino ſatisfit, & poſtmodum privatur re emphyteutica.

In quibusdam locis uſu ſervatur, ſi Em- 69
phyteuta uno anno canonem ſolvere neglexerit, pœna dupli aut tripli locum habeat; imo nonnunquam obtinet, ut, ſi

certa die vel certa hora non ſolvatur, altera hora vel die duplicetur. Quamvis vero ejusmodi ſtipulatio de duplo aut triplo in Hiſpania non attendatur, teſte Garz. *de Expenſ. c. 9. n. 6.* In quibusdam tamen locis Germaniæ adhuc durare tradit Gryph. *in Oecon. leg. lib. 1. c. 30.* Eſpach
70 ad Carpz. *P. 2. Conſt. 38. def. 25.* De Jure Saxonico res dubio caret, *per text. in Art. 54. Lib. 1. Land-Recht*, ibi: *Wer ſeinen Zinß zu rechter Zeit nicht giebet, zweyfach ſoll er ihn geben des andern Tages, und alſo alle Tage zweyfach, dieweil er den Zinß innen behält.* Dicuntur autem *Rutſcher-Zinſen*, quia promoventur, & quo diutius ſtant, eo majores fiunt, *weiln ſie fortrutſchen, und ie länger ſie anſtehen, ie mehr und gröſſer ſie werden.* Non tamen aliter cenſus hi duplicantur, quam ut in præſtatione dupli inſit ſimplum, ita ut non ſolvens ſimplicem canonem in die ſtato & certo, teneatur ſecunda die ſolvere duos cenſus, tertia die tres, & ita deinceps &c. Quia verba juris ſtatutarii *in dicto Articulo 54.* ſtricte accipi debent, & mitior in pœnalibus facienda interpretatio. Zobel. *ad d. Art. 54. lit. B.* Nunquam autem penſiones hæ tam ſtrictæ altera die duplicandæ ſunt, quia non ſemper juſta & ſufficiens cauſa ceſſationis ejusmodi du-
71 plicationem impediat. Præterea quamvis quilibet Emphytevta cogatur pro ſolutione canonis annuatim ire ad domum ipſius Domini; Matth. Coler. *P. 1. Deciſ. 24. n. 9.* Secus tamen eſt in penſionibus his promobilibus, quas de Jure Saxonico Dominus quotannis tenetur petere a domo ipſius Emphytevtæ *d. Art. 24. l. 1. Land-Recht.* in verb. *Alſo doch, daß ihm der Herr mit Recht erfolge, und den Zinß zu ſeines Mannes Hauſe heiſche.* Quod verum, niſi aliquid fuerit aliud conventum vel conſuetudine obſervatum, quibus omnino ſtandum eſt, *l. fin. C. de pact. inter Emt. & Vend.* Carpz. *d. Def. 25. & 26.*

72 Fit interdum, ut inſtrumentum Emphytevticum amittatur, tunc probatio conceſſionis Emphytevſis poteſt probari per qualitatem ſolutionis canonis, ſcil. ut qualis fuerat ſolutio, talis etiam præceſſerit conceſſio: Quod etiam in hærede locum habet, ex perſona enim defuncti qui ſolvit, tranſit præſumtio contra hæredem. Catell. Cotta *in Memorab. in verb. Emphyt.*
Optima autem videtur probatio rei Em- 73
phytevticæ, ut, quando Domini recipiunt Emphytevtas, agant cum ipſis, ut per inſtrumentum recognoſcant, *durch einen Revers*, rem Emphytevticam eſſe, & in eodem ſignent, quidnam receperint, & quid pro canone ſingulis annis ſolvere aut præſtare Domino debeant: qui probandi modus a cautis dominis hodie paſſim obſervatur.

De ſecundario, vel ab alio ſubſtituto 74
Emphytevta ſciendum, quod is poſſeſſionem rei Emphytevticæ, non a primo Emphytevta, ſed a Domino directo petere, eidemque promittere canonem & alia debeat, *l. fin. verſ. neceſſitatem C. de jur. Emphyt.* Quando autem ſecundus Emphytevta jus ſuum alienare vult, debet requirere conſenſum primi Domini; Ratio eſt: cum primus Emphytevta transfert jus ſuum in ſecundum, deſinit eſſe utilis dominus; quando autem nil conventum eſt, tunc primus Emphytevta tenetur ſolvere Domino canonem ex obligatione inter ipſos debitum, ſecundus vero tenetur primo Emphytevtæ ſolvere, neutro vero ſolvente res ſit caduca. Coler. *dict. tract.*
cap. 27. De Theſauro in fundo Emphy- 75
tevtico reperto diſceptant Dd. utrum ad dominum directum vel ad Emphytevtam pertineat? Et ad proprietatis dominum illum pertinere, dummodo inventori, ſive is Emphytevta ſive alius fuerit, pars dimidia relinquatur, ſtatuit Harpr. cum allegatis Autoribus *d. l. n. 272.* ex his potiſſimum rationibus; quia theſaurus in loco alieno non data opera repertus ex ſemiſſe Domini ſoli eſt, ex altero ſemiſſe inventori cedit. *§. 39. Inſt. de rer. diviſ.* Atqui prædii Emphytevtici dominus non eſt Emphytevta, ſed ille a quo prædium in Emphytevſin ipſe habet, *l. 1. §. fin. ſi ager vectig.* Parili ratione theſaurus, quem uſufructuarius vel tertius aliquis in fundo fructuario invenit, in fructu non computatur, ac proinde pro parte dimidia lucro domini cedit, ad quem proprietas fundi fructuarii pertinet *l. 7. §. 12. ff. ſolut. matrim.* Emphytevta autem in prædio emphytevtico uſumfructum ſaltem habet, *d. l. 1. ff. ſi ager Vectig.* Neque denique actus agentium ultra eorum intentionem operantur, ac Emphytevtæ ſolum uſusfructus eſt relictus.

CAPUT XVI.

DE PRÆDIIS LIBELLARIIS.

SUMMARIA.

1. *Prædia libellaria secundum Jus Feudale ab Emphytevticis non differunt.*
2. *A quibusdam DD. pro Emphytevsi subalterna hic contractus habitus.*
3. *Quæ opinio rejicitur.*
4. *Libellarius Contractus quid?*
5. *Dicitur & jus colonarium.*
6. *Mentio hujus contractus apud varios autores.*
7. *Mixtus hic contractus ex emtione & locatione.*
8. *Quidam hunc contractum a libella pecuniæ genere dictum putant.*
9. *Exempla ejusmodi prædiorum.*
10. *Quomodo differant ab Emphytevticis prædiis?*
11. *Quomodo a Censiticis?*
12. *Quomodo a Feudalibus?*

1 PRædia libellaria, si jus feudale & consuetudines Longobardorum inspiciamus, parum vel nihil a prædiis emphytevticis differunt. Compilatores namque juris Feudalis Longobardici videntur per verba libellario nomine concedere, per libellum alienare, significare quoque constitutionem emphytevseos. Hotomann. *Lex. Feud. verb. libellarius contractus.* uti patet ex descriptione contractus libellarii *in II. F. 9. §. 2.* quæ convenit cum descriptione Emphytevseos *in §. 3. Inst. de Locat. cond.* Accedit, quod in libris Feudorum, ubi similis Feudali contractus ponitur, semper libellarius nominetur, *II. Feud. 26. §. 9.* nec unquam emphytevseos, quæ tamen procul dubio etiam apud Longobardos in usu fuit, vid. *Leg. Longob. Lib. 3. tit. 1. l. 37. tit. 10. l. 4.* fiat mentio. Igitur omnino dicendum, quod libelli seu libellarii nomine Emphytevseos comprehensa sit; idque videtur inde factum, quod compilatores forte communem doctrinam secuti Emphytevsin non nisi interveniente scriptura fieri posse existimaverint, adeoque ab illo requisito Emphytevsin libellum, & rem in libellum, hoc est in Emphytevsin, dare dixerint. *II. Feud. 44.* Testatur etiam *Jac. de Ardizone*, JCtus Veronensis vetustissimus interpres, in quibusdam locis Italiæ, ut Veronæ in patria sua, contractum emphytevticum dici libellum *sum. in us. Feud. sec. part. 1. princ. cap. 119.* Et Jason scribit: ex communi usu loquendi appellamus contractum emphytevticum libellarium, imo materno sermone semper appellatur libellus, *in l. 1. C. de Jur. Emphytevt. n. 39.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 2. Aph. 10. n. 4.*

2 Quoniam vero alibi quam in libris Feudorum, & ubi istud jus observatur, Emphytevsin ita appellatam non legimus, ideo hinc DD. ansam sumsisse videntur, quod libellarium contractum non pro quacunque Emphytevsi, & quæ a Domino directo, sed saltem pro subalterna, quæ a Domino utili, puta Vasallo aut Emphytevta, primum alicui constituitur. Zas. *P. 9. Feud. n. 1.* Duar. *de Feud. c. 12. n. 8.* Clar. §. *Emphyt. quæst. 1. n. 2.* Everh. *in top. loc. a Feud. ad Emphyt.* Alv. Valasc. *de Jur. Emphyt. qu. 35. n 1.* adeoque ab Emphytevsi ad libellarium contractum argumentati sunt, quod sicut Emphytevsis sub prohibita alienatione venit, ita & libellarius contractus. Paris *Cons. 85. n. 6. & seq.* Item quod sicut in contractu emphytevtico non requiritur pro forma, quo aliquid pro introitu detur, ita quoque idem esse in libellario contractu. Item sicut emphytevsis sua natura sit perpetua, ita quoque libelli concessionem per instrumentum factam non apposito tempore in dubio perpetuam censeri tradit. Valasc. *d. quæst. 35. n. 8.*

Verum distinctio hæc fundamento & effectu carere videtur. Uti enim subfeudum re vera Feudum est, & omnes qualitates veri feudi habet, ratione Vasalli primi subinfeudantis: Ita & emphytevsis re vera emphytevsis est, nec præter nominis sonum quicquam ab eadem differt. Compilatores namque Feudorum ideo libellarii contractus meminerunt, non quod diversus sit ab emphytevsi, sed quod suo tempore emphytevsis propter necessitatem scripturæ adhibendæ ubique ita appellaretur. Unde & in permultis Italiæ locis, uti *supra* indigitatum, olim libellum pro contractu emphytevtico dictum esse, & in effectu prorsus non differre, refert Hotomann. *in Lex. feud. dict. loc.* 3

De

4 De Jure autem civili contractus libellarius, definiente Cujacio *in Comment. ad lib. 1. Feud. Tit. 2.* est venditio, quæ fit Scriptura interveniente certo pretio, & hoc amplius certa in annos singulos pensione constituta, hac plerumque lege, ut stato condictoque tempore rursus numerato certo vel arbitrario pretio renovetur.
5 Istud jus libellarium denotari existimant DD. per jus colonarium seu παρτικιον, de quo *in l. 24. §. 6. de SS. Ecclesiis. juncta Novell. 7. Præf. §. 1.* Cujac. *ad lib. 1. Feud. Tit. 2.* Gothofredus *in d. l. 24. §. 1.* &
6 *Novell. 7.* Fit & hujus contractus mentio apud alios Autores. Cassiodor. *lib. 1. Variar. Ep. 5.* Comperimus patrimonii nostri prædia te Tomari libellario titulo commisisse; & Gregorius *8. Epist. c. 61.* voluerat possessiones sub specie libellorum tenere. Item libellariæ, quod est prædium libellario nomine vel titulo concessum. Gorbertus *Ep. 6.* De beneficiis & libellariis ex parte nostrum velle ex voto Domini nostri Cæsaris executi sumus. Charta Huberti Marchionis Savonæ An. 1061. apud Gvichenonum *in Bibl. Sebusiana, Cent. 1. cap. 76.* Contentionem autem vel litem prædii, vel libellariæ, vel cujuscunque rei.
7 Mixtus potius hic contractus ex emtione venditione & locatione conductione conflatus esse videtur. Petr. Greg. Tholos. *Lib. 6. Syntagm. c. 1. n. 11.* Et proinde Emphytevsi admodum similis est, tum ratione renovationis, quod ex illo laudemium præstandum sit. *Novell. Leon. 13.* tum ratione pensionis annuæ, quæ in recognitionem dominii modica & plerumque paucorum assium seu libellarum esse
8 solet. Unde & Connan. *lib. 7. Comment. cap. 12. n. 12. in fin.* contractum hunc appellatum esse autumat. Romani enim nummum, assem & libellam pro eodem posuerunt, hoc est, pro minimi pretii pecunia, nam hæc quanquam argentea, tamen non plus libra æris, id est, asse, valuit, ut notat Budæus *lib. 1. de asse.* Covarr. *de veter. numismat. collat. cap. 3. n. 8.* Cic. *3. in Verrem.* Ecquis, *inquit*, Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? id est, asse minimum. Et *pro Roscio Comœd.* Si petierit S. H. CCCLIII. hic nisi planum fuerit, sestertia CCCLIII. ad libellam sibi deberi, caussam perdit, id est, ut vulgo dicitur, uno denario minus. Tum denique quia utile saltem dominium in libellarium transit, cujus manifestum indicium est renovationis necessitas, & præstatio laudemii, quæ ratione recognitionis dominii suscipitur & præstatur.

Talia prædia videntur esse in Saxonia 9
dicta *Meyer-Güther*, pro quibus habita ratione fundi laudemia singulis novenniis solvuntur, ut de illis Stuckius *Disp. 5. th. 178.* refert. Vid. *Saltzdal. Abschied §. zum neunzehenden.* Verbis: *Damit auch den Guths-Herren ihr* utile dominium *nicht invertiret, noch aus Meyger-Erb-Zinß-Güther nach Langheit der Zeit gemachet werden, daß alle und iede Meyger und ihre Erben iederzeit nach Verfliessung neun Jahren die Güther von neuem Meyer-weise annehmen, und an den Oertern, da gute Aecker, und der Zinß nicht zu hoch, von ieder Hufe einen Thaler; der Endes aber, da böser Acker, oder der Zinß sehr hoch seyn, vor iede Hufen nach Gelegenheit einen halben, oder einen Orths-Thaler dem Guths-Herrn &c.*

Ab emphytevsi tamen maxime differunt 10
Prædia libellaria, tum quod ab initio pretium interveniat, in quo similis est venditioni; tum quod renovetur statis certisque temporibus, etiam non mutato possessore, *d. Novell. Leon. 13.* Felician. *de Solis lib. 2. de censib. cap. 4. n. 23.* qui etiam finis concessionis libellariæ esse videtur, Emphytevsis non item, nisi facta fuerit illius alienatio, neque enim præcise renovationis, sed meliorationis finem habet; tum quod semper sit in perpetuum; item quod scripturam desideret, emphytevsis vero etiam sine scriptura ex veriori DD. opinione perfici possit, *arg. §. 3. Inst. de locat. cond.* Deinde etiam quod plus juris tribuat Emphytevsi, siquidem ob non solutam pensionem libellaria non amittitur, cum Emphytevsin per cessationem solutionis extingui constet; *l. 2. C. de Jur. Emphyt.*

Differt quoque a prædio censuali, quia 11
in illo transfertur dominium directum, in libellario autem minime, Valasc. *de Jure Emphyt. quæst. 35. n. 9.*

A Feudo differt præter modos, quibus 12
ab emphytevsi differre diximus, etiam eo, quod in Feudo præstetur fidelitas, item servitia, in libellario nihil præter pensionem & mercedem annuam. Convenit tamen cum Feudo in eo, quod jus quoddam quasi Dominii & commodum fructuum contineat. Ludw. *in Synops. Feud. pag. 35.*

CAPUT

CAPUT XVII.

DE PRÆDIIS CURMEDICIS.

SUMMARIA.

1. *Prædia Curmedica quid sint?*
2. *Unde dicta?*
3. *Originem duxerunt a servis Romanis.*
4. *Unde ad Germanos pervenerunt.*
5. *Hoc jus extensum ad liberos colonos.*
6. *Exempla hujus rei.*
7. *Hæc servitus primum pecunia redemta, postea paulatim evanuit.*
8. *Defuncto prælato, olim ejus annulus & virga Pastoralis ad Imperatorem spectabat.*
9. *Postea hoc jus ad Papam transiit.*
10. *Simile jus est, quod Hispani Abbadiam vocant.*
11. *Item in Suevia, quod vocatur* Guth-Recht.
12. *Nec non in Saxonia, quo recipiuntur* Peitzsch-Kühe.

1 PRædia Curmedica sunt, quando Dominus pro investitura de bonis quasi Feudalibus & Emphytevticis ex rebus animatis optimam vel secundam, *nächst nach dem besten*, exigit, & vocitatur *lebendige Chur-Mede*, aut ex vestimentis vel aliis inanimatis, ut optimam vestem, annulum &c. & simpliciter *Chur-Mede* appellatur. Besold. *Thesaur. Pract. vocab. Chur-Mede.*

2 Dictum vero *Chur-Mede* a *Chur*, quod electionem, & *Mede* quod locationem 3 conductionem denotat. Videtur autem jus successionis, quod in bonis defuncti coloni sibi vendicat Dominus, & apud Germanos *Haupt-Recht, Haupt-Fall* vocatur, originem trahere a servis Romanorum, quibus defunctis dominus succedebat, *l. 10. l. 53. ff. de A. R. D. l. 18. de R. J.* 4 Quod jus etiam Germani receperunt. Goldast. *Tom. 3. Rer. Alem. fol. 75.* Wehnerus *in verbo Weidtmahl.* Præcipue vero Constitutioni Caroli M. adscribitur, Lehmann. *in Chron. Spirens. Lib. 2. C. 20.* ubi dicit: *Die Leibeigene haben ihren Kindern kein Testament machen können, sondern wenn ein leibeigener Mann verstorben, ist der Herrschafft das beste Stück Vieh, Pferd oder Ochse heimgefallen, und das hat man Haupt-Recht oder Haupt-Fall genennet.* Expressum vestigium juris Curmedici superest in Præfectura aliqua Ducatus Hanoverani, ubi *in libro Censuali, Erb-Register*, hujus Præfecturæ hæc extant verba: *das Ambt hat kein Hals oder Leibeigene Leute, ausser das Dorff Osterwald muss die Köhr-Mede geben.* Engelbrecht. *de Operis Rusticor. θ. 20.* Knichen. *de Vestiturarum Pact. P. 2. C. 4. num. penult.* Jus autem Curmedæ pro diversitate locorum in Germania variat: In Hassia & circumjacentibus locis teste Joh. Herm. Stamm. *tract. de hominibus propriis c. 22. n. 7.* Domini tertiam bonorum partem non habent, sed defuncta propria muliere Domino pretiosius vestimentum, & viro proprio defuncto equus vel bos melior Domino debetur. In partibus vero Montisferrati, Sabaudiæ & Pedemontii statuto vel consuetudine loci receptum, ut defuncto colono sine liberis Dominus ex triente succedat. Menoch. *Arb. quæst. 230. vid.* Adam Keller. *de success. ab intest. tit. 27. n. 3. & seq.* Mager. *de Advocat. arm. c. 7. n. 755.* In Ducatu Brunsuicensi ac plerisque aliis locis capit Magistratus paganus bovem, & Pastor loci gallum gallinaceum, *den Haus-Hahn*, Æditiuus vero *eine Brat-Wurst.* Stuck. *in Exercit. Just. P. 1. Decad. 8. assert. 6. lit. e.* Crusius *Annal. Suevic. P. 3. lib. 10. c. 11. fol. 575.* In diplomate Montis S. Michaëlis extra Bambergam Henrici II. Imp. habetur: Censum autem ultimum, per quem ubique omissa vel neglecta supplentur servitia, jus videlicet Capitale a viris decedentibus optimum equum, vel si equo carent, optimum caput pecoris, & a fœminis induvias & exuvias transmitti ad ecclesiam ordinamus. Bruschius *de Monaster. f. 87. 6.* Knich. *de Vestit. Pact. L. 2. c. 3. n. 25.* Sed quia hoc jus nimis durum visum fuerit, receptum est & observatur, ut domini ab hæredibus proprii defuncti pecuniæ summam, ratione ad patrimonium defuncti habita, accipiant. Zas. *lib. 1. sing. Respons. c. 3. n. 79.* Verum enim vero hoc jus Curmedicum cum strictissimum sit, æquitatis moderamine tempe-

temperandum videtur; Nondum enim oblivioni traditum, quod hanc ob caussam inter alia seditio rustica oborta sit An. 1525. Ubi, ut hoc luctuosum *Trauer-Recht* vocat Klock. *de Contrib. Concl. 3.* a Principibus Germaniæ tolleretur & aboleretur, postularunt Rustici seditiosi referente Sleidan. *in sua Histor. Lib. 5.* Bodin. *de Republ. l. 5.* Pactio vero, quam hæredes defuncti cum Domino aut ejus Officialibus super meliore jumento ab homine proprio relicto ineunt, solet *die Thädigung des besten Haupts* vocari. Sichard. *ad l. libert. II. n. 4. C. de testam.* Stam. *d. l.*
5 *n. 7.* Cum ergo eo jure colonis defunctis, non liberi, sed Dominus succedere debeat, in ejus locum electionem optimi vel secundi capitis ipsi ultro detulerunt liberi, quod postmodum etiam ad liberos colo-
6 nos extensum est. Exemplum hujus rei ex Cæsarii *lib. 4. Miracul. cap. 62.* refert du Fresne in Glossar. voce Curmedia: *Cui*, inquit, *cum conversus responderet, talis homo eum, i. e. pullum equinum, nobis legavit, ait Præpositus, utrum ex devotione, vel ex aliquo jure legavit eum? respondit conversus: Ex decessu illius emersit, nam uxor ejus, eo quod esset de familia nostra, jure Cur-*
7 *mediæ eum obtulit.* Charta Carol. IV. Imperat. *anno 1394. apud Wilb. Hedam. pag. 360.* Super solutione census, ceræ, pecuniæ, vestium, equorum, pecorum & jurium vulgariter Curmede, aut aliarum quarumcunque rerum, quæ in vita, vel post mortem cujuslibet hominis, conditionis hujusmodi (servituti obnoxii) Episcopis & Prælatis, ac Ecclesiasticis personis hactenus dari consueverunt. Hæc servitus, inquit Molanus *Lib. 3. de Canon. c. 36.* multis in locis primum redemta fuit pecunia, deinde ex magna summa in parvam derivata, & paulatim per negligentiam & rebellionem evanuit. Simile huic est jus 8
regale, quod in bonis defunctorum Prælatorum olim Cæsari Romano competebat: Postea ad Papam transiit. Inole- 9
verat enim consuetudo præsertim in Imperio, quod, defungentibus Ecclesiarum Prælatis, annulus & virga Pastoralis ad Imperatorem deferebatur; unde postmodum unumquemlibet de familiaribus & Capellanis suis investiens ad Ecclesiam vacantem dirigebat, ut ibi Pastoris fungeretur officio, non expectata cleri electione &c. De morte Adelberti Archiepiscopi Adam. Brem. *c. 164.* Præter libros sanctorumque reliquias & vestimenta sacra fere nihil inventum est in thesauris. Quæ tamen Rex accipiens una cum præceptis Ecclesiæ &c. Simile quoque huic est, quod 10
Hispani Abbadiam vocant, estque duplex, vel quæ debetur Domino a Vasallo, vel Rectori Parochiali, illam illicitam & Tyrannicam statuit Garzias *de Expens. cap. 9. n 84.* Haud procul etiam distat illud jus, 11
quod in Suevia *Gut-Recht* dicitur, nempe servitus optimi capitis, a quo Civitates quædam privilegiis Cæsareis exemtæ sunt. Gryph. *de Weichb. Sax. c. 24. n. 5. Et in Oecon. Leg. L. 1. c. 30. n. 135.* Tale jus 12
sibi vendicat quoque Serenissimus noster Elector Saxoniæ in quibusdam pagis, ubi incolæ obstricti sunt optimam vaccam quotannis reddere, & vocantur *Peitzsch-Kühe.*

CAPUT XVIII.

DE PRÆDIIS CENSUALIBUS.

SUMMARIA.

1. *Variæ acceptiones vocabuli Census.*
2. *Sumitur vel pro æstimatione patrimonii cujusque,*
3. *Vel pro patrimonio ipso,*
4. *Vel pro libro seu Catastro, in quo cives & eorum bona inscribuntur.*
5. *Item pro tributo, quod Reipublicæ penditur.*
6. *Sumitur etiam pro quacunque pensione annua.*
7. *Prædium Censuale quid sit?*
8. *Qui possit constituere prædium censuale?*
9. *An etiam is, qui habet dominium revocabile?*
10. *Maritus, si prædium dotale æstimato accipit, potest ex eo facere censuale.*
11. *Idem dicendum de emtore sub pacto de retrovendendo & similibus.*
12. *In Prædio censitico transfertur plenum dominium in censuarium.*
13. *Hic non poterit bonis privari, licet per plures annos non solvat censum.*

14. *Quomodo differant prædia censualia ab Emphyteuticis?*
15. *Vasallus regulariter non potest fundum censiticum concedere.*
16. *Nisi sit possessor Feudi Regalis,*
17. *Vel Feudi Solaris.*
18. *Etiam clerici solennitate Canonica adhibita possunt prædia Censualia constituere.*
19. *Qui possint prædium censiticum acquirere?*
20. *Quod denegatur excommunicatis & bannitis.*
21. *Census est vel reservativus vel constitutivus.*
22. *Census reservativus quid?*
23. *Census constitutivus quid?*
24. *Fundo peremto non statim liberatur debitor.*
25. *Nihil aliud est hic census, quam emtio redituum.*
26. *Differentia inter censum & emtionem redituum.*
27. *Reditus ad vitam licite comparatur.*
28. *Abstinendum ab hoc contractu monet Surdus.*
29. *Præbendarii & Alimentarii qui?*
30. *Diploma hac de re.*
31. *Contractus ad firmam quid?*
32. *Exempla hujus contractus.*
33. *Firma nobilis quid?*
34. *Census reservativus & constitutivus quomodo conveniant?*
35. *Quomodo inter se differant?*
36. *Quomodo census probetur?*
37. *Quo tempore præscribatur de jure Saxonico?*
38. *Emphytevsis & censiticus contractus quomodo in dubio a se invicem dignoscantur?*
39. *In dubio potius censualis præsumitur.*
40. *Nec interest, licet sit prædium Ecclesiasticum*
41. *An utilius sit, esse Emphytevtam vel censuarium ecclesiasticum, vel profanum.*
42. *Census est vel temporalis,*
43. *Vel perpetuus.*
44. *Estque iterum vel redimibilis, vel irredimibilis.*
45. *Hodie census omnis per Germaniam est redimibilis.*
46. *Census personalis est vel mere talis,*
47. *Vel quodammodo mixtus.*
48. *Census Realis.*
49. *Reditus annui quomodo constituantur?*
50. *Pretium justum redituum.*
51. *Irredimibilis 30. vel 20. ad centum.*
52. *Pretium irredimibilis census in Gallia unius pro duodecim.*
53. *In Hispania unius pro quatuordecim.*
54. *In Moravia & Silesia 10. vel 12.*
55. *Hodie census 1. pro 20. in Germania permissus.*
56. *Irredimibilis vero 25. ad unum computatur.*
57. *Usus modernus in emtione prædiorum.*
58. *Securitas maxime respicitur.*
59. *Si fructus in censum præstentur, quomodo sint æstimandi?*
60. *Quomodo Servitia?*
61. *Ex censu oritur jus reale.*
62. *Indeque actio competit in quemcunque possessorem.*
63. *Tertius possessor hinc etiam pensiones præteritas solvere tenetur;*
64. *Itemque instrumentum edere.*
65. *Censitus potest alienare fundum irrequisito Domino census.*
66. *De jure Saxonico ad Hypothecationem prædii censitici requiritur consensus Domini jurisdictionis & Domini census.*
67. *Domino census non competit jus protimiseos.*
68. *Censitus libere se potest sub alius jurisdictionem conferre.*
69. *Nisi querelæ contra ipsum sint subortæ.*
70. *Vel prædium censuale deterioraverit.*
71. *Vel Domino id quod ei jure emigrationis debetur, non solvit.*
72. *Vel consuetudo regionis id non permittat.*
73. *Nec poterit ob maleficium censitus expelli.*
74. *Si Censitus sit nimis insolens, potest juberi, ut divenditis bonis discedat.*
75. *Si quis obstrictus sit triplicem censum solvere, præcedit Ecclesia.*
76. *Mutata moneta quomodo census sit solvendus?*
77. *Qualis actio competat contra censitum?*
78. *Quid juris in successore singulari?*
79. *Quæ actiones competant censitis adversus Dominum?*
80. *Quæ actiones adversus tertium?*
81. *Causæ Censitorum sunt summariæ.*
82. *Tamen ipsis remedia Leuterationis vel appellationis non sunt deneganda.*

Vocabu-

1 VOcabulum Censûs vario modo su-
mitur; in propriissima sua signifi-
2 catione I.) est æstimatio patrimonii
cujusque. Nam a Servio Tullio institu-
tum erat, ut a Censoribus quinto quoque
anno viritim fieret recognitio seu censio,
quantum quis in bonis haberet, Lazius
Comment. Republ. Rom. lib. 2. cap. 13.
3 II.) Census sumitur pro patrimonio & sub-
stantia cujusque, *l. 16. ff. ad SCtum Tre-
bellian.* hinc apud Romanos Civis nomine
veniebat is, qui centum H. S. millia in
bonis habebat, quæ summa ad aureorum
rationem redacta mille aureos complet.
Hotomann. *ad §. 4. Instit. de success. libert.*
4 III.) Librum seu tabulam, in quo cives eo-
rumque bona inscribuntur, denotat, *arg.
l. 64. ff. de acqu. rer. dom.* quod diluci-
dant verba Cassiodori *Lib. 3. Var. Epist.
Ep. pen.* Augusti, *inquit*, temporibus or-
bis Rom. agris divisus censuque descriptus
est. Iique libri nostro tempore Catastra,
& Vernaculo idiomate *Steuer oder Saal-
Bücher* appellantur. Casp. Klock. *de con-
trib. c. 17. n. 29.* Et censuales olim dice-
bantur Tabelliones & Scribæ, qui in urbe
Magistro census operam accommodabant,
5 *l. 2. & 4. de Princ. ag. in reb.* IV.) Pro
Tributo, quod in recognitionem Imperii
atque in auxilium reipublicæ penditur, ac-
cipi solet, de quo *Tit. ff. de censibus.* Quæ
acceptio quoque per analogiam traducta
videtur ad omnem pensionem, quæ præ-
latis de ecclesiasticis proventibus solvitur,
Lancellot. *Inst. Jur. Can. L. II. Tit. 21.*
6 V.) Denique pro omni pensione annua,
vel vectigali vel canone nummario, vel spe-
cierum sumi cœpit, quas ex prævio quo-
dam contractu vel privatus privato, vel
subditus Domino cuicunque pro conces-
sione imprimis fundi cujusdam debet.
7 Est autem prædium censuale, quod ali-
cui cum pleno dominio sub certa quadam
8 pensione annua conceditur. Illudque
constituere potest quilibet liberam habens
rerum suarum administrationem, censitor-
9 que vocatur. Sed quid dicendum de illo,
qui habet dominium tantum revocabile, ut
maritus in fundo dotali, bonæ fidei pos-
sessor, emens sub lege commissoria aut ad-
dictione in diem, item pacto de retroven-
10 dendo & similibus. Et distinguendum
erit in marito, an fundum dotalem æsti-
mato aut minus acceperit; priori casu
fundum censiticum constituere poterit,
quia tum vera censetur venditio, ac pre-
tium potius, quam ipsa res in dotem data,
l. 10. C. de Jur. Dot. Carpz. *p. 2. C. 25.
def. 21. n. 7.* In cæteris speciebus emtore 11
sub pacto de retrovendendo, commissorio,
aut addictionis in diem & similibus, nihil
obest, quo minus emtores fundum censi-
ticum in bonis ejusmodi emtis consti-
tuere possint, quia scilicet dominium in
accipientes vere translatum est, utut ob
pactum & conditionem adjectam contra-
ctus ex postfacto possit resolvi, *l. 2. C. de
Pact. inter emt. & vendit. l. 1. ff. de L. Com-
miss.* Sed ob jus hujusmodi emtor tum
venditori ad interesse tenetur, ad dissol-
vendum autem contractum censiticum
venditor agere minime potest. Bonæ
fidei vero possessor non plus in accipien-
tem transferre potest, quam ipse habet;
quare fundo evicto, & dantis jure resoluto,
aut nullo declarato, resolvitur quoque jus
accipientis coloni, ita tamen, ut hic ob
contractum utrinque initum actionem ad
interesse adversus suum autorem salvum
habeat. Dn. Magnus Lœser *in disp. de Præd.
censit. Rural.* Præterea in prædio censi- 12
tico plenum quis habet dominium con-
cessum, ut accipiens teneatur solvere cer-
tum censum, ideoque censuarius non sol-
vit censum in recognitionem dominii di-
recti, quod inde colligere est, licet per 13
plures annos censum non solvat, bonis
non privatur, sed solum actio competit
Domino censûs, qua censum, vel etiam
pœnam, ob contumaciam exigat. In eo- 14
que differt hic contractus ab Emphyteusi,
ubi saltem utile dominium transfertur, in
prædiis censiticis autem plenum, Carpz.
Part. 2. Const. 19. Def. 1.
Porro nec Vasallus, si rigorem juris re- 15
spiciamus, fundum Censiticum concedere
potest, nisi Dominus feudi consentiat, aut
sit res feudalis in censum dari solita,
2. Feud. 9. & 55. Dn. Struv. *Syntagm. Jur.
Feud. c. 13. 6.* utut mores aliud introdu-
xisse fatendum sit. Secus tamen est in 16
feudis Regalibus Imperii, quorum posses-
sores characterem status sustinent, & jure
Feudali Capitanei, *1. feud. princ.* quasi
prima & præeminentia capita regni vo-
cantur, quos jure territorialis potestatis
non minus fundos censiticos, quam etiam
subfeuda concedere posse dubio vacat.
Nec aliud dicendum de possessoribus 17
feudorum solarium. Nam cum Feuda
hujusmodi analogica naturam allodii reti-
neant, nihil obstat, quin possessor & Do-
minus eorum prædiorum in censum dare
possint. Leop. Alb. Schopp. *de Allod. c. 1.*

Et parum distinguitur in quantitate harum personarum, sive sint Laici, sive Clerici, dummodo id faciant de bonis propriis,
18 canonica solennitate adhibita. De Episcopis autem & aliis Prælatis sciendum, eos sine Capituli & Clericorum consensu prædium censiticum, cum hoc species sit alienationis, constituere non posse; nisi forte sint res alias in censum dari solitæ, quas Prælatus etiam sine Ecclesiasticorum consensu adhibito in censum dare poterit, modo id fiat iisdem conditionibus, quibus olim datæ erant, *arg. cap. II. de Feud.*

19 Personæ acquirentes prædium censiticum vocantur censibus adscripti, obnoxii, *tot. tit. C. de Agric. & Censit.* aut etiam tributarii, *d. t. C. eod.* & ad hoc omnes censentur idonei sine sexus aut similis conditionis discrimine, modo per jus Gentium acquirere possint, quinimo & servi ejus capaces sunt, non quidem in propria persona, ubi pro nullis habentur, *l. 32. ff. de R. J.* sed intuitu Dominorum suorum, qua ratione & Feuda adquirere possunt, *2. Feud. 3. l. 21. C. de Jur. delib.* Impubes per tutoris autoritatem, *pr. Inst. de Aut. tut.* Minor per Curatoris consensum fundum censiticum recte acquirit. Demum & superior ab inferiore prædium tale accipere potest, cum liquido pateat, quod alias quoque superior inferioris jurisdictioni se submittere queat, *l. 14. ff. de Jurisdict.* imo ab illo etiam Feudum accipere, quare nec fundi censitici acquisitio ei neganda erit.

20 Secus tamen judicandum in personis, quæ vel per excommunicationem, ut vocant, majorem, vel bannum Imperii omnem forensem communicationem omnemque potestatem civilem amiserunt, eaque exuti sunt, qui nec idonei ad acquisitionem fundi censitici habentur. Dn. Ziegler. *ad Lancel-*
21 *lot. Lib. 3. Tit. 2. §. 19.* Duplici autem modo prædiis imponitur census, qui etiam exinde in Reservativum & Constitutivum
22 distinguitur. Reservativus est, quando transferens rei suæ dominium in alterum jus census sibi reservat, *l. f. C. de rer. permut.* Qui etiam census fundarius dicitur. Zoës *ad ff. tit. de Usur. n. 19.* Hinc tradunt Dd. quod per hunc contractum prædii dominium tam directum, quam utile in accipientem transeat, certa tamen pensione veteri domino præstanda. Covarruv.
23 *3. Variar. Resol. 1. n. 1.* Constitutivus census est, qui a Domino super suo prædio per intervenientem venditionem, aut similem titulum ad transferendum dominium habilem pro certa soluta pecunia alteri constituitur; hic enim non aufert Domino dominium directum vel utile, licet onere illud gravet, & prædium quodammodo obligatum & hypothecæ subditum sit pro censu, Menoch. *Consf. 997. n. 1.*

Fundo itaque peremto non statim libe- 24
ratur debitor, cum principaliter persona sit obligata, *l. 28. ff. de reb. cred.* Gail. *lib. 2. obs. 7. n. 13.* Neque enim aliud est hujus- 25
modi census constitutio, quam emtio redituum, qui est contractus licitus. Gail. *d. l. n. 5.* Treutl. *2. d. 3. Θ. 4. lit. E.* Hoc tan- 26
tum interest, quod emtio redituum in perpetuum fieri non potest, quia debitor etiam invito creditore solutione sortis se liberare ab obligatione potest. Gail. *l. 2. Observ. 9. n. 5.* cum census non solum ad tempus, sed etiam in perpetuum constitui possit, & utilius sit domino reditum potius vendere, quam censum perpetuum in se recipere, cum hoc modo nunquam rem liberam consequi possit. Tusch. *Concl. 362. Lit. V.* Interim reditus ad vitam licite 27
comparantur, Gail. *lib. 2. Obs. 8. & seq. & ibi Græv.* Idque propter dubium eventum hominis, qui sicut diu vivere, ita etiam cito mori potest: late Surdus *de Aliment. tit. 9. qu. 11.* Ubi in fine monet 28
ab hujusmodi contractu abstinendum, quia Johannes Picus a divite quodam Florentino alimenta ad vitam stipulatus veneno sublatus est. Tales sunt in mona- 29
steriis præbendarii, corrupte provener, qui emunt præbendas ad vitam, de quibus Later. *lib. 3. de censu 23. in fin.* Gryph. *Oeconom. Leg. cap. 13. n. 26.* Item in Xenodochiis alimentarii, *die sich in die Armen-Häuser kauffen*, pro quo quandoque omnia sua bona offerebant cedebantque, sicut Vadian. *apud Gold. P. 3. Aiman. fol. 65.* chartas aliquot affert. Et *P. 2. fol. 59.* Ego Wildebold senio meo providens, & 30
ei, quæ illud comitari solet, penuriæ, trado ad monasterium S. Galli terrulam meam quam habeo, hoc est, 20. jugera eo pacto, ut ipsa ad domum peregrinorum serviat, & ego ibi in domo hospitum suscipiar, & usque ad finem vitæ meæ ibi victum & vestitum habeam, hoc est, omnibus annis vestimentum lineum, & aliud laneum, & tertio anno pallium, si vetus ita attritum est, & calceamenta & alias impensas accipiam, sicut cæteri in ipso monasterio &c.

Quodsi huic Contractui accedat scri- 31
ptura cum renunciatione aliisque cautelis,

videtur

videtur proprie esse ille, quem Itali ad firmam vocant, Galli vero dar per ferme, *c. 2. X. de locat. c. 8. c. 24. X. de decimis,* & ibi Canon. Boër. *Decis. 224.* credo a firmitate, de qua ita *in LL. Alemannicis c. 1. & 2.* Si quis liber res suas ad Ecclesiam Dei dederit, & per Chartam firmitatem fecerit, & posthæc a Pastore Ecclesiæ per beneficium susceperit ad victualem necessitatem conquirendam diebus vitæ suæ, & quod spondit, persolvat ad Ecclesiam censum de illa terra &c. Hinc Firma quoque apud scriptores medii ævi pro Prædio seu villa alteri elocata, sub præstatione annua, vel annonaria, vel rerum ad victum necessariarum, vel denique pecuniaria sumi-
32 tur. Et datio ad firmam pro contractu, quo sub annuo reditu fundi ad aliquot annos possidendi dantur. S. Anselmus *l. 3. Ep. 100. Ecclesias vero non do Laicis, cum do eis mea maneria ad firmam &c.* Henric. Huntindonensis *in Wilhelmo Rufo: Episcopatus & Abbatias vendebat, aut in manu sua retinens ad firmam dabat &c.* Wilh. Malmesbur. An. 1089. *Rex Wilhelmus Ecclesias & monasteria fere totius regni Angliæ in manu sua Pastoribus defunctis retinens, gravi omnia depopulatione vastabat, & instar firmarum laicis commendabat.* Ecclesiam ad firmam ponere apud Sim. Dunelmensem An. 1100. Ita dicitur firma libera Brittono *cap. 66.* ubi terræ aut tenementa sic tenentur, ut natura feudi per feoffamentum mutetur a servitio militari in certa servitia annua, ita ut nec maritagium, nec relevium inde requirere possit, nec aliud servitium in feoffamento expressum. Item,
33 Firma nobilis est Prædium, quod a viro nobili ad firmam vel Emphytevsin tenetur. Anonymus Scriptor *de subsidio terræ sanctæ in Gestis Dei per Francos* inter alia expeditionis Hierosolymitanæ subsidia suggerit, ut a templariis & Hospitalariis bona, quæ habent circa mare, ad firmam nobilem, primo trium vel quatuor annorum cum incremento, & demum, vel ex nunc, si sufficienter fieri possit, in perpetuam Emphytevsin tradantur. Du Fresne *in Glossar. vocab. Firma.* Plura de hoc vocabulo vid. apud Taborem *de Jure Colonario θ. 16.*

34 Quamvis vero census reservativus & constitutivus in quibusdam conveniant, Menoch. *1. præsumt. 107. n. 7.* nempe in genere quoad dominium, quod censuarius habet, tamen quoad caussam impositi cen-
35 sus magna differentia: Et melior est conditio censuarii in censu constitutivo, quam reservativo, quia illic Dominus idemque debitor legem dicit rei suæ, hic ipsi lex præscribitur a Domino cedente. Unde 36
caussam impositi census allegari volunt Dd. ita, ut dicat Actor: Peto censum ex tali contractu, *c. 5. X. de censib.* Guid. Papæ *Decis. 408.* Mascard. *Concl. 279. num. 10.* Quod si probari nequeat, sufficit solutio census ex caussa allegata per lapsum decennii inter præsentes, vel 20. annorum inter absentes. Hart. Pistor. *Lib. 2. Tit. 52. Obs. 2.* & multo magis per lapsum 30. vel 40. annorum. Moller. *2. Const. Sax. 40.* De jure Saxonico, si quis ultra præscriptio- 37
nis tempus legitimum, quod est triginta annorum, anni & diei annuum censum vel usuras præstiterit, is absque dubio ad solutionem pensionum futurarum in posterum tenebitur per *l. 6. ff. de Usur.* cum alias expeditum sit, quod per legitimi temporis præscriptionem obligatio inducatur, Hart. Pist. *Obs. 144. n. 29.* Carpz. *P. 2. Const. 2. Def. 9.* Si vero deficiant tabulæ 38
contractuum, hic quoque ex præsumtionibus res decidenda erit, uter sit contractus Emphytevticus vel censualis, etsi hoc, utrum ejus caussa sit reservativa potius, an constitutiva, Dd. statuunt communiter, quando non constat, utrum contractus sit emphytevticus vel censualis, tum in dubio potius eum censualem præsumi, Menoch. *3. præsumt. 106.* Quia scilicet valet 39
præsumtio minus nocens, & ad libertatem inclinans. Et licet exceptionem consti- 40
tuant in fundo Ecclesiastico, quasi ille potius emphytevticus, quam censualis censeri debeat, favore scilicet Ecclesiæ. Valasc. *de Jur. Emphyt. qu. 32. n. 35.* Tamen eam alii non admittunt, ut Clarus *in §. Emphytevsis. qu. 1.* Quia non sic favendum est Ecclesiæ, ut aliis inferatur injuria. Moller. *lib. 2. Const. 39. num. 4.* Et sane contraria præsumtio pro re censitica potius prævalere debet, ex eo, quia constat ex veris historiis, majores nostros religionis amore ductos, non solum bona sua Ecclesiis addixisse reservata sibi possessione ad vitam pro certo aliquo censu, ut *in l. 28. C. de donat. Lib. 3. LL. Longob. 8. §. 3. & Tom. 2. Rer. Alemann.* Gold. *Chart. 34. & seq.* Sed etiam ex suis bonis censum Ecclesiæ constituisse ad sustentationem Clericorum, ita apud Helmold. *lib. 1. cap. 12.* Constituitur Ecclesiæ census per omnem Slaviam de quolibet aratro mensura grani & 40. resticuli lini (a Saxonico *Risten-Flachs*)

Flachs) & 12. nummi puri argenti &c.
Quod si memoria hujus rei obliterata con-
tractum emphyteuticum potius præsumere
velis, totam vere Slaviam Ecclesiasticis
quoad directum dominium addices, ita ut
ipsi liberalitas sua maxime sit damnosa.
Eodemque argumento præsumendum est,
censum potius impositum fuisse a Domino
rei in favorem Ecclesiæ, quam quod res
fuerit ab initio Ecclesiæ. Alciat. *Reg. 2.
Præs. 2. n. 6.* quia censuario potius fave-
tur contra illum, qui censum percipit, Me-
noch. *Cons. 1266. n. 9.* Quod si census
ignorantiæ, cujus causa ignoratur, nec di-
vinis nec humanis legibus solvendus est,
C. 5. X. de censib. tum sane paucis Eccle-
siis hodie census deberetur, nisi pia causa ab
hoc onere exemta esset, Mascard. *concl. 279.
n. 13.* vel nisi tempus immemoriale acce-
deret, quod potius præsumit emphyteu-
tico, quam censuali titulo solutum, quia
in dubio magis favendum est Ecclesiæ,
quam Laicis. Knich. *de vestit. Pact. 4.*
41 *n. 230.* Quæri hic poterit, utrum utilius
sit colono, potius esse emphyteutam vel
censuarium Ecclesiasticum, quam profa-
num? Quoad successionem videntur pro-
fani emphyteutæ plus juris habere, quam
Ecclesiastici, quia emphyteusis ecclesiastica
simpliciter concessa non intelligitur per-
petuo. Mascard. *Concl. 606.* Tamen
quoad immunitatem, qua Ecclesiæ gau-
dent, ejus coloni prærogativam aliquam
habent. Menoch. *lib. 2. de arb. Jud. quæst.
Cas. 562. n. 21.* unde vulgo dicitur, ***unter
dem Krumbstab ist gut wohnen.*** Wehn. *in
verb. hoc.* Quod an hodie obtineat,
merito dubitat. Gryphiand. *Oecon. Leg.
c. 31. n. 28.*

42 Porro dividitur Census ratione tempo-
ris in temporalem vel perpetuum; tem-
poralis iterum vel est determinatus ad cer-
tos, puta quindecim vel plures, annos; vel
indeterminatus, ad vitam emtoris vendi-
toris, vel etiam alicujus tertii unius vel
duorum. Determinatus est, qui consti-
tuitur pro datione certi pretii, puta XII.
librarum, ut ad quindecim annos quolibet
anno una solvatur. Indeterminatus cen-
sus est, qui ad hominis vitam constituitur,
unde & vitalitius dicitur, de quo *supra
actum*; vid. Molinæus *de Usur. quæst. 72.*
43 Perpetuus autem census est, cum nullum
44 tempus constitutioni adjicitur; Et vel ir-
redimibilis est, qui perpetuo & semper actu
talis est; vel redimibilis, qui saltem habitu
talis est ratione emtoris, qui sortem repe-
tere nequit. vid. Greg. de Valentia *disp. 6.
qu. 22. punct. 6. Col. 3. in pr. Tom. 3.* Ra- 45
tione vero venditoris redimi potest, qua-
les quidem sunt omnes hodie in Germa-
nia, uti videre est ex constitutione Ca-
roli V. Imperatoris de anno 1548. in Co-
mitiis Augustanis publicata, sub tit. *von
weltlichen Contracten.* Et post constitu-
tionem Pii V. etiam alibi, præsertim si ad
rationem unius pro quatuordecim consti-
tuantur, quæ qualitas illis tanquam pro-
prietas quædam naturaliter inest, ut nec
in contrarium pacisci, nec facultas illa re-
luendi unquam, ne quidem centum anno-
rum spatio præscribi possit. Conf. Molin.
de Usur. qu. 5. n. 118. Deinde dividitur 46
census ratione rei, super qua constituitur,
quod sit vel personalis, vel realis; Perso-
nalis vel mere talis, vel quodammodo mix-
tus. Mere personalis est, qui constitui-
tur in persona solius censuarii seu debito-
ris, obligantis se ad certam pensionem sine
ordine ad certam aliquam rem, unde so-
lutio facienda absque ulla rerum vel bo-
norum assignatione hypothecaria. Mix- 47
tus est, qui quidem principaliter in per-
sona collocatur, sed cum rei unius vel
plurium hypotheca, ut creditori seu cen-
sitori tanto melius cautum sit. Realis est, 48
qui super re certa una vel pluribus, v. g.
super fundo, vinea, vel domo prædiove
constituitur, quando nempe hoc agitur,
ut in illis atque ex illis pensio præcise de-
beatur. Franzk. *Lib. 1. Resol. 1. n. 53.* Ubi
etiam late demonstrat, censum persona-
lem in effectu a mutuo non differre,
etiamsi hypothecæ vel certæ rei, quæ & in
mutuo adjici potest, subnixus sit, & cen-
sum demum realem verum esse censum.
Reditus autem hi præter venditionem, & 49
aliis modis, puta permutatione, legato,
donatione constituuntur, venditione vero
plerumque. Pretium vero justum com- 50
muniter DD. illud censent, quod lege vel
consuetudine cujusque loci definitum est,
l. 63. ad l. Falcid. l. 53. de evictionibus. etiam
in foro conscientiæ. Molin. *de Usuris
quæst. 5. n. 9.* Unde est, quod in quibus- 51
dam regionibus pretium irredimibilis cen-
sus determinatum sit ad rationem unius
pro triginta, in quibusdam pro viginti.
In redimibili vero, nunc ad rationem 52
unius pro duodecim, ut in GALLIA
communiter fit, Molin. *d. tr. de Usur.
quæst. 5. n. 109.* nunc ad rationem qua- 53
tuordecimæ, ut in HISPANIA, post
constitutionem Philippi II. An. 1563. Ma-
driti

driti emiſſam, Covarr. *Lib. 3. Variar. Reſol.*
54 *cap. 10. n. 3.* Nunc ad rationem decimæ, undecimæ, duodecimæ, ut in partibus MORAVIÆ, SILESIÆ & vicinis locis, ſicut colligitur *ex conſtitutione* Martini V. & Calixti III. *in Extravag. de emt. vend.* Nunc ad rationem quindecimæ, ut olim in quibusdam GERMANIÆ Civitatibus, teſte Contardo *de contract. qu. 83. Concl. 2.* Nunc ad rationem unius pro viginti, uti apud GALLOS in Provincia DELPHINATUS, referente Guid.
55 Papa *Conſ. 180.* Et hodie ex decreto Wormat. & aliis Imperii Conſtitutionibus in univerſum in GERMANIA. Hinc antea laudatus Frantzk. *Lib. 1. Reſol. 2. n. 45. ex leg. 3. §. Item ſi Reipubl. ad*
56 *L. Falcid.* dilucide oſtendit, reditum perpetuum non redimibilem ad minimum per rationem XXV. ad unum conſtitui, quemadmodum fundum ipſum per rationem
57 XX. ut tamen communiter pretium illic ad rationem XXX. pro uno, hic ad rationem XXV. pro uno determinari poſſit. Quod & ita a peritis rerum æſtimatoribus in SAXONIA attendi ſolitum, & in multis diviſionibus & emtionibus hæreditariis etiam inter illuſtres perſonas, quibus interfuit, obſervatum eſſe atteſtatur jam laudatus autor.

58 Attamen in conſtituendo pretio fundorum ſemper eſt reſpiciendum, an ſint ab externis cladibus tuti, an vero variis periculis obnoxii: Hinc etiam, quia tam conſtantes & uniformes fructus non adferunt, pro ratione periculi proportionalem defectionem in pretio rationabiliter
59 recipiunt. Quando fructus in cenſum præſtantur, illique venduntur, tunc ſinguli modii duri frumenti, *hartes Geträydes*, ut tritici, ſiliginis, hordei æſtimantur 5. Thaleris, & 6. argenteis, mollis autem,
60 *weich Korn*, ut avenæ, dimidio. Gallinarum penſio annua 2. groſſis, anſerum 3. ſervitium equorum æſtimatur 150. Thaleris, per pedes, *Caſſaten-Dienſt*, dimidio, &c. Köppen *Deciſ. 24. n. 13.* traditque ibidem tres florenos ſemper pro ſingulis centenis ſolvi. Cur tam exiliter, cum ex centenario fere duplum, nempe 6. aut ſaltem
61 5. annui percipi poſſint? Nempe quia cenſus perpetuus & certus eſt, ideoque pretioſior. Ex cenſu ita conſtituto oritur jus reale, ratione cujus cenſitor actione reali agere poteſt, ſicut idem fere in ſervitutibus vel aliis juribus uſu venit, quæ non aliter imponi poſſunt, quam prævio contractu vel ultima voluntate, & tamen poſtquam ſemel conſtitutæ ſunt, adverſus conſtituentem vel ejus hæredem, nulla amplius in perſonam actio, niſi forte prædium evictum ſit, competit, ſed confeſſoria ſaltem utilis in rem pro jure aſſerendo adverſus poſſeſſores locum habet, Alvar. Valaſcius *de Jur. Emphyt. quæſt. 32. n. 14.* ubi dicit, quod venditione cenſus id non agatur, ut res pro ſecuritate cenſus hypothecata ſit, ſed ut cenſus & onus illud ſit ipſi rei tanquam ſervitus quædam impoſitum. Quoniam igitur hoc onus impor- 62
tat jus reale, & propter hoc etiam competit actio, quæ rem ipſam concomitatur, *l. 25. de Obl. & act. l. 12. C. de diſtract. Pign.* ideoque cum re ſimul in quemcunque poſſeſſorem, in quem illa alienata & translata eſt, tranſit, & inde tertius ille poſſeſſor propter penſiones etiam præteritas conveniri poteſt, ut in ſimili de tributo dicitur in *l. 2. C. de alluv. & in l. 2. & l. fin. C. ſine cenſu & reliq.* Confer. *Ord. Judic. Elect. Sax. tit. 42. §. ferner ſoll dasjenige*, ibi: *jährliche Zinſen &c.* Exinde 63
etiam ſequitur, quod tertius ille poſſeſſor non ſaltem ad ſolutionem præteritarum penſionum, ſed & inſuper ad recognitio- 64
nem cenſus per editionem inſtrumenti novi teneatur, ad minimum alternative, niſi malit dimittere ipſam rem, ut *arg. l. 6. §. 2.* ibi Labeo autem hanc ſervitutem non hominem, ſed rem, ſi ſervitus vindicetur, *& l. 114. §. 3. de Legat. 1.* Quæ quidem recognitio, ſi non aliunde rem ab onere cenſus liberam eſſe appareat, recognoſcenti, ejusque hæredibus & ſucceſſoribus, omnibusque his, qui ab illo titulum vel cauſam habent, præjudicat. Molinæus *ad Conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 2. n. 32.* Franzk. *Lib. 1. Reſol. 3. n. 5.*

Interea licitum eſt cenſito alienare fun- 65
dum in quemcunque voluerit, etiam irrequiſito Domino cenſus, tum propter Dominium, quod cenſuarius habet, tum quia fundi cenſitici per modum emtionis primum acquiruntur, nec Domini cenſus interſit, quis poſſeſſor eorum cenſum præſtet, nec deſint remedia coactiva ad hunc a moroſo debitore conſequendum, Alvar. Valaſc. *de Jure Emphyt. qu. 32 n. 32* In 66
foro tamen Saxonico Electorali diffitendum non eſt, quod ſi cenſitus pro ære alieno ſuſcepto prædium hypothecæ velit ſupponere, tum & Domini jurisdictionis juxta & Domini cenſus deſideretur conſenſus, Ordin. Proceſſ. *Tit. 46. §. würde* in

bonis

bonis Emphytevticis & Censiticis *der* Dominus directus *nicht zugleich Gerichts-Herr seyn, sondern es hätte ein anderer die Jurisdiction über den* Fundum Emphytevticum *oder* Censiticum, *soll zu Erlangung einer beständigen gerichtlichen Hypothec des Lehn- und Gerichts-Herrn Consens zugleich und* conjunctim *erhoben werden.* Cum quibus consentit *Constit. Elector. 23. Part. 2.* Ita ut horum alterutro omisso, hypotheca de jure non subsistat; quod sane ratione haudquaquam caret. Illius enim, nempe domini directi, consensus propterea adhiberi debet, quia de jure alias hypotheca valida non est. And. Rauchb. *P. 1. qu. 24. n. 35.* Hujus vero, nempe judicis ordinarii, consensus omitti nequit propter executionem, quæ a judice seu domino jurisdictionis est impetranda, quam alias ad pignorationem non requisitus procul dubio denegaturus vel difficiliorem redditurus esset, ut ipsemet Dn. Elector innuit *d. l.* Carpz. *ad dictam Constitut. Def. 22.*

67 Extenditur hoc, quod censitus libere possit prædium censiticum alienare, ita ut nec Domino census competat in actu alienationis prærogativa, aut jus protimiseos præ extraneo emtore, And. Rauchb. *P. 2. qu. 22.* nisi id specialiter in loco vel regione quadam receptum sit.

68 Expeditum etiam est, Censitum se suaque libere posse ad alium Dominum, & sub alius jurisdictionem conferre, *arg. l. 4. l. 31. ff. ad Munic. l. 1. C. de Incol.* Non minus ac Vasallus quoque Feudum, quod tamen beneficii loco a Domino habet, etiam invito hoc, modo id non intempestive & dolose fiat, refutare potest, *2. Feud. 38.* Mart. Mag. a Schönberg. *de Advocat. armat. c. 16. n. 126.* D. Casp. Zieglerus *sen. ad Praxin Calvoli concl. 2.*
69 *n. 48.* Utut non dissimulandum, quod & hic malitiæ obviandum, & hinc ubi querelæ contra subditum oblatæ, ad quas elidendas is prioris Magistratus jurisdictionem & potestatem subito evadere velit, id permittendum haud sit. H. Esaias Rosecorb. *Prax. Forens. cap. 20.. num. 20.*
70 Nec minus censito emigratio indulgenda, si fundum deterioraverit, sitque gratia Principis sine melioratione prædii abusus, *hat die Gnaden- und Frey-Jahr genossen, das Guth dabey ausgesogen, und nichts ge-*
71 *bessert.* Vel si Domino id, quod jure emigrationis ei debet, *die Nachsteuer, Abschoß, Abfahrt oder Ablösung, arg. R. J. de Anno 1555. §. Wo aber unsere, & de Anno 1594. §. und so wird die ungleiche &c.* solvere recuset. Aut demum peculiaris ra- 72
tio regionis aut subditorum aliud jubeat, ut videre est in hominibus propriis Lusatiæ, Westphaliæ, Livoniæ, Palatinatus & aliarum ditionum, *Chur-Pfaltz. Lands-Ordnung tit. 8. §. Es sollen auch &c. Ober-Laußnitzer Landes-Ordnung* Tit. *Zum dritten die Unterthanen, und ihre Kinder belangend. Nieder-Laußnitzer Landes-Ordnung Tit. 2. §. 5. 6. & seq.* laudatus Ziegl. *d. l. §. Civitas. Concl. 2. §. 34.* Ampliatur supe- 73
rius assertum, quod censitus a Domino pro suo arbitrio & lubitu forte ob maleficia & contumaciam quandam non possit ex fundo suo expelli, etiam hic paratus sit pecuniam, quam censitus primum pro eo dedit, ei reddere, tum quia hic titulo oneroso fundum cum pleniore jure recepit, tum & quod nec Princeps, nedum alius Dominus jus alteri quæsitum vi evertere possit. Zieglerus *d. l. §. Nobilis. n. 185. & seqq.* Dn. Magnus a Lœser *d. dissert. §. 34.* Limitandum tamen hoc erit in eo, 74
qui nimis insolens, refractarius & gravis adversus Dominum & vicinum est, qui sine dubio pro gravitate facti, distractis & divenditis bonis suis juberi potest, ut discedat & aliorsum migret. *arg. Const. Elect. 8. p. 2.* Matth. Berl. *P. 2. Concl. 9. n. 20. & decis. 56. n. 8.* Quidni enim de subditis hoc dicamus, cum & Dominus propter insolentiam, si subditos sub umbra officii turpiter & flagitiose emungat, novisque pensionibus & assiduis operis excruciet, jurisdictione privari, & cogi possit ad Dominium vendendum. *arg. l. un. C. si quacunque præditus potest.* Mynsing. *cent. 5. Observ. 8.* Gail. *lib. 1. Obs. 17. n. 10. & seqq.* Nec minus patronus sæviens nimium in clientes, eosque pro defensione opprimens atque gravans jure protectionis privari queat. Thom. Maul. *de Homag. tit. 2. n. 20.* Contingit etiam quandoque, ut agricolæ 75
duplicem aut triplicem censum præstent, Gothofr. *in rubr. & l. 4. C. de Agric.* Unum Magistratui, qui nihil est aliud quam tributum; Alterum Domino directo, *ihrem Landes-Herren.* Latherus *de cens. Lib. 3. c. 6. n. 51.* aut Creditori, si sit Censuarius: Tertium Ecclesiæ, nempe decimas, qui & ipse Census appellatur, sed in ordine primus est, & profanum censum præcedit. *Cap. 3. X. de Decim.*

Quid si diuturnitate temporis moneta 76
censualis mutata sit, utrius temporis valor inspi-

inſpiciendus erit, an contractus, an vero ſolutionis? Reſpondet quidem Papa, ſolutionem juxta antiquam & graviorem monetam faciendam, *in C. olim 20. X. de Cenſ.* de cujus interpretatione v. Kohl. *Ex. 18. n. 2.* Sed Menochius *in Conſil. 49.* pro tempore ſolutionis concludit. Maxime ſi cenſuarius per aliquot annos cenſum in minori moneta ſolviſſet, quia obſervantia jus facit, & in dubio Cenſuario contra Creditorem favendum eſt. Menoch. *Conſil. 1266.* Facit, quod antiquus cenſus augeri non poteſt, niſi cenſuario conſentiente, Boër. *Deciſ. 132. n 3.* ſicut nec penſio coloni, Gail. *1. Obſerv. 17. n. 3. per l. 23. §. caveant. C. de Agricol. & cenſ. Nov. Leon. 13.* Köppen. *quæſt. 19. n. 9.* Græv. *l. 1. Concl. 17. n. 6.* Et ut id fiat, de facto tamen illicite per vim & metum factum eſſe præſumitur. Honded. *Vol. 1. Conſ. 86. num. 17.*

77 Actio denique, quæ ex hoc contractu oritur, alia datur Domino adverſus cenſitum, alia huic adverſus Dominum. Priori caſu fundus vel eſt traditus & a cenſito poſſeſſus, vel minus, ad occupandum tamen conceſſus & monſtratus, *wenn er dem Käuffer angewieſen worden.* Hoc modo actio datur ad conſequendos cenſus promiſſos ex præcedente contractu perfecte inito, vel venditi, ut cenſitus fundum ſecundum legem conventionis occupet, pretiumque promiſſum ſolvat & præſtanda præſtet *l. 13. §. 19. ff. de act. emt. vend.* vel ex ſtipulatu, ſi præceſſit ſtipulatio, aut ſimilis actio. Imo ſi Dominus ſimul in cenſitum jurisdictionem habeat, atque contractus prævius certus & Actis inſinuatus reperiatur, pœnali Judicio cenſitum ad contractum implendum recte cogit, probantibus hoc moribus Germaniæ & *Dec. Sax. 39.* Illo vero modo, quando fundus eſt traditus & a cenſito poſſeſſus, itidem pro more Germaniæ contra cenſitum contumacem, inobedientem & moroſum debitorem per arreſta bonorum & perſonarum, per pignorationem jumentorum, & per manus injectionem in fructus, & legitimam quoque eorum diſtractionem, quin imo ſi inſuper ſervitia non præſtet, fundum valde deterioret & vicinis gravis ſit, per ſupra dicta expelli fundo, & condictione ex moribus contra eum agi poteſt, Gail. *de Arreſt. c. 10. n. 1. 2. 3. 4.* Ziegl. *d. l. §. Nobiles n. 104.* Manzius *deciſ. Palat. dec. 2. qu. 19. n. 17. & 18.* Manlius *de Homag. tit. 4. n. 24.* ubi tamen ſuadendum, ut Dominus prius in Collegium Juridicum mittat, & deſuper horum ſententiam requirat, qua ratione ab omni ſuſpicione exceſſus commiſſi liberabitur.

In ſucceſſore ſingulari moroſi hujus debitoris videndum, an præcedens cenſitus reales vel perſonales præſtationes debeat. 78
Illæ afficiunt quemvis ſucceſſorem, quibus etiam annumerantur laudemium, canon emphyteuticus, decimæ, tributa, collectæ & ſimilia. Carpz. *P. 1. Conſt. 28. Dec. 54.* Quamvis quoad laudemium dubitet Caſp. Manzius *Deciſ. 3. qu. 21. & 22.* Hæ vero perſonales præſtationes hæredem cenſiti, non ſucceſſorem ſingularem tangunt, ut eſt mortuarium, *Tod- und Haupt-Fall*, vel emolumenta ſucceſſoria, ubi mortuo cenſito Dominus optimum caput quadrupedis, vel meliorem veſtem ſibi appropriat, vel loco illius certam pecuniæ ſummam juxta patrimonii quantitatem determinatam accipit, aut etiam cenſito ſine legitimis hæredibus mortuo ab inteſtato ſuccedit, quod in Franconia & illis locis, ubi proprii homines habentur, obſervari teſtatur Wehner. *Obſerv. Pract. voce Haupt-Fälle.* Manzius *d. l. q. 23.* & alii; quorſum & reſidua debita ex jure detractus, *Abzugs-Gelder*, pœnas judicibus & miniſtris eorum competentes, *Buſſen, Straffen, Nachwandel oder Nachrecht*, ubi hoc receptum & ſimilia, quæ ex ſpecialibus pactis & contractibus debentur, referimus.

Deinde cenſito adverſus Dominum 79
poſt contractum perfecte initum, neque traditionem fundi ſecutam, datur actio ex illo contractu, per quem ad prædium cenſiticum præſtandum ſe obligavit. E. g. emti vel ex ſtipulatu, condictio ex moribus, aut ſimilis ad prædium venditum tradendum, adeo ut nec præſtando intereſſe liberetur. Neque actio ad intereſſe cenſito deneganda, ſi ex mora Domini culpoſa damnum cenſito emerſerit, aut utilitas inſignis intercepta fuerit. Lauterbach. *compend. jur. lib. 19. tit. 1. fol. 571. in fin.* Ubi vero fundum cenſiticum jam poſſidet, diſtinguimus an auxilium imploret adverſus dominum vel tertium & extraneum. Priori caſu, ſi Dominus novos cenſus aut exactiones pro ſua libidine imponere vel operas in grandes penſiones mutare tentet, hincque ſubditos in ſqualidos carceres detrudat, ſubveniendum his eſt contra ſævitiam hanc Dominorum; cum interſit Reipublicæ, ne quis re ſua male utatur: ubi cumprimis ratio humani-

tatis, & animæ humanæ commiserationis habenda est. Et sicut hac in parte Camera Spirensis adversus Dominos immediatos Imperii subditos mandata sine clausula decernit, imo si admonitioni non paruerint, feudo & jurisdictione illos privare potest, Gail. *lib. 1. Observ. 12.* Mynsing. *cent. 5. Observ. 8.* Petr. Fried. *de Processu lib. 2. cap. 13.* Ita multo magis adversus Dominos inferiores, e Principum cancellariis aut provincialibus curiis animadversiones aut decreta severiora expectanda, & Dominis istis merito metuenda sunt. Sic & opposita exceptione præscriptionis censiti contra Dominos tuendi sunt, tam quoad census præteritos quam futuros, si intra terminum Saxonicum tricesimalem eos vel plane non, vel in minutiori & viliori moneta, aut frumenti specie solverint, vel uniformem censum pro operis & servitiis præstiterint, & Dominus hæc rursus, aut monetam præstantiorem & nobiliorem petere præsumat. *Const. Elect. 2. 3. 4. p. 2.* ibique Carpzov. quæ tamen extra Electoratum nostrum usu non observari testatur Joh. Köppen. *Decis. 13.*
80 *n. 12.* Adversus tertium censito subveniendum vel actione legitima, vel interdicto Prætorio. Illa erit omnibus dominis rerum suarum alias pro qualitate factorum competens. Hoc, nempe interdictum Prætorium, vel possessionem fundi censitici retinendam respicit, ubi interdictum, Uti possidetis, contra quemvis turbantem ei suppetias feret, vel possessionem recuperandam, ubi interdictum, Unde vi, vel plenius actio de spolio ex can. redintegranda *c. III. quæst. 1.* accommodanda. Neque adipiscendæ possessionis interdictis uti prohibebitur. Cæterum contra Dominum spoliantem in factum actio a Censito instituenda, Ludw. *p. 41.* nisi vis armata a Domino illata, Struv. *C. 11. th. 3. n. 1.* Vid. Ludovicus Postius *Tr. de Manuten. obs. 16. n. 67.*

In genere vero notandum, quod cum 81
censiti nostri rurales sint homines plerumque inopes, ignari, & in fatali quasi miseria viventes, hinc causas eorum summarie, simpliciter, de plano, sine strepitu & figura judicii, sola facti veritate inspecta, per nudam officii judicis implorationem tractandas esse; Quod sicut juri civili conforme, ita observantia Saxonica probari graviter docet Carpzov. *lib. 6. Resp. ult.* Hoc eo magis obtinet, si lis utrinque inter rusticos ventiletur, prout mandata Electoralia speciatim præfectis hinc inde insinuata liquido monstrant. Ubi tamen rustici 82
probe admoniti de concordia, decretis sui Magistratus, *der Beamten oder Gerichtshalter Abschiede*, acquiescere renuant, eis beneficia Leuterationis vel Appellationis, quæ velut præsidia & remedia communia adversus iniquitatem & affectum præcipitantem judiciorum habentur, deneganda non sunt.

CAPUT XIX.

DE PRÆDIIS SUPERFICIARIIS.

SUMMARIA.

1. *Superficies eodem ferme modo sumitur Mathematicis ac JCtis.*
2. *Jus Superficiei quid sit?*
3. *Quomodo constituatur hoc jus?*
4. *Quomodo per conductionem acquiratur?*
5. *In jure superficiario transfertur effectus Dominii.*
6. *Constituitur & ita Superficies, ut conductori ædificare liceat.*
7. *Quomodo emtione constituatur superficies?*
8. *Emtio Superficiei a Locatione quomodo differat?*
9. *Potest & donatione constitui.*
10. *Item per Testamentum.*
11. *Quando dominium superficiei transeat ad legatarium.*
12. *Prædium Superficiarium non adquiritur nisi traditione.*
13. *Usucapione etiam acquiritur Superficies.*
14. *Remedia quæ competant possessori superficiei si possideat?*
15. *Quænam competant possessione amissa?*
16. *Distinctio in Superficiem constitutam conductione & emtione.*
17. *Superficiarius potest nunciare novum opus.*
18. *Utiliter etiam stipulatur damni infecti.*

19. *Su-*

19. *Superficiarius poteſt aliis uſum & uſumfructum conſtituere.*
20. *An in venditione prædii Superficiarii præferatur Dominus ſoli extraneo?*
21. *Sublata ſuperficie, penſio ſuperficiaria eſt remittenda.*
22. *Quomodo finiatur jus ſuperficiarium?*
23. *Quomodo differat ab Emphytevſi?*

1 SIcut Mathematicis ſuperficies eſt extrema cujusque corporis facies, omni profunditate carens: Ita fere & JCtis dicitur extremæ terræ vel ſoli cujuscunque alieni pars ſeu facies, quæ oculis cernitur, diverſam ab ipſo corpore rationem obtinens, ac in *l. 16. §. ult. & l. 10. fam. ercisc.* expreſſe appellatur prædium ſuperficiarium, alias ſuperficium, ut *l. 39. ff. de Leg. 2.* Sic plantæ, vineæ & arbores ac ſegetes agri, ſuperficies ſunt, *l. 13. de S. R. P.* & ædificium ſolo ſeu areæ impoſitum, *l. 44. de Obl. & Act. l. 23. ff. de Uſucap.*

2 Jus itaque ſuperficiei eſt jus in ſuperficie prædii alieni ita ſeu ea lege conſtitutum, ut certa penſione vel pretio inſtar Domini illa frui, & de iſta ſuperficie diſponere, eamque alienare poſſim, *l. 7. pr. l. 1. §. 7. ff. de ſuperficiebus.* Licet enim Jure Civili Superficies cedat ſolo, & jus ſoli ſequatur, *l. 29. §. 2. de Pignor. l. fin. de ſuperfic.* Prætor tamen ſuperficiarium tuetur quaſi Dominum, *l. 1. de Superfic.*
3 *l. 3. §. ult. de Oper. nov. nunc.* Promittitur, conſtituitur & acquiritur tale prædium perinde ut emphytevticum, de quo
4 ſupra. Sic conductione conſtituitur Superficies, cum quis prædium conducit certa penſione conſtituta, ſed ea lege, ut ſuperficiem ipſe habeat; quæ conventio ſi nominatim non adjicitur, non conſti-
5 tuitur ſuperficies conductione. Locatio namque non ſolet mutare proprietatem, *l. non ſolet. ff. locat.* In jure autem ſuperficiario proprietas mutatur, cum effectus Dominii transferatur in ſuperficia-
6 rium. Conſtituitur etiam ſuperficies conductione, cum nuda adhuc area conducitur a Domino certa penſione in ſingulos annos, conſtituta ea lege, ut conductori ibi ædificare liceat, & ædificatam ſuperficiem habere. *l. fin. de ſuperfic.* Neceſſe tamen eſt, ut conducatur in perpetuum, vel ad non modicum tempus,
7 *l. 1. §. 3. ff. de Superfic.* Emtione ſuperficies conſtituitur, cum emitur in alieno ſolo ſuperficies, quod ita fit, cum aut de ædibus in alieno jam poſitis convenit, ut quis in his ſuperficiem habeat, aut vacua adhuc aliena area convenit, ut qui ſuperficiem habiturus eſt, ei in eo ſolo liceat ædificare, pretio videlicet ab initio ſemel in eam ſuperficiem conſtituto. Locatio 8
igitur ſuperficiei ab emtione diſtinguitur mercede ſeu penſione & pretio. Locatio eſt, ſi pro ſuperficie conſtituitur penſio, id eſt, certæ pecuniæ præſtatio diviſim in ſingulos annos: quæ res propria eſt locationis & conductionis, in rebus præſertim immobilibus ad aliquot annos fruendis datis, *l. item §. fin. ff. Loc.* Emtio eſt, cum pro re quæ traditur ab initio conſtituitur certum pretium, quod ſemel præſtetur, *§. 2. Inſt. de Emt. & vend.* atque tunc nulla annua penſio debetur. Franzk. *de Laudem. c. 13. n. 7.* Poterit & dona- 9
tione conſtitui ſuperficies, cum quis alteri donare ſe dicit in ſuo ſolo ſuperficiem. Ut enim emtione, ſic donatione voluntate Domini transfertur, *l. 1. §. 7. de ſuperfic. §. 35. §. 40. Inſt. de rer. diviſ.* Et ſi pot- 10
eſt donatione inter vivos, poterit multo magis teſtamento, ſi quis ſe legare dicat alicui ſuperficiem in ſuo ſolo. Hic au- 11
tem notari meretur diſtinctio, utrum gratis, an vero ſub certa penſione conſtituta ſit ſuperficies, quam hæredi præſtet legatarius? priori modo ſtatim ad legatarium transfertur rei legatæ dominium, *l. 64. ff. de Furt.* Poſteriori vero iterum diſtinctione opus eſt, utrum conditio adjecta placeat legatario, nec ne? Si placuerit, acquiritur ipſi ſuperficies, ſecus vero ſi non placuerit, cum legato admiſſo ad præſtandam penſionem obligatur legatarius, invitum autem obligari æquitati haud conſonum exiſtimamus. *l. 6. pr. de acquir. hæred.*

His modis conſtituitur ſuperficies circa 12
controverſiam, ut quidem debeatur ei, cui conſtituitur, ſed non ſtatim transfertur, ut ſuperficiarius futurus eam habeat. Sic transfertur ex his cauſis inter vivos, ſi etiam traditio acceſſerit, id eſt, ſi ſuperficiario traditum ſit prædium ſuperficiei acquirendæ cauſa, aut ſi cum ipſe ædificaſſet, dominus ſoli paſſus ſit eum hac mente ædes poſſidere, quibus modis res traditione transferri ſolent, *l. 9. §. 3. & §. 5. ff. de Adq. R. D.* Uti enim dominia non adquiruntur, niſi traditionibus, *l. 20. C. de Pact.* ſic nec ea, quæ Dominii inſtar & vim obtinent, ut jus Emphy-

tevticum & ſuperficies. Donell. *de Jur. Civ.*
lib. 9. c. 19. n. 10. & 11.

13 Præterea & Uſucapione aliquando com-
paratur ſuperficies, ſi quis citra expreſſam
hujus juris conſtitutionem rei poſſeſſio-
nem bona fide acquiſierit, eamque Domino
patiente longo tempore, nec vi, nec clam,
nec precario poſſederit, *arg. l. 10. ff. ſi*
ſerv. vind. præſumitur enim hac ratione
ex parte domini interveniſſe juris Super-
ficiarii conſtitutio. Stempel. *de Jure ſu-*
14 *perficiar. §. 6.* Superficie ita recte con-
ſtituta, ſuperficiarius in ſuperficie ut Em-
phytevta in agro vectigali jus Dominii ob-
tinet, tenendæ ſcilicet, poſſidendæ, per-
ſequendæ ſuperficiei, quam ad rem reme-
dia illi propoſita. Quod ſi alius, ſive Do-
minus, ſive alius quivis, poſſeſſionis faciet
controverſiam, datur poſſidenti inter-
dictum de ſuperficiebus retinendæ poſſeſ-
ſionis cauſa, eodem modo, quo iis, qui pro
Dominis poſſident, datur Interdictum Uti
poſſidetis; id eſt, ei, qui nec vi, nec clam,
nec precario ab adverſario ſuperficie frui-
15 tur, *l. 1. §. 2. & 4. ff. de ſuperf.* Poſſeſ-
ſione autem ſuperficiei amiſſa etiam ultro
ſuperficiario in rem actio datur rei perſe-
quendæ cauſa, idque adverſus omnes poſ-
ſeſſores, & quidem adverſus Dominum
16 ipſum ſoli, *d. l. 1. §. 1. & 4.* Probe tamen
hic advertenda diſtinctio inter ſuperfi-
ciem conſtitutam conductione & emtione;
nam ſi conducatur, pacto nominatim ad-
jecto fiat oportet, ut pro ſua eam teneat
ſuperficiarius, unde ſimpliciter conducta
jus in rem non transfertur, *l. 39. ff. loc.* Emta
vero ſimpliciter ſuperficie id actum cen-
ſetur, ut transferatur Dominium, ſi ven-
ditor eſt Dominus; ſin minus, uſucapiendi
conditio, *l. 74. de contr. emt. l. 11. §. 2. ff.*
de act. emt.

17 Præterea ſuperficiarius, ſi quod opus
novum inſtituatur, quod ipſi nociturum
ſit, poteſt nunciare novum opus, *l. 3. §.*
18 *pen. ff. de operis nov. nunciat.* Si a vicinis
ædibus aut opere facto damnum metuit,
utiliter ſtipulatur damni infecti, *l. 13. §. 8.*
19 *de damno inf.* Quia etiam non alio ſpe-
ctat habere ſuperficiem, quam ut ea uti
frui liceat, conſequens eſt ſuperficiarium
uſum & uſumfructum in ſuperficie aliis
conſtituere poſſe, *l. 1. §. 8. ff. de ſuperfic.*

20 Quæri hic poteſt, an ſuperficiarius, cum
alienare ſuperficiem vult, debeat vendi-
turus alii dominum ſoli admonitum, & eo-
dem pretio emere volentem extraneo præ-
ferre? aut domino ab hac emtione vel
ſua voluntate, vel mora duorum menſium
excluſo, debeat ab eo impetrare, ut no-
vum ſuperficiarium inducat in poſſeſſionem
ſuperficiarii prædii, & illo inducente pro
opera quinquageſimam ſolvere, ut exigi-
tur ab Emphytevta volente fundum em-
phytevticum ad alios transferre, *l. fin. C.*
de Jur. Emphyt. Et dicendum, nihil ho-
rum a ſuperficiario exigi, generaliter enim
hoc illi & ſine exceptione tribuitur, ut poſ-
ſit ſuperficiem ad alios transferre, *d. l. 1.*
§. penult. de ſuperfic. nec ullus locus eſt,
qui in ſuperficiei alienatione hunc con-
ſenſum Domini requirat.

Sublata ſuperficie, vel etiam ſi per vim 21
alienam aut alios caſus ſuperficiario frui
ſuperficie non licebit, tum ex generali
lege conductionis ei penſio remittenda,
per *l. 15. §. 4. ff. locat.* Finitur deni- 22
que jus ſuperficiarium, aut jure Do-
mini ſoli ſoluto, aut tempore & lege
conſtitutionis elapſo, aut ſuperficiarii
culpa, quod fit, ſi conducta ſuperficie
penſio ſuo tempore non præſtetur. Hæc
enim eſt lex conductionis ædium vel fundi,
ut ſi finito anno penſio non ſolvitur, ſta-
tim conductor a Domino expelli poſſit,
l. 3. C. locat. Usque adeo, ut quamvis
inter locatorem fundi & conductorem
convenerit, ne intra tempora conductio-
nis conductor invitus expelleretur, & ſi
pulſus eſſet, pœnam a locatore ſit ſtipula-
tus; tamen placeat nihilominus impune
expelli poſſe, ſi penſionibus non ſatis-
fecerit *l. 54. §. 1. ff. Locat.* Donell. *l. 9. c. 19.*
Differt Superficies ab Emphytevſi in 23
plurimis. Emphytevta enim habet Do-
minium utile tam in ſolo, quam in ſuper-
ficie, *l. 1. ff. Si ager. Vectig.* At Superfi-
ciarius in ſuperficie tantum Dominium
habet, & utilem confeſſoriam pro ſervitu-
tibus, & utilem in rem, *l. 3. §. 3. ff. de Novi*
Oper. Nunciat. Deinde Emphytevſis ne-
ceſſario exigit ſolutionem qualisqualis an-
nuæ, vel menſtruæ penſionis, *d. §. 3. Inſt.*
Locat. At ſuperficiarius eſt non ſolum ſi
penſionem aliquam ſolvat, ſed etiam dato,
quod nihil annuum ſolvat, puta quia ſu-
perficiem emit ſine obligatione ſolvendi
aliquid, vel habet ex legato, donato vel
locato; Differunt etiam in eo, quod di-
ruto ædificio Emphytevta poterit elevare
ſuperficiem, & iterum ædificare: at ſuper-
ficiarius deſtructa ſuperficie, puta Horreis
combuſtis, molendino funditus deſtructo,
ſi velit, reædificare non poterit. Porro
diffe-

differunt, quod Emphytevsis est de sui natura perpetua, quamdiu pensio solvatur, *d. §. 3. Inst. Locat.* At vero contractus superficiarius consistere potest, etiamsi quis ad modicum seu minimum tempus superficiem conducat, ut si quis superficiem prati ad pascenda pecora, vel in nundinis a Domino soli conduxerit, ut ibi casellas ad breve tempus habeat, & talibus conductoribus superficiariis dabitur interdictum possessorium de superficiebus. *l. 1. ff. illo tit. in princ.* Plures differentias vide apud Valascium *de Jure Emphytevt. quæst. 33.*

CAPUT XX.

DE PRÆDIIS LOCATIS ET ADMODIATIS.

SUMMARIA.

1. *Locatio & Admodiatio non differunt.*
2. *Qui locare & conducere possint prædia?*
3. *Militibus olim prohibitum conducere prædia.*
4. *Quod hodie non obtinet.*
5. *Nec Nobilibus officit prædia conducere.*
6. *Neque eorum dignitati obest villas inhabitare.*
7. *Prohibebantur prædia conducere Decuriones,*
8. *Item & Clerici,*
9. *Nec non Tutores prædia fiscalia.*
10. *Locari possunt prædia publica & privata.*
11. *Servitutes absque prædio non possunt locari.*
12. *Usufructus tamen prædii locari potest.*
13. *Prædium conductum iterum locari potest.*
14. *Locatur prædium vel cum vel absque reditibus.*
15. *Potest locari cum prædio jurisdictio.*
16. *Item jus Patronatus.*
17. *Braxatio.*
18. *Proventus Sylvarum.*
19. *Reditus Vaccarum & Ovium.*
20. *Venatio, Piscatio, Aucupium.*
21. *Decimæ.*
22. *Molendinæ, furni.*
23. *Operæ rusticæ.*
24. *Prædium locari potest non tantum pro pecunia, sed etiam pro fructibus.*
25. *Locatio Prædii cum emtione coincidit.*
26. *In locatione Prædii locum habet l. 2. C. de rescind. Vend.*
27. *Locatio conductio prædii fit consensu quocunque modo declarato.*
28. *Tacite non potest contrahi locatio conductio.*
29. *Attamen tacite potest renovari.*
30. *Reconductio iisdem conditionibus censetur facta ac conductio.*
31. *Tempus in conductione necessario est adjiciendum.*
32. *Locatio ad breve tempus quæ?*
33. *Locatio ad longum tempus.*
34. *An in locatione ad longum tempus transferatur utile Dominium.*
35. *Cautela est, ne locatio ultra novem annos fiat.*
36. *Locatio etiam potest fieri in perpetuum.*
37. *Obligatio ex hoc contractu proveniens.*
38. *Obligatio locatoris.*
39. *Obligatio conductoris.*
40. *De incendio in prædio suborto.*
41. *De remissione mercedis.*
42. *Onera quæ ratione fructuum imponuntur, ferre tenetur Dominus.*
43. *Si quid ab hostibus exigitur, fert colonus.*
44. *Cautela hac de re.*
45. *Finitur locatio conductio mutuo consensu.*
46. *Non vero morte unius contrahentis.*
47. *Finitur & tempore conductionis elapso.*
48. *Item si conductor sit leno, fur &c.*
49. *Conductori licet ante tempus migrare, si ostia & fenestræ corruptæ.*
50. *Si ædes ruinam minentur.*
51. *Item propter impetum hostium & pestem.*
52. *Tenetur tamen hoc prius Domino denunciare.*
53. *Actio ex hoc contractu oriens.*

1 QUamvis nonnulli inter Prædiorum
Admodiationem, quod vocabulum
provenit a Gallorum *admodier*, &
locationem conductionem discrimen quæ-
rant, cum Admodiatio sit, ubi certi redi-
tus, annuæ præstationes, fructus jurisdi-
ctionis aliorumve jurium commoditates
pro certa annua pensione alteri concedun-
tur, quia eapropter Admodiator vel Am-
modiator dicitur: Tamen revera contra-
ctus admodiationis & locationis conductio-
nis non differunt, cum non opus sit entia
contractuum multiplicare præter necessi-
tatem. Quis enim dubitaret, jura quo-
que una cum, interdum etiam sine præ-
dio locari posse. Unde omnis pensiona-
rius, qui non nudos agros conduxit, sed
prædium aliquod nobile cum jurisdictione,
jure venandi, jure patronatus, aliisve re-
galibus, pro Admodiatore habendus.
Dn. Stryck. *de Cautel. Contract. Sect. 2.
cap. 9.* §. 32.

2 Locare & conducere prædia possunt
omnes, qui contrahendo sese obligare va-
lent, nec speciali prohibitione ab hoc con-
tractu excluduntur, *arg. l. 43.* §. *1. ff. de*
3 *procurat.* Prohibentur autem prædia
aliena conducere milites, ne scilicet omisso
armorum usu ad opus rurestre se confe-
rant, & vicinis graves præsumtione cin-
guli militaris existant, *l. 31. C. locat.*
4 Quam legem tamen Hollandorum & Gal-
lorum moribus in desuetudinem abiisse,
refutatis dictæ legis rationibus, testatur
5 Grœnwegen *ad d. l.* Et licet Gryph. *in
Oecon. leg. c. 29. n. 106.* statuat, quæstum
hujusmodi dignitati haud convenire, cum
lege Gallica prohibitum sit nobiles esse
6 conductores fundorum: Itaque quamvis
nobili non officiat, si villam inhabitet, ne-
que propterea censeatur rusticus, Schnei-
dew. *in* §. *Item Serviana. n. 23. Inst. de act.*
Tamen aliud esse, si sit alterius colonus
vel conductor, juxta *gl. in art. 59. Libr. 2.
Land-R.* illumque a quo conduxit comi-
ter observare necesse habeat: *Muß den Hut
vor ihm in der Hand haben.* Attamen vi-
demus apud Romanos publicam condu-
ctionem nonnihil dignitatis attulisse, alio-
quin Equites Romani ea abstinuissent.
Cujac. *7. Observ. 4.* Ubi recte dicit, pu-
blicanos non esse emphyteuticarios, sed
quasi quæstores eorum. Quod etiam de
consuetudine Germaniæ nullum habet
dubium, præsertim in nobilibus nostri
temporis, qui milites quoque appellantur,
quorum maxima cura in Oeconomicis est
circa agriculturam, quæ etiam a Regibus
culta est. Brunnem. *ad. d. l.* Porro pro- 7
hibebantur Decuriones, *l. 30. C. Locat. l. 4.
ff. de Decur.* Item Clerici possessiones 8
seculares. *Nov. 123. c. 6.* Grœnew. *ad d. l.*
Tutores quoque & Curatores rationibus 9
nondum redditis, ob majorem minorum
securitatem, prædia Fiscalia & Cæsaris pa-
trimonialia conducere vetantur, *l. 49. pr.
&* §. *1. ff. Locat. l. un. C. ne tut. vel curat.
vect. cond.* Laut. *ad Tit. ff. Locat.* §. *1. n. 4.*

Possunt locari prædia tam privata, quam 10
publica, *t. t. C. de locat. Præd. Civil. &
Fiscal.* Ant. Matth. *de auct. lib. 2. c. 3.*
Servitutes tamen, quæ prædio debentur, 11
locari per se non possunt, nisi cum ipso
fundo, *l. 44. ff. Locat. Conduct.* Aliud in 12
usufructu prædii, quem locari posse expe-
ditum est, *per* §. *1. J. de Usu & habit. l. 18.
C. de Jur. dot.* Prædium conductum quo- 13
que a conductore, si aliud non fuerit con-
ventum, alteri æque idoneo ad eundem
usum locari potest. *l. 6. C. l. 7. ff. de Lo-
cat. Conduct.*

Locatur vero prædium vel cum omni- 14
bus reditibus simul, vel certis tantum, ut
est 1) Jurisdictio, prout hodie se habet, 15
Carpz. *lib. 5. Resp. 15. n. 3.* ubi in sequen-
tibus probat, quod prædio locato, cui Ju-
risdictio adhæret, etiam illa sit locata, nisi
expresse aliter convenerit. 2) Jus Patro- 16
natus prædio locato cohærens, quod si ex-
pressis verbis a Locatore non fuerit ex-
emtum, novus Pastor a Conductore recte
vocatur, Carpz. *P. 2. Const. 37. Def. 22.*
ubi præjudicio hanc opinionem corrobo-
rat. 3) Braxatio *Verpachtung der Brau-* 17
Gerechtigkeit, Tabor. *de Jure Cerevisiario,
Cap. 2.* 4) Proventus, qui ex lignis cæsis, 18
vel saginandis porcis, item ex officinis vi-
triariis, ferrariis, & similibus rediguntur.
Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-
Staat p. 3. c. 3. R. 6.* §. *1.* 5) Reditus vac- 19
carum & ovium, qui varii sunt, nimirum
lana, lac, stercoratio, de quibus confer
Rauchbar. *P. 2. Qu. 29. n. 25.* 6) Vena- 20
tio, Aucupium, Piscatio, quarum locatio
hodie est frequentissima. Struv. *Syntagm.
Jur. Feud. cap. 6. Aphor. 7. n. 10. & Aph. 28.
n. 4.* 7) Decimæ, quæ ex agrorum ferti- 21
litate de omnis generis frumento, item de
lino, cannabe, pisis, rapis, aliisque ejus-
modi fructibus agrariis, & ex ovibus, an-
seribus, gallinis, annuatim solvuntur.
Vocantur autem decimæ non ex eo, quod
semper pars decimæ sit solvenda, sed in-
terdum pars octava, trigesima &c. loco
decimæ

decimæ consuetudine præstatur. Rebuff. *de decim. quæst. 1. n. 9.* Carpz. *jurisprud.*
22 *Consist. D. 125.* Spectant huc quoque 8) Molendina varii generis. Hering. *de*
23 *Molend.* Item Furni Bannarii. 9) Operæ Rusticæ, & sunt, quando officium regulariter diuturnum in prædiorum utilitatem a subditis præstatur, & ejusmodi proventus alii, qui quandoque sine prædiis locantur. Struv. *Dissert. de Admodiatione thes. II.*

24 Cæterum quamvis regulariter in locatione conductione merces in pecunia numerata consistat, *l. 5. § 2. de P. V.* Propter commodiorem tamen contrahendi modum receptum est, ut prædium rusticum locari possit pro certa fructuum illius quantitate, *l. 8. l. 21. C. Locat.* vel loco mercedis in pecunia constitutæ frumentum similisve res fungibilis æstimato detur, ita enim in effectu pro pecunia numerata habetur, conventione initio contractus adjecta, *l. 19. §. 3. ff. d. t.* vel quod postea consentienti locatori in solutum detur. *l. 9. C. de Rescind. vend.*

25 Præterea locatio prædii circa consensum, rem & mercedem, cum emtione coincidit, adeo ut hic inter usum ejus & mercedem pariter debeat esse proportio, quam in emtione inter rem & pretium.
26 Unde etiam in locatione prædii locus est remedio legis. *2. C. de Rescind. vend.* Carpz. *P. 2. Const. 34. def. 10.* Struv. *Exercit. 23. θ. 93.* Talem enim læsionem tolerare bonæ fidei non respondet, si contigerit rem dimidio justæ mercedis pluris vel minoris locari. Zasius *ad tit. ff. de rescind. vend.* Hoc enim beneficium non restringendum ad solum emtionis venditionis contractum, sed ex identitate rationis ad alios quoque contractus trahendum. *arg. l. 14. ff. de Legib.* De Locatione minus videtur dubii esse, cum hæc iisdem regulis Juris contineatur quibus emtio venditio, *l. 2. pr. ff. Locat. 19. & l. seq. ff. de Act. emt.* & ita judicatum refert Carpz. *d. Def. 10.* *Da ihr nun wie recht erweisen und darthun würdet, daß berührtes Guth zur Zeit des geschlossenen Pachts mehr denn noch eines so hoch genutzet werden können, und ihr also in solchem Pacht über die Helffte eurer Gebührniß verkürtzet worden &c. so wäret ihr, daß solcher Pacht aufgehaben, oder aber der Mangel des rechten Pacht-Geldes nochmals ersetzet werde, zu suchen wohl befugt; V. R. W.*

Fit autem locatio conductio prædii, 27
nudo & solo consensu quocunque modo declarato, *l. 1. l. 24. C. d. t.* ita ut quam primum contrahentes de prædio locando & certa mercede pure convenerint, locatio conductio dicatur perfecta. Quam- 28
vis vero consensu utriusque tacito ab initio locatio vix contrahi possit, *arg. §. 1. Inst. de Locat.* verbis ibi, nulla statim mercede constituta: Semel tamen contracta 29
sæpe tacite renovatur, si nimirum conductor, tempore conductionis impleto, sciente & patiente locatore vel ejus hærede aut curatore, in conductione non modico temporis spacio maneat, tunc enim locatio & conductio tacite renovata censetur. *l. 13. §. fin. l. 14. ff. & l. 16. C. dict. tit.* Et quidem in prædiis rusticis, ex quibus regulariter singulis demum annis fructus uniformiter percipiuntur ad annum, uti supra dictum, licet prima ad lustrum fuerit contracta. Lauterb. *ad ff. d. t. §. 1. n. 3.* Carpz. *P. 2. C. 37. D. 9.* Ne scil. tacitus consensus, qui ex facto inducitur, ultra quam factum sit, extendatur. Harpr. *pr. Inst. de locat. n. 18.* Et non resultaret utilitas in tali reconductione tacita, si non intelligeretur facta pro toto anno. Perez. *ad tit. locat. n. 12.* Struv. *Exercit. 24. θ. 7.* Quæ tamen reconductio non fit, si locator morte vel furore impeditus consentire non possit. *l. 14. ff. Locat.* cum allegat. Brunnemann. *ad l. 16. C. de Locat. Cond.* Quanto autem quis tempore remanere debeat in conductione, ut videatur tacite reconducere, Judicis arbitrio relinquitur. Gomez. *Tom. 2. Resol. cap. 2. n. 15.* Hæc autem ita sunt, nisi expresse renovatio sit petenda, idque in literis contractus ita cautum sit. Struv. *de Jur. Colonar. θ. 8.*

Hæc ipsa vero tacita reconductio cum 30
iisdem qualitatibus & pactis, quibus prima facta judicatur, ita ut etiam hypotheca a locatore vel conductore in hujus contractus securitatem constituta, tacite renovata, & ad sequentem obligationem prorogata censeatur. *l. 16. C. d. t.*

Necessum vero in Contractu locatio- 31
nis est, ut tempus aliquod certum a contrahentibus exprimatur; quamvis enim alias in rusticis prædiis locatio videatur ad annum facta, in urbanis vero tamdiu, quamdiu alter vult, *per l. 13. §. f. ff. d. t.* (quod alii intelligunt quamdiu moris est conducere.) Consultius tamen est, litium evitandarum causa certum quid exprime-

primere. Circa temporis definitionem Dd. diſtinguunt inter locationem ad breve
32 & ad longum tempus. Locationem ad breve tempus nonnulli ad quinquennium, rectius tamen alii ad novem annos extendunt. Cæpolla *Conſil. 46. n. 2. lit. a. L. 2.*
33 Locatio ad longum tempus eſt decem vel plurium annorum, hanc in aliud nomen
34 contractus tranſire, & utile Dominium transferre multi ſtatuunt. Carpz. *lib. 5. Reſp. 17. n. 10.* Weſenb. *ad ff. de Locat. Conduct. n. 8.* Verum negativa opinio ut juri convenientior, ſic verior recipitur a Franzk. *Comment. ff. de Locat.* Contractus enim non temporis adjuncto, ſed propria conventionis forma diſtinguuntur, *l. 8. Mandati. l. 4. de Uſur.* De locationis vero natura in genere ſcriptum eſt, per eam nec dominium, *l. 39.* nec poſſeſſio-
35 nem, *l. 33. §. 1. l. 60. §. 1. h. t.* mutari. Ad evitandum autem hoc dubium Dn. Stryck. *d. l. §. 6.* cautelæ loco obſervari tradit, ne locatio ultra novem annos fiat, vel ſi in longius tempus eadem placuerit, ut addatur pactum de locatione quovis novennio renovanda, prout conſtitutum in Ducatu Brunſuicenſi in bonis locatis, quæ vocantur *Meyer - Güther*, ſimulque ſolutio aliqualis Laudemii injungitur, *Fürſtl. Braunſchweigiſcher Land-Tages Abſchied zu Saltzdalem de anno 1597. §. zum neunzehenden* verb. *damit auch denen Guths - Herren ihr* utile dominium *nicht intervertiret noch aus Meyer Erb-Zinß-Güther nach Langheit der Zeit gemachet werden, daß alle und iede Meyer und ihre Erben, iederzeit nach Verflieſſung neun Jahr die Güther von neuen Meyerweiſe annehmen, und an denen Orten da gute Acker und der Zinß nicht zu hoch, vor iedere Hufe einen Thaler, der Endes aber da böſe Acker oder der Zinß ſehr hoch, vor iede Hufe nach Gelegenheit einen halben oder Orts - Thaler dem Gerichts-Herrn &c.*
36 Imo etiam locationem in perpetuum fieri poſſe, nullum eſt dubium per *l. 10. C. locat.* nec ideo locator id agit, ut dominium a ſe quoquo modo abſcedat, ſed ut alter commoditates & fructus habeat. Qua de cauſa notabiliter ab Impp. reſcriptum eſt, ſi de titulo locationis conſtet, & penſio quotannis tanquam a conductore vel colono ſoluta ſit, licet diutiſſime & in longiſſimum tempus rem alienam quis detinuerit, non tamen illum verum poſſeſſorem eſſe, nec jus reale ullum ex tanto tempore ſibi acquirere, ſed tanquam detentorem actione primæva ex contractu Domino teneri, *l. 2. C. de 30. vel 40. annor. præſcript.*

Oritur ex hoc contractu obligatio mu- 37
tua, utrinque principalis, ut ſcilicet locator & conductor ſibi invicem præſtent, quod in contractum eſt deductum, & de quo convenit, *l. 21. ff. h. t.* In ſpecie 38
vero locans prædium, ejusque hæres *l. 10. C. h.* obligatur, ut uſum prædii conductori concedat, usque ad tempus determinatum, *l. 23. C. h.* & præſtet ea, ſine quibus uti non licet, *l. 25. §. 1. l. 19. §. 2. h.* unde ſi prædium alienum ſive ſciens ſive ignorans quis locaverit, illudque evictum fuerit, vel alias conductori ob dolum culpamve locatoris uti non liceat, ad intereſſe obſtringitur, *l. 33. l. 35. d. t.* Sic etiam tenetur locator ſi non reficiat, *v. g.* ſi oſtia feneſtrasve nimium corruptas non reſtituat, imo & tunc licet inquilino relinquere conductionem, *l. 25. §. 2. l. 27. pr. Locat. conduct.* Præterea obligatur aliquando locator ad ſumtus reſtituendos, ſi neceſſarios & utiles, quos ipſe Dominus feciſſet aut facere debuiſſet, in prædium locatum impenderit conductor, *l. 61. pr. l. 55. §. 1. d. t.* nec non ad præſtandum damna, quæ dolo culpave ratione prædii locati conductori obveniunt, *l. 19. §. 1. h.* Panſchm. *q. 5.* Et competit conductori jus retinendi prædium locatum, ſi penſionem jam ſolvit. *arg. l. 5. ff. de Impenſ. in rem dotal. fact.* vel ſi nondum ſolvit tantum quantum ſibi debetur, deducere poteſt. Coler. *de Proceſſ. Execut. c. 1. n. 240.* Sed quid ſi impenſæ ſint illiquidæ, anne retentio conceditur usque dum iſtæ liquidatæ, ut loquuntur, fuerint: an vero colonus, finita locatione & præſtita a locatore de impenſis ſolvendis cautione, cedere cogitur? Retentio eſt, præſertim ſi facile probari queant impenſæ usque dum probatæ & ſolutæ fuerint, concedenda. Add. Anton. Capic. *dec. 17.* Menoch. *de recup. poſſ. rem. 15. n. 570.* Trentacinq. *3. Reſol. de pignor. 1.* Cotmann. *5. reſp. 30.* Carpz. *d. l. n. 14.* Ant. Fab. *in C. l. 3. t. 22. d. 15.* Aliquando tamen judex arbitrabitur, & ex circumſtantiis juſte movebitur, ut cautionem admittat, *v. g.* ſi de impenſis magna ſit controverſia, cujus deciſio longiorem deſideret moram, & malitia coloni appareat: ne, dum per exquiſita effugia a maligno colono obtentu impenſarum lis ex lite ſeritur & protrahitur, dominus interim re ſua carere cogatur. Marc. Anton. Peregrin. *de fideic. art. 5. num. 8.* Caroz. *d. l.*

Fachin.

Fachin. *7. c. 91.* Sand. *decis. Frisic. 3. tit. 15. dec. 5.* Requiritur autem, ut locator conductorem in Prædium inducat, usumque ejus præstet, nec non fines ei determinet. *l. 3. pr. & §. 2. ff. de term. mot.* Certitudo enim finium varium hoc Jus quasi intra certitudinis limites coërcet. Hier. de Mont. *de Fin. rep. c. 15. n. 13.* Soletque insuper Inventarium confici, in quo non solum omnia ædificia describuntur, quæ Conductor aliquando integra restituere tenetur, *arg. l. 13. §. 7. l. 15. §. 1. ff. Locat. Cond.* sed & instrumenta & accessoria, imo omnia mobilia & moventia, sine quibus prædio uti non licet, *l. 24. §. 4. l. 60. d. t.* Præstare igitur, uti dictum, locator tenetur Conductori, ut prædio uti frui liceat, *l. 9. pr. l. 15. l. 33. ff. Locat. Cond.* quod includit possessionem rei locatæ, *l. 15. §. 1. ff. eod.* ut scil. illam præstet dominus fundi, non quidem veram illam, quæ illius semper manet, sed impropriam, quam detentionem naturalem vocant. *lib. 31. §. 3. de Usucap.* Valasc. *de Jur. Emphyt. quæst. 20. num. 9.*

39 Conductor rei ejusque hæres *l. 10. l. 11. §. fin. C. h. t.* vicissim obligatur, ut mercedem solvat, licet deseruerit rem sine justa causa, *l. 54. §. 1. d. t.* & quidem solvenda est merces eo tempore, quo inter contrahentes convenit, *l. 34. d. R. J. l. 54. §. h.* vel quo consuevit eo in loco solvi, *d. l. 34. l. 8. C. h.* Si vero tempus in conventione non expressum, nec certus sit regionis mos, finito usu concesso merces solvenda, *arg. lib. 13. §. 8. de act. emt.* At si locatio ad plures quidem annos contracta, pensio tamen in singulos annos distributa sit, in fine cujusque anni solutio facienda, *arg. l. 1. §. 4. de migrand. l. 29. l. 140. de V. O.* Panschm. *q. 14. num. 48.* Berlich. *2. c. 35. 36.* Adeo autem mercedem debito tempore præstare est obligatus conductor, ut juxta Dd. sententiam liceat expellere conductorem, res illatas concludere & retinere, si merces debito tempore, & quidem si ad plures annos locatio facta, biennio *l. 56. d. t.* soluta haud fuerit. Coler. *de Process. Execut. 1. cap. 2. n. 126.* Contra resistentem tamen opus est judicio, Franzk. *de locat. n. 181.* Licet insuper & aliis casibus locatori conductorem expellere: ut si ipse Dominus prædio ad proprios usus indigeat: Carpz. *P. 2. c. 37. d. 7.* Item si Dominus ædes, cum reparatione vel correctione opus esset, malit corrigere, *l. 3. C. Locat.* Gothofred. *ad d. l.* vel si conductor re male utatur. Atque his casibus merces tantum pro rata temporis, quo quis inhabitavit, debetur, Franzk. *d. l. n. 146. & n. 151.* Præterea conductor debet prædio, ut bonum patremfamilias decet, uti, *l. 3. C. h.* ac finito usu salvum restituere, *§. pen. h. l. 48. §. 1. eod.* & quidem tenetur ad resarciendum damnum quod ejus dolo & culpa levi in prædio evenit, *l. 5. §. 2. Commod. l. 11. §. 2. h.* Annumeratur quoque culpæ, si propter inimicitias conductoris vicinus arbores ex-
ciderit, *l. 25. §. 4. ff. h.* De incendio ta- 40
men suborto culpa seu negligentia eorum, qui in ejus familia sunt, non tenetur Paterfamilias, nisi de familiæ negligentia monitus fuerit, & monitum non observaverit, *l. 11. ff. de Peric. & commod. rei vend. Decis. Elect. 79.* de levissima vero culpa & de casu fortuito non tenetur, nisi aliter convenerit, *l. 13. §. 5. l. 9. §. 2. Locat.* Struv. *Exercit. 24. θ. 14.*

In genere autem vis major non debet 41
conductori damnosa esse, si plus quam tolerabile est, læsi sint fructus, *l. 25. §. 6. Locat.* Hinc Servius ait: Omnem vim, cui resisti non potest, dominum colono præstare debere; itaque remissionem faciendam ob sterilitatem, vim fluminum, graculorum, sturnorum, hostium, terræ motum, uredinem, aliosve casus fortuitos, *l. 15. §. 2. & seq. eod. tit.* Oportet enim rem conductam præstari conductori, ut ea uti frui liceat, quod si ei non licuerit, ex conducto actio conductori datur, *d. l. 15. pr.* Abrah. a Wesel. *de remiss. Merced. c. 1. n. 3.* Dn. Struv. *de Exercit. θ. 26.* Richter. *2. Decis. 81. n. 16.* Ubi novem refert casus, in quibus cessat pensionis solutio, & sunt: (1) Sturnorum, graculorum, passerum, gruum, murium & locustarum insolita agmina & examina, frugibus valde noxia & infesta. (2) Vermiculatio. (3) Uredo. (4) Grandines, nives & pluviæ immoderatæ & insolitæ, segetes prosternentes, culmos frangentes & grana excutientes, agros occupantes & inundantes, semina & fruges eluentes & corrumpentes. (5) Inundationes, impetus & æstuationes fluminum & aquarum immoderatæ & insolitæ, & fere prodigiosæ. (6) Siccitas immoderata & Solis ardor insolitus. (7) Tempestas, labes (de qua vid. Franzk. *ad Tit. Loc. Cond.*) & terræ motus. (8) Piratarum, Prædonum & Hostium incursus, quibus Colonus e fundo sit dejectus. (9) Herbæ vitiosæ & noxiæ, ut lolium & similes zizaniæ, quibus

quibus segetes corrumpi, suffocari & quandoque transmutari solent. Vid. Naurath. *ad Zoës. de locat. Conduct. num. 20. & 21.* ubi addit hanc in locatione prædiorum vel fructuum adjici solere clausulam: *Ausgenommen Hagel, Feuer und Wetter-Schaden, Mißwachs, Krieg, Reiff &c. welches GOtt gnädiglich verhüten wolle, geschehe solches innerhalb dreyen Tagen anzuzeigen, und hierüber ein billiger Abgang gemachet werden soll,* eamque clausulam bonam ac necessariam esse tradit Gail. *L. 2. Observ. 32.* Quod si vero vitia ex ipsa re oriantur, hæc damno coloni sunt, *l. 15. §. 12. ff. locat.* Frantzk. ubi ex Panschman. tradit, illud saltem pro vitio rei habendum esse, quando sterilitas ex ipsa re & ejus debilitate directa & intrinseca procedit, non vero quando ex intemperie aëris inconsueta vel pluviarum abundantia aut nimia siccitate accidit. Si vero impedimentum jam tempore contractus subsit, ut Colonus illud vel sciverit, vel scire debuerit, remissioni pensionis locum non esse tradit Struv. *d. Dissert. de Jur. Coloniar. θ. 21.* Remissio vero facienda non simpliciter, sed pro rata damni, ideo quæ & quanta remissio ob sterilitatem facienda sit, quæ proprie sterilitas dici debeat, imo quæ ex contrario fertilitas, Judicis arbitrio & prudentiæ committendum est, qui ex ipsa re, & damno quod contingit, ex mora & consuetudine, ex circumstantiis totius negotii & personarum diligenter indagando, an operæ rusticæ suo quæque ac convenienti tempore sint factæ, colonusque nihil intermiserit quod a bono Patrefamilias requiritur, quod æquum videbitur statuet, Richter. *decis. 8. n. 51.* Remissio tamen non fit, si colonus impedimentum tempore contractus vel sciverit, vel scire debuerit. Valasc. *de Jur. Emphyt. quæst. 27. n. 34.* Gail. *L. 2. Obs. 23. n. 21.* Item si culpa Coloni sterilitas & alius aliquis casus contingat, *arg. d. l. 25. §. 3. & 4. ff. locat.* modo culpa sit ordinata ad casum qui ex illa possit consequi. Valasc. *d. qu. 27. n. 35.* Richter. *dec. 81. n. 44. seqq.* Unde si hostes fundum deprædaverint, propter inimicitias forte Coloni, quibus ipse causam præstitit, adhuc fiet remissio, quia illæ inimicitiæ non fuerunt ad illum casum ordinatæ, Covarruv. *l. 3. Resol. c. 13. n. 8.* Ideo Menochius dicit *in cas. 67. de Arb. Jud. quæst. cent. 1. Lib. I.* quod Judicis officium circa hanc materiam sit, ut diligenter animadvertat, an is fundus eo anno recte cultus fuerit, & acta fuerint quæ necessaria sunt, quia si non cultus fuerit fundus, censetur sterilitas contingere culpa & negligentia conductoris, nec fiet remissio. Mozius *de accident. Locat. n. 27.* Fallunt etiam prædicta, si colonus periculum in se recipiat, & casibus fortuitis renunciet. *l. 9. §. 2. ff. Locat.* Carpz. *P. 2. c. 37. d. 17.* Richter. *Decis. 81. n. 31.* idque propter pactum, cui standum. Zoës. *ad Tit. ff. de Locat. n. 31.* etiam in genere sine enumeratione casuum. Struv. *Exerc. 24. θ. 17.* Dum enim Colonus omnem in se recipit casum fortuitum, intelligitur quoscunque casus etiam insolitos in se recepisse, juxta *l. 1. C. Deposit.* quoniam propositio universalis omnes complectitur species, & frustra alias miretur conventio de casu præstando, cum solitus etiam citra conventionem noceat. Perez *in C. tit. Loc. n. 27.* Casus tamen rarissimos & insolitissimos excipiunt Richter. *P. 2. Cons. 35. n. 72.* & Carpz. *P. 2. C. 37. d. 17.*

Remissio mercedis etiam locum non habet, si circa fructus jam collectos vis major accidat, Richter. *Decis. 81. n. 22. & 26.* Ubi tamen tradit, si fructus a solo separati adhuc in area existentes & nondum triturati comburantur vel asportentur, conductori remissionem pensionis omnino fieri debere, cum id quod de periculo fructuum a solo separatorum ad conductorem spectante, non de momentanea aliqua separatione, sed cum aliqua temporis duratione intelligendum sit. Conf. Struv. *Exercit. 24. θ. 17.* Plura de hac materia vid. apud Mevium *im rechtlichen Bedencken von Pensionarien.*

Sequitur hinc etiam, quod ista onera, 42
ut sunt tributa & collectæ, item metata, *Einquartierungs-Kosten,* quæ prædio licet ratione fructuum imponuntur, non teneatur ferre colonus, sed si quid eorum nomine impenderit, dominus prædii restituere debeat. Carpz. *P. 2. C. 37. def. 15. & C. 40. def. 5.* Franzk. *ad ff. Locat. n. 92.* Quamvis Fiscus hæc exigere soleat ab illo, qui in possessione prædii est, & ita quoque a conductore, *l. 7. ff. de publ. Vectig.* Garf. *de Expens. c. 14. n. 19.* Klock. *de contrib. c. 11. n. 196.* Sed hæc omnia tunc demum obtinent, si publica autoritate metata & tributa exigantur, quo casu omnino hæc onera realia sunt. Alia vero ratio 43
est, si per invasiones hostiles aliasve deprædationes quid exigatur, vel fructus percepti consumantur, hoc enim pro casu

fortuito

fortuito reputandum, & hinc conductori nocebit, fructuum enim damna coloni
44 sunt, ut Domini, Mev. *P.2. Dec.90.* Hinc Dn. Stryck. *d. c. 9. §. 23.* cavere monet, ut contractui adjiciatur, *alle Contributionen, Durchmarsch und Einquartierungs-Kosten, sowol von freund- als feindlichen Trouppen, es geschehe mit Consens des Landes-Herrn, oder wider dessen Willen mit eigenthätiger Gewalt, wolle der Verpachter über sich nehmen.*

45 Præter supra memoratos casus, quibus conductorem licet expellere, finitur hic contractus etiam mutuo consensu, *§. fin.*
46 *Inst. quib. mod. toll. oblig.* non vero morte unius contrahentis, cum ad hæredes Jure Civili & moribus nostris transeat locatio,
47 Carpz. *Lib. 5. Resp. 16. per tot.* Item tempore finito, quod regulariter fit anno, nisi aliud specialiter convenerit, *l. 33. C. locat.*
48 Si conductor sit pessimæ famæ & vitæ, veluti leno, fur, aut alia infamiæ macula notatus, *arg. Novell. 14. cap. 1. §. sancimus.*

49 Sicut igitur locatori licitum est ex justa causa a contractu recedere, ita etiam conductori quandoque ante tempus conductionis finitum migrare licet, ita ut non integram, sed tantum pro rata temporis mercedem solvere teneatur, *l. 27. §. 1. l. 55. §. 2. ff. locat.* Carpz. *P. 2. c. 37. Def. 10.* Justa autem desertionis causa est, si ostia & fenestræ nimium corruptæ non restituan-
50 tur, *l. 25. §. 2. ff. d. t.* Si ædes conductæ ruinam minentur, *l. 28. l. 33. ff. de damn. infect.* Item impetus hostium & latro- 51
num, *l. 13. §. 7. l. 34. ff. locat.* Pestis, *arg. l. 27. §. 1. ff. d. t.* ibique Gothofr. Frantzk. *h. t. n. 122.* Ita tamen, ut peste & ejus timore cessante, conductor contractui usque ad tempus constitutum stare, Ripa de Peste, *Rubr. de Privil. contr. caus. pest. n. 18.* & mercedem pro rata temporis, quo re conducta usus est, præstare teneatur, remissa mercede reliqui temporis, quo ob pestem re conducta usus non est, Panschm. *1. qu. 13. n. 24.* aut alia justa causa timoris, licet periculum vere non subsit. *d. l. 27. §. 1.* Ludw. *ad d. t. §. 1. n. 22.* Condu- 52
ctor vero ex justa causa migrans, vel rem locatam relinquens, prius hoc ipsum locatori, si potest, denunciare debet, hoc si omittit, quamvis nihilominus merces remittenda sit, si tamen prædium conductum deterius fiat, & locator facta denunciatione huic malo obviare possit, tenetur ipse ad damni illius restitutionem, Frantzk. *d. t. n. 122.*

Ad persequendum quod ex hoc con- 53
tractu debetur, datur actio mutua, qua alter alterum convenire potest, scilicet locati Conducti: Et quidem actio locati datur locatori adversus conductorem prædii, ut mercedem solvat (una cum usuris post moram) *l. 17. C. d. t.* illudque finita locatione restituat, damnaque præstet. Actio vero conducti datur conductori adversus locatorem, ut usum prædii præstet, & damnum resarciat. Struv. *d. differt. θ. 26.*

CAPUT XXI.

DE RRÆDIIS PERPETUÆ COLONIÆ.

SUMMARIA.

1. *Perpetua Colonia quid sit?*
2. *Quomodo acquiratur Jus perpetuæ coloniæ?*
3. *Bona fides ad præscribendum jus perpetuæ coloniæ requiritur.*
4. *Quæ ex cursu longissimi temporis præsumitur.*
5. *Actor tamen malam fidem probare volens audiendus.*
6. *Probatur etiam mala fides, si pensio ante effluxum tempus fuerit mutata.*
7. *Cautela hoc loco observanda.*
8. *Præjudicia de hac re.*
9. *In dubio non perpetua colonia, sed simplex locatio præsumitur.*
10. *Tertio possessori non nocet mala fides antecessoris.*
11. *Aliud dicendum in possessore universali.*
12. *Singularis possessor debet a sua persona usucapionem incipere.*
13. *Tale prædium præscriptum non fit censiticum, sed emphyteuticum.*
14. *Contractus locati potest etiam ad modum coloniæ perpetuæ iniri.*
15. *Coloni perpetuarii qui?*
16. *Quomodo differant ab emphyteutis?*
17. *Dicebantur & vectigalarii fundi.*
18. *Alio sensu fiebant ex mendicantibus validis coloni perpetui.*

1 PErpetua Colonia est jus in re aliena, ea perpetuo utendi, legitimi temporis 30. vel 40. annorum possessione, & uniformi præstatione, titulo ut pluri-
2 mum nullo prævio quæsitum. Si quis itaque prædium per 30. vel 40. annos tenuerit, & ejus nomine in singulos annos certam ac uniformem pensionem solverit, Dominus vero id repetat, tanquam locatum, *als Laß-Guth*, utique pro possessore est judicandum, qui etiam, quamdiu canonem solverit, a Domino non poterit expelli, sed tunc colono vel conductori per præscriptionem acquiritur jus perpetuæ coloniæ. Hieron. Panschm. *Vol. 1. qu. 22. num. 40.* Balb. *de Præscript. P. 4. Princ. quæst. 9. n. 1.* Quod & Elector Saxoniæ *P. 2. Const. 40.* approbavit.

3 In bona autem fide possessor constitutus sit necesse est, quum ex dispositione Juris Canonici in foro Saxonico recepta nullo unquam tempore malæ fidei possessor præscribere possit, *cap. ult. cap. si diligenti 17. cap. Vigilanti 5. Ext. de præscript.* Johann Schneidwin. *ad pr. Inst. de usucap. num. 20.* Schurff. *Consil. 32. cent. 1. num. 13.*
4 Heig. *part. 1. quæst. 16. num. 59.* Sufficit tamen bonam fidem a possessore allegari, quæ ex cursu temporis longissimi præsumitur, ita ut probatione ejus possessor gravari haud debeat, Coler. *ad cap. ult. n. 39. Extr. de præscript.* Heig. *dict. quæst. 16.*
5 *num. 55.* At quid, si Actor malam fidem possessoris probare velit? Omnino audiendus est, idque tanto magis, quanto facilius mala fides probari potest, conjecturis scilicet & præsumtionibus, de quibus vid. Carpz. *P. 2. Const. 3. Def. 8.* Ac certe probata est mala fides, si vel aperte constet, vel actor sufficienter probaverit, quod Prædium, quod actor locatum esse dicit, a se vel suis antecessoribus possessori, vel ejus antecessoribus pro certa & uniformi mercede fuerit titulo locationis concessum. Quare nec tum præscriptio quicquam possessorem juvabit, sed illud tanquam locatum, nulla unquam temporis præscriptione obstante, actor recuperare & possessorem repellere valet, *l. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Wesenb. *consil. 62. p. 2.* Cravet. *de antiquit. temp. part. 4. §. 5. num. 100.* Modest. Pistor. *Vol. 1. Consil. 7. quæst. 2. num. 14.* Trentacinq. *lib. 3. variar. resolut. tit. de locat. conduct. resol. 2. num. 1.* Quod & placet Saxon. Elect. *P. 2. const. 40. in pr.* versu *wenn aber der Kläger.* ubi Moller. *num. 3.* Ernest. Corm. *Vol. 2. Consil. 79. num. 116. sequ.*

Similiter quoque probabitur mala fides 6
ex eo, quod pensio ante effluxum tempus ad præscriptionem sufficiens fuerit immutata & aucta, quia ex uniformi saltem mercede per longum tempus præstita mala fides conjecturanda est, ut patet *ex pr. d. const. 40. vers. Die Güther pro uniformi canone.* In quem finem cautelæ loco 7
observandum, ut pensio quandoque immutetur, quo præscriptio interrumpatur, alias ex prædiis locatis facillimo negotio prædia perpetuæ coloniæ fieri possunt, teste observantia. Quodque præjudiciis confirmat Carpz. *ad d. Const. def. 2.* cui adstipulatur Hahn *ad Wesenb.* Et juxta ea ex facto consultam Facultatem Helmstadiensem respondisse *Anno 1649. d. 30. Octobr.* verbis: *Thut sichs berichter massen* 8
verhalten, daß die 10. Hufen quæstionis *von deren* Colonis *vor 10. 20. 30. 40. 50. 60. und mehr Jahren allein gegen jährliche Præstation, so an gewissen Scheffeln Korn angeliessert, ohne einige vorgegangene Meyerung noch Renovation, ersessen und genossen worden: So ist deren Gerechtigkeit an selbigen Aeckern* pro jure perpetuæ coloniæ *zu achten, und demnach auch der ietzige Possessor mit einiger Vermeyerung oder auch Verhöhung der Scheffel nicht zu beschwehren, sondern gegen Entrichtung gewöhnlicher alten Quantität des Korns darbey zu manuteniren, und zu schützen, V. R. W.* Item *Anno 1648. d. 18. Mart.* verbis: *Alldieweil aus der Verschreibung* sub num. I. *klärlich zu ersehen, daß die Pfannen-Güther* quæstionis *von dem Kloster S. herrühren, und es also dem* Concessionario A. E. *und dessen Erben, indem sie bekennen, daß es* Res alienæ *seyn, am* bona fide, *ohne welchen kein* Jus perpetuæ coloniæ *kan præscribiret werden, ermangelt, auch selbige Güther nicht* in qualitate emphyteuseos, *oder immerhin zu gebrauchen, so lange ein jährlicher Canon davon entrichtet würde, sondern bereits vor diesem auf gewisse Jahr und Pension oder Mercedem, so meist* in pecunia numerata *bestehet, dergestalt &c. ausgethan, daß der Innhaber davon die bewilligte Jahr über &c. davon geben solle &c. So ist gemeldte Conventio unsers Rechtlichen Ermessens kein* Emphyteusis *noch* Contractus perpetuæ coloniæ, *sondern* locationis conductionis *am ähnlichsten, und dafür zu achten.* In 9
dubio autem non colonia perpetua, sed tantum simplex locatio præsumitur, dum quis-

quisque quam minime voluisse jus Dominii sui restrictum, ademtum, aut impedi-
10 tum creditur, Mev. *Part. 1. Dec. 163.* Nil tamen juvat locatorem probatio locati ad impugnandam præscriptionem, si hac singularis successor, veluti donatarius aut emptor sese tueri velit; Etenim bona locata, si ad tertium titulo venditionis, vel donationis &c. pervenerint, isque existimans prioris possessoris propria fuisse, eaque ultra longissimum tempus bona fide possidens, pensionem Domino solverit, præscriptionis exceptione agentem removere poterit, etiamsi ab initio autor ipsius conductionis titulo ea possedisset, *d. Const. 40. §. Da aber solche Güther einem Dritten zukommen, und derselbe nicht anders gewust, denn sie wären des vorigen Besitzers eigen gewesen, und er hätte darauf in solchen Güthern mit gutem Glauben über Rechts-verwährte Zeit, den Zinß dem Herrn gegeben, derselbe hätte sie ungeachtet, da es gleich anfänglich Laaß-Güther gewesen, verjähret.*

11 Melior ergo, inquies, conditio erit singularis successoris, quam universalis, scilicet hæredis? Omnino. Nec sine ratione juris. Non enim ut hæres defuncti, sic emptor venditoris personam repræsentat, neque ut hæres in jus universum, sed in rem duntaxat singularem succedit, *l. 24.*
12 *ff. de V. O. l. 62. ff. de reg. Jur.* Adeoque singulari successori mala fides antecessoris obesse non potest, si modo a sua persona usucapionem incipiat, *l. 5. ff. de diversf. præscript. temp. l. 13. §. 4. de acq. vel amitt. possess.* quod itidem præjudicio confirmat Carpz. *ad d. Const. 40. def. 3. Wenn gleich euer Verkäuffer die vier Aecker Landes, so ihr ihme um ein gewisses Geld abgekaufft, als Laaß-Guth innen gehabt: Da ihr aber dennoch nicht anders vermeynet, als daß solche Aecker Erb-Zinß-Guth wären, dieselbe auch über Rechts-verwährte Zeit also besessen, und den Erb-Zinß davon abgestattet hättet &c. So würden sie euch als Erben-Zinß-Güther und* bona emphytevtica *nochmals billig gelassen, und ihr möchtet sie dem* Locatori *wieder abzutreten nicht angehalten werden, V. R. W.*

13 Tale igitur prædium præscriptum non pro censitico, sed emphytevtico habendum; nullum enim est dubium, emphytevsin in alieno præscribi posse, si Dominus prædii longissimo tempore canonem receperit, cum alias præscriptio sit odiosa, & extensionem seu latam interpretationem non admittat, sed stricte accipi debeat de ea solummodo re, quæ illi juri, contra quod præscribitur, proxime convenit, per tradita Bald. *de præscript. P. 2. princ. qu. 2. n. 11.* Contractui vero locationis conductionis nihil tam simile est quam emphytevsis *§. 3. Inst. de locat. cond. & ibi Dd.* Et post longissimi temporis spatium præsumitur colonus jure emphytevseos possidere. Cothm. *Vol. 2. Cons. 79. n. 113.*
Præterea certum est, contractum locati 14
conducti etiam ad modum coloniæ perpetuæ iniri posse; Quod si enim conveniatur, *daß, so lange* Pensionarius *die jährliche Pacht abtragen wird, solcher Pensions-Contract beständig in Würden bleiben, und von dem Verpachter keinesweges aufgekündiget werden soll.* Nec hoc pacto mox contrahitur Emphytevsis, cum hic tantum canon aliquis in recognitionem Dominii, illic vero pensio fructibus adæquata præstetur. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. sect. 2. c. 9. §. 35.* Et jus perpetuæ Coloniæ expresse posse concedi & in scripturam redigi, tradit Cothmann. *Vol. 2. Cons. 79. n. 170.*

Longe aliter res se habebat apud Ro- 15
manos cum prædiis seu colonis perpetuariis, qui prædium a Principe vel a Republica conductum certo canone in vitam suam habebant, ea lege, ut ad alios transferre possent, ut est textus in *l. fin. C. de locat. Præd. Civil.* Non aliter autem coloni 16
perpetuarii distant ab emphytevtis, nisi origine; Emphytevtarum enim nomen hinc videtur ductum, quod plantare & serere agros deberent, idque ostendit eos solere vocari tantum ad sterilium culturam, & a privatis. Perpetuariorum autem mos in bonis & malis agris & quidem publicis usurpatur. Qui & Vectigalarii 17
fundi dicebantur, quod postea & in privatis usurpatum est. Connan. *Lib. 7. Jur. Civ. c. 12. n. 2.*

Alio sensu etiam fiebant coloni perpe- 18
tui ii, qui cum essent validi, integritate corporum & robore annorum, fingentes malis artibus & medicamentis se esse fractos & debiles nulla necessitate mendicabant palam, hi in Dominium capientis transibant, *l. un. C. de Mendicant. valid.* Quod nec hodie est prohibitum, præcipue Dominis superiorem jurisdictionem habentibus.

CAPUT XXII.
DE PRÆDIIS AD AFFICTUM DATIS.

SUMMARIA.

1. *Affictus mentio fit in Jure Canonico.*
2. *Est tamen Italicæ originis.*
3. *Non simplicem denotat locationem.*
4. *Gallis idem est dar par ferme.*
5. *Hujus contractus crebra fit mentio apud DD.*
6. *Nonnullis dicitur dare ad firmam.*
7. *Item ad Coptimam.*
8. *Affictus non recte accipitur pro pensione.*
9. *Nec pro locatione.*
10. *Nec etiam pro jure compascuorum.*
11. *Sed est peculiaris contractus.*
12. *Affictus quid sit?*
13. *Est species quædam locationis.*
14. *Et fit per aversionem.*
15. *Affictualis habet aliquod jus in re.*
16. *Testimonium Dn. Struvii de hac re.*
17. *Firmarii non gaudent jure fisci.*
18. *Ad affictualem etiam pertinent pensiones, operæ subditorum, vectigalia.*
19. *Affictualis non solvens pensionem potest expelli.*
20. *Onera prædii tenetur ferre Affictualis.*

1 AFfictus vocabulum quamvis in Jure Canonico *Cap. ult. de restitut. spoliat.* sæpius occurrat, & ad nominum latinorum flexionem sit formatum:
2 Certum tamen est, ab Italico *affittare*, & ejus simplici *fittare*, quod est locare, descendere; hinc Academici Cruscani: *Afitto, auverbial posto con i verbi dare, & torre s' intende dare è pigliare beni d' altri â tempo per pagargliene il prezzo convenuto.* Pigliar â fitto, conducere, dare â fitto, lo-
3 care: Non simplicem tamen locationem, sed usu fori aliquid amplius, & quidem qualificatam denotat, quæ vel ob specialiter datam fidem, vel ob perpetuitatem temporis, vel ob addictionem ad certum
4 agrum firma & fixa dicitur. Qua etiam ratione idem genus contractus *dar par ferme* Gallis dicitur, quod itidem annotante Tabore *de jure coloniar. th. 16.* amplius aliquid, quam simplex locare deno-
5 tat. Apud Dd. non infrequens hujus contractus fit mentio. Sic Barthol. *ad l. 12. §. 5. de Usufr.* dicit accipere ad affictum; & apud Bald. *P. 5. Cons. 332.* affictatio, dare ad affictum, affictare, & ille qui pensionem debitam ex affictu dat, affictualis, fictabilis. *Constit. Frider. de Pace Const.* Ita tamen quod teneantur solvere fictum Abbatissæ S. Juliæ de Brixia, *Acta Innocentii III. PP.* in aliis autem regionibus proprium percipiebat affictum, *Cap. 7.*
6 *X. de Jur. Patr.* Dicitur ad firmam, cui suffragatur Berthachinus *in repert. Jur. voc. Locatio.* ubi dicit Locatio ad firmam,
7 i. e. ad affictum. Aliud adhuc hujus contractus nomen apud Barth. occurrit, *ad d. l. 5. §. 12. de Usufruct.* ubi accipere ad Coptimam dicitur idem esse, quam accipere ad Affictum: & Affictualis seu fictabilis dicitur Coptimator, cottimo. Nath. Duez *in Dictionario* ita explicat *certain accord de faire une Chose a ses depens, peril, & fortune.* Et Hulsius *Cotumatario perpetuo, ewiger Beständner.* Cum Duez consentit Oudin *in Dictionario, ein Vergleich, etwas auf seine Gefahr, Kosten und Schaden zu thun.* Apud du Fresne *in Glossario* dicitur Coptumum Coustuma, Tributum, præstatio. *Bulla Honorii III. PP. an. 1217.* apud Ughol. *in Episc. Interamn. Si Dominus Molendini retinuerit molendinum, ita quod non det aliis ad partem vel coptimum, similiter solvat unum raserium annonæ, &c.* Originem hæc vox verius videtur ducere ab Italico Costuma, consuetudo, Gallice coustume, præstatio, pensitatio, quæ ex consuetudine præstatur, cujus initium ignoratur, & a quo inducta, quod nomen deinceps nostro negotio appropriatum.

Quamvis autem vocabulum Affictus a 8
nonnullis accipiatur pro pensione, Barth. *ad l. quicunque. C. de Apoch. Publ.* Pro 9
locatione, Tuschus *Conclus. 400. n. 4. Lit. L.* Item pro jure Compascuorum, Carpz. *P. 2.* 10
C. 5. d. 14. Eckold. *in tit. de Locat. in fin.* Tamen neutra harum acceptionum qua- 11
drare videtur ad illud negotium, cujus in *cap. ult. de rest. spoliat.* fit mentio, & hujus singularem & distinctam a vulgaribus pensionibus naturam esse, & contractum certum

tum præſupponere, illumque contractum eſſe negotium tum a locatione, tum ab Emphyteuſi alienum, multum vero a compaſcuis differre, ex *d. cap.* & *DD.* colligere licet. Struv. *de Admodiatione* §. *3.*

12 Deſcribitur autem Affictus, quod ſit contractus, quo pro parte fructuum exigua alicujus prædii uſusfructus impenſis & periculo conducentis per averſionem ita alicui conceditur, ut utrique poſſeſſio & jus percipiendi ſibi ex contractu debitam fructuum partem competat. Dn. Janus *in*
13 *Differt. de Affictu* §. *12.* Speciem locationis eſſe, demonſtrat non tantum ipſum vocabulum Affictus, quod ab Italico Affittare, quod eſt locare, deſcendit; ſed & inſuper DD. calculo approbatur, quorum aliqui hunc contractum ob hanc cum locatione convenientiam pro locatione ſimplici habuerunt, hinc etiam merces & res locanda requiritur, haud ſecus ac in emtione merx & pretium, *l. 36. ff. de contrah.*
14 *emt.* Per averſionem quodammodo fit hic contractus, quod ex ipſa vocabuli Affictus origine deduci poteſt. Nam a firmo & fixo tam Italico quam Latino ſermone derivatur, quod licet affictualis plus vel minus ex re ſibi affictata percipiat quam in affictum dans alioquin percipere ſolitus fuerit, nullo tamen modo aut affictanti majorem penſionem ſeu affictum exigere, aut affictuali aliquid detrahere, aut utrique horum altero invito a contractu recedere integrum ſit; ſed firmum fixumque ſit illud, de quo ſemel convenit, negotium; cum æque ac in Emphyteuſi contrahentes, averſi a fructuum & redituum
15 quantitate contraxiſſe videntur. Jus præterea aliquod in re Affictualem per traditionem nanciſci conſequens eſt, dominio utili analogum, quod itidem ex nomine Affictus non abs re colligitur. Quemadmodum enim Emphyteuſis ita dicitur, quod Emphyteuta jus radicatum habeat in re emphyteutica; non mirum, ſi affictus vel affictatio ita dicatur, quod affictualis habeat jus rei affictatæ affixum & quaſi annexum, & hoc confirmant DD. Ultramontani *cit. loc.* quibus de contractu apud
16 illos uſitato fides habenda. Hisque conſentit Dn. Struv. *in Deciſ. Sabbat. cap. 9. dec. 7.* ubi de Statuto Epiſcoporum Angliæ agit. Ideo enim, *inquit*, ibi locationem ad firmam decimarum Laicis interdictam puto, ne jus illud in re, dominio utili, modo tamen tenuiori ſimile, ad Laicum hoc modo perveniat, quod tractu temporis facile in feudum degenerare poſſet. Hinc bene notandum, Abbati quidem non obſtante hoc ſtatuto etiam Laicis (ſi meliorem conditionem afferant) decimas ad firmam locare permiſſum, haud aliter tamen, quam ſi non videatur ad feudum vel alienationem hujusmodi locatio extendi: Quod ita intelligendum, ut pacto adjecto vel alio modo de non transferendo aliquo jure in re Eccleſiæ proſpiciatur, quod ſane ſupervacuum foret, ſi ex natura hujus contractus nihil juris in re in Firmarium ſeu Affictualem tranſiret. Hoc 17
etiam patet ex illis, quod Guido Papæ *in ſing. 87.* habet: Firmarii, *ait*, curiarum Delphinariarum non debent gaudere privilegio fiſci in exigendis eorum debitis ad cauſam firmarum, quia ex mutatione perſonæ mutatur privilegium. Ex quo inferri poteſt: Si perſonæ talis mutatio hic contingit, ut etiam privilegia mutentur, dubio procul jus aliquod in re in firmarium tranſibit, cum ſimplex conductor etiam privilegiis realibus, utpote quæ ad fructus ſpectant, gaudeat.

Non tantum autem naturales prædii 18
proventus, ſed & reditus, cenſus, omnis generis penſiones, operæ ſubditorum, imo & vectigalia affictari poſſunt, quod conſtat ex Conſtitut. *De Pac. Conſtant.* §. *Pacta Placentinorum.*

Ex dictis itaque ſequitur, Affictualem 19
non ſolventem penſionem poſſe expelli, quod etiam in locatione conductione prædiorum, cui hic contractus aſſimilatur, obtinet. Biennium tamen ipſi concedendum eſſe, tradit Doring. *in Bibl. JCtor. vocab. Affict.*

Onera denique prædii quod attinet, illa 20
ad Affictualem ſpectare æquum eſt; Quia enim non tantum penſionem quandam exiguam ad fructuum quantitatem minime proportionatam ſolvit, ſed & in illum jus quoddam utili Dominio analogum tranſit, & in plurimis cum Emphyteutis convenit, rationi conveniens eſt, illum etiam ad inſtar Emphyteutæ onera ferre debere. Laudatus Dn. Janus *dict. l.* §. *29.*

CAPUT

CAPUT XXIII.
DE PRÆDIIS PARTIARIIS.

SUMMARIA.

1. *Prædium partiarium quid sit?*
2. *Item Colonus partiarius.*
3. *Dicebatur & Politor.*
4. *Aut fructus æqualiter dividuntur.*
5. *Aut inæqualiter.*
6. *Origo a Romanis.*
7. *Non est locatio.*
8. *Nec proprie societas.*
9. *Item nec contractus innominatus.*
10. *Verius est hunc contractum propius accedere ad naturam societatis.*
11. *Ideoque secundum illam regulandus.*
12. *Partiarii invecta non obligantur Domino prædii.*
13. *Partiarius non potest præscribere.*
14. *Partiarius habet actionem pro socio.*
15. *Nec tenetur portare fructus ad domum Domini.*
16. *Dominus potest mittere famulum, ut videat, ne partiarius eum fraudet.*
17. *Quod & sacerdotibus, & iis quorum interest, permissum.*
18. *Partiarius non poterit petere remissionem propter sterilitatem.*
19. *Morte alterius solvitur hic contractus.*
20. *Quod limitatur in illi anno, quo partiarius jam sumtus fecit.*
21. *Partiarius non solvit collectas.*
22. *Huc etiam pertinent pecora partiaria.*
23. *Hic contractus apud Romanos fuit frequentissimus.*
24. *Leges Georgicæ Justinian. Imper. de colono partiario.*

1 PRædium Partiarium est, quod conductum est ita, ut pro pensione certa portio fructuum ex illo percipiendorum præstetur, alteram vero partem, v. g. dimidiam vel tertiam pro cultura retineat conductor. Eumque jura vocant
2 colonum partiarium, *l. 25. §. 6. ff. locat.* Germani: *Der Acker um die Helffte oder dritten Theil bestellet, seinen Halb-Bauer.* Item *Land-Gärtner*, Sichard. *ad Rubr. Cod. loc. n. 9.* In quibusdam locis etiam *Land-Garbe, der die halbe oder dritte Garbe bekommt.* Wehner. *in verbo Land-Garbe.*
3 Hering. *de Molend. q. 30. n. 22.* Dicebatur etiam Politor, *l. 52. §. 2. ff. pro socio, ibique* Gothofredus. Politio enim est, cum ager colendus alicui locatur pactione certæ partis fructuum, ut sextæ, aut septimæ, aut nonæ. Turneb. *30. Advers.*
4 Aut enim colonus partiarius fructus æqualiter cum Domino dividit, Ferrar. *tit. 2. gl. 20. n. 7.* Unde etiam Græcis
5 ἡμιάσης appellatur. Aut is duas partes retinet, tertiam saltem Domino tribuit, ut apud Honded. *in Consil. 85. n. 1.* quod fit propter sterilitatem terræ, cujus respectu operæ & sumtus coloni pretiosiores sunt. Nam ubi fœcunditas terræ prævalet, fieri potest, ut colono tertia, quarta vel quinta pars pro cultura cedat. Tusch. *Concl. 464.*
6 *n. 1.* Romani etiam nunc hos, nunc illos Italiæ populos subjiciendo, partem agri iis auferebant, atque oppida & colonos condebant; aut si oppida opportune jam condita hos inducebant, Agri quod cultum erat, colonis assignabant, quod incultum, id aliis cupientibus elocabant, parte decima fructuum sibi retenta in agris sativis, in plantariis atque arboretis quinta. Appianus *Lib. 1. de Bell. Civ.* Observandum au- 7
tem hic est, hunc contractum proprie non esse locationem, ob mercedis incertitudinem: Nec proprie societatem, quamvis 8
unus operam in cultura, alter prædium conferant, & fructus inter se cum commodo & incommodo dividant, unde & quasi Societatis jus agnoscit JCtus *in d. l. 25. §. 6.* Non male locutus Baldus, *in l. 5. C. locati n. 6.* quando dicit, quod sit societas quædam velata, sub contractu locationis conductionis inclusa, & ideo naturam locationis conductionisque sapit, Pinell. *ad l. 2. de Rescind. Vend. P. 2. c. 3. n. 29.* Alii e contrario contractui inno- 9
minato adscribunt. Ant. Faber. *Rational. ad d. l. 25. §. 6.* Lauterbach. *disput. de Colono Partiar. §. 7.* Verum prior sententia 10
verior est, uti & rubrica & textus ipse *in d. l. §. 6.* docet, eandemque defendisse consultius, quo excludatur pœnitentia, jure communi in contractibus innominatis obtinens. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. Sect. II. C. 9. §. 13.* Quia autem hic contractus magis accedit ad naturam societatis; Ergo secundum eam quoque erit re- 11
gulandus. Valasc. *de Jur. Emphyt. q. 30. n. 3.*

Hinc

12 Hinc sequitur, quod partiarii coloni invecta & illata non obligentur Domino prædii, sicut res & bona inquilini, Zas. *ad* §. 7. *Inst. de act. n.* 15. quamvis alii contrarium statuant, quos vide apud Valasc.
13 *de Jure Emphyt. qu. 30. n. 8.* Ex iis etiam apparet colonum partiarium, etiamsi per triginta & eo amplius annos prædium colat, non posse præscribere adversus Dominum jus non recedendi ab illa communione, quia societati similis est, cujus perpetuitas non potest præscribi, *l. fin. C. Commun. dividund.*

14 Habebit etiam partiarius Colonus adversus Dominum prædii actionem pro socio, & si fructus pendentes surrepti sint, pro sua quota furti actionem, quia tanti sua interest, *l. 85. ff. de furtis.*

15 Ex hoc fundamento quoque sequitur, colonum partiarium non teneri portare fructus ad domum Domini, cum nec socius hanc operam socio præstare sit obligatus. P. Ubaldus *in Tract. Societatis Col. II. p. 11.*

16 Ulterius etiam sciendum, quod potest Dominus mittere famulum, quando fructus colliguntur, ut videat, ne colonus partiarius eum fraudet, *l. 2. §. 1. verb. sub adspectu Curialium. C. Quand & quib. quart. pars. l. 13. §. 7. ff. Locat.* Cotta *in Memorab. Vocab. fructus,* ubi addit: Oporteret quod famulus ille esset oculatior Argo, si vellet occurrere fraudibus rusticorum; tandemque exclamat: Sed quis custodit ipsos custodes?

17 Similiter sicut & Rector Ecclesiæ ratione decimarum potest petere, ut interdicatur colono, ne fructus colligat, aut de fundo extrahat, nisi eo vel ejus nuntio præsente. Guid. Papæ *Dec. 283.* Capell. Tholos. *109.* Rebuff. *de decim. qu. 5. n. 23.* Veluti etiam is, cujus res & fructus sequestrantur, & Sacerdotes possunt assistere collectioni fructuum, & in genere is, cujus interest, poterit pro suo interesse assistere actui, qui geritur, *l. 29. pr. ff. de inofficios. Testam.*

18 Partiario quoque colono ob sterilitatem nihil remittitur, sed ipse quasi societatis jure & damnum & commodum cum domino fundi partitur, *d. l. 26. §. 6. ff. Locat.* Lauterb. *ad dict. tit. §. 2. n. 15.* Ex hoc porro inferunt Dd. quod jura pertinentia ad societatem dissolvendam, etiam in colono partia-
19 rio locum habeant, utpote quod morte alterius contractus hic dissolvatur, nec ad hæredes transeat, sicut in societate receptum est, nam nemo invitus tenetur fieri socius, *l. 4. & l. 34. ff. pro socio.* Gail. *L. 2. Obs. 23.*
n. 14. Quod limitandum tamen est pro illo 20
anno, quo Colonus partiarius cœpit jam laborare in fundo, & sumtus fecit. Gregor. *L. 19. Tit. 8. p. 5.*

Præterea colonum partiarium collectas 21
impositas & sumtus inhospitationum solvere non debere, cum hæc sint onera realia, tradit Struv. *ad Tit. ff. de Censibus § 91.*

Pertinent huc etiam pecora partiaria, 22
l. 8. C. de Pactis. de quorum fœtu inter dominum & pastorem certis portionibus dividendo actum est, ut eo ipso opera pastoris pensetur. Hect. Felic. *de Societate c. 9. n. 56.* Stryck. *de Cautel. Contract. Sect. 2. c. 9. §. 13.*

Cæterum hunc contractum apud veteres 23
Romanos fuisse frequentissimum, testatur Varro *de re Rustica.* Et quia Justinianus 24
Imperator *leges quasdam Extravagantes de re rustica* edidit, in quibus & de colono Partiario aliqua scitu digna stabilivit, quæ cum non in omnium sint manibus, operæ pretium erit, huc ea transferre iisdem verbis, quibus ea e Græco transtulit Franc. Balduinus Atrebatius JCtus *sub tit. 1.* De Agricolis sic ait Justinianus: Si partiarius colonus citra Domini consensum fundum demessuerit, ejusque manipulos interverterit, ceu fur universis fructibus mulctator.

Partiarii coloni pars II. contineto fasciculos, ubi ipsius Domini, qui fundum colendum dedit, portio unum tantum, si quis aliam inierit partium divisionem, facer esto.

Si quis colonus ea lege fundum colendum accipiens, ut justam fructuum medietatem perciperet, suo tempore eum non excoluerit, sed serius semen sparserit, nihil ex fructibus percipito, quia vanitate sua fundi dominum ludificatus est. Si quis eadem lege ab inope colono vineam receperit excolendam, nec, ut oportet, eam putaverit aut foderit, aut pedamentis fulcierit, aut lyraverit, nihil ex fructibus percipito.

Qui de justa fructuum percipiendorum medietate pactus, tempestive consilium mutaverit, dominoque nunciarit, quasi in sese non esset ea lege fundum colere, si dominus admonitus neglexerit, indemnis esto talis colonus. Si quis eadem lege absentis domini fundum excolendum susceperit, postea mutato consilio eum dereliquerit, fructuum qui percipi potuissent, duplum pendito.

CAPUT XXIV.
DE PRÆDIIS IMMEDIATE IMPERIO SUBJECTIS.

SUMMARIA.

1. *Imperator quædam prædia immediate concedit.*
2. *Originem ab interitu familiæ Friderici Barbarossæ ducunt.*
3. *Incrementum dedit ipsis vicinorum Principum facilitas.*
4. *Vasallus respectu personæ Feudi Domino non subjicitur.*
5. *Prædium exemtum quid?*
6. *Aliud est in territorio, aliud de territorio.*
7. *Prædia hæc contradistinguuntur Landsassicis.*
8. *Territoria clausa quæ sint?*
9. *Ordo Equestris quomodo dividatur?*
10. *Num Nobiles Immediati sint status Imperii?*
11. *Habent Jurisdictionem Ecclesiasticam.*
12. *Item jurisdictionem territorialem.*
13. *Non possunt trahi ad dicasteria Principum.*
14. *Habent jus Austregarum.*
15. *Jus Collectandi.*
16. *Bannum ferinum.*
17. *Merum & Mixtum Imperium.*
18. *Jus Fœderum.*
19. *Possunt instituere diætas.*
20. *Habent jus mittendi Legatos.*
21. *Plura de eorum juribus remissive.*
22. *Societas Ordinis Equestris.*

1 Quoniam quædam prædia ab Imperatore immediate Nobilibus Ordinis Equestris, *der freyen Reichs-Ritterschafft*, in feudum conceduntur, merito etiam de istis in hoc tractatu dicendi
2 locus erit. Originem autem ea ab interitu Familiæ Hohenstauffensis sive Friderici Barbarossæ traxisse compertum est. Postquam enim Conradinus istius prosapiæ ultimus a Carolo Andegavensi victus, captus, & anno 1269. capite plexus, Ducatus ejusdem Sueviæ, Franconiæ & Palatinatus Rheni, Nobilesque ibi degentes, & complures Civitates Provinciales ad Imperium transiere. Limn. *lib. 6. c. 3. n. 45.* Cum itaque Suevicæ Familiæ interitus prædia immediata in Imperio enasci fe-
3 cerit, incrementum deinceps dedit vicinorum Principum aut facilitas, aut imprudentia, dum Feuda propria Familiis istis concedentes non satis sibi de Territorii jure prospexerunt. Permiserunt enim feuda sua ad eos pervenire, qui se in subditorum numero haberi minime pateren-
4 tur, ex recepta regula, quod Vasallus respectu personæ suæ feudi domino non subjiciatur, ac Vasallagium ex non subdito subditum haud faciat. Gail. *de Pignorat. Obs. 15. n. 3.* Matth. Steph. *de Jurisdict. L. 2. P. 1. c. 7. n. 183.* Hinc ejusmodi Vasalli coram Domino non nisi ratione causarum Feudalium comparent, in aliis causis alios judices singulares habent, vel judicium Rothweilense, vel Cameram Imperii. Ubi autem prædium intra territo- 5
rium existens territorii Domino non subjicitur, Exemtum vocatur. Unde distin- 6
ctio DD. quod locus alius IN territorio, alius DE territorio sit, Germanice: *In eines Fürsten Land, und unter eines Fürsten Land und Obrigkeit gelegen.* Bidembach. *qq. Nobil. 1. n. 19.* Vietor. *de Exemtion. Concl. 27.*

Prædia ista immediate Imperio subjecta 7
communiter Landsassicis contradistinguuntur, quæ scilicet mediate alicui Statui Imperii subsunt, qualia in Saxonia, Bavaria, Hassia, Westphalia & alibi, ubi Landsassiatus viget, inveniuntur. Hinc etiam 8
ejusmodi territoria clausa seu conclusa a nonnullis appellantur. Myler. *de stat. Imp. c. 89.*

Immediata ejusmodi prædia possidet 9
Equestris Ordo, & appellatur *Reichs Frey Hoch-Edelgebohren*, dividiturque in Classem Franconicam, Suevicam & Rhenanam, quarum singulæ in minores particulas rursus dispescuntur. Equites Franconiæ in sex loca: 1) *Odenwald*, 2) *Steigerwald*, 3) *Gebürg*, 4) *Alte Mühl*, 5) *die Bechen, oder Bannach*, 6) *die Kahn und Wahren.* Suevi in quinque loca: (1) *im Hegau, Bodensee, und Algau*, (2) *an der Donau*, (3) *am Kocher,*

Kocher, (4) *am Schwartzwald oder Neckar*, (5) *im Kintzgau*. Equites Rhenani in proprie Rhenanos & Wetteravios. Limn. *de J. P. L. 6. c. 3.*

10 Inquirunt hic Publicistæ, an Nobiles ejusmodi Prædia immediata possidentes sint Status Imperii, quod multi ex *Proœm. A. Bullæ*, verb. *Nobiles Immediatos*. volunt. Rumelin. *ad A. B. Diss. 1. th. 12.* Autor Discursus, *daß des Heil. Römischen Reichs freyer unmittelbarer Adel ein Stand des Heil. Römischen Reichs sey*. Quibus tamen se opponit Limn. *C. 6. de J. P. c. 3.* & Oldenburg. *in Notit. Imp. P. 1. Disc. 22. n. 4.* quum in hodiernum usque diem nec Sessionem nec Votum in Comitiis habeant, nec amplius ad Comitia Imperii vocentur, vel in Matricula Imperii inveniantur, de quibus vide plura *dd. ll.* Habent tamen hi Nobiles Immediati non minus ac cæteri Status in eorum prædiis in-
11 signia, Jura Regalia & Privilegia: I.) Jus liberum circa religionem & jurisdictionem Ecclesiasticam. Cum enim in Comitiis Augustanis anno 1555. de pace religionis ageretur, Augustanæ Religioni addicti Status articulis cæteris adjungi petierunt: *Daß in solchem Friede auch begriffen seyn solten die von der Ritterschafft, Ansee- und andere Städte*; Id quod etiam obtentum vid. *d. R. J. §. und in solchen Frieden*. Tandem *in Instrumento Pacis Osnabrug. Monasteriens.* ipsis in hoc puncto sa-
12 tis prospectum. *Art. 5. §. 10.* II.) Gaudent hi Nobiles jurisdictione Territoriali. Nam quod in Principe est *Fürstlich*, in Comite *Gräflich*, in Barone *Freyherrlich*, in Civitate Imperii *Reichs-Städtisch*; Hoc in hujusmodi Immediatis Nobilibus est *Reichs-Adelich*. Hinc super Nobiles Immediatos extendi nequit *die Landes-Fürstl. Obrigkeit*. Bidenbach. *Quæst. Nob. 1. n. 11.*
13 Besold. *de Ord. Equ. n. 9.* Et quum Principes Nobiles Immediatos sæpe sub prætextu *der Landes-Fürstlichen Obrigkeit* sub suum Dicasterium trahere conarentur, hoc tanquam attentatum ad Imperatorem detulerunt, qui ideo semper pro libertate illorum pronunciavit. Gylmann. *Tom. 3. Symphor. verb. Nobil. §. den Fränckischen.* Superioritatem tamen illorum in dubium vocant Lud. Hug. *de Stat. Reg. Germ. c. 5. §. 5.* Strauch. *dissert. Exot. 4. §. 22.*
III.) Habent præterea Jus Austregarum 14
Ord. Cam. p. 2. n. 3. quod Schubart. *de Austregis, C. 3. n. 163.* non tantum ad bona libera, sed etiam si quædam mediate sub alio Principe sita possident, intelligit, & ita pronunciatum in causa *Jobst Rauen von Holtzhausen* contra *Herrn Ludwigen, Grafen zu Stollberg und Königstein*, Ruland. *de Commissar. P. 4. Lib. 8. c. 1. n. 7.* IV.) Jus 15
Collectandi. Waremb. ab Ehrenb. *de Regr. subsid. c. 4. n. 13.* V.) Bannum ferinum, 16
Wild-Bahn, sowol das kleine Weidwerck, als die hohe Jagd an schwartz und roth Wildpret. Meichsn. *Tom. 1. Lib. 2. Decis. Camer. 2. n. 2.* VI.) Merum & Mixtum 17
Imperium, *die hohe Fraiß- Both- Hals- und Land-Gerichtliche Obrigkeit*. VII.) Jus 18
fœderum, vid. *der Ritterschafft Brüderl. Vereinigung zu Landau aufgerichtet* ap. Goldast. *in Reichs-Händeln p. 108.* Quæ olim potentia Equestris ordinis fuerit, apparet ex rebus gestis Francisci de Sickingen, qui toto Imperio bellum movit. Unde etiam in capitulationibus promittit Imperator, *daß er des Adels Bündniß hindern wolle*. Besold. *Thes. Pract. voc. freye Reichs-Ritterschafft*. VIII.) Porro hi No- 19
biles possunt absque veniæ impetratione instituere diætas, modo habeant licitum finem. Buxdorf. *ad A. B. Cap. 12. Concl. 95. Lit. A.* IX.) Habent etiam jus lega- 20
tos mittendi, qui nomine Nunciorum veniunt. Qui plura de juribus horum No- 21
bilium cupit, vid. Rosenthal. *de Feud. cap. 5. concl. 78. n. 9.*

Nobiles porro Immediati, quum ani- 22
madvertere cœperunt singulos sibi non sufficere, societatem inter se instar Reipublicæ fœdere & pacto instituerunt. Habent enim Senatum Equestrem, *einen Ritter-Rath*, Concilia *Ritter-Tage*, Magistratus *Ober-Hauptmann und Unter-Hauptleute*, Leges & consuetudines, aliaque Reipublicæ instituta. Oldenburg. *d. l. num. 6.*

CAPUT XXV.
DE PRÆDIIS LANDSASSICIS.

SUMMARIA.

1. *Prædia Landsaßica Dominos territoriales respicere necesse habent.*
2. *In quibus locis prædia Landsaßica inveniantur?*
3. *Origo prædiorum Landsaßicorum.*
4. *Landsaßiatum constituunt tum Imperium in homines,*
5. *Tum certum terræ spacium.*
6. *Landsaßii ad quid obstricti sint?*
7. *Quid juris de his in Franconia?*
8. *In provinciis Saxoniæ Ducibus subjectis Vasalli omnes sunt Landsaßii.*
9. *Quod extenditur etiam ad ditiones in Franconia sitas.*
10. *Potest quis esse Imperialis & provincialis.*
11. *Quidam Reges sunt Status Imperii.*
12. *Allegans in supra dictis provinciis libertatem illam probare tenetur.*
13. *Et nisi doceat titulum suæ poßeßionis, statim potest expelli.*
14. *Definitio Landsaßii.*
15. *Quousque se extendat Superioritas territorialis?*
16. *Non potest Superior obviare jußis divinis.*
17. *Tenetur Superior observare jus naturale.*
18. *Item pacta servare.*
19. *Nec temere Regiminis formam mutare.*
20. *Finis ipsius debet esse non propria, sed subjectorum salus.*
21. *Post Deum debet Superiori, Imperatori & Imperio obedientiam.*
22. *Quatenus Landsaßius obedire debeat Superiori?*
23. *Non debet resistere Landsaßius, etsi Superior in illum aliquid injustum præcipiat.*
24. *Respondetur contrariæ sententiæ.*
25. *Implorandum Imperatoris auxilium.*
26. *Vel fuga sibi consulere debent.*
27. *Landsaßius ex præcepto Superioris nil debet committere, quod in Deum sit injurium.*
28. *Quid in dubio faciendum?*
29. *Quomodo se gerere debeat, si Superior præcipiat quid contra Imperatorem?*
30. *Landsaßiatus finitur mutato domicilio & divenditis bonis immobilibus.*
31. *Consensus Superioris ad domicilii mutationem non est neceßarius.*
32. *Nisi quis non tantum subditus, sed & servus Superioris sit.*

1 QUemadmodum prædia immediata in Imperio Romano-Germanico neminem recognoscunt, nisi Imperatorem; Ita Landsassica seu mediata in aliorum Principum regionibus sita sunt, ipsosque tanquam Dominos respicere ne-
2 cesse habent. Eaque præcipue in Saxonia, Hassia, Bavaria, Beck. *Synops. Jur. Publ. L. 3. c. 4. n. 17.* Archiducatu Austriæ, Marchia, Ducatu Brunsvicensi, Limn. *lib. 6. Jur. publ. c. 4. n. 3.* item Pomerania inveniuntur. Steph. *de Jurisdict. lib. 2. P. 1. c. 7.* Quæ territoria conclusa di-
3 cuntur. Hujus rei causam Ludol. Hugo *de Stat. Reg. Germ. c. 1. §. 8.* reddit, quod istæ ditiones a Carolo M. subactæ in formam Provinciæ redactæ, nec Imperio incorporatæ: Postea Saxoniæ, Bavariæ similesque Duces cum territorio districtuque ab Imperatoribus investiti fuerunt, nulla plane in nobiles sibi reservata potestate. Atque hinc Nobilium Ordo cum eorum prædiis, castris & pagis Principibus istis immediate subjectus subditusque fuit. Duo 4
autem sunt, quæ Superioritatem territorialem ac Landsassiatum constituunt, alterum Imperium in homines, alterum secun- 5
darium, nempe certum terræ spatium, cujus occasione hoc Imperium in homines intra illud terræ spatium existentes datur, atque illo circumscribitur.

Isti igitur Nobiles dicuntur Landsassii, 6
& tenentur in Diætis provincialibus, *auf denen Land-Tägen*, & curiis Principum tanquam subditi comparere, habita tamen ratione privilegiorum, quibus gaudent. In Franconia aliisque locis receptam esse 7
distinctionem Nobilium inter Vasallos nec Landsassios, & Landsassios, tradit Limn. *Lib. 6. Jur. Publ. c. 6. n. 2.* Vasalli nec Landsassii coram Domino non nisi ratione causarum feudalium comparent: in aliis causis alios judices singulares habent, vel judicium Rothweilense vel aliud. Sed Vasalli

Vasalli Landsassii indifferenter ratione omnium causarum, etiam non Feudalium,
8 coram Domino comparere tenentur. Sed distinctioni huic in Saxonia nostra, h. e. provinciis Serenissimæ Saxoniæ Domui subjectis, locus non est. Satis enim constat, omnes in ea Vasallos Landsassios esse, neque discrimen illud inter *Lehn - Leute*, ac *Landsassen* admitti, quod ex formula Vasallagii *der Lehns-Pflicht* in Curiis Saxonicis usitata apparet, qua promittit Vasallus, *daß er wolle getreu, hold, gewärtig und gehorsam seyn, wie einem getreuen Lehnmann gebühret &c.* Vocabulo enim *gehorsam seyn*, subjectionem promitti apud nostros tralatitium est, Gail. *de Arrest. c. 7. num. 11.*
9 Schwanem. *Dec. n. 116.* Quod adeo verum est, ut nec in Franconiæ (quæ Provincia alias territorium non conclusum habet) illis partibus, ubi domus Saxonica imperat, aliud servetur, ceu patet ex literis a Johanne Casimiro Duce Saxoniæ ad Pro-Electorem Fridericum Wilhelmum *Eufeldiæ 14. Maji An. 1597.* datis, quorum tenorem refert Carpz. *de non Appelland. jure θ. 53.* verbis: *So hat es auch die Meynung gar nicht, wie Ew. Liebden Rath,* D. Hartm. Pistorius *erinnert, daß sich die Ritterschafft* (scilicet in Districtu Coburgensi) *vor uns, als dem ordentlichen Richter zu stehen nicht schuldig erachten wolten, denn Sie uns iederzeit dafür erkennet, in persöhnlichen und dinglichen Klagen für uns gestanden, Recht geben und genommen, welches wir aus unserer Cantzley fast mit* infinitis actibus *zu bescheinigen, wie sie denn nicht weniger an Uns appelliret.*
10 Fieri etiam potest, ut quis duplicem personam diverso respectu sustineat, alteram Imperialem, alteram provincialem, ut licet quis sit Status Imperii ratione bonorum, tamen & domicilii alterius subditus
11 esse possit. Gail. *de Arrest. c. 6.* Sunt & Reges quidam exteri, qui in Imperio certas quasdam ditiones possident, quarum nomine status Imperii sunt, licet in regnis suis superiorem agnoscant neminem. Quidni igitur fieri possit, ut immediatus aliquis Imperii civis, ratione domicilii & bonorum, quæ in alterius territorio habet, illi subditus sit, absque diminutione status sui liberi. Et hoc approbatum *in denen Ortenburgischen Acten* contra *Beyern, Vol. 1.*
12 Hoc Imperium sive Superioritatem territorio circumscriptam dicti Principes ab Imperatore habent, nomine Imperii sub qualitate feudali concedi solitam, & ex Dd. sententia in omnes intra territorii istius fines habitantes fundatam: adeo ut qui se liberum ab hujusmodi Landsassiatus nexu asserit, illam libertatem probare teneatur. Reinking. *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. Cl. 5. c. 1. n. 24.* Myler. *de Stat. Imp. c. 89.* quæ regula a quibusdam ita extenditur, ut nec quieta libertatis possessio hoc probandi onere sublevet inhabitantem. Ziegl. Senior *ad Aur. Prax. Calvol.* §. *Landsassii num. 24.*

Item nisi doceat titulum suæ possessio- 13
nis, quod statim expelli & ad subjectionem reduci possit, nec quicquam possessionis emolumento adjuvetur. Myler. *d. l.* aut quod talis ne quidem spoliatus restituatur, priusquam titulum docuerit. Matth. Steph. *de Jurisd. l. 2. P. 1. c. 7. num. 81.* Dissent. Limn. *L. 4. c. 8. n. 187.*

Definiunt Landsassium Wehner. *in* 14
Pract. Observ. verb. Landsassen, & Reinking. *l. 1. Cl. 5. c. 1. n. 82.* quod sit homo jurisdictionalis, cui in omnibus præcipi potest ac mandari a Domino Territorii. Nempe Landsassiatus Vinculum Superio- 15
ritati territoriali respondens ad ordinem Publicum, quem Deus Ter O. M. inter inferiores & Superiores, parentes ac Imperantes esse voluit, pertinet, & juxta illius regulas formandum est. Quare quo se usque jus imperandi in Superiore Territorii extendit, eo debitum obediendi in Landsassio pertingere dubium non habet. Jus autem imperandi dum dicimus, indefinitum quid pronunciamus, quod proinde juxta Philosophicas regulas universale tamdiu statuimus, donec limitatio probabilis afferatur. Interim jus illud imperandi restringendum est, ne quid contra Superiorem suum attentet Superior territorialis. Hinc primum Deum T. 16
O. M. supremum omnium Dominum excipimus, cujus præcepta jussis suis violare adeo fas non est ulli superiori, ut omnem suam potestatem potius ad amplificandam divinam gloriam conferre debeat. Perti- 17
net huc jus naturale, quod merito divinum appellatur. Strauch. *Dissert. in Pand. I. num. 4.* Quoniam illud Natura naturans *Gl. in l. 1. §. 3. de Just. & Jur.* h. e. Deus ipse constituit & rationi humanæ implantavit. Quicquid igitur injustum factu esse recta ratio dictitat, non imperat Superior, quin potius ipse juxta regulas juris naturalis regimen suum moderatur. Quo 18
referimus pactorum observationem, si quæ Superiori territorii cum Landsassiis suis

19 convenere. Item ne quid temere circa receptam regiminis formam mutet. Neque enim aliud quid æque ad tranquillitatem quietemque publicam facit, quam forma regendi consueta uti, ac quantum fieri potest, ne minimum in illa immutare.

20 Pertinet & illud ad jus Superioritatis ex præscripto juris naturalis formandum, ut sciat Superior finem sibi propositum non propriam, sed subjectorum utilitatem
21 esse debere, *Rom. XIII. v. 4.* Post DEUM T. O. M. Imperatorem excipimus & Imperium, cui obedientiam, quam a Landsassiis suis exigit, vicissim præstat territorialis Superior. Neque enim laxiori vinculo illi obligatur, sed itidem *daß er dem Römischen Käyser, und dem Reich treu, hold, gehorsam, und gewärtig seyn wolle* jurat, ut refert Reink. *lib. 1. Cl. 2. c. 2. n. 202.* quam non Vasallagii sive fidelitatis, sed homagii etiam, hoc est, subjectionis formulam esse certum est. Hinc Imperatoris autoritatem sanctam sibi esse patitur, Recessus Imperii servat, neque hos adversus, ut operentur Landsassii sui, eos adigit. Atque intra hos limites si decurrant Imperia superioris territorialis, dubium non est, debitum obediendi ex parte Landsassiorum illis respondere. Neque tamen, etsi excedant, protinus debito hoc liberamus Landsassios. Ex inferiorum enim sive parentium numero cum sint, debitum obediendi indefinitum sive universale non minus iis imponimus, quam jus imperandi itidem indefinitum ac universale Superiori concedimus. Id ut dicamus, ordinis ratio a DEO inter Magistratum & subditos constituti postulat, qui & tunc manet, quando jure qui imperat Superior non imperat justa. Servi per omnia obedire jubentur ab Apostolo Paulo *Coloss. III.* & a Petro, ut subjecti sint dominis non solum bonis & æquis, verum etiam pravis & iniquis admonentur. *1. Petr. II.* Quod ds servis licet dictum, ad nostrum tamen casum applicari, ob eandem quæ subest ordinis rationem, nil vetat. Taceo quod & alias magnam cum servitute convenientiam Landsassiatus habeat. Grot. *in Epist.*
22 *Paul. ad Philem. v. 15.* Sed nec ex altera parte obedientiam absque exceptione, & cœcam, qualem Jesuitæ a suis exigere dicuntur, imponimus Landsassiis. Itaque sic procedimus: Aut eo tendunt Imperia Superioris, ut aliquid in se admittat & patiatur Landsassius, aut ut ipse quid per-
23 agat & effectum reddat. Priori casu omne resistendi jus adimimus Landsassio, etsi cum injuria conjunctum sit Superioris imperium. Sed quid, si damnum, quod imminet, irreparabile sit? quo casu resisti posse autumant Covarruv. *L. 1. var. Resol. c. 2. n. 12.* Zoës. *ad ff. de Just. & Jur. n. 3. per c. non inferenda. 23. qu. 3.* Quid si injuria ad eos pertingat, quibus defensionem debet noster, liberos, conjugem, familiam, subditos, si quos forte habet, Landsassius? Tutiorem sententiam arbitramur, quæ sic quoque resistendum non esse asserit: Potestas enim Superiorum Ordini a Deo addita, licentiam & facultatem in genere denotat, adeoque in subjectione, quæ ex parte subditorum illi respondet, limitationem ex eo, quod injuste adhibeatur, admittere non potest: Sed & ipse Ordo inter Magistratum & subditos, ubi repugnat inferiori loco positus, quacunque demum ex causa salvus non manet. Quod autem 24
affertur defendendi debitum sive quoad vitam & personam propriam, sive quoad familiam, publica autoritate munitum non est, adeoque magis in permissis, quam præceptis haberi debet: quoad subditos vero si quod habet Landsassius, quamvis publica autoritate gladium gerat, adversus Superiorem territorialem tamen eo uti nullo modo potest, ne publicus ordo turbetur. Accedit quod contraria sententia nullo Scripturæ Sacræ dicto perspicuo aut exemplo probari potest, contra ea patientia toties commendata, subjectione & obedientia etiam præcepta. Nam quæ ab Ambrosio *in d. canon. Non inferenda.* allegantur: Exemplum Moysis Ægyptium occidentis, & Salomonis scribentis: Eripe eum, qui ducitur ad mortem, *Prov. 24.* de vi, quæ ordinario Magistratui opponitur, diserte non loquuntur; alterum vero heroicum etiam est, nec temere imitandum. Vid. Chemnit. *Loc. de Vindict. qu. 1. circ. fin.* Itaque resistendi licentiam Landsassiis adimimus. Tolerandum est patienter, inquit Æneas Sylvius *Lib. de Ort. & autor. Imper. Rom. c. 16.* quicquid Princeps facit inique, expectandaque est vel successoris emendatio, vel supremi Judicis correctio, qui violentias & injurias non finit esse perpetuas. Præter auxilium ta- 25
men Superioris, scilicet Imperatoris, si tempore haberi potest, implorandum, fugam etiam permittimus tali casu Landsassio. Moralistarum non improbabilis sen- 26
tentia est, sontem in pœna sustinenda nil nisi patientiam debere, ac sub ictu gladii quoque

quoque positum, si detur occasio evadendi, fugere posse: eo quod honestus in natura affectus sit, qui vitæ suæ conservationem cuivis commendet: add. Zoës *ad tit. ff. de custod. & exhib. reor. n. 21.* Minus itaque de hac licentia dubitandum est, ubi quod timetur malum injuria venit, neque enim ordo publicus hac fuga læditur, ac non dubiis exemplis ostendi potest, sanctos quoque viros haud raro periculo imminenti fuga se subtraxisse.

27 Hactenus de Imperio Superioris, quod patientiam a Landsassio exigit: Ubi vero quid præcipitur, quod agat Landsassius, caveat cumprimis, ne in DEUM sit injurius. Nullum enim humanæ obedientiæ vinculum arctius nos ligat eo, quod inter Creatorem & creaturam cum vitæ cujusque initio oritur. DEO itaque magis obediendum, quam hominibus *Act. V, 29.* certo statuat Christianus Landsassius, quod in illis, in quibus quis cum conscientia sua persuasus est, sibi hoc vel illud jussu DEI agendum aut omittendum esse, du-
28 bium non habet. Difficultatem tamen patitur, si dubitat, ac, ne, quod sibi agendum præceptum est, DEUM offendat veretur, ut videre est apud Grotium *de Jur. B. & P. L. 2. c. 26. n. 4.* Pugnant autem regulæ morales duæ: quod dubitas, ne feceris: Et illud Augustini, Tene certum, relinque incertum: certum autem est, obedientiam Magistratui deberi, incertum, num DEUM ista actio offendat. Nos sane posteriori calculum ferimus, ne alias omnis imperiorum ratio concidat, cum nunquam non ex carnis & diaboli suggestione de justitia præceptorum a superiore subditos dubitare, evenire possit. Neque curamus Grotii argumentum, in dubio partem tutiorem eligendam: sæpius autem tutius & minus malum esse abstinere v. g. a cæde imperata, quæ injusta esse possit, quam inobedientem esse. Respondemus enim in his civilibus peccata ex proposito & intentione potissimum æstimanda, & suapte natura gravissimum omnium inobedientiam esse. Pertinet huc, quod Augustinus scribit contra Faustum *L. 22. C. 74.* Vir justus, si forte sub Rege etiam sacrilego militet, recte potest illo jubente bellare, si civicæ pacis ordinem servans, quod sibi jubetur, vel non esse contra DEI præceptum certus est, vel utrum sit certus non est: Ita ut forte reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi.

Quid si Imperatori adversum sit, quod 29
agere jubetur Landsassius? Equidem Superiorem Territorialem obedientiam Imperatori debere *supra* dictum, cui consequens est, ut adversari ei jure non possit. Veruntamen ubi qui imperat Superior non justa præcipit, haud protinus debito obediendi subditum liberari itidem præfati sumus. Quare cum ex DD. nostrorum sententia Territorialibus Dominis fortius obligentur Landsassii quam Imperatori, idque propter juramentum speciale, quod iis præstant, Petr. Gregor. *de concess. Feud. p. 7. qu. 4. n. 12.* Matth. Steph. *de Jurisdict. L. 2. P. 1. c. 7. n. 38.* inde obediendum esse concludimus. Adde quod territoriales tales subditorum suorum supremos post DEUM esse Dominos, verba, NOS DEI GRATIA, titulis eorum præmitti solita arguere videntur, Wilh. Leiser frater *in dissert. de Landsass. th. 36.* Restat, ut qua ratione Landsassiatus nexu quis solvatur, dicamus. Nihil enim tam 30
naturale est, quam unumquodque eo genere dissolvi, quo colligatum est, *l. 35. ff. de R. J.* Cum autem, *uti supra dictum*, duas potissimum ob causas Landsassiatus inducatur, domicilium nempe & immobilium possessionem, sequitur, si quis immobilia possidere desinat, aut domicilium mutet, Landsassiatus nexu eum liberari. Utrumque libertatis est, do- 31
micilium mutare, & aliorsum migrare, etiamsi territorii Dominus dissentiat, modo non fiat malitiose, statuunt Brunn. *de Jure univers. th. 39.* Mevius *ad jus Lubec. 1. tit. 2. art. 2. n. 69.* Recte sane 32
nisi Territorii Dominus Landsassios non subditos tantum, sed & servos sibi esse probare possit. Neque obstat, quod verba homagii, quo obedientiam præstare solet Landsassius, indefinita, & neque possessione rerum immobilium, neque domicilio circumscripta sunt. Respondemus enim, non ideo Landsassium quem esse, quod jurat, sed quia Landsassius est, ideo jurat, ut multis probat Reinking. *1. 5. 4. 6.* cui consequens est, juramentum ex subjectione, quam absque juramento debet Landsassius, tanquam juramenti fundamento interpretandum esse. Atque hanc sententiam, quod cujuscunque fortunæ subditus bona immobilia deserere, ac domi-

domicilium & per consequens Superiorem suum migratione mutare possit, nisi persona servitute affecta sit, satis probat textus *in Rec. Imper. de Anno 1555. §. Wo aber unsere &c.* in eamque votis Facultatis Juridicæ Wittebergensis itum esse, testatur Frater pie defunctus *d. l. §. 37.*

CAPUT XXVI.

DE PRÆDIIS AMBTSASSICIS ET SCHRIFTSASSICIS.

SUMMARIA.

1. *Divisio prædiorum Landsassicorum in Ambtsassica & Schriffisassica.*
2. *Ambtsassica quæ?*
3. *Schriffisassica quæ?*
4. *Origo hujus distinctionis.*
5. *Alia Origo secundum Knichen. rejicitur.*
6. *Schriffisassii primam instantiam coram judicio curiali habent.*
7. *Item coram Senatu Aulico vel Appellationum.*
8. *Electio horum judiciorum competit Actori.*
9. *Prærogativa Schriffisassiorum præ Ambtsassiis.*
10. *Simultanee investiti de prædio Schriffisassico etiam extra Electoratum degentes possunt conveniri in curia Electorali.*
11. *Item communitates atque civitates.*
12. *Nec non officiales Electorales.*
13. *Ut & Burgenses quoad causas feudum concernentes.*
14. *Quomodo ex Schriffisassiis facti fuerint Ambtsassii?*
15. *Matriculæ credendum, quatenus de observantia testatur.*
16. *Serenissimo Electori nihil interest, an per Curiam, an vero per Præfectos justitia administretur.*
17. *Pro Schriffisassio præsumitur, donec contrarium probetur.*

1 PRædia Landsassica, de quibus *capite præcedenti* dictum, in Saxonia nostra, h. e. Provinciis Saxoniæ Ducibus subjectis iterum distinguuntur in
2 Ambtsassica & Schrifftsassica. Prædia Ambtsassica & eorum possessores *Ambtsassen* dicuntur, *die unter Aembtern sitzen*, qui Toparchis & præfectis *denen Ambt-Schöffern* subjiciuntur. Dictum autem est *Ambt*, vel antique *Ambacht*, ab ambacto, celtico vocabulo, Besold. *de natur Pop. fol. 88.* quo præfectura vel districtus regionis, qui a præfecto aliquo regitur, denotatur; alio nomine *eine Pflege* dicitur.
3 Schrifftsassica prædia, sive qui ea possident, sunt, quibus Princeps sive Cancellaria (a qua & *Cantzeley-Sassen* dicuntur) imperitat, quique Serenissimo Electori immediate subsunt. *Ober-Hof-Gerichts-Ordnung zu Leipzig, de An. 1549.* Tit. *wer für das Ober-Hof-Gericht mag geladen werden, die auf sonderbare Schrifft der Churfürstlichen*
4 *Cantzley sitzen.* Et ex hoc forte origo hujus distinctionis ostenditur, Schrifftsassios antiquitus eos fuisse, quibus tanquam honestioribus mandata Principis literis ex Cancellaria datis significarentur, cum reliquis Ambtsassiis eadem viva voce per Præfectos exponerentur, vel ab iisdem per schedulam apertam *durch einen Umlauff* notificarentur. Cui conformis est eorum opinio, quod Nobiles quidam prædia rustica sub præfectis sita acquisierint, ac postea qualitati feudali subjecerint, sive ut Germanice loquimur, *haben solche Bauer-Güther dem Landes-Fürsten zu Lehen aufgetragen,* quæ qualitas feudalis jurisdictionis rationem, qua Præfecturis adstringebantur, mutare haud potuerit, atque sic ipsi Ambtsassii evaserint. Prædia enim ista jurisdictione mediata semel tincta, si nulla alia hac in parte immutatio subsequatur, necessario Nobiles isti ratione domicilii sub jurisdictione mediata præfectorum remanserunt. Carpz. *in Proc. Tit. 2. Art. 2. num. 160.* Aliam hujus rei causam & originem deducit And. Knichen *de pactis* 5
Vestit. lib. 2. c. 5. n. 6. qui putat pristino ævo belli occasione obtigisse, & necessitatis ratione exigente factum esse, quod Principes Præfectorum opera Nobiles suos ad operas militares evocarint; prior tamen opinio, quæ & communis est, potius amplectenda, cum a necessitate bellica ad univer-

universam regiminis explicationem, ac cumprimis jurisdictionis civilis administrationem minus recte inferatur.

6 Schrifftsassiorum igitur nota est, si primam, ut loquimur, instantiam coram Judicio curiali sortiantur, cum ea judicia concurrentem cum aula Electorali & supremo Appellationum Senatu habeant jurisdictionem. *Ord. Judic. Curial. Witteb.* Tit. *Wer vor das Hof-Gericht mag geladen werden. Alle, so von Uns und Unserm Churfürstenthum belehnet, und häuslich auf dem Lande, oder in Städten Unsers Churfürstenthums sitzen, oder Feuer und Rauch darinnen halten, durch persönlich wesentliche Wohnungen, oder sonst ihren meisten und besten Theil ihrer Haab und Güther darinnen haben, unangesehen, ob sie der Ende persönlich nicht wohnen, oder auch weder Feuer noch Rauch halten; desgleichen, wo sich Klagen erheben um die Güther, so in Unserm Churfürstenthum gelegen, in den Fällen allen, wie berührt, sollen und vermögen die Rechtfertigungen an solch Unserm Hof-Gericht gehandelt und fürgenommen werden, auch sonst in allen andern Fällen, so im Recht nachgelassen seyn; darzu sollen auch die Städte als Communen und Räthe derselbigen in allerley Sachen, sie haben Lehen vom Hause zu Sachsen oder nicht, desgleichen einzele Bürger, wo die Sachen und Sprüche das Lehen belangete, und dinglich wäre, darum solche einzele Bürger beschuldiget wolten werden, darzu Ambtleute; So mag auch ein ieder von den Gerichten, so Wir in den Städten besetzet, oder die Städte selbst haben, desgleichen von des Adels, und der Dörffer Gerichten, wo ihme die Gerechtigkeit versaget, oder sonst beschweret würde, an Unser Hof-Gericht, oder an Uns appelliren, und die Appellation oder andere Beschwerung, so ihm begegnen mag, daselbst gerechtfertiget*
7 *werden.* Ex quibus liquet, Schrifftsassios
immediate Electori subjectos in prima in-
stantia statim in aula & coram Senatu Ap-
8 pellationum conveniri, nec non horum
subditos ab eorum decretis & sententiis ad
Aulicum Senatum provocare posse, Carpz.
9 *in Proc. Tit. II. Art. 2. n. 162.* Duplex nimirum est Schrifftsassiorum præ Ambtsassiis prærogativa; Primum quod hi Præfectorum cognitioni subjiciantur, illi vero directo illustre judicium curiale agnoscant. Deinde quod Ambtsassii Schrifftsassium in Curia actione pulsantes, non nisi præstita Satisdatione de expensis litis & Reconventione admittantur, ut maxime bona immobilia possideant, quod secus est in Schrifftsassiis, qui nulla satisdatione arctantur. Limitationes vide apud Ziegl. Sen. *ad Aur. Prax. Calvol.* §. *Schrifftsassii num. 2.* quæ differentia tamen per expressam sanctionem postmodum *in Ord. Proceß. Jud.* Tit. *vom Vorstand &c.* abrogata, & Ambtsassii hac in parte Schrifftsassiis exæquati sunt, *verb. Nachdem auch der Kläger.* Berl. *P. 1. Concl. 2. n. 4.*

Præter istos possessores prædiorum 10
Schrifftsassicorum subjiciuntur etiam huic
Judicio Curiali Vasalli & de ejusmodi
prædiis simultanee investiti, etiam extra
Electoratum degentes, item communitates
atque civitates, nec non Officiales Electo- 11
rales & Burgenses, quoad causas feudum, 12
si quod a Domo Saxonica in circulo Ele- 13
ctorali habent, concernentes. Verum 14
enim vero non omnes istos hodie Schrifftsassios esse, satis constat. Et qui factum, quod in ipsa, ut dicitur, Matricula Judicii Curialis complures vasalli Domus Saxonicæ inter Ambtsassios recensentur? valde moveor ut credam, omne id usu magis ac observantia invaluisse, quam certo & constituto jure: cujus rei argumentum habeo, quod non paucæ ex civitatibus circuli nostri Electoralis superioribus bellis attritæ, sibi aliquandiu ut Ambtsassiis a vicinis præfectis imperari passæ sunt: quas tamen Schrifftsassias esse, non tantum ex allegata fundatione, verum etiam ipsa, quam diximus, Curiæ matricula apparet, imo quas a Cancellaria Serenissimi Electoris nostri pro talibus hodienum haberi, ex actibus possessoriis satis constat. Atque in hac sententia confirmor, quod video, consensus in oppignorationes talium Feudorum, (*Cantzley-Lehen*) a quæstoribus nomine præfecturarum datos, quod sæpius factum memini, invalidos pronunciatos esse, utut jurisdictionis Ambtsassii juxta mores receptos fuerint vasalli oppignorantes. Dn. Carpz. *Lib. IV. Respons. Elect. 30. num. 7.*
Matriculam vero quod attinet, cum lateat 15
quo autore & quando conscripta illa sit, haud magnum momentum in ea ponendum est, nisi quatenus de observantia testatur, hactenus enim ob antiquitatem admitti potest. arg. eorum quæ tradunt Mynſ. *Cent. 5. Obſ. 97.* & ab eo allegat. Dn. Wilh. Leyſ. frat. *in dissert. de Landsaſſ. θ. 45.*
Serenissimo enim Electori nul- 16
latenus interest, per præfecturas potius, quam Curias aut Cancellariam jurisdictio ut explicetur, possitque ipse, si ita videretur,

omnes Ambtsassios sine ulla ullius hominis injuria Schrifftsassios efficere; Quæ enim differentia introducitur, cum Principis nomine fieri intelligatur, sive per præfectos, sive per Curias & Cancellariam jurisdictio administretur? ut sunt fere verba Imperatoris Justin. *in l. 3. C. de quadrienn. præscript.*

17 Cæterum admissa hac sententia, consequens erit Schrifftsassios haberi omnes, quos paulo ante enarravimus, donec aliud, & Ambtsassium quem esse, probetur. Ratio asserti hujus est, quoniam fundatam is jure, scilicet dicta Ordinatione judicii Curialis, intentionem habeat: præsumitur autem unaquæque res talis, qualis a jure formata est. Wesenb. *paratit. ff. de probat. & præsumt. num. 15.*

CAPUT XXVII.

DE PRÆDIIS RUSTICORUM PER GERMANIAM.

SUMMARIA.

1. *Olim prædia in Germania omnia fuere libera.*
2. *Clodovæus superatis Alemannis servitutem introduxit.*
3. *Postea multi partim meritis, partim precibus & pretio libertatem pristinam consecuti.*
4. *Reges Francorum homines proprios beneficiario titulo aliis concesserunt.*
5. *Ut & monasteriis dono dederunt.*
6. *Servis istis Rustici nostri substituti sunt.*
7. *Prædia rusticorum variæ sunt conditionis.*
8. *Pleraque prædia a principio fuere elocata.*
9. *Quæ postea in Emphyteutica, Censitica & alia conversa.*
10. *Rusticorum gradus.*
11. *Rustici liberi in Imperio,* freye Reichs-Bauern.
12. *Item in Helvetia.*
13. *In nonnullis locis Comitiorum sunt participes.*
14. Vier Reichs-Bauern.
15. *Prædia rusticorum libera sub principibus.*
16. *Quidam in Saxonia operas de prædiis non præstant, attamen certum canonem solvunt.*
17. *Quidam de prædiis canonem & operas præstant, & insuper personaliter sunt obstricti.*
18. *Quidam canonem & operas præstant, & libere emigrare possunt.*
19. *Quædam prædia censualia sunt, nec tamen dominium directum pertinet ad rusticos.*
20. *Prædia rusticorum in Austria. Item* Hub-Güther. *It.* Freymanns Lehn-Güther *quæ sint?*
21. *Prædia rusticorum in Ducatu Brunsuicensi.*
22. *Prædia rusticorum in Suevia.*
23. *Rustici non debent prædia per partes distrahere.*
24. *Quod jam tempore Caroli Calvi obtinuit.*
25. *Nobiles in quibusdam locis prohibentur prædia rustica emere.*
26. *Ut & quæstores in Electoratu Saxoniæ.*
27. *Prædia rustica non debent vendi absque consensu Magistratus.*
28. *Si rustici sint refractarii, possunt pro gravitate facti juberi ut discedant.*
29. *Idem etiam obtinet in dominis, qui subditos male tractant.*
30. *Quod & dicendum de Patronis, qui in Clientes sæviunt.*
31. *Causæ rusticorum summariæ.*
32. *Publice interest prospicere, ne prædia male colantur.*
33. Feld-Stützler *qui?*

1 IN Germania olim prædia omnia fuisse libera, ac nulla prorsus servitute affecta, testatur Tacitus de *Moribus Germ.*
2 Bodin. *de Republ. L. 1. c. 5.* Postmodum vero cum Clodovæus, Francorum Rex, anno 499. ingenti prælio ad Tolbiacum Ubiorum oppidum Alemannos vicisset, multaque millia occisione delevisset, reliqui ne simpliciter perirent, servitutem non modo polliciti sunt perpetuam, sed & ipse victor, ne unquam resistere possent, arma ipsis ademit, eosque cum eorum prædiis servi-

servituti perpetuæ addixit. Lehmann
3 *Chron. Spir. L. 2. c. 20.* Etsi vero ex tanto
propriorum ejusmodi hominum numero
plurimi successu temporis partim meritis,
partim etiam precibus ac precio liberta-
tem pristinam consecuti fuerint: magna
tamen eorum pars in Germania hodier-
num usque in diem præsertim apud Mo-
nasteria remansit. Mager. *de Advoc. arm.*
4 *c. 7. n. 737.* Namque Reges Francorum
ejusmodi homines proprios beneficiario
titulo aliis concesserunt. Sic Ludovicus
pius Caroli M. filius Eginhardo, Patris sui
Cancellario, contulit Prædia *Müllenstadt*
cum servis Regis propriis & uxoribus suis
ac liberis, & *Müllenheim*, cum servis, uxo-
ribus & liberis tredecim. *Chron. Lauris-*
5 *ham. ad ann. 805.* Iique ipsi Reges postea
non raro servos ejusmodi ac proprios ho-
mines Monasteriis dono dederunt, qui
non amplius servi fiscales seu fiscalini, sed
servi Ecclesiastici appellabantur. Stumpf.
6 *Chron. Helvet. L. 3. c. 27.* Verum quia
tempus omnia mutat, & cuncta suo pe-
riodo terminat, ita successu temporis fa-
ctum est, ut illa vetustiorum servorum ge-
nera in totum, vel saltem secundum quid,
ex usu venirent, & rustici nostri substitue-
7 rentur. Quorum prædia tamen variæ &
diversæ sunt conditionis; quædam enim
adhuc de servitute Romanorum, Feudo,
Emphyteusi, contractu censitico, colonia
perpetua, locatione, precario & aliis con-
tractibus aliquid participant, ut vix certi
8 quicquam de iis statui possit. Verosimile
insuper est, majores nostros literarum im-
peritos, conductorum fidem secutos, sæ-
9 pius prædia elocasse. Quæ posteri obli-
terata primi contractus memoria in Em-
phyteutica, censitica, vel etiam propria
converterunt.

10 Rusticorum septem gradus Felix Mal-
leolus *in dialect. de Nobil. c. 32.* constituit
sequentibus nominibus, Rustici, Rustoici,
Rustinardi, Rustibaldi, Rustiboldi, Rusti-
nei, & Rusticelli. Sed vocabula uti bar-
11 bara, ita etiam obscura sunt. Inter omnia
autem eminent Prædia rustica libera & im-
mediata, quorum possessores *Reichs-freye
Bauern* appellantur, nullæque potestati
nisi Imperatori sunt subjecti, quales in
Franconiæ partibus, præsertim Marchio-
natu Brandenburgensi ac Principatu Ell-
vacensi reperiri tradit Speidel. vid. Gol-
dast. *in Epist. dedic. der Reichs-Handlung*,
qui dicit: *Es sind freye Reichs-Dörffer,
Süffelheim, Godramstein, Gamb und andere,
so mit Hoch- und Nieder-Gerichten begabt,
und allein Käyserl. Maj. ohne Mittel unter-
worffen.* Sic quoque pagum quendam li- 12
berum in Helvetia prope Lachoa esse, no-
mine *Gerissau*, qui nulli Cantoni subje-
ctus sit, & liberam faciat Rempublicam,
scribit Spreng. *Jur. Publ. l. 1. c. 2.*

In nonnullis locis comitiorum sunt par- 13
ticipes provincialium, e. gr. in Frisia Orien-
tali (sicut extra Germaniam quoque simili
jure fruuntur in Regno Sueciæ, quod vo-
tum tamen tantum consultivum est, vo-
canturque delegati eorum *Herr-Tags-
Bauern.* Dn. Stryck. *in Dissert. de Agris
desert. c. 1. n. 45.*

Secundum Imperii divisionem in qua- 14
terniones quatuor etiam rustici imperia-
les, *vier Reichs-Bauern, als Cölln, Regens-
burg, Constantz und Saltzburg*, recensen-
tur. An autem unquam talis in quater-
niones distinctio in Imperio fuerit recepta,
valde dubium est. Limn. *ad Jus Publ.
Tit. 1. l. 1. c. 7. n. 39.* Præterea quidam 15
rustici sub Principibus aliisque Statibus
imperii prædia quidem possident, quæ ta-
men ab omni servitute & præstatione sunt
libera, nullasque operas vel onera, nisi
contributionem, *Land-Steuer*, ferre te-
nentur, quales in Suevia & passim repe-
riuntur, & *Frey-Bauern* appellantur.
Henr. Stamm. *de servit. personal. c. 3. n. 2.*
Alii de prædiis suis operas equidem non 16
præstant, attamen de iis certum canonem
in pecunia vel in fructibus solvere debent,
quales in Saxonia & Thuringia plurimi
inveniuntur, hos in quibusdam locis *Land-
Siedler* appellari tradit Stamm. *d. l.* Qui- 17
dam pro prædiis concessis non tantum
pensionem annuam, sed etiam certas ope-
ras præstare tenentur, ac præterea Domi-
nis suis servitute quadam personali ita ob-
stricti & obligati sunt, ut de bonis suis mi-
grare ipsis minime liceat, & ejusmodi in
Marchia Brandenburgensi, Pomerania,
Holsatia & Lusatia magno numero inve-
niuntur. Et hi, si in alterius jurisdictio-
nem, vel in civitatem ad discendas artes
Mechanicas, aut inserviendum Nobilibus
civibusque alienis concesserint, tunc pos-
sunt repeti, non minus quam servi fugi-
tivi. Husan. *de homin. propr. c. 8. n. 11.*
Imo contra ejusmodi Rusticos fugitivos
literas requisitorias, *Steck-Briefe*, decerni,
præjudicio confirmat Mev. *dec. 274.* Sunt 18
præter ea rustici, qui quidem de prædiis
suis certas operas vel servitia præstant,
nihilominus tamen ea pro lubitu alie-

Juris Georgici Lib. I. P 2 nare,

nare, & ſeſe libere alioſum convertere poſſunt. Quales per Electoratum Saxoniæ reperiuntur quam plurimi. Fritſch. *de Pag. Germ c. 6. n. 2.*

19 Singulariter hic notandum venit, plurima prædia ruſticorum apud nos eſſe cenſualia, nec tamen directum dominium, ut alias, pertinere ad ruſticos, quod exinde fit, quia plerumque a Vaſallis de bonis Feudalibus ſubditis ſuis conceſſa ſunt, ubi citra abſurditatem implicitam ſtatui haud poteſt, dominium in iſtos ommimodum eſſe translatum. Enim vero cum vaſalli juxta indolem conſuetudinum feudalium fundos feudales quoad utile ſolum dominium habeant, eosque citra Senioris ſui conſenſum alienare prohibeantur, dare vero ex iis prædia quædam in cenſum posſint, utique neceſſe eſt, ut vaſalli per conceſſionem talem aliquid juris analogi Dominii directi in fundo cenſuali retineant, ſicut in ſubinfeudante analogum quid dominii alicujus directi manere quoque concedimus, cum quibus conſentit *Gloſſa Germ. ad Land-Recht Art. 39. n. 2. Ein Zinſʒ-Guth iſt weder eigen, Erbe noch Lehn,* Frantzk. *de Laudem. c. 10. n. 64.* In Auſtria prædia ruſticorum nihil aliud ſunt, quam bona Emphytevtica, *Erb-Zinſʒ-Güther, Güld-Höfe,* quæ nimirum jure Emphytevtico ſub quadam utilis dominii ſpecie ruſticis tanquam colonis perpetuariis pro annua penſione conceduntur. Quæ omnia comprobari poſſunt ex eorundem inveſtituris, *aus denen Erb-Zinſʒ-Briefen,* quarum imprimis in controverſiis inter Dominum & Emphytevtam exortis habenda eſt ratio. Quia verba contractus ſunt inſtar formæ, quæ dat eſſe rei. Weſenb. *Conſ. 331. n. 54. Part. 7.* Finſterwalder. *ad Conſuet. Auſtriæ L. 2. Obſ. 37. n. 7.* Ruſticorum etiam Prædia multa feudalia eſſe, dubium non habet, quamvis in Jure Communi Feudali nullum veſtigium de iis invenire liceat, non tamen ex eo concludi poteſt, quod plane nulla reperiantur, ſiquidem exempla tam in Electoratu Saxonico & Brandenburgico, quam in Suevia & Ducatu Juliacenſi paſſim obvia contrarium ſatis atteſtantur. Dn. Falckner *in Diſſert. de eo quod juſt. eſt circa Ruſt. in mater. Feud. Cap. 3. §. 1.* Huc etiam pertinent Prædia Ruſtica, quæ vulgo vocantur *Hub-Güther,* quæ ut ſæpe contingit, ſub fidelitatis Lege conceduntur; dicuntur autem a Vocabulo Huff, ſ. Huba, vel idiotiſmo Longobardico Giuffa, vel ut putat Wehnerus *in Obſ. Pract. Lit. H. von Aushuben, weil man ſelbige in etliche Theile aushuben, oder austheilen könne;* inde & ſubjicit *cit. Aut.* diviſionem *in Haupt- und Steck-Huben.* Hæc bona autem nihil aliud ſunt quam Prædium Ruſticum, vel tantum agri unde Colonus ſe ſuſtentare poteſt cum familia. Vid. Chriſtoph. Broveri *Antiquit. Fuldenſ. l. 3. C. 16. in marginal. circ. fin.* Referri huc etiam poſſunt Bona quæ vulgo vocantur *Freymann Lehn-Hufen,* It. Prædia pleraque Schultetorum in Saxonia noſtra, quæ etiam nexu feudali ſunt obſtricta. Dicuntur autem *Freymann Lehn-Hufen,* vel *Frey-Güther,* quia a ſervitiis militaribus oneribusque plerumque libera ſunt, & tantummodo Maſculos in ſucceſſione admittunt. Exemplum literarum Inveſtituræ exhibet Dn. Falckner. *d. l. §. 13. Ich N. N. Amtſchöſſer zu D. urkunde und bekenne, daſʒ ich N. N. auf ſein Anſuchen und Bitten in Lehen gereichet und gegeben habe anderthalb Hufen auf Görlitz Marck gelegen Freymann Lehn-Guth, reiche und leihe demnach Amt wegen obgenannten N. N. obgemeldte Hufen Landes, dieſelben wie Lehn- und Zinſʒ Guth Recht und Gewohnheit iſt, zu genieſſen, und zu gebrauchen; doch dergeſtalt, daſʒ er davon dem Amte was ſich gebühret, und darauf hergebracht, jährlichen zu rechter Zeit entrichten, der Lehn, ſo offte dieſelbe zu Falle kommt, in Jahres Friſt nach iedem Fall gebührliche Folge leiſten, und iedesmal immaſſen auch ietzo geſchehen, zwey neue Schock zur Lehn Waar in bemeldtes Amt erlegen ſolle, bey welchem Acker, ſo viel mir und meinen Nachfolgern gebühret, er Amtswegen geſchützet werden ſoll. Urkundlich &c.* Ad feuda tamen impropria ejusmodi Prædia eſſe referenda dubium non habet propter defectum ſcil. ſervitiorum. Laudemii vero in his feudis exactio nihil ſpeciale præ ſe fert, cum ea & in aliis feudis uſitata: Altioris contra indaginis res eſt fidelitatis præſtatio, de qua ne verbulum quidem in brevi teſtato, cum tamen ad Feudi eſſentiam pertineat. Verum quamvis feudum ſine fidelitate tanquam parte eſſentiali conſiſtere nequeat, & hinc etiam nequaquam remitti poſſit, bene tamen juramentum fidelitatis; dantur enim & Feuda injurata. *II. Feud. 3. in fin.* In literis Inveſtiturarum itaque ſi non expreſſa facta fuerit mentio præſtandæ fidelitatis, præſumenda eſt iſta; Si enim naturalia Feudo præſumuntur ineſſe, multo magis hoc de eſſentialibus præſumendum eſt. Probe autem hic

hic tenor literarum Investiturarum inspiciendus. Si itaque ex istis non appareat, quid contrahendo voluerint, e. gr. Si non reperiatur quod res sit concessa in Feudum, vel sub fidelitatis præstatione, sed saltim nude, tunc certe non Feudum, sed Emphyteusis, vel alius similis contractus intelligitur; E contrario si res expresse in Feudum data sit, quamvis etiam sub conditione, ut certus census exinde porrigatur, & quamvis fidelitatis non facta fuerit mentio, sine dubio tamen illa concessio dirigitur secundum Jura Feudalia. Barth. Camer. *in repet. l. Imperialem de prohib. Feud. alien. p. 160.* Si ergo quæritur an Feuda onerata certo censu *mit Schocken und Hufen Geldern*, aut alio Canone annuo nihilominus Feuda maneant? Resp. Esse omnino Feuda vera, quamvis impropria ob defectum servitiorum Militarium, modo in literis investiturarum expresse positum sit, quod ista bona in feudum data fuerint. Quia autem Natura Feudi requirit, ut certa servitia præstentur *II. Feudal. 23.* eaque militaria *II. Feud. 2. §. 2.* Nec dubitandum, quin in Feudo Rustico proprio talia exigi queant, quoniam & ipsi Rustici ea præstandi facultate neutiquam destituti. Verum quemadmodum ipsa servitia salva Feudi substantia plane remitti, ita eo facilius servitia hæc militaria, uti & fit quotidie, in aliud servitiorum genus transmutari possunt: In Saxonia Electorali variæ ejusmodi species reperiuntur, & vel in literis investiturarum dispositum est, ut illorum loco aliquid certi det, vel Ministris Domini certo tempore esculenta ac potulenta porrigat, ut in iis quas consecutus est *Hans Rebentisch über den Kretzschmar zu Königswalda de Anno 1657.* his formal. *Wir behalten Uns aber auf benannten Kretzschmar zuvor, nemlich zu welcher Zeit sich begeben möchte, daß Unsere Ambtleute zu Grünhayn, oder Jäger-Meister darum jagen, oder sonst dahin kommen würden, so soll gedachter Hans Rebentisch, seines Leibes Erben und Nachkommen, Sie samt Jhren Dienern und Knechten mit ziemlichen Futter, Speiß und Tranck zu versehen, und Jhnen das umsonst zu geben schuldig seyn, darbey er auch gelassen, und weiter von Uns und denen Unsrigen wider Billigkeit nicht beschweret werden soll. &c.* Vel ut canem Venatorium simul educet Vasallus, ac Domino venanti certa præstet servitia, ut videre est *ex literis* quas nactus est *Matth. Klösterlein, über den Freyhoff zu Eybenstock de Anno 1657. Darvor soll er, seine Erben und Erbnehmen, Uns, Unseren Erben und Nachkommen einen Jagt-Hund, wenn wir ihm den zuschicken, erziehen, die hohen Tücher oder Wild-Netze, wenn wir um Eybenstock jagen, mit einem Pferde helffen, und einem Jäger selbst dritte Essen und Bier zu trincken, Hafer zu füttern, und Streu denen Hunden nothdürfftig geben und versorgen &c.*

Nonnunquam etiam ex ejusmodi Prædiis rusticis Equus (*ein Lehn-Pferd*) a Vasallo præberi debet ad Mandatum Domini, qui sibi illius liberum usum plerumque reservat, ut scilicet illo vel equitando, vel vehendo pro lubitu, tam pacis quam belli tempore, uti queat. Verum & hoc servitii genus in certam pecuniæ summam, si ita Dominus & Vasallus inter se convenerint, mutari potest. Notanda tamen hic differentia equorum, qui vulgo *Ritter-Pferde*, & illorum, qui *Lehn-Pferde* dicuntur: Illos Nobiles ex feudis Nobilibus, hos Rustici ex suis prædiis sistere tenentur. Illi plerumque usui bellico, hi alii etiam non bellico applicantur: Illis ipsi Vasalli, vel per substitutos insidere, his vero Rustici non debent, nisi aliter conventum. Dn. Falckner. *d. l. §. 16. & 17.*

Notari etiam hic meretur, Prædia rustica Schultetorum, *der Dorff-Schultzen*, plerumque in hisce regionibus esse Feudalia, unde vocantur *Schultzen-Lehn*, seu *Lehn zur Bauer-Meisterschafft geliehen*, quando nimirum Schultetus paganus prædium suum cum ipso officio jure Feudali accipit ac possidet, ita ut fidelitatem servitiaque præstet, Investituram justo tempore petat &c. Invenimus namque Jure Feudali communi ejusmodi Feuda, quæ sunt certo officio annexa, e. gr. Feudum Guardiæ, quod custodi Palatiorum seu Castrorum conceditur, ut Castrum vel Palatium istud guardet, i. e. custodiat *I. Feud. 2.* Feudum Castaldiæ, quod Castaldo, i. e. Procuratori s. Gubernatori domus, vel aliis aulæ ministris, ut sunt Mareschallus, Dapifer, Pincerna, Camerarius &c. loco mercedis datur. Feudum Advocatiæ, quod datur vel propter patrocinium, vel consilium in disceptandis causis præstandum, & vocatur alio termino Feudum Cancellariatus, vel propter commissam defensionem Urbis vel Ecclesiæ; quo & pertinet istud Jus protectionis, de quo solent investiri istæ personæ, quæ protectionem aliorum susceperunt, ut e. gr. Palatinus

Elector cui Cuprariorum competit protectio. Imo ipsi Electores ipsorumque subofficiales de muneribus suis investiuntur. Ita Sereniss. Saxoniæ Elector de splendidissimo Archi-Mareschalli officio investitus, qui deinde hoc ipsum Vice-Mareschallo Baroni a Pappenheim in Feudum iterum concedit. Vid. Schützii *Colleg. Jur. Publ. P. 1. Ex. 7. θ. 24. & Exerc. 10. θ. 6. lit. A.* Ut autem clarius constet, quomodo Prædia Feudalia Schultetorum in hisce terris ex Cancellaria Principis concedantur, exemplum literarum investiturarum subjicere lubet, ubi quædam species jurisdictionis (quod tamen in hisce locis raro fit, vid. *infr. cap. 5. n. 36. lib. 3.*) alicui est tributa. *Von GOttes Gnaden Wir Christian Hertzog zu Sachsen und Churfürst &c. bekennen vor Uns, Unsere Erben und Nachkommen, daß Wir Unserm lieben Getreuen Abraham Eppendorffen und seinen rechten gebohrnen Leibes-Lehns-Erben das Erb-Gerichte zu Eppendorff in der Pflege vor Augustus-Burg gelegen, von Uns zu Lehn rührend, mit allen Gerechtigkeiten, Freyheiten, Alt-Herkommen, Gewohnheiten, nichts ausgenommen, sondern in allermassen Christoph Eppendorff, sein Vater, das von dem Hochgebohrnen Fürsten, Herrn Moritzen und Herrn Augusten, weyland Hertzogen und Churfürsten zu Sachsen, und folgends von Uns zur Lehn innen gehabt, zu rechtem Lehn-Guthe gereichet und geliehen haben, mit allen Rechten, und daran zu verleihende gebührende, reichen und leihen ihme solche Gerichte, samt seiner Zugehörung und Gerechtigkeit hiermit und in Krafft dieses Briefes, daß nun hinführo von Uns und Unsern Erben zu rechten Lehn-Guth inne zu haben, zu besitzen, zu gebrauchen und zu geniessen, daselbst zu brauen und zu maltzen, Saltz zu verkauffen, und andern Feil-Kauff in den Gerichten nach seiner Nothdurfft und Alt-Herkommen vorzuwenden, zusamt dem dritten Theil an und von denen Gerichts-Bussen und Strafen, so sich in diesen seinen Erb-Gerichten begeben, Geburts- und Abzugs-Briefe und Kundschafften um die Gebühr andern zu geben und mitzutheilen, immassen seine Vorfahren diese Gerechtigkeit gehabt und gebrauchet, und Uns und Unsern Erben jährlich davon auf Unser Schloß Augustus-Burg unabbrüchlich zu thun, immassen obgedachter sein Vater Unsern Vorfahren, denen Hertzogen und Churfürsten von Sachsen sel. und Uns bishero gethan, und sich damit zu halten, wie obgeschrieben, und solcher Lehn-Güther Alt-Herkommen und Gewohnheit ist &c. Dreßden, d. 7. Febr. anno 1587.*

Communiter autem ejusmodi Feuda Gogravica a Præfectis Electoralibus conceduntur, simulque literis investituræ inferuntur commoda, quæ pro suscepto officio ipsi speranda, quod ex sequentibus patet.

Von wegen des Durchlauchtigsten, Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Johann Georgen, Hertzogen zu Sachsen, Jülich, Cleve und Berg, des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Marschalln und Churfürsten &c. Meines gnädigsten Churfürsten und Herrn, habe ich, Benedict Strauß, der Zeit höchstgedachter Sr. Churfürstlichen Durchlauchtigkeit wohlbestallter Amtschösser zu Wittenberg, Andreas Hancken, Richtern zu Rotta, das Gerichts-Guth daselbst, welches er von Hansen Thiessen, Inhalts des darüber aufgerickteten Kauff-Briefes, heute Dato erblichen erkaufft, mit zwey freyen Hufen auf der Rotter-Marcke, eine halbe Frey-Hufe auf Neuendorffer wüster Dorff-Marcke, den Mist, welchen der Hirte im Dorffe zu Rotta das gantze Jahr über machet, dargegen er ihme ziemlicher weise Strau-Stroh geben muß; Item zweene Winckel an Wiese-Wachs auf der Bach hinter dem Dorffe; Ein Groschen jährliches Zinses von dem Töpffer-Hofe daselbst; Item aus dem Kruge von ieglichen Faß ein halb Stübichen Bier, und von einem ieglichen Viertel eine Kanne, vermöge des Erb-Buchs, und voriger Lehen-Briefe fernerweit genannten Dato gereichet und geliehen. Leihe und reiche auch hiermit mehrbesagtem Andreas Hancken, seinen rechten männlichen Leibes-Lehns-Erben und Erbnehmen, solch Gerichts-Guth samt gemeldten Hufen mit allen und ieden Zugehörungen, nichts ausgeschlossen, sondern in allermassen, wie seine Vorfahren desselbigen genossen, gebrauchet, und von dem Hause zu Sachsen zur Lehn inne gehabt, in Krafft dieses Briefes hiermit wissentlich, dergestalt, daß er und seine Leibes-Lehn-Erben, nun forthin iederzeit, den Lehn, so offt es zu Falle kömmet, gebührliche Folge thun, und sich damit immassen solcher Lehn-Güther Recht und Gewohnheit ist, halten sollen, darauf dann mehrgenannter Andreas Hancke auf dismal, wie er zu thun schuldig gewesen, dem Lehn gebührliche Folge gethan, und dem Amte zur Lehnwaar dreyßig Groschen gegeben und entrich-

entrichtet, welches denn also von ihme in Empfang genommen, und gebührlichen berechnet worden, in Beyseyn des Amtschreibers, Martin Starckers, und Johann Schottens, Amts-Notarii dieses Orts; dessen zu Urkund habe ich des mir anvertrauten Amts kleinere Insiegel hierauf gedrucket, und mich mit eigenen Händen unterschrieben. Geschehen und gegeben im Amte Wittenberg am 6. Martii Anno 1650.

Quale onus autem ipsis Schulteris pro suscepto Feudo incumbat, hoc in libro Censuali seu Urbario Præfecturæ *Amts-Erb-Buche de anno 1512.* continetur, sub Pago Brato, *der Richter hat drey freye Hufen, hat einen See in der Pröbstey gelegen, der ihm mit Fischerey zuständig, ist Dienstfrey, und muß halten ein Lehn-Pferd, das gebrauchet man als offte es die Nothdurfft erfordert im Amte.* Item sub Pago *Bleddin, der Richter ist sein Lehn-Guth, so offte er erfordert wird, mit einem wohlgerüsteten*
21 *Pferde zu verdienen schuldig.* Est & certa species prædiorum rusticorum moribus introducta, & præcipue in Ducatu Brunsuicensi frequentata, ubi rusticus uno solido exsoluto prædium accipit, quo solido ei restituto prædium dimittere debet, quod tamen non facile admittitur sine justa causa. Scheplitz *ad Clammer. Prompt.*
22 *Tit. 11.* In Suevia quædam Prædia a Rusticis coluntur, nec tamen jus aliquod hæreditarium ad suosque hæredes transitorium habent, & appellantur *Schupf-Lehn, weil die Erben davon geschüpfet werden, und muß das Guth nach Ableben des Inhabers eines unter denen Kindern wiederum von neuen, doch nur auf seinen Leib kauffen.* Dicuntur etiam *Fall-Güther, weil sie dem Herrn wieder anheim fallen,* hicque mos Dominatum, quem vel Romani in Germaniam vel Franci induxerunt, resipere videtur. Besold. *Thesaur. Pract. hoc vocab.*

23 Utiliter insuper in his regionibus & multis aliis locis cautum est, ne rustici prædia sua, quæ censibus & servitiis obnoxia sunt, per partes distrahant, *daß sie ihre Hufen, Zinß-Erb-Lehn und Frohn-Lehn-Güther ohne Bewilligung der Lehn-Herren nicht zerreissen, von einander theilen oder verkauffen sollen. Constit. Provinc. Saxo-Gothan. c. 38.* sancitumque ibidem est, ut hæredes ejusmodi prædia paterna vel omnes pro indiviso, vel aliqui habeant administrentque, vel uni alicui ex illis vendant, & si inter duos quæstio & controversia sit, minori natu cedant, postquam a majori debito modo pretium statutum fuerit. Frantzk. *Lib. 1. Resol. 6. n. 4.* Item *Ordinat. Politic. Mecklenburgica Tit. Von Gewerb und Handthierung der Bauern,* ubi dicitur: *Wir wollen auch, daß keine Bauer-Güther auf dem Lande von einander gerissen oder zertheilet werden sollen, damit die Dienste nicht geschwächet, und die Pächte ungewiß gemachet werden, sondern was hiebevor aus Unverstand in unsern Aemtern von einander gerissen, wiederum zusammen geleget und geschlossen werden soll. Ordin. Polit. Anhaltina tit. Bauer-Güther 20.* ibi: *Es sollen Unsere Befehlhaber, auch andere Unsere Unterthanen von der Ritterschafft hinfürter nicht gestatten, daß die Bauers-Leute ihre Hufen, Zinse, Erb-Lehn, und frohnbare Güther von Uns und Unsern Aemtern, oder ihnen zu Lehn rühren, zerreissen, und Stück-weise verkauffen, damit die schuldigen Dienste und Frohnen nicht geschwächet, die Zinse gebührlichen entrichtet, und anderer Unrath, so hieraus erfolget, vermieden werde. Und wenn sichs gleich zutrüge, daß durch Todes-Fälle viel zu einem Guthe gehöreten, und dasselbige zu theilen hätten, soll doch einem, der es im Vermögen, oder der Nächste darzu wäre, solches gelassen, die andern vor ihr Theil mit Gelde abgelöset werden, es wären denn merckliche Ursachen vorhanden, warum die Theilung, sonderlich wo sie füglich geschehen könte, nicht zu wegern, oder es würde sonsten bey dem Lehn-Herrn anders erhalten.* Concordat *Ordinat. Polit. Würtenbergica Tit. 16. Daß niemand kein Lehn oder theilbar Guth ohnerlaubt zertrennen soll.* Hancque prohibitionem non novi- 24
ter esse introductam, sed jam olim obtinuisse, colligitur *ex capitulis* Caroli Calvi *Tit. 31. cap. 30.* ubi dicitur: Et quoniam in quibusdam locis coloni tam fiscales, quam & de casis DEI suas hæreditates, id est, mansa quæ tenent, non solum suis paribus, sed & quibuscunque hominibus vendunt, & tantummodo sellam (i. e. ædem) retinent, & hac occasione sic destructæ sunt villæ, ut non solum census debitus inde non possit exigi, sed etiam quæ terræ de singulis mansis fuerunt jam, non possint agnosci &c.

Prohibentur nonnullis in locis Nobiles 25
sine speciali Superioris concessione prædia rustica emere, ne forte eorum rusticana & servilis qualitas successu temporis in præju-

præjudicium Domini mutetur, *Ordin. Polit. Anhalt.* Tit. *Bauer-Güther*, ubi ita sancitum legitur: *Wir wollen hinfürder nicht gestatten, daß die Ritterschafft sollen Bauer-Güther ohne Unser Vorwissen und erhebliche hochdringende Ursache, Kauff-weise an sich bringen, und solche selbst besitzen, denn wenn solches geschicht, da wollen sie hernach solche als Ritter-Güther gebrauchen, dadurch nicht allein in denen Zinsen Zerrüttungen gemacht, sondern die Land-Volge, Dienste und Steuren werden auch dadurch mercklichen*
26 *gemindert.* Facit huc quoque *Constit. Provinc. Vinariens. Tit. 36.* ubi sancitum, ne Nobiles emant bona paganica eo fine, ut immunitatem sibi polliceantur; sed onera, quibus sunt affecta, sustinere teneantur.

27 Illud etiam monendum hic est, contractus emtionum venditionum super prædiis ruralibus cum consensu Magistratus, *mit Consens des Amts oder Gerichts-Herren*, iniri & confirmari debere. Vid. *Ordinat. Polit. Anhalt. tit. 20.* ibi: *Ob Wir wol nachlassen können, daß aus dringender Noth, und nach Gelegenheit der Fällen die Bauers-Leute ihre Güther einer dem andern abkauffen mögen, so soll doch solches auch mit Vorwissen der Obrigkeit geschehen, und solche Käuffe in eines ieden Gerichts Handel-Buch verzeichnet werden.* Minime autem probanda est illa consuetudo, quæ alicubi obtinet, qua Ludimagistri rusticani, *die Dorff-Schulmeistere*, contractuum instrumenta conficiunt, quæ deinde præfecto vel quæstori ad confirmationem ab una vel altera parte offeruntur. Non raro enim accidit, omnia recte & rite in præsentia testium gesta & conclusa in instrumento emtionis asseri, & sine ulteriori causæ cognitione confirmationem ab officiali concedi, cum tamen ex postfacto appareat, longe aliter rem gestam esse, quam in Instrumento narratur, & contractum juxta normam Legis vel statuti claudicare, unde postea variæ lites oriuntur. Fritsch. *de Pag. Germ. c. 7. n. 10.*

28 Si, uti interdum fit, rustici nimis sint insolentes, refractarii & graves adversus Dominum & vicinos, dubium non est, quin tales pro gravitate facti distractis & divenditis prædiis suis juberi possint, ut discedant & aliorsum migrent, *arg. Const. Elect. 8. P. 2.* Matth. Berlich. *P. 2. Concl. 9. n. 20. & Decis. 56. n. 8.* Quidni enim de sub- 29
ditis hæc dicamus, cum & dominus propter insolentiam, si subditos sub umbra officii turpiter & flagitiose emungat, novisque pensionibus & assiduis operis excruciet, jurisdictione privari & cogi possit ad dominium vendendum, *arg. l. un. C. si quacunque præditus potestat.* Mynf. *Cent. 5. Obs. 8.* Gail. *lib. 1. Obs. 17. num. 10.* Nec minus Patronus sæviens nimium in 30
clientes, eosque pro defensione opprimens atque gravans, jure protectionis privari queat. Thom. Maul. *de Homag. Tit. 2. num. 20.*

In genere vero notandum, cum rustici 31
sint homines plerumque inopes, ignari & in fatali quasi miseria viventes; Hinc causas eorum summarie, de plano, sine strepitu & figura judicii, sola facti veritate inspecta, per nudam officii judicis implorationem tractandas esse; quod sicuti juri Civili conforme, ita observantia Saxonica probari, graviter docet Carpz. *Lib. 6. Resp. ult.*

Cum denique Romæ Censorium pro- 32
brum judicabatur agrum male colere aut arare, teste Plinio, *Lib. 18. c. 3.* dum enim negligitur agricultura, paulatim corruit, Klock. *de Ærar. Lib. 2. n. 48.* Hinc quibusdam locis optimo consilio introductum est, ut sint certi homines, qui videant, ne prædia ruralia, vineæ & horti male colantur. Sic in Ducatu Würten- 33
bergico singulare officium est *der Feldstützler*, ut vocant, de quo vid. *Ordin. Polit. Würtenb.* Tit. *Von Feldstützlern, diese werden mit Pflicht und Eyd beladen, zu allen Orten und Arbeiten des Acker- und Wein-Garten-Baues durch das gantze Bau-Feld an Acker und Wein-Garten zu gehen, ob die zu ieder Art recht gebauet, und wo eine Art unterlassen, oder in Bau gebracht, denselbigen bey sonder aufgesetzter Straffe zu einem Abtrag des Unbau und Schadens nach Gelegenheit und Gestalt der Sachen zu geben, erkennen, und hierunter niemand verschonen.* Vid. Wehner. *Obs. Pract.* verb. *Feldstützler.* Fritsch. *d. l.* Optandum foret, ut optimum hoc institutum etiam aliis in locis servaretur.

CAPUT

CAPUT XXVIII.

DE PRÆDIIS COTSASSICIS.

SUMMARIA.

1. *Qui equis & bobus servitia præstant,* Anspanner *appellantur.*
2. *Qui vero operas manuarias,* Cotsassen.
3. Cotsassen *unde dicti?*
4. *Non tantum operas præstant, sed etiam annuum aliquid solvunt.*
5. *Per operas manuarias quid intelligatur?*
6. *Similis Cotsassis sunt* die Häusler und Erbdrescher.
7. *Illi invito Domino discedere non possunt.*
8. *Præjudicium hac de re.*
9. *Casati qui?*
10. *Casa quid apud Latinos Autores?*
11. *Casata erat prædium.*
12. *Casati donati Ecclesiæ.*
13. *Aliud genus Casatorum honestius.*
14. *Casa etiam sumebatur pro palatio regio.*
15. *Item pro prædio cum castro.*

1 QUemadmodum illi rustici, quibus a Dominis prædium vel tantum agri concessum, ut equos alere aut boves aratores possint, & cum istis jumentis certa servitia præstent, *Anspanner oder Hüffner* appellantur, de quibus *cap. præced.*
2 Ita tenuiores illi, qui non habent integrum mansum vel hobam, sed tuguriola tantum & hortos possident, operasque præstant manuarias, *Cotsassen, Cossaten &*
3 *Cötner* dicuntur. *Eine Köte* enim lingua
4 Saxonica vile tugurium significat. Non minus tamen quam illi pro modo facultatum, & prædii concessi tum operas Domino suo edunt, tum annuum aliquod solvunt, Husan. *de homin. propr. c. 5. n. 66.*
5 Knich. *de Vest. Pact. cap. 3. n. 30.* Per operas autem manuarias intelligimus *Hand-Frohnen,* e. g. *Getreide abschneiden, Heumachen, wachen, jagen, Bothschafft lauffen &c.* Hinc *in der Fürstl. Sächs. Hallischen Teich-Ordnung* habetur: *Die Acker-Leute soll man mit Pferd und Wagen, die Cotsassen mit Schuppen und Spaden auf die Teiche erfordern.* Exemplum occurrit in Matricula Consistorii Ecclesiastici Wittebergensis *de anno 1555.* sub pago *Klöden,* ubi leguntur verba: *Vier Groschen, zwey Hüner und der Hand- und Fuß-Dienst nach Ziemlichkeit bekömmt die Kirche von des Gottes-Haus Cossaten-Hof, welchen ietzt Valtin Wentzel*
6 *besitzet.* Ejusdem ferme generis etiam sunt tuguriola Nobilium in pagis inhabitantes, *die Häusler Lohn- oder Erbdrescher.* Postquam enim hujusmodi inquilinus hunc in finem a Domino suo in Tuguriolum recipitur, quo sibi operas ad culturam agrorum & triturandum frumenta certa
7 mercede locaret. Constat hinc mutuam inter Dominum & inquilinum obligationem intercessisse, cui invita altera parte nemo se subtrahere potest, *l. 5. C. de Obl. & Act.* Carpz. *Decis. 290. n. 7.* Philipp. *Usus Pract. Inst. Lib. 1. Tit. 5. §. 4.* qui præjudicio hoc confirmat.

Ita enim Scabini Lipsienses ad requisitionem Quæstoris Freiburgici M. Sept. 8
Anno 1649. pronunciarunt: *Hat sich kurtz vor der Erndte J. B. zu W. unter Herr G. von N. Gerichten gelegen, von dar hinweg, und in euer anbefohlnes Amts-Dorff N. begeben, daselbst nieder gelassen, und ein Häuslein erkaufft, darauf wohlgedachter G. a N. an euch begehret, bemeldten B. weil er heimlich, und ohne Kundschafft aus seinen Gerichten gezogen, in Arrest zu nehmen, und ihme abfolgen zu lassen. Ob er nun wol in der von N. Gerichten im Dorffe W. keine Güther, sondern nur ein Häuslein gehabt, auch mit keinem Lehn oder Zinsen ihme verhafftet gewesen, sondern nur ums Lohn gearbeitet, überdiß der von N. ihn gütlich nicht abziehen lassen wollen, auch hiebevor in dergleichen Fall die Amts-Unterthanen in seinen Gerichten aufgenommen. Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet, daß J. B. ein Lohn-Arbeiter gewesen, er auch deme von N. wegen des Häusleins, so er besessen, die Dienste zumal bey der Erndte-Zeit leisten müssen, und gleichwol ohne Vorwissen der Gerichts-Herrn hinweggezogen, welches er zu thun nicht befuget, noch Herr G. von N. so schlechter Dinge, weil er bey damaliger Zeit, da das Getreidig theuer, und er ein ziemliches selbst verdienen können, bey ietziger wohlfeilen Zeit ihn loszulassen schuldig gewesen, ihr auch euch selbsten zuzumessen, daß ihr die Amts-Unterthanen, so hinweg zu ihme gegangen, nicht wiederum gebührlich abgefordert &c. So mag diesemnach J. B. deme von N. nicht vorenthalten werden, sondern er wird ihme billig geliefert, und*

wenn derselbe, daß er zur Ungebühr angehalten würde, sich zu beschweren, ist bey der hohen Obrigkeit und an gebührendem Orte ihme solches zu suchen, wie auch euch in dergleichen Fall die Amts-Unterthanen wieder zu fordern, und dergleichen Recht zu gebrauchen unbenommen; V. R. W.

9 Non multum dissimiles nostris Cotsassis olim fuere Casati, non tam libertinæ, quam servilis conditionis homines, dictique videntur servi ii, qui intra casam, hoc est, in ruralibus possessionibus serviebant.
10 Casa enim Latinis Autoribus est agreste habitaculum, palis, arundinibus & virgultis contextum, quibus possunt tueri a vi frigoris aut caloris. Isidor. *Lib. 14. Origin. cap. 12.* Apud Latino-Barbaros vero scriptores sumitur pro quovis ædificio, ut casa DEI, pro Æde sacra Ecclesia. *Chron.*
11 *Lauris Sam.* Et casata erat habitaculum cum certa terræ quantitate idonea ad unam familiam alendam servis cassatis olim attri-
12 butum, atque adeo ipsa familia. Donatos etiam casatos Ecclesiis perinde fuisse atque colonos aut servos, antiquum Albuini Clerici comprobat instrumentum apud Goldast. *sub num. 3.* quod tale est. Ego Cotanoina ancilla DEI dono atque trado ad monasterium S. Galloni, ubi ejus sacrum requiescit corpus: hoc est, quod trado, quod ego in Lutinach visura sum habere, & in alio loco, qui dicitur Bessindorff, in locis, campis, sylvis omnia quæ inibi visura sum habere, casatos tres his nominibus Righero, Wantilone, Waltricho, & uxore sua Fastrata, & filio eorum Wolfrido, & servo ejus Isamberto, & alio servo, nomine Woto & Haccone, qui est in concambio cum Wichardo redimere se vult, det aliud mancipium XI. manuum longum &c. Et apud eundem Goldastum *sub num. 39.* Beata filia Rachiberti donat inter alia in villa, quæ dicitur Centoprato, casatos duos cum omnibus adjacentiis vel adpenditiis eorum. Illico tamen addit: Sed unum infantem inde ingenuum laxavimus, reliqui vero, sicut superius diximus, ita sint &c. Videtur excepisse infantem ex casato genitum, eique hoc beneficium dedisse, ut plena ingenuitate frueretur. Dn. Ziegl. *de Dot. Eccles. cap. 9. n. 36.* Fuit & aliud genus Ca- 13
satorum multo honestius prioribus, qui Principum erant domestici vel vasalli, videnturque ita dicti fuisse, quod ad casam Domini comparere tenerentur. Casa 14
enim non tugurium tantum significabat, sed omne ædificium, etiam Palatium & Regiam, uti patet ex legibus Longobardorum *l. 2. tit. 17.* ubi constituitur de Goldastio; qui post susceptas & commissas sibi ad gubernandum curtes aut casas Regis donationem acceperit. Ipsa etiam feuda 15
quandoque casamenta dicebantur, & casamenta Ecclesiæ prædia illa, quæ feudi nomine ab Ecclesia accepta erant, Petr. de Marca *de Primat. n. 121.* Quo pertinet admonitio Bernhardi *Epist. 39.* Nostrum quoque ac vestrum pariter Episcopum, i. e. Ligonensem, abundantiori, ut decet, honore suscipiatis, & de casamento, quod tenetis, reverenter ei & humiliter offeratis. Et charta *anni 1197. in Histor. Vergiac. p. 122.* Cepi de Oddone Duce Burgundiæ in feudum & casamentum Auxonam villam meam cum castro, jurabilem & reddibilem sibi & successoribus suis. Du Fresne *Glossar. ad hanc vocem.*

CAPUT XXIX.

DE PRÆDIIS MAJORATUS.

SUMMARIA.

1. *Majoratus vox Hispanica.*
2. *Quid sit?*
3. *Majoratus & primogenitura in Praxi pro iisdem sumuntur.*
4. *Quomodo inter se differant?*
5. *A plurimis Gentibus receptus Majoratus.*
6. *Ratio introductionis hujus juris.*
7. *Romani ad masculos devolvebant hæreditatem.*
8. *Quod & obtinet de jure divino,*
9. *Item Feudali.*
10. *Per divisionem familiæ pereunt.*
11. *Per primogenituram conservantur.*
12. *Jus primogenituræ in Britannia Aremorica.*
13. *Primogenitus erga fratres debet se clementem exhibere.*
14. *Portio quæ postgenitis relinquenda.*
15. *Apanagium quid?*
16. *Definitio Majoratus.*

17. *Qui*

17. *Qui Majoratum instituere possint?*
18. *Hoc fœminæ quoque permissum.*
19. *Majoratus etiam sanctione pragmatica introducitur.*
20. *Exempla ejusmodi Majoratuum.*
21. *Introducitur voluntate Imperatoris ad instantiam possessoris.*
22. *Item per pactum & statutum conciliatur.*
23. *Similiter per consuetudinem.*
24. *Ut & per præscriptionem.*
25. *Qui Majoratus capaces sint?*
26. *Naturales in Majoratum non succedunt.*
27. *Nec legitimati per Rescriptum Principis.*
28. *Item nec Adoptivi.*
29. *Quod etiam dicendum de fœmina.*
30. *Limitatur hoc in Majoratu, qui in Allodiis constitutus.*
31. *Proximitas an Instituentis, an vero ultimi possessoris respicienda.*
32. *Regulariter successio in Majoratu pertinet ad Primogenitum, ejusque descendentes.*
33. *Filius primogeniti excludit patruum.*
34. *Filius natus antequam pater Majoratum adeptus, excludit fratres in dignitate genitos.*
35. *Majoratus plerumque in immobilibus consistit.*
36. *Imo in integris Regnis, Electoratibus & Ducatibus.*
37. *In feudo potest consistere Majoratus.*
38. *Item in prædiis Emphyteuticis, Censiticis & aliis.*
39. *Regalia, Jurisdictio, jus venandi, possunt esse objectum Majoratus.*
40. *Item & census redimibilis.*
41. *Ut & res mobiles, quæ duratione æquantur immobilibus.*
42. *Majoratus vel per contractus inter vivos, vel per ultimam voluntatem constituitur.*
43. *Quantitas Majoratus consistit in arbitrio instituentis.*
44. *Dummodo reliquis liberis legitima sit illæsa.*
45. *Si alius quam parens instituerit Majoratum, legitima non habet locum.*
46. *Primogeniti dominium est restrictum.*
47. *Tenetur ad cautionis præstationem.*
48. *Item inventarium conficere.*
49. *Primogenitus fert onera & collectas.*
50. *Præcavere debet, ne usucapiatur prædium Majoratus.*
51. *Item ne servitus amittatur.*
52. *Huc & spectat reparatio.*
53. *Mortuo possessore Majoratus absque liberis, quid ejus hæredes restituere teneantur?*
54. *Finitur Majoratus interitu rei in Majoratum concessæ,*
55. *Item interitu familiæ;*
56. *Sicut & pœnitentia testatoris.*
57. *Potest & revocari propter supervenientiam liberorum, si non in totum, tamen quoad legitimam.*

1 MAjoratus vox est fori Hispanici, Majoria, Primogenitorum jus, Gallis *droit d'ainesse*; Ubi scilicet
2 maximus natu inter liberos ad tuendam dignitatem & splendorem familiæ, prædium vel maximam partem bonorum paternorum consequitur.
3 Majoratus vero & primogenitura in praxi promiscue sumuntur. Maurit. *P. II. Concl. 1. n. 3.*
4 Quamvis multum inter se differant, in hac enim Primogenitura est fundamentum, in Majoratu vero ætatis prærogativa, & ille ad successionem vocatur, qui in familia post mortem successoris ætate major, non qui primogenitus reperitur: Insuper in primogenitura jus repræsentationis sibi locum vendicat, in Majoratu vero non. Springsfeld *de Apanag. c. 5. n. 7.*
5 Hoc jus apud plurimas gentes obtinuisse exemplis Ægyptiorum, Moabitarum, Albanorum, Græcorum, Atheniensium, Macedonum, Trojanorum, Persarum, Syrorum, Parthorum, Numidarum, Germanorum probatum reddidit Tiraquellus *de Jur. Primogen. Præfat. n. 21.* Limn. *lib. 4. Jur. publ. c. 8. n. 107.* Apud Hispanos insuper, Gallos, Anglos, multisque locis Germaniæ, præcipue inter Illustres personas receptum esse testantur Cujac. *ad lib. 2. Feud. Tit. II.* Dn. a Klengel *in Differt. de Major. n. 6.* Plura Exempla 6
refert Fridr. ab Audler *L. 2. Tit. 7. n. 1.* & Maurit. *d. l. n. 8.* Besold. *voc. abgefundene Herren.* Nec absque fundamento: Interest enim Reipublicæ homines de suis rebus libere disponere posse, & Cives habere locupletes, sine divitiis namque dignitas cognatorum vix conservatur, sed perit propter inopiam. Auth. *de testib. §. Sancimus. C. de suspect. tutor. l. 1. §. 13. ff. de Ventr. inspic.* Respublica autem non læditur, si unus fiat pauper, & alter dives, secus si nullus fieret locupletior. Pelæz a Meres *de Majorat. Hispan. quæst. 1. n. 27.*

7 Qua sola ratione moti veteres Romani ad
masculos tantum olim devolvebant hæreditatem, *tot. tit. Inst. de legit. Agnat. success.* non vero ad fœminas, quippe quæ familiæ suæ caput & finis sunt, *lib. 195. ff. de*
8 *V. S.* Sic & lege divina ob eandem rationem cautum erat, ut filiis exstantibus filiæ excluderentur, *Num. 27. v. 3.*
9 Idem quoque moribus feudalibus ob hunc ipsum finem receptum est, ut successio in feudis ad masculos regulariter pertineat,
10 *1. Feud. 8. & 2. Feud. 11.* Videmus insuper per Majoratus patrimonia integra & illæsa maximo Reipublicæ ornamento in familiis conservari, cum per divisiones & dissectiones in partes ea ad nihilum facile redigantur. Id quod non paucis familiis etiam Illustribus in Germania contingit, quæ Principatibus, Ditionibus & prædiis toties divisis atque imminutis præter nomen dignitatis vix quicquam retinuerunt, Carpz. *ad L. Regiam c. 2. sect. 1.*
11 *n. 4.* E contrario testatur Cl. Fr. Menestrier *des diverses Especes de Noblesse cap. 8.* cum multæ familiæ Nobiles ob bellum & alias causas in Gallia perierint, tamen in Britannia Aremorica splendorem familiarum, situ locorum a commerciis ab aliis remoto, maxime jure Primogenituræ
12 fuisse conservatum, vetita divisione inter fratres, & assignata junioribus, quos Juvengneurs vocant, modica ad alimentum portione, quam paragium nominant, quamque Junior a Seniore in feudum accipit: Neque tamen ad juramentum homagii tenetur, neque Jurisdictioni primogeniti subjectus est, sed ab hoc ita honoratur, ut dextræ ejus, si in domum Senio-
13 ris venerit, assideat. Major enim natu reliquos fratres & sorores non nudos & egenos dimittere, sed alimenta ipsis pro dignitate natalium, familiæque statu subministrare debet. Ita Imp. Carolus IV. *in Aurea Bulla cap. 24.* apud illos frater, ait, & sorores clementem & pium se primogenitus exhibebit continuo, juxta datam sibi a Deo gratiam, & juxta suum beneplacitum, & ipsius patrimonii faculta-
14 tes. Hinc videmus reliquis fratribus interdum in Germania tertiam, dimidiam vel aliam partem, vel etiam certam pecu-
15 niæ summam relinqui, quod Francico nomine Appanagium nominatur, German. *Abbannung, Abfindung,* quasi dicas, remotionem ab hæreditate. Quemadmodum *2. Paralip. 21. v. 2.* Josaphat plures filios habens in Joram tanquam primogenitum Regnum contulit, reliquos vero munere & civitatibus placasse dicitur.

Est autem regulariter Majoratus Præ- 16
dium eo vinculo affectum, ut in illo inalienabili & indiviso eo ordine succedatur, quo ab illius institutore fuit dispositum.

Constituere Majoratum possunt omnes, 17
quibus vel testandi, vel inter vivos contrahendi facultas est, quique liberam rerum suarum administrationem habent, sine ulla sexus vel dignitatis prærogativa, sive sint nobiles, sive ignobiles, cum unusquisque rei suæ liberrimus sit moderator & arbiter, *l. 24. ff. de aqu. & aqu. pluv. l. 21. C. Mandat.* Quod in specie in casu primogenituræ tenet Cravetta *Consil. 82. n. 6.* Imo rusticum quoque Majoratum facere posse tradit Pelæz. *d. tr. de Major. Hisp. 1. qu. 1. f. 10. n. 25. & 26.* ubi experientia se cognitum habere profitetur, quod ab hominibus infimi generis multi Majoratus illorum Regnorum originem traxerint, nec damnum Reipublicæ ex eo, quod Rustici Majoratus faciant, resultare demonstrat exinde, quod Reipublicæ intersit cives habere locupletes; minus vero lædatur, si unus fiat pauper, & alter dives. In bonis feudalibus tamen consensus Domini requiritur. Springsfeld. *c. 5. n. 39.* Non ergo 18
a constitutione Majoratus Fœmina excludenda, cum testamentum facere *l. 1. 2. C. de Bon. Mat.* & Jure civili etiam sine curatore efficaciter contrahere, resque suas etiam inscio marito alienare possit, *l. 6. C. de revoc. donat. l. 12. C. de Pign.* De Jure Saxonico mulieri Curatoris consensu ad constitutionem Majoratus opus erit. Carpz. *Const. 15. Def. 1. 2. seqq.* nisi sit persona Illustris, habens Regalia, veluti Ducissa aut Comitissa. Berl. *P. 2. Concl. 17. n. 8.* vel cum liberis suis, id quod plerumque in causa Majoratus fieri solet, contrahat, *arg. l. 17. C. de Postlim. rev.* Carpz. *d. l. def. 8.*
Majoratus quoque in quibusdam locis lege 19
pragmatica est introductus, ut in Hispania & Francia, ubi totum regnum, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Prædiaque Majora ad Primogenitum pertinent. Christin. *Dec. 80. Vol. 5.* du Fresne *in Glossar. ad vocab. Apanagium.* Sic in 20
Imperio Romano in Electoratibus Laicis Jus primogenituræ introduxit Aurea Bulla Carol. IV. Imperatoris *Tit. 25.* Quam Auream Bullam in puncto juris primogenituræ ad cæteros quoque Principatus & Comitatus extendunt Goldast. in *Seniore*

Lib.

Lib. 2. c. 15. n. 1. Vultejus *de Feud. lib. 1. c. 8. n. 36.* Cothm. *Vol. 3. Conf. 1. num. 40.* Contrarium tenet Springsfeld *de apanag.*
21 *c. 5. n. 15.* Dein jus primogenituræ inducitur voluntate Imperatoris, præcipue in Familiis illuſtribus, ubi illud non viget ad inſtantiam poſſeſſoris feudi Regalis, Beſold. *P. 4. Conſ. 148. n. 48.* Etiam in præjudicium filiorum natu minorum, quibus tamen cenſetur reſervata legitima, vel ejus loco alimenta. Cujus rei exemplum exhibet Nicol. Betſius *de Pact. Illuſtr. famil.*
22 *circa finem.* Per pactum quoque & ſtatutum jus primogenituræ conciliatur, ubi tamen ſuperioris conſenſus requiritur.
23 Tiraquell. *de Jure primogen.* Item & conſuetudine introducitur Primogenitura non tantum in feudis, ſed etiam Allodiis tam inter Illuſtres quam privatos, prout in Normannia & Britannia, Bodin. *de Republ. L. 2. c. 5.* Anglia, uti & in illa Aquitaniæ parte, quæ hodie Guienna vel Gaſconia appellatur, ubi jus primogenituræ adeo arctum uſurpatur, ut primogenitus aſſem hæreditatis auferat, fratribusque minoribus natu alimenta tantundem, donec ipſi ſe ſua induſtria alere poſſint, ſubminiſtret. Quod quidem tametſi durum prima fronte videatur, tamen conſuetudines inveteratæ, quæ cum ipſis gentibus originem habuerunt, etſi violentæ, barbaræ & omni ratione carere videantur, ſi nemini jus ſuum quæſitum auferant, quod hoc caſu contingit, tolerandæ ſunt. Betſius *cap. fin.*
24 Tandem & præſcriptione conciliari jus primogenituræ, atteſtatur Springsfeld *de Apanag. C. 5. n. 70.*

25 De iis autem, qui hujus juris beneficiique capaces ſunt, ſciendum, quod illi, qui ultima voluntate vel contractu aliquid accipere poſſunt, ad Majoratum quoque haud dubie admittantur, modo juxta naturam Majoratus, majores natu pariter & proximiores exiſtant, quod intelligendum eſt de primogenito ex juſto & legitimo
26 matrimonio. Liberi enim naturales & ſpurii Majoratum haud conſequuntur.
27 *arg. 2. Feud. 26. Nov. 89. c. 15.* Circa Legitimatos diſtinguendum inter legitimatum per ſubſequens matrimonium, & inter legitimatum per reſcriptum Principis. Ille, quia per ſubſequens matrimonium omne vitium purgatur, admittitur. *Nov. 12. c. fin.* Carpz. *P. 3. c. 28. def. 16.* Hic vero, quia agnatorum jus quæſitum non poteſt auferre, minime Majoratum conſequitur,
28 *l. 2. l. 7. C. de Prec. Imper. offer.* Quod etiam de filiis adoptivis, & per unionem prolium adoptatis ſtatuendum, *arg. 2. Feud. 26.* Fœminæ ſimiliter in prædio 29
Majoratus non ſuccedunt, quia conſervandæ familiæ cauſa conſtituitur, fœmina autem familiæ ſuæ caput & finis eſt, *l. 195. §. ult. de V. S.* Idem judicium erit de maſculis ex illa deſcendentibus, cum nemo poſſit plus juris in alium transferre, quam ipſe habet, *l. 2. C. de pœn.* Forſter. *de ſucceſſ. 3. cap. 16.* Admittitur tamen, ſi ma- 30
joratus in prædio Allodiali, non feudali conſtitutus ſit, & nulli amplius maſculi ſuperſint, tunc non quidem jure primogenituræ, ſed jure hæreditario ſuccedunt. Knipſchild. *de fideic. famil. nobil. n. 277.*

Ventilanda hic venit quæſtio, an defi- 31
cientibus maſculis ex ultimo poſſeſſore proximitas, quæ in Majoratu attendenda eſt, ad individuum inſtituentis, an ultimi poſſeſſoris ſit referenda? Et pro agnato ultimi poſſeſſoris reſpondendum erit; quoties enim fideicommiſſum defertur familiæ, in eo modo & ordine, quo in ſucceſſione ab inteſtato, ſemper conſideretur proximitas reſpectu ultimi morientis, *l. 2. §. 4. & 6. ff. de legit. hæred.* Id ipſum etiam in feudis obſervatur, ubi eum, qui ultimo poſſeſſori proximior eſt, reliquis remotioribus præferri conſtat *per text. 2. Feud. 11. & 2. feud. 39.* Molina *de primog. Hiſp. l. 1. c. 9. & 16.*

Regulariter vero tam de jure quam con- 32
ſuetudine ſucceſſio Majoratus pertinet ad filium majorem, illoque defuncto ad nepotem, filium filii majoris, vel ad filium primogeniti, modo capax ſit. Illo enim non exiſtente capace, ad filium ſecundum, vel ad ulteriores, Majoratus ſpectat. Pelæz a Meres *de Majorat. P. 2. qu. 4 n. 1. & ſqq. & qu. 8.* Magnæ difficultatis olim erat 33
quæſtio, ita ut imperante Ottone I. cum comitiis Imperii componi nequiviſſet, duello, teſte Wittekindo *lib 2.* deciſa fuerit; Si ſcilicet mortuo primogenito filius ejus contendat cum patruo, uter alteri præferendus? Et pro filio, & nepote cæterisque poſteris primogeniti defuncti reſpondendum, iisque ſuperſtitibus Patruus plane removendus. Pelez a Me- 34
res *d. qu. 8.* Tiraquell. *de Jur. Primog. qu. 46.* Sed quid dicendum de eo, qui, antequam pater ipſius Majoratum vel dignitatem conſequeretur, natus eſt? Et is poſtpoſito filio in dignitate nato tanquam primogenitus merito præfertur, *arg. l. 50. §. 2. fin. de Bon. libert. l. 7. §. 1. ff. unde liberi.*

Non enim dignitas patri superveniens nocere liberis ante natis, sed potius prodesse debet. *arg. l. 5. de Senat. l. 11. C. de Dignit.*
35 Carpzov. *P. 2. C. 10. def. ult.* Cæterum Majoratus potissimum in prædiis & aliis immobilibus consistit, cum sui natura causam debeat habere perpetuam, imo ex integris Regnis, Ducatibus, & Comitatibus Majoratum esse constitutum videmus.
36 Sic pleraque regna Majoratus esse, Molina asserit, *Disp. 576. n. 7.* Idem de Electoratibus erit statuendum, quod *ex Aur. Bull. Carol. IV. Cap. 7. & 24.* constat, nec non de Serenissimæ Austriacæ Familiæ Ditionibus, & Ducatu Würtembergico, ut & Ducatu Brunsuicensi & Luneburgensi, Limn. *L. 4. Jur. Publ. c. 8. n.* Knipsch. *c. 6. n. 278.* multisque aliis, quas refert
37 Springsfeld. *de Apanag. c. 3.* Unde sequitur, quod etiam in Feudo, cujusmodi sunt recensiti Electoratus & Ducatus,
38 consistere possit Majoratus. Sicut & in prædiis Emphyteuticis, censualibus & aliis generibus prædiorum, quotquot ferme recensuimus. Denique quæcu[illegible]e possunt in feudum dari, de quibus *Il. [illegible] d. 1 §. ult.* ea etiam in Majoratum concedi queunt.
39 Molin. *Disp. 606.* Hinc etiam Regalia, jurisdictio, jus venandi & piscandi, molendina, cauponæ objectum habile Majoratus erunt: Quoniam in Feudum concedi possunt, & respective immobilium jure censentur, *Cap. un. II. Feud. 56.* Huc & annui reditus referendi, *arg. cap. un. pr. vers. quæsitum est.* Schultz. *de Feud. c. 6.*
40 *n. 24.* Solet & interdum ex rebus non omnino perpetuis veluti ex censibus redimibilibus vel alia pecunia in nuda personali obligatione subsistenti, & nullum prædium seu rem immobilem afficiente Majo-
41 ratus constitui, Molina *Disp. 617.* cum de consuetudine feudum quandoque in pecunia numerata consistere soleat, Bruckm. *Vol. 1. Consil. 50. Const. Elect. 30. Part. 3.* Ergo multo magis Majoratus. Quin etiam ex aliis quibusdam mobilibus, quæ duratione sua ac perpetuitate æquantur rebus immobilibus, Majoratus interdum constat, veluti gemmis aut rebus aureis & argenteis, vel etiam armis, quæ in splendorem familiæ solent conservari. Molin. *Disp. 606.* Varia denique requisita ad Majoratus constitutionem refert Mauritius *P. II. Consf. 1. n. 23. & seq.* ad quem benevolum lectorem brevitatis amore remittimus.

42 Præterea Majoratus tam per contractum inter vivos, quam per ultimam voluntatem constituitur; Priori casu per pœnitentiam instituentis revocari non potest, cum contractus ab initio sint voluntatis, ex postfacto vero fiunt necessitatis, *l. 12. C. de contrah. empt. l. 75. ff. de R. J.* Posteriori vero potest, cum voluntas hominis ambulatoria sit usque ad extremum vitæ halitum, *l. 4. de adim. leg.*

Quantitas autem ejus consistit in vo- 43
luntate instituentis, adeoque vel in universis bonis, vel in magna eorum parte, veluti, ut major prædium paternum vel duas trientes hæreditatis, reliqui vero liberi unam tantum partem, vel aliquid jure præcipui consequantur, Gail. *Lib. 2. Obs. 153.* dummodo iis legitima illæsa & 44
integra conservetur. Tiraquell. *de primog. quæst. 5.* Si autem non ipse Parens, sed 45
alius aliquis, Majoratum instituerit, vel si Majoratus non novus, sed jam ante a Majoribus constitutus sit, possessorem Majoratus primogenitum sororibus vel aliis fratribus, imo etiam reliquis suis liberis præter Primogenitum non succedentibus ad legitimam non teneri, constat. Petr. Heig. *Part. 1. quæst. 25. n. 8.*

Quamvis vero Primogenitus dominium 46
Majoratus consequatur *per l. 42. ff. de Usur.* ita, ut si alienatio a prædecessore facta fuerit, ipsi vindicatio competat, *l. 1. C. Commun. d. Legat.* Knipschild *c. 13. n. 15. seq.* Tamen illud Dominium non perpetuum est & absolutum, sed quodammodo restrictum, & certo tempore terminatum. Hinc etiam ad cautionis præsta- 47
tionem obstringitur, Betsius *de Pact. Famil. Illustr.* Molin. *Lib. 1. De primogen. c. 15.* Teneturque de bonis sub hoc onere ipsi 48
relictis ad Inventarium. *p. l. 72. ff. de condit. & dem.* Molin. *c. 28.* Nam omnes qui ad restitutionem obligati sunt, inventarium conficere debent.

Onera quoque Majoratus possessor tan- 49
quam Dominus, qui & fructus percipit, veluti census, pensiones, tributa & collectas exsolvere cogitur, Recess. Imper. Ratisb. *de anno 1576. §. Bey Berathschlagung;* ibi: *Erklären und ordnen Wir, dass in obgesetztem Fall allemal der Stand, so das Stamm-Haus besitzlich innen hat, zu Erlegung der Reichs-Steuern mit Recht von unserm Fiscal angelanget.*

Ulterius obstringitur possessor, præ- 50
dium Majoratus sartum tectum conservare; quare præcavere debet, ne usucapiatur Majoratus, sed in tempore præscriptio ejus

ejus interrumpatur, *l. 1. Usufr. quemadm.*
51 *caveat.* Item ne servitus majoratui debita amittatur, *l. 15. §. fin. ff. de Usufr.*
52 Huc etiam reparatio spectat, quam propriis sumtibus ex fructibus Majoratus perficere debet, *l. 7. C. de Usufr. l. 10. ff. de R. J.* Indeque tenetur agros desertos proscindere, vites subserere, aquæ ductus & fossas purgare, *l. 13. §. 2. l. 9. §. 6. l. 7. §. 2. 3. l. 18. ff. de Usufr. §. si Vasallus 2. Feud. 28.* Quod si quid culpa sua deterioratum sit, id resarcire & restituere obstrictus est, *l. 47. §. 4. l. 108. §. 12. ff. de*
53 *Leg. 1.* Molin. *d. l. c. 27. n. 1.* Mortuo denique absque liberis possessore Majoratus, ipsius hæredes eundem primogenito ejusdem ordinis cum augmento restituere tenentur, circa quod tamen inter augmentum naturale, ut alluvionis, alvei &c. & industriale distinguendum est: & hoc iterum vel separabile vel inseparabile. Posterius est, quod per se subsistere, & a re principali separari nequit, veluti sunt fossa, piscina, stagna, arbores, plantæ &c. Itaque augmentum industriale & inseparabile cum ipso Majoratu successori restituendum est, *arg. II. Feud. 8. §. E contrario.* Garsias *de Expens. c. 22. n. 17.* Sicut & augmentum naturale, *l. 7. §. 3. l. 30. §. 2. de A. R. Dom.* Molin. *de Primog. Hisp. l. 1. c. 26. n. 11.* Ergo & ædificium in Majoratu extructum. *l. 58. ff. de Leg. I.* Separabilia vero augmenta in restitutionem non veniunt, nisi sint ex peculiari destinatione possessoris Majoratui unita & incorporata. Hartm. Pist. *lib. 2. quæst. 42. n. 43.*

Solvitur Majoratus interitu rei in Ma- 54
joratum concessæ, *arg. II. Feud. 23. §. ult.*
item interitu familiæ, cujus conservandæ 55
causa Majoratus constitutus est. Extinctis itaque masculis omnibus, res ad naturam pristinam allodialitatis redit, in qua
fuit ante Majoratum. Dissolvitur etiam 56
Majoratus pœnitentia & revocatione Testatoris primum eundem instituentis, per *cap. licet. X. de Vot. & Vot. redemt.* Knipschild *de Fidei Commiss. Famil. nob. c. 16. n. 41.* Imo etiam inter vivos constitutus noviter Majoratus propter supervenientiam liberorum, si non in totum, saltem in tantum, ratione scilicet legitimæ liberis conservandæ revocari potest, *l. 8. C. de revocand. donat.*

CAPUT XXX.

DE PRÆDIIS MINORATUS.

SUMMARIA.

1. *Sicut per Majoratum filiis primogenitis, ita per Minoratum filiis minoribus prospicitur.*
2. *Filii minores sæpissime magis diliguntur quam seniores.*
3. *In Hispania pater habet jus assignandi Majoratum uni ex filiis, quem maxime diligit.*
4. *Ubi Minoratus vigeat?*
5. *Jus optionis obtinet tantum inter descendentes.*
6. *Filius minor, vendito prædio alteri, potest sibi pecuniam, quæ vocatur* Kühr-Geld, *stipulari.*
7. *Filio minori impuberi liberum est, si ad legitimam ætatem pervenerit, venditionem prædii paterni accepta pecunia ratam habere, vel prædium ipse emere.*
8. *Pecunia dicta* Kühr-Geld *si in venditione non est reservata, non debetur;*
9. *Nec in venditione necessaria.*
10. *Hoc jus minori in uno tantum prædio, non pluribus competit.*
11. *Filius minor hoc jus ad hæredes non transmittit.*
12. *Pecunia tamen promissa ad hæredes transfertur.*
13. *In causa testati hoc jus locum non habet.*
14. *Præjudicia hac de re.*
15. *Aliud jus electionis est duobus saltem existentibus fratribus.*
16. *Quod in jure Saxonico fundamentum habet.*
17. *Major de læsione conqueri non potest, cum sibi ipsi inæqualitatem imputare debeat.*
18. *Hoc jus electionis tam inter Nobiles, quam cives obtinet.*
19. *Minor ab hac divisione non potest recedere.*
20. *Hoc jus non tantum in allodialibus, sed etiam feudalibus prædiis locum habet.*

21. *Idem*

21. *Idem etiam observatur in divisione rerum expeditoriarum.*
22. *Hæc sanctio inter parentes & collaterales etiam servatur.*
23. *Obtinet etiam, quando duæ fœminæ prædium & alias res hæreditarias dividunt.*
24. *Si masculus & fœmina concurrunt, indistincte fœmina dividit, & masculus eligit.*
25. *Si prædium dividi nequeat, minori competit electio, num æstimationem recipere velit.*
26. *Hæc divisio tantum in familiæ herciscundæ judicio, non vero communi dividundo actione locum habet.*
27. *Præjudicium de hac re.*
28. *Hoc jus eligendi filio minori per testamentum pater adimere potest.*
29. *Exemplum hujus rei in Electore Brandenburg. Alberto.*
30. *Quo tempore hoc jus minori competens præscribatur.*

1 Quemadmodum per Majoratum filiis primogenitis prospicitur; Ita in nonnullis locis juniores vel ultimogeniti consuetudine benigna Prædium paternum sortiuntur, quod Minoratus, Gallis Maisneté dicitur. *Consuet. Camerac.*
2 *tit. 8.* Est enim proles serotina non exiguus ad benevolentiam stimulus, ait Philo *de Joseph. & probat. gen. conject. 11. n. 13.* Patrisque affectio sæpissime in ultimogenitum inclinat, cum seniores filii plerumque ab ipsis parentibus elocantur, ideo juniori post mortem parentum prædium pa-
3 ternum reservatur. Sicut enim in Hispania Pater habet jus assignandi Majoratum uni ex filiis, quem maxime diligit, ita & hic admittuntur conjecturæ de prædilectione filii minoris. Filius autem minus dilectus non debet præferri magis dilecto, Mantica *de conject. Lib. 6. c. 11. n. 13.*

4 Hæc prærogativa conceditur ultimogenitis in plurimis locis, per totam ferme Saxoniam, præsertim inter rusticos, ubi ex consuetudine vel statuto filio juniori debetur possessio prædii paterni, vel jus eligendi & retinendi illud, & eo hæredibus satisfaciendi in pecunia (vulgo *die Kühre oder Kühr-Gerechtigkeit*) Franzk. *Lib. 1. Resol.* Carpz. *P. III. Const. 15. d. 25.* Gosw. ab Espach. *ad d. Def. Carpz.* Idem jus etiam in Comitatu Oldenburgico, Ammiria, & ditione Jeverana obtinet, testante Gryphiand. *in Oecon. Legal. Lib. 1. c. 34.*
5 *num. 71.* Et hoc jus optionis filio minori competens inter liberos & hæredes descendentes, licet plures sint, obtinet, præ-
6 diumque paternum concernit. Quod filius vel retinere, vel eo cohæredi vendito una cum portione sua de pretio certam pecuniæ summam sibi stipulari potest (*Ein gewiß Kühr-Geld*) quam præ aliis hæredibus, tanquam pro jure optionis, præcipuam habet. Modest. Pist. *P. 1. qu. 16. & 45.* Moller. *ad const. Elect. 15. Part. III.* Ubi igitur hoc jus obtinet, in venditione 7
bonorum paternorum filio adhuc impuberi vel minorenni liberum relinquitur, si ad legitimam ætatem pervenerit, ut vel venditionem bonorum paternorum cum fratre majore, aut vitrico vel alio quopiam contractam ratam habeat, accepta pecunia, quam ultra portionem pretii filio juniori debitam hisce in casibus ei promittere solent (*das Kühr-Geld*) vel illa repudiata, bona paterna ipsemet eodem pretio emta sibi habeat. Moller. *d. l.* Quæ pe- 8
cunia pro optione, si in venditione filio juniori expresse non fuerit reservata, neutiquam ab emtore peti poterit; Id enim tantummodo pretium exigi potest, de quo expresse conventum fuit, §. *1. Inst. de emt. vend.* Tutor tamen ob hanc culpam poterit conveniri. *l. 3. §. f. ff. de susp. tut.* Similiter nec in venditione necessaria præ- 9
dii paterni pecuniam dictam *Kühr-Geld* petere valet, cum in hac creditorum causa potior sit, quam hæredum & liberorum, *l. 8. §. 9. de inoff. Test.* Gail. *L. 2. Obs. 119.* Hoc jus filio minori competens locum 10
sibi tantum vindicat, si unicum saltem sit prædium, quod dividi commode nequit, duobus vero vel pluribus prædiis relictis, non nisi in genere datur optio filio juniori, ut ex hisce unum eligat, reliqua vero retinere non potest, ne scilicet aliis cohæredibus nimium præjudicetur, iisque omne jus in bonis paternis auferatur, nec enim consuetudo in uno casu introducta ad casum alium extendi debet, & strictissime est interpretanda, ut quam minime juri communi deroget. Petr. Heig. *P. 2. qu. 24. n. 14.*

Defuncto ante divisionem filio natu 11
minori jus hoc optionis ad ejus hæredes non transfertur, cum personalissimum sit perinde ac jus retractus vel congrui, quod

quod certæ personæ reservatum censetur.
12 Matth. Coler *P. 1. Decis. 54. num. 18.* Pecunia tamen pro electione promissa, *das Kühr-Geld*, transit in debitum, cujus petitio regulariter quoque ad hæredes creditoris transfertur *l. 59. l. 62. ff. de R. J.*
13 Consuetudinarium hoc jus optionis saltem in casu intestati locum habet, nec ad causam testati extendi debet, quum patri fas sit bona sua pro lubitu inter filios, etiam inæqualiter dividere, *l. ult. C. Famil. hercisc.* Modest. Pist. *P. 1 qu. 16* Carpz.
14 *d. l. Def. 31.* Hinc Scabini Lipsienses in causa M. *Andreä Cottens zu Lausick, Mens. Octobr. An. 1633.* verba sentent. *Hat Christoph Umlauffer unter seinen Kindern eine Verordnung gemacht, und darinnen sein Guth um 1000. Gülden seinen beyden Töchtern übergeben, und zugeschlagen. Da nun zum wenigsten zwey Zeugen, so dabey gewesen, vermittelst Eydes aussagen und erhalten würden, daß sie solche Verordnung aus des Testatoris Munde vernommen und gehöret hätten, immassen sie zu thun schuldig, so wäre berührte Verordnung zu Recht beständig, und es hätte sich der jüngste Sohn der Kühr-Gerechtigkeit, wenn ihme gleich sonsten dieselbe gebühret hätte, zu gebrauchen nicht fug, V. R. W.* Prout etiam responderunt Dn. Scabini Hallenses *an P. H. zu Fienstedt*, verb. *Hat euer Vater in seinem letzten Willen verordnet, daß nach seinem Absterben ihr, sein ältester Sohn, sein Guth im Dorffe und Felde zu Fienstedt mit allen Zugehörungen vor 15000. Fl. annehmen, davon die Schulden abtragen, und seinem jüngsten Sohn Cyriax Polizen 100. Fl. vor die Kühr geben, das übrige aber in 7. Theile, nach Ordnung der Rechte, unter seine Kinder und Kindes-Kinder* in stirpes *theilen sollet. Wann nun gleich euer jüngster Bruder mit solcher väterlicher Verordnung um deswillen, daß ihme die Kühr an dem Guthe zustehen solle, nicht zufrieden seyn, sondern in Rechtliche Disputation ziehen will. Weil aber dennoch die Kühr, welche dem jüngsten Bruder allein in dem Fall, wenn nur zwo Geschwister verhanden, nach Sachsen-Recht statt hat, nicht aber dahin, wenn viel Geschwister, wie allhier, zu ziehen, also euerm Vater zwischen seinen Kindern seiner Güther und Theilung halber gewisse Verordnung zu machen unbenommen gewest. So wird es auch bey solchem eures Vaters Testament und letztem Willen, eures jüngsten Bruders Vorwendens*
15 *ungeachtet, billig gelassen.* Est & aliud jus eligendi in foro Saxonico minori filio competens, quando duo saltem fratres ad hæreditatem vocantur, tunc major natu portiones, quales vult, constituere, minor vero utram velit, eligere debet. Hocque 16
non sola consuetudine, uti jus optionis, de quo dictum, sed textu expresso *Land-Recht Lib. 3. Art. 29.* fundatum est. *Wo zweene Mann ein Erbe nehmen sollen, so soll der älteste theilen, und der jüngste soll kiesen.* Quod & approbavit Illustrissimus Saxoniæ Elector *P. 3. Const. 15.* Huncque dividendi morem ubique fere locorum receptum esse, tradit Gosw. ab Espach. *ad Carpz d. P. III. Const. 15. D. 2.* Æquissime scilicet constitutis ab uno portionibus, alteri datur electio, ne qua in re alterius captio ulla sit. Ant. Fab. *in Cod Lib. 3.* Non enim de fratre, sed de se ipso solo conqueri debet is, qui portiones inæquales constituit, fratris minoris, ut credibile est, circumveniendi gratia, si forte is minus perspicax minorem portionem elegisset. *arg. l. 1. & tot. tit. ff. quod quisque Jur.*
Et vero quantumvis minor frater, cui optio 17
data fuerit, longe pretiosiorem partem elegerit, nemo tamen dixerit, dolo malo quicquam ab eo factum videri, cum nihil aliud egerit, nisi ut oblata conditione uteretur, *l. 2. ff. de Opt. Leg.* Quando enim apparet læsio vel error, major sibi non præjudicasse voluisse censetur. Pancirol. *Consil. 15. per tot.* Borell. *Cons. 31. n. 31.* Læsus enim potest approbare factum, & improbare modum, Matth. Wesenb. *Cons. 115. n. 37.* Springsfeld. *de Apanag. c. 13 n. 11.* Eaque dispositio Saxonica præ- 18
cise tam inter cives, quam Nobiles observanda est propter generalitatem verborum. *d. Art. 29.* Nec potest minor, si major 19
dividat, ab ea recedere, & ut divisio forte vel officio judicis fiat, petere, prout e contrario major onus dividendi invito minore evitare non valet. Mynsing. *Cent. 4. Observ. 37.* Et hoc non tantum in allodia- 20
libus, sed etiam Feudalibus prædiis obtinet. Dn. Herold. *de jure Repræsent. c. 5. Concl.* Idem observatur, quando inter fratres res 21
expeditoriæ (*das Heer-Geräthe*) dividuntur, ita tamen, ut major natu gladium præcipuum habeat. *Art. 26. in fin.* Hanc san- 22
ctionem porro non solum in divisione hæreditatis paternæ vel maternæ inter liberos, sed etiam in divisione hæreditatis liberorum inter parentes, & collateralium inter collaterales obtinere, ita ut si duo parentes collaterales hæreditatem dividere velint, etiam major divisionem facere, &

minor electionem habere debeat, propter generalitatem scilicet verborum, recte tradit Matth. Berlich. *P. 3. Concl. 21. n. 3.*

23 Hocque propter identitatem rationis etiam ad fœminas non tantum in prædiis aliis immobilibus, sed etiam in rebus mo-
24 bilibus & Geradicis, extendunt. Attamen si fœmina cum masculo in divisione hæreditatis concurrat, tum fœmina indistincte, nulla ratione ætatis habita, sive major sit, sive minor, adhibito tamen Curatore dividit, Masculus vero eligit.
25 *d. const. 15.* Si prædium vero commode dividi nequeat, hæredi minori competit electio, num æstimationem pro eo recipere, an cohæredi pretio exsoluto, prædium retinere velit. Carpzov. *d. l. Def. 9.*
26 Hæc divisio Saxonica solum in familiæ hercifcundæ judicio Universali, non vero in communi dividundo actione particulari locum habet. Berl. *P. 3. Concl. 21. n. 61.*
27 *& n. 39. seq.* Prout etiam judicarunt Scab. Hall. *anno 1605. mens. Jun. an Christoph von Schönfelden:* his verb. *Dieweil aber doch das Sachsen-Recht sich weiter nicht, als* ad judicium familiæ hercifcundæ, *wann nemlich die Erbschafft zu theilen, sich erstreckt, nicht extendiret &c.* Item *Anno 1613. mens. Septembr. an die von Bodenhausen:* verb. *Obwol nach üblichen Sächsischen Rechten, da nur zwo Erben zur Zeit der Theilung vorhanden, der ältere die Theilung machet, der jüngere aber die Wahl und Kühr hat, zu nehmen, welchen Theil er will. Dieweil aber solch Recht allein in demselben Fall, und nicht wenn sonst eine Theilung unter zweyen Inhabern eines Guths fürgenommen wird, statt hat, sondern dergleichen Theilung entweder durchs Looß, oder durchs Richterliche Amt geschehen muß, als kan auch obgesetzte Regel, daß der ältere die Güther aus einander setze, und der jüngste eligire und wähle, auf den uns überschickten Fall, da ein Pfand-Guth einem adjudiciret werden soll, und da zween Brüder nicht länger* in communione *zu bleiben entschlossen, nicht gezogen werden.* Jus porro hoc electionis pariter ac jus optionis, de quo antea dictum, in causa intestati *Lib. 3 Land-R. Art. 29.* tantum obtinet, nec ad causam testati extenditur. M. Coler. *Part. 1. Decis. 54. n. 26.* Hinc pater filio hoc jus 28
optionis per ultimam voluntatem adimere potest. *arg. l. fin. Cod. fam. hercisc. l. 21. §. 1. C. de Testam.* Quod inter Illustres 29
personas etiam ita obtinere probatur exemplo Electoris Alberti Brandenburgensis, qui *anno 1473. in divisione sua* ita disposuit: *Liessen Wir aber nicht mehr denn zweene werentliche Söhne, und die andern wären mit Tode abgangen, daß sie nicht männliche eheliche Erben hinter ihnen verlassen hätten, und daß die übrigen unsere Söhne also tieff geistlich worden, daß sie nimmermehr werentlich werden möchten, so soll die Marck zu Brandenburg mit allen ihren Zugehörungen, wie obgeführt ist, ein Theil, und beede Lande zu Francken und auf dem Gebürge der andere Theil seyn, und soll der älteste unser Sohn die Wahl haben zu nehmen, welchen der iezt genannten Theile einen er will, und welchen er nimmt, soll der andere Theil seinem Bruder folgen.* Ita etiam *in divisione paterna* Illustrissimi Marchionis Brandenburgensis Friderici *de anno 1507.* cautum, in verbis: *Und soll der älteste unser Sohn die Wahl haben zu nehmen der ietzt genannten Theile einen, welchen er will, und welchen er nimmt, soll der andere Theil seinem Bruder folgen.* Springsfeld. *de Apanagio c. 13. n. 14.*

Temporis tamen præscriptione filius 30
minor natu non nisi triginta annorum lapsu, vel in foro Saxonico per annos triginta, annum & diem, perinde ac in hæreditatis petitione aliisque juribus, quibus a lege certum non est præfinitum tempus, *§. 1. Inst. de perp. & temp. act.* excluditur. Dan. Moller. *1. sem. 15. n. 2.* Mod. Pistor. *Part. 1. quæst. 45. num. 1.* Carpz. *d. l. Defin. 21. & 32.* Dn. Herold. *d. Tract. §. 3.*

CAPUT XXXI.
DE PRÆDIIS IN APANAGIUM CONCESSIS.

SUMMARIA.

1. *Prædia Majora multis in locis non recipiunt divisionem.*
2. *Primogenitus fratribus Apanagium sororibusque dotem constituere obstrictus est.*
3. *Utilitas Apanagii.*
4. *Lex naturæ imperat, ut filii ex hæreditate paterna alimenta accipiant.*
5. *Apanagium unde dictum?*

6. *Apana-*

6. *Apanagium quid sit?*
7. *Apanagium quando cœperit?*
8. *Apanagium & Majoratus sunt relata.*
9. *Divisio Apanagii in Legale & Conventionale.*
10. *Legale quid?*
11. *Conventionale quid?*
12. *Quale est, quando plures alternatim sunt domini.*
13. *Germanis vocatur* Mutzschirung.
14. *Hujus exemplum in Archiducibus Austriæ.*
15. *Quomodo tali casu Rescripta expediantur?*
16. *Apanagium est vel personale, vel reale.*
17. *Subjectum Apanagii filii postgeniti.*
18. *Postgeniti olim domicelli,* (Junck-Herren, *appellabantur.*
19. *Nepotes, etiam sunt subjectum Apanagii.*
20. *Primogenitus etiam potest fieri subjectum Apanagii v. gr. si sit fatuus.*
21. *Vel pater ipsi per Testamentum ademit jus primogenituræ.*
22. *In Majoratu legali tamen consensus primogeniti requiritur.*
23. *Primogenitus fit subjectum Apanagii, si jus primogenituræ vendiderit.*
24. *Filiabus non debetur Apanagium, sed alimenta.*
25. *Dos non debet constitui in territoriis, sed pecunia.*
26. *In familiis Illustribus Filiæ jurato renunciant hæreditati paternæ.*
27. *Postgenitorum filiæ minori dote contentæ esse debent.*
28. *Apanagium an ex domanialibus, an patrimonialibus, an fiscalibus bonis debeat constitui?*
29. *Apanagium constituitur quandoque ex certa provinciæ parte.*
30. *Interdum etiam in reditibus & certa pecuniæ summa.*
31. *Quantitas Apanagii est vel certa, vel incerta.*
32. *Certa fit ex lege Pragmatica.*
33. *Item ex analogia juris.*
34. *Vel testamento paterno.*
35. *Item pacto.*
36. *Incerta quantitas est in arbitrio primogeniti.*
37. *Quod arbitrium tamen debet esse regulatum secundum dignitatem fratrum postgenitorum.*
38. *Hoc arbitrium a nonnullis excluditur.*
39. *Si pacto quis stipulatus, se Apanagio velle contentum esse, & obveniat nova hæreditas, quid juris?*
40. *In Apanagio improprio aucto domanio etiam Apanagium augendum.*
41. *Aucta vero vel imminuta familia, Apanagium nec augetur, nec minuitur.*
42. *Apanagium debetur, licet Apanagiatus aliunde terras acquisiverit.*
43. *Apanagiatus de prædio in Apanagium concesso non potest libere disponere.*
44. *Quod tamen fallit in fructibus ex Apanagio perceptis.*
45. *Apanagiatus non habet jus territoriale.*
46. *Hinc primogenitus investituram solus petit.*
47. *Primogenitus tantum habet votum & sessionem in comitiis.*
48. *Apanagiatus non habet jus Episcopale.*
49. *Postgenitis non præstatur homagium in apanagio proprio.*
50. *Quod tamen aliter se habet in improprio.*
51. *Exemplum in Illustrissima Domo Ducali Saxonica.*
52. *An apanagiato competat jus collectandi.*
53. *Ex apanagio non debentur collectæ.*
54. *Apanagii causa summaria.*
55. *Num apanagii lites pertineant ad Austregas, vel ad Imperatorem.*
56. *In personalibus Apanagiati Principes & Comites austregis fruuntur, Cameræque judicio subjecti.*
57. *Affine Apanagio est Paragium.*
58. *Paragium quid sit?*
59. *Paragii descriptio secundum du Fresne.*
60. *Quomodo Apanagium differat a Legitima.*
61. *Quomodo ab Usufructu.*
62. *Quomodo a Fideicommisso.*
63. *Apanagium finitur morte Apanagiati.*
64. *In Apanagio non habet locum jus accrescendi.*
65. *Renunciatione Apanagium etiam interit.*
66. *Delicto etiam Apanagium extinguitur.*
67. *Filiis tamen alimenta relinquenda.*

1 CUm in multis locis prædia majora
non recipiant divisionem, Du Fresne
in Glossar. voc. apanag. tunc primo-
2 genitus, quando, uti in *Cap. 28.* dictum, in
Majoratu succedit, aliis fratribus Apana-
gium constituere, sororesque dotare obstrictus est. Rosenthal. *de Feud. Lib. 9. c. 55. n. 11.* Quamvis enim jus primogenituræ 3
in Republica utilissimum, cum absque opi-
bus familiæ vix conservantur: Attamen 4

æquitas & Lex naturæ imperat, ut ex bo-
nis paternis postgenitis filiis alimenta de-
beantur, quibus possint honestam vitam
ducere, habita personarum & facultatum
ratione, *arg. l. 1. ff. de tut. & ration. distrab.*
Arnisæus *doctr. Politic. c. 9. f. 218.* Etiamsi
statutum vel consuetudo id non exprimat.
Mart. Laudens. *de Primogen. Col. 7. vers.*
fin. Inde *in aurea Bulla* Caroli IV. Im-
peratoris conditio adjicitur singularis, ut
clementem & pium se Primogenitus erga
cæteros suos fratres sororesque exhibeat,
atque iis alimentariam assignet portionem,
A. B. Tit. 25.

5 Videtur autem Apanagium vel a banno,
Germanica voce *Abbannung*, *Abfindung*,
originem duxisse; vel Gallica pain, hinc
apanage c' est à dire pour tout aliment de
l' homme. Ultrageniti vero appellantur
6 ab ipsis Cadets. Et est Apanagium Præ-
dium, quod conceditur liberis vel fratri-
bus postgenitis, quo se & familiam pro
7 dignitate sua sustentare queant. Apanagia
autem eodem tempore, quo Majoratus,
8 cœpere, ac in iisdem locis vigent; habent
enim sese tanquam correlativa, quorum
posito uno ponatur & alterum necesse est,
vid. cap. præced.

9 Dispescunt Apanagium in legale vel
proprium, & conventionale seu impro-
10 prium. Legale est, quod lex primogeni-
turæ format, ac strictam apanagii naturam
11 retinet. Hoc a conventione fraterna vel
familiæ dependet. Quale improprium
Apanagium est, ubi vel senior, vel duo
12 simul, vel omnes etiam alternatim inter se
Domini sunt, dividendo usum Jurisdictio-
nis per tempora, quæ dicitur vicissitudi-
13 naria gubernatio, vulgo *Mutzschierung*, ac
14 si dicas *Mutirung*, mutatio. Uti de Leo-
poldo & Ernesto fratribus ac Archiduci-
bus Austriæ per vices menstruo spatio par-
tienda testatur Gerh. de Rhoo *Lib. 4. Hi-*
15 *stor. Austr. anno 1406.* Inter plures autem
Germaniæ Principes in tali Apanagio mos
est, ut Regimen quidem penes seniorem
vel primogenitum resideat, tamen illud
non proprio tantum nomine, sed etiam
fratrum in mandatis, rescriptis, ac aliis acti-
bus Regimen publicum concernentibus
expeditur, formula tali: *Begehren vor uns*
und unsere freundliche und vielgeliebte Her-
ren Brüder, & quidem ut plurimum facta
nominatim mentione eorum, aliquando
vero in genere tantum, præsertim ubi eo-
rum numero plures. Subscriptio vero a
16 seniore tantum expeditur. Apanagium
porro dividitur in personale ac reale. Per-
sonale Apanagium est, quod personam non
egreditur, & cum persona interit. Reale
vero, quod hæreditarium atque in hæredes
transiens est.

Subjectum Apanagii sunt filii postge- 17
niti, qui olim, si ex Illustribus Personis
erant oriundi, domicelli appellabantur,
Germanis *Junck-Herrn*, quasi *Junge Her-* 18
ren. Reineccius *in tractatu von des Adels*
anfänglichem Herkommen fol. 144. ex Epi-
taphio quodam vetusto refert, *der Edle,*
Wohlgebohrne Junck-Herr, *Juncker Bern-*
hardt, Edler Herr zu der Lippe.

Sic statuto Comitum ab Hanau cautum,
ut Protogenus solido jure ditionem sibi
vendicaret, Dominusque *Herr* insignire-
tur, fratres autem Juniores *Junck-Herren*
nominarentur. Knichen. *in Encyclop Cap. 1.*
num. 101. Pariter *in Diplomatibus* Ducum
Brunsuicensium 1374, legitur: *We Junck-*
Herrn Fredrick, Berndt, Henrick und Otto,
Bröder, *von der Gnade GOttes Hertzogen*
tho Brunswig und tho Lüneborg. Et Cyria-
cus *Spangenberg. Chron. Henneberg. Lib. 5.*
C. 3. se vidisse antiqua monumenta refert,
in quibus Otto, filius Regis Daniæ, subscri-
pserit *Juncker Otto von Dennemarck.* Et
Canonici olim *Gottes Junckern* appellati.
Postea vero vox *Junck-Herrn* Nobilibus
attributa ac propria facta. Springsfeld *de*
Apanag. c. 18. n. 14. & seqq.

Non tantum vero filii postgeniti subje- 19
ctum apanagii sunt, sed eorundemque li-
beri, qui parentes in Apanagio repræsen-
tant. Filiorum enim appellatione in fa-
vorabilibus, quale est apanagium, veniunt
non solum filii primi gradus, sed etiam ne-
potes & pronepotes, sive ex uno sive ex
utroque latere primogenito juncti. Quid
vero de fratribus naturalibus sive bastar-
dis? Quanquam illi feudali jure ad suc-
cessionem non admittantur, *2. feud. 26. §.*
natur. Tamen cum non tantum de jure
communi, quam æquitate Canonica a Pa-
tre alimentandi sint, *C. cum haberet de eo*
qui duxit. Coler. *de aliment. Lib. 1. C. 3.*
n. 2. Faber. *de aliment. c. 2. p. m. 16.* hanc
obligationem ad primogeniti successionem
transferri, dubium non est, maxime, si a
Patre agniti sint, & alias frater ex pietate
ad hoc obstrictus sit: uti Dd. colligunt ex
l. 13. §. ult. ff. de admin. tut. & Dn. Struvius
exerc. 30. th. 79. Non vero tam ampla,
quæ fratri legitimo foret præstanda, ba-
stardo assignanda erit portio, Molin. *de*
prim. Hisp. lib. 2. c. 15. n. 55. in fin. Ex ac- 20

cidenti

cidenti etiam accidere poteſt, ut primogenitus fiat ſubjectum Apanagii, ſi eſt a natura fatuus, mente captus, mutus & ſurdus. *II. Feud. 36.* Secus vero ſi ita efficiatur ex poſtfacto, poſtquam Majoratus in perſona ſua radicatus fuerit, quia tunc ei dabitur Curator. Laudenſ. *de primog.*
21 *qu. 40.* Primogenitus etiam poteſt fieri ſubjectum Apanagii, quando Parens Primogenito per teſtamentum aufert jus primogenituræ, ac ſecundogenito illud tribuit. Gudelin. *de Jur. Feud. c. 4. num. 8.* prout factum ab Electore Brandenburgico Friderico, *in ſeiner zwiſchen ſeiner Herren Söhnen, Marggraf Johannſen*, Primogeniti, *Friedrichen, Albrecht und Friedrichen bey ſeinem Leben Anno 1437. gemachter Theilung.* Ubi primogenito Johanni Jus Primogenituræ abſtulit ita ſanciendo: *Ob geſchehe, da GOtt lang für ſey, daß Wir mit Tod abgiengen, ſo ſollen die Lande in der Marck und das Burg-Grafthum in der Chur, auf die obgeſchriebene unſere Söhne Friederichen und Friederichen kommen und fallen, doch daß unſer Sohn Friederich der ältere die Chur habe ſein Lebtage, und ſich des Heil. Röm. Reichs Ertz-Cämmerer nach unſerm Tode ſchreiben, und nicht ſeine Söhne nach ſeinem Tode, ſondern die Chur und obgeſchribene Titul ſoll nach ſeinem Tod auf unſern jüngſten Sohn Marggraf Friedrichen, ob der anders lebet, kommen und fallen, von den andern ungehindert, der dann die Chur und Würde auch ſein Lebenlang innen haben ſolle, und nach des Tode ſoll denn die Chur und Titul auf den älteſten Sohn Marggraf Friedrichs des ältern, ob er einen weltlichen Sohn lieſſe, kommen und fallen, dann ſich derſelben Chur-Titels und Würdigkeit unſer Sohn Marggraf Johannes mit Willen begeben hat.*

22 Notandum tamen hic venit, quod ſi in Electoratibus aliisque Majoratibus, ubi lege eſt introductum jus primogenituræ, pater primogenito velit auferre jus primogenituræ, & in alium conferre, illius conſenſum eſſe impetrandum, cum nemini jus ſuum a lege delatum, auferri debeat. Molin. *de Hiſpan. Primogen. L. 1. c. 9. num. 2.* Quod etiam ex jam allegato exemplo Friderici Marchionis Brandenb. comprobatur. Is ætate gravis teſtamentum conditurus, quatuor quos habebat filios JOHANNEM primogenitum, otii admodum amantem, FRIDERICUM, poſtea Marchionem cum ferreis dentibus dictum, ALBERTUM, dein Achillem Germanicum vocatum, & FRIDERICUM II. ad ſe vocavit, & primogenitum JOHANNEM in hunc ferme modum fuit allocutus: Primus ego, ut noſti, dignitatem Electoratus Imp. in noſtram familiam adduxi, cum eſſem CÆSARI SIGISMUNDO admodum familiaris; Nunc cum ex vita hac evocer, curæ mihi eſt, ne Decus tantum in familia noſtra vileſcat. Tibi, ut video, tranquillitatis ſtudium eſt unicum. In Electoratu præter curam invenies nihil. Eam ob cauſam, TUA SI VOLUNTATE ID POSSUM, Marchionatum Brandenburgicum FRIDERICO, qui tibi ætate ſuccedit, teque vigilantior & ad labores durior videtur, teſtamento relinquam: TIBI Voitlandiam, ALBERTO quicquid Franconici juris poſſideo, & alteri FRIDERICO partem Marchiæ. Cui JOHANNES: Exiſtimavi pater ante hunc diem, chariorem tibi me multum FRIDERICUM eſſe, neque id ferre niſi ægre potui. Nunc ſententiam muto, & te Pater amo coloque, qui mihi otium, illi negotium ſuprema voluntate dimittis. Gernit. *in deſcr. X. Elect. Brandenb. in vita Elect. Frid. circ. fin.* Ex quibus apparet ſatis, primogenituræ jus non niſi prius requiſito, & demum impetrato primogeniti expreſſo conſenſu, in alium fratrem translatum eſſe.

Poteſt & primogenitus fieri ſubjectum 23
apanagii, ſi vendiderit jus primogenituræ ſecundogenito, vel alias renunciaverit, vel ceſſerit. Beſold. *Diſſertat. Homic. 2. n. penult.*

Filiabus autem vel ſororibus primoge- 24
niti non debetur proprie apanagium, ſed tantum dos vel alimenta, quæ non amittunt, licet impudice vivant. Sic Ludovicus Pius Rex Galliæ ſororibus ſuis impudice viventibus apanagium conſtituit, Springsfeld. *de Apanagio c. 3. num. 304.* Quod de jure Saxonico nullum dubium habet, per Text. expreſſum *Land-Recht Lib. 1. art. 5.* Optime autem in illuſtris- 25
ſimis familiis dos in numerata pecunia conſtituitur; quod etiam expreſſe cautum *in der M. G. zu Brandenburg Churfürſtl. Theilung de Anno 1473. daß kein Marggraf ſoll Land und Leute zum Heyrath-Guth mitgeben.* Sic filiabus Regni Sueciæ & Daniæ vigore ordinationis Regni, dos in 100000. Joachimic. conſtituitur. In Domo Electorali Saxonica dos eſt 36000. Thalerorum, in aliis vero Ducatibus Saxonicis 20000. Florenorum. In Domo Bran-

denburgica dos est *10000. Rheinische Gülden*
nebenst einer ziemlichen Fertigung. In
Hassia dos est *20000. Gülden.* In Holsatia
20000. Imperialium. vid. Myl. *in Add. ad*
Rumel. Diss. 5. th. 14. circa fin. Springs-
feld. *de Apanag. c. 12. n. 36. & seq.* Diedrich
26 *ad A. B. tit. 25.* Hæ autem filiæ ante fa-
ctam copulationem jurato renunciant hæ-
reditati, & literas Reversales manu propria
sponsique subscriptione munitas offerunt,
quales exhibet Springsfeld. *c. 12. n. 61.*
27 In nonnullis etiam familiis postgenitorum
filiæ minori dote contentæ esse debent.
Ut in Ducatu Würtembergico filiabus
primogeniti 32000. floreni Rhenani pro
dote definiti. In filiabus vero ultrageni-
torum hoc ad 2000. Aureos moderatum
fuit. Rumelin. *ad Aur. Bull. P. 3. Differt. 5.*
28 Quæri solet, ex quibusnam bonis Prin-
ceps apanagium, an ex patrimonialibus,
an ex fiscalibus, an Domanialibus, fratri-
bus constituere debeat? DD. communi-
ter ex Domanialibus volunt. Springsfeld.
de Apan. c. 7. per tot. Adeo ut ne qui-
dem in casu necessitatis cogatur ex pro-
priis bonis Apanagium dare; Sed dicen-
dum, ex omnibus bonis Principis, si Do-
manialia non sufficiant, Apanagium assi-
gnandum esse. Si enim patrimonialia,
quæ de Principis propria substantia sunt,
l. 3. C. de quadr. præscr. certe naturalis sti-
mulus eum ad assignationem fratribus fa-
ciendam ex his monet, ne scilicet fratres
egentes & abjectos videat. Si fiscalia
sunt, quæ Principi ad tuendam Dignita-
tem suam populi voluntate, & præcipue ad
statum Reipublicæ conservandum attri-
buta sunt *d. l. 3.* in quo differre putantur
a Domanialibus, quæ ad victum præprimis
cultumque Principis instituta: Certe &
Regni interest, ut ultrageniti suas portio-
nes habeant, ne scilicet paupertate duro
necessitatis telo adacti in Republica turbas
moveant.
29 Constituitur Apanagium quandoque in
certa Provinciæ parte, certisve prædiis.
Sic Cyrus apud Xenophontem *Lib. 8.*
Cyrop. Cambysem in sua extrema & sa-
pientissima Oratione Regem instituit, &
successorem Regni. Tanaxori autem Me-
dorum, Armeniorum & Adusiorum Pro-
vincias attribuit. Apud Saxones, ut re-
fert Albinus *in der Meißnischen Chronick*
Lib. 1. Tit. 16. Primogenitus successit in
Ducatu, reliqui vero Fratres Dominatus
& dignitates impetrarunt. Sic Partho-
rum, Ægyptiorum, Persarum, Assyrio-
rum, Asiæ Africæque Reges omnes post-
genitis fratribus in apanagium urbes ac
prædia concessere, ut testatur Bodinus
lib. 5. de Rep. c. 5. Besf. *all. loc. p. 341. &*
seqq. qui & de pluribus Imperii Principi-
bus hoc asserit. Sic Johannes primoge-
nitus Dux Würtembergiæ Principalem
Comitatum Mompelgardensem fratri Lu-
dovico Friderico ultragenito concessit.
Dn. Rhetius *de portione alimentaria Ultra-*
gen. debita C. 1 n. 28. Sic in Gallia Rex
Philippus constituit, ut ditionem aliquam
fratres minores acciperent, Hottom. *lib. 1.*
de antiqu. Regn. Gall. c. 9. Sic & olim ul-
tragenitis in Polonia urbs Siradia cum suo
districtu apanagii loco fuit concessa. In
Regno Sueciæ certus etiam Ducatus eis
assignatur. Autor *descript. Regn. Suec. lib. 1.*
Springsfeld. *c. 8.*
Aliquando in pecunia & reditibus an- 30
nuis Apanagium datur. Guid. Pap. *Decis.*
476. n. 1. Tiraquell. *de Primogen. quæst. 5.*
n. 2. Interdum & in pecunia & in ditio-
nibus simul Apanagium conceditur; Ex-
emplum habemus in sacris *2. Paral. 21. v. 3.*
ubi Rex Josaphat Joramo totum Regnum
tradidit, quia erat primogenitus, (sunt
verba textus) reliquis fratribus & civita-
tes quasdam assignavit, & aurum, argen-
tum, gemmarumque copiam inter eos di-
stribuit. Idem in Apanagio Joh. Comi-
tis Embdensis Cæsareum Decretum *de*
anno 1589. constituit, *daß Graf Johann*
nicht allein drey Aemter und Häuser, nem-
lich Lierod, Gretzil und Stickhausen, pro
apanagio, *sondern auch darzu 2000. Thaler,*
jährlich zum sichern Deputat aus der Stadt
Embden assigniret worden.
Quantitas Apanagii est vel certa vel in- 31
certa. Certa I.) fit ex lege pragmatica 32
Regni. Item in Constit. Neapol. Comi-
tibus *in prima lectura Col. 2.* II.) Vel ex 33
analogia juris, secundum quantitatem le-
gitimæ, quam quis ab intestato habiturus,
secundum quam opinionem in consilio
Neapolitano judicatum fuisse refert Afflict.
ibid. quæst. 2. n. 5. hoc idem tenuit Petr.
Gregor. Sicul. *in Tr. de Vita & militia.*
qu. 7. n. 1. Franchis *Decis. 61. n. 1. & 2.*
Don Garsias Mastrill. *Decis. 85. n. 16.* Fab.
de Anna *cons. 6. n. 13.* ad arbitrium boni
viri æstimanda. Nicol. Intrigiol. *de feud.*
quæst. 57. n. 16. 17. Cent. 1. quod filiorum
favori, quam Majoratus conservationi pro-
pensius esse debet, secundum Menoch.
cons. 411. n. 10. Cujus æstimatio ac taxa-
tio facienda est ad quantitatem fructuum

tempore mortis feudatarii existentium. Isernia *in dict. Const. Comitibus*. Joh. Francisc. de Ponte *cons. 79. n. 2.* Franchis *decis. 61. n. 1.* Intrigiol. *de feud. quæst. 51. n. 167. Cent. 1.* In Illustrissima domo Hassiaca postgenitorum Apanagii quantitas redacta est ad quartam partem omnium
34 bonorum. III.) Quantitas Apanagii certa etiam redditur testamento paterno. Prout in Regno Sueciæ postgenitis certum Ducatum in Apanagium testamento paterno fuisse adsignatum, docet Autor *descript. Regn. Sueciæ lib. 1.* Sic Testamento paterno Albrechti Electoris Brandenburgici de Anno 1473. postgenitis Apanagiatis mille aurei Rhenani in annuum Apanagium constituti. Quam summam testamento suo Marchio Brandenburgensis de Anno 1507. duplicavit, *in verb. Und ihr einem ieden Jahres zweytausend Gülden Rheinisch jährlich geben sollen, so lange bis sie mit Bisthümern versehen werden.*

35 IV.) Pacto, quod regulat quantitatem tam Apanagii proprii, quam improprii,
36 eamque certam reddit. Incerta quantitas Apanagii Primogeniti arbitrio subjecta est. Hottomann. *lib. 1. de antiquit. Regni*
37 *Gall. cap. 9.* Arbitrium vero primogeniti ita regulatum esse debet, ut in assignando Apanagio fratrum postgenitorum dignitas ac reputatio eorum servetur. Modest. Pist. *part. 3. quæst. 122. n. 35.* Ne tenuitate provisionis matrimonium impediatur, vitæque dissolutæ & peccatis inquinatæ occasio præbeatur, Nicol. Betf. *de pact. famil. Illustr. p. 711.* nec simultas ac odium inter ipsos oriatur, quod facile ex tenuitate Apanagii causari potest. Springsfeld
38 *de Apanag. c. 8. n. 10. & seqq.* Quanquam & hoc casu, ubi incerta quantitas Apanagii est, arbitrium Primogeniti excludat Myler. *de Stat. Imp. c. 22.* ubi simul arbitrium Judicis vel boni viri determinantis requirit, qui judicet, quantum alimenti loco sit ipsis præstandum, *arg. l. 1. ubi pup. educ. deb.* quoniam quæ jure decisa non sunt, pertinent ad arbitrium judicis, *lib. 1. in f. de Jur. delib.* Heig. *lib. 1. quæst. 25. n. 36.*

39 Sed quid dicendum, quando quis pacto stipulatus, se vivente primogenito Apanagio velle contentum esse, & nova hæreditas ei familiæ obveniat? Et illum ad divisionem istius hæreditatis provocare posse, tradit Springsfeld. *de Apanag. c. 10. n. 18.* Cum ad casus futuros & novas hæredita-
40 tes hoc pactum non extendatur. Pariter in Apanagio improprio aucto Domanio etiam augendum Apanagium. Cum alimenta augeantur & diminuantur secundum diminutionem & augmentum Patrimonii, *L. 3. §. fin. ff. ubi pupill. educ.* Quod tamen declarandum, nisi pacto ac conventione aliter cautum sit.

Aucta vero familia Apanagiati, Apana- 41
gium non augetur, nec imminuta ea minuitur. Constitutio Apanagii siquidem propter auctum vel diminutum liberorum numerum nihilo magis immutatur, quam ea, quæ extrinsecus accidunt, negotium ante gestum immutant, quoniam adventitii casus non imputantur, ut ait *L. 6. ff. qui & a quib. manumiss.* Nam ut dici solet casus superveniens ad id, quod prius gestum est, nihil pertinet. *L. 3. ff. de testam. tutel. l. 7. l. 46. ff. de judic. l. 8. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Cum auctio familiæ servitutem vel jus passivum augere non possit. Cothmann. *Vol. 4. cons. 47. num. 40. 41. 42. 43. 44. 45.* Vid. Coppen. *quæst. 17. pract. num. 11. cum seqq.*

Si ultrageniti aliunde habeant unde vi- 42
vant, quemadmodum sæpissime evenit, ut ceu domo ejecti aliunde terras acquirant, vel bello, vel nuptiis, vel testamento: Nihilominus apanagium petere possunt. Ita enim Tancredum, relicta augusta possessione, quam frater Guilielmus Conquestor in Normannia ad alimenta sibi assignarat, Italiam fortunam benigniorem quæsitum adiisse, nec sine successu Dominum Apuliæ & Calabriæ evasisse, refert Arnis. *d. cap. n. 21.* Pariter & Gothofredum Bullionæum relictis Comitatibus, qui in Lotharingia assignati erant, Expeditionis sanctæ Imperatorem constitutum, tandemve Regem Hierosolymorum creatum, notat Georg. Horn. *in Orb. Imp. p. m. 18. 19.* Apanagium enim surrogatur alimentis, eorumque locum subintrat, jam alimenta etiam debentur ei, qui se aliunde alere potest, sive hæc habeat ex dispositione legis, sive hominis: hocque ex eo patet, quod is alimenta petere possit præterita, quibus non amplius eget, *l. 18. §. 1. de Aliment. & cib. legat. l. 1. in fin. C. de Fideicommiss.* Quam sententiam observantia, quæ potissimum introspicienda est, corroborat. Sic Regi Navarræ Apanagium constitutum fuit *von 40000. Pfunden.* Thuan. *Lib. 62. Histor.* Alia Exempla vide apud *Arnisæ lib. 2. c. 9. c. 2. n. 24.*

Quam-

43 Quamvis vero postgeniti ex prædiis in Apanagium concessis alimenta habeant, unde se suosque honeste & decore sustentare possint. Attamen de iis libere non disponere, nec testari possunt. Res enim restitutioni obnoxiæ non possunt in ultima voluntate alienari, Jas. *in l. 114. §. 14. ff. de leg. 1.* Ac sic in Decreto Cæsareo *10. Jan. Anno 1589.* inter Comites Ost-Frisiæ lato, cautum, in verb: *sich auch darneben an Eydes statt verobligiren und genugsam caviren sollen, daß solche bemeldte Häuser und Aemter, da der Graf Johann keine ehliche männliche Leibes-Erben hinterliesse, nach seinem Abgang mit ihrer Zugehör wiederum an seinen Bruder, Graf Edzarden, oder seinen ältesten Sohn, oder wen er an seine Statt zum Regenten und Lehns-Folgern benennen*
44 *würde, wiederum ledig fallen.* Quod tamen fallit in mobilibus, ac bonis ex usufructu Apanagii vel aliunde acquisitis, in quibus Apanagiati liberam disponendi facultatem habent; prout etiam in *dicto Decreto Cæsareo* ita provisum, in verb. *Jedoch aber mit dem ausdrücklichen Beding und Vorbehalt, daß ihm frey und bevorstehen soll, da er durch göttlichen Segen vom Einkommen beiührter 3. Häuser etwas ersparen, oder sonsten vor sich andere Güther darzu bringen, und ererben würde, oder solches allbereit gethan hätte, dieselbige neben den* Mobilibus *nach seiner freyen Willkühr und Wohlgefallen zu verändern, davon zu testiren, und disponiren, ohne alle Einsag und Verhinderung.*

45 Unde etiam fluit, quod Apanagiati in suis portionibus assignatis Superioritatem territorialem non habeant. Sic *in der Brüderlichen Hessischen Vergleichung sub dato 1. Sept. anno 1628.* hac de re ita cautum, in verb. *Jedoch bleibt hierbey alles dasjenige, was zur Landes-Fürstl. Hoheit und Obrigkeit gehörig, Herr Landgraf Wilhelms Fürstl. Gn. auf deren Herrn Gebrüdern assignirten Orten, wie vorhin.* Quod etiam juris in Gallia existit, ubi Apanagiatis ne quidem jurisdictio superior, sed tantum inferior seu Bassa competit. Chopin. *de Jurisdict. Andegav. C. 65. num 535.*

46 Quia igitur Primogenito Regalia competunt, ideoque Investituræ renovationem solus petit, & votum & sessionem in Co-
47 mitiis habet, Apanagiatorumque negotia gerit & tuetur. Limn. *Lib. 9. c. 1. num 53.* Unde etiam fluit, postgenitis nec jus Episcopale competere, quod ad Regalia refer-
48 tur. Jus vero Patronatus ipsis denegandum non est, cum hoc etiam sæpius subditis & privatis competat. Hinc etiam 49
fluit in Apanagio proprio postgenitis non præstari Homagium vel Vasallagium. Springsf. *de Apanag. c. 11. n. 188.* In Apa- 50
nagio vero improprio Apanagiatis homagium, non tantum conjunctim cum primogenito, & eventualiter, sed etiam separatim præstatur, si scilicet speciatim a Superiore super Apanagio investiti fuerunt. Vultejus *Vol. 3. Cons. 35. n. 42.* In Illu- 51
strissima Domo Ducali Saxonica, ubi Apanagium improprium vel conventionale viget, non tantum primogenito soli, sed conjunctim etiam postgenitis homagium simul præstatur, prout ex sequenti Homagii tenore apparet: *Ihr sollet geloben und schweren, daß ihr den Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Friedrich Wilhelm, und Johansen, Gebrüdern und Hertzogen zu Sachsen, Landgrafen in Thüringen, und Marggrafen zu Meissen, Herrn Johann Wilhelms, Hertzogen zu Sachsen sel. nachgelassenen Söhnen und ihren männlichen Leibes-Erben, auch von ihrentwegen in ihren unmündigen Jahren, und bis daß sie mündig werden, dem Durchlauchtigsten, Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Augusto, Hertzogen zu Sachsen, des Heil. Röm. Reichs Ertz-Marschalln und Churfürsten, Landgrafen in Thüringen, Marggrafen zu Meissen, und Burggrafen zu Magdeburg, unserm gnädigsten Herrn, in Vormundschafft Derselben, und da hochgedachter Fürsten und Herrn, Friedrich Wilhelms, und Herrn Johannsen gäntzlicher männlicher Stamm absterben würde, alsdann demjenigen, auf wen in den Häusern Sachsen und Hessen, vermöge Ihrer Chur- und Fürstlichen Gnaden allerseits Erb-Verbrüderung, sämtlicher Belehnung und aufgerichteten Verträgen, die Succession und Folge dieser Lande kommen und fallen wird, getreu, gewärtig und gehorsam seyn, auch Ihrer Fürstlichen Gnaden, Deren Erben und Successorn Schaden warnen, bestes werben, und alles das thun wollen, was getreuen Unterthanen, gegen ihren Erb-Herrn und Landes-Fürsten von Gottes, Rechtens und Gewohnheit wegen eignet und gebühret.*

Eyd.

Alles was mir ietzo unterschiedlich vorgelesen, das ich auch ausdrücklich gehöret und verständiget, auch angelobet und zugesaget habe, das will ich stet, fest, unverbrüchlich und getreu ohne alle Gefehrde halten,

als

als mir GOtt helffe durch JEsum Christum seinen Sohn unsern HErrn und Heyland, Amen.

52 Ex his etiam decidi poterit quæstio: Num apanagiatis competat jus collectandi in ditione in Apanagium sibi concessa. Cum vero Collectæ absque conventuum provincialium indictione ac Ordinum consensu exigi nequeant, ac etiam Decreto Cæsareo inter Comites Ost-Frisiæ lato ita cautum, *wann sich auch etwa ein solcher Fall und Noth zutrüge, daß sondere Collecten und Steuer anzulegen vonnöthen, so soll dasselbe anders nicht als mit vorgehender Beschreibung, Rath und Bewilligung der Land-Stände geschehen.* Nam secundum Cominæum *lib. 10. de rebus gestis Ludovici XI.* Nemo est omnium Principum, qui jus habeat vel teruncium unum exigendi a suis præter constitutum annuum censum, nisi populus adsentiatur. In proprio Apanagio verissimum est postgenitis Apanagiatis jus collectandi non competere, cum jure territoriali destituantur, absque quo conventus provinciales indici nequeunt. In quibus proprii Apanagii nempe terminis accipiendus est, Cothmann. *Vol. 4. Cons. 4.* ac Rumelin. *ad auream Bullam P. 3. Diss. 5. θ. 14.* In improprio vero Apanagio subdistinguo: aut Apanagiatus non separatim ab Imperatore super Apanagio cum Superioritatis jure est investitus, tunc quidem non autoritate propria, sed regentis fratris interventu, qui tamen, uti dictum, non suo tantum, sed etiam fratrum nomine conventum provincialem indicit, collectæ justa ac publica ex causa interveniente ab Ordinibus precario impetrari possunt. Ac ita in Illustrissima Domo Saxonica Ducali practicatum. Si vero Apanagiatus speciatim de Apanagio ab Imperatore cum Superioritatis jure est investitus, tunc propria autoritate sine consensu primogeniti ipsi collectandi jus, modo Procerum ut Ordinum placito ac voluntate id fiat, competit. Ac ita ab Imperatoria Majestate Anno 1590. 1593. & 1605. decretum fuisse, attestatur Vultejus

53 *Vol. 3. Consil. fin. n. 42. & 277.* Ex apanagio quoque nullæ collectæ exigi possunt, cum collecta non debeatur ex alimentis. Surd. *de aliment. tit. 8. qu. 92. n. 4.* Hinc Uratislaus II. Rex Poloniæ tributum sive subsidium pecuniarum eum in finem apanagiatis fratribus primum imperavit, ut eorum tentaret patientiam, & si renuerent, justum haberet belli ipsis inferendi prætextum. Chromer. *in Chron. Polon. lib. 6. in Uratislao II.* Quod tamen declarandum, si pacto statuto & moribus aliter non cautum reperiatur, cum in materia Collectarum consuetudo potissimum inspicienda sit. Sic in puncto Apanagii *wegen der Reichs - Steuer* per decretum Cæsareum de Anno 1589. inter Comites Ost-Frisiæ Embdanos ita dispositum, *der Reichs- und Kreiß-Steuern halben soll es bey zuvor gemachter Ordnung bleiben, also, daß dieselben Steuern durch die deputirte Einnehmer, wie herkommen, einbracht, in einem besondern Lege-Kasten verwahret, und davon fürter iedesmal der gantzen Graffschafft angebührens an einer unzertheilten Summa dem H. Reich und Westphälischen Creyß erleget und richtig gemacht werden.*

Apanagii vero causa summaria est. 54
Franchis *Decis. 714.* Ex quo etiam decidi potest quæstio: Num Apanagii lites in 55
Austregarum judicio ventilandæ sint? Quod Austregas Imperii attinet, negandum. Quia in causis summariis & executivis non habent locum Austregæ Imperii, Georg. Schubard. *de Austregis par. 2. c. 9. n. 29.* nec in alimentis, Thom. Michel. *de jurisdict. concl. 37. lit. F.* Schubhard. *d. l. num. 50.* in quorum locum succedit Apanagium. Secus vero est in Austregis Familiæ Conventionalibus, in quibus lites Apanagii, si in illis non exceptæ reperiantur, merito amicabili ac fraterna compositione cessante, sopiendæ. In Gallia Apanagiati respectu Apanagii sui privilegiatam habent instantiam, Parlamentum nempe Parisiense, in tantum, ut reliqua Parlamenta nullam cognitionem habeant. Bernhard. Girard. *lib. 3. de l'estat des affaires de France pag. 86.* Solent autem hodie in Imperio nostro quandoque Commissarii nomine Cæsaris ex familiæ & Imperii bono Majoratum & Apanagium constituere, & controversias has autoritate Cæsarea componere. Quale notabile Exemplum in novissimo Recessu Imperii de jure Primogenituræ introducto in Linea Hasso-Cassellana & Darmstadina, & inde ortis controversiis *art. 88.* Ubi notanter dicitur: *Und vor uns erörtert worden.* Recordor quidem satis adhuc controverti: An Imperator in hujusmodi & aliis Principum causis solus; An vero adhibitis demum Statibus Imperii, tanquam Paribus Curiæ, judicare possit? Si tamen juxta *Recess. Imper. de anno 1521. §. 7. & Ord. Cam. p. 2. tit. 7. §. Ob auch,* verb. *Derselben Erkännt-*

Erkänntniß wollen wir der Kayserl. Majestät, und in Ihr. Liebden Abwesen Uns, als Römischen König, vorbehalten haben. Quin etiam, si ad hodiernam Imperii praxin metienda res esset, omnino vix aliter quam pro Imperatore dici posset. Ita quippe Imperator anno 1543. solus decidit litem inter Landgravium & Nassoviæ Comitem de ditione Cattorum. Rudolphus II. Imper. anno 1607. quum inter Saxoniæ Duces *Weimar* & *Altenburg* de Jure Primogenituræ oriretur quæstio, sententia sua illam decidebat, *weil Ihm, als regierendem Römischen Kayser und Lehn-Herrn, solches einzig und allein zustehe.* Item anno 1611. causam Juliacensem ad sui unius trahebat judicium, & in conjudicium Principes quidem admittebat, hac tamen expresse addita cautela, *daß sich sonsten auf diesen Fall niemand zu beruffen, oder solches* in consequentiam *zu ziehen habe.* Matthias Imper. in causa *Lüneburg* contra *Braunschweig, die Succession des Hertzogthums Grubenhagen betreffend,* solus definitive pronunciabat. Ferdinandus II. Imperator causam *Hessen* contra *Hessen* anno 1623. sententia sua finiebat, petitionem Hasso-Casselani adversus Hassum-Darmstadinum, de Principibus Judicio Assessoribus dandis, rejiciendo. Qui itidem præcedenti anno 1622. in causa *Baaden* contra *Baaden* solus sententiam dixerat.

56 In personalibus etiam Principes Apanagiati non tantum Familiæ, sed & Imperii Austregis fruuntur. Georg. Schubard. *tr. de Austregis c. 3. num. 93.* Agitur enim *in Ordinatione Camerali part. 2. tit. 2. cum seqq.* de Principibus, qui in prima Instantia Cameræ jurisdictionem agnoscere tenentur. Atqui non tantum Principes, qui ad clavum Reipublicæ sedent, sed etiam qui non sedent, Cameræ Jurisdictionem in prima instantia agnoscere tenentur, aliud siquidem forum competens demonstrari nequit. Par enim in parem non habet imperium. Nicol. Betsius *de pact. famil. Illustr. c. 8. p. 437. 2.* Tractatur *in dicta Ordinat.* de omnibus tam immediate, quam mediate subjectis, ubinam sint conveniendi; nihil vero specialiter providetur, & dispositum reperitur de his, qui administrationem non habent. Ergo sub generali dispositione comprehensi censentur. *L. 17. §. 26. de Injur.* Maxime cum Dispositio illa in genere loquatur de Electoribus, Principibus & Principatibus, non solum autem Principes, qui summæ rerum præsunt, sed reliqui, qui nomen & dignitatem Principum merentur & tuentur; ut & Comites Imperii. Quocirca determinatio generalis hosce omnes æqualiter determinabit, & ex æquo censebit. *l. 4. §. fin. l. 45. de vulgar. & pupillar. l. fin. de sentent. & interloc. l. quamvis C. de impuber. & alior. substit. 3.* Ratio inductiva Austregarum non minus quoad hos, quam illos militat, ut hinc jure quos nexus rationis jungit, dispositionis nervus disjungere non debeat. *l. illud. 32. in pr. ad L. Aquil. L. a Filio 108. in pr. de V. O. 4.* Unde Mindan. *lib. 1. de process. Cameral. c. 19. num. 23.* quem sequitur Schwanmann. *Observ. Camer. pract. 20.* rectissime privilegium Austregarum personale, non patrimoniale facit, scribens: Principem & si inferiora bona possideat, nihilominus eodem cum reliquis Principibus gaudere privilegio. V.) Cum immediata subjectio etiam sine territorio consistat. Knich. *in Velit. Apolog. n. 15. 6.* Apanagiati quoque sunt & dicuntur *gebohrne Reichs-Fürsten, gebohrne Reichs-Grafen.* Betsius *d. cap. 8. pag. 436. & 437.* Plures effectus Apanagii vid. apud Springsfeld. *de Apanag. c. 11.*

Affinitatem cum Apanagio habet Paragium, quod barbarice dictum pro Pariatione, & ea, quam Feudistæ Adæquationem hæreditatum appellant. Etsi autem propter ætatis prærogativam sensim moribus quibusdam institutum est, ne partes æquales fratribus dividerentur, sed natu minoribus minores attribuerentur: tamen, ut aliis quibusdam in rebus, re sublata nomen retentum est. *l. in sola. 56. in fin ff. de acq. rer. Domin.* Paragii jure ac titulo feudum possidere dicitur, qui ejusdem gentis sive stirpis est, cujus is, a quo feudum possidet: quippe cum feudum a communi ipsorum generis auctore ac parente profectum sit, velut in Normannia, ubi in paternorum feudorum successionibus filius natu maximus præcipui jure magnam sibi partem aufert, nimirum bessem, cæteris omnibus triens relinquitur, isque Paragii jure possidere dicitur. Nam in feudi successione pares sunt, quamvis natu maximus majorem partem auferat. Jure tamen constitutum est, ut natu minor Paragii nomine Feudum suum a majore possideat usque ad gradum sextum. Nam posteriores tenentur fidelitatem & homagium ei, qui bessem obtinet, præstare. 57

Quibus

58 Quibus ex verbis perspicuum est, Paragium esse titulum, quo feudi pars minor a fratribus natu minoribus, eorumve posteris ita possidetur, ut majori fratri majorem partem obtinenti eo nomine neque fidelitatem neque homagium debeant, quippe qui pari jure stirpis, & pari titulo paternæ avitæque hæreditatis id obtineant, dummodo intra 6tum Genealogiæ gradum contineantur: Posteriores enim tenentur in Senioris verba jurare clientelari officio, ac tum quidem non Paragii, sed homagii nomine possident. Quapropter scribit Renatus Choppinus *lib. de Jurisdict. Andeg. cap. 62.* Ut sui cuique serventur feudalium dignitatum gradus ac jurisdictionum, prisci Galli paragium fecere temporarium, nec ultra certam cognationum seriem pro-
59 duxere. Paragium ita describit Du Fresne *in Glossar. ad hanc vocem,* quod sit, quicquid feudale a fratre primogenito secundogenitis in partem hæreditatis datur, qui id ab ipso primogenito fratre tenent, pari ac ille reliquum feudum conditione, absque tamen homagio (quod is pro toto feudo Dominico præstat) usque ad septimam generationem, qua finita omnis sanguinis affinitas extincta censetur. Tum enim qui excipiunt, homagium præstant hæredibus primogeniti. Arestum Parlamenti Parisiensis anno 1275. apud Duchesnium *in Histor. Dorcensi p. 281. Baillivo igitur Caleti pro domino Rege petente homagium, a Comite Domini Martini de dictis terris sibi, ut dictum est, in excambium traditis, pro dictis Comitibus fuit ex adverso propositum, quod dictus Rex de dictis terris homagium habere non debeat. Imo Comes Drocensis eas Comiti Domini Martini per Paragium, juxta terræ consuetudinem garantire debebat, usque ad septimum hæredem.*

60 Differt Apanagium a Legitima, quia Legitima est tertia pars, si sint tres vel quatuor, vel si quinque vel plures liberi semis bonorum, quam quis jure successionis ab intestato habiturus est. *Auth. Novissima. C. de Inoff. Testam.* Apanagium vero non jure successionis, sed provisionis conceditur, nec est tertia pars bonorum, sed incerta, non enim ad quantitatem legitimæ postgeniti provocare possunt, ubi Primogenitus solus in Principatibus & feudis succedit. Berlich. *Part. 3. Concl. 11. num. 23.* Differt quoque Apanagium a Legitima, quod Apanagium & jus agendi ad supplementum sit inalienabile, & imprægscriptibile, secus in Legitima & in jure agendi ad supplementum Legitimæ. Legitima etiam ex justa causa in totum tolli potest. Apanagium vero non. Joh. de Cirier. *de Primogen. Lib. 2. Quæst. fin. n. 3. & 10.*

Ab Usufructu differt Apanagium, quia 61
Domanium, ex quo Apanagium delibatur, dicitur etiam ususfructus. Non autem servitus servitutis constitui potest. *L. 1. ff. de usufruct. legat.* Quippe cum servitus sit accidens, Accidens autem nullum, uti docet Aristoteles, est accidentis, atque idcirco ususfructus ex usufructu non constituitur. *L. si usus fructus 66. ff. de jure dot. L. 12. ff. de usufr.* Hottomann. *lib. de jure Regni Galliæ, Rubric. Lex sexta.* Ususfructus quoque necessario, & personalis & temporalis est, ne scilicet perpetuo a proprietate absens eam in universum tempus inutilem relinquat. *L. 3. §. 2. ff. de Usufr.* Apanagium vero feudis hac in parte simillimum est, quæ non modo Vasallo, verum etiam ipsius liberis Posterisque maribus in infinitum tempus attribuuntur. *I. feud. 1. §. 3. l. 4. ff. de jure immunit.* Et quamvis Apanagium non minus Apanagiati morte extinguatur, quam ususfructus morte usufructuarii, & repetitum novum Apanagium esse videatur, instar novi ususfructus, *L. 3. l. 5. ff. quibus mod. ususfruct. amitt.* Tamen natura ususfructus non patitur, ut plus quam in uno aliquo repetatur, ne perpetuo a proprietate abscedens eam in universum tempus inutilem relinquat.

Differt quoque Apanagium a Fdeicom- 62
misso. Fideicommissarius enim instar fructuarii ad cautionem usufructuariam tenetur. Menoch. *cons. 322. n. 38.* Abbas *cons. 79. illud de jure lib. 1.* Tuschus *Conclus. practic. lit. F. concl. 272.* Et ad inventarii confectionem, Menoch. *cons. 1018. n. 54.* A quo exemtus est Apanagiatus, instar Vasalli, Jas. *in prælud. feud. in 10. col. ad finem,* ubi asserit, hoc velut memorabile perpetuo notandum esse, Mynsing. *obs. Camer. Cent. 5. obs. 36.* Nisi statuto vel pacto aliter provisum. Sic inter Comites Ost-Frisiæ Embdanos cautum, ac quidem vigore Decreti Cæsarei *de anno 1589. lati, daß Graf Johann gnugsam caviren solle, daß solche bemeldte Häuser und Aemter, da er, Graf Johann, keine eheliche männliche Leibes-Erben hinterliesse, nach seinem Abgang mit ihrer Zugehör an seinen*

Bruder, Graf Edzarden, oder seinen ältesten Sohn wiederum ledig fallen.

63 Apanagium finitur morte Apanagiati ejusdemque filiorum, & consolidatur Domanio. Christin. *Vol. 5. Decis. 80. num. 29.* Chopin. *de Doman. lib. 1. Tit. 3.* In Apanagio enim non succedunt Filiæ. Cabot. *Lib. 1. Disp. Cap. 5.* Nec Agnati transver-
64 sales. Hinc in Apanagio non habet locum jus accrescendi, v. g. duobus vel tribus Fratribus existentibus, quibus Apanagia constituta, altero absque hæredibus masculis mortuo vel ad Majoratum vocato, fratribus non accrescit ejus Apanagium, sed domanio consolidatur. Inter eos enim, qui admittuntur de jure speciali, non habet locum jus accrescendi contra voluntatem disponentis, *l. 74. ff. de condit. & demonstrat.* Uti nec in legitima. Cum enim filii, quibus legitima relinquitur, sint successores particulares, non habent jus accrescendi ex hac conjunctione legati *l. 1. §. 2. ff. de Usufr. accrescendo.*

65 Renunciatione etiam Apanagium interit, quilibet enim favori pro se introducto renunciare potest. Cedi autem non potest, quemadmodum nec alias quivis ususfructus, nisi hactenus, ut fructuarius jus ususfructus sibi retineat, perceptionem autem fructuum alteri permittat, *l. 66. ff. de jur. dot. l. 57. ff. solut. Matrim.*

Extinguitur Apanagium delicto, & consolidatur Domanio, uti accidit Johanni Duci Alenconio, Springsfeld. *c. 13. num. 25.* & præcipue crimine Læsæ Majestatis & perduellionis, in regnis quidem, si id in fratrem vel sceptra tenentem, in Imperio vero Romano-Germanico, si id in Imperatorem commiserint. Myl. *de stat. cap. 93.* 66
Hoc autem in ipso Patre Apanagiato verum puto, liberis vero ejus ex apanagio patris certa alimenta relinquenda esse, nullus ambigo. Quamvis enim de jure communi per *l.* famosissimam *quisquis C. ad L. Jul. Majest.* bona confiscentur, ac filios ea pœna concernat; tamen ex singulari juris hodierni clementia Banniti filiis alimenta relinquenda. *R. A. zu Erffurt de Anno 1567. §. Wiewol nun* in verbis: *Und der Jungen Herrschafft, deren Alimenta halber.* Springsfeld. 67

CAPUT XXXII.
DE PRÆDIIS USUFRUCTUARIIS.

SUMMARIA.

1. *Natura omnes res paravit ad usum hominum.*
2. *Utimur autem vel jure proprietatis rebus nostris.*
3. *Vel jure servitutis re alterius.*
4. *Ususfructus Prædialis quid sit?*
5. *Vel a lege vel ab homine defertur.*
6. *A lege defertur Patri in Prædiis liberorum non emancipatorum adventitiis.*
7. *Item in præmium emancipationis in dimidia parte bonorum.*
8. *Ut & matri ad secundas nuptias transeunti in bonis filii ex priori Matrimonio suscepti & defuncti.*
9. *Competit & patri ad secunda vota transeunti in bonis quæ ab Uxore accepit.*
10. *Officio judicis quandoque ususfructus alicui constituitur.*
11. *Præscriptione etiam acquiritur Ususfructus prædii.*
12. *Ususfructus prædii etiam a Domino rerum suarum liberam administrationem habenti conceditur.*
13. *Quomodo fiat constitutio Ususfructus in Prædio.*
14. *Jus Usufructuarii in quo consistat.*
15. *Usufructuarius percipit omnia emolumenta ex prædio.*
16. *Ut & fructus lapidicinarum & fodinarum.*
17. *Thesaurus vero jure ususfructus non obvenit.*
18. *Ad Usufructuarium etiam pertinent reditus Venationum, piscationum & Aucupiorum.*
19. *Item fructus Civiles, ut pensiones & Reditus.*
20. *Quomodo Usufructuarius debeat prædio utifrui.*
21. *Usufructuarius potest jus suum alteri locare vel vendere.*
22. *Fructus quomodo percipiantur.*
23. *De Jure Civili Usufructuarius Fructus maturos ad hæredes non transmittit.*
24. *Aliud obtinet de Jure Saxonico.*

25. *Jure Saxonico solius culturæ ratio habetur.*
26. *Hæc dispositio non tantum in feudalibus, sed etiam Allodialibus locum habet.*
27. *Responsum Lipsiensium.*
28. *Locum etiam habet hæc dispositio Saxonica in fructibus hortorum.*
29. *Quod præjudicio confirmatur.*
30. *Item in fructibus vinearum, si usufructuarius post diem Urbani decesserit.*
31. *Quid in fructibus civilibus obtineat?*
32. *Quæ onera Usufructuarius teneatur ferre?*
33. *Quid juris, si grex militum irruptione perimatur?*
34. *Prædii usufructus quomodo amittatur?*
35. *Quæ actio ratione usfusfructus competat?*

1 OMnes rēs ad hoc natura paravit, ut
iis uteremur. Utimur autem tum
2 jure proprietatis rebus nostris, tum
3 jure servitutis re alterius, cujus species est
4 Ususfructus. Qui, quando in Prædio constituitur, est jus omnia commoda & emolumenta ex eo legitime percipiendi, quæ salva ejus substantia provenire possunt.

5 Prædii autem alicujus Ususfructus vel a lege alicui defertur, aut a Domino ejus
6 voluntarie conceditur; A lege defertur Patri Ususfructus in prædiis liberorum non emancipatorum adventitiis §. *1. J. per*
7 *quas person. cuique acqu.* Item in præmium Emancipationis in dimidia parte
8 bonorum §. *2. Inst. d. t.* Nec non matri ad secundas nuptias transeunti in bonis filii ex priori Matrimonio suscepti & defuncti, *l. 3. §. 1. cum auth. seq. C. de secund.*
9 *nupt.* Similiter & patri ad secunda vota transeunti in bonis quæ ab uxore accepit, *l. 5. C. de soc. nupt.*

10 Nonnunquam etiam Officio Judicis constituitur Ususfructus in Judiciis divisoriis, familiæ herciscundæ & communi dividundo, alteri proprietatem, alteri Usumfructum adjudicando, *l. 6. §. 1. ff. de Usufr.*
11 Præscriptione etiam acquiritur Ususfructus, *l. 3. l. 8. C. de præscr. 30. vel 40. annor.*
12 Del Castill. *de Usufr.* Quando Ususfructus in Prædio voluntate Domini constituitur, necesse est, ut etiam habeat rerum
13 suarum liberam administrationem. Fit autem ipsa constitutio, si aliquis in prædium Ususfructus nomine inducitur, aut quando quis patitur utifrui, *l. 3. pr. ff. de Usufr.*

14 Jus vero usufructuarii consistit tum in commodis ex prædio provenientibus, tum
15 in oneribus ratione ejus ferendis. Quod commoda attinet, percipit ille omnia emolumenta, quæ ex ipso prædio, ut & per alluvionem salva & non immutata rei substantia percipi possunt, & ad necessitatem
16 & ad voluptatem, *l. 7. pr. ff. d. t.* Fructus nimirum naturales, ut fructus lapidicinarum & fodinarum, *l. 9. §. 2. & 3. d. t.*
Thesaurus vero non obvenit jure ususfructus *arg. §. 40. J. de R. D.* Struv. *ad* 17
Tit. Dig. de Usufr. Porro reditus venationum, piscationum & aucupiorum, *l. 9.* 18
§. 5. l. 62 d. Usufr. Deinde & fructus Civiles, ut pensiones & omnes reditus ex ædificiis, areis, fundis, percipit, *l. 7. §. 1. de* 19
Usufruct.

Usufructuarius vero debet prædio boni 20
viri arbitratu, sive ut convenit diligenti Patrifamilias, utifrui, *l. 9. pr. l. 13. §. 4. 5. ff. de Usufr.* & ad eam utilitatem rem adhibere, ad quam natura secundum ejus qualitatem, *l. 7. §. 1. ff. d. t.* vel Patrisfamilias instituto destinata est, *l. 13. §, fin.* Excedit vero jus usufructuarii ipsius rei alienatio, *l. 9. C. d. t.* ejusdemque immutatio, licet hac rem meliorem redderet, *l. 8. l. 44. ff. d. t.* Unde nec jure in prædio usufructuario potest ædificare, aut ædificia altius tollere. *d. l. 13. §. 7. in fin.* Si vero ædificet, nec petere impensas, nec tollere, refixa autem vindicare potest, *l. 15. pr. de Usufr.* Casam tamen earum rerum custodiæ causa, quæ in area sunt, ædificare ipsi concessum, *l. 73. d. t.* Struv. *Exercit. 12. th. 22.* Si ovium ususfructus relictus est, non debet fructuarius eas occidere, ut carne vescatur: hoc enim pugnat cum natura ususfructus. Cui fundi ususfructus legatus est, non debet arbores frugiferas excidere, neque villam diruere, nec quicquam facere in perniciem proprietatis, *l. 13. §. 4. d. tit.* Sed & si agrum non proscindat, vites non subserat, aquæductus corrumpi patiatur, non intelligitur salva substantia re uti *d. l. 13. §. 2.* Ædium usufructu legato non mutabit diætas vel atria, non diruet & ædificabit nova *d. l. 13. §. 7.* nec si meliorem Domini causam faciat, *l. 7. in fin. l. 8. l. usufructuarius 44. eod.* Nam quod alias dicitur, posse fructuarium causam proprietarii meliorem facere, *d. l. 13. §. 4.* hoc sic temperandum est, dum id faciat, excolendo quod invenit, qualitate rei non immutata. Porro Usufructuarius

Prædii arbores grandes cædere non poteſt, *l. 11. ff. de Uſufruct.* Contra obtinet in ſylva cædua, qualis eſt, quæ in hoc habetur ut cædatur, & quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur, *l. 30. de V. S.* quam cædere licet fructuario, & vendere ligna, *l. 9. §. f. d. t.* Cui videtur contradicere, *l. 10. d. t.* quæ ex ſylva cædua tantum permittit uſufructuario cædere ramos, qui impediunt ſylvam creſcere, & pedamenta, id eſt, palos ad uſum vineæ. Ad conciliationem diſtinctione eſt opus, quæ colligitur *ex dict. fin.* cum quo continetur *l. 10.* an ſcilicet uſusfructus ſylvæ ſit legatus, an vero fundi, cui accedit ſylva; Illo caſu indiſtincte licet fructuario cædere ſylvam in ſuum uſum, etiam vendere, *dict. §. fin. verſic. niſi forte.* non habito reſpectu conſuetudinis Domini, *l. Div. ff. de Uſu.* nec etiam obſervato tempore, quo teſtator cædere ſolebat, *l. 48. fin. d. t.* Hic vero regulariter inſpiciendus modus, tam ratione quantitatis, quam temporis ipſius Domini, ut qui ſingulis trienniis aut quinquenniis tantum cædebat. *dict. l. 9. §. fin. & d. l 10.* Qualitatem utendi non tenetur obſervare uſufructuarius: nam licet ille non ſolebat vendere, ſed ipſe uti, poterit tamen etiam hic vendere. *dict. §. fin.* Quod ſi teſtator non ſolebat cædere, nec fructuario hoc licebit, niſi ramos & pedamenta, ſecundum *dict. l. 10.* ne uſusfructus illi ſit inutilis. Ut interſit, an uſusfructus ſylvæ debeatur, an vero fundi, cui accedit ſylva: illo enim caſu uſusfructus eſt pinguior. Quæ diſtinctio in marito non obtinet, cui indiſtincte licet cædere arbores, quia cum ſit loco Domini, plus illi juris eſt, quam fructuario. Arbores itaque grandes, quas vocamus non cæduas, non cædit fructuarius, nec maritus: quia non tam uteretur ſylva, quam eam deſtrueret, *dict. l. 4.* niſi quatenus neceſſitas villæ exigit. Cæduas vero ſive gremiales arbores, quæ & gremia vocantur, id eſt, tenuia ligna, quod gremio colligantur, fructuario cædere licet, ſecundum dicta *d. §. ſi fundum.* alii cremiales legunt, quod crementur. Demortuas arbores excidere fructuario datum, *l. 18. ff. de Uſufructu.* quia ad nullam rem ſunt utiles, quam ut excidantur, ne fundum onerent. Aliud juris eſt in evulſis & fundo dejectis, cedunt enim proprietario, *dict. l. 7. §. ſi fundum cui ſunt utiles.* Permiſſum tamen fructuario iis uti ad villæ refectionem, & ad comburendum, non ſimpliciter, ſed in caſu neceſſitatis, ſi aliunde ligna non ſuppetant. *l. 12. in pr. d. t.* Zoëſ. *ad ff. tit. de Uſufr. n. 16. & 17.*

Poteſt autem Uſufructuarius vel ipſe 21
utifrui prædio, vel alteri locando vel vendendo jus ſuum, & facultatem percipiendi fructus concedere, *l. 12. §. 2. d. t.* Finito autem jure uſusfructus principali, finitur etiam ab uſufructuario jus alteri conceſſum, nec proprietarius ulterius ſtare tenetur locationi, *l. 8. §. 2. de per. & comm. r. vend.* Acquiruntur fructus perceptione; 22
percipit autem naturales fructuarius, quando a ſolo ſeparati ſunt, ut ſpica aut fœno cæſo, excuſſa olea, aut a re, ut in animalibus, lana detonſa, fœtu edito. Porro licet maturis fructibus, nondum ta- 23
men perceptis, deceſſerit fructuarius, fructus ad hæredes ejus non pertinent, uſusfructus enim morte finitur. *§. 37. Inſt. d. R. D.* Donell. *l. 10. c. 9.* Jure autem 24
Saxonico in fructibus induſtrialibus, qui cultura ex terra proveniunt, aliud obtinet, ita ut ſi ager vivo uſufructuario ſatus & raſtris ſubactus fuerit, fructus etiam poſt mortem ejus provenientes ad hæredes transmittantur, *Land-Recht lib 2. Art. 58. Des Mannes Saat, die er mit ſeinem Pfluge würcket, die iſt verdienet, als die Egde darüber gehet.* Non enim jura Saxonica per- 25
ceptionis, uti fit de Jure Civili, ſed ſolius culturæ rationem habent, utrum ager ſatus & raſtris ſubactus ſit, volunt nempe pro labore mercedis loco fructus induſtriales poſſeſſori & uſufructuario cedere, quod jus per culturam acquiſitum ad hæredes transfert, etiamſi fructus percepti non fuerint. *Land-Recht Lib. 3. Art. 76. & 77.* Berlich. *P. 3. Concl. 43. n. 55.* Et 26
fallunt, qui diſpoſitionem hanc juris Saxonici ad bona feudalia reſtringunt. Nam in allodialibus bonis eam obtinere, rationis identitas pariter & textuum generalitas ſatis evincit. *in dict. Art. 76. & 77.* Hartm. Piſt. *P. 1. quæſt. 24. n. 74.* Et ita 27
reſponderunt Scabini Lipſienſes teſte Carpzovio, in cauſa *Jacobi Weidlings zu Langendorff, menſ. Julio anno 1630. Verb. ſent. Hat Hans Röder zu Langendorff einen letzten Willen aufgerichtet, und Peter Wernern daſelbſt zum Erben eingeſetzt, doch dergeſtalt, daß ſeine Haushälterin Catharina die Fruchtnieſſung ſeiner Güther auf ihr Leben haben und behalten ſolte, derer ſie ſich auch etliche Jahr lang nach einander gebrauchet, und nachdem ſie die Aecker beſtellet, und beſäet, auch die Egde*

das

das Land bestrichen, ist sie Todes verfahren, und hat ihre Erben, benebenst den heurigen erwachsenen, aber noch nicht eingeerndten, Früchten, nach sich verlassen. So hat bemeldte Usufructuaria *angeregte heurige Früchte, ob sie gleich noch zur Zeit nicht eingeerndtet seyn, auf ihre Erben gebracht, und der Eigenthums-Herr, Peter Werner, hat sich derer anzumassen nicht Fug, V. R. W.*

28 Idem dicendum de fructibus hortorum industrialibus, si horti in vita vasalli fuerint fossi, culti, sati & subacti, ut scilicet fructus inde nascentes, & ex cultura ac labore Vasalli provenientes, ut sunt rapæ, pisa, lactuca, aliaque legumina, hæredibus ejus allodialibus cedant. Matth. Coler. *part. 2. Decis. 25. 3. num. 2. & Decis. 286. num. 102.* Quod & verbis sat expressis definitum in Jure Saxonico *art. 53. vers. Und des Garten, der gerodet, gesäet und geharcket ist. lib. 2. Land-R. Et h. Const. 32. §. Also auch, da ein Garten bey des Verstorbenen Leben gerodet, gesäet, geharcket, folgen die Garten-Früchte den Erben.* Alia est causa fructuum hortorum, qui nullam hominis industriam requirunt, puta pomorum, pirorum, cerasorum, quos propter cessantem juris Saxonici rationem ad feudi successores pertinere, rectissime asserit Matth. Coler. *dict. Decis. 286. num. 111.* ex traditis Bartoli *in l. ex diverso n 5. ff.*

29 *de Rei Vendicat.* Ita Domini in causa Andreæ & Michaëlis fratrum a *Dienstädt zu Kriemeln und Quirla, Mens. April. Anno 1632. verb. sentent. Ist eures verstorbenen Bruders Sohn, Wolff Balthasar von Dienstädt, Todes verfahren, und hat euch seine Vettern und Lehns-Folgere an einem, und seine leibliche Mutter am andern Theile, zusamt einem Mann-Lehn-Guth Kriemeln, so seine Mutter bishero verwaltet, nach sich verlassen. So hat er zwar solches Lehn-Guth auf euch, als die nähesten Vettern und Lehns-Folger, gebracht und verfället, die aber auf dem Guthe vorhandene Winter-Saat, weil Zeit eures Vettern, als des Vasalli, Absterben die Ege das Land allbereit bestrichen gehabt, verbleibet Jnhalts Land-üblicher Sächsischer Rechte der Mutter, als der Land-Erbin, billig. Sowol auch die Garten-Früchte, als Ruben, Zwiebeln, Schoten, Salat, und dergleichen, dieweil zur Zeit eures Vettern, als des Vasalli, Absterben der Garten allbereit besäet und geharcket gewesen, verbleiben Jnhalts Land-üblicher Sächsischer Rechte der Mutter, als*

30 *der Land-Erbin, billig.* Similiter fructus vineæ ad hæredes usufructuarii pertinent, si maximus labor fuerit absolutus, licet nondum accesserit cura, *die Ruhr*, adeo ut si post diem Urbani (25. Maji) usufructuarius decesserit, hæredibus uvæ obveniant, quia scilicet circa istum diem cultura vineæ fere sit peracta, Richter. *Decis. 56. n. 4. 5. per dict. Art. 58. Arbeitet ein Herr oder Mann &c.* Vineæ enim fructus sive uvæ rectissime inter fructus industriales referuntur, cum nemini non constet, vineam apud nostros, si non majores, saltem non minores impensas & culturæ operas requirere. Hartm. Pistor. *P. 1. quæst. 24. n. 90.* Carpz. *P. 3. Const. 32. Def. 8.* Ita Scabini in causa Henrici a *Löberitz, Mens. Aug. Anno 1630. verb. sent. Hat euer Vetter auf seinem Lehn-Guth auch einen Weinberg nach sich verlassen, so hat er solchen Weinberg als Lehn-Guth auf euch seinen nähesten Agnaten und Mitbelehnten gebracht, und verfället, die darauf erwachsene Früchte aber des nächsten Weinwachses, dafern gedachter euer Vetter nach dem Tage Urbani gestorben, verbleiben den Land-Erben billig, auf den Fall aber derselbe vor Urbani Tag Todes verblichen wäre, hättet ihr euch derselben zugleich nebens dem Weinberge auch anzumassen; V. R. W.*

Fructus civiles, ut census & annui re- 31
ditus, defuncto usufructuario ante diem solutionis in totum postea ad proprietarium pertinent Hartm. Pist. *P. 1 qu. 25. n 8.* quia illi demum fructus civiles percepti esse intelliguntur, si dies eorum cesserit, id est, deberi incipiant; quod & præjudicio confirmat Joh. Philipp. *in Usu Pract. Inst. Lib. 2. Ecl. 16.* Incumbit vero usufructuario Prædii cautio, ut proprietario vel hæredi caveat, se usumfruiturum boni viri arbitratu, & finito usufructu possessionem Domino restiturum. *l. 1. & tot. tit. ff. Usufr. quemad. cav.* usque adeo, ut ne quidem uxor ac liberi, quibus relictus est ususfructus, ab hoc onere eximantur, *l. 1. & 4. ubi Dd. C. de Usufr.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 144. n. 16.* Carpzov. *P. 2. Const. 42. def. 7. n. 5. 6.* Onera quod spectat, te- 32
netur omnem rei curam suscipere, *l. 1. in fin. Usufr. quemadm. cav.* prædium custodiendo, reficiendo, sartum tectum servando, *l. 7. §. 2. 3. l. 64. ff. de Usufr.* Richter. *P. 1 Dec. 20.* In locum demortuarum arborum alias substituendo *l. 18. d. t.* gregem ex fœtu gregis supplendo. *§. 39. de R. D.* Non opus autem est,

capita

capita pecorum aliunde peti, si de illo grege non adnascantur aliqua, *l. 68. §. 1. ff. de jur. dot.* Præterea tenetur tributa & collectas, aliaque onera sive ordinaria, sive extraordinaria solvere, *l. 7. §. 2. de Impens. in rem dotal.* Quo etiam pertinet munus metatorum, nec non sumtus in milites inhospitatos impendendi. Tabor. *de Metat. c. 3. n. 20.* nisi fuerint immodica ipsos fructus exsuperantia. Hahn. *ad Wesenbec. Tit. de Usufr. n. 5.* quod enim ultra modum fructuum impensum, refundendum a proprietario. Carpz. *L. 1. Resp. 105. n. 12.*

33 Si quis in prædio Usufructuario gregis aut certorum quorundam capitum usumfructum habeat, & iste aut illa casu fortuito, puta militum irruptione, perimantur, Usufructuarius ad restitutionem ullius damni nullo modo tenetur, quod & in vineis, & arboribus demortuis ita obtinet, ut alias substituere debeat usufructuarius, dummodo vi tempestatis non fuerint dejectæ vel eversæ, quippe & hoc in casu ad subferendum alias non est compellendus, *l. 59. ff. de Usufr.* Philipp. *Usu. Pract. L. II. Ecl. 17.*

Finitur usufructus prædii morte usufructuarii, cohæret enim personæ, & contra naturam ususfructus est ad hæredem pervenire; *l. 3. §. f. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* Item, elapso tempore ipsi præstituto, *l. 15. ff. d. t.* aut si sit negligens & culposus in usu, aut non utendo per tempus lege definitum *l. pen. §. 1. C. de Usufr.* Item rei mutatione & interitu, *l. 5. §. f. ff. d. t.* Et denique consolidatione, vel etiam cessione Domino facta. *§. pen. Instit. de Usufruct.* 34

Ratione Ususfructus competit duplex Actio, altera confessoria, qua ususfructus constitutus petitur, altera negatoria, qua ad alterum pertinere negatur, *§. 2. Inst. de act.* Quæ videri possunt apud Interpretes, ad quos Lectorem remittimus. 35

CAPUT XXXIII.

DE PRÆDIIS DOTALIBUS.

SUMMARIA.

1. *Nonnullæ gentes mulieres indotatas duxerunt.*
2. *Quædam a Parentibus emerunt.*
3. *Lycurgi institutum.*
4. *Romani Reipublicæ interesse putabant, mulieres habere salvas dotes.*
5. *In dotem dari possunt res omnes, quarum est commercium.*
6. *Prædium feudale in dotem filiæ dari nequit.*
7. *Fœmina feudum suum in dotem dare potest.*
8. *Nullis aliis bonis extantibus debetur ex Feudo dos.*
9. *Quæ debet esse congrua.*
10. *Amplæ dotes non semper sunt familiis proficuæ.*
11. *Quale Dominium maritus in Prædio dotali consequatur.*
12. *Ad quem pertineat thesaurus in fundo dotali repertus.*
13. *Ad maritum pertinet omne emolumentum prædii dotalis.*
14. *Nec potest ad divisionem provocare, si prædium dotale sit commune.*
15. *Res dotales mobiles Maritus alienare potest.*
16. *Item prædium æstimato in dotem datum.*
17. *Alienatio prædii dotalis firma est, si uxor jurato consentiat.*
18. *Quæ solennitates requirantur ad alienationem prædii dotalis.*
19. *Maritus prædio dotali servitutem imponere non potest.*
20. *Prædium dotale non præscribitur.*
21. *Prohibitio alienationis prædii dotalis non extenditur ad alienationem necessariam.*
22. *Non tantum hæc in Uxore, sed in sponsa etiam locum habet.*
23. *Alienationis verbo venit omnis actus, per quem Dominium transfertur.*
24. *Cautela est, ut Sponsa prædium æstimato det.*
25. *Quo casu maritus caveat, ut evictio prædii nomine præstetur.*
26. *Prædium dotale si Maritus locaverit, eo mortuo vidua hac locatione stare non tenetur.*
27. *Pariter nec maritus locatione Prædii dotalis ab uxore ante nuptias facta tenetur.*
28. *Præjudicium hac de re.*

Non-

1 NOnnullas Gentes non solum mulie-
2 res indotatas duxisse, sed & eas
interdum a Parentibus magno
emisse constat. Quod Mahomet, Turca-
rum propheta, *in suis LL.* imitatus est, ita
ut Turci uxores a Parentibus emant. Hil-
liger *in Donell. Enucl. l. 3. c. 20. lit. C.*
3 Lycurgi etiam legibus, teste Plutarcho *Inst.*
Lacon. cautum erat, ut indotatæ nuberent,
4 ne pecunia, sed uxor eligeretur. Verum
hoc Lycurgi Institutum apud Romanos
haud fuit approbatum, qui dotium causam
ubique præcipuam esse judicarunt, Reipu-
blicæque interesse ad sustinenda matrimo-
nii onera, mulieres salvas habere dotes,
l. 2. ff. de Jur. Dot. Quod & moratiores
ferme omnes gentes sequuntur.
5 Quamvis vero in dotem dari possint res
omnes, quæ sunt in commercio, de qui-
bus videri DD. possunt; Nostri tamen in-
stituti est, prædia saltem dotalia perlustrare,
quæ multiplicia sese offerunt, in quibus
omnibus poterit constitui dos, nisi specia-
6 liter prohibitum sit: Prædium enim feu-
dale in dotem filiæ dari nequit, *§. donare*
7 *II. Feud. 9. & II. Feud. 52.* Attamen feu-
dum suum potest mulier in dotem consti-
tuere, non vero æstimatum; nam æstima-
tio venditionem facit. Dion. Gothofr. *ad*
II. Feud. 9. lit. m. Wurmf. *Obs. Pract. Tit.*
de Feud. Obs. 9. Neque enim hæc datio
vera alienatio est, cum jus fœminæ, præ-
sertim post *l. 30. C. de J. dot.* maneat inte-
grum, nec quicquam inde præjudicii infe-
ratur Domino, cum alias feudum fœmi-
neum a servitiis soleat esse liberum, & uti-
que per alium servitia præstari possint.
Erit autem Domini consensus procul du-
bio necessarius, si pacta de lucranda dote
interponantur, *2. Feud. 30.* Bachov. *ad*
Treutl. de Jur. dot. th. 4. lit. A. Hartm.
8 Pist. *L. 2. qu. 37.* Etsi autem per se præ-
dium feudale in dotem dari nequeat, per
text. alleg. bonis tamen hæreditariis nullis
extantibus, tam ab agnatis, quam a Do-
mino ex feudo deberi dotem, ratione æqui-
tatis est receptum, Gothofr. Anton. *Disp.*
feud. 6. th. 8. lit. 6. Carpz. *P. II. Decis. 174.*
hinc laudatus Carpzov. *Part. II. Const. 46.*
Def. 16. scribit, filias non nisi in subsi-
dium, & si hæreditas non sufficiat, ex feudo
9 educandas & dotandas esse. Dos autem
hic intelligenda est congrua, pro facultati-
bus scilicet & dignitate non solum dotan-
tis, sed & pro qualitate & conditione tam
mulieris, quam mariti, *l. 69. §. 4. l. 60. ff.*
de jur. dot. Item attento liberorum nu-
mero, Richter *de Privil. cred. Disp. 6. sect. 1.*
Ita tamen ut imprimis accurata consuetu-
dinis habeatur ratio, *arg. l. 23. l. 37. ff. de LL.*
Hinc si ea dotem legitima minorem con-
stitui velit, illius quoque standum erit Ju-
dicio, Menoch. *de arbitr. Jud. L. 2. C. 2.*
cas. 249. n. 1. 2. Nam alias cum amplæ 10
dotes amplum quoque desiderent dotali-
tium, facile fieret, ut liberi in eo consti-
tuendo nimis gravati vix paternum feu-
dum conservare possent, & proverbio illi
locus daretur: *Reiche Weiber, arme Kinder.*
Est autem dotalitium, quod vir uxori ra-
tione dotis datæ in suis bonis concedit, ut
eo, vidua facta, ad dies vitæ utatur fruatur.
Carpz. *P. 1. C. 28. D. 93.* Imprimis inter
Nobiles uxoribus ad vitæ sustentationem
constituitur, ut cum obitu earum exspiret,
de quo latius suo loco. Interim conse- 11
quitur Maritus Prædii dotalis dominium ali-
quod civile, remanet enim naturale penes
mulierem, *l. 30. C. de Jur. dot.* Quod alii
actuale vocant, siquidem maritus vindi-
care *l. 11. C. de Jur. dot. l. 11. C. de rei Vin-*
dic. potest, itemque fructus prædii dotalis
percipit, *l. 7. l. 20. C. de Jur. dot.* Quod
tamen revocabile est. Nec enim re dotali
maritus abuti debet, *l. 22. §. 8. ff. sol. matr.*
Nec thesaurum in fundo dotali inventum 12
suum in solidum facit, *l. 7. §. 12. ff. d. t.*
Et dotem soluto matrimonio restituere te-
netur, *d. t. ff. & C. sol. matr.* Hoc Do-
minium vero non absurde Dn. Carpzov.
de Jur. Fœm. Decis. 5. Pos. 3. utile vocat,
ad imitationem ejus, quod Consuetudines
Feudi Vasallo *2. Feud. 43. & alibi* attribuunt.
Sequitur exinde ad Maritum spectare 13
omnia commoda, quæ ex Prædio dotali
proveniunt, & salva rei substantia percipi
possunt, illumque vicissim ad onera ferenda
obligatum esse, *l. 7. ff. de usufr.* Pariter
ad maritum etiam pertinebunt fructus
Prædii dotalis, etiam defuncta Uxore, si
ipse agros coluerit, rastrisque subegerit,
quos dispositio Juris Saxonici *Land-Recht*
Lib. 2. Art. 58. pro cultura & labore mer-
cedis loco ipsi assignat, etiamsi eos non-
dum perceperit, quod expressis verbis de-
cisum *in art. 76.* Verb. *Stirbt aber die*
Frau nach der Saat, lib. 3. Land-Recht Art. 58.
verb. *des Mannes Saat. lib. 2. Land-Recht &*
P. 3. Const. 32. §. Gleichfalls da ein Weib
liegende Gründe hat, und verstirbet nach der
Saat-Zeit, so behält der Mann die Früchte.
Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 24. num. 77.*
Matth. Coler. *Part. 2. Decis. 286. n. 101.*
& seq. Berlich. *part. 3. Concl. 43. n. 49.* Et

tiæ si in foro Saxonico Usufructuario fructus nondum percepti post culturam agrorum peractam jure proprietatis debentur; Quidni idem assereremus de marito, qui usumfructum habet bonorum Conjugis, *art. 31. & 45. lib. 1. Land-Recht.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 2. n. 45.* Ita Scabini Lipsienses in causa *Johannis Eichhorns und Caspori Hölens zu Cölleda, Mens. April. Anno 1630.* verb. sentent. *Ist eure Schwieger-Mutter Todes verfahren, und hat ihre Kinder an einem, und ihren Ehe-Mann anderer Ehe am andern Theil, zusamt etlichen besäeten und bey ihrem Leben mit der Egde bestrichenen Aeckern nach sich verlassen, so hat sie solche Aecker auf ihre Kinder bracht und verfället, die darauf stehende Früchte aber verbleiben dem Ehe-Manne billig, und die Kinder haben an solchen Früchten keine Forderung.* Et in causa *Martini Meißners zu Roßbach, Mens. August. Anno 1596.* verb. sentent. *Ist nunmehr nach vollendeter Pacht-Zeit, und gleich nach der Saam-Zeit, als die Aecker von euch allbereit über Winter bestellet, und die Egde das Feld bestrichen, euer Ehe-Weib gestorben. So bleiben die Winter-Früchte ihres Antheils am Guthe euch, als dem Ehe-Manne, als euer erworben und erbauet Guth billig, V. R. W.* Sequitur hinc porro, quod, si maritus post factam sementationem & rastrationem agri Uxoris moriatur, fructus ex cultura hac provenientes ipsius hæredibus cedant, licet nondum percepti fuerint, nec vidua superstes una cum fundo hos petere valeat. Quia scilicet per culturam & curam maritus fructus promeruit, eorumque Dominium etiam ante perceptionem acquisivit, ex dispositione juris Saxonici *Art. 58. lib. 2. Land-Recht.* & *Art. 76. lib. 3. Land-Recht.* Defuncto itaque eo, jus hoc ad ipsius hæredes transit, quod & Usufructuarii hæredes jure sibi arrogant, uti *in Cap. præced.* dictum, Carpzov. *P. 3. Const. 32. Def. 6. & 7.* Ubi tale præjudicium refert. *Ist Bastian Köbler, euer Vater, den 6. Junii jüngsthin mit Tode abgangen, und hat unter andern Güthern etliche auf seines andern Ehe-Weibes Ländereyen, so sie ihme zubracht, noch stehende, und durch seinen Fleiß und Besaamung erbauete Winter- und Sommer-Früchte nach sich gelassen, so hat er berührte Früchte auf euch seine sämtliche Erben gebracht und verfället, und seine hinterlassene Wittwe hat sich derselbigen neben denen Ländereyen, welche sie als ihr eingebracht Guth hinweg nimmt, nicht anzumassen, V. R. W.*

Lege Julia cautum erat, ne maritus prædium dotale invita muliere alienet, ac ne ipsa quidem consentiente obliget, facilius enim adduci posse videbatur, ut consentiret in obligationem, quam alienationem, cum mulierum avaritia ægre res suas dimittat. Sed Justinianus hoc discrimen sustulit, ut hodie ne alienatio quidem ex consensu uxoris valeat, *l. un. §. & cum. L. Jul. de rei uxor. act.* Ratio est, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum convertatur, neve etiam occasio detur discordiarum, marito consensum in alienationem quandoque desiderante, uxore autem negante, *arg. l. 2. ff. de donat. int. vir. & ux.* Adeo autem 14
hæc prohibitio procedit, ut si prædium dotale uxori cum alio commune sit, non possit consortem ejus maritus ad divisionem provocare, *l. 2. C. de Fund. dotal.* quia per eam contingeret quædam alienationis species: etenim fundus posset consorti adjudicari, ejusque fieri *§. 5. & ult. de off. Jud.* Hæc legis Juliæ prohibitio 15
accipienda est de rebus soli, non etiam de rebus mobilibus in dotem datis, quas olim uti & hodie licet alienare, etiam inscia vel invita uxore, adeo ut mulier eas non possit vindicare, *l. 9. C. de Rei vindic.*
Neque etiam de prædio æstimato, quia lex 16
Julia de inæstimato loquitur, si modo maritus electionem habeat, an pretium, an vero fundum malit, quia idem est, ac si inæstimatus esset, *l. 10. §. fin. ff. de jur. dot.* Nec valebit alienatio, licet uxori utilis, nisi surrogetur in fundi dotalis locum alius fundus, nam eo ipso periculosa est alienatio uxori, quod pretium alienationi & consumtioni subsit. Brunnem. *ad l. 1. C. de fund. dot.*

Cæterum Jure Canonum, si uxor ma- 17
rito prædium dotale alienanti consentiat, eumque consensum jurisjurandi religione confirmet, alienatio rata habetur, *C. 2. de Jurej. in 6to.* De quo quamvis dubitet Harprecht *ad pr. Inst. quib. alien. lic. n. 24.* Quia factum contra legem jurejurando non firmatur, *l. 5. C. de Leg.* Et fenestra & occasio circumveniendi leges aperiretur; Tamen jus Canonicum in foro Saxonico sequimur, dummodo solennitates debitæ rite adhibeantur: I.) Ut scilicet 18
interveniat consensus utriusque conjugis, tam Mariti, quam Uxoris. II.) Ut autoritas alterius Curatoris ad istum actum ordi-

ordinati accedat. III.) Ut autoritas Magistratus, sub cujus jurisdictione bona quæ alienantur sita sunt, interveniat. IV.) Ut causæ cognitio, an utilis mulieri sit, præcedat. Pensold. *in add. ad Coler. Decis. 289. n. 209.* Carpzov. *P. 2. Const. 16. def. 1.* Schultz. *Synops. Inst. quib. alienar. lic. tit. 6.* Dissentit tamen quoad decretum & causæ cognitionem Carpz. *Lib. 5. Resp. 42. n. 15.* Ibique neque in jure fundatum, neque in praxi receptum id esse tradit.

19 Præterea nec servitutem imponere maritus prædio dotali potest, *l. 5. ff. de fund. dot.* quia hæc esset species alienationis, nec servitutem fundo dotali quæsitam amittere, quia Uxor constante matrimonio non potest agere, & præscriptionem interrumpere: Ei autem, qui agere nequit, non currit præscriptio, Cæpoll. *de*
20 *servit. Urb. Præd. c. 14. n. 10.* Ex *dicta lege 5.* colligunt insuper DD. Prædium dotale præscribi non posse, nisi præscriptio, antequam fieret dotale, fuerit cœpta & vivente marito completa, Campejus *de Dot. p. 2. qu. 75.*

21 Prohibitio autem dicta intelligenda est de alienatione voluntaria, non etiam necessaria, *l. 1. ff. h. t.* Hæc enim legibus prohibitionis non subjacet, ut in *d. l. 2. ff. h. t.* ubi a consorte maritus ultro convenitur, vel a lege aut judice decernitur alienatio. Perez. *ad Tit. C. de fund. dotal. n. 4.*
22 Nec tantum in uxore, sed etiam in sponsa obtinet, Wesenb. *ad tit. ff. de fund. dot.*
23 *n. 5.* Alienationis autem verbo hic omnis actus significatur, per quem Dominium transfertur, *l. 1. C. de fund. dot.* vel etiam aliquid de prædio diminuitur. *l. fin. C. de reb. alien. non alien.*

24 Cautelæ loco tradit Dn. Stryck. *de Pact. Dotal. Sect. III. Cap. VIII. §. 8.* ut sponsa potius prædium æstimato, quam inæstimato in dotem det, cum alias periculum rerum dotalium ad uxorem tanquam Dominam spectet, adeo ut si quid accesserit vel decesserit prædio dotali, hoc omne uxoris commodo & incommodo sit. *l. plerumque. pr. & §. 1. ff. de Jur. Dot.* Ab hoc periculo se liberabit, si sub certa æstimatione prædium in dotem dederit, sic enim dominium transit in maritum, cum pretii debitor sit effectus, *per l. quoties. 5. C. de Jur. dot.* Verum quia per hanc æstimationem maritus consequitur potestatem alienandi fundum dotalem, quod pariter Uxori nocivum esse posset, ad alienationem impediendam sponsa doti æstimatæ pactum adjicere potest de non alienando, adjecta clausula commissoria, *daß, im Fall* Maritus *von diesen ihm zugebrachten Güthern etwas veräussern würde, solte solches null und nichtig seyn.* Imo quia maritus propter æstimationem adjectam soluto matrimonio fundum dotalem retinere potest, restituta tamen æstimatione, uxori vero forte consultius, ut ipsum fundum recipiat; tunc vel hac cautela uti poterit, ut fundo æstimato in dotem dato adjiciat pactum de eodem fundo soluto matrimonio restituendo, juxta *l. 5. C. de jur. dot.* Tali enim casu æstimatio non facit perfectam venditionem, vid. Joh. Petr. Fontanella *de pact. dot. Tom. 2. Clausul. 5. Class. 8. part. 13. n. 31.* Vel quæ adhuc melior cautela est, potest mulier alternativum adjicere pactum, scilicet ut sibi competat soluto matrimonio electio, an æstimationem, an fundum repetere malit, juxta *l. fin. ff. de Jur. dot.* Alioqui marito tanquam debitori electio competeret. Id 25
quoque adhuc circa prædium inæstimato in dotem datum observandum, quod maritus hic cautus esse debeat, ut curet sibi hujus prædii nomine promitti evictionem; alioqui enim, si illud evinceretur, nullus marito contra illum, qui dotem dedit, daretur regressus, cum res talis in dotem data videatur, qualis est, seu in quantum est dantis. Aliud est, si prædium æstimato detur, ubi cum contrahatur venditio, evictionis præstatio sequitur sua sponte. Illud tamen limitandum, modo non præcesserit promissio talis prædii in dotem, vel etiam ipse pater dederit, qui, cum ipsi onus dotandi etiam sine promissione incumbat, non liberatur, si res data evincatur, Frantzk. *in comm. ff. tit. de Eviction. n. 522. seqq.*

Si maritus prædium dotale locaverit, 26
matrimonio morte mariti dissoluto, ac fundo dotali ad viduam revertente, ea locatione per maritum defunctum facta, haud stare tenebitur, *per text. in l. 25. §. f. ff. solut. matrim.* Siquidem vivente adhuc marito fundus dotalis ad viduam spectat, adeoque non jure hæreditario illum a marito consequitur, Ant. Fab. *in Cod. Lib. 4. Tit. 41. Def. 37. n. 34.* Quo & facit *Artic. 77. Lib. 3. Land-Recht, & Const. Elect. Aug. 37. P. III.* Ac sane locatio species alienationis est, *l. 1. C. de Jur. Emph. l. ult. C. de reb. alien. non alien.* Atqui in præjudicium uxoris

uxoris maritus fundum dotalem neutiquam alienare potest. §. *1. Inst. quib. alien. lic.*
27 *vel non.* Pariter in casu converso, si mulier fundum locaverit, eumque postea in dotem dederit, nec maritum hac locatione, per uxorem ante dotis constitutionem facta, teneri tradit Campej. *de dot. P. 2. qu. 23.* Nec habet conductor, quod de ullo damno conqueri possit, siquidem liberum ipsi est, hæredes mariti convenire ad interesse, quod ex fundo conducto, si eo usque ad finem locationis uti licuisset, perceptum erat, *l. 25. §. ult. ff. solut. matrim.* præsertim cum ex ea causa frui conductor prohibeatur, quam locator contractus tempore & scire potuerat, & præmonere ex bona fide debuerat, *arg. l. 39. ff. de act. emt.*
28 *l. 9. §. 1. ff. locat. conduct.* Quod præjudicio confirmat Carpz. *P. III. Constit. 37. Def. 2. & 3.* Ita respondentibus Dn. Scabinis Lipsiensibus in causa Bern. *Geißlers zu Queiß. Mens. Febr. Anno 1628. Hat euch Marcus Liebold sein Haus, so er mit seinem Weibe überkommen, auf 6. Jahr lang um einen gewissen Zinß Mieth-weise eingethan, nachdem aber derselbe Todes verfahren, ist seine hinterlassene Wittwe das Haus selbsten zu beziehen gemeynet. Ob nun wol sonsten auch auf Sächsischen Boden des* Locatoris *Erben die Miethe auszuhalten verpflichtet seyn, und dergleichen Contract beyderseits Erben verbindet, dieweil aber dennoch bemeldte Wittib disfalls nicht ihres Mannes Erbin worden, sondern allbereit bey seinem Leben das Dominium an solchem Hause gehabt, der Mann auch, als* Usufructuarius *dasselbe weiter nicht, als auf sein Leben, und so fern ihm die Frucht-Niessung zugestanden, vermiethen können, so mag auch gedachte Wittib, den von ihrem Manne geschlossenen Mieth-Contract auszuhalten, nicht gedrungen werden, sondern ihr seyd ihr das Haus zu räumen schuldig. Es ist euch aber derohalben des* Locatoris *Erben* ad interesse *zu belangen unbenommen, V. R. W.*

CAPUT XXXIV.

DE PRÆDIIS PARAPHERNALIBUS.

SUMMARIA.

1. *Paraphernalia unde dicta?*
2. *Eorum Exemplum.*
3. *Quid sint?*
4. *Bona Paraphernalia Uxor communicat Marito.*
5. *Qui eorum administrator est.*
6. *De Jure Saxonico Maritus eorum habet Usumfructum.*
7. *Maritus agit in Judicio super Paraphernalibus.*
8. *Itemque appellat.*
9. *Quid juris in pretio ex Prædio Paraphernali vendito?*
10. *Si marito administratio rei Paraphernalis non commissa, tunc nihil lucratur.*
11. *Quomodo bona Paraphernalia differant a dotalibus?*
12. *Ob Paraphernalia mulier non habet privilegium prælationis in bonis obærati Mariti.*
13. *Habet tamen tacitam Hypothecam.*
14. *Si bona Paraphernalia extent, mulieri restitui debent.*
15. *Quæ pro bonis Paraphernalibus habeantur?*
16. *Bona in dubio pro Paraphernalibus, non dotalibus habentur.*
17. *Ut mulier possit bona Paraphernalia ex bonis mariti repetere, requiritur, ut sint ejus administrationi commissa.*
18. *Quod per patris assertionem non probatur.*
19. *Tacita Hypotheca quando competat?*
20. *Competit a tempore illationis.*
21. *In dubio idem de Paraphernalibus, quod de dotalibus statuendum.*
22. *Maritus rebus Paraphernalibus eandem custodiam, quam suis adhibere debet.*
23. *Bona Paraphernalia possunt constante matrimonio repeti.*
24. *Quando Maritus & Uxor Prædium Paraphernale vendunt, & pretium in uno Instrumento se accepisse fatentur, quid juris?*
25. *Si maritus onera de prædio Paraphernali non solvat, uxor post ejus mortem ad illa solvenda adigi nequit.*
26. *De Jure Saxonico Maritus Uxoris adulteræ non tantum dotem, sed etiam bona Paraphernalia lucratur.*

Para-

1 PAraphernalia, a Græco παρά. quod eſt præter, & φέρνη, dos, nomen habent. Ac intelliguntur ea bona, quæ præter dotis cauſam viris deferuntur. Germani *Neben-Güther, zugebracht Guth,* Galli
2 vero peculium appellant. Exemplum apud Livium extat *Lib. 26.* de Scipione Africano, qui capta Carthagine virginem nobilem Allucio adoleſcenti Celtiberorum Principi deſponſatam reddidit, ut pecuniam ad illam redimendam a parentibus allatam adjiceret: ſuper dotem, inquiens, quam accepturus a ſocero es, hæc tibi a me dotalia dona accedant, aurumque tollere ac ſibi habere juſſit. Et Cic. *Philip. XII.* His quaſi præter dotem, quam in Civilibus malis acceperunt, agrum Campanum eſt largitus Antonius.

3 Bona autem Paraphernalia dicuntur, quæ mulier ultra dotem in domum viri infert, quorum dominium penes ipſam remanet regulariter, adminiſtratio tamen aliquando tacite vel expreſſe per eam marito conceditur, *l. fin. C. de Pact. convent.* Dell
4 Caſtillo *de Uſufructu cap. 4. n. 16.* Quemadmodum igitur maritus uxori bona ſua ad uſum communem communicat, ita & uxor ſua bona extra dotem ſive Prædia
5 paraphernalia communicat marito. Et hic eſt legitimus eorum adminiſtrator,
6 Imo de jure Saxonico maritus habet uſumfructum bonorum paraphernalium uxoris, quod ſecus eſt de jure Civili. Carpzov. *P. 4. Conſt. 21. def. 1. n. 7.* Uxor tamen
7 dominium eorum retinet. Maritus vero ſuper iis agit in judicio ſine mandato, *l. 21.*
8 *C. de Procurat.* Itemque appellat, tanquam conjuncta perſona. Eberh. Fabr.
9 *Lib. 1. Obſ. 133. ſect. 1.* Si igitur Prædium uxore conſentiente vendat & pretium exigat, illud uxori debet reſervare, vel volente uxore expendere. Uſuras vero in ſuam & uxoris utilitatem vertere. Si qui autem fructus prædii extent nondum conſumti, vel etiam aliqui non in communem, ſed ſolam mariti utilitatem ab eo converſi ſint, *v. gr.* ad ſolvendum æs ejus alienum, ad eorum reſtitutionem aut pretii ſolutionem tenebitur. Mevius *ad Jus Lubec. L. 1. Tit. 5. pr. n. 12.*

10 Similiter ſi marito rei paraphernalis cuſtodia neque expreſſe, neque per manifeſtam patientiam, nec adminiſtratio, nec uſus conceſſus, ſequitur eum exinde nihil lucrari, ſed ſi quid perceperit, eum inſundere teneri, *per l. 9. §. ſ. ff. de Jur. dot.* Brunnem. *ad l. 8. C. Pact. convent.* Decreverunt enim Theodoſius & Valentinianus prohibente uxore virum ſe paraphernis immiſcere non poſſe, *l. 8. C. de Pact. Convent.* Wiſſenb. *ad d. l.* Quod 11
ſecus eſt in prædiis dotalibus. Differunt etiam in aliis bona Paraphernalia a Dotalibus; in dotalibus enim bonis Mulieribus privilegium prælationis conceſſum eſt in bonis mariti obærati, propter favorem dotium; Quod privilegium ad bona Para- 12
phernalia extendendum non eſt. Nec horum ratione mulier anterioribus tacitis hypothecis præferri debet. Quantumvis 13
conceſſerim jus tacitæ ſaltem hypothecæ etiam quoad bona paraphernalia mulieri competere, cujus vigore poſterioribus creditoribus ſive expreſſis, ſive tacitis præferenda eſt, prout diſerte ſancitum ab Electore Illuſtriſſimo *in Ordin. proceſſ. Judic. tit. 43. §. Was aber die Ehe-Weiber.* Plane 14
ſi bona paraphernalia etiamnum extent, nec conſumpta fuerint, quin uxori præ omnibus aliis creditoribus reſtitui debeant, dubium prorſus non eſt, *dict. tit. 43. §. Was aber die Ehe-Weiber. verſ. Es wäre dann:* non quidem ex privilegio prælationis, ſed dominii jure, quo repetens bona ſua præfertur etiam privilegiatis, ut mercedi famulorum, & ſumptibus funeris &c. *Ord. Proc. Jud. tit. 42. in pr. verſ. Desgleichen wenn etwa ein Weib.*

Pro bonis vero Paraphernalibus, non 15
dotalibus habentur, quæ extra cauſam dotis poſt matrimonium contractum mariti bonis inferuntur, ſi ſcilicet nulla dotis conſtituendæ præſumtio vel conjectura appareat, nec de eo quicquam dictum fuerit. Veluti ſi per hæreditatem uxori fuerint acquiſita. Nempe quod in dubio bona pro 16
paraphernalibus, non dotalibus habeantur, Gail. *Lib. 2. Obſerv. 82.* Carpz. *P. 1. C. 28. D. 89.* Ad repetendum vero ex bonis ma- 17
riti paraphernalia uxoris non ſufficit illa uxorem conſtante matrimonio accepiſſe, habuiſſe, aut domum mariti intuliſſe, ſed neceſſe eſt docere, ab uxore marito ad uſum vel adminiſtrationem concredita, & a marito ſic illa recepta fuiſſe. Ex hoc ſolum maritus fit debitor Paraphernalium, *l. fin. C. de Pact. Convent.* ibi Gloſſ. & DD. Mev. *P. II. Dec. 229.* Patris autem de acceptis 18
uxoris paraphernalibus bonis, & a marito in uſus ſuos converſis confeſſio ad probationem illationis in præjudicium aliorum creditorum ad deferendum juramentum ſuppletorium non ſufficit: cui non eſt locus, niſi ubi teſtis omni exceptione majoris

testimonium adest. Qualis pater minime habetur, *l. 4. de test. l. 6. C. eod. Mev. P. 7. Dec. 41.*

19 Tacita vero Hypotheca, quæ competit mulieri ob Paraphernalia in bonis mariti, non competit a die nuptiarum, sed a tempore eo, quo exegit, *per l. 8. C. de pact. convent.* Carpzov. *P. 2. Const. 24. Def. 3.* Richter. *de Privileg. Credit. Disp. 6. p. m. 169.*

20 Vel a tempore illationis bonorum. Melon. *P. 2. de Jur. Prælat. Tit. 5. §. 3.* Coll. Arg. *in quib. caus. pign. th. 5. ibi:* Bonis Paraphernalibus in domum mariti importatis, Carpzov. *Part. 2. Const. 24. Def. 3.* Gutier. *Part. 1. de Juram. confirm. c. 46. n. 2.* ibi, cum Maritus acceperit illa bona Paraphernalia, obligantur ejus bona, & non antea. Bauvot. *aux arrests notables in tit. H. Verb. Hypotheque, quæst. 1.* Argentr. *ad Consuetud. Britann. art. 410. Gloss. 3. num. 5.* ubi sic judicatum refert per textum expressum, *C. 6. §. ult. C. de bon. quæ lib.*

21 Et facit ratio, quod juxta plerorumque hypothesin idem in dubio dicendum veniat in paraphernalibus quod in dotalibus, nisi diserte aliud expressum deprehendatur. Herman. Meyrer. *lib. 2. de præfer. Cred. tit. 5. num. penult.* Wesenb. *1. consil. 63. num. 5.* ubi ait: hypothecam istam paraphernalium tacitam cum actione dotis ambulare active & passive. Iterumque *consil. 176. n. 15.* Jam autem in dote tempus illationis spectatur, & initi matrimonii, Rodriquez *de Concurs. Credit. part. 1. motiv. 1. num. 26.* Sichard. *ad l. 10. num. 33. C. qui pot. in pignore.* Georg. Schultz. *Inst. de actionib. lit. V.* Carpzov. *2. Const. 24. Def. 1.* Lambert. Govis *Adversar. C. 2. c. & in Paraphernalibus.* Nec obstat, quod jus tacitæ hypothecæ computandum sit a tempore alienationis, propter *l. ult. ibi.* habent hypothecam contra res mariti, ex quo pecunias ille exegit. *C. de pact. Convent.* Sed hic textus loquitur de casu speciali, quo uxor nomina sua constante matrimonio marito commisit, ut loco paraphernorum apud maritum sint, Giphan. *ad dict. loc.* quo casu non potest aliter constitui tacita hypotheca, nisi postquam nomina exegerit, neque enim antea potuerunt administrari. Cui explicationi hactenus alii quoque assurgunt, vide Besold. *l. 3. delibat. qu. 19. vers. hoc quidem negari non potest.* Item *part. 4. consil. 191. num. 8* ubi hanc *l. ult.* sic inducit, quod bona paraphernaliorum jure tum censeantur, quandocunque constat de traditione marito facta. Plura Tabor *allegato loco. Ex dicta lege 8. C. de pact. convent.* DD. præterea colligunt, Ma- 22
ritum eam custodiam rebus Paraphernalibus adhibere debere, quam suis rebus adhibet, per verba textus manifesta. Sed hæc ita, si mulier consentiat, ut maritus administret, *d. l. fin. vers. ante enim habeat &c.* Secus si prohibeat *per l. 8.* Ubi ratio dubitandi in *vers.* quamvis enim bonum: Et ratio decidendi in *vers.* Attamen quoniam, &c. Nam quod maritus sine mandato agere possit, hæc est ratio, quod præsumatur consensus uxoris, si marito agenti instrumenta tradiderit, Gail. *lib. 1. Obs. 133. n. 3.* Sed ubi dissensus est manifestus, præsumptio excluditur. Ex 23
hac lege 8. porro colligitur, Paraphernalia bona etiam constante matrimonio repeti, licet maritus ad inopiam non vergat. Bald. *in l. 29. C. de Jure dot. num. 27.* Menoch. *Cons. 56. n. 9.* Petr. Barb. *in l. 1. p. 1. num. 30. ff. solut. matrim.*

Quando Maritus & Uxor prædium pa- 24
raphernale in uno Instrumento vendunt, & pretium se accepisse fatentur, non tantum dimidiam, sed totam summam uxor repetere potest, Berlich. *P. 2. Decis. 226.* Quamvis enim pretium communiter ac æqualiter accepisse præsumantur, uti tradit Ant. de Gamma *Decis. 227. per text. in l. 11. § 1. ff. de duob. reis. l. 164. §. 1. sub fin. ff. de V. S.* quia ubi in perceptione pretii non fuit dictum, quod in solidum maritus perceperit, intelligitur quod quilibet pro parte receperit: ac inter eos generetur quædam societas, *l. 1. ff. rer. amot. l. 2. C. eod.* Ergo videntur inter se pretium communicare, *l. 38. ff. de condict. indeb.* His tamen non obstantibus dicendum, quod uxor vel ejus hæredes totum pretium repetere possint, vid. Berlich. *P. 2. Dec. 183. & DD. ibi citatos.* Quia maritus videtur totum pretium recepisse, nec commode potuisse uxorem voluntati ipsius resistere, Matth. de Afflict. *Decis. 209. n. 3.* & talis confessio in gratiam mariti facta censetur. In dubio etiam semper videtur mulier adhibita, ut intercederet pro marito, Panorm. *Cons. 44. n. 1. in f.* Quod maxime procedit in foro Saxonico, ubi maritus lucratur usumfructum dotis & aliorum bonorum illatorum, *Land-Recht Lib. 1. Art. 31. & 45.* Wesenb. *ad ff. de jur. dot. n. 11.* Hinc cautelæ loco tradit Berl. *d. l.* quod contrahens vel creditor mutuo dans pecuniam, debeat esse curiosus, ut pecu-

pecunia effectualiter perveniat ad mulierem.

25 Si maritus in vita sua tributa, collectas, & alia onera de prædio paraphernali uxoris non solvat, tunc uxor mortuo marito ad ea solvenda adigi nequit. Sed hæredes mariti & communitas civitatis sibi debet imputare, quod in vita mariti ea non exegerint, *per l. 7. post princ. C. de Cens.* Gothofr. *in l. 36. verb. placuit ff. de censib.* Maritus enim in vita sua de bonis paraphernalibus fructus percipit, Berlich. *P. 2. Dec. 278. n. 4.* ergo & onera ferre tenetur. *C. qui sentit. d. R. J. in 6to. l. 10. §. 3. C. de furt.* Cum onus fructuum hæc impendia sint. *l. 13. in f. de impens. in res dot. fact.* Et hæc onera non solum Emphyteuta & Vasallus, sed etiam Usufructuarius fert. Quod extenditur sive onera & tributa nove imponantur post usumfructum constitutum vel matrimonium contractum, sive etiam sint extraordinaria, insolita & inconsueta, ut quæ tempore belli indicuntur. Berlich. *d. Decis. 278.*

De jure denique Saxonico certum est, 26 maritum uxoris adulteræ non tantum dotem, sed etiam bona Paraphernalia lucrari, Berlich. *P. 4. Concl. 29. n. 19.* Quod tamen de mobilibus saltem intelligendum. Nam si mulier habeat immobilia sive prædia dotalia, sive Paraphernalia, ea ex dispositione juris Saxonici non ad maritum, sed ad liberos aliosve hæredes transeunt, neque ex facto & delicto mulieris ipsis sunt auferenda, Carpz. *P. 4. Const. 21. Definit. 1.*

CAPUT XXXV.

DE PRÆDIIS DOTALITIIS.

SUMMARIA.

1. *Dotalitium dicitur & Vitalitium.*
2. *Tempore Julii Cæsaris jam erat cognitum.*
3. *Apud multos populos usu receptum.*
4. *Ratio introductionis.*
5. *Convenit dotalitium cum quarta Uxori debita.*
6. *Indecorum est maritis viduas eorum in paupertate vivere.*
7. *Dos mulierum in mobilibus consistens facile potest consumi.*
8. *Quid mulieres de jure Saxonico mortuo marito consequantur?*
9. *Dotalitium quid sit?*
10. *Quomodo differat a dote?*
11. *Quomodo a donatione Morgengabica.*
12. *Quomodo a bonis Paraphernalibus.*
13. *Quomodo a sponsalitia largitate.*
14. *Quomodo a donatione propter nuptias.*
15. *Vidua plus juris in dotalitio habet, quam simplex usufructuaria.*
16. *Quantitas dotalitii.*
17. *Quantitas dotalitii secundum Berlichium est dos duplicata.*
18. *Communiter in his terris usuræ dotis quadruplicantur.*
19. *Dotalitii quantitas per pacta potest extendi & minui.*
20. *Dotalitium proprie in Allodialibus constituitur.*
21. *Communi usu invaluit in Imperio Romano-Germanico, ut etiam dotalitium in Feudalibus constituatur.*
22. *Dotalitium etiam in bonis avitis & Fideicommisso subjectis decerni potest.*
23. *Quando dotalitium in bonis feudalibus constituitur & modus consuetus observatur, tunc agnatorum consensus non est necessarius.*
24. *Dotalitium tanquam feudale onus marito mortuo hæredes feudales constituere obligati sunt.*
25. *Domini consensus tamen necessarius est.*
26. *Cautela quando consensus Domini non statim potest impetrari.*
27. *Nec Dominus feudi hoc onus feudale potest detrectare.*
28. *Si uxor dotem repetere malit, ipsi denegandum non est.*
29. *Nisi dotalitium semel acceptaverit.*
30. *Sicuti ei nec regressus ad dotalitium conceditur, si dotem semel repetiit.*
31. *Non aliter viduæ dotalitium præstandum, nisi dotem vere intulerit.*
32. *Quomodo mulier hoc probet?*
33. *Sola mariti confessio mulierem ab onere probandi non relevat.*
34. *Prædii Dotalitii Ususfructus post mortem mariti uxori demum competit.*

35. *Mu-*

35. *Mulier tanquam usufructuaria cautionem præstare compellitur.*
36. *Dotalitium non tantum in immobilibus & reditibus annuis, sed etiam mobilibus consistere potest.*
37. *Quod jus mulieri in dotalitio competat?*
38. *Competunt ei omnia emolumenta ex prædio dotalitio.*
39. *Item Laudemia, jus patronatus & mulctæ.*
40. *Ut & metallifodinæ, Lapidicinæ.*
41. *Quatenus vidua ligna cædere possit?*
42. *Non debet mutare agri formam.*
43. *Idem dicendum in voluptuariis.*
44. *Tenetur etiam vidua ex negligentia vel culpa.*
45. *Quæ reparatio ipsi incumbat.*
46. *Dotalitium finitur morte viduæ.*
47. *Non tamen per ingressum monasterii.*
48. *Quo casu monasterium dotalitii usumfructum recipit.*
49. *Non amittit dotalitium, si ad secundas nuptias transierit.*
50. *Malitiosa tamen desertione dotalitio privatur.*
51. *Dummodo desertio fiat absque justa causa.*
52. *Et reconciliatio non fuerit subsecuta.*
53. *Amittit etiam dotalitium, si adulterium commiserit.*
54. *Item si dotalitium deterioraverit.*
55. *Fructus dotalitii mulier consequitur, si culturam fecit, agrumque rastris subegit.*
56. *Consequitur uxor dotalitium, licet prima nuptiarum die vidua fuerit facta.*
57. *Cautela quædam est, ut restringatur dotalitium usque ad tempus secundarum nuptiarum.*

1 DOtalitium, quod & Dotarium, Vitalitium, Gallis doaire, Germanis *Ein Leib-Geding, Witthum,* dicitur, apud Germaniæ & Galliæ populos jam
2 olim usu receptum. De Gallis enim Julius Cæsar *lib. 6. de Bell. Gallic.* Viri, *inquit,* quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantum ex suis bonis, æstimatione facta, cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, fructusque servantur, uter eorum vita superaverit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Non admodum dissimilia de Germanis tradit Cornelius Tacitus *de morib. German.* Dotem, *ait,* non uxor ma-
3 rito, sed uxori maritus affert. Qui modus prospiciendi uxoribus & viduis non tantum per Germaniam, sed per totam ferme Europam, ubi Germani victricia arma circumtulerunt, in viridi est observantia, præcipue inter Illustres & Nobiles personas. Expressa quoque in Siculis Constitutionibus fit dotarii mentio inter eos Nobiles, qui jure Francorum vivunt, *Const.*
4 *Regn. Sicil. de Dotario Tit. 16. Lib. 3.* Et quidem æquissimis ex causis dotalitium est introductum. Sicuti enim jure communi uxor defuncto marito ex constitutione Justiniani, extantibus tribus aut paucioribus liberis, quartam omnium mariti bonorum obtinet pro alimentis, ne inopia in opprobrium mariti laboraret, ita tamen ut vidua usumfructum solum haberet, dominium vero seu proprietas liberis integra servaretur, qui ex ipso matrimonio præcesserant, Auth. Præter. *C. unde Vir & Ux.* Anton. Tessaur. *Decis. 61.* Ad exemplum igitur 5
hujus constitutionis, inter Principes aliasve Illustres personas & Nobiles, antiquissimo usu invaluit, ut Maritus in die Nuptiarum Uxori suæ in casu, quo supervixerit, certa bona, ut Prædia vel castra, assignaret pro Dotalitio, quo ex eorum reditibus, quamdiu in viduitate permanet, alimenta dignitati suæ convenientia percipiat. Unde clarescit, quod Dotalitium hoc maxime cum quarta Uxori ex bonis mariti debita conveniat. Joan. Bessian. *ad Consuet. Averniæ cap. 13. art. 11.* Quod bene consideravit Autor Speculi Suevici *art. 299.* dum
sanxit, *das ist davon gesetzt, daß die Frauen um Guth nicht arbeiten mögen, als die Mann, und auch darumb, daß es den Frauen wirs (i. e. übel) anstad, daß sy sollen nach dem Allmusen gen, denn den Mannen, Schwaben-* 6
Spiegel d. l. Aliam rationem constituendi dotalitii adfert Petr. Rebuffus *de Sent. provis. Art. 1. Gloss. 3. p. 2.* Nempe dotarium eo esse inventum in patria sua, quod cum mulier marito det bona mobilia vel pecuniam numeratam in dotem, ac maritus eam durante matrimonio facillime consumere possit, ac mulier eo mortuo nullam haberet dotem, unde consuetudo hoc invenit, ut mulier habeat dimidiam partem bonorum mariti pro Dotario consue- 7
tudinario. In Germaniæ plerisque locis atque iis potissimum, quæ jure Saxonico reguntur, peculiari quadam & a juris communis dispositione separata ratione, multis retro seculis obtinuit, ut viduis Illustribus, 8

Nobili-

Nobilibus ac Civium opulentiorum, præsertim si feuda possideant, præter alia lucra emolumentaque nuptialia non jure hæreditario, sed speciali, tam legis provisione, quam usu inveterato capienda, Geradam puta, Morgengabam, cibariaque domestica, annui quoque reditus in bonis maritorum adsignentur. De quibus scilicet soluto per mortem maritorum matrimonio, suos victus suasque alimonias eo melius consequi ac tueri honorem pristini conjugii possint. Henel. *de dotal. Cap. 1. §. 1.*

9 Est autem dotalitium, jus quod maritus uxori suæ ratione dotis datæ in prædio aut certis reditibus plerumque ad duplum constitutis concedit, ut eo vidua facta ad dies
10 vitæ utatur fruatur. Differt igitur I. Dotalitium a Dote, quod Dos ab uxore ad sustinenda matrimonii onera adferatur, *l. 7. l. 75. & seq. ff. de jur. Dot.* Ac marito mortuo, ab uxore actione rei dotalis vindicetur, juxta *t. t. C. de act. rei Dotal.* Unde dos proprium ipsius uxoris vel filiæ dicitur, *in l. 3. §. sed utrum. in fin. ff. de minor.* Carol. Molin. *Consil. 52. n. 24.* Dotalitium vero a marito uxori constituitur, ut ea vidua facta dotalitio ad dies vitæ fruatur.
11 Argentræus *Art. 433. Gloss. 1. num. 3.* Differt II. a Donatione Morgengabica, quam nos Germanice *Morgengabe* vocamus, cum illa sit munus nuptiale & matutinum, quod maritus uxori altera die nuptiarum in præmium ereptæ virginitatis offert. Carol. Molin. *Consil. 52. num. 34.* Germanice ita edicimus, *so der Bräutigam nach beschlagener Decken der Braut an Geld, Ketten oder Kleinodien giebt,* Besold. *in Thesaur. Pract. Lit. M.* verbo *Morgengab.* Dotalitium vero regulariter ante nuptias definitur & constituitur, ut uxori viduæ factæ pro convenienti dignitati suæ sustentatione inser-
12 viat. Differt III. a bonis Paraphernalibus, in eo, quod paraphernalia ea dicantur bona, quæ uxor ad maritum præter caussam dotis affert, quales sunt res Uxoris extra dotem constitutæ, vel quas uxor in domo mariti in proprio usu habet secundum Ulpian. *in l. 9. §. 2. ff. de Jur. dot. l. fin. C. de Pact. Convent.* Unde etiam bona Extradotalia a quibusdam vocantur. Vide præcipue Borgnin. Cavalcan. *Decis. 26. num. 49. part. 3.* Petr. Fontanella *de pact. dotal. Clauss. 6. gloss. 2. part. 8. num. 7. & seq.* Dotalitium vero in propriis bonis Uxori viduæ effectæ maritus attribuit, Nicol. Everhard. *Consil. 49. num. 19. & sqq. Vol. 1.*
13 Differt porro IV. Dotalitium a sponsalitia largitate, in eo, quod Dotalitium ad exemplum dotis sine nuptiis nec fit, nec esse possit, *l. 68. ff. de Jure Dot.* Anton. Fab. *in Codic. tit. de jur. dot.* passim. Sponsalitia autem largitas futuri tantum matrimonii intuitu peragitur. *Nov. 119. C. 18.* Bocer. *de donat. c. 7.* Quamvis præterea V. do- 14
talitium etiam donatio propter nuptias dicatur, sicuti Dotalitium pari privilegio tacitæ hypothecæ gaudeat, Neguzant. *de pignor. part. 2. memb. 4. num. 47 & seqq.* multis tamen qualitatibus ab eodem differt. Siquidem donatio propter nuptias dotem regulariter æquat. *Novell. 97. cap. 1. & 2.* unde vulgo dicitur *die Wiederlag,* Besold. *in Thesaur. Pract. lit. W.* verb. *Wiederlag.* Ac sicut Dotis dominium ad maritum transit, *l. pen. C. de jur. dot.* Ita quoque rerum propter nuptias donatarum in uxorem transfertur, *Auth. permissa. C. de donat. propt. nupt.* Wesenb. *in Paratit. tit. de Jur. dot. num. 11.* Quæ tamen omnia in dotalitio rite constituto aliter se habent. Vid. Carpzov. *in Jurispr. forens. part. 1. Constit. 28. definit. 93. num. 5. & seqq.* Plus 15
quoque juris viduam in dotalitio habere, quam simplicem Usufructuariam, tradit Andr. de Isernia *ad constit. Sicul. Lib. 3. tit. 16. in rubr. a princ.* Cum vidua Dotalitium non simplicis Ususfructus jure, sed magis instar Dominii temporarii seu utilis habeat, uti contendit Nicol. Everhard. Præses, *Consil 217. num. 6.* Adeo, ut dotalitium impropria prorsus donatio vocetur, quod magis veri contractus seu conventionis, quam veræ Donationis naturam sapiat, *per text. clar. in l. fin. in pr. vers. quiaque antipherna* & in *fin. pr. & §. simplices. C. de donat. ant. nupt. Nov. 119. C. 1.* Henric. Neuenh. *Tract. de Jurib. viduit. m. 3 sect. 6.* Myler. *in Gamolog. C. X. num. 7. & 8.*

Quantitas dotalitii pro diversitate Re- 16
gionum populorumque variat. In quibusdam enim locis dimidia pars omnium Vasalli bonorum existit, ut in Britannia, Galliæ Provincia, item Lotharingiæ Ducatu. In quibusdam tertia, ut in Regno
Neapolitano Siciliæque. In Imperio Ro- 17
mano-Germanico usu receptum, Dotalitii modum esse dotem duplicatam, seu ut ususfructus duplicatus ejus, quod dotis nomine illatum est, constituatur, veluti 10. pro 100. vel 100. pro 1000. statuit Berl. *P. 2. Concl. 50. n. 44.* Et moribus etiam Saxoniæ observari, veluti, si mulier Nobili marito quingentos aureos pro dote adferat,

eidem Maritus dotalitium mille florenorum ad dies vitæ post mortem mariti fruendum, atque dotem ita duplicatam constituit, tradit Hier. Schurf. *Centur. 3.*
18 *Consil. 51.* Verum hac ratione magis donatio propter nuptias, quam dotalitium erit. Nam si proprie dotalitium esset, & dos in feudo remanere debet, necessum est, ut duplicatæ usuræ hoc modo computentur, si prius doti tanta quantitas addita, quanta per donationem propter nuptias constitui solet, & tunc demum hujus dotis ita duplicatæ præstentur usuræ, quæ revera quadruplicatæ sunt, e. g. pro centum 20. solvuntur. Hartm. Pistor. *P. 1. quæst. 4. n. 1.* Carpzov. *P. 2. l. 42. D. 2.* Ita Scabini Lipsienses in causa *Volckmar Hildebrands zu Zehmen Anno 1656. Hat euer Vetter, George Ernst von Zehmen, als er sich Anno 1591. mit Magdalenen Blanckin zu Wahren verehlichet, eine Ehe-Stifftung aufgerichtet, darinnen unter andern ihr, der Blanckin, gegen 1000. Fl. Mitgifft 2000. Fl. jährlichen, dem Sächsischen Landes-Gebrauch nach, mit 200. Fl. zu verzinsen, zum Leib-Gedinge verordnet worden &c.* qui modus dotalitii in his terris & usitatissimus, eumque etiam in Marchia Brandenburgensi observari testatur Dn. Stryck. *de Cautel.*
19 *contract. Sect. 3. c. 8.* Dubium tamen non est, hanc dotalitii quantitatem ex consensu partium dependere, ut ita quantitas dotalitii per pacta extendi & minui possit, quibus pactis postea standum. Cum provisio hominis faciat cessare provisionem legis, *Constit. Elect. Aug. 42. P. 2. verb. Da aber gewisse Pacta und Vereinigungen aufgerichtet, dieselbigen müssen zuförderst in acht genommen, und darauf gesprochen werden.* Necesse igitur est ad conservandas familias Nobiles vel Illustres, ut hæc libertas constituendi dotalitium temperetur, & in divisione Feudorum pacto se invicem constringant, de dotalitio non ultra certam quantitatem constituendo, *daß keiner befugt seyn solle, künfftig seine Ehe-Liebste höher, als bis auf 6000. Thaler zu verleibdingen.* Qualia pacta in Familiis Comitum de Mansfeld & de Promnitz extare testatur Myler. *d. l. c. 12. n. 12.*

20 Constituitur autem dotalitium proprie in Allodialibus. *Land-Recht lib. 3. Art. 75. Ein eigen ist rechte Leib-Zucht der Frauen.* Ac secundum jus commune facilius toleratur & perficitur Donatio in allodialibus, quam feudalibus, secundum *§. donare, ubi* *Alvarott. & Feudist. 2. Feud. 9.* Communi 21
tamen Imperii Romani usu receptum est, ut dotalitium Uxoribus indiscriminatim tam in prædiis allodialibus, quam feudalibus constituatur, *arg. cap. ex parte X. de for. compet.* Hieron. Schurf. *Cons. 51. Cent. 3.* De qua consuetudine testatur Modestinus Pistoris *Consil. 11. n. 25. Vol. 2. verb. Aus altem Herkommen und Gebrauch durch gantz Deutschland, lieget das* Onus dotalitii *dem Lehn auf von wegen des, daß dagegen das Ehe-Geld ins Lehn und zu Besserung desselben gewendet.* Qui enim sentit commodum, debet etiam ferre onus. Hancque consuetudinem in Saxonia observari, expresse tradit Hartm. Pistor. *L. 1. qu. 4. n. 6.*
Imo dotalitium in bonis quoque avitis, *in* 22
den Stamm-Güthern ac fideicommisso subjectis recte decerni, præsertim si aliunde vix supersit, unde constitui possit, tradit Matth. Coler. *Decis. 15. n. 18.* Et quidem ex hac ratione, quia res restitutioni subjecta, aut alioquin alienari prohibita, ob dotis constitutionem aut propter nuptias donationem, alienari vel obligari potest, pro modo facultatum & dignitate personæ, per *Nov. 39. c. 19.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 9. n. 6.* Præsertim si dos ad Patrem vel hæredem reversura sit, Knipschild *de bon. famil. c. 11. n. 78.* quod etiam fit in dotalitio. Et quamvis regulariter Agnati 23
ex facto defuncti successoris in feudo non tenentur, neque ipsis invitis ratione feudi onus aliquod a defuncto injungi potest, *c. 1. pr. de alien. feud. patern. C. 1. pr. de success. feud.* Attamen quando in constituendo dotalitio modus usu introductus fuerit observatus, dosque realiter ab uxore in feudum illata, agnatorum consensus non æque exigitur, Dn. Stryck. *de Cautel. Contract. Sect. 3. c. 8. §. 32.* Quod certe 24
mirum non est, quum dotalitii constitutio sit feudale onus, quod defuncto marito, licet ab eo nunquam fuerit promissum, hæredes feudales in feudo constituere jure obligantur, etiamsi alia supersint bona hæreditaria, Carpzov. *P. 2. C. 42. D. 5.* Sicuti enim feuda reguntur moribus: Ita dotalitia consuetudine familiarum Illustrium & Nobilium: Adeo, ut vix unquam consensum proximorum super dotalitiis, in Aula Electorali Saxonica confirmatis, suo tempore requisitum fuisse Mollerus se meminisse asserat, nisi supplicans consensum Agnatorum literis expressum ultro & simul transmiserit, Moller. *ad Const. 42. P. 2. num. 11.*

Domini

25 Domini tamen consensum in constituendo dotalitio necessarium esse, dubium non habet, & si forte consensus Domini in continenti impetrari non possit, cautela pro Uxore est, ut ipsis pactis dotalibus inseratur promissio de impetrando consensu Domini, e. g. *Und verspricht der Bräutigam über dieses alles, wormit er seine Ehe-Liebste auf den Todes-Fall verleibdinget und vermachet, Sr. Churfürstl. Durchl. als des Lehn-Herrn Consens förderlichst*
26 *auf seine Unkosten zu extrahiren.* Si enim hoc postea omiserit maritus, uxor vi hujus clausulæ ipsa potest consensum Domini valide impetrare: Dn. Stryck. *d. l.*
27 *§. 32.* Imo nec Dominum, nec simultanee investitos hoc onus posse detrectare, statuit Dn. Struv. *Syntagm. Juris Feud. Cap. 14. Aph. 9.* cum DD. dotalitii constitutionem ex universali Germaniæ consuetudine inter onera feudalia referant. Iniquum enim non est, ut viduæ propter allatam & illatam dotem ex feudo dotalitium sub jure reversionis constituatur; quo tempore viduitatis exinde victum & amictum pro alimentis condignis habere possit; per Regulam, ut qui acceptam dotem sensit, onus quoque ferre debeat. Carol. de Mean. *ad jus Leodic. observ. 76.* Cui sane & illud consequens est, ut si vidua, quæ dotalitio usa fuit, moriatur, dos quoque penes successores Feudales omnimodo permaneat absque repetitionis jure, ut quorum est alendi onus, eorum sit & honos & commodi ratio æqualis. Nicol. Hennel. *de dotalit. cap. 5. §. 8. lit. D.* Nisi pactis conventis aliud sit constitutum. Et hoc assertum, uti dictum, extenditur, quod Vasallo defuncto successor feudi, sive Dominus, sive agnatus sit, ejusdem viduæ dotalitium constituere teneatur, etiamsi maritus prædefunctus dotalitium penitus non definierit, *Const. Elector. 44. P. 2. pr. Da die Frau bey ihres Mannes Leben gegen ihr Einbringen, welches sie darthun kan, nicht beleibdinget &c.* Carpzov.
28 *ad d. Const. def. 1.* Si uxor vero dotem repetere malit, prohibitum id ei non erit, utut feudi successores ad constituendum dotalitium sint parati, quod ipsi nec denegandum, quamvis vivente marito in pactis dotalibus fuerit constitutum dotalitium, ob favorem scilicet Dotium, Berl.
29 *P. 2. Concl. 52. n. 9.* At si dotalitium vidua semel agnoverit & acceptaverit, tum nec ipsa, nec hæredes ejus dotem amplius repetere possunt, utpote mariti bonis jure dotalitii incorporatam, *dict. const. Elect. 42.* Jac. Schultz. *in addit. ad Rotschiltz de dotal. art. 1. num. 18.* Sicuti nec e contra- 30
rio, si vidua semel dotalitium reprobavit dotemque repetiit, denuo ad dotalitium confugere dotemque inferre licet, Moller. *ad const. 44. P. 2.* Quia omnis variatio est odiosa & non admittenda, *l. ult. vers. tantum enim abest. C. de Codicill.* Petr. Heig. *p. 2. quæst. 4. n. 1. & seqq.* Nicol. Boër. *Decis. 33. n. 13.* Et agnito vel repudiato semel dotalitio, successoribus feudi in dote vel pensionibus ex feudo solvendis eo ipso jus quæsitum videtur, quod postea eis invitis auferri nequit, *l. 5. C. de oblig. & act.* Carpz. *Part. 2. C. 44. D. 5.*

Non aliter vero viduæ dotalitium præ- 31
standum, nisi dotem vere intulerit, *Auth. dos data C. de don. propt. nupt.* Sunt enim dos & dotalitium correlata, quorum posito uno ponitur & alterum, ac destructo rursus altero, alterum quoque destruitur, *l. fin. ff. de acceptil.* Hinc etiam viduæ dotalitium petenti onus probandi incumbit, cum actrix sit & pars impetrans. Pro- 32
bare vero Vidua Dotaria hoc potest vel Publico Instrumento, in quo Notarius testatur, se præsente dotem fuisse numeratam, vel Testibus qui connumerationi adstiterunt, Mascard. *de Probat. Vol. 2. Concl. 1115.* Ex probata autem vera dotis numeratione etiam versionem in feudum probatam esse, volunt Interpretes juris præsertim Saxonici, Struv. *Syntagm. Jur. Feud. C. 14. Aph. 10.* Quæ præsumtio eliditur, si satis constet vel probari possit, dotem licet illatam, in feudi utilitatem impensam haud esse, nec tunc successores Feudi tenentur ad dotalitium constituendum. Hartm. Pistor. *Quæst. 4. n. 18.*
Confessio vero mariti, qua tum, cum do- 33
talitium constitueret, dotem se percepisse asseruit, viduam ab onere probandi non relevat, nec successoribus feudi præjudicat, ex vulgata illa regula, quod standum non sit confessione ejus, qui actum sine certa aliqua qualitate expedire non potest, etiamsi assereret qualitatem illam, quæ ei dispositioni facultatem tribuit, intervenisse, *per l. 37. §. Titia. ff. de Legat. 3. l. 1. C. de dot. Caut. non numer.* Liberis tamen sive hæredibus mariti confessionem præjudicare, dubium non est, *l. 14. C. de R. vindic.* Wesenb. *consf. 49. num. 3.*

Illud quoque perpetuo observandum, 34
quod prædii dotalitii ususfructus a marito constitutus uxori demum post mortem

mariti, non autem eo vivente competat, siquidem dotalitium vivo marito locum non habet, *arg. l. 24. ff. solut. matrimon. l. 75. ff. de jur. dot.* Neuenhahn. *de viduit. m. 2. sect. 9. f. 81.* Fructus igitur prædii dotalitii ad maritum spectant pro oneribus matrimonii, *arg. l. 7. ff. de jure döt.* Henel. *de dotal. c. 7. § 1.* Post mortem vero mariti vidua statim a die mortis fructus etiam pendentes percipit, *per l. un. §. 7. C. de Rei Uxor. act.* Sunt enim fructus Prædii dotalitii instar alimentorum, quæ viduæ statim a morte mariti cedunt, *l. 27. pr. ff. de Usufr.* Myler. *in Gamol. c. 12. n. 10.*

35 Quia itaque Uxor mortuo marito vidua facta prædii dotalitii dominium utile acquirit, & usufructuaria esse incipit, ut eo utatur fruatur durante vita, hinc etiam cautionem præstare tenetur, se usuram fruituram prædio dotalitio boni viri arbitratu, & salva rerum substantia, tanquam bona materfamilias, Carpz. *P. 6. Resp. 55. num. 11.* Quam cautionem tamen minus usu servari testatur Henel. *de dotalit. c. 9. §. 4.* nisi vidua in dotalitio male versetur, vel illud deterius reddere incipiat: Quo casu non minori jure ad cautionis præstationem adigitur.

36 Præterea dotalitium non tantum in immobilibus & reditibus annuis ex certo prædio solvendis, Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 14. Aph. 9.* Sed etiam in mobilibus consistere posse, dubium non habet, *arg. Nov. 61.* Siquidem donationis propter nuptias augmentum in mobilibus celebrari posse probat, *Nov. 97. §. 1. cum auth. cum jam necesse C. de donat. propt. nupt.* Quidni in ipsius dotalitii constitutione idem jus statueremus, *arg. l. 76. ff. d. R. V.* Christinæus *Vol. 1. Dec. 237.* quandoque enim in sola pecunia definitur, & hanc assignationem valere *arg. Nov. 97.* tradit Henel. *d. Tract. c. 5. §. 4. in fin.* Ita ordinatum est in Holsatia Const. Christian. IV. & Principis Friderici Ducum Holsat. Tit. *Von wegen der Fräuleins-Gerechtigkeit*, ut Doarium tam in pecunia numerata, quam in immobilibus constituere liceat; *Es sey Geld oder Erb Guth, so ihr zum Leib-Geding verschrieben oder vermacht ist.* Constit. Holsat. *P. 1. C. 5.*

37 Cum itaque dotalitium nihil aliud sit, quam ususfructus quidam, quem mulier habere debet in bonis mariti post ejus mortem, vigore conventionis appositæ, in contractu matrimonii, vel vigore consuetudinis. Bessian. *ad consuet. Avern. C. 14. Art. 11.* Ideoque illi in prædio dotalitio jus & potestas eadem competit, quam Usufructuario jura tribuunt, omnia hinc emolumenta, omne lucrum, omnis commoditas, quæ ex prædio in dotalitium dato salva & integra rei substantia percipi potest, ad viduam pertinebit, Henel. *dict. tract. c. 8. §. 4.* Nec tantum id, quod ex prædio 38 immediate nascitur, sed etiam quicquid proventus & utilitatis occasione prædiorum & dotalitii provenire potest, vidua doaria percipit, *arg. l. 7. ff. de Usufruct.* Unde sequitur, quod ea quæ honoris & recognitionis causa dari solent, qualia sunt laudemia, ad eandem pertineant, Joan. de Castillo *de Usufr. c. 36. n. 45.* Idem in 39 jure præsentandi ad beneficium vel officium vacans obtinet, cum etiam ipsa præsentatio ad beneficia in fructu sit, *per c. 7. X. de Jur. Patronatus.* Gloss. *in cap. 14. X. de Major. & obed.* Et ita decisum fuisse Dolæ refert Grivell. *Decis. 37.* Nam uxor fructuaria est in præsentatione, quæ si deveniret ad paupertatem, de bonis Ecclesiæ ali deberet, secundum Canones And. de Isernia *ad Const. Sicul. l. 3. tit. 16.* Idem juris erit in confiscationibus, mulctis, cæterisque commodis jurisdictionalibus, pecuniariisque pœnis, quæ pendente dotalitii usufructu Viduæ contingunt, Boër. *Dec. 5. num. 20.* Nam proventus isti, quamvis solo non contineantur, fructuario tamen cedunt, etiamsi ipsius rei æstimationem excedant, *d. l. 7. de Usufruct.* Elbert. Leonin. *de Usufr. c. 13. n. 14.* Quoniam igitur omnes fructus & proventus spectant ad Viduam Doariam, merito & metallifodinis, cretifodinis & lapidicinis uti frui poterit, si tamen hujus sunt naturæ, ut renascantur, alias in fructu esse non censentur, *l. 7. § 13. ff. solut. matrim.* Ne tamen usu- 40 fructuaria vidua omni emolumento Metallifodinæ penitus careat, nonnulli tradunt ad ipsam pertinere usumfructum pecuniæ ex proventibus metallicis perceptæ, quam Doaria pro libitu fœnori exponere, & hoc modo quotannis ejusdem usuras percipere potest. Berlich. *P. 3. Concl. 35. n. 21.* Hinc cum palus bituminosa (quam terram famelicosam veteres vocabant, teste Festo) ex qua effodiuntur glebæ, quæ ad solem siccatæ ignem præbent, vulgo *Toorff* dictæ, magnam similitudinem habeat cum metallifodinis, & quidem iis, quæ non renascuntur, ideo Senatus Supremæ Frisiorum curiæ censuit, in hujusmodi palude etiam usumfructum consistere, eatenus, ut pretium

glebarum effossarum ad Viduam Doariam pertineat, qua tamen mortua Domino proprietatis restituatur. Johann. Sande *Decis. Fris. lib. 5. tit. 3. def. 2. in fin.* Prohibitum etiam non erit Viduæ lapidibus aut marmore ex lapidicinis ad ædificia sua temperate uti, ac exinde prædium doarium reficere, *arg. l. 6. §. 2. ff. de Usufr.* Gothofr. *ad l. 7. §. 13. ff. solut. matr.* Similiter & calcem coquere, & arenam fodere, aliudve quod ædificio necessarium erit, sumere licet. *l. 12. pr. ff. de Usufr.*

41 Quatenus vidua doaria ligna cædere & vendere possit, videndum an sit sylva cædua vel non cædua. Si dotalitium constitutum fuerit cum sylvis, *mit Holtzungen und Waldungen*, ac istæ sylvæ habitæ fuerint ut cædantur ad lignandum, dubium non est, quin vidua eas succidere & pro more boni patrisfamilias non modo pro focis extruendis utifrui, sed etiam vendere possit, *l. 30. ff. de V. S. l. 9. §. 7. ff. de Usufr.* Aliud tamen erit dicendum in sylva incædua, de qua vid. infra. *Cap. 11. de Sylvis Lib. 3.* Illud etiam observandum, quod proprietarius obligatus Viduæ Doariæ quotannis certa plaustra ligni ad comburendum dare, ad carbones solvendos non teneatur. Cum ex usu communi loquendi verbo lignum carbones non veniant. Et verba ultra intentionem agentium non debeant operari, *l. 19. ff. de Reb. cred.* Myler. *dict. tract. c. 11. num. 6.*

Quamvis igitur sylva non cædua in fructu non sit, & tamen ex glande legenda & pecoris pastu quotidianus vel annuus saltem proventus sine sylvæ deterioratione oritur, ideo etiam hoc jus & inde resultans utilitas Viduæ Doariæ minime denegari potest, siquidem exinde forma rei minime mutatur. Præterea quoad usum lignandi multum consuetudini cujusque regionis, vel moribus ipsius patrisfamilias deferendum est, *arg. l. 9. §. 7. in fin ibi sicut paterfamilias cæderet.* Hinc recte scribit Pinellus *ad l. 1. Part. 2. n. 59. C. de bon. matern.* Quod fructuarius arborum, quæ non renascuntur, nec adsint pullulationes, possit tamen cædere, sed temperate, ne alias legatum sit inutile, *l. 22. ff. de Usu & habit.*

42 Agros vero Dotaria colere tenetur secundum qualitatem suam, ne squallere solum patiatur negligentia, tum ne de prato vervactum faciat, ne restibilibus agris avenam serat, macilentum genus frugis, neve linum agro inserat, urit enim agros lini seges, urit avena deterioremque etiam terram facit, per text. *in l. 7. §. 2. cum 8. l. 61. ff. de Usufruct. l. fin. ff. de usu & habit.* Joan de Castillo *de usufruct. cap. 20. & 23.* Bertrand. Argentr. *in Consuetud. Britann. art. 442. Gloss. 1. num. 2.* Assimilatur enim Vidua Doaria usufructuariæ, ita ut teneatur vites novas in locum demortuarum ponere, & similiter in pecudibus amissis alias substituere, *§. 2. Inst. de Usufr.* Joan. Bessian. *ad consuet. Averniæ cap. 14. art. 11. fol. m. 86.* Præterea illud in omni Dotalitio æque ac in ipso usufructu cavendum, ne vidua Doaria agri formam quocunque modo aut prætextu immutet, per *l. 13. §. 2. ff. de Usufruct.* Castillo *dict. tract. cap. 25. num. 10.* Henel. *de Dotalit. c. 8. §. 12.* Quod etiam 43
in ipsis voluptuariis aut diætis statuitur. Unde nec gestationes, nec ambulationes, nec topiaria opera, nec amœna injecta, nec camerata, nec viridaria poterit dejicere, nec schemata immutare. Cuncta enim hæc fieri non possunt, quin prædii facies & qualitas immutetur, per text. *in l. 13. §. 7. vers. sed neque ibi, qualitate ædium non mutata.* Ubi Anton. Faber. Argent. *dict. art. 442. Gloss. 1. & 2.* Hunnius *tract. de Usufruct. part. 1. cap. 6. quæst. 9. per tot.* Præterea novum tectorium parietibus, qui rudes fuerunt, imponere non potest, quoniam tametsi excolendo ædificium Domini causam factura esset meliorem, non tamen id suo jure facere potest, cum rem solummodo curare & tueri debeat, quam accepit, non vero novam facere, *l. 44. ubi* Paul. Busius *ff. d. Usufruct.* Henel. *de dotal. c. 8. §. 12. lit. H.*

Insuper non facti & negligentiæ culpa 44
tenetur Doaria, Abrah. Fabert. *ad Consuet. Lotharing. tit. 3 §. 54. num. 335.* Veluti si agros suo tempore non proscindat, ut in vepreta desciverint, si aquæductus corrumpi patiatur, *text. in l. 13. § ult. ff. de Usufruct.* Si servitutem imponi passa sit, vel impositam præscribi, aut non utendo amitti concedat, quo facto prædium omnino deterius fit. Quamvis enim facies & status prædiorum vel ædium exinde non mutetur, qualitas tamen mutatur ipso usu mutato, quæ proprietario nocet, *text. in l. 15. in fin. ff. dict. tit.* Anton. Faber. *dict. l. 13. § fin.* Argentr. *dict. art. 442. Gloss. 1. num. 3.* Hunnius in terminis ususfructus *dict. Tract. part. 1. c. 6. quæst. 7. Intermin.* Chassan. *ad consuetud. Burg. Rubr. 4. §. 6. num. 1. & seqq.* Proinde moribus Britanniæ ita provisum legimus: Si Doarium Viduæ assignatum fuerit, & constituta

prædia, domus, sylvæ, unde fructus percipi possit, Moletrinæ, Stagna, aut res aliæ, si ea deteriora fieri patiatur, ita ut imminueretur hæreditatis dignitas, Doarium in illius possessione esse desinit. Argentr.
45 *dict. art. 442.* De jure civili Parisiorum ad quatuor majores reparationes non tenetur, Hors les quatre gros murs, poutres entieres couvertures & voutes, id est, extra quatuor primarios muros, tigna, instaurationem integram tectorum & fornicum.

46 Finitur denique dotalitium morte Viduæ, sicut ususfructus morte usufructuarii, *l. 78. ff. de jur. dot. l. 5. ff. solut. matrim.* Est enim hoc jus personale, quod cum persona extinguitur, *l. 3. § fin. ff. quib. mod. ususfr. amitt. Lehn-Recht c. 31.* nec hæredes viduæ defunctæ ex dotalitio quicquam petere possunt, Coler. *Decis. 57. n. 61.* Sed consolidatur cum dominio directo.
47 Per ingressum tamen monasterii, tanquam mortem civilem, vidua dotalitium non amittit; quamvis enim Monachi aliique religiosi certo respectu & quoad mundana habeantur pro mortuis, & mundo emoriantur, *sie seynd der Welt abgestorben.* Canonistæ *ad cap.* cum ad monasterium. Ubi August. Barbosa *X de Statu Monach.* Guido Papæ *Decis. 517.* Adeo ut ii ne quidem cum licentia Abbatis aliquid proprii possidere possint, per *cap. Monachi X. dict. tit.* Ascan. Tamburin. *tract. de jure Abbat. Tom. 2. Disp. 22. Quæst. 1. per tot.* Attamen quia modus hic amittendi usumfructum per ingressum monasterii in jure Civili nuspiam relatus invenitur, *t. t. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* Ergo frustra eundem nova opinione introducere possumus, Paul. Bus. *ad l. 3. n. 5. ff. d. t.* Accedit, quod dotalitium viduæ a Marito constituatur in compensationem dotis allatæ, per pactum dotale, ex titulo oneroso, quo vidua facta exinde decentem sustentationem & necessaria alimenta percipere possit. Henel. *de dotal. cap. 9. §. 4. lit. N.* Vidua autem per ingressum monasterii vitam naturalem retinet, igitur etiam ea opus habet, quæ ad sustentationem vitæ necessaria sunt, æquissimum ergo, ut illud
48 ex stipulato dotalitio percipiat: Ac cum ipsum monasterium viduæ alimenta subministret, ideo juri conveniens est, ut illud succedat in bonis Viduæ, & consequenter in dotalitii usufructu a marito ei pro alimentis constituto tam diu, quoad vidua vixerit, ea vero defuncta, illud demum jure consolidationis ad proprietarios aliosve successores revertitur, *arg. cap. 8. X. de probat.* Nicol. Everh. *consil. 26. num. 10.* Cævall. *comm. opin. qu. 192.* Aloys. Ricc. *coll. decis. 3074.* Et hoc ad Exemplum filiæ monasterium ingredientis, cui non minus dos constituenda est, ac si matrimonium contraxisset. Henel. *d. tract. c. 10. §. 22.*

Amittit etiam vidua dotalitium secundum quosdam, si ad secundas nuptias convolet, Leg. Burgund. *tit. 69.* Neuenhahn. *de Jur. Viduit.* Attamen hoc jure civili sustineri non posse, sed legibus omnino adversari per *Auth. hoc locum. C. si secund. nupt. usufr.* late deducit Henel. *dict. tract. c. 10. §. 17. lit. F. & G.* Quod congruit cum jure Saxonico *l. 3. Art. 76. Nimmt ein Mann ein Weib, die eigen oder Leben, oder Leib-Zucht oder Zinß-Güther hat, was er also in dem Guth mit seinem Pflug erarbeitet, stirbt das Weib ehe der so gethanen Zeit, er soll es voll arbeiten, und säen und abschneiden, und Zinß oder Pfleg soll er davon geben dem, auf den das Erbe erstirbet. Stirbt aber die Frau nach der Saate, als die Egde das übergangen hat, die Saat ist ihres Mannes, und er ist niemand ichtes pflichtig davon zu thun Pfleg noch Zinß, da sie kein Zinß-Geld pflichtig von was. Was auch Zinß oder Pfleg werden solt, stirbt sie nach dem rechten Zinß-Tag, das Guth ist des Mannes vordientes Guth, als es des Erben seyn solt, ob sie an Mann wäre.* 49

Deinde etiam vidua dotalitio privatur malitiosa desertione, si conjux a Marito suo quamvis non ægrotante malitiose diverterit aut sine justa causa se subduxerit & aufugerit. Hujus assertionis duplex ratio reddi potest: Tum quoniam omni statuto aut pacto dotali superstiti conjugi certam portionem bonorum deferenti tacita inest conditio: Si Conjux suum officium fecerit, ac Marito debita munera conjugalia præstiterit. Modest. Pistor. *quæst. 90. in fine.* Petr. Heig. *part. 2. qu. 33. num. 24.* Quod si uxor hoc neglexerit & sese absconderit, lucrum a marito relictum merito perdit. *Novell. 22. cap. 15. §. 2. Novell. 117. cap. 8. §. Si volenti viro.* Rauchbar. *1. quæst. 47. num. 10.* Beust. *de connub. pag. 3. cap. 6.* Schrader. *ad tit. de nupt. num. 163. & seqq.* Tum quod maritus Uxori ex causa desertionis alimenta præstare non tenetur, nec ad id cogi potest. Cum is, qui non facit quod debet, non reci- 50

recipit quod oportet. Martin. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 10. num. 18. & seqq.* Henel. *de dotalit. cap. 10. §. 19. & 20.* Nam (secundum Marcianum) indignus est is, qui quantum in ipso fuit, id egit, ut per negligentiam culpamque suam vel tædio, vel inedia aut morbo conjux periret, ejus successionis commodo, aut dotalitii lucro frui, *arg. l. 3. ff. de his quæ ut indign. cap. 4. X. de donat. inter Vir. & Uxor.* Henning. Gæden. *Consil. 13. num. 26.* Forster. *de success. lib. 9. cap. 3. num. 21.* Henel. *dict. cap. 10. §. 19. & 20.* Neuenhahn. *de jur. Vi-*
51 *duit. membr. 3. sect. 2. fol. 218.* Dummodo (1) desertio fiat malitiose, absque justa & urgente causa. Quod si ipse maritus aut fornicatione, aut duris verberibus uxori causam divertendi dederit, aliud dicendum erit, *l. 19. ff. solut. matrim. l. 13. l. 30. ff. de*
52 *Jur. dot.* Vel (2) reconciliatio inter maritum & uxorem ante mortem non fuerit subsecuta. Hoc enim casu redintegratur quasi matrimonium, ac omnia in pristinum statum reducuntur, nec tam divortium, quam jurgium dicendum erit. Non enim dicitur recessisse uxor, quæ redit ad maritum, *arg. c. 1. X. de Judic.* nec videtur abesse, quæ reditura est, ac divertisse non dicitur, quæ rediit. *l. 33. de Rit. nupt.*
53 Dotalitium etiam amittitur, si uxor pudore suo postposito thori genialis fœdus violaverit, & adulterium commiserit, *arg. l. 8. §. 4. & 5. C. de repudiis.* Henel. *d. tr. c. 10. §. 1.* Struv. *Syntagm. jur. Feud. c. 14. §. 13.* Quod etiam extendunt, si ipso luctus anno impudice vixerit, Ann. Robert.
54 *Rer. Judic. Lib. 1. c. 13.* Cadit præterea Vidua dotalitii jure deterioratione, nempe si dotalitio male utatur, adeoque per abusum id pejus reddat. Rotschitz *de dotalit. Art. 5. n. 5.* Henel. *d. c. 10. n. 22.* Ut & alienatione, *wenn die Wittwe das Leib-Guth vor eigen verkaufft*, Henel. *d. l. n. 23.* Secus tamen erit in cessione juris sui, *l. 12. §. 2. ff. de Usufr.* Alias insuper causas refert Henel. *d. cap. 10 per tot.*

55 De Fructibus Dotalitii denique sciendum, quod vidua, si culturam fecit, agrumque rastris subegit, secundum jus Saxonicum fructus ex cultura sua provenientes ad hæredes suos, vel si alteri nupserit marito, ad hunc ceu hæredem mobiliarem devolvat, nec quicquam juris in fructibus hisce sibi arrogare possunt successores feudales, *Land-Recht Lib. 3. Art. 76.* Carpz. *P. 3. C. 32. Def. 4.* Ita Scabini Lipsienses, *demnach N. N. Wittwe nunmehro auch Todes verfahren, so hat sie die heurigen Früchte, so auf dem Leib-Gedinge erwachsen, weil zur Zeit ihres Absterbens die Egde allbereit die Saat bestrichen gehabt, auf ihre Erben, oder da sie sich allbereit verehlichet gehabt, auf den überlebenden Ehe-Mann gebracht und verfället, und die Lehns-Folger, welchen das Leib-Gedinge anheim gefallen, haben sich derselben anzumassen nicht Fug.*

Si uxor, quæ desponsata quidem, & per 56
sacerdotem marito copulata, sed præmatura mariti morte carnaliter non cognita, ac vel primo nuptiarum die vidua facta sit, tamen ei dotalitium consuetum aut præfinitum debetur, *per l. 30. ff. de R. J.* Nam in familiam nupta esse dicitur, statim atque ducta est uxor, quamvis nondum in cubiculum mariti venerit, *l. 15. ff. de condit. & demonstr. Cap. ex publico, ubi* Panormit. *X. de convers. Conjug.* Uxor igitur est, erit, & privilegia Uxoris obtinet, quæ per mariti consensum interveniente sacerdotali benedictione ei conjuncta est, quamvis copula carnalis non intervenerit: Id quod adeo verum est, ut si quis Uxorem absentem ducat (quod fieri posse constat *ex l. 4. ff. de sponsal.*) & ante pereat, quam ad eam veniat, quod Uxor eum lugere omnino debeat, sicuti scribit Cinna de eo qui uxorem absentem ducendo, rediens a Cœna juxta Tiberim periit, *in l. 6. ff. de ritu nupt.* Johann Aurbach. *lib. 1. Epist. Jurid. cap. 12.* Neuenhahn. *de jure Viduit. membr. 2. sect. 17. lit. B. fol. 146.*

Notari hic meretur cautela, quam sup- 57
peditat Dn. Stryck. *de Cautel. Contract. sect. 3. c. 8. §. 35.* Maritis ex nimio in Uxores amore in constituendo dotalitio sæpius ultra modum liberalibus, ut dotalitium restringant usque ad tempus secundarum nuptiarum. Omne enim pactum circa dotem valet, quod dotis conditionem non reddit deteriorem, seu mulierem indotatam, *l. 2. ff. de pact. dotal.* Unde non admittenda sententia Henelii *de Dotalit. c. 10. §. 17 pag. 341.* Quasi tali casu, ut subsistat pactum, Dos & donatio propter nuptias sit solvenda Uxori. Hæc enim donatio merum lucrum continet, a quo, nullo jure refragante, excludi pacto fœmina potest. Et hanc Cautelam inter conjuges illustres quam maxime necessariam esse, monet Myler. *Gamol. c. 14. §. 8.*

CAPUT

CAPUT XXXVI.

DE PRÆDIIS AD MORGANATICAM DATIS.

SUMMARIA.

1. *Morgengaba quid sit?*
2. *Originis est Germanicæ.*
3. *Inter Magnates jam olim erat castrum, vel prædium.*
4. *Apud Longobardos erat quarta pars bonorum.*
5. *Morgengaba quid sit de moribus Saxoniæ?*
6. *Alia Morgengaba est quæ uxori debetur ex bonis mariti defuncti.*
7. *Occasione doni matutini introductum est matrimonium ad morganaticam.*
8. *Quid sit matrimonium ad morganaticam.*
9. *Fundamentum habet in jure feudali.*
10. *Tale pactum non est illicitum.*
11. *Rationes quæ aliquem movere possunt ad contrahendum matrimonium ad morganaticam.*
12. *Matrimonium hoc est legitimum.*
13. *Quod probatur exemplo Friderici Electoris Palatini filii.*
14. *Conditiones huic matrimonio apponi solitæ.*
15. *Plura Exempla matrimonii ad morganaticam.*
16. *Affinitatem cum matrimonio ad morganaticam habet Abrahami cum Cethura.*
17. *Conveniunt etiam cum hoc nuptiæ secundæ apud Brabantos.*
18. *Item consuetudo in Ducatu Juliacensi & Montensi.*
19. *Item quædam constitutio Leodiensis.*
20. *Nec non matrimonium ad Thaloc in Oriente.*
21. *An de jure subsistat matrimonium ad morganaticam.*
22. *Magis ex consuetudine quam jure scripto probatur hoc matrimonium.*
23. *Pacta de certa aliqua hæreditatis parte hodie solent in contractu matrimonii adjici.*
24. *Facit hoc matrimonium ad conservationem familiarum.*
25. *Confirmatur hoc matrimonium jure Feudali.*
26. *Consuetudines feudales pro legibus habentur.*
27. *Ratio introductionis matrimonii ad morganaticam ab Isernia tradita.*
28. *Ratio magis adæquata est conservatio familiæ.*
29. *Pacta de conservanda successione valent.*
30. *Conservatio familiarum Reipublicæ utilis.*
31. *In Majoratibus eædem rationes militant.*
32. *Matrimonium hoc publica & familiæ utilitate suffultum.*
33. *Ex Principatibus in multis partibus divisis vix possunt præstari servitia militaria.*
34. *Patriæ summa ratio habenda.*
35. *Matrimonium ad Morganaticam usu moderno approbatum.*

1 MOrgengaba est donum matutinale, altera die nuptiarum sponsæ offerri solitum, quasi præmium virgi-
2 nitatis. Originis esse Germanicæ ex Legibus Longobardorum, Alemannorum, Burgundiorum & Saxonum abunde con-
3 stat. Inter Magnates enim, veluti Principes, Comites & Nobiles, secundum patrimonii substantiam, Morgengaba jam olim erat Castrum cum territorio, Prædium
4 cum pagis, vel certi annui reditus. Apud Longobardos quarta pars bonorum Mariti erat; hoc ostendit diploma, quod refert du Fresne *in Glossario ad hanc vocem.* In Dei nomine scriptum Morgincap, qualiter ego Johannes filius quondam Dominici dono, trado, atque confirmo tibi Miczæ, filiæ quondam Johannis, dilectæ conjugi meæ, quartam portionem de omnibus rebus meæ proprietatis, quas modo habeo, vel in antea, Deo juvante, conquirere potero, sive infra territorium Pinnense, in loco qui nominatur Salajano, aut infra istam Marchiam Firmanam, aut infra totum Regnum Longobardorum, ubicunque habitaturus vel possessurus fuero, quartam portionem de casis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, sylvis, salectis, cannetis, olivetis, ficariis, pomis, arboribus fructiferis & infructiferis, cum rivis, ripis & aquis, aquarum decursibus & usu aquarum de rebus censuitis, & manualibus, de montibus & planis, de castellis

castellis & civitatibus, de Ecclesiis & ornamentis & pertinentiis suis, de locis molendinis, de servis, ancillis, de auro & argento, de caballis & jumentis, de bobus & vaccis, & minutis animalibus, de ferro & rame, de pannis laneis & lineis, & sericis, de omnibus mobilibus & immobilibus rebus, ut alia die post noctem nuptialem, qui est dies votorum nostrorum, ante parentes & amicos nostros ostendam hoc scriptum testibus roboratum, & dicam; Ecce, quod conjugi meæ in morgincap. dedi. Quod sic ab hodierno die firmum & stabile tibi Miczæ vel tuis hæredibus permaneat. Quod vero scripsi ego Aczo Notarius & Judex ab Incarnat. Dn. Jesu Chr. Anno M. XLIV. mense Octobr. Ind. XIII. Actum in Pinnensi feliciter. Bernardus, Joannes, Ardoinus testes.

5 De moribus igitur Saxonicis, si maritus loco Morgengabæ vel sponsalitiæ largitatis ante prandium catenam vel aliud quid pretiosum sponsæ donat, illud jure donationis lucratur, & defuncta ea una cum aliis rebus ad Geradam pertinentibus ad proximam cognatam transmittit. *Land-Recht Lib. 1. Art. 20.* Hartm. Pistor. *P. 1. Qu. 44.*

6 Est & alia species Morgengabæ, sive sponsalitiæ largitatis, quæ Uxori Nobili ex bonis mariti defuncti debetur ex dispositione juris Saxonici, *in art. 24. in pr. lib. 1. Land-Recht.* Ad quam referuntur omnis generis fœmellæ pecudes, ut Vaccæ cum Vitulis, Capræ, Sues seu Schrophæ, quotquot harum omnium in agris pascuntur, *zur Morgengabe gehöret alles Feldgänge weibliche Vieh, als Kühe mit den Kälbern, Ziegen, Schweine und Sau-Mutter, die für den Hirten gehen, dict. art. 24.* Quo & pertinent Equæ, quæ non currui vel aratro jungi assueverunt, sed in campis & pratis victitant. *Alle unbeseilete Pferde*, scilicet *Mutter-Pferde, so täglichen auf die Weide gehen, und die man nicht einspannet, art. 24. ubi Gloss.* verbo: *Feld-Pferde lib. 1. Land-Recht.* Ultra pecudes etiam fœmellas ad Morgengabam quoque pertinent sepes, ædificia, carpenta, & omnis materies lignorum prædiis extruendis comparata. *Alle Gezäune und Zimmer, die bey des Mannes Leben ungerichtet und unverbracht seyn blieben, Land-Recht Lib. 1. Art. 20. & 24.*

7 Occasione igitur istius doni matutini inter Germaniæ populos introductum est Matrimonium ad Morganaticam, quasi ad

8 Morgengabam corrupte dictum, ubi vir Illustris vel Nobilis cum uxore inferioris dignitatis matrimonium in favorem liberorum prioris matrimonii aut agnatorum hoc pacto contrahit, ut Uxor & liberi secundi matrimonii certis prædiis, aut annuis reditibus in pacto dotali determinatis contenti vivant, ac a cæteris bonis avitis & paternis, atque titulo paternæ dignitatis abstineat. Hujus matrimonii fit mentio 9
in Constitutione feudali *Lib. 2. Tit. 29.* quæ ex Legibus seu consuetudinibus Longobardicis in usus Feudorum illata est, ac ita se habet: Quidam habens filium ex nobili conjuge, post mortem ejus non valens continere, aliam minus nobilem duxit: qui nolens existere in peccato, eam desponsavit ea lege, ut nec ipsa, nec filii ejus amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore sponsaliorum, verbi gratia: decem libras, vel quantum voluerit dare, quando eam desponsavit: quod Mediolanenses dicunt accipere uxorem ad Morganaticam: alibi, lege Salica, hic filiis ex ea susceptis decessit. Isti in proprietatem non succedunt aliis extantibus: sed nec in feudo, etiam aliis non existentibus, qui licet legitimi sint, tamen in beneficio minime succedunt. In proprietate vero succedunt patri, prioribus non existentibus. Succedunt etiam fratribus sine legitima prole decedentibus, secundum usum Mediolanensium. Nec ejusmodi pactum 10
potest dici plane illicitum, cum enim jus ipsum naturæ successionem nullam determinet, potest quis, si usus id admittat, pacto etiam liberis suis certam portionem assignare, & a successione illos excludere. Confirmat hoc Hugo Grotius; *Contra*, dicens, *evenire potest non ex lege tantum, sed & ex pactione, ut qui ex conjugio nati sunt, alimenta sola habeant, aut certe excludantur a præcipua hæreditate. Conjugium tali pacto initum etiam cum libera fœmina, concubinatum Hebræi vocant, quale erat Abrahami cum Cethura (Gen. 25, 6.) cujus liberi, perinde ut Ismaël Ancillæ Agaris filius, dona, i. e. legata quædam acceperunt; hæreditatem autem non creverunt. Tale est matrimonium ad morgengabicam, quod dicitur, L. 2. de Jur. Bell. & Pac. cap. 7. n. 7.* Vide late Ludovic. Molina *de primogenitur. c. 1. & 2.* Covarr. *l. 3. resol. var. c. 6. num. 7.*

Rationes, quæ Principem, Comitem aut 11
Nobilem movere possunt contrahendi cum virgine inferioris conditionis matrimonium ad Morganaticam, varias ex facti contingentia congessit Henr. Salmuth. omnes ad familiæ & status Illustris conser-

vationem tendentes. Nempe I.) *die gegenwärtigen höchst beschwerlichen Kriegs-Zeiten.* II.) *Die Niederschlagung und Abgang der Jntraden und Tafel-Güther.* III.) *Daß die durch so lang gewährten Krieg ruinirte Städte, Schlösser und Dörffer grosse Deputat und Fürstl. Unterhalt nicht ertrügen.* Damit IV.) *durch solche Personen niedrigen Standes die unnütze Spesen und unnöthige Ausgaben von allerley überflüßigen Hoffarth, Aufzug, Ballet, Täntze und dergleichen, unterlassen.* Die V.) *unnützen* Gynæcea *von vielem Frauenzimmer zu unterhalten, zu salariren und zu bekleiden verbleiben möchten.* VI.) *Der Widdumb, zusamt dem Gebau erträglich gemacht würde.* Damit VII.) *die erschöpfften Unterthanen mit so stattlichen hohen Fräulen-Steueren nicht collectirt und beschweret werden müsten.* VIII.) *Die liebe Ehe-Pfläntzlein, als eines abgetheilten Herrn, nicht so stattliche Education erforderten.* IX.) *Daß Jhro Fürstl. Gnaden in Jhrem Alter oder Kranckheit desto besser Aufwartung haben möchten.* Ne Ducatus aut Comitatus una cum bonis avitis inter tot filios illustres sæpius divideretur, ac tandem cum dedecore familiæ Illustris ad nihilum quasi redigeretur. Et si quæ similes rationes Virum Illustrem ad matrimonium ad Morganaticam contrahendum movere possunt, relatæ ab Henric. Salmuth. *in Quæst. de Uxor. Princip. fol. 43.*

12 Cæterum sicuti Matrimonium ad Morganaticam donationem contractum omnibus numeris absolutum & legitimum vocare possumus, utpote suis essentialibus requisitis haud destitutum: Ita liberi quoque ex tali matrimonio nati tam masculi quam fœminæ omnino sunt legitimi, per text. *in cap. un. in verbis: Qui licet legitimi sint. 2. Feud. 29.* Præterquam quod inter eos & liberos prioris matrimonii aut Agnatos Illustres ratione successionis & tituli discrimen intercedat, eorumve jus succedendi pacto alteratum & definitum

13 sit. Quod illustratur exemplo Friderici filii primogeniti Electoris Friderici Victoriosi ex matrimonio ad Morganaticam nati, qui a Patre Sacris dedicatus & Canonicus Spirensis factus, cum Anno MCDLXXIV. immatura morte vivis exemtus esset, Heidelbergæ a Patre superstite hoc Epitaphio exornatus fuit: Fridericus, Nobilis Dominus de Bavaria, filius legitimus Friderici Electoris Palatini, Dan. Paræus *in histor. Friderici I. fol. 241.* Aut. *Stemm. Comit. Leonstein. in Friderico.*

Attamen ratione Dignitatis, Tituli & Ordinis plerumque (vigore pactorum matrimonialium) hanc conditionem & statum vivendi subire solent: 14 I. *Daß die aus solcher Ehe erzeugte Kinder und Dero Kindes-Kinder männlichen und weiblichen Geschlechts* in infinitum *bey dem Adel-Stand verbleiben, hingegen des Fürstlichen Standes, Namens, Tituls und Wappens, samt deren davon dependirenden Ehren, Würden und Hoheiten sich gäntzlich äussern, und einen andern gewissen Zunamen haben.* II. *Daß sie dem regierenden Landes-Fürsten, wie andere Adeliche Unterthanen und Vasallen, unterworffen seyn, und denselben für ihre Landes-Fürstliche Obrigkeit erkennen sollen.* III. *Sollen die aus solcher Ehe erzeugte Kinder von der Succeßion der Fürsten und Fürstinnen Erb-Guth an Immobilien und Mobilien durchaus und gäntzlich ausgeschlossen seyn.* Hingegen IV. *die Söhne mit den assignirten und angewiesenen Adelichen Schlössern und Güthern: Die Töchter aber mit dem* in pactis *bestimmten Heyraths-Guth sich sättigen und vergnügen lassen. Also hat Churfürst Friedrich* (vulgo *der böse Fritz genannt*) *Anno MCDLXXII. seinen mit Frau Clara von Tettingen erzeugten Kindern zu gäntzlicher Abfertigung und Unterhaltung verschafft die Herrschafften Scharffeneck, Weinsperg, Neuenstadt, Meckmühl, Utzberg und Umbstadt* cum omnibus pertinentiis, Aut. *Stemm. Comit. Leonstein.* V. *So ist ingleichen nöthig, daß alles dieses denen Heyraths-Pactis ausdrücklichen inseriret, und in das Fürstl. Archiv hinterleget werde.* VI. *Und dann zu mehrer Bekräfftigung alles dieses, wird gemeiniglich Jhrer Kayserl. Majestät Ratification hierüber eingeholet.* Ita Friderici Victoriosi filius Ludovicus cum supra dictis Dynastiis Comitis titulum & dignitatem a Cæsare Maximiliano obtinuit, qui insuper Patris Electoris enixam voluntatem, inserta etiam causa, ne Principatuum perniciosa divisio inducatur, Rescripto declaravit & confirmavit, Auth. *dicti Stemm. Comit. de Leonstein.* vid. Myler. *in Gamalog. C. 6. n. 14.*

Præter allegatum Friderici Victoriosi 15 Electoris Palatini exemplum contracti matrimonii ad Morganaticam habemus & alia, ut in Illustrissima Brunsuicensium familia, *dann Hertzog Wilhelms zu Braunschweig und Lüneburg, und DOROTHEÆ, König Christians zu Dänemarck Tochter, ehe-*

leibli-

leiblicher und dritter Sohn Augustus, nahm zur Ehe eines Secretarii Tochter, mit der er Kinder erzeugete, darunter ein Sohn Juncker Ernst von Lüneburg genannt, der allein einen Adelichen Stand führet, und werden dessen Kinder von den Ratzbüttelischen Stiffts-Gefällen und Intraden versehen und ausgestattet, dabey aber des Landes und der Regierung sich nicht unterfangen dürffen. Referente Henr. Salmuth. *in dict. Quæst. P. fol. 51.* De Marchione Ferrariæ Nicolao III. refert Alvarottus, quod ille suis temporibus acceperit Uxorem Ricciardam, Marchionissam Salutiarum, cum expresso pacto, ne filii nascituri ex ea succedant in Marchionatu Ferrariæ, Alvarot. *in §. filii. lib. 2. feud. 26.* Jacob de S. Georg. *de feud. verb. Et Unus. Gloss. fin. num. 2.* Eodem modo Ferdinandus Archi-Dux Austriæ, Ferdinandi I. Imperatoris filius, & Maximiliani II. Imperatoris frater, in Uxorem duxit Philippinam, Antonii Welseri, Patricii Augustani, filiam, circa Annum MDLVII. ex qua suscepit Andream, qui post Cardinalis & Episcopus Constantiensis electus fuit. Ac Carolum, cui Marchionatus Burgaviensis, Landgraviatus Nellembergensis, cum quibusdam aliis ditionibus, una cum Marchionis titulo, mediantibus Provincialibus Ordinibus pro sufficienti alimentaria provisione assignatus fuit; secluso a cætero opulento Domus Austriacæ patrimonio & Archi-Ducali titulo & dignitate, August. Thuan. *histor. lib. 43.* Auth. *Stemm. Comit. Tyrolensis sub Ferdinando.* Pariter Georgius Fridericus Marchio in Baden & Duriach, jam in senio constitutus, cum virgine Elisabetha Stozin, Præfecti sui Roteleno-Stauffenbergensis filia, matrimonium ad Morganaticam donationem contraxit, hac lege, ut tam Uxor, quam liberi certis annuis reditibus contenti, a successione bonorum familiæ abstineant. Henr. Salmuth. *in dict. Quæst. Pr. fol. 80.* Ita quoque Georgius Aribertus Princeps Anhaltinus *zu Wörlitz* Joannam, Filiam Christophori de Grosegk, Mareschalli Aulæ Dessovicæ, hac conditione in Uxorem duxit, ut filii ex hoc matrimonio nati seclusi a successione in bona avitorum, titulum Dominorum tantum de Radegast gerant. Simili modo Ferdinandus filius Wilhelmi Ducis Bavariæ Anno 1588. Uxorem duxit Mariam Petembekiam hoc pacto, ut liberi ex hoc matrimonio orti Comites de Wartemberg & Schaumburg sint, nec præter quædam bona pro alimentis assignata quicquam spei futuræ successionis in Ducatu Bavariæ habeant. Quibusdam in locis talis Virgo nobilis ad morganaticam desponsata, sinistra tantum Mariti Illustris manu copulatur, sicuti de Christiano IV. Daniæ Rege Uxorem ad Morganaticam ducente Christinam Virginem Nobilem communiter fertur. Præterea magnam 16
cum conjugio ad Morganaticam Affinitatem habet Divisio paterna Abrahami inter liberos instituta. Nam ipse, mortua Uxore Sara, superinduxit pro legitima Uxore Cethuram, cum qua multos filios genuit. Attamen Abrahamus filio Isaac ex Sara prognato, cuncta quæ possederat bona dedit. Filiis autem Cethuræ (perinde ac Ismaeli ex ancilla Hagare filio illegitimo) munera quædam largitus est, eosque a filio suo Isaaco separavit ad plagam usque Orientalem. *Genes. XXV. vers. 5.* Hugo Grot. *de Jur. Bell. & Pac. dict. lib. 2. cap. 7.* Pari modo ab hoc matrimonio ad Mor- 17
ganaticam non longe abeunt Nuptiæ secundæ apud Brabantos. Quo jure proprietas rerum soli, quæ extant tempore, quo primum matrimonium solvitur, liberis prioris matrimonii acquiritur, Mobiles vero liberis secundarum nuptiarum remanent. Hugo Grotius *de jure belli & pacis lib. 2. cap. 7. n. 8.* Congruit quoque cum 18
hoc matrimonio ad Morganaticam Ducatus Montensis & Juliacensis consuetudo, qua liberi primi matrimonii in feudis antiquis ab ascendentibus ad patrem devolutis, aut constante matrimonio acquisitis, soli succedunt, liberis secundi matrimonii penitus exclusis, referente Mozzio *de feudis, tit. de accidentib. feud. num. 42.* Rosenthal. *de feudis cap. 7. conclus. 26. num. 9.*

Nec minus similitudinem magnam cum 19
matrimonio ad Morganaticam habet juris Leodiensis constitutio, qua definitum est, ut liberi ex primo matrimonio omnia bona immobilia patris, & singula alia ex familia, & a stipite provenientia, les biens immeubles & tous autres venant d' estock & ligne, capiant; relictis liberis secundi matrimonii iis bonis, quæ parens in viduitate & in altero conjugio acquisivit, teste Carol. de Mean. *in Observ. & Decis. Jur. Leodic. 123. & 125.* Cum hoc matrimonio paritatem quandam 20
habet Matrimonium ad Thalac dictum, in partibus Orientalibus usitatum, quod matrimonium arbitrarium dicere possumus, cum ad lubitum mariti dirimere liceat, ac liberi

liberi ex eo nati non quidem proprie legitimi videntur, nec tamen inter illegitimos referendi sunt, Gabriel Palæotus *Card. de nothis & spur. cap. 17. n. 8.*

21 De Justitia matrimonii ad Morganaticam quæri solet: An valeat pactum inter Virum illustrem & virginem inferioris dignitatis tempore nuptiarum initum, & tam uxor quam liberi nascituri ex tali conjunctione non tantum a maritali & paterna dignitate abstineant, sed & modica bonorum parte pro alimentis contenti, omni succedendi spe priventur? Quam quæstionem Myler. *d. l. num. 16.* pro & contra disputat, tandemque affirmativæ calculum adjicit per rationes magis ex consuetudine
22 Loci & ratione Status conservandi gratia, quam ex jure scripto desumptas. Primo, quamvis jure quidem civili hæreditas pacto dari non possit, per *l. hæreditas C. de pactis convent.* Etiamsi in tabulis dotalibus hoc pactum conscriptum sit, *per l. 15. C. de pactis.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 51. num. 35.* Ubi addit Censalius & secundum DD. supra allegatos: Adeo ut ne quidem juramento confirmari possint, *l. 19. C. dict. tit.* Tiraquell. *de jur. primogenit. quæst. 6. num. 17.* Joan. Gœdd. *ad L. 3.*
23 *num. 38. ff. de verb. sign.* Contraria tamen consuetudine fere omnium gentium receptum est, ut hujusmodi conventiones contractui matrimonii adjectæ valeant; teste Bald. *in § filii. lib. 2. feud. 26.* Guilielm. *in cap. Raynutius Verb. Duas habens filias. num. 2. & 201.* Menoch. *Consil. 92. num. 25.* Mean. *post alios in jure Leodic. Observ. 69. num. 6.* Imprimis talia pacta inter Principes, Comites & alios illustres Viros, tam in Imperio Ramano-Germanico, quam extra Imperium indies, præsertim in contractu matrimonii, exercentur & observantur, in quorum personis ea tanto facilius admittuntur propter dignitatem & amplificationem familiarum, ac generis splendoris conservationem, *arg. l. 1. §. 13. ff. de ventr. inspiciend.* Barthol. Chassan. *Consil. 39. n. 20. & passim.* Johan. Papon. *in arrest. lib. 20. tit. 2. §. 1.* Hotomann. *Consil. 1.* In terminis Joan. Anton. Bellon. *Consil. 22. n. 7.*
24 *& per tot.* Et eo magis ejusmodi conventiones ineuntur, per quas legitima successio filiorum illustrium, secundum morem familiæ, conservatur. Alexand. *Consil. 23. n. 4.* M. Anton. Natta *Consil. 474. num. 8. vol. 2.* Anton. Faber *in Cod. tit. de pact. convent. defin. 6.* Quod præjudiciis variis corroborat Menoch. *dict. consil. 92. num. 35.*

Consuetudinem enim non tantum vim legis habere, sed etiam ipsam legem abrogare & in suam potestatem reducere, vulgo constat, Salazar. *de consuetud. cap. 2. per tot.* Hunn. *de author. jur. part. 1. cap. 9.* Cor- 25
roboratur secundo conventio ad Morganaticam ipsa juris feudalis constitutione *in cap. un. lib. 2. tit. 29.* Ubi casus noster in terminis refertur. Quidam nobilis habens filium ex nobili conjuge, post mortem ejus non valens continere, aliam minus Nobilem duxit. Qui nolens existere in peccato (seu cum ea in concubinatu vivere, secundum Iserniam, Alvarottum & Afflictum) eam desponsavit ea lege & conditione, ut nec ipsa nec filii ejus (nascituri) amplius habeant de bonis paternis quam dixerit tempore sponsaliorum. Pater filiis ex ea susceptis decessit. Isti in proprietatem non succedunt. Quod Mediolanenses dicunt accipere Uxorem ad Morganaticam. Quod capitulum aliquatenus explicat Jacob. Mæstert. *de secund. nupt. Quæst. 53.* Et hoc pactum paternum quoad successionis modum inter filios valere exinde patescit, quod capitulum hoc inter consuetudines feudales relatum sit, quæ consuetudines in duobus libris compre- 26
hensæ, in Imperio Romano-Germanico hodie adhuc dum pro legibus habentur, ac in supremis judiciis judicando observantur. Siquidem illæ tacito Imperatorum & Statuum Imperii Rom. Germanici consensu receptæ, *arg. l. 32. & l. 35. ff. de legib.* Sebast. Nevius *ad Rubr. Jur. feud. num. 3. & seqq.* tacitoque Majestatis assensu confirmatæ fuerunt, idque per tanti temporis spatium, cujus initii memoria in contrarium non extat. Rosenthal. *de feud. cap. 1. concl. 8.* Hunnius *de juris authorit. part. 1. cap. 8. quæst. 1. per tot.* Rittershus. *de feudis l. 1. cap. 1. num. 7.* Id quod tanto magis verum est, cum rapsodia seu farrago juris feudalis (si fidem adhibemus Melchiori Goldasto, in antiquitate Germanica peritissimo) jam olim Friderico I. Imperatori oblata, & eo ipso una cum Episcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum & aliorum Statuum Imperii consensu approbata, eique plenissimum robur Imperialium constitutionum accommodatum fuerit; De quo sequentia Goldastus. *Die Lehen-Rechte seynd gewesen unbeschriebene Gebräuch bey des Lands-Recht, bey den uralten Deutschen, und ist erstlich ein Systema derselben gemacht worden von Gerhardo Nigro und Oberto de Orto, beyden Bürgermeistern*

stern zu Meyland, und Kayser Friedrichen dem Ersten præsentirt, welches er denn mit Rath und Consens der Fürsten und Stände des Reichs auf dem Reichs-Tag zu Rungall ums Jahr 1230. (Ego vero 1162.) *überlesen, revidirt und approbirt, deme* plenissimum constitutionum Imperialium robur *accommodirt worden.* Melchior Goldast *in Reichs-Satzungen in præfat.* Et quamvis sint qui censeant, hujus confirmationis nullum extare vestigium; Attamen vellem ut accedant Radevicum, qui testis ocularis actum hujus oblationis & præcipua juris feudalis capitula per modum epitomes recenset *in Historia Friderici I. Imperatoris, Lib. 2. c. 7. fol. m. 292.* Unde & recentiores Imperii constitutiones ad jus feudale se referunt, *R. A. de Anno 1548. tit. von* Pœn *der Friedbrecher,* in verbo: *Was das Lehn-Recht vermag.* Struv. *de feud. cap. 1. §. 7. num. 6. & 7.* Quod jus feudale & in aliis Europæ regnis & provinciis usu observatur, teste Arthuro Duyck. de *jure inter Christianos lib. 1. cap. 6. num. 7.* Thom. Crag. *de jure feudal. Scotico, exegesi 1.* Ludov. Molina *Th. de Just. & Jure disput. 10. n. 9. & disp. 589. num. 2. & 5.* Besold. *de liber. Juris cap. 10.*

27 Nec caret pro Tertio hæc juris feudalis a Longobardis introducta & nostris Germanis recepta consuetudo ratione satis gravi & præpollenti, sicut hoc animadvertit omnium primo ex antiquis interpretibus juris feudalis Andreas de Isernia, dum scribit: *Hic usus Mediolanensium non est sine omni ratione, quia ponitur in eo Marito, qui habuit Nobilem conjugem & ex ea filios Nobiles: deinde senex forte vel non inveniebat aliam nobilem, ac cum se continere non posset, duxit minus Nobilem, & cum ea facit hoc pactum de quo supra in §. mulier lib. 2. feudi 26. Feuda enim dantur Nobilibus, quia per dationem feudi fit paradogium.* Andreas de Isernia *ad §. filii nati*
28 *num. 1. lib. 2. feud. 26.* Attamen rationem magis adæquatam hujus capituli ad Morganaticam, & exinde approbati usus conventionis exclusivæ ab hæreditate paterna equidem hanc esse censeo; Nimirum conservationem familiæ & bonorum avitorum, *der alt-väterlichen Stamm-Güther,* unitas & integritas. Virtus enim unita manet fortior in se ipsa, quam sparsa, cum divisio præsertim sæpius reiterata bona familiæ soleat attenuare, & quasi ad nihilum ducere, *arg. Novell. 18. post princip.* Sonsbeck. *de feudis part. 1. num. 44.* Besold. *consil. 148. num. 11. & seqq.* Quamvis enim 29
pactum de acquirenda vel omittenda viventis hæreditate vel successione omnino non valeat, *l. licet C. de pactis.* Ubi Dd. imprimis Joann. Balognet, & Paul. Picus *in l. pactum quod C. de pactis conventis.* Attamen de conservanda successione lege vel jure debita, nemo pacisci prohibetur, cessante nimirum prohibitionis ratione, *l. 19. C. de jur. dot. §. fin. Inst. de legitim. agnat. success.* Sicuti pactum de hæreditate & successione impuberis valet, dum arrogatur, *l. non aliter. ff. d. adopt. §. cum Impubes. Inst. eod. tit.* Zasius *ad l. stipulatio hoc modo ff. de Verb. Obligat.* Michaël Grassius *Recept. sentent. §. success. Quæst. 15. num. 15.* Joan. Gœdd. *ad l. 3. pr. n. 38. in fin. ff. de V. S.* Jacob Mæstert. *de secund. nupt. Quæst. 53. in fine.* Quod late pro & contra examinat Joan. Bolognet. *d. l. fin. num. 92. & seqq.* Ac quod possit pactum fieri de futura successione, in nostris terminis defendit Sonsbeck. *de feud. part. 9. num. 51 & seqq.* Hoc namque pactum tendit ad familiæ conservationem, quod æquum ac laudabile est, siquidem unusquisque vir bonus, præsertim vero Illustris, familiæ & generis sui conservationi, imo etiam exaltationi naturaliter studet, *l. pronunciatio vers. communi jure ff. de V. S.* August. Bero *Consil. 95. num. 15. Vol. 2.* Muscul. *de success. convent. num. 152.* Rusdorff. *in causa Palatin. cap. 9. num. 27.* Quod non tantum laudabile, sed statui publico utile & necessarium; Sunt enim fa- 30
miliæ Illustres Rerumpublicarum seminaria, Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 2.* Firmamentum item & munimentum Regalis potentiæ, Ann. Robert. *2. Rer. judic. cap. 4.* Id quod optime consideravit Imperator Carolus IV. dum *in Constitutionibus Aureæ Bullæ* Familiarum Imperii Illustrium splendorem & dignitatem dextram Imperialis potentiæ vocavit, *in tit. 3. in pr. ibi: Quorum præsidio dextra Imperialis potentiæ roboratur.* Late Philipp Knipschild *de fidei-commiss. famil. cap. 7. num. 4. & seqq.* Quod imprimis accidere solet, dum Parentes provident, ne bona avita dividantur, aut filii ex æquo succedant. Familiarum enim & antiquæ prosapiæ honor, decus & splendor divitiis conservatur, & e contra egestate & penuria perire solet. *per text. in cap. Si qui. ibi: paupertate depressi. X. de testib. 9.* Nam in divitiis (ait Seneca) & temperantia, & liberalitas, & diligentia, & dispositio & magnificentia campum

habet patentem. Auguft. Bero. *Confil. 115. num. 5. Vol. 2.* Turturet. *de Nobilit. lib. 3. cap. 6.* Rolbag. *in certam mafcul. fœmin. cap. 28. num. 85.* late Knipfchild. *dict. cap. 7. num. 12. & feqq.* Et hac ratione dubitandi argumentum refolvitur, dum ipfe Imperator Juftinianus *in Novell. 22. cap. 48.* fe magis fuadere, quam imperare æqualitatem inter liberos, ingenue confiteatur, Vid. Salmuth. *in dict. quæft. Pr. fol. m. 120.*

31 Proinde, quarto, hæc conventio & difpofitio paterna ad Morganaticam a Longobardis primum introducta & ufu recepta in Imperio Romano-Germanico eadem fere nititur ratione, nempe publica utilitate & æquitate, qua jus primogenituræ ubique fere gentium moribus invaluit, & ex Status ratione toleratur; fcilicet familiæ confervandæ caufa, & ne toties Patrimonium avitum familiæ hercifcundæ judicio, cum decremento, & tandem interitu generis & profapiæ fubjiciatur. Nam Herodotus, antiquiffimus Hiftoricus, fcribit: Effe apud univerfos homines inftitutum, ut natu maximus liberorum obtineat Principatum. Herodot. *cap. 7. num. 2.* Extincto item in Sicilia Dionyfio Tyranno, in locum ejus milites natu maximum ex filiis elegerunt, naturæ Jus fecuti, & quod firmius effet regnum, fi penes unum remanfiffet, quam fi portionibus inter plures filios divideretur. Juftin. *hiftor. lib. 21. cap. 1. num. 2.* Unde Stratius Attalo prudenter ingerit apud Livium, *lib. 45. cap. 19. num. 14.* Si partem regni fraterni peteret, ambo infirmos diftrictis viribus & omnibus injuriis obnoxios fore. Vid. Ludov. Molina JC. *de jure primogen. lib. 1. cap. 11. num. 1.* Ubi Gilmon de la Motta, Joan. Gutierrez. *lib. 2. pract. quæft. 14. per tot.* Intrigl. *de feud. quæft. 39. cent. 1.* Menoch. *confil. 158. num. 46, & alii.* Divifione enim dignitas familiæ memoriaque ejusdem ac univerfum patrimonium deftruitur & corrumpitur. Omnis namque dualitas ad deftructionem fubjecti, unitas autem ad confervationem ejusdem ordinatur. Zoanett. *de primogen. cap. 1.* Tiraquell. *eod. tract. qu. 4. num. 16. & alii.* Paul. Jord. Urfin. *de fucceff. feud. part. 2. quæft. 2. articul. 4. num. 7.* Ex qua ratione inductiva, & Veteres Germanicæ leges Primogeniti fucceffionem in Imperio Romano-Germanico introduxerunt, & plures quoque illuftres familiæ Ducatus ac Comitatus fingulari pacto fucceffiorio primogenito filio eam detulerunt. De quibus latiffime Melchior Goldaft. *de Majorat. lib. 2. cap. 17. & 18.* Arnifæ. *de Republ. lib. 2. cap. 2. fect. 7. per tot. Vide fupra cap. 29.*

Infuper quinto hæc ad Morganaticam 32
conventio publica quoque & familiari utilitate fuffulta exiftit. Quamvis enim liberi ex hoc fecundo matrimonio nati, tenuiorem conditionem fubire, & modica accepta paternæ fubftantiæ parte contenti
effe jubeantur; Hoc tamen publica Im- 33
perii utilitate rependitur, ne Ducatus aut Comitatus cum cæteris Dynaftiis in tot partes fcindere & dilacerare neceffe fit, cum maximo Imperii damno; cum ex tot diffectis partibus hæreditariis poffeffores fervitia militaria Imperio debita vix ac ne vix quidem tuto & prompte præftare posfint, cum eorum reditus vix ad alendas tot familias illuftres fufficere queant. Matth. Wefenb. *confil. 4. num. 43.* Rofenthal. *de feud. cap. 9. concluf. 55.* Semper autem potior ratio habenda eft & patriæ & antiquiffimæ familiæ, quam Uxoris &
liberorum: Nam nobis non folum nati 34
fumus, ait Cicero, fed ortus noftri partem patria vendicat, partem amici. Ac cum omnia ratione animoque luftraveris, omnium Societatum nulla eft gravior, nulla charior, quam ea quæ cum Republica eft unicuique noftrum. Chari funt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: Sed omnes omnium charitates patria una complexa eft. Cicer. *Offic. lib. 1.* Certe publica utilitas efficit, ut ex filiofamilias faciat cenferi Patremfamilias, *l. filiusfamilias ff. de his qui funt fui vel alien. jur.* Mar. Giurba *confil. 49. num. 26.* Mynfinger. *refponf. 32. num. 19.* Salmuth. *in dict.*
quæft. P. 2. fol 156. Ex quibus rationi- 35
bus hoc matrimonium ad Morganaticam conventionale Principes Imperii eo firmius contrahere folent: quod illud praxi quoque Imperii & confuetudine Illuftrium Virorum fuftineatur, nec unquam auditum fuiffe legimus, quod talis conventio in fummis judiciis rejecta fuerit. Ea autem, quæ tam diu certam & determinatam obfervationem habuerunt, ac longiffimo ufu firmata fuerunt, temere in dubium vocare, nefas erit, per *l. 31. cum legib. feq. l. 38. ibi.* in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficifcuntur, confuetudinem, *ff. de legibus.* Confuetudo enim (ait Nicetas) tempore firmata plus valet, quam ratio & religio. Quo jure confuetudinario & fideicommiffa familiæ & aliæ irregulares

lares successiones introductæ sunt. Knipschild. *dict. tr. cap. 6 n. 76. & seqq.* Idque per rationem a Cajo Cassio allatam: Habet (inquit) aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur, quod C. Tacit. *lib. 14. Annal. cap. 44. in fin.* Ita censent post alios, sed parce, præter supra adductos, Ludolph. Schrader. *de feud. part. 7. cap. 5. num. 31.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. feudal. part. 2. quæst. 41. num. 12. ac consil. annexo.* Cujacius *ad l. generaliter. 26. ff. de Verb. Obligat.* Vultej. *eod. tract. cap 9. n. 97.* Borcholt. *eod. tract. cap. 7. part. 2. n. 56.* Rosenthal. *eod. tract. cap. 7. conclus. 16. lit. K.* Rittershus. *eod. lib. 1. cap. 15. §. 8.* Struv. *eod. cap. 9. §. 5. num. 8.* late & amplifice per discursum Dn. Salmuth. *in Quæst. Princip. de hoc casu, quæst. 2. fol. 153. ac fol. 86.* Myler. *in Gamol. cap. 6. n. 22. & seqq.* Ubi plura de hac materia.

CAPUT XXXVII.

DE PRÆDIIS CIVITATUM.

SUMMARIA.

1. *In bene constitutis civitatibus abundantia frumenti necessaria.*
2. *Caritas annonæ incendio similis.*
3. *Romæ Annonæ Præfectus statim Consules subsecutus.*
4. *Postea Cereales dicti.*
5. *Villæ Publicæ Romanorum.*
6. *Tit. Cod. de prædiis Civitatum peculiaris extat.*
7. *Prædia publica quid sint?*
8. *Non sunt communia Civibus.*
9. *Hodienum certi administratores prædiorum Civitatis constituuntur.*
10. *Quomodo prædia Civitatis colantur?*
11. *Siquis ea comparaverit demto canone, nihilominus eum solvere debet.*
12. *Ad quid reditus ex prædiis Civitatum adhibeantur?*
13. *Restauratores operum publicorum haud recte inscribunt iis nomina sua.*
14. *Tertia redituum Civitatis olim adhibebatur ad refectionem ædificiorum publicorum.*
15. *Refectio inconsulto Principe fieri non debet.*
16. *Quod de civitatibus Imperii intelligendum non est.*
17. *Pensionarius ultra tertiam partem pensionis in refectionem ædium impendere non potest.*
18. *Conductor finita conductione in privatorum locatione, in re locata remanere non potest.*
19. *Quod secus est in conductoribus prædiorum Civitatis.*
20. *Hoc plurimis in locis in desuetudinem abiit.*
21. *Apud Frisios tamen adhuc usu servatur.*
22. *Olim in locatione prædiorum civitatis per oblationem secundi non statim liberabatur primus licitator.*
23. *Quomodo locatio prædiorum Civitatum fieri debeat?*
24. *An Civitas urgente necessitate possit cogere conductores, ut ante diem solvant?*
25. *Prædia Civitatum possunt alienari.*
26. *Quæ solennitates requirantur ad venditionem prædiorum Civitatis?*
27. *Probatio versionis in utilitatem Reipublicæ non necessaria.*
28. *In venditione redituum Civitatis eædem solennitates requiruntur.*
29. *Prædia Civitatum non facile sunt vendenda.*
30. *Cautelæ hic observandæ.*
31. *Prædia comprehenduntur appellatione Civitatis ad quam pertinent.*
32. *Civitates prædia in feudum accipere & dare possunt.*
33. *Civitas prædium in feudum dans qualem jurisdictionem nanciscatur?*
34. *Consul delinquens in feudi Dominum quatenus feudum amittatur?*

1 IN omnibus bene constitutis Civitatibus magna semper cura adhibita, ut populus omni genere victus, & præci-
2 pue frumento abundaret: Imprimis Romani curam annonæ habuerunt, ejusque caritatem incendio assimilarunt & igni, cui nemo resistere possit, Turneb. *22. advers. cap. ult.* Et annonæ cura inter prima-

primaria urbis munera fuit, annonæque
3 Præfectus statim Consules subsecutus est,
Lather. *de censf. lib. 3. cap. 7. num. 102.* Ne
enim annonæ caritate Civitas laboraret,
ejus inspectio ab initio ad curam præfecti
urbis pertinuit, postea tamen præfectus
quoque annonæ electus, & velut extra or-
dinem constitutus est, *l. 2. §. 33. ff. de ori-*
gin. Jur. Et Cajus Julius Cæsar duos
prætores & duos ædiles, qui frumento
4 præessent, & a Cerere Cereales constituit,
d. l. 2. §. 32. vers. deinde Cajus. ff. de Origin.
5 *Jur.* Ut etiam annonæ caritati obveni-
retur, habebant Romani prædia vel villas
publicas, quarum una sita erat in Campo
Martio, ad quam solebant cives animi gra-
tia exspatiari; Et Cicero villæ publicæ
mentionem facit in *Lib. 4. Epist. 15. ad At-*
ticum: Efficiemus, inquit, rem gratiosam.
Nam in Campo Martio septa Tribunitiis
Comitiis marmorea sumus & tecta facturi,
eaque cingemus excelsa porticu, ut mille
passuum conficiatur, simul adjungetur huic
operi VILLA etiam PUBLICA.
6 Huc facit & *Tit. C. de divers. prædiis Urb.*
7 *rust. & Civitatum &c.* Dicuntur autem
prædia publica, quia ad certum aliquem
populum vel civitatem, puta Romanam,
spectant, *l. 15. & seq. ff. de V. S.* vel Præ-
8 dia universitatis. Non tamen hac mente,
quod sint ipsorum civium, aut communia
ipsis, sed civitatum propria, ut enim pri-
vatæ personæ bona sibi propria acquirunt,
ita Civitates quæcunque proprio ac firmo
jure prædia & reditus annuos sibi adqui-
rere possunt contractu aut ultima volun-
tate, si hæredes instituantur, vel eis legetur,
per textum expressum *in l. 2. C. de divers.*
præd. Urb. rust. & Civit.
9 Sicuti etiam in civitatibus quidam Se-
natores nonnullis specialibus muneribus
præficiuntur, ut Prætores, *Schultheissen und*
Stadt-Richter, administrationi justitiæ, Ca-
merarii, *Cämmerer, Steuer-Zinß- und Schoß-*
Einnehmer, qui ærario & publicis tabulis
præsunt, & censu oblationesque civium
colligunt, Ædiles, *Baumeister*, quibus cura
ædificiorum publicorum ac munitionum
incumbit; ita etiam hodienum in multis
locis certi administratores prædiorum &
pagorum ad civitatem pertinentium con-
stituuntur, qui Lipsiæ vocantur *Deputirte*
zu des Raths Land- und Ritter-Güthern.
10 Prædia autem Civitatum vel per Villi-
cos & servos coluntur, & tunc omne lu-
crum & damnum spectat ad Civitatem, vel
pro certo canone alteri locantur, aut in
Emphyteusin conceduntur, & hoc poste-
riore casu nihil interest, cujus Civitatis
prædia quis emerit, modo eis impositum
canonem præstet, juxta fidem publicorum
monumentorum ipsius civitatis, cujus ven-
dita sunt prædia; Igitur si ea acquisiverit 11
dempto canone, pendendus nihilominus
is erit, quia non debet civitas suo jure de-
fraudari, & sufficere debet possessori, quod
apud se in perpetuum ex approbatione
Principis permaneat dominium. Si vero
agonotheticas possessiones, (i. e. ad sacra
certamina deputatas) emerit a perpetuo
emphyteuta, ex quibus residui debentur
canones, illi privato ærario inferendi sunt,
quo firmiter apud eum ejusque successo-
res rerum dominium permaneat, *l. 5. C. de*
divers. præd. Urb. & rust. Inde liquet
tutum esse emptorem, qui rem emit ab
Emphyteuta civitatis quoad ipsam rem,
quamvis pactum, ne teneatur solvere ca-
nonem civitati, non valeat, secus tamen
est in possessione rei privatæ, quam qui
emit, sub pacto non solvendi canonem, aut
quod a venditore solvetur, amittit cum
fructibus, & pretio, *l. ult. C. de fund. rei*
priv.
Ex his constat, quam necessarium 12
fuerit, suo tempore debitos canones sol-
vere, cum tertia pars eorum ex locis fun-
disve Reipublicæ mœnibus aliisque operi-
bus publicis restaurandis deputaretur, *l. 3.*
C. de divers. præd. Nunc etiam iisdem
restaurandis certa pars proventuum Civi-
tatis designatur, unde illi, quorum est illa
restaurare, aut a fundamentis nova extruere,
non videntur jure iis nomina sua inscri-
bere, & insignia insculpere, quod solius
Civitatis est, & illorum, qui suo sumtu ista
faciunt. Potiore jure civitas ædificiis pri- 13
vatis, quibus publicus adspectus decoratur,
insignia sua infigeret, ad quæ extruenda,
ut sæpe solet, liberale subsidium præstat,
quam ejus ministri, qui præter curam ni-
hil contribuunt, ut merito criminentur,
qui sine approbatione & mentione Princi-
pis id faciunt, *in l. 10. C. d. oper. Publ.*
Perez. *ad Tit. C. de divers. præd. urb. &*
rustic. num. 4. & seqq.
Redituum igitur, uti dictum, ex prædiis 14
Civitatis pars tertia adhibebatur ad refe-
ctionem ædificiorum publicorum, *l. 3. C.*
de divers. præd. Rust. & urb. Klock. *Vol. 2.*
Consil. 44. n. 47. Ubi ex Ægidio Tho-
mato notat illam tertiam hodie de consue-
tudine non servari, de quo etiam queritur
idem Klock. *de Contrib. c. 9. n. 34.* Quam- 15
vis

vis ipsa refectio inconsulto Principe vel præside fieri non possit, *l. 9. §. 1. ff. de R. D.*
16 De Civitatibus vero Imperii hoc intelligendum non est, cum notum sit, eas jura Principum ac illimitatam de rebus suis disponendi habere potestatem, Imperioque non minus ac ipsimet Principes, Prælati & Comites esse incorporatas, nec non Cameræ & Imperatori immediate contribuere, Statusque Imperii salutari. Carpz. *Decis. 83.*
17 *num. 2.* Ex hac lege 3. colligit Brunnem. Pensionarios ultra tertiam partem pensionis in reparationem ædium impendere non posse.
18 Quamvis etiam regulariter in privatorum locatione, conductori invito locatore, ea finita, remanere fas non permissum, sed locator cuivis rem suam locare potest, licet conductor rem meliorem reddiderit, & pensionem eandem, vel majorem obtulerit, *l. 32. C. Locat.* Mynsing. *Cent. 4. Observ. 32.* Sæpe namque non expedit, ut in fundis diuturniores colonos habeamus; Machinantur enim frequenter in damnum Dominorum, ac maxime in eorum hæredes, ignaros plerumque juris paterni, Choppin.
19 *de Privil. Rustic. l. 1. c. 6.* Hoc tamen aliter se habet in conductoribus prædiorum Civitatis, qui in re locata novis conductoribus præferuntur, si facta per alios augmenta suscipiant, *l. 4. C. de Locat. Prædior. Civit.* Congruit enim æquitati, quia nonnunquam in conductione detinentur inviti, *l. 11. §. ult. ff. de publican.* atque ita, qui in uno gravantur, in aliis releventur, *arg. l. 30. ff. de jurejur.* ut Respublica facilius inveniat conductores. Verum *d. l. 4.* secundum Cyprian. Regner. *in Cens. Belg. ad d. l.* hodie nullo modo servanda & approbanda videtur, quum & Reipublicæ noceat, quæ non facile reperiret Conductores, si priores semper præferendi sint, & etiam pugnet cum natura locationis, quæ finita alii locum facit. Sane qui in perpetuum conduxit, ille omni tempore securus
20 *est l. 5. de Locat. Præd. Civil.* Et quia hodie nulli conductores inviti detineri solent, Sande *Lib. 3. tit. 6. Defin. 4.* & propter colonorum copiam nemo, qui agros possidet, de requirendis conductoribus sollicitus est: ideo hoc multis in locis in desuetudinem abiisse, testatur Mornac. *in l. 9. emptorem. C. Locat.* Choppin. *de Doman. Gallic. tit. 13.* Autumn. *Confer. du Droit. ff. de in diem addict. circ. fin.* Peregrin. *de*
21 *jure Fisci Lib. 6. tit. 5. n. 6. in fin.* Frisii autem, sicut in cæteris, Sande *l. 2. tit. 2. defin. 7. in fin.* ita & hic juri Romano strictius inhærent, & non tantum in publicorum prædiorum conductoribus, verum etiam in templorum colonis hujus legis sanctionem obtinere, in Frisiæ Senatu judicatum refert Sande *L. 3. T. 6. defin. 2.* quinimo hoc jus ad alios transferri atque cedi posse idem Senatus censuit. *dict. tit. 6. defin. 3.* Grönw. *de LL. abrog. ad d. l. 4. C. de Locat. Præd. Civ.*

Quia etiam Locationes prædiorum Ci- 22
vitatis olim sub hasta fiebant, non statim per oblationem secundi liberabatur primus licitator, *per l. 9. ff. de in diem addict.* quia potuit secundum minus idoneum submittere, & inducere ad licitandum, & plus offerendum, ut ipse liberaretur, Gutierrez *de Gabellis qu. 134.* Ut vero locatio præ- 23
diorum civitatis rite fiat, necesse est, ut accedat consensus totius ordinis Decurionum, vel saltem majoris partis, & a conductoribus fidejussores dentur, qui se obligent, si quid damni in rebus conductis ipsius conductoris culpa evenerit, se præstituros, & de pensionibus statutis temporibus solvendis, *l. 2. & ibi.* Bald. *num. 2. & 3. C. de præd. decur. sine decret. non alien.* Losæus *de jure univers. cap. 7. n. 2. seq.* Bruning. *d. concl. 85.* Et sic locationes rerum publicarum per administratores fieri debent exacta a conductoribus cautione, *l. 4. §. 1. l. fin. §. 3. ff. de administr. rer. ad civit.* Requiritur quoque in locationibus subhastatio, *l. 3. C. de locat. præd. Civ. l. 2. C. de vend. reb. civit. l. 21. §. ult. ad municip.* Bruning. *d. concl. 85. lit. b.* Losæus *d. cap. 7. num. 6. seq.*

Quæri etiam hic potest, an civitas ali- 24
qua Imperialis urgente necessitate possit cogere conductores Prædiorum Civitatis ante diem ad solutionem pensionis? Videtur non posse, quia id adversaretur æquitati, quæ jubet pacta servari, nec alias conducturi fuissent, *l. 41. ff. de verb. obligat.* Sed contrarium est verius eo quod necessitas legem non habeat, soluto tamen interesse medii temporis, *l. 1. ff. de condict. ex lege.* ubi Bart. & Dd. docent, conductores vectigalium posse cogi ad solvendum ante diem & constitui in mora, si moniti distulerint solvere, Mastrillius *lib. 5. de magistr. cap. 6. num. 24.* Perez. *ad tit. C. de Locat. Præd. Civil. num. 14.*

Cum Dominium etiam Prædiorum pu- 25
blicorum ad ipsas Civitates & Universitates pertineat, eadem quoque a civitatibus earumque administratoribus alienari pot-

erunt, cum quilibet rerum suarum liber sit moderator & arbiter, *l. in re mandata. C. mandat.* idque probat, *tot. tit. C. de vendend. reb. Civit.* & universitas circa administrationem & alienationem rerum suarum potest legem facere, quam vult, *l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. l. 2. §. viam publicam. & ibi gloss. ff. ne quid in loc. publ.* idque tam quoad res mobiles, quam immobiles. Losæus *de jur. univers. part. 3. cap. 5. n. 1.*

26 Ut vero prædiorum ad Civitatem pertinentium alienatio valida sit, plurima quoque requiruntur, de quibus *in l. ult. C. de vendend. reb. civit.* Et quidem I.) justa & necessaria causa, veluti pro solvendo ære alieno, expediundis publicis negotiis, vel ex utilitate, etiamsi debitum non subsit, & si alienatio tendat in Reipublicæ utilitatem, & commodum ipsius Universitatis, Nicol. Losæus *de jure univers. part. 3. cap. 5. n. 1.* II.) Sive Universitas per se ipsam contractum ineat, sive Syndicum ad alienandum constituat, debent esse præsentes & intervenire hujusmodi alienationi, seu Syndici constitutioni, duæ partes ex tribus concilii seu ordinis Decurionum ipsius Civitatis sive Universitatis, *d. l. ult. vers. in provinciis vero. C. de vend. rer. Civit.* Losæus *d. c. 5. n. 4. & 5.* Ubi non opus esse putat, ut secundum Bart. *in l. ambitiosa. n. 10. ff. de decret. ab ordin. fac.* concilium seu adunantia generalis interveniat, sed sufficiat interventus Curialium duntaxat, seu ordinis Decurionum; nisi aliter fuerit statuto vel consuetudine loci introductum: Forma enim introducta consuetudine in alienatione rerum publicarum si non servetur, alienatio nulla redditur, *l. ult. & ibi gloss. de jur. Reipubl.* Losæus *d. c. 5. n. 6.* Prout hodie in plerisque Civitatibus Imperialibus observatur, ut valida sit alienatio, si eorum consensus interveniat, quibus gubernatio & administratio Reipublicæ in arduis negotiis commissa est. III.) Ut rerum publicarum alienatio valida sit, & de jure subsistat, requiritur etiam causæ cognitio, & ultra decretum curiæ etiam Judicis autoritas & decretum. *d. l. fin. C. de vend. rer. Civit. l. 2. & ibi gloss. in verb. acta. C. de præd. decur. l. 1. & 2. C. de serv. Reipubl. manumit.* Losæus *d. cap. 5. n. 7.* IV.) Requiritur, ut alienatio fiat sub hasta, ut, qui plurimum contulerit, is bona consequatur, Rol. a Vall. *consf. 90. n. 41. & consf. 99. n. 19. Vol. 1.* Losæus *d. c. 5. n. 90.* V.) Ut venditores juramentum præstent, quod credant alienationem Civitati esse utilem, Losæus *d. c. 5. n. 4.* Bruning. *de variis Univers. spec. concl. 82.* VI.) Ut emtor 27
probet pretium versum fuisse in utilitatem Reipublicæ. Knipschild. *de Civit. Imper. L. 5. C. 4. n. 11. & seqq.* Quod tamen negat Carpz. *P. 2. Const. 6. Def. 20.* Cum id saltem in iis contractibus, qui solum utilitatem contrahentis, non etiam Civitatis concernunt, obtineat *per text. in Cap. 1. X. de deposito.* Heig. *P. 1. Quæst. 34. n. 8.* In reliquis vero contractibus, qui utriusque contrahentium emolumentum complectuntur, ad hoc ut inde contra civitatem actio competat, probationem versionis in rem Civitatis neutiquam requiri. Hinc cum non tantum venditio prædiorum, sed etiam redituum Civitatis sit contractus a mutuo diversus, & simul civitatis emolumentum concernat, sequitur inde, quemadmodum in alia quapiam venditione rerum Civitatis non requiritur probatio versæ in utilitatem Civitatis pecuniæ, ita nec in hac eam exigi: De similibus enim idem est judicium. Heig. *d. quæst. 34. n. 9. & 10.* Prædictæ autem so- 28
lennitates necessariæ sunt, non solum in alienatione bonorum immobilium seu prædiorum Civitatis, sed & annuorum redituum, quæ pro immobilibus habentur. Bruning. *d. tr. Concl. 80.*

Quia etiam non facile vendenda, quæ 29
tuendæ & conservandæ Reipublicæ sunt destinata & necessaria, veluti Prædia, pascua, nemora, sylvæ, piscinæ, molæ Universitatum, quibus tenues sustentantur, hæc enim vendita & Rempublicam & subditos perdunt, Klock. *de Ærario l. 2. c. 49. n. 26.* Ex quo etiam hujusmodi bona publica absque consensu Superioris alienari non posse ad instar rerum pupillarium, scribit Besold. *P. 2. Consf. 25. n. 3.* Contrarium tenent Grœnweg. & Regner. *ad l. 3. C. de vend. reb. Civit.* Cautelæ loco 30
igitur erit Civitati, ut in alienatione immobilium jus reluitionis reservetur, & ita firma & perpetua alienatio impediatur, & bona vendita quandoque recuperari possint, post Obrecht. *in consil. Welcher massen ein Stand des Reichs seine Gefälle und Einkommen verbessern möge.* Besold. *de Ærar. cap. 6. n. 3.* Vel alienatio ad certum tempus fiat, eoque elapso & pretio restituto, res quoque vendita restituatur, qua lege bona immobilia vendi posse, probat

probat *l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 49. n. 25.*

31 Notandum etiam est, quod prædia comprehendantur appellatione Civitatis, ad quam pertinent, Besold. *P. 2. Consil. 70. n. 34.* & Villa ac Castrum dicitur pars Civitatis; quod juris enim est in Civitate, idem etiam obtinet in villis ad Civitatem pertinentibus. Carpz. *P. 2. Const. 5. Def. 1.* Civesque dicuntur habitantes in villis & castris civitati subjectis, Boër. *Quæst. 13.*
32 *n. 26. & num. 46.* Civitates quoque prædia in feudum accipere & dare posse, non habet dubium, cum apud Feudistas non reperiantur inter personas exceptas, Hartmann. *de Feud. Obs. 6.* Indifferenter enim traditur, quod quilibet, qui liberam bonorum suorum habet administrationem, res suas infeudare possit, Jacob de S. Georg.
33 *in Tr. fund. verb. in Feudum.* Civitas itaque dans allodium suum in feudum (quæ feuda vocantur Burgensia) jurisdictionem quandam, Domino autem territoriali non præjudicabilem, singularem, ordinariam tamen super rebus quæ ab ipso in feudum recognoscuntur, sibi acquirit, *C. Imperialem* §. *ult. de prohibit. feud. alien. per* Frideric. Zabarell. *in Clem. Pastoralis vers. denique in 3. notabil. col. 3. quæst. 3. de sentent. & de judic.* Schrad. *d. pr. 10. sect. 8. num. 14.* Schneidew. *de feud. c. 6. n. 9.* Vult. *de feud. c. 3. n. 14.* Reinck. *de Regim. Secul. & Eccl. lib. 1. num. 9.* Faciunt ad præmissa illa; *Nach welcher Art zu reden nicht allein ein Fürst, Graf oder Herr, sondern auch ein ieder gemeiner Bürger und Bauer ohne Schein und Grund einiger ordentlichen Landes-Obrigkeit ein Erb-Herr seyn und heissen kan, wenn er nur seine* Vasallos, Emphyteutas, Censitos, Superficiarios, Curiales, Colonos, servos, homines proprios, adscriptitios glebæ *und dergleichen Leben-Pacht- und Zinß-Leute hat, darüber ihme ausserhalb des Eigenthums und dahero fleigenden Rechten im geringsten keine Botmäßigkeit zukömmt. Waldeckische Ehren-Rettung p. 2. cap. 9.* Speidel. *ad Besold. pr. th. lit. E. n. 49.*

Occasione feudi hic notandum, si muni- 34
cipium feuda non det, de quo casu est præsens institutum, sed accipiat, & Consul in Dominum deliquerit, tunc feudum revertitur quidem ad Dominum, sed quousque tantum vivit, vel in consulatu est consul; post mortem namque ejus vel naturalem vel civilem municipio feudum restitui debet. Sonsbeck. *de feud. p. 13. num. 7. ad fin.* Schrader. *de feud. p. 2. part. 9. princip. sect. 9. incipit, trigesimo quæro. quæst. 35. n. 30. pract.* Papiens. *in form. libelli, quo agitur ad revocat. feud.* Besold. *cons. 37. n. 130. part. 2.* Zahn. *in Ichnogr. Municip. c. 73.*

CAPUT XXXVIII.

DE PRÆDIIS MINORUM.

SUMMARIA.

1. *Imperator Severus prohibuit, ne tutores prædia rustica minorum alienent absque decreto.*
2. *Quod Constantinus ad prædia urbana & res mobiles extendit.*
3. *Alienationis nomine quid veniat?*
4. *Decreto opus non est, quando Major ad divisionem provocat.*
5. *Nec ob sterilitatem fundus minorum alienari debet.*
6. *Ad alienationem prædii minoris requiritur I. Causæ necessitas.*
7. *II. Cognitio judicis, an justa subsit alienationis causa.*
8. *III. Decreti interpositio.*
9. *Solennitatibus his observatis nihilominus minor in integrum potest restitui, si se læsum probaverit.*
10. *Simoncelli XVI. requisita in alienatione prædii minoris.*
11. *Solennitates si non fuerint observatæ, minor non opus habet restitutione in integrum, sed habet remedia ordinaria.*
12. *Non sufficit pecuniam ad minorem venisse, nisi inde factus sit locupletior.*
13. *Prædium minoris injuste alienatum cum fructibus est restituendum.*
14. *Nec præjudicat ab emtore hypotheca constituta minori.*
15. *Quomodo alienatio injuste facta confirmari possit?*
16. *Onus probandi cui incumbat, si minor prædium injuste alienatum vindicare velit.*

1 ORatione Imperatoris Severi, Senatus-
consulto confirmata, prohibiti
sunt tutores & Curatores prædia
rustica & suburbana minorum alienare abs-
que decreto Prætoris causa cognita interpo-
sito, *l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Hoc jus
2 Constantinus tandem ad urbana quoque
prædia, mancipia & res pretiosas mobiles
3 extendit, *l. 22. C. de Administr. tutor.* Alie-
nationis autem nomine venit omnis actus,
qui rem extra bona Minoris ponit, vel ejus
usum aufert, aut diminuit, ut non tantum
intelligatur venditio, sed etiam donatio,
quæ adeo hic prohibetur, ut ne quidem
propter nuptias vel dotis causa absque de-
creto sustineatur, *l. 8. C. de præd. minor.*
Uti & permutatio & transactio, videlicet
ex parte ejus, qui rem controversam alteri
cedit: non etiam respectu ejus, qui pro
ea retinenda aliquid dat moventi quæstio-
nem, *l. 4. C. d. t.* Item alienationis no-
mine venit pignoris obligatio, ususfructus
aut alterius servitutis constitutio, rei im-
mobilis pro alio debito in solutum datio,
l. 15. d. t. Denique quæcunque promissio
& cautio, qua quis jus sibi in fundo com-
petens remittit, tantum enim abest, ut
Curator plenum dominii jus minori com-
petens alienare possit, ut ne quidem utile
jus, quod habet ex prædio vectigali aut
Emphyteutico, absque decreto valeat di-
strahere, *l. 13. d. t.* Est item divisio quæ-
dam alienationis species. Quo fit, ut in-
ter minores, aut inter minorem & majo-
rem, minore ad divisionem prædii com-
munis provocante, illud neque distrahi,
neque dividi lex patiatur absque decreto.
4 Veruntamen eo opus non est, cum socius
major 25. annis minorem ad divisionem
provocat, *l. pen. C. h. t.* Uti nec eo casu,
quo creditor rem Minoris legitime sibi
pignoratam & ex causa judicati captam di-
straxit. Perez. *in d. tit. C. num. 4. & 5.*
5 Licet etiam sterilis vel pestilens fundus sit,
non tamen hoc sufficiet ad alienationem
concedendam, nam ob necessitatem æris
alieni prædium vendendum est, non ob
utilitatem etiam insignem. Brunnem. *ad l.
penult. ff. de reb. eor. qui sub tutel.*
6 Ut igitur alienatio Prædii Minoris va-
leat, tria requiruntur communiter a Docto-
ribus. Primum est, ut subsit causæ ne-
cessitas, cujusmodi est æs alienum, aut ca-
sus similis, ut dos, donatio propter nuptias,
fames conjunctarum personarum &c. *l. 22.*
7 *C. de administr. tut.* Secundum requisi-
tum est, ut Judex cognoscat, an justa sub-
sit alienationis causa, probata, an non;
ubicunque enim autoritas Prætoris vel Ju-
dicis requiritur in aliquo actu, semper ne-
cessaria est causæ cognitio, *l. 10. § Prætor.
ff. de in jus vocand.* Est autem hic judex
domicilii minoris competens ad interpo-
nendum decretum. Quod si tamen res
sita sit in uno territorio, & minor habeat
domicilium in alio, decretum utriusque
Judicis requiritur. Perez. *ad tit. C. de præd.
Minor. n. 8.* Tertio requiritur, ut decre- 8
tum Judicis solenniter sit interpositum,
quo decernatur, res alienari posse. De- 9
creto tamen interposito, servatisque so-
lennibus, nihilominus, si in alienatione
minor se læsum, damnove affectum proba-
verit, puta quia res nimis vili pretio sit
distracta, causa cognita restitui in integrum
poterit, ita ut non audiatur emtor, volens
quod justo pretio deest supplere, cum re-
stitutio totum contractum rescindat, &
minorem, ac si non contraxisset, in inte-
grum statum reponat, *l. 11. C. de Præd. mi-
nor.* Alii plura requirunt. Simoncellus 10
enim *Tract. de decret. in Contr. Min. Lib. 1.
tit. 1. XVI.* exposcit, quæ tamen ad præ-
dicta tria commode referri possunt. I.) De-
siderat legitimam & necessariam causam,
quæ probari debet, unde si obreptum fuerit
judici per falsam causam, vel is sine neces-
sitate decreverit, nullum esse decretum,
l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. II.) Ipsi est
causæ istius cognitio. III.) Æs alienum,
idque urgens, ita ut creditores actu instent,
aut si alia urgeat necessitas, quæ evitari ali-
ter, quam rebus alienandis non possit, *l. f.
C. de Præd. min.* IV.) Instructio de bonis
pupilli a Judice per alium quam tutores
facta, *l. 9. ff. d. t.* V.) Inquisitio de pecu-
nia pupilli, anne in numero sit, vel in no-
minibus vel fructibus reconditis, vel in
aliis rebus mobilibus, & num evitari quo-
vis modo possit rerum immobilium distra-
ctio. VI.) Ut vendatur res minus damnosa
pupillo. VII.) Ubi ad prædiorum vendi-
tionem deventum, inquisitione facta ven-
datur fundus minus utilis. VIII.) Animad-
vertendum Judici, utrum pignoratio vel
venditio pupillo sit utilior. IX.) Ne plus
accipiatur sub obligatione prædiorum,
quam quod opus est ad solvendum æs alie-
num, ne scilicet propter modicum æs alie-
num magna possessio distrahatur, *l. 5. §. 10.
ff. d. t.* quod maxime verum, si alienatio
æs alienum in magna quantitate excedat.
X.) Ne tutores sub prætextu æris alieni
allegati pecuniam, quam forte mutuo acce-

perunt, in suos usus convertant, prætor curare debet, ut pecunia accepta creditoribus solvatur, ita ut mittat viatorem, qui renunciet, pecuniam illam ad hoc conversam, propter quod desiderata est alienatio, *d. l. 5. §. 13.* Quamvis possit & ita sibi cavere prætor, ut curet præsentem esse creditorem, qui datam pecuniam est recepturus. XI.) Interveniat Tutoris veri autoritas, qui enim veri non sunt Tutores aut Curatores, sed pro tutore & curatore negotia gerunt, eos non posse distrahere res pupillorum vel minorum nulla dubitatio est, *l. 8. ff. d. t.* XII.) Pupilli, amici & consanguinei sint præsentes, quod tamen, licet utile sit, necessarium esse non videtur; cum *in d. §. 11.* saltem propterea requirantur, ut Judex possit edoceri de bonis pupilli, ne tutoribus vel curatoribus nimis credat, quod fieri potest etiam ex editione & inspectione inventarii, aut per alios homines non conjunctos. XIII.) Ut actu decretum interponatur. XIV.) Requiritur Judicis subscriptio, *l. 1. de off. Assess.* XV.) Judex in decreti interpositione sedeat, *arg. l. 3. §. si causa de Bonor. possess.* XVI.) Denique res vendenda in publicum ponatur, & per licitationem seu subhastationem plus offerenti tradatur. Simoncel-
11 lus *d. l.* Solennitates si non fuerint observatæ, alienatio aliter facta ipso jure nulla est, ita ut minori non sit necessaria in integrum restitutio, *l. 2. C. de præd. minor.* Sed remediis juris ordinariis uti potest, ut sunt adversus tutorem, qui forte illegitime alienavit, actio tutelæ vel negotiorum, *l. 3. C. de arbitr. tutelæ*, adversus illum vero, qui rem minoris ita alienatam possidet, rei vindicatio, quia in pupilli dominio mansisse intelligitur, quæ illegitime alienata est, Hahn. *ad Wesenb. de reb. eor. qui. num. 5.* Igitur si probetur, obreptum fuisse Prætori, aut nullum intervenisse decretum, competit minori actio in rem, qua vindicet prædium alienatum una cum fructibus, nec tenetur pretium a tutore acceptum refundere emtori, *l. 10. C. de præd. minor.* Nam qui contra legum interdicta mercatur, pretium amittit, & malæ fidei emtor est, *l. 7. in fin. C. de Agric. cens.* At si vero bona fide rem comparaverit, possessor exceptione doli minorem repellet, si nolit pretium cumelioratione & usuris restituere, dummodo id in rem ejus conversum fuisse constiterit, *l. 14. l. 16. C. de Præd. minor.* Non enim debet minor cum damno alieno
12 locupletari. Nec sufficit igitur pecuniam ad minorem pervenisse, nisi etiam inde locupletior factus sit, *l. 27. §. prædium. ff. de Minor.* Hartm. Pist. *P. 1. quæst. 38. num. 35.* Unde emtori onus probandi incumbit versum fuisse pretium in rem minoris, *l. 16. C. de præd. minor.* nisi minor cum Curatoris autoritate contraxerit, quo casu emtor onere probandi non gravatur. Nam qui minori solvit cum Curatoris autoritate, tutus est, *l. 7. §. 1. ff. de minor.*
Prædium autem minorum injuste aliena- 13
tum, cum omni causa & fructibus perceptis est restituendum. Carpz. *P. II. Const. 11. D. 29.* Etenim quia absque causa & titulo fuit possessum, fructus percepti non cedunt possessori, sed in restitutionem veniunt una cum prædio emto, *d. l. 16. C. de præd. min. fin. decr.* Prout judicarunt Lipsienses *An. 1575.* in causa Nicolai *von Lesswigs; So ist solcher Vertrag zu Recht unkräfftig, und der Besitzer des Guths Endersdorff dasselbe mit allen Zugehörungen und eingehobenen Nutzungen euch abzutreten,*
und einzuräumen schuldig, V. R. W. Nec 14
præjudicat porro minori Hypotheca ab emtore constituta. Ex quo enim distractio bonorum Pupilli vel Minoris immobilium haud observatis solennibus ad eam requisitis, ipso jure nulla est, in tantum ut nec ulla requiratur in integrum restitutio, aliudve remedium ad alienationis rescissionem, sed sufficiat sola sententia super nullitate declaratoria, *l. 2. C. de Præd. minor. non alien.* Expeditum satis hoc ipso redditur, hypothecam ab emtore constitutam æque annullari, ac ipso jure pro nulla haberi, ne fortiorem effectum attribuamus actui consequenti quam antecedenti, vel robur majus fundato quam ipsi fundamento, quod absurdum foret. Et quomodo unquam vel momento saltem valere potuerit hypotheca in re aliena constituta, cum non nisi res propria oppignorari queat, *l. 2. ff. de pignor. act. l. 1. 2. 6. si alien. res.* Accedit quod bona Minorum cum fructibus sint restituenda, uti paulo ante demonstratum, quomodo hypotheca vel pignus obesse poterit minori. Carpz. *p. 2. Decis. 195.*

Licet vero alienatio illegitime facta nulla 15
sit, aliquando tamen confirmari ex postfacto solet. Ut I.) ignorante minore per usucapionem, si quis prædium emerit bona fide, *l. 3. & f. C. Si quis ignor.* II.) Si minor alienationem ejusmodi major factus specialiter & expresse approbet, *l. 3. C. si major fact. alien.* ut, si pretium ab emtore acce-

acceperit. III.) Si eam tacite ratam habeat. Tacite censetur confirmata alienatio, si intra legitimum tempus non fuerit revocata, qua ratione lex certi temporis lapsu id ratum censet, ne res semper in incerto maneat, idque tempus est quinquennii, quod in foro juris communis post vigesimum quintum, in foro Saxonico autem exeunte vigesimo primo anno currere incipit. Petr. Heig. *P. II. quæst. 19. n. 3.* Hactenus vero alienationem hujusmodi silentio confirmatam esse prodest, si eam minor jam tum sciverit, cum major factus est, alioqui non nisi a die scientiæ quinquennium illud computabitur, Ant. Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 39. def 2.*
16 Onus vero probandi, si minor prædium injuste alienatum vindicare velit, & reus opponat exceptionem factæ venditionis, sine dubio ipsi reo incumbit, fundans enim se in aliquo actu, non modo ipsum actum, sed & qualitatem actus docere tenetur. *c. 31. X. de Elect. in 6to.* At si minor vindicans alienationem impugnet, quod debita requisita non fuerint observata, eamque qualitatem alienationis libello suo inserat, cui reus negative respondet, hoc casu minorem ceu actorem contenta libelli, ac requisitorum defectum probare teneri, recte quis affirmaverit cum Jac. Schult. *P. 1. quæst. 17.*

CAPUT XXXIX.

DE PRÆDIIS COMMUNIBUS ET GANERBICIS.

SUMMARIA.

1. *Prædia multipliciter possunt fieri communia.*
2. *Prædia unita majori pretio æstimantur, quam divisa.*
3. *Prædia communia sunt frequentia apud Nobiles.*
4. *Quid ejusmodi communioni causam dederit.*
5. *Ob mutuam defensionem plurimi Ganerbinatus introducti.*
6. *Ganerbinatus est quædam societatis species.*
7. *Ganerbii unde dicti?*
8. *Ganerbii sunt, quibus obvenit idem prædium, vel alia res immobilis.*
9. *Qui Ganerbinatum castri inire possint?*
10. *Quod de eo, qui habet Majestatem, non est dubium.*
11. *Ganerbinatus quondam fuit ratione Regni Neapol. inter Regem Hispaniæ & Galliæ.*
12. *Privatis Ganerbinatum castri inire non est permissum.*
13. *Uti nec castrum ædificare.*
14. *Fœdera subditorum sunt illicita.*
15. *Nisi accedat Superioris consensus.*
16. *Exemplum hujus rei in castro Ganerbico, dicto* Buseckerthal.
17. *Ganerbinatum vel communionem aliorum immobilium inire non est prohibitum.*
18. *Modo, quando est feudum, Domini consensus accedat.*
19. *Item forma in Ganerbinatu præscripta observetur.*
20. *Et si successionis causa ineatur, non per nuda pacta fiat.*
21. *Quomodo condomini lucrum & damnum inter se communicare debeant?*
22. *Partitio debet fieri secundum proportionem Geometricam.*
23. *Potest & conveniri, ut is qui operam contulit lucri duas, & damni unam partem ferat.*
24. *Societas ut unus lucrum, alter damnum sentiat, non subsistit.*
25. *Neque ut alter, qui neque plus operæ contulit, nec periculi suscepit, duas partes lucri, & unam damni ferat.*
26. *Prædia an possint dividi? A.*
27. *Aliud dicendum de prædiis munitis seu castris.*
28. *Quomodo condomino tali consulatur in communione persistere nolenti.*
29. *Condominus non necesse habet, ut partem suam socio vendat.*
30. *Cautela tali casu observanda.*
31. *Ganerbii possunt certa pacta successionem concernentia inire.*
22. *Confœderationes vero non nisi cum consensu Superioris.*
33. *Nobiles immediati possunt fœdera inire.*

34. *Juris-*

34. *Jurisdictio a condomino conjunctim exerceri debet.*
35. *Jurisdictionem individuam esse, late ostenditur.*
36. *An administratio jurisdictionis pertineat ad fratrem majorem?*
37. *Item an custodia & clavium & castrorum?*
38. *Quæ per officiales ab utroque dependentes sunt expedienda.*
39. *Condominus in socium non habet jurisdictionem.*
40. *Nec potest prædio communi servitutem imponere.*
41. *Quo casu contra eum in Camera decernuntur mandata ex constitutione pignorationis.*
42. *Ganerbinatus quomodo differat a pactis confraternitatis familiarum Illustrium.*
43. *Quomodo a Majoratu.*
44. *Finiuntur communiones prædiorum mutuo dissensu.*
45. *Prædium commune, si sit feudum, amittitur iisdem modis, quibus alias feudum amittitur.*
46. *Felonia tamen ab uno commissa cæteris non præjudicat.*
47. *Inter Ganerbios castri feudalis locum habet jus accrescendi.*
48. *An Ganerbinatus unius voluntate possit finiri?*
49. *Præscriptio in Prædiis Ganerbicis etiam locum habet.*

1 SÆpius accidit, ut idem prædium pluribus simul hæreditate, legato vel donatione obveniat, vel a pluribus simul ematur, vel in Feudum accipiatur, nec commode dividi possit; præstat igitur sub-
2 sistere in communione, cum prædia unita majori pretio æstimentur, quam divisa, *l. 64. ff. de contrah. emt. & ibi Gl.* res enim per se dividuæ facile diminuuntur, & ad destructionem deducuntur. Jac. de Bello-
3 viso *in l. un. 2. Feud. 55.* Ideoque cum Nobiles olim in Civitatibus habitare nollent, nec etiam semper in aulis pateret
4 ipsis locus, effectum hinc esse (ait Besold. *discurs. de Ord. Equestr. n. 5.*) ut in castris pagisque numerosa sæpe soboles, magnaque multitudo nobilium inveniretur, apud quos haud infrequens est talis communio.
5 Vero simile etiam est, originem multis Ganerbinatibus dedisse, cum quondam in Imperio inimicitias denunciare, easdemque armis finire soliti sint etiam destituti omni Majestate, *da das Faust- und Kolben-Recht im Schwang gienge*, de quo Wehner. *sub voc. befehden*, & inde insecura redderentur itinera ac domicilia. Alii virtuti potius operam dantes confecerunt sibi arces munitas, in quibus cum familiis suis ac pretiosis rebus ab ejusmodi invasionibus tuti essent, certasque leges præsertim defensionis sibi constituerunt, Carpzov. *Pract. Crim. p. 1. quæst. 35. §. 4. & 5.* Rittershus. *partit. Feud. l. 1. c. 17. §. 2.* Weh-
6 ner. *sub vocab. Gan-Erben. c. 2.* Est enim Ganerbinatus nihil aliud, quam quædam societas qualificata, vel confœderatio certis legibus formata, uniens se cum socie-
7 tate. Appellantur enim in quibusdam locis ejusmodi socii vel condomini alicujus castri vel prædii *Gan-Erben*, quasi *gemeine Erben*, ab antiquo vocabulo Germanico *Gan*, quod est *Gemein*, ut in Recess. Imp. *de Anno 1500. sub tit. wider der Gan-Erben Schloß*, & Reform. Civit. 8
Francof. *P. 2. T. 5. §. 1. & 2. Wäre es, daß viel eine Behausung oder ander liegend Guth mit einander als Gan-Erben in Gemeinschafft hätten.* Nec interest, utrum directum jus dominii, an utile tantum competat, nihilo enim minus *Gan-Erben* vocantur, Killing. *Discurs. 1. n. 43.*

Quæritur autem, quis Ganerbinatum 9
inire possit? Et distinguendum est inter Ganerbinatum vel societatem alicujus castri aut loci muniti, & inter societatem Prædii vel aliorum immobilium. Quoad 10
Ganerbinatum castri, hunc inire potest, qui habet jus Majestatis in suo territorio; Jus enim belli, & per consequens Armandiarum & Fortalitiorum esse de Regalibus, dubio caret. Hinc tali Principi vi potestatis licet ratione castri, tam exstruendi quam exstructi, imo totius Regionis societatem inire. Et sic Regem Galliæ & Hi- 11
spaniæ ratione Regni Neapolitani aliquem Ganerbinatum coluisse, ait Kylling. *de Ganerb. Discurs. 1. §. 60.*

Ex quo patet privatis propria autori- 12
tate minime licere castrum ædificare & Ganerbinatum inire, cum hac ratione subditis facile ansa suppeditaretur rebellionibus & deprædationibus turbandi Rempublicam. Eaque de causa Romanis usitatum fuit muros Civitatum destruere, ne deficiant, & Anglos, Moscovitas omnesque Orientis & Africæ gentes ne fossa quidem aut vallo munita prædia concedere, refert Kylling. *Discurs. 4. §. 20.*

Jura quoque nostra interdicunt municipiorum muros extruere, *l. 9. ff. de Oper. publ.* eosdemque reficere, *l. 9. § 4. ff. de*
13 *Rer. divis.* Idem dicendum venit de subditis castra jam habentibus, quos æque defensionis causa ejusmodi confœderationes inire non posse certum est. Fœdera enim ad Regalia referuntur, quibus non minus Rempublicam, quam ferro tuetur Majestas. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 6. Aph. 19.* Et jus belli & fœderum pari passu ambulare dicitur, Reink. *de Reg. Secul. & Eccles. L. 2.*
14 *Cl. 3. c. 3. §. 21.* Omniaque subditorum fœdera etiam in nostro Imperio Romano-Germanico invito Superiore esse illicita, patet ex generali interdicto *l. penult. §. 1. ff. de Colleg. & §. conventicula. cap. unic. Feud. de Pace tenend.* Aurea Bulla *cap. 15. Cap. Leopold.*
15 *Art. 9.* Ut vero talis Ganerbinatus subsistat, confirmatio Superioris necessaria est ut accedat, cum clausula ex certa scientia, quæ ex doctrina Dd. omnes defectus personæ, formæ & solennitatum supplet.
16 Gail. *L. 2. Obs. 1. num. 16. 17.* Et talem confirmationem Imperatoriam hoc casu necessariam fuisse, patet in exemplo Castri ganerbici in Hassia, dicti *das Busecker-Thal*, prout ea relata extat a Dn. Lynckero *in dissertat. de Ganerbinatibus Lit. A.*

Wir Friedrich von GOttes Gnaden Römischer Käyser bekennen öffentlich mit diesem Brief, wiewol Wir aus Röm. Kayserl. Würdigkeit und angebohrner Güte allezeit geneigt seyn aller Unser, und des Heil. Reichs Unterthanen Bestes zu befördern, so ist doch Unser Kayserl. Gemüthe mehr begierig gegen denen, die Uns und dem Heil. Reich ohne Mittel unterworffen seyn, und allezeit in gehorsamster Dienstbarkeit sich unverdrossen erzeigen, sie bey ihren Gnaden, Freyheiten und guten Gewohnheiten zu behalten. Wenn Uns nun Unsere und des Reichs liebe Getreuen die Gan-Erben derer Geschlechte von Buseck und von Trohe in Busecker-Thal, so Uns und dem Heil. Reich ohne Mittel angehören, durch ihre treffentliche Bothschafft demüthiglich haben anruffen und bitten lassen, daß Wir alle und iegliche ihre Gnaden, Freyheiten, Briefe und Privilegia, Verschreibung, Recht, Burgfried, Ordnung, Satzung, alt Herkommen, und gute Gewohnheit, so sie von Unsern Vorfahren, Uns und dem Heil. Reich löblich erworben, auch sie selbsten unter einander fürgenommen, gewillkühret, gelobet, geschworen und redlichen hergebracht haben, als Römischer Kayser zu confirmiren und bestätigen, gnädiglich geruheten, diß haben Wir angesehen, ihre demüthige ziemliche Bitte, auch die getreue und angenehme Dienste, so sie Uns und dem Heil. Reich offt williglich gethan haben, auch füran in künfftiger Zeit wohl thun mögen. Und haben darum mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath und rechtem Wissen all und iegliche obgemeldte ihre Gnade, Freyheiten, Briefe, Privilegia, Verschreibungen, Recht, Burg-Frieden, Ordnungen, Satzungen, alt Herkommen und gute Gewohnheiten, so sie von Unsern Vorfahren, Uns und dem Heil. Reich erworben, auch selbsten unter einander vorgenommen, und redlich herbracht haben, in allen und ieglichen Worten, in aller Maaß, als ob sie von Wort zu Wort hierinnen geschrieben stünden, als Römischer Kayser gnädiglich confirmiret. Confirmiren und bestätigen ihnen die aus Röm. Kayserl. Macht Vollkommenheit wissentlich in Krafft dieses Briefes, ordnen von derselben Unser Kayserl. Vollkommenheit, daß sie fortan zu ewigen Zeiten kräfftig seyn sollen, und sie sich derer an allen Enden in und ausser Gerichts bedienen, gebrauchen und geniessen sollen, daß auch die 4. Gekohrne aus ihnen, so ietzo seyn, oder hernachmals gesetzet werden, daselbst im Busecker-Thal zu handeln, zu gebieten und verbiethen, auch zu setzen, und zu entsetzen, wie von Alters herkommen ist, von allermänniglich ungehindert Macht haben sollen. Es soll auch fortan zu allen ewigen Zeiten keiner zum Gan-Erben daselbst aufgenommen noch empfangen werden, er sey denn von seinen vier Ahnen Edel zum Schild gebohren; Und ob einer aus ihnen in ihren Gebothen und Verbothen ungehorsam seyn würde, der soll sein Recht am Busecker-Thal verlohren haben. Wir wollen auch, daß diese Gan-Erben mit dem Busecker-Thal von Uns und dem Heil. Reich nicht geschieden, sondern allwegen darbey bleiben sollen, und damit sie Unrecht und Beschädigung desto baß verhüten mögen, so haben Wir alle Beschwerungen, so ohne Unser Erlauben daselbst in Busecker-Thal vorgenommen seyn, gäntzlich abgethan, ihnen auch erlaubet, daß sie in dem obgemeldten Busecker-Thal zwey Dorff, welche sie füglich darzu bedencken, einfassen, und die mit Graben, Zäunen, Bollwercken und andern nothdürfftigen Wehren befestigen mögen, alles von Röm. Kayserl. Majestät Vollkommenheit und rechtem Wissen; gebiethen demnach allen so unmittel- als mittelbaren Ständen und Unterthanen, nicht zu gestatten, daß sie in einige Weise darinnen beleidiget werden, bey Unser und des Reichs schweren Ungnade und Verbüssung einer

einer Pœn, nemlich 50. Marck löthiges Goldes, die von einem ieglichen, so offt er darwider handelt, halb in Unsere Kayserl. Cammer, und die andere Helffte denen offtgedachten Gan-Erben und ihren Nachkommen gezahlet werden sollen. Urkundlich gegeben Wien, am sechzehenden Tage des Monats Maji 1478.

17 Quod autem Ganerbinatum & societatem aliorum immobilium attinet, dicendum videtur, omnes etiam privatos destitutos jurisdictione, Ganerbinatum constituere posse; Cum enim hoc casu Personas ejusmodi aut familias destituto munito loco, alius intentionis causa quam in castro fieri solet, se consociasse certum sit, *e. gr.* habitationis, successionis, aut alterius adjumenti, jure vel communi non illiciti, vel pluribus (connexis vinculo a conventione dependente) communis, ceu quod salva Ganerbinatus qualitate fieri quoque potest, hocque casu regale Armandiarum, juris bellici aut protectionis non tetigisse dicendum sit, stat sententia, quosvis eundem inire posse; Idque ex ordinario jure Dominico & socialitatis, quam in civitate exercere
18 licet, modo I.) si recognoscunt Dominum feudi, ejus consensu fiat, propter inductam communionem & interdum successionem personæ sub prima Investitura non com-
19 prehensæ. Sique II.) certa forma in Ganerbinatu ratione nativitatis, vel alius qualitatis præscripta sit, illa ante omnia adimpleatur; *v. gr.* Si Nobilitas ex quatuor immediate adscendentibus sit probanda, id ipsum legitime, antequam in eundem recipiantur, (cum affirmanti & se fundanti in qualitate incumbat probatio) doceant, *daß sie auf Seiten ihres Vaters und Mutter Edel von Ehren, von ihren vier Ahnen zum*
20 *Helm und Schild gebohren seyn.* Et si successionis causa ineatur, III.) non tam nude paciscantur de succedendo, quam mediante stipulatione per modum actus inter vivos conveniant, per ea quæ tradit Gail. *lib. 2. Observ. 226. n. 6.*

21 Quando igitur duobus vel pluribus condominis unum prædium obvenit, lucrum & damnum etiam ex eo resultans inter se communicare necesse habent. Intelligitur autem lucrum esse illud, quod omnibus impensis & damno deducto superest, & damnum non intelligitur nisi deducto omni lucro; quod si igitur in alia parte prædii lucrum, in alia damnum illatum sit, compensatione facta, quod summatim superest, pro lucro reputatur *§. 2. J. de Societ.* v. g. si ex prædio equi & boves vendantur, atque in illis impensæ ac damnum acceptum 100. aureorum, in his lucrum factum 300. instituta lucri & damni pensatione, lucrum consistit in 200. aureis, qui inter socios dividendi. Partes autem 22
lucri & damni æstimandæ sunt secundum pecuniam & operas in societatem collatas, juxta proportionem sc. Geometricam; sicut enim se habet sors, vel etiam opera illata ad alterius sortem, ita quoque se habere debet lucrum vel damnum hujus socii, ad lucrum vel damnum alterius, Carpz. *P. 2. C. 30. d. 38.* Potest etiam conveniri, 23
ut, si duo fuerint socii, ad Titium, qui vel pecuniam & operam, vel solam operam ac industriam in colendo prædio confert, lucri duæ partes pertineant, damni vero tertia; ad Sejum, qui pecuniam, cui opera ista prævalet, confert, duæ partes damni, lucri tertia spectet, §. *2. Instit. Societ.* Huc referenda sunt ea, quæ de *Prædiis partiariis* diximus. Quando autem vera & 24
absoluta inæqualitas subest, societas non subsistit; hinc societas talis coiri non potest, ut alter lucrum tantum, alter nullum lucrum, sed damnum sentiret, quæ societas Leonina Erasm. *Adag. p. 1816.* appellatur, *l. 29. §. f. ff. pro socio.* Similiter nulla 25
est societas, in qua convenit, ut alter, qui neque plus operæ contulit, neque plus periculi suscepit, duas partes lucri & unam damni, alter unam lucri & duas damni partes ferat. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 22. θ. 31.* Quia autem communio mater 26
est discordiæ, ac nemo invitus in ea persistere cogitur, *tot. tit. ff. & C. Commun. divid.* quæstio hic oritur: An. prædium dividi possit? negat hoc Eguin. Baro *Tract. de divid. & Indiv. Lib. 1 c. 3.* quod sc. ex naturali situ commode divisionem non recipiat, quæ autem sine damno aut sine injuria alterius, aut etiam commode dividi non possunt, pro individuis videntur haberi in jure nostro *L. 26. §. fin. ff. de leg. 1. L. 3. C. Comm. divid.* Contrarium tamen verius est; Quamvis enim quædam prædia commode dividi nequeant, tamen non omnia individua sunt, sed nonnulla etiam dividi posse certum est, ut si regionibus divisionem recipiant, *§. 5. Inst. de Off. Jud. l. 1. C. Comm. divid.* Ejusmodi autem, 27
quæ dividi non possunt, sunt prædia munita seu castra, ea enim ad defensionem destinata sunt & ad vim externam propulsandam, (habitatio autem & agri ad id pertinentes accidens tantum sunt) at castri una

pars ad defensionem nihil prodest, si altera vel careat, vel ea indefensa relinquatur; cum primum enim una castri pars ab hoste occupata fuerit, alteram aut periisse, aut occupationi proximam esse necesse est. Accedit quod defensio facti est, facta autem ex communi omnium sententia divisionem non recipiunt; & sic nemo castrum aliquod pro parte defendere potest, sed quasi in solidum defendit, &, si plures conjunctim castrum defendant, nullus eorum pro parte, sed singuli quasi in solidum defendunt; nam quamvis unus non omnia loca castri defendat, tamen non ideo minus defendit, quod & alter defendat, sic quamvis & alii tecum in communi castro ipsius castri beneficio defendantur, non ideo tu minus defenderis, plane uti res se habet in balneo, porticu, campo, vehiculo & similibus, quorum usus individuus & apud unumquemque condominorum in solidum est *per l. 5. § fin. ff. Commod.* Quod si usus castri individuus est, necesse est, ut & ipsum individuum intelligatur, *per l. 17. ff. de servitut.* ubi servitutes individuæ dicuntur propterea, quia earum usus individuus est, unde tanquam ex ratione legis generalis ducitur regula hæc: Quarumcunque rerum usus individuus est, ea pro individuis habentur. Idem ergo dicendum est in aliis rebus soli, quarum usus divisionem non recipit, veluti in molendino, prætorio, secundum Paurmeist. *lib. 1. de Jurisd. c. 29. n. 12.* balneo, por-
28 ticu & similibus. Quando igitur Ganerbius vel socius non vult diutius persistere in communione Prædii, quod per fines commode dividi nequit, uti de castris dictum, tunc datur remedium licitationis, de quo agitur *in d. l. 1. C. Commun. divid.* Kylling. *de Ganerb. Castr. discurs. 6. n. 33.*
29 Nec enim habet necesse ut partem suam socio vendat, sed eam libere in extraneum, etiam potentiorem, transferre poterit, *l. 3. C. de Commun. rer. alien. L. 14. de Contrah. emt.* nisi pacto, statuto vel
30 consuetudine id fuerit prohibitum. Sed quia in hoc ingens versatur præjudicium ac damnum cæterorum condominorum, consultum est huic malo mutuis conventionibus remederi *per l. fin ff. de Colleg. & corpor.*

31 Posse enim Ganerbios certa pacta successionem & defensionem concernentia inire dubium non habet, dummodo non sint contra bonos mores, leges & jus publicum, *arg. l. 1. & 38. ff. de Pact.* Confœderationes autem Ganerbii inire possunt propria autoritate, si sint immediate subjecti Imperatori. Inferiores vero sub- 32
diti non nisi cum dominorum suorum consensu. Nobiles etiam immediati, 33
quanquam Status Imperii non sint, tamen habent jus fœdera ineundi, & iisdem privilegiis fruuntur cum Statibus Imperii, Ord. Ferdin. *de Anno 1561. Von der freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben,* ibi: *wiewol auch von alten Herkommen, und mit derohalb aufgerichten, bey Handen habenden Kayserlichen, Fürstlichen, und sonst vieler Reichs-Stände glaubwürdigen besiegelten Briefen erweislich, wann sich die, an den die Schwäbische Ritterschafft benachbart, zu erheischender Zeit um Handhabung willen des gemeinen Land-Friedens zusammen zu thun, Verständniß, Gesellschafft oder Bündniß zu machen, für nötbig und gut angesehen, oder des von der Kayserl. Majestät Befehlich gehabt, daß sie mehrgedachte Ritterschafft, ehe ichts fürgenommen und beschlossen, gemeiniglich oder sonderlich zu ihren unverbündlich, gnädiglich, günstiglich, freundlich und nachbarlich beschrieben, mit ihnen gleichmäßiglich tractirt, also, daß sie allein* gratuito *und gutwillig mit einer gleichen Maaß in solche Verständniß und Association kommen &c.* Et exemplum refert Goldast *in Reichs-Handlungen p. 108.* rubrica: *von der Ritterschafft brüderlichen Vereinigung, Gesellschafft oder Verständniß jüngst zu Landau, fürnemlich GOtt zu Lob, und dann folgend Mehrung des gemeinen Nutzens, auch Förderung Friedens und Rechtens aufgericht,* de anno 1522. Unde & conventus celebrant autoritate propria nobiles. Vid. Buxtorf. *ad Aur. Bull. th. 95. lit. a.*

Si jurisdictio Condominis in Prædio 34
est concessa, non a singulis seorsim, sed omnibus conjunctim exerceri debet. Ju- 35
risdictio enim tanquam jus res incorporalis est, hæc autem, quia tangi non potest, divisionem non recipit; nec enim sententia potest dici pro parte, licet etiam administratio Jurisdictionis dividatur, & uni pars una territorii, alteri altera assignetur, ipsum tamen jus jurisdictionis apud singulos in solidum & indivisum manet, Matth. Steph. *de Jurisdict. lib. 1. c. 36. n. 7.* Idque exemplo declarat duorum vel plurium tutorum alicujus pupilli, qui inter se exercitium & administrationem tutelæ dividere possunt, licet una tantum sit tutela, *per l. 36. ff. de Administrat. tut.* Simili ratione

tione usus servitutum dividi potest, respectu videlicet condominorum, & tamen clarum est ipsas servitutes pro individuis haberi. *l. 4. & seqq. de aqua quot. & æstiv. l. 17. ff. de Servitut.* Equidem Jurisdictio dicitur individua non ratione utentium, quasi uni tantum, non pluribus simul competere possit; (Ita enim nulla servitus nec realis nec personalis individua esset) nec ratione commoditatis & perceptionis fructuum, quasi mulctæ ceu fructus jurisdictionum inter plures dividi non possent, (ab his enim tanquam effectu per accidens tali a parte effectus naturam rei colligere non licet.) Nec ratione causarum seu objecti, in quibus decidendis occupata est, aut etiam loci: quasi namque ut unus ex Condominis Jurisdictionem in causa civili, alter in causa criminali, itidem unus in hoc regionis districtu, alter in alio eandem exerceat, inter se convenire non possent; Hæc enim fieri praxis quotidiana testatur; Sed ita, ut ipsa natura Jurisdictionis intrinseca & per se, & ratione exercitii, individua sit, tam natura quam Jure, hoc sensu, quod si Jurisdictio concedenda sit, non possit pro parte, nec nisi tota alicui concedi aut non concedi, & cujus partes separatim consideratæ nullius usus sint: Præter id enim, quod Jurisdictio tanquam Jus res incorporalis sit, adeoque indivisibilis physice & naturaliter (utpote quæ tangi non potest,) habeatur; probatur æque exinde Individuitas, quia usus ejus omnimodo est individuus, ita ut nec cogitari, nec intelligi ejus pars possit, qualia autem individua esse supra dixi *per l. 17. ff. de Servit.* Ejusque usum individuum esse ceu per se subsistentem in jure dicendo, probatur ulterius ex usu individuo omnium Statuum Jurisdictionis ceu in mero facto consistentium; Cum impossibile sit exercere actum Jurisdictionalem pro parte, seu sit Jurisdictionis voluntariæ, ut adoptare, emancipare, actis insinuare; seu contentiosæ, ut sententionare, eandemque exequi, e. g. decollare, sed vel plane non, vel plene fieri debet; quodcunque autem dicitur de speciebus omnibus materialiter sub se contentis & earum actibus, illud certissime de Jurisdictione tanquam Genere complectente, naturam Individuitatis nihilominus retinente, quoque dicitur. Quo posito sequitur, illam pluribus concessam cuivis in solidum competere, in quo & omnes Dd. convenire dicit Kyll. *D. 8. §. 56.* Lyncker *d. l. n. 12.*

Quando circa usum & exercitium Jurisdictionis duo condomini non concordant, Superioris provisione & mandato ad id venire compelluntur. Peguera *dec. 10. princ.* Forma autem concordiæ circa hujus jurisdictionis usum & exercitium duplex præcipue a scribentibus annotatur. Quarum altera est, quod dicti domini utantur jurisdictione alternis vicibus dividendo usum jurisdictionis per tempora, ita Angel. *in l. 2. §. ex his. n. 3. ff. de V. O.* Sed Peguera addit *num. 4.* Hæc autem forma dividendi per tempora usum jurisdictionis, salva pace tantorum doctissimorum virorum, mihi nunquam placuit propter multa inconvenientia, quæ ex ea oriri & sequi possent. Primum inconveniens est, quod si finito tempore unius Domini, alter non potest recuperare processus, tam civilium, quam criminalium causarum non expeditos nec terminatos, retardabitur justitia, quæ forte expediri non posset infra terminos a jure statutos. Secundum inconveniens est propter præcipitatam justitiam, quam Officiales unius infra tempus suum abbreviabunt & accelerabunt, ut Officiales alterius nihil commodi & emolumenti percipiant. Tertium est inconveniens, quod si aliquando unus bene & juridice processit, alius male & favorabiliter, & forte per invidiam aut inimicitiam absolvet condemnandum, vel eum, qui venit absolvendus, condemnabit, vel bonas causas terminabit, modicas vero & breves aliquando ruinosas relinquet. *l. 1. §. sciendum. ff. de magistr. conven.* Altera vero forma concordandi se circa usum & exercitium dictæ jurisdictionis est, quod omnes in solidum Domini & pro indiviso possidentes, constituant & eligant unum judicem communem, videlicet unum Bajulum, unum Assessorem & unum Scribam, atque alios Ministros, qui Dominorum nomine unam tantum Curiam faciunt, in qua subditis justitia administretur. Sed vide Peguer. *d. decis. 10. n. 6. & seqq.*

Quæri etiam solet, si fratres, ad quos 36 pervenit Jurisdictio, sint ætate dispares; an majori natu soli cedat administratio? item, an eidem custodia clavium & sigilla Castrorum concedenda sint? Quamvis 37 enim Majoratus prærogativæ, quam Aurea Bulla & quam plurimæ Illustres ac Potentissimæ Familiæ stabiliverunt, utpote inde natæ, ne divisione corrumpantur Regna, & Familiæ dispergantur, Klock. *P. 1. Cons.*

Conf. 7. §. 49. suus vigor relinquendus sit, præsertim cum quamvis ipsa Natura Jurisdictionis & Juris salva maneat apud quemvis in solidum, administratio tamen & exercitium, ceu ab ipsa Jurisdictione distinctum quid, apud unum, eumque majorem natu esse possit, prout Jure & Exemplis docet Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 17. §. 17. & seqq.* Eo tamen casu quo, eo non introducto, ad plures disparis ætatis vel conventione vel successione territoria ac Jura illimitate perveniunt, tunc ex præsumta voluntate contrahentium, & respective morientis, qui æqualiter sanguinem ejusque jura omnia tribuit, præprimis cum successio bonorum regulariter in locum alimentorum ac quod ipsis comparatur, succedat, & defunctus statu & dignitate paribus æqualibus alimentis prospicere velle præsumatur; Videtur, quod ob jus quæsitum, cuivis ita competens, ut nemini ne quidem a superiore regulariter auferri possit, neutri eorum quid decedere possit. Cumque præterea qualitas Individuitatis & Juris in solidum competentis accedat, cujus natura est, ut alter nec magis nec minus altero eodem uti debeat, *arg. l. 5. §. fin. ff. commod.* neutri prærogativam esse concedendam eo magis patet,

38 sed ratione Judiciorum vel Officialis utrumque Condominorum æqualiter recognoscens vel commune judicium, Germ. *ein Gan-Erben-Gericht*, quod ab utroque Condominorum exercetur, constitui potest, Kyll. *D. 8. §. 108.* Et ad quæst. quidnam quoad sigilla, claves &c. faciendum sit? Resp. Ea vel locum tenenti seu castellano, germ. *Burg-Voigt*, tradi, Kyll. *D. 8.* vel in communi loco custodiri posse, non absurdum esse; Idque ex natura accessorii & consequentis, quod, quomodo principale administretur, ita & ejusdem Media seu Instrumenta merito tractanda sint: Interim si quid dubii restaret, ex consilio Baldi duos Fratres reciprocam fidem mutuo Jurejurando sibi invicem promittere consultum esse, dicit Kylling. *D. 10. 26.*

39 Ex hoc etiam sequitur, quod unus condominorum communem jurisdictionem habentium in alterum condominum delinquentem non possit animadvertere, par enim in parem non habet imperium *l. 4. ff. de Arbitr.* sed in ejusmodi casibus superior tantum cognoscit. Kylling. *dict. Tract. de Ganerb. Castr. discurs. 9. n. 1. & 2.*

40 Præterea certum est, unum ex dominis non imponere posse servitutem communi prædio, quod pro indiviso scil. possident, non enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. 57. ff. de R. J.* & quamdiu prædium commune est & indivisum, ipsa servitus imposita individua per se totum percurrit, & toti nocet, merito ergo ab omnibus approbari debet, *l. fin. §. pen. C. de autor. præstand.* Forcat. *ad l. 2. ff. de Servit.* Hinc in Camera Imperiali mandata decernuntur ex constitutione pignorationis uni condominorum adversus alterum novi quid attentare volentem, quia pignorationis constitutio ad interdictum uti possidetis pertinet, cum pignoratio nil aliud sit, quam possessionis turbatio, at interdictum uti possidetis competit etiam ei, qui pro indiviso possidet, *l. 1. §. pen. ff. uti possid.* proinde turbatus in loco communi recte beneficio hujus constitutionis utitur, & quod commune est, meum quoque intelligitur esse quoad dispositionem partis meæ, quod enim ad singulos pertinet, ab omnibus debet approbari, & potior est conditio prohibentis, Gail. *de Pignor. Observ. 20.*

Differt Ganerbinatus a pactis confraternitatis Familiarum Illustrium (1.) causa efficiente. Nam quamvis Ganerbinatus sæpius initus sit a Personis Illustribus, utpote a quibus finis, qui est securitas, optime ob majorem potentiam & opulentiam eorum obtineri possit; nihilominus tamen eundem etiam privatos, destitutos qualitate ejusmodi illustri, sub confirmatione Principis inire posse, non est dubium. Confraternitates autem non nisi in Familiis Ducum, Principum, Comitum & cæterorum Illustrium, Jurisdictione tali instructorum, ut jus condendi leges habeant, a Majestate Cæsarea confirmari solent. Gail. *l. 2. observ. 126. §. 1.* (2.) Causa finali, licet minus & aliquatenus tantum, cum primaria species Ganerbinatus principaliter securitatis sui ac familiæ defensionis gratia ad cohibendos latrones inita sit, Carpz. *pr. Crim. p. 1. quæst. 35.* Wehn. *sub voc. Gan-Erben num. 2.* Confraternitates autem principaliter mutuæ successionis gratia ad pacem, tranquillitatem & splendorem imperii conservandum, quin & ad defensionem subditorum, quorum interest ne alienis & ignotis Dominis subjiciantur, receptæ sint. Gail. *l. 2. obs. 127. §. 2. 8.* utque sereno concordiæ vinculo altera Domus alteri nexa sit, ac sciant, qua fide, qua dexteritate altera Domus alterius subditos in expressum eventum regere ac tueri debeat. 42

Reink.

Reink. *de Reg. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 18. n. 17.* (3.) Modo constituendi, cum Ganerbinatu introducto dominium & vera possessio per communionem transferatur, Confraternitatibus autem tantum possessio ficta per constitutum Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 4. 18. 12.* & Investituram simultaneam, prout de ejusmodi in exemplo Marchionum Brandenb. & Ducum Pomer. licet unilaterali tantum successione confraternitatum ratione Ducatus Pomeraniæ, testatur David Chytræus *Chron. Sax. lib. 12. p. m. 315.* De Bilaterali autem Carpz. *ad l. R. c. 6. sect. 7.* Inter Duces Bavariæ & Principes Palatinos, it. inter Duces Saxoniæ & Principes Comites Henneberg. ratione Henneberg. & respective Coburg. it. inter Domum Sax. & Landgravios Hassiæ & plures alios ibidem remissive. (4) Effectu ratione Exercitii, quod Ganerbinatu constituto statim uterque jus suum secundum naturam communionis exercere ipso actu possit, nec in suspenso sit. In Confraternitatibus autem post distinctionem demum alterius Familiæ, utpote in quem casum contractæ sunt. Reink. *l. 1. cl. 4. c. 18. § 11.* Gail. *lib. 2. obs. 127.*

43 A Majoratu differt, utpote quo inter personas tantummodo unius Familiæ cum Senioris prærogativa derivanda post hujus mortem ad proxime hunc ætate excipientem quid certi paciscitur. Klock. *P. 1 Cons. 7. per tot.*

44 Finiuntur denique Ganerbinatus & communiones prædiorum sicut cæteræ societates; Si enim consensu fuerint initæ, consequens est, ut contrario dissensu dissolvan-

45 tur *per leg. nihil tam naturale.* Quod si non jure proprio prædium condomini possideant, sed jure feudi, extinguitur etiam iisdem modis, quibus alias feudum amitti-

46 tur, *1. Feud. 5. & 17.* Felonia autem ab uno commissa non aliis præjudicat, & ut Feudum omnibus adimatur, omnes feloniam commisisse oportebit, *Cap. un. II.*

47 *Feud. 78.* Quæri etiam solet: An defuncto uno Ganerbio alicujus Castri Feudalis alter socius habeat jus accrescendi? Quod communiter affirmatur; quamvis enim regulariter in Feudo tanquam contractu jus accrescendi non attendatur: Tamen in Feudis dignitatum & aliarum rerum indivisibilium illud locum habere tradit Jul. Clar. *lib. 4. §. Feud. quæst. 77.* Quod in omnibus Feudis individuis procedit, quando una res ut unum corpus in Feudum data est: Item in Jurisdictione, quæ individua censetur. Klock. *P. 2. Cons. 24. §. 7. & seqq.* Quamvis igitur in Contractibus, adeoque & tali confœderata Societate & contractu Feudali accretio regulariter cesset; Cum tamen hoc nostro casu pateat, voluntatem contrahentium servandam esse pro lege, quamvis nulla lex de jure accrescendi in contractibus lata sit, prout quoque dicit Carpz. *p. 3. C. 2. Def. 16. §. 9.* & mens contrahentium jus adcrescendi in contractibus inducere possit, utpote quod naturæ conventionis non adeo repugnat, Klock. *P. 2. Cons. 15. §. 47.* Et sic contrahentes ratione Ganerbinatus castri & Jurisdictionis ceu rerum indivisibilium, quæque cuivis in solidum jam competunt, investiti ac recepti Ganerbinatum accepisse sub qualitate individuitatis certum est, ut quemadmodum socio vivente uterque habet totum jus in tota re communi pro indiviso, ita alterutro deficiente superstes habeat totum jus in tota re solus, proinde cum Kyll. *D. 6. §. 22. & 23. & D. 8. 107.* dicendum, Convasallo excluso Domino accrescere.

Quod ad renunciationem ac dissensum 48 porro attinet, quin omnium quorum interest voluntate Ganerbinatus possit rursus dissolvi ex natura obligationis reciprocæ, extra dubium est. An autem unius voluntate possit finiri, magis controversum. Proinde dicendum videtur, quod si maxime de confœderatione (prout regulariter fieri debet) participet, tunc seu personaliter seu realiter pacti sint, non nisi gravissima de causa sufficiente, ut contractus Juris Gentium rescindere possit, rescindi quoque posse. Sin autem participaret maxime de societate ita modificata, ut naturam confœderationis diminuat, e. gr. si conventum esset tam quod durante Ganerbinatu lucrum & damnum indifferenter æquale sit, quam quod dissolutio ejusmodi dependeret a voluntate socii alterutrius Ganerbii, qui tamen socius alterius non est, contingeret autem quod alter contrahentium inhabilis ad quærendum lucrum, quod tamen ex natura Ganerbicæ conventionis quærendum quotidie esset, redderetur, jamque magno Ganerbinatui lucro impendente industria Ganerbii habilis, socius Ganerbii inhabilis, intenderet lucro percepto Ganerbinatum dissolvere, tunc Ganerbium habilem, antequam adhuc lucrum obvenerit, Ganerbinatui renunciare posse credo ex communi doctorum opinione, quod, de cujus conventionis natura in

in ejusmodi casu quam maxime participat, eidem totus contractus adscribatur, *arg. l. 10. ff. de Statu Hom.* Carpzov. *p. 2. c. 32. def. 15. n. 5.* licet ejusmodi Ganerbinatum in essentia sua maxime alterari lubens concedam.

19 Præscriptionem quod spectat, breviter dicendum videtur, quod stante communione nihil ex illa præscribi possit per vulgata, sed tunc demum, si causa possessionis mutata fuerit, quod, cum sola animi destinatione fieri nunquam possit, interveniente contradictione aut alio facto communionem intervertente fieri necesse est, quo facto accedentibus requisitis cæteris Ganerbinatui nihil inest, quod præscriptionem impediat. Dn. Lyncker. *d. dissert. n. 22. & 23.*

CAPUT XL.

DE PRÆDIIS PIGNORATITIIS.

SUMMARIA.

1. *Qua ratione prædium pignoris nexui possit subjici?*
2. *Cui possit Prædium oppignorari?*
3. *Prædium Emphyteuticum oppignorationi est obnoxium.*
4. *Item prædium superficiarium.*
5. *Ut & Ususfructuarium.*
6. *Similiter & commune.*
7. *In Prædio Feudali absque consensu Domini & Agnatorum Hypotheca valide non potest constitui.*
8. *Non tamen talis Hypotheca penitus inutilis est.*
9. *Vasallus potest inscio Domino Prædium Feudale in Antichresin concedere.*
10. *Non sufficit in Oppignoratione Prædii Feudalis confirmatio contractus a domino facta.*
11. *Contractus confirmandus in Cancellaria Feudali, non Justitiæ.*
12. *Consensus ad venditionem non extendendus ad oppignorationem.*
13. *Creditor jus hypothecæ sine novo consensu alteri cedere potest.*
14. *Quod tamen de jure Saxonico Electorali non procedit.*
15. *Feudum pignoratitium quid?*
16. *Poterit & creditori Prædium in subfeudum constitui.*
17. *In foro Saxonico ad oppignorationem prædiorum etiam non feudalium consensus Judicialis requiritur.*
18. *Quod & in Archi-Episcopatu Coloniensi obtinet.*
19. *Ne quidem ab Illustribus Personis Prædia absque consensu hypothecari possunt.*
20. *Nec annui reditus absque consensu Magistratus recte oppignorantur.*
21. *Extrajudicialis Hypotheca hæredes debitoris obligat.*
22. *Hypothecatio debet fieri coram judice inferiorem jurisdictionem habente.*
23. *In oppignoratione prædii emphyteutici judicis ordinarii & domini directi consensus adhibendus.*
24. *Debitor, non Creditor debet consensum impetrare.*
25. *Tempore a Magistratu definito elapso, etiam Hypotheca extinguitur.*
26. *An Creditori generali vel speciali Hypotheca magis cautum.*
27. *Cautela pro Creditore.*
28. *Quotupliciter hypotheca in prædiis constituatur?*
29. *Quomodo per judicem?*
30. *Quod & fit per arestum.*
31. *Per legem constituitur Fisco.*
32. *Marito ratione dotis.*
33. *Uxori pro restituenda dote.*
34. *Illi qui in refectionem Prædii credidit.*
35. *Item Fisco.*
36. *Ut & pupillo & minori in bonis tutorum & curatorum.*
37. *Idem obtinet in liberis prioris matrimonii, in bonis parentis superstitis.*
38. *Tacitum pignus etiam competit Legatario in bonis a Testatore relictis.*
39. *Locatori etiam in invectis & illatis.*
40. *Voluntarium pignus quomodo constituatur?*
41. *Pactum Antichreticum in pignore est permissum.*
42. *Quid sit?*
43. *Locum habet quando fructuum incertus est proventus.*
44. *Nisi fructus legitimum usurarum modum nimium superent.*

45. Si

45. *Si fructuum certa sit quantitas, sorti imputandum, quod legitimum usurarum modum superat.*

46. *Ut sunt fructus hortorum & pratorum.*

47. *Fructus hortorum industriales sunt incerti.*

48. *Pactum commissorium, ut prædium pro quantitate debita creditori adquiratur, est illicitum.*

49. *Pactum commissorium non initur quando convenitur, ut pensione non soluta prædium pignoratitium emtum sit justo pretio.*

50. *Vel si quis pactus sit, si intrá certum tempus non solvat, se cessurum prædium creditori.*

51. *Item si convenerit, si res vendita evincatur, alia res pro ista obligata creditoris sit.*

52. *Pactum, ut in æternum non liceat prædium luere, non valet.*

53. *Secus est, si ad certum tempus hoc pactum concipiatur.*

54. *Oppignorationi Prædiorum etiam quandoque adjicitur pactum constituti possessorii.*

55. *Si tamen debitor resistat, hoc pactum non procedit, sed tantum operatur paratam executionem.*

56. *Si prædium alienum sit oppignoratum quid juris?*

57. *Potest creditor prædium pignoratitium retinere pro alio debito.*

58. *Item competit retentio ratione usurarum.*

59. *Competit & negotiorum gestori.*

60. *Hypotheca rite constituta quas actiones largiatur?*

61. *Si pluribus prædium sit hypothecatum, quis præferendus?*

62. *Nexus pignoris in prædio quomodo solvatur?*

63. *Utrum dominus Feudi eo ad se devoluto creditoribus satisfacere debeat, si in hypothecam consenserit?*

64. *Liberatur Prædium nexu pignoris, quando creditor tantum ex fructibus percipit, quantum est debitum.*

65. *Prædium pignoratitium in Foro Electorali nullo unquam tempore præscribitur.*

1 CUm frequentiora etiam sint prædia Pignoratitia vel Hypothecæ subjecta, operæ pretium erit ea hoc loco perlustrare. Traditur enim Prædium creditori cum hoc pacto, ut eo liceat uti loco usurarum, qui contractus in specie dicitur Antichreticus, propterea quod mutuus pignoris usus pro credito concedatur, *l. 11. §. 1. ff. de pignor.* Et contractus hic eatenus est licitus, quatenus fructus Prædii legitimam usurarum quantitatem non excedant, quamvis modicus excessus toleretur. Carpzov. *P. 2. C. 30. D. 40.* Communiter tamen distinguunt inter fructus certos & incertos; in illis præcise ad quantitatem usurarum respicitur, in his vero excessus toleratur, cum ob incertitudinem fructuum etiam minus legitima usurarum quantitate percipi possit. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. Sect. 2. C. 4. §. 21.* Possunt autem Prædia pignoris nexui vel Hypothecæ subjicere, qui liberam eorum habent administrationem, & alienandi potestatem, de quibus alibi latius. Constituitur vero Hypotheca in prædiis creditori-
2 bus in securitatem crediti. Unde qui creditum inire & dominium prædii acquirere potest, illi etiam prædium potest oppignorari.

Oppignorari possunt Prædia quævis, 3
quæ & alienari. Item Prædia Emphytevtica, cum non intersit Domini pensionem accipere ab ipso Emphytevta, vel ab alio. *l. 31 ff. de pignor.* Et si ex juri probatis causis res fiat caduca, Dominus directus poterit prædium emphytevticum jure suo occupare, *l. 15. l. 31. ff. de pignor.* Bachov. *de pignor. L. 2. c. 2. n. 5.*

Similiter poterit oppignorari prædium 4
superficiarium. *l. 15. ff. Qui potior in pign.* Zœs. *ad Tit. ff. de pign. & hypoth. n. 4.*
Item usufructuarium; potest enim vendi, 5
l. 12. §. 2. ff. de Usufr. §. 1. Inst. de Usu & habit. Ergo & pignorari. *l. ult. ff. de Usufr.* Wissenb. *ad tit. ff de pign. & hypoth. n. 10.* Socius quoque prædium com- 6
mune pro parte sua. *l. 7. §. 4. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Zœs. *d. l.*

In prædio vero feudali absque con- 7
sensu domini (item agnatorum, si sit antiquum,) hypotheca efficaciter constitui non potest. *II. Feud. 54.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 13. Aph. 7.* Non tamen talis 8
hypotheca penitus est inutilis, valebit enim quoad Vasallum obligantem, valebit quoad descendentes ipsius, valebit quoque quoad fructus feudi. Ex quo porro 9
sequitur, non improbari posse a Domino feudi,

feudi, si Vasallus ipso inscio Creditori suo
prædium feudale in Antichresin concedat,
vel ad certum tempus facultatem utendi
fruendi eo creditori vendat. Si enim
hoc Usufructuario permissum, *§. 1. Inst. de
us. & hab.* quis Vasallo competens utile
dominium denegabit? Schrader *P. 8. c. 2.
n. 3.* Unde concedunt Vasallo, quod feudi
utilitatem, seu facultatem inde percipiendi
fructus, creditori in solutum dare possit.
Coler. *de Servit. feudal. P. 1. n. 70. & 77.*
Mev. *Discuss. levam. inop. debet c. 4. Sect. 11.
n. 5.* Quod ægre ferre nequit Dominus,
cum nullum inde directo ipsius Dominio
contingat præjudicium; Manet enim Va-
sallus debitor ad servitia obstrictus. Gail.
l. 2. obs. 117. num. 6. Et si sumptus alii ad
præstanda servitia non suppetant, creditor
ex feudi fructibus, quantum servitiis suffi-
cit, suppeditare tenetur. Col. *d. P. 1. n. 78.*
Carpz. *P. 2. C. 25. d. 5.* Quod si Vasallus
decesserit, exspirabit feudi cessio ob reso-
lutum jus dantis, *L. 31. ff. de pignor.* Gail.
d. obs. 117. n. 2. & hoc modo idem sine
onere ad Dominum revertetur. Quod si
vero Vasallus descendentes reliquerit, ad-
huc subsistit illa obligatio vel in solutum
datio; quia filius agnoscere æs alienum
patris indistincte tenetur, nec facultas ipsi
est feudum ab allodio separandi, *II. Feud.*
10 *45. & 51. §. filius.* Cum itaque in consti-
tuenda Hypotheca in prædio feudali con-
sensus domini maxime sit necessarius, ca-
vendum creditori esse tradit Dn. Stryck.
de Cautel. Sect. 11. c. 4. §. 3. ne contentus
sit eo ipso, quod dominus contractum, in
quo feudum obligatum, confirmaverit, sed
in specie in literis Principum exprimen-
dum: *Confirmiren nicht allein diesen Con-
tract, sondern consentiren auch in die darinn
geschehene Verpfändung als der Lehns-Herr;*
hoc enim non expresso, tantum ut judex
contractum confirmasse videtur, non ut
Dominus feudi, Carpzov. *lib. 4. Resp. 29.*
11 Struv. *Synt. Jur. feud. c. 13. §. 7. n. 4.* Probe
itaque respiciendum, ut confirmatio con-
tractus expediatur in Cancellaria Feudali;
si enim in Cancellaria justitiæ contractus
sit tantum confirmatus, obtinet assertum
Carpzovii, quod Judicis tantum officio
functus sit Princeps. Quod si vero in
Cancellaria feudali contractus confirmatio
facta fuerit, omnino ut dominus feudi
omnia contractus capita confirmasse cen-
sebitur, cum & consensus tacitus sufficiat.
12 Dn. Rhetius *ad Jus Feud. L. 1. tit. 13.* Est
tamen ejusmodi consensus feudalis stricti
juris; Quare quamvis dominus ad Feudi
venditionem consensum præstiterit, non
licebit postea sine novo consensu illam
rem oppignorare, consultius ergo erit con-
sensum indefinitum & generalem impe-
trasse, qui ad omnem alienationem appli-
cari poterit. Dn. Stryck. *d. l. §. 4. & 5.*
Creditor tamen Jus hypothecæ, quod in 13
Prædio Feudali habet, sine novo consensu
alteri cedere potest. Jus crediti enim,
quod in feudo habet, non habet qualita-
tem feudalem, sed allodii indolem penitus
retinet. Rauchbar. *P. 1. Q. 37. n. 9.* Schultz.
Synops. feud. c. 3. n. 15. Struv. *Synt. Jur. feud.
c. 4. §. 14. in fin.* & hinc Creditori facul-
tas cedendi non deneganda, *arg. tit. C. si
pign. pignori dat.* Per hanc enim cessio-
nem nec Vasallus, nec feudi Dominus læ-
ditur, quia exsoluto debito æque patet re-
petitio, ac si primus Creditor nunquam
cessisset. Unde in terminis consentiunt,
hypothecam cum consensu Domini quæ-
sitam sine novo consensu alteri cedi posse.
Schrader. *de feud. P. 7. c. 2. n. 26.* Mev.
P. 8. Decis. 284. Brunnem. *ad L. fin. C. de
hæred. vel act. vend.* Quod tamen de Jure 14
Electorali Saxonico secus se habet, vigore
namque edicti, *d. 1. Febr. An. 1614.* promul-
gati, concludendum, quod cessiones regu-
lariter debeant esse judiciales, sancitum
enim repetitur in *d. Edict. Elect. in §. wie
dann &c. daß keine Cessio für kräfftig zu
achten, es sey dann dieselbe* coram compe-
tente judice *vollzogen, und* actis publicis
insinuirt. Lenr. *de Cession. c. 26. m. 3. n. 1.*
Accidit etiam sæpe, ut prædium Pignora- 15
titium alicui in Feudum concedatur, quale
feudum improprium fit, quando dominus,
accepta certa pecuniæ summa, aut alio-
quin obligatus ad aliquid præstandum, de
prædio quodam in securitatem debiti ali-
quem investit, & sibi facultatem reluendi,
& ea quæ sub pignore continentur, reser-
vat. Dn. Stryck. *Differt. de Feudo pignorat.
C. 1. § 2.*

Poterit quoque Vasallus debitor Præ- 16
dium Feudale creditori suo in Subfeudum
concedere, quod eo pertinet, ut Subva-
sallus teneat Subfeudum pignoris nomine,
ac tamdiu habeat, donec reluatur. Quod
si Domini, & in Feudo antiquo Agnato-
rum consensus requiratur, quo minus ad
plenissimum quemque effectum etiam ad-
versus Dominum & Agnatos subsistat, du-
bium plane nullum est, quum ita cesset
prohibitionis vinculum, quod negotio de-
trahebat efficaciam tam ratione pignoris,

II. Feud.

II. Feud. 55. & 8. §. *ult.* Struv. *cap. 13. ap. 7.* quam ratione subfeudi, (cum & hic ad pleniorem effectum necessarius sit Domini consensus. Hartm. Pistor. *L. 2. quæst. 45. n. 15. seq.* Struv. *c. l. ap. 2.*) Licitum enim in Feudis hic consensus facere dicitur, quod alioqui foret illicitum. Col. *de Subf. cap. 1. n. 12.* In casu converso autem dominium invito vasallo pignori obligare posse dominium directum, tradunt Dd.

17 communiter. Quod vero jam de prohibita oppignoratione Prædiorum Feudalium sine consensu domini dictum, illud in Foro Saxonico ad omnia Prædia immobilia, cujuscunque sint conditionis, extenditur, quæ absque consensu Judicis, sub quo sita sunt, efficaciter oppignorari haud possunt. Constit. Electoral. *23. P. 2. & decis. Nov. 31.* Ubi traditur, *daß der Oerter da Sächsisch Rechtgehalten, durch langwierigen Gebrauch eingeführet, daß die Special-Verpfändung unbeweglicher Güther, oder aber auch wann sie gleich general und allgemein auf alle Güther gerichtet für der Obrigkeit, unter welcher sie gelegen, oder auch dem Lehn-Herrn muß insinuiret werden, sonsten aber unkräff-*

18 *tig sey.* Idem constitutum in Archi-Episcopatu Coloniensi *Cölnische Rechts-Ordn.*

19 *Tit. 13. Pfandschaffien.* Extendit hanc sanctionem Carpzovius *P. 2. Const. 23. Def. 1.* quod prædia absque consensu Magistratus valide oppignorari ne quidem ab Illustribus Personis & Nobilibus possint, cum eadem militet ratio, ne scil. una eademque res pluribus simul obligetur, ac

20 creditores credito suo defraudentur. Extenditur quoque ad annuos reditus, qui perinde ac reliqua bona immobilia non nisi consensu Magistratus sive Judicis efficaciter oppignorari possunt, cum in foro Saxonico reditus annui pro immobilibus habeantur. Const. Elect. *24. P. 3.* Berl. *P. 2. Concl. 29. n. 9.*

21 Extrajudicialis vero Hypotheca in foro Saxonico prorsus invalida non est, sed hæredes debitoris obligat, hinc si pecuniam, pro qua pignoratum est prædium, solvere nolint, prætendentes ob defectum insinuationis nullitatem hypothecæ, eos non audiendos, sed ad solutionem adigendos esse probat. *d. Const. 23. P. 2.* & Ordin. Process. Elect. Sax. *Tit. 46.* in verb. *die Erben aber daß &c.* Hæc enim exceptio non debitoris hæredibus, sed tantum creditoribus competit, quorum interest, ne una eademque re pluribus simul obligata decipiantur. Carpz. *P. 2. C. 23. def. 5. Juris Georgici Lib. 1.* Verb. sent. *So seynd doch des Schuldeners Erben solche Extrajudicial-Verpfändung zu fechten nicht befugt, sondern auf den Fall sie bemeldte Wiederkauffs Zinsen wiederum an sich bringen wollen, seyn sie die darauf geborgten Gelder abzustatten pflichtig.*

Observandum præterea est circa hypo- 22
thecam bonorum immobilium impetrandam, quod si in loco, in quo bona oppignoranda sita sunt, duo concurrunt judices, quorum unus habet inferiorem, alter superiorem jurisdictionem, oppignoratio fieri debeat cum consensu istius, juxta Ordin. provinc. Elect. Sax. *de Anno 1555.* tit. *Was zu ober-nieder-oder Erb-Gericht gehörig.* Zanger. *de Except. P. 3. c. 25 n. 84.* Carpz. *d. l. def. 21.* Ad Oppignorationem vero 23
Prædiorum Emphyteuticorum & Censiticorum utriusque tam Judicis Ordinarii quam domini directi consensus est adhibendus, Ordin. Proc. Judic. *de Anno 1622.* §. *Würde sichs auch.* ita ut horum alterutro omisso, hypotheca de jure non subsistat. Quod sane ratione haudquaquam caret; illius enim, nempe domini directi, consensus propterea adhiberi debet, quia de jure alias hypotheca valida non est, Andr. Rauchb. *quæst. 24. num. 35.* Hujus vero, nempe Judicis ordinarii, consensus omitti nequit propter executionem, quæ a judice seu domino jurisdictionis est impetranda.

Ut vero Hypotheca Judicialis prædii 24
pignoratitii subsistat, requirunt, ut ipsemet debitor verbis expressis consensum Judicis ad hanc imploret. Nam si creditor solus non adhibito debitore adeat Judicem, & hypothecam sibi a debitore constitutam actis publicis insinuari petat, ea neutiquam valebit. Modest. Pistor. *P. 4. quæst. 137.* Quia nemo alterius bona sine domini consensu sibi obligare potest, *L. 11. ff. de R. I.* Quando a domino Feudi vel 25
Magistratu consensus ad certum tempus, puta biennium, triennium impertitus, tunc eo tempore elapso novoque consensu non impetrato, jus pignoris extinctum & sublatum est, ita ut in concursu creditorum præferantur ii, quibus postea autoritate & consensu Magistratus eadem bona oppignorata fuere. Quod certe dubium non habet, si consensui ad certum tempus præstito clausula cassatoria vel annullatoria, ut scilicet post tempus illud consensus irritus & nullus sit (*Daß nach Verfliessung der Zeit der Consens todt, abe und nichtig seyn soll.*) fuerit adjecta, Andr. Rauchb. *P. 2. qu. 25. n. 1.*

Quia clausula cassatoria per se nullitatem actus, si quid contra factum fuerit, inducit. Bartol. *in l. si quis ita promiserit. §. ea lege. n. 6. de verb. obligat.* Quin etsi citra clausulæ cassatoriæ expressam adjectionem Dominus vel Magistratus simpliciter ad certum tempus consenserit; si tamen nulla consensus tacite prorogati indicia apparuerint, idem dicendum arbitror cum Rauchb. *dict. quæst. 23. n. 1.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 18. n. 12.* & Berlich. *p. 2. concl. 66. n. 58.*

26 Constituitur vero hypotheca vel generalis vel specialis. Utra vero Creditori in Prædio magis cautum videndum? Et sane habet utraque hypotheca sua commoda & incommoda. Qui generalem habet, omnia bona præsentia & futura sibi obstricta tenet, *L. fin. C. quæ res pignor.* & eligere potest rem qualemcunque, ac petere, ut in eam fiat executio, etiamsi illa res alteri postea specialiter sit obligata. *L. 2. pr. ff. qui pot. in pign.* Qui vero specialem hypothecam habet, in aliis bonis nullum jus consequitur, etiamsi ex illa re solutionem consequi non possit; Sed re illa peremta, vel ab aliis creditoribus consumta, in Chirographariorum classem remittitur. Brunnem. *de Concurs. Cred. cap. 5. §. 66.* E contrario specialis hypotheca magis afficit rem, & ad hoc prodest, ut si debitor postea hanc rem distraxerit, creditori mox, non excusso prius debitore, contra emtorem vel possessorem pignoris detur actio ad repetendam rem. *Nov. 112. cap. 1.* Carpz. *Dec. 258. n. 12.* quod aliter se habet in hypotheca generali, ubi non nisi excusso debitore contra possessorem rei generaliter obligatæ agere licebit. *Nov. 4. cap. 2.* Carpz. *P. 2.*

27 *C. 18. def. 18.* Cujac. *lib. 9. Obs. 10.* Apparet ergo exinde, consultius agere Creditorem, si generalem & specialem hypothecam conjungi petat, ita ut specialis hypotheca in illis rebus constituatur, quæ facillimo negotio emtorem reperire possint. Sed nec hoc sine incommodo est: nam qui hypothecam generalem & specialem habet, non potest postea pro lubitu in qualicunque re debitoris executionem petere, sed præcise rei specialiter obligatæ insistere debet, eamque prius excutere, antequam ad alias res deveniat: est enim tali casu hypotheca generalis tantum subsidiaria, *L. 2. C. de pignor. & ibi* Brunnem. Frantzk. *ad ff. tit. qui pot. in pign. n. 36.* Carpzov. *P. 2. C. 23. def. 29.* Koppen *Decis. 4. n. 1.* Ergo ne hoc onere gravetur Creditor, cautela admodum necessaria est, ut hanc clausulam subjiciat: *Jedoch* salvo jure variandi, vel: *Jedoch behalte ich mir frey, meine Special-Hypothec hinwieder fahren zu lassen, und mich an andere des* Debitoris generaliter *verschriebene Güther nach Belieben zu halten.* Magis autem securus est Creditor, quando debitor omni alienationi bonorum renunciat, his verbis: *Massen ich deßhalb alle meine Güther verpfände, und mich zugleich der Freyheit, selbe zu veräusseren, hiermit* expresse *begebe.* Hæc enim hypotheca non tantum afficit bona præsentia & futura, & liberam electionem relinquit, quam rem ex bonis debitoris excutere velit. Sed & insuper clausula de non alienando hypothecæ generali adjecta id operatur, ut, si res aliqua postea distracta, Creditor non excusso prius debitore, quod alias in generali hypotheca facere tenetur, mox contra possessorem pignoris agere possit. *arg. l. 7. §. ult. ff. de distract. pign.* Carpzov. *P. 2. Const. 23. def. 24.* Alioqui hoc ita exprimunt: *Solte ich auch etwas von meinen Güthern wider Willen meines Gläubigers veräussern, soll ihm sofort freystehen, dasselbe* a possessore quocunque *zu revociren;* ubi quoque consultum adjicere pactum commissorium, *daß im widrigen solche Veräusserung soll null und nichtig seyn.* Dn. Stryck. *de Caut. Contr. Sect. II. c. 4.*

§. 16. & seqq. Hypotheca porro consti- 28
tuitur in Prædiis vel per judicem, vel per
legem, vel per debitorem. Per judicem 29
fit, quando decernit immissionem in Prædium alicujus vel propter contumaciam non comparentis, vel propter cautionem præstandam non præstitam, & dici solet in specie pignus Prætorium: Vel Magistratus in bona debitoris, qui sententiæ parere recusat, in possessionem mittit, quod in specie dici solet pignus judiciale.
vid. *l. 15. §. 2. 3. de Re Judic.* Huc referri 30
potest hodie usitatum Arrestum, quod, quam primum impetratum est, debitoris bona jure pignoris afficit, dummodo legitime impetratum & legitime ejus fiat prosecutio. Ad impetrandum vero Arrestum pertinet, ut summarie fidem faciat quis Judici de suo debito: deinde ostendat aliquod periculum subesse, ut sibi de consequendo debito prospicere ita debeat, Carpzov. *P. 1. C. 29. D. 6. 7. 8.* Per legem in certis casibus constituitur pignus legale vel hypotheca tacita in Prædiis, & quidem propter singularis debiti favorem

a lege

31 a lege aſſignatur Hypotheca (1) Fiſco in
bonis Civium propter tributa, *l. 1. C. in*
32 *quib. cauſ. pign.* (2) Marito ratione do-
tis præſtandæ in bonis uxoris, vel illius qui
dotem promiſit, *L. un. §. 1. C. de rei Uxor.*
33 *act.* (3) Uxori pro reſtituenda dote in
omnibus bonis mariti, aut illius qui dotem
ſuſcepit, ut patris mariti. *l. un. §. 1. C. de
rei Uxor. act. §. 29. Inſt. de action.* Exten-
dunt hoc interpretes ad donat. propt.
nuptias; item ad bona Paraphernalia;
item alimenta a marito præſtanda. Berl.
34 *L. 1. C. 66.* (4) Illi, qui in refectionem
prædii vel domus credidit. *l. 1. in quib.
cauſ. pign. vel hypoth.* Carpzov. *P. 1. C. 28.
d. 106.* Ubi monet id extendendum eſſe
ad aliam rem quamlibet, in cujus conſer-
vationem pecunia credita & impenſa pro-
batur.
35 Vel ob favorem perſonæ ſeu credito-
rum tribuitur hypotheca (1) Fiſco in bo-
nis eorum, qui res fiſcales adminiſtrarunt,
l. 1. de Privil. Fiſc. vel cum Fiſco contra-
xerunt, *l. 46. §. 3. ff. eod.* Idem accom-
modatur ad debitores Eccleſiarum alio-
rumve piorum locorum, item Civitatum
& communitatum. Carpzov. *d. c. 28.*
36 *D. 115. & 116.* (2) Pupillo & Minori in bo-
nis Tutorum & Curatorum ſuorum in ſe-
curitatem ejus quod ex cauſa adminiſtra-
tionis, tutelæ aut curationis nomine ipſis
debetur, *l. 10. C. de Adm. & peric. tut.* ut
& in omnibus bonis ex pecunia ipſorum
comparatis, *l. 7. pr. qui pot. in pign. l. 3. de*
37 *reb. eor. qui ſub tut.* Idem obtinet in li-
beris prioris matrimonii in bonis parentis
ſuperſtitis, non tantum pro ſervandis re-
bus quæ ipſis liberis ex prædefuncti pa-
tris vel matris ſubſtantia debentur, *l. 6. §.
ult. C. de Bon. quæ lib.* ſed & in ſecuri-
tatem præſtandarum vel conſervandarum
earum rerum, quæ patri vel matri a priori
conjuge obvenerunt, *l. 8. §. ult. c. de ſe-
cund. nupt.* Similiter in bonis Vitrici in
caſu *l. 6. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth.*
38 Vel denique ex præſumta voluntate.
l. 4. de Pact. Et quidem (1) tacitum in-
de pignus conſtituitur legatario & fidei-
commiſſario in omnibus bonis a teſtatore
pro conſequendis ſibi relictis. *§. 2. Inſt. de*
39 *leg. l. 1. C. Commun. leg.* (2) Competit
tacitum pignus locatoribus adverſus con-
ductores prædiorum in invectis & illatis
ratione mercedis & penſionis conſtitutæ,
l. 2. 3. 4. 5. 6. in quib. cauſ. pign. vel hypoth.
quod jure Romano ad urbana Prædia re-
ſtringitur, nec in prædiis ruſticis locum
habet, in quibus fructus pignoris loco ſunt,
& locatoribus ſufficientem præſtant ſecu-
ritatem. *l. 4. pr. C. in quib. cauſ. pign. l. 7.
pr. ff. eod.* Struv. *in Juriſpr. Rom. Germ.
L. 2. Tit. 5.*
Voluntarium pignus ab ipſo debitore 40
conſtituitur vel per teſtamentum, quando
teſtator ſe ipſum quaſi debitorem facit, &
rem pignori ab hærede voluntatem defun-
cti per aditionem acceptante alteri tra-
dendam legat, quam deinde hæres ex de-
functi diſpoſitione tradit: aut quando
non tradendam relinquit, ſed ſimpliciter
Hypothecæ eſſe jubet. *l. 26. de pign. act.
l. 12. de al. leg.* Vel per conventionem
(quod conventionale & expreſſum, *per l.
in quib. cauſ. pign. tacit.* dicitur) conſti-
tuitur, aut per traditionem in contractu
pignoris, aut ſine traditione per pactum
legitimum Prætorium Hypothecæ, quo
inito ſingulari jure jus in re, Hypotheca
nimirum, conſtitutum habetur, ipſa re
apud debitorem manente, *l. 1. de pign. act.
l. 4. de Pign. & Hypoth.* ſcriptura vero
non niſi ad teſtationem requiritur, *d. l. 4.*
Huic voluntario pignori per contractum 41
celebrato ſolent adjici pacta, & quidem
Antichreticum quod eſt licitum, & Com-
miſſorium quod eſt illicitum. Pactum 42
antichreſeos eſt, quo inter debitorem &
creditorem convenit, ut quamdiu credi-
tori non ſatisfaciat, creditori Prædio pi-
gnoratitio uti liceat, & fructus ſuos facere
in compenſationem uſurarum pecuniæ ipſi
debitæ, *l. 11. §. 1. de Pign. & Hypoth. l. 33.
de Pign. act.* Gail. *l. 2. O. 3.* modo debi-
tori, quandocunque voluerit pignus luere,
liberum maneat, quæ facultas illi adimi
haud poteſt, etiamſi expreſſe ita convene-
rint. Sande *deciſ. l. 3. t. 11. d. 11.* Et hoc
pactum injuſtum non cenſendum, quando
id ipſum uſurarum modum Lege Civili
determinatum non excedit, nec cum illis
ineatur, quibus gratis mutuandum. No-
tatu digna ſunt verba Erneſti Cothmanni
Vol. II. Conſ. 57. n. 138. Nam pactiones,
inquit, Antichreſeos fatemur eſſe legiti-
mas, ſi intra ſepta juſtitiæ, dilectionis pro-
ximi & æquitatis contineantur, nec in lu-
crum exceſſivum degenerent: Et conſue-
tudo fert pactiones Antichreſeos, ſi modo
ſint tolerabiles, non exceſſivæ, non leo-
ninæ, non denique vulturеæ. Diſtin- 43
guendum autem hic probe eſt, an fru-
ctuum incertus ſit proventus, & nihilo-
minus ſubſiſtit hoc pactum, tum propter
pretii inconſtantiam & mutabilitatem, *l. 17.*

l. 23. C. de Usur. prout etiam fit in emtione jactus retis & aucupii, *l. 12. in fin. cum l. seq. ff. de act. emt.* Accedit & harum Provinciarum consuetudo pactionem Antichreseos in modico excessu non improbans, Carpz. *P. 2. Const. 30. Def. 40.* verb. sentent. Scabin. Lips. *So verbleibt es bey solchem Contract nochmals billig, und es mag derselbe gestalten Sachen nach, weil M. beniemte Aecker durch seine eigene Arbeit beschicken lassen, und darneben die Gefahr des Mißwachs tragen und erwarten müssen,* pro usurario contractu *nicht gehalten, noch der Creditor von den eingehobenen Früchten Rechnung zu thun, und die Ubermasse ihm an dem Capital abkürtzen zu lassen ange-*
44 *halten werden, V. R. W.* Limitatur tamen hoc, si fructus legitimum usurarum modum nimium superent, utique ob excessum immodicum sorti sunt imputandi. Ne scilicet fraus fiat legibus certum usuris modum imponentibus, *l. 16. C. de Usur.* Hinc sententiæ solet addi: *Ihr köntet denn beweisen und darthun, daß die Gläubigerin obberührte Aeckere, über das Acker-Lohn weit höher, als der gewöhnliche Zinß augetragen, nützen und gebrauchen, und also eine grosse Ubermasse haben können; auf solchen Fall wäre sie nicht allein Rechnung zu thun, sondern auch die Ubermaß* in sortem *zu imputiren schuldig.* Quando vero in Antichresi fructuum ex agro perceptorum accessio plus nimio legitimum usurarum modum exsuperare, creditoremque rationum redditioni obnoxium efficere dicatur, Judicis arbitrio committendum. Menoch. *de Arbitr. Jud. quæst. lib. 2. Cent. 2.* Carpz. *145. num. 2.*

45 Aut fructuum certa est quantitas & sorti imputandum est quicquid legitimum usu-
46 rarum modum superat. Ut sunt fructus pratorum & hortorum, cum in eorum cultura haud magnus hominum labor vel plane nullus requiratur. Ordin. Torgaviens. *de Anno 1583.* Tit. *Vom Wucher und wucherlichen Contracten.* §. *Als haben wir.* vers. *Und derowegen da einer &c.* Carpz. *P. 2. Const. 30. def. 42.* Ubi tale Præjudicium subnectit: *Er könte denn mit Recht erweisen und darthun, daß ihr obberührten Schloß-Garten an gewissen jährlichen Abnutzungen über den Landüblichen Zinß und die aufgewendeten Unkosten höher genossen, auf den Fall wäre er solche Ubermasse euch an der Haupt-Summa abzukürtzen wohl befugt.*
47 Quod licet in fructibus hortorum naturalibus ut Pomariis procedat, in industrialibus vero, ut Olitoriis, merito dubitandum, cum illi majorem curam & laborem requirant quam agri ipsi, juxta vulgatum:

Ein Gärtner starck
Bringt viel zu Marck,
Hat er viel dran,
Ichs ihm wohl gönn,
Denn es kömmt ihm gar sauer an.

Pactum vero commissorium, quod Præ- 48
dio hypothecæ subjecto Contractui nonnunquam adjici solet, licitum non est, quo inter creditorem & debitorem ita convenit, ut si tempore destinato debitum non solvatur, res oppignorata pro quantitate debita pleno jure adquiratur, *l. ult. C. de Pact. pign. l. 36. C. de Usur.* Quia enim Prædium, quod nexui pignoris supponitur, communiter valore suo debitam pecuniam superet, & egens pecuniæ coactus quasi ab iniquo creditore adducatur, ut in hanc duram legem, qua ob non solutum sua die debitum dominio rei suæ excidat, consentiat, ideo ob fraudes & captiones varias, quæ facile hic intervenire possunt, in genere non valere placuit Mœstert. *de Leg. Commiss. quæst. 2. n. 4.* Neque ex intervallo adjici potest, neque ob favorem dotis, vel transactionis, neque valet inter debitorem & Fidejussorem. Mœstert. *d. l. qu. 6. & 10. 11. 12.* Hoc vero pactum jam tempore JCtorum veterum fuit prohibitum, *arg. l. 34. de Pign. Act. l. 45. de solut. l. 16. §. ult. de Pign. & Hypoth.* quæ prohibitio repetita a Constantino *l. f. C. de Pact. Pign.* Nec non jure Novissimo *in der Policey-Ordnung zu Franckfurth de An. 1577.* tit. *von Jüden und ihrem Wucher:* verba Constitutionis hæc sunt: *Und dieweil man in Erfahrung kommet, daß die Juden mit den Christen sondere Gedinge machen, da die eingesetzte Pfand in benamter Zeit nicht gelöst würden, daß alsdenn dieselbigen ihnen verfallen seyn solten. Wann aber dasselbige den Rechten zuwider, so ordnen wir, daß solch Geding verboten, und nichtig seyn.* Non autem pactum com- 49
missorium initur, seu pignus non cadit in commissum, si (1.) conveniatur, ut pecunia destinato tempore non soluta, res oppignorata emta esse debeat justo pretio tum arbitrio boni viri constituendo, vel etiam ante constituto, *L. 16. §. ult. de Pign. & Hypoth. L. ult. pr. de contrah. emt.* Atque hoc sensu etiam admitti potest, quod prohibitioni

hibitioni pacti commissorii renunciare liceat, ita nimirum, ut debitor sponte in solutum det pignus æstimatum, seu venditum quasi pro illa quantitate quam debet.
50 Mœstert. *d. tract. q. ult.* (2.) Si quis pactus sit, nisi intra certum tempus debitor solvat, cessurum se pignus creditori: & tunc communi jure creditor hypothecam vendere
51 debet, *l. 1. C. de pact. pign.* It. (3.) si convenerit, ut si res vendita evincatur, alia res pro ista obligata creditoris sit: *arg. l. 2. C. de pact. pign. ubi gl. lit. m.*

52 Quæritur: quid juris, si paciscatur creditor cum debitore, ita ut debitori in æternum non liceat prædium luere, aut simpliciter non liceat? Ejusmodi pactio non valet, quod vel similis legi commissoriæ,
53 vel ratione effectus eadem: Secus si convenerint inter se creditor & debitor, ne hic intra tempus certum & modicum pignoratam rem redimere debeat. Salicet. *in l. ult. C. de pact. pignor. num 3.* Et tempus semper minus sit 30. annorum. Si dictum fuerit, quod debitor pignus luere non possit nisi post triginta annorum lapsum, conditio & pactum haud valet, ob similitudinem legis commissoriæ, *gl. in l. ult. C de pact. pignor. verb. Amissa.* Gothof. de Iena *de Leg. Commissor. n. 38.*

54 Oppignorationi Prædiorum lege suffragante etiam adjici solet pactum Constituti possessorii, ut creditor, debitore non solvente, propria autoritate possessionem Prædii ingredi possit, *l. pen. C. de Pignorat. act.* hisce verbis: *Ich will auch zu mehrer Versicherung mein Guth N.* cum clausula Constituti possessorii *verpfändet haben.* Cum enim Constitutum civilem & naturalem possessionem in Constitutarium, qui hoc loco creditor est, transferat, Mev. *P. 5. dec. 159. 160. & 350.* hunc effectum habet illud pactum, ut debitor in mora solvendi existens bona non amplius suo, sed creditoris nomine possideat: Unde tali casu remediis possessoriis uti, & mandatum manutenentiæ impetrare potest creditor in Prædio hypothecato, vel si malit mandatum de immittendo, petet. Lud. Post. *de Manutenent. Observ. 20. num. 12. & 13.*
55 Quando vero conceditur facultas ingrediendi propria autoritate Prædium Debitoris, de quo in *L. 3. C. de pignor.* & is resistat, tunc hoc pactum contra resistentem non procedit, sed tamen operatur contra eum paratam executionem. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. Sect. 1. c. 5. §. 24.* Ut enim resistenti vis fiat, sive ut pignus alicui resistendi vi eripiatur, nulla pactione inire licet. Struv. *ad tit. ff. qui pot. in pign. th. 41.*

Si prædium alienum oppignoratum sit, 56
(1.) non satisfit obligationi, cum jus in re, quod alias ex natura pignoris creditor nanciscitur, non transferatur, *l. 6. C. si res al. pign. dat.* Inde (2.) creditor, quamprimum probare potest rem esse alienam pignori datam, licet nec dum alius ea de re litem moveat, & debitor solvendo sit, experiri poterit contraria pignoratitia actione, ut res alia ei detur, quod probant textus *in l. 9. pr. l. 16. §. 1. de pignor. act. l. 32. eod. d. l. 6. C. si res al. pign. dat. l. 38. de evict.* Bachov. *d. tr. l. 2. c. 3. n. 1.* (3.) Si res evicta fuerit, & debitor sciens alienam dederit, poterit hac actione agi contra eum ad interesse *l. 70. de evict. l. 13. rem ratam hab.* ob malam fidem *l. 7. C. comm. utr. jud.* & ex Stellionatu ob fraudem. Eckolt *ad h. l. de pign. act. §. 3.* Qui effectus creditori, qui Prædium accepit, salvi sunt, uti & reliquæ actiones, quas alioqui pignoris contractus solet præbere, etiamsi res aliena data, de quibus vid. Bachov. *d. tr. l. 3. c. 11. num. 2.*

Competit Creditori etiam jus retinendi 57
prædium pignoratitium non solum pro debito, in cujus securitatem pignus traditum, sed & alio quovis debito ab eodem debitore eidem creditori solvendo, *l. un. C. etiam ob Chirogr. pecun.* de qua vid. Giphan. Jul. a Beym. *in d. t.* Item Garf. Mastrill. *dec. 88. Persin. de adip. poss. n. 320.*
Datur quoque retentio ratione usurarum 58
l. 11 §. 3. de pign. act. add. *l. 4. C. de usur.* Bachov. *§. 2. D. 3. tit. c.* ut & impensarum in pignus *l. 6. C d. pignor.* Perez. *num. 51.*
Competit præterea & negotiorum gestori, 59
qui liberavit pignus quod possidet, *l. 1. pr. q. m. pign. solv.* Quin & locum habet retentio, etiamsi in pignoris constitutione aliquid deficiat, modo aliqua specialis ratio excipientem creditorem defendat, *l. 1. pr. h. l. 1. C. si alien. res. l. 7. §. pen. de reb. eor.* alias si vitiose ac inutiliter pignus contractum, ei locus non est *l. 25. de pign.*

Rite igitur constituta Hypotheca in 60
Prædio pignoratitio largitur creditori actiones, Servianam nimirum, & quasi Servianam seu hypothecariam, *§. 8. Inst. de act.* Et quidem contra quemlibet possessorem, *l. 21. §. fin. ff. de Pign.* Nisi Prædium Creditori sit traditum, tunc enim si postea a possessione cadat, potest agere Hypothecaria

 non

non excusso principali. Neguſ. *de Pignor. M. 1. P. 1. n. 7.* Vel clausula constituti in pignore adjecta sit. Præter hæc habet & creditor alia remedia possessoria, ut Interdictum Salvianum, item Interdictum ne vis fiat ei, qui in possessionem missus. Struv. *Exerc. 45. th. 31. & 171.*

61 Si forte pluribus unum Prædium fuerit obligatum, regulariter obtinet vulgatum juris Axioma: Qui prior tempore, potior jure. *l. 8. 10. 11. ff. qui potior in pign.* Qui autem plura de prioritate & concursu creditorum cupit, adeat Autores qui de Privilegiis Creditorum expresse

62 scripserunt. Dissolvitur nexus pignoris in Prædio variis modis, & quidem consensu, *l. 34. de R. I.* item solutione ejus quod debetur, sive solutio sit vera, *l. 1. princ. L. 5. §. 2. ff. quib. mod. pign. solv.* sive ficta, *d. l. 1. d. l. 5. princ.* Donec tamen aliquid etiamnum restat persolvendum, totius pignoris nexus jure subsistit, *l. 6. C. de distract. pign.* propter individuam nimirum pignoris naturam, *l. 65. ff. de evict.* vid. Carpzov. *p. 2. c. 23. def. 31. n. 2.* ubi his formalibus utitur: Ergo, *inquit*, pignus totum pro toto debito, totumque pro qualibet debiti parte, & rursus quælibet ejus pars pro toto debito tenetur; Pro alio quoque debito Pignus retineri posse, ait *L. un. C. etiam ob Chirogr. pign.* Porro compensatione quoque pignus solvitur, *l. 4. ff. qui pot. in pign.* Voluntate item creditoris, vel expressa, *l. 5. ff. quib. mod. pign. solv.* vel tacita, *l. 4. §. 1. l. 8. 9. & seqq. ff. d. t.* rei etiam, vel corporalis vel incorporalis interitu, *l. 8. princ. ff. d. t.* totali tamen, non partiali, *arg. l. 21. ff. de pign. act. l. 29. §. pen. l. 16. §. 2. ff. h. t.* Ubicunque enim id quod superest quocunque modo partis rationem habere potest, manet in eo pignoris jus, utcunque mutata sit qualitas. Neguſ. *m. 3. p. 6. n. 9.* Solvitur item pignus mortuo eo qui obligationem fecit, & non habebat jus in bonis nisi in ejus vita, cum post ejus mortem bona ad alios pervenire deberent, *l. 31. ff. h. t. l. 3. ff. quib. mod. pign. solv.* Ex quo sequitur obligationem feudi per vasallum factam resolvi, quando post ejus mortem ad Dominum revertitur, *L. F. 5. §. rursus.*

Non inconcinne hic quæritur, utrum 63
dominus feudi in oppignorationem consentiens, si mortuo sine liberis vasallo, feudum ad ipsum devolutum fuerit, ad satisfactionem creditoribus teneatur? Nos affirmamus propter LL. expressas, nimirum, *l. 1. §. 14. vers. unde si quis. ff. quod legator. l. 2. C. de remiss. pign. c. 21. de R. I. in 6to.* quod ampliamus, etiamsi in consensu addita sit clausula: Salvo suo jure, Heig. *p. 2. quæst. 20. n. 2. 3.* Hartm. Pistor. *p. 2. quæst. 48. n. 32. Wie denn in den Gunst-Briefen diese Worte gemeiniglich angefüget werden: Geben darzu unsere Gunst und Verwilligung, iedoch unserer Landes-Fürstl. Obrigkeit, Regalien, Ritter-Diensten, auch andern Gerechtigkeiten, die wir auf solchen Güthern herbracht, ohne Schaden.* Effectu tamen illa clausula non destituitur, sed intelligitur reservare Domino jus vasallitium omniaque alia jura, quæ remissione ac concessione ista non continentur, quæque in genere quis verisimiliter concedere non solet. *arg. l. 6. ff. de pignor.* Heig. & Pistor. *d. locis.* Carpz. *p. 2. c. 46.*
n. 7. Porro quando creditor tantum ex 64
fructibus percipit, quantum est debitum, pignus ipso jure liberatur. *l. 1. C. de di-*
stract. pign. Quod alias de præscriptione 65
pignoris reluendi olim disputatum fuit, illud hisce in provinciis sanctione Electorali, *p. 2. c. 1.* satis clare decisum est: *Daß in beyden Fällen, des Pfandes und Wiederkauffs halben, einige Verjährung oder Præscription durchaus, auch hundert- und mehrjährige nicht statt haben, sondern zu ieder Zeit ein verpfand- oder wiederkäufflich verkaufft Guth, Krafft und Jnhalts des aufgerichteten erwiesenen Contracts, gelöset, oder wieder erkaufft werden möge.*

CAPUT XLI.

DE PRÆDIIS RETROVENDITIONI OBNOXIIS.

SUMMARIA.

1. *Dura conditio Creditorum in Prædiis pignoratitiis.*
2. *Melior eadem in prædiis retrovenditioni obnoxiis.*

3. *Retro-*

3. *Retrovenditio quid sit?*
4. *Æquitati non repugnat.*
5. *Quot modis ineatur retrovenditio?*
6. *In retrovenditione Dominium & possessio transfertur.*
7. *Pactum hoc pro parte contractus habetur.*
8. *Venditor nullum jus reale habet in re vendita.*
9. *Ne redempturus venditor eludatur ab emtore, ipsi prodita est actio personalis ex vendito.*
10. *Datur hæc actio hæredi.*
11. *Coram quo Magistratu hæc actio instituenda?*
12. *Ut hæc actio competat, requiritur oblatio pecuniæ.*
13. *Non tamen solennis requiritur offerendi modus.*
14. *Intra quod tempus oblatio fieri debeat?*
15. *Pretium in retrovenditione quale esse debeat?*
16. *Offerendum est totum pretium.*
17. *Nisi hoc fiat absque incommodo emtoris.*
18. *Uno venditorum totum pretium offerente, prædium cedere debet emtor.*
19. *Dominium in retrovenditione an ipso jure, an facto hominis ad venditorem recurrat?*
20. *Pretio rite oblato, retrovendere præcise tenetur emtor.*
21. *Emtori tamen omnes impensæ & meliorationes restituendæ.*
22. *Quales impensæ hic intelligantur?*
23. *Nec augmentum venditor redimens petere potest, nisi & ejus pretium solvat.*
24. *Alluvionis incrementum ad quem spectet?*
25. *Ob deteriorationem emtor an conveniri possit?*
26. *Fructus quoque emtor lucratur.*
27. *De fructibus dum res redimitur, quid sentiendum?*
28. *Quibus casibus actio ex hoc pacto cesset?*
29. *Præscriptio in retrovenditione an locum habeat?*
30. *Difficile est cognoscere, an contractus retrovenditionis, an vero pignoratitius sit initus.*
31. *Notæ horum contractuum.*
32. *Plures conjecturæ remissive.*

1 CUm possessores Prædiorum pignoratitiorum perspicerent, quod eorum conditio admodum dura esset, ratione fructuum ex bonis oppignoratis redundantium, dum non tantum rationes reddere de fructibus perceptis, sed & percipiendis, quos scilicet ipse Creditor percipere potuisset, teneantur, *l. 3. C. de pign. act.* Bachov. *de Pignor. L. 5. c. 22.* Ob quam causam sæpius contingit, ut Creditores, amplissima possidentes Prædia, & credito suo & hypotheca simul excidant, & ipsi Creditores debitores fiant. Hoc vero sequenti modo evenire potest, si fructus, qui singulis annis percipi potuerunt, primum in usuras imputentur, & quod superest sorti detrahatur, quo casu sors non tantum, sed & usuræ singulis annis minores fiunt, & tandem penitus absorbentur.
2 Berlich. *P. 2. Concl. 1.* Hinc ut se ab hoc onere liberare possint Creditores, in locum Contractus pignoratitii substituerunt Contractum retrovenditionis, in quo longe pinguior est conditio Creditoris, quam in Contractu pignoratitio. Creditor enim hic fit emtor, & per consequens Dominus Prædii; nam Dominii translationem pactum de retrovendendo non impedit. Quapropter omnes fructus lucratur, nec illos in sortem imputare tenetur, etiamsi legitimum usurarum modum longissime excesserint, imo etiamsi pretium longe minus sit æstimatione prædii ita venditi; nam usque ad dimidium læsio in emtione toleratur. *l. 2. C. de rescindend. Vend.* Multo minus ad rationes obligatur Creditor, aut ad computationem fructuum percipiendorum, cum jure Dominii utatur fruatur prædio intra tempus præfinitum, ut hinc commodum & incommodum ipsius sit. Vid. Carpzov. *P. 2. C. 1. D. 1.*

Est autem retrovenditio nihil aliud quam pactum emtionis & venditionis, Contractui in continenti adjectum, ut pretio quandocunque & indefinite, vel intra certum tempus oblato, emtor rem emtam venditori ejusque hæredibus restituere teneatur. *l. 2. C. de Pact. inter empt. & vend.* Struv. *Exerc. 23. th. 25.* 3

Retrovenditionem autem juri & æquitati naturali non repugnare patet; non enim præjudicat venditori, quoniam ejusmodi pactum in ejus favorem adjectum est, eoque gravatur emens, ut vilius distrahere rem non possit interim, dum is qui vendidit, jus habet redimendi, teneaturque eidem vendere quandocunque, juxta scilicet pacti adjecti tenorem, voluerit eam redi- 4

redimere. Neque emtori, quia is non solum sciens & volens nullaque necessitate adductus in id consensit, sed etiam quoniam, cum gravamen illud sit pretio æstimabile, pretium in ejusmodi venditione tantum statuitur, quantum prudentis arbitrio gravamen istud æstimatur, ut proinde in ementem cum eo gravamine pro illo pretio nullum incommodum redundare possit. Molin. *de Just. & Jur. Tract. 2. Disp. 375.* Sed de emtione in gratiam emtoris facta, major videtur esse difficultas, verius tamen est, non esse illicitam, modo justo pretio fiat. Ita tenet Covarruv. *Lib. 3. Var. Resol. c. 9. n. 3.* Ratio hæc est, quia justo pretio compensari potest onus, quod venditor imponit emtori, nempe tantundem detrahendo de pretio: Ita & onus, quod emtor imponit venditori, compensari potest, tantundem augendo pretium in prima venditione. Less. *de Just. & Jur. L. 2. C. 21.* Cum igitur pacti hujus justitia & æquitas adeo evidens sit, canonibus etiam admissum fuit, *Cap. 5. X. de Emt. & vend.* excepto tamen, si vel pretii vilitas, vel fœnorandi consuetudo, vel alia varietas usurariam labem inferat.

5 Initur autem Contractus retrovenditionis vel ita, ut quandocunque liceat redimere, & Juri redimendi nullo præscribatur tempore, Pingiz. *Quæst. Sax. 41.* vel certo tempore, & quidem adjicitur tempus vel ut terminus a quo, seu post cujus lapsum demum venditor possit pretio oblato restitutionem rei venditæ petere, quod exprimi volunt per verba: *Auf zehen Jahr lang wiederkaufflichen*, quo elapso facultas redimendi demum competere incipit: Vel ut terminus ad quem est restricta potestas redimendi, seu usque ad quem & intra quem *v. gr. binnen zehen Jahr*, exerceri queat jus retrovenditionis, quo elapso non amplius integrum est redimere. Carpzov. *P. 2. C. 1 d. 8.*

6 Nullum igitur est dubium, quin per venditionem & traditionem, cui pactum de retrovendendo appositum est, dominium & possessio prædii transferatur in emtorem, non vero fructuum percipiendorum commoditas tantum, cum hoc ipso pacto vestita venditio pura omnino & absoluta sit, nec inepta adeo, ex quo emtor nequeat fieri Dominus, existat. Franzk. *de Laudem. c. 16. n. 28.* Dum namque semel partes de pretio rei transferendæ convenere, causa jam, ex qua emtori competat dominium, traditione maxime secuta sese statim exhibet, nec eam adjecta pactio immutare poterit, quippe quæ non tam substantiam contractus, quam id quod extrinsecus circumstat eundem, respicit. Ideo si rem redimat venditor, non suam amplius, sed alienam nanciscatur eum oportet, *l. 42. de R. I.* propriam enim rem emi posse & leges ignorant, & dominii ratio non admittit, qua quod semel nostrum est, amplius nostrum fieri non posse diserte traditur *l. 3. §. 5. de A. vel A. P. §. 14. Inst. de Act.* Absurde siquidem reddi sibi fundum peteret redimens, cujus dominium translatum in emtorem nunquam esset. Imo nihil aliud ipsa nominis natura evincit. Quid enim retrovendam ego, ubi nihil mihi traditum est, non dare potest id aliquis, cujus Dominus nunquam fuit, *§. 14. Inst. de act.*

Porro cum pactum hoc in continenti adjiciatur, ista tunc cohærentia quæ subest, id efficit, ut pactum pro parte contractus accessoria habeatur, & tantundem fere, quantum ipse contractus, possit, *l. 7. §. 5. ff. de Pact.* nec si pretium redimens postea offerat, tam prior rescindi venditio, quam alia de novo contracta proprie videtur, Carpz. *L. 5. Resp. 30. n. 9. & seq.* 7

Accedit, quod venditor nullum jus reale habeat in re vendita, sed tantum jus personale, cum pactum nihil aliud sit, uti jam dictum, quam contractus, unde sicut ex contractu emtionis & venditionis nascitur actio duntaxat personalis, *l. 1. C. de Act. emt.* ita & ex pacto, quod contractui huic inest, personalis tantum obligatio resultabit. Treutl. *disp. 28. th. 10 lit. A.* & Bachov. *ad eund.* Eapropter emtoris tanta circa illam rem sese exerit potestas, ut non obstante pacto illam alienare intermedio tempore vel vendendo, vel pignori supponendo possit. Zœs. *ad Tit. de retract. convent. n. 25.* quippe quod non officiat pactum, ne omnino non transeat in emtorem, sed ne irrevocabiliter ejus fiat, efficiat. Atque hæc adeo vera sunt, ut nec tertium, in quem alienata res est, convenire possit venditor. Zœs. *d. t. n. 13.* Gail. *2. Observ. 16.* Sicut enim hoc pactum rem ipsam non afficit, ita nec possessorem rei sequitur, quanquam, ne pactio hæc efficacia sua destituatur, actio ad id quod sua interest, rem tertio traditam non fuisse, venditori contra emtorem parata sit, *arg. l. 2. C. de pact. inter emt. & vend.* Carpz. *P. 2. C. 1. def. 16.* Vid. Espach. *ad hanc defin. n. 4.* Qui tamen *def. seq.* hanc sententiam limitat in pacto verbis directis concepto: *v. gr.* 8

Si

Si pretium intra quinque annos reddidero, res sit inemta. Brunnem. *ad l. 1. ff. de L. Commissor.* Beat. Frater, Dn. Wilh. Leisser. *Dissert. de Pact. retrovend.* §. 14.

9 Ne autem redemturus venditor eludatur ab emtore, sed conventionis fides sarta tecta habeatur, certa illi a legibus prospectum sit actione, necessum est, & personalem dari communis Dd. sententia est. *per l. 2. C. de Pact. inter vend. & emt. l. 6. C. de rer. permut. l. 21. §. 5. ff. de Act. emt.* Cui sententiæ accedit quod paulo supra adduximus, quodque pactum hoc sit pars contractus, ut proinde pars ab ipso toto dissidere nequeat, ejusdemque sit naturæ contractus resolutio, cujus est contractus. *l. 58. ff. de Pact.* Et vero si ab emtore res sit rursus vendita, prior venditor a secundo emtore rem non vindicat, sed datur ei tantum actio personalis ex vendito adversus primum emtorem in id quod interest, *arg. l. fin. §. fin. ff. de contr. emt. l. 11. C. de R. V.* Treutl. *Disp. 28. θ. 10. lit. C.* ibique Bachov. Limitationes hujus asserti vide apud Carpz. *P. 2. Const. 1. Def. 17.* Disceptant Dd. utrum hæc actio ex vendito, an præscriptis verbis competat, & ex vendito dari eam statuendum, tum quod legibus firmissime cautum, ut alia ex pactis in continenti adjectis non competat actio, quam ea quæ ex ipso descendit contractu, *l. 29. ff. de Contr. emt. l. 6. §. 1. ff. de Act. emt.* tum quod accessorium sequatur naturam sui principalis, ac pacta quasi pars sint ejus contractus cui adjiciuntur, ut consequenter nec actionem a toto diversam habere queant. Franzk. *ad tit. ff. de contr. Emt. n. 411.* Vid. Strauch. *Diss. Inst. diss. 12. n. 11.* Hahn. *ad Wesenb. tit. de resc. vend. n. 6.*

10 Datur autem actio ista, quæ ex hoc nascitur pacto, non solum creditori, sed etiam ejus hæredi, quantumvis ejus facta non sit expressa mentio, cum de generali pactorum natura sit, ut transeant ad hæredem, *per l. 9. ff. de probat.* & distractus judicentur secundum naturam & substantiam contractuum, habeantque in se vim correlativorum, & contrariorum, uti notant Dd. *in l. 7. C. de in integr. restit. l. 58. ff. de Pact.* Quemadmodum igitur contractus transeunt ad hæredes contrahentis, ita quoque distractus, quia contrariorum eadem est disciplina, *arg. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Gail. *L. 2. Obs. 2. num. 4. & 5.* Præjudicium hac de re refert Carpz. *P. 2. C. 1. Def. 10.* *Ist nach euers Vatern Tode dem jüngsten Bruder zum besten das väterliche Guth auf 18. Jahr lang einem Fremden wiederkäufflichen gelassen worden, und es ist gedachter euer jüngster Bruder in seiner Unmündigkeit vor Verfliessung des 18. Jahres Todes verfahren, so hat er solches Wiederkauffs-Recht auf euch und eure Brüder gebracht, und ihr habt euch nach verflossenen 18. Jahren vermöge solches Wiederkauffs des Guts anzumassen wohl Fug. V. R. W.* Atque transitio hæc non in primo tantum, sed & secundo & ulteriori obtinet, quippe quod hæredis nomine omnes in infinitum contineantur, *l. 65. de V. S.* Nonnunquam tamen pactum hoc venditorem tantum concernere potest, ita ut tunc personale sit, ejusque individuum minime egrediatur, id quod ex particulis taxativis adjectis facile colligitur, excipientique probandum venit, *d. l. 9. ff. de probat.* Zœs. *ad Tit. de Retr. convent. n. 5. & 6.* Deinde actio hæc seu jus redimendi ad extraneum cedendo transferri potest, quia hæc facultas moralis regulariter ad personam non est restricta, sed potius ut jus formatum & actio existit, adeoque perinde, ut alia jura (quod liquet in hæreditate vel actione vendita & cedenda rei vindicatione, *tot. tit. & l. fin. de hæred. vel act. vend.*) per cessionem recte in alium derivatur, cum quod quis per se potest, possit etiam per alium, *Cap. 72. de R. J. in 6to.* Struv. *Exerc. 23. θ. 45.* Et quæ ad hæredem transmittuntur, alteri quoque cedi possunt, *arg. l. 42. ff. de Admin. Tut.* Carpz. *d. l. def. 12.* Actio autem hæc 11 instituenda est coram Magistratu loci, ubi domicilium habet reus, qui Judex competens est, juxta regulam quod Actor Forum rei sequatur *l. 2. C. de Jurisd. Omn. Jud.* itemque loco in quo contraxit, si ibi reperiatur. Vid. Carpz. *Proc. Jur. Sax. Tit. 3. Art. 2.*

Ut vero hæc actio redemtori competat, 12 requiritur oblatio pecuniæ, quæ secundum contractus tenorem instituenda, quoad tempus nempe determinatum, certum enim est redimentem non nisi pretio oblato rem adipisci posse, *l. 2. C. de Pact. int. emt. & vend.* Pacti enim semel initi ratio id efflagitat, ut sicut ad pretium solvendum emtor adstrictus erat, ita vicissim ad idem præstandum venditor sit obligatus, quique petit, contractum impleri, non debeat ex sua parte esse in defectu, imo quod tunc emtoris locum occupet, nec adeo quem ille contractum implevit, juste impugnare possit. Neque tamen hoc 13 ipso, quod pretii oblatio fieri debeat, præcise

cise solennis requiritur offerendi modus, cum satis redimens fecisse contractui putetur, quantumvis nec consignandi nec deponendi scrupulositas subsequatur, *d. l. 2. Cod.* sola enim realis oblatio sufficiet, eaque facta, purificabitur hujus pacti conditio, quæ est, ut pretium offeratur. Perez.
14 *ad Tit. C. de pact. int. emt. & vend.* Intra quod tempus autem fieri illa debeat, distinguendum num convenerint ita, ut quandocunque liceat redimere, vel certo tempore. *d. l. 2.* Quod quidem adjicitur vel ut terminus a quo, i. e. post cujus lapsum demum venditor possit pretio oblato restitutionem rei venditæ petere, vel ut terminus ad quem, i. e. usque ad quem, & intra quem jus illud retrovenditionis exerceri queat; Illo casu liberam offerendi facultatem habere venditorem quandocunque illi libuerit, hoc vero ad terminum præfixum illum esse adstrictum, facile patet. Vocabulum tamen quandocunque ad XXX. annorum lapsum, qui actioni emti venditi fatalis est, restringunt. Zœs. *de Retract. Conv. n. 33.*

15 Pretium quod attinet, distinguendum, utrum certum statutum sit, nec ne, sed tantum simpliciter dictum, ut venditor possit redimere, illo casu res non habet dubium: Hoc vero illud pretium solvendum, quo res tempore retrovenditionis juste venire potest, nisi aliud habeat loci consuetudo, quam partes respexisse videantur. Zœs. *d. l. n. 18.* Hinc quidam concludunt Contractum retrovenditionis majori pretio factum, quam prima venditio, esse illicitum, cum tunc non esset æqualis conditio utriusque contrahentium, sique pretium datum pro re in prima emtione fuit justum, majus, quod in pactum redemtionis ejusdem rei deducitur, foret injustum. Vid. Molin. *Tract. 2. disp. 376. n. 2.* Dn. Leisser. *d. dissert. § 20.*

16 Offerendum vero est totum pretium, quia particularis solutio pretii invito obtrudi nequit, *l. 3. Fam. hercisc. l. 41. §. 1.*
17 *de Usur.* Sed quæstionis est: Utrum is, qui partem pretii solvit intra tempus constitutum, residuum vero paratus est solvere post tempus elapsum, audiendus sit & admittendus, nec ne? Ubi cum Fachineo *L. 2. c. 4.* distinguendum, ut si post modicum temporis elapsi intervallum, & sine incommodo emtoris, venditor residuum offerat, audiendus sit & admittendus: Secus vero est, si post longum temporis elapsi intervallum & non sine incommodo emtoris residuum offeratur; huc & spectat *l. 135. §. 2. ff. de V. O.* Porro nec is, qui ex pluribus venditoribus parte tantum pretii oblata redimere vult, audiendus est, cum & emtio una sit, quæ se pro parte dissolvi non patitur, & partis distractio sæpe vergat in damnum ementis. Quod si tamen unus venditorum in- 18
tegrum pretium offerat, nulla causa est, cur prædium retrovenditioni obnoxium cedere recuset emtor, utpote qui integrum pretium sibi solvi desiderat, quo undecunque recepto extra omne damni periculum constitutus erit. Zœs. *d. l. n. 16.* Idem tamen emtor sibi melius consulet, si, ut caveat redimens de retrovendendo partem socio, probe curaverit, quoniam hac ratione & socium retracturum partem eo securius repellere poterit. Carpzov. *P. 2. C. 1. Def. 11.* Ita Dn. Lipsiens. *Und nachdem der Verkäuffer Todes verfahren, und etliche Erben hinter sich verlassen, ist der eine unter solchen Erben sich des Wiederkauffs zu gebrauchen, und die Länderey wieder an sich zu lösen gemeynet; da nun derselbe die gantze Kauff-Summa vollständig erlegen, und wegen seiner Miterben, daß er euch gegen sie vertreten, und schadlos halten will, gnugsame Caution bestellen werde; so seyd ihr ihm die erkaufften Güther wiederum abzutreten schuldig, und ihr habt euch darwider beständiger Weise nicht zu behelffen.*

Disquiritur, utrum in retrovenditione 19
Dominium ipso jure, an facto hominis ad venditorem recurrat? Multi illud volunt, quos vide apud Zœs. *d. l. n. 29.* Hoc vero ipsa retrovendendi vox comprobat. Perez. *ad Tit. Cod. de Pact. int. emt. & vend. n. 18.* Cum enim omnis venditio facto contrahentium in actu secundo perficiatur, idem in hac retrovendendi conventione concurrat oportet, quippe qua non tam hoc agitur, ut prior resolvatur, quam nova quædam ineatur venditio, tradendo enim rem venditor emtori attribuit dominium. Igitur idem emtor retrovendendo dominum faciat venditorem necesse est. Huc etiam facit, quod actio tantum personaliter hoc pacto venditori contra emtorem parata sit. *l. 2. C. de Pact. int. emt. & vend.* Id quod haud obscure arguit, ipso jure ad primum venditorem non rediisse dominium, cum tunc potius rei vindicatio illud concomitaretur, actione personali exclusa. Dn. Wilh. Leisser. *d. diss. §. 22.* Ex quibus & hoc sequitur, domi-

dominium rei ad venditorem non ita reverti, ut a tertio quolibet detentore eam quis vendicare possit. Treutl. *Vol.1.disp.28. θ. 10. lit. C.*

20 Pretii autem rite peracta oblatio hoc operatur, ut si rem tradere possit, retrovendere præcise teneatur emtor, nec interesse præstando liberetur, *l. 25. §. 1. ff. de Contr. Emt.* Ant. Faber. *6. Contr. 4.* Cum semper conditio, si pretium restituerit redimens, includi hic intelligatur. Hoc igitur oblato, illa retractiva emtio purificatur omnino, & quasi pure contracta esset, vicissim emtorem ad rem tradendam adstringit, cum & conditio in venditoris favorem adjecta in odium ejus retorqueri non debeat. Franzk. *Exerc. Just. II. quæst. 1. n. 42.* Carpzov. *P. 2. Const. 1. def. 15.* & Espach. *ad d. l.* Sequitur inde & hoc, vacuam rei possessionem esse tradendam. *l. 2. §. 1. ff. de act. emt.* Mynsing. *1. Obs.53.* Rei vero interitu liberatur emtor, si sine dolo & culpa emtoris res perierit, si minus, ad pretii supplementum tenetur. Jason. *in l. 5. ff. de reb. cred. n. 12.*

21 Non videtur autem rem venditor reluisse, nisi simul emtori omnes impensas & meliorationes restituerit. Colerus *Cons. 29. n. 61.* cum jure naturæ æquum sit, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem, *l. 14. de Cond. indeb.* Atque hic argumentum commode deduci potest de minori recuperare prædium per curatores venditum volente, *l. 39. §. 1. ff. de Minor.* & de possessore prædii, qui id habuit a non domino, *l. 65. ff. de R. V.* qui impensas itidem bona fide factas probatasque secundum negotii cujusque convenientiam prius refundere obligati sunt. Idque in hoc nostro pacto eo magis, quod dissoluto venditoris contractu uterque nil amplius consequi debeat, quam haberet, si venditio facta non fuisset. *l. 25. §. 1. ff. de Ædil. Edict.* Carpz. *P. 2. Const. 1. def. 27.* Expresse enim definitum est, eum qui bona fide in re aliena vel in re sua, quæ ad alium dein est transitura, quid fecerit ad utilitatem perpetuam, posse sumtus repetere, *l. 9. pr. ff. de A. R. D. l. 58. ff. de*
22 *Leg. 1.* Impensæ autem tales intelligendæ, quæ ad perpetuam rei sarturam & utilitatem pertinent, quæ enim ad fructuum collectionem erogatæ, cum fructibus compensantur. *l. 7. §. ult. ff. solut. Matr.* Tiraquell. *de Retract. Convent. §. 7. Gl. 1. num. 4.*

Nec etiam augmentum venditor redimens petere potest; nisi & ejus pretium solvat, siquidem omne incrementum, quod rei taliter venditæ quocunque modo accessit, indifferenter emtor adquirit, *§. 3. Inst. de emt. & vend. l. 7. pr. de commod. & peric. rei vend.* quippe quod emtor perfecta emtione incommodum omne ex re vendita sentit. *l. 8. ff. d. t.* Idem ergo ut sentiat emolumentum, sæpe rarius obtingens, naturalis æquitas gravissime dictitat. *l. 10. ff. de R. I.* Ratio in eo consistit, quod emtor plenum dominium consecutus sit, cujus translationem pactum hoc non impedire, supra demonstratum est, cum nec pactum commissorium hoc impediat, licet potestate sua contractum dissolvat, *l. 5. l. fin ff. de Leg. Commiss.* Struv. *Exerc. 23. θ. 46.* Ad illustrandum hoc assertum subsequens præjudicium Carpz. *P. 2. C. 1. def. 18.* adducit: *Ob nun wol wegen allerhand Durchzüge und Einquartirungen des Kriegs-Volcks vielerley Beschwerungen und Extraordinair-Steuern dem Guthe aufgeleget worden, zu welchen sich Käufferin des Guths nicht verstehen will; dieweil sie aber dennoch durch den geschlossenen Wiederkauff das Eigenthum und Dominium des Guths erlanget, und dannenhero alle Onera und Beschwerungen zu tragen verbunden, sowol als sie sich hingegen Zeit währenden Wiederkauffs aller und ieder Nutzungen und Zugänge zu erfreuen hat, so ist sie auch vor sich obangeregte Beschwerungen und Extraordinair-Steuern zu tragen und abzustatten schuldig, und es mögen Verkäuffer damit nicht beleget werden, V. R. W.* 23

Quia etiam Dominii virtus pro emtore perpetuo militat, alluvionis quoque incrementum ad eum pertinebit, Fachin. *L. 2. c. 6.* Tessaur. *decis. 140.* non attenta distinctione quorundam, num fundus simpliciter venditus sit, an vero certa mensuratione seu dinumeratione jugerum facta. Dissentit. Zœs. *ad Tit. de Retract. Convent. n. 28.* Idem etiam de thesauro tenendum, qui medio tempore retrovenditione pendente ab emtore in fundo inventus est. Tiraquell. *de Retract. Convent. §. 7. Gl. 2. n. 97.* 24

Quamvis etiam ob deteriorationem emtorem conveniri non posse videatur, cum domino deterioratio rei imputari haud possit, quantumvis deterioratio ista dolo vel culpa ejus contigerit. *arg. l. 21. C. Mand. l. 18. §. 1. ff. solut. Matr.* Attamen hoc 25

hoc ſaltem procedit in iis rebus, quæ jure dominii ad aliquem irrevocabiliter pertinent, nec reſtitutioni ſubjacent. Tiraquell. *de Retract. Lingn.* §. *36. Gl. 3. n. 68.* Cum vero res pacto hoc noſtro qualificata, cujus conditionis etiam feudum eſt, in emtorem non irrevocabiliter tranſierit, utique ille de deterioratione, quæ dolo ejus vel culpa emerſit, tenebitur, *L. 59. de Leg. 1. l. 17. ff. de Jur. dot.* Carpz. *P. 3. Conſt. 31. def. 8.*

26 Fructus quod attinet, uti hos b. f. poſſeſſor lucratur, ita emtor, dum res non redimitur, illius eſt Dominus, eos tanquam ex re ſua perceptos ſuos facit, *l. 42. ff. de Uſur. l. 13.* §. *10. ff. de Act. emt.* Maxime cum ille tantum probabili, hic vero in ipſa

27 veritate poſito Dominio munitus ſit. Sed aliud de fructibus interea dum res redimitur provenientibus pronunciandum eſt, ut ad venditorem ſc. pertineant, *l. 2. C. de Pact. int. emt. & vend.* quos tamen ut pleniſſime adquirat, ultra pretii oblationem debitorem in mora per interpellationem factam conſtituat oportet, tunc enim ab illius moræ tempore, quos emtor compenſare prius poterat, fructus magis ſecure lucrabitur, *l. 5. C. de pact. int. emt. & vend.* Sola namque pretii oblatio ad moram inducendam ſufficiens ſemper non eſt, quippe quæ conditionem tantum purificat, ſed talis interpellatio, quæ in mora conſtituat, neceſſario requiritur, *l. 32 pr. ff. de Uſur.* De fructibus pendentibus vid. Struv. *Exercit. 23. θ. 46.* Hahn. *ad Weſenb. de reſcind. vend. n. 6.*

28 Conſtat igitur ex dictis, oblatione pretii ac rei rite facta reſtitutione, actionem ex pacto præſenti natam omnimodo exſpirare. Item temporis lapſu, ſi certum nempe tempus adjectum ſit: cum ad tempus conceſſa, elapſo illo, videatur negata retrovenditio. *l. 41.* §. *1. ff. de Fideicommiſſ. liber.* Ac negligentiæ ſuæ habeat imputari venditor, quod retractionis tempus cautius non obſervarit: Quando vero certum temporis ſpatium non præfixum, ſed ſimpliciter ita conventum fuerit, ut quandocunque, ſemper, toties, quoties libuerit, liceat venditori retrahere.

29 Diſceptant inter ſeſe Dd. utrum præſcriptio in retrovenditione locum habeat, quibusque annorum terminis coarctanda veniat. Sententiæ negantis Patroni, qui numero etiam affirmantibus prævalere videntur, potiſſimis hiſce utuntur argumentis: (1.) Quod emtor, qui retrovendere promiſit, ſemper & quandocunque in mala fide conſtitutus ſit, ſuæ quippe promiſſionis & obligationis conſcius, ut adeo nullo unquam tempore præſcribere valeat, *Cap. ult. X. de Præſcript.* (2.) Quia jus offerendi pretium ad rem venditam redimendam videtur eſſe res meræ facultatis, utpote in mero venditoris arbitrio poſitum, quas nullo unquam tempore præſcribi indubitatum, *l. 2. ff. de Via Publ.* (3) Quod *in l. 2. C. de Pact. int. emt. & vend.* dicatur venditorem fundum recipere poſſe, quandocunque, ſi ipſe vel hæredes ejus pretium obtulerint, quæ verba utique deſignent temporis infinitatem, *l. 55. ff. de Fideicommiſſ.* Prolixius hac de re vid. Gail. *l. 2. Obſ. 18.* Mynſ. *Obſ. 16. & Reſp. 31. n. 12.* Hahn. *ad Tit. de reſcind. vend. n. 4.* Qui vero affirmativam tuentur, quæ etiam verior videtur, omnem ſuam intentionem fundant in natura actionis perſonalis, cujus hanc noſtram eſſe ſupra latius deductum fuit, ut nempe XXX. annorum ſpatio includenda elapſo illo omnino tolli debeat. Nec clauſulas iſtas, ſemper, in perpetuum, quandocunque morari ſe patiuntur, quippe quod illæ non importent perpetuitatem, nec extendendæ ſint ultra terminos juris præſcriptos, qui ſunt XXX. anni, quibus actiones perſonales utilitatis publicæ ergo circumſcriptæ, ne lites ſint perpetuæ, & poſſeſſores ſemper ſint incerti de jure ſuo. Gail. Mynſ. *dd. ll.* qui in praxi hoc etiam obſervari teſtantur Zoeſ. *de Retract. Convent. n. 33.* Perez. *ad Tit. de Pact. int. emt. & vend. num. 22.* Wilh. Leiſſer *d. Diſſ.* §. *28.*

Quoniam etiam Contractus retroven- 30
ditionis & pignoris ſæpius confunduntur, adeo ut poſtea prolixe diſputandum ſit, quis contractus initus fuerit, vel non, ac difficile ſit cognoſcere, an contractus emtionis venditionis cum pacto retrovenditionis ſit celebratus, an vero pignoratitius, imprimis quando contrahentes in inſtrumentis verbo retrovenditionis & pignorationis promiſcue utuntur, Berl. *P. 2. Concl. 1. num. 2.* hodieque ſæpius videamus magna prædia poſſeſſoribus, qui credebant retrovenditionis jure ea ſe poſſidere, cum contractu accuratius inſpecto pignoratitium eum fuiſſe appareat, propter uſuras ultra legitimum modum perceptas adimi, hinc paucis de utriusque contractus notis dicendum. Et quamvis alias certum ſit talem Contractum celebraſſe contrahentes, qualem verbis expreſſerunt. Menoch. *L. 3.*

Præ-

Præsumt. 122. num. 16. Attamen hic tuto verbis insisti nequit, cum sæpius vocabulum *wiederkäufflich*, inseratur contractui pignoratitio, ut idem involvat, quod *wiederlöslich*. Nam Contractus pignoratitius certo tempore pariter circumscribi solet, uti retrovenditionis, ut hinc ad reliquas quoque circumstantias sit respiciendum. Quod si ergo animus contractum retrovenditionis celebrandi ex verbis appareat, non nocet, quamvis pignoris fiat mentio. Berl. *d. l. n. 7.*

31 Nota vere Contractus pignoratii hæc principalis esse solet: Si primo fiat mentio mutui contracti, & postea subjiciatur, pro illo mutuo fundum hunc sub jure retrovenditionis, Creditori esse concessum. Sebast. Almers *in Resolut. materiar. retrovenditionis controversis, Resolut. 20. §. So gebt doch.* Ex hoc enim apparet, quod ab initio vendere partes noluerint, sed mutuum contrahere. Quicquid vero in securitatem mutui alteri conceditur, hoc pignus est. Carpzov. *P. 2. Constit. 1. Def. 2. num. 19.* Quapropter si contractus Retrovenditionis esse debet, mutui præcedentis mentio omittenda, & mox a contractu venditionis incipiendum, e. g. *Kund und zu wissen sey hiermit, daß heute* dato *ein beständiger Wiederkauffs-Contract geschlossen; Nemlich es verkauffet Titius sein Land-Guth Tusculanum an den Sempronium auf* zwantzig *Jahr.* Quod si tamen ille, qui sub jure retractus vendit Prædium, jam certam pecuniæ summam debeat emtori, hujus non in principio, sed altera instrumenti parte demum mentio fieri debet in illo quidem loco, ubi pretium venditionis ab emtore promittitur, e. gr. *Hingegen verspricht Titius als Käuffer vor das ihm wiederkäufflich erhandelte Guth Tusculanum 6000. Thlr. als ein baares Kauff-Geld zu erlegen, dergestalt, daß 2000. Thaler sofort baar bezahlet, die übrigen 4000. Thaler aber mit denen dem Verkäuffer, laut* Obligation sub dato *vorgeliehenen 4000. Thalern compensiret werden sollen, massen solche* Obligation *hiermit an statt eines wahrhafften Kauff-Geldes dem Verkäuffer zurück gegeben wird.*

Pro infallibili etiam nota Contractus pignoratitii, habetur modicitas pretii & pactum de retrovendendo, *per Cap. ad nostram. de Emt. & Cap. illo vos. de pignor.* quam opinionem communem esse tradit Alexand. *Cons. 46. Vol. 3.* & secundum eam etiam consuluit. Christoph de Castro *in quodam suo Consil.* incipit: Cum ab exordio tituli, quod Consilium est positum, post tractatum de Maleficiis Bonifacii de Vitalinis. Besold. *in Thesaur. Pract. ad Vocab. Wiederkauff,* ubi *inquit:* Si in contractu venditionis est appositum pactum de retrovendendo, & intervenit modicitas pretii, tunc iste contractus est fœnoratitius, etiamsi emtor non consueverit fœnorari. Non enim præsumuntur partes ita suum jactare voluisse, *l. cum de indebito. ff. de Probat.* nec se decipere tam immoderate per *l. 2. C. de rescind. vend.* Et ita consuluerunt JCti Colonienses in causa Castrum Dernburg concernente, apud Sebast. Almers *in dict. resol. 20.* Plures adhuc dantur con- 32
jecturæ, ex quibus contractus magis pignoratitius, quam retrovenditionis æstimari solet, quarum conjecturarum 45. collegit Berlich. *P. 2. Concl. 1.* quamvis multæ earum solæ non sufficiant, sed aliis præsumtionibus junctæ effectum demum sortiantur. Generaliter vero concludunt Dd. si ad contractum retrovenditionis accedat consuetudo fœnorandi, contractum non esse retrovenditionis sed pignoratitium. Carpz. *P. 2 C. 1. def. 2. n. 7* Dn. Stryck. *de Caut. Contr. Sect. 2. C. 5. § 30. & sqq.* ubi egregie hanc materiam, & quomodo contractus pignoratitius & retrovenditionis inter se differant, exemplis illustrat, monstratque, Dd. assertionem, quod Contractus talis præsumendus sit, qualem eum partes nominarunt, Barbos. *ad Cap. 4. X. de Pignor. n. 2.* merito fallere, ubi conjecturæ ex clausulis contractui adjectis resultantes aliud evincunt. Menoch. *L. 5. pr. 112.* Cort. Mand. *de Tacit. & ambig. Convent. l 8. tit. 20. n. 34.* Ruland. *de Commiss. P. 3. L. 7. c. 6.* Videri etiam meretur de hac materia Sebast. Almers *in Resol. cas. dub. per tot.*

CAPUT XLII.

DE PRÆDIIS ALLUVIIS.

SUMMARIA.

1. *Alluvio est modus accessionis naturalis.*
2. *Quid sit?*
3. *Dicitur Festo circumluvio.*
4. *Jus alluvionis in fundis & ædificiis locum habet.*
5. *Est modus adquirendi justissimus.*
6. *Jus alluvionis in publicis fluminibus tantum locum habet.*
7. *Idem dicendum de Rivis Publicis.*
8. *Ut & de Lacubus Publicis & Majeribus.*
9. *Obtinet etiam in mari;*
10. *Ut & in aqua pluvia.*
11. *Non tantum arena, sed etiam pretiosa incrementi nomine veniunt.*
12. *Quod tamen in Germania de auro fluviatili vix asserere licet.*
13. *Adjecta ex bonis alterius, ut arbores, ligna, res naufragæ, alluvionis jure nostra non fiunt.*
14. *Jus alluvionis in Prædiis Ecclesiasticis & locis religiosis obtinet.*
15. *Si viæ publicæ quid accedat quid juris?*
16. *In Prædio Usufructuario adjecti proprietas ad proprietarium, ususfructus ad usufructuarium spectat.*
17. *Idem dicendum in Prædio Emphitevtico.*
18. *Prædio locato vi fluminis deminuto, præstatio etiam diminuenda.*
19. *Aucto vero eo per alluvionem, pensio non est augenda.*
20. *In Prædio Feudali incrementum alluvionis pertinet ad Vasallum.*
21. *Nec ratione bujus nova investitura opus habet.*
22. *Aliter dicendum, si Vasallus partem maris aggeribus circumduxerit.*
23. *Alluvionis commodum in Prædio sub pacto retrovenditionis alienato locum sibi vendicat.*
24. *Prædio vendito & nondum tradito, incrementum pertinet ad emtorem.*
25. *Prædio legato adaucto, augetur & legatum.*
26. *Quod etiam de dote & hæreditate dicendum.*
27. *Olim alluvio in Prædiis limitatis cessabat.*
28. *Aliter tamen se res habet in nostris agris limitatis.*
29. *Prædio per alluvionem adaucto, etiam ejus jurisdictio augetur.*
30. *Nisi in ripa certi limites positi sint.*
31. *Aucto Prædio serviente per alluvionem, & ipsa servitus augetur.*
32. *Prædio ab alveo fluminis occupato, ejus dominium amittitur.*
33. *Si flumen partem de tuo prædio abstulerit & meo attulerit, ea pars tua manet.*
34. *Qualiter coalitio probanda?*
35. *Prædio immani aquarum vi super aliud transposito, illud non cedit solo, sed domino permanet.*
36. *Exempla hujus rei.*
37. *Insula in flumine quot modis fiat?*
38. *Ad quem ea pertineat?*
39. *Alveus a flumine derelictus ad quem spectet?*
40. *Inundatio speciem fundi non mutat.*
41. *Verus modus dividendi alluvionem, alveum & Insulam.*
42. *Schema divisionem demonstrans.*
43. *Modi a Bartolo traditi dividendi alluvionem rejiciuntur.*
44. *Actio pro consequendo incremento fluviatico.*
45. *Quomodo præscribatur hoc incrementum?*
46. *Usus modernus quoad incrementa fluviatica.*
47. *Alicubi Insulas Principes sibi vendicant.*
48. *Quod & in Palatinatu Rheni, Saxonia Electorali, Geldria, imo & in Hollandia & Gallia obtinet.*
49. *Principes jure sibi ista incrementa possunt asserere.*
50. *Arcanum Physicum circa procurationem incrementorum fluvialium.*

1
2
INter modos accessionum naturales etiam alluvio refertur, quando per incrementum latens agris vel prædiis nostris paulatim aliquid accedit, ut intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur, §. *20. Inst. de R. D.*
3
Festus *Lib. 3.* Circumluvionem vocat, dum circumluvionem *ait* jus esse Prædiorum,

rum, & Prædium vel ager alluvius est, quem fluvius paulatim in agrum reddit.
4 Isid. *Lib. 15. Etym.* Jus enim Alluvionis in fundis & ædificiis locum habere dicitur, prædii vero appellatio generalis est, eaque omne ædificium & omnis ager continetur. *l. 211. de V. S.* Coll. Jur. Arg. *41. 1.*
5 *n. 26. circ. fin.* Est autem hic modus acquirendi justissimus: A natura enim fit alluvio, cum nullus hic vertatur possessoris animus, nullum ejus factum, quo magis alieno fundo quidquam detrahatur & suo adjiciatur, consequens est ipsam naturam suapte sponte per alluvionem id appropriare fundo cui accedat. Mynf. *ad §. Inst. de R. D.* Imo Domino quandoque igno-
6 rante vel etiam invito contingit. Jus autem alluvionis in publicis tantum fluminibus locum habet. *d. §. 20.* Præsertim cum agri qui flumina attingunt, per flumina communiter distinguantur, atque eam quantitatem habeant ab ea parte, qua flumen est, quam cursus fluminis determinat, vel flumen semper sit finis seu terminus illorum agrorum. Hinc flumine alteri agro sensim abstrahente, & alteri adjiciente, illi fines quos facit flumen, debent retineri: quo spectat quod Paulus JCtus *in l. 30. §. 3. de Acqu. R. D.* dicit: Flumina censitorum vice fungi.
7 Idem dicendum erit de rivis Publicis, *gemeinen Bächen.* Oettinger *de Jur. limit.*
8 *l. 2. c. 2. n. 17.* Ut & de Lacubus Publicis & Majoribus, si scilicet flumina, quæ in eos labuntur, non ibi remaneant, sed eos percurrant, quales sunt in Germania Lacus Brigantinus, vulgo *der Boden-See* prope *Lindau*, quem Rhenus, & Lacus Lemanus, *der Genffer-See* prope Genevam, quem Rhodanus procurrit, in hisce cessat ratio. *l. 12. ff. de A. R. D. V.* Gœdd. *ad l. 112. de V. S.* sed Mari comparantur, in quo jus alluvionis etiam obtinet. Gryph. *de Insul. c. 18. n. 109.* cum enim motibus obnoxii sint, ita ut fluxum & refluxum sentiant, Scal. *Exerc. 50. 51.* ideo vix est, ut non aliquid ex motu vel materia fluminum participent, *C. J. Arg. 41. 1. 0. 26.*
9 *n. 5.* Merito igitur affirmandum jus alluvionis in mari non secus ac in fluminibus publicis locum habere. *arg. l. 23. ff. quib. mod. usufr. amitt. l. 3. §. 17. ff. de acquir. poss.* Cum enim jus alluvionis præcipue propter compensationem damni institutum approbatumque fuerit, mare autem non secus, imo multo magis quam flumina damna incommodaque varia inundatione, detractione, aliisque si qui sunt modis, finitimis inferat, ideoque æquitas suggerit, quamvis jure deficeremus, ut loquitur Paulus *in l. 2. ff. §. 5. in f. ff. de aq. pluv. arc.* (cum lex sit omne quod ratione & æquitate consistit, *C. consuetudo dist. 1.* unde Philos. legem quærere, ubi naturaliter sentimus, nihil aliud quam intellectus infirmitatem esse dixit. vid. Ben. Straccha *Tr. de Merc. p. 2. n. 81.*) idem quoque commodum afferre debere, secundum naturam quippe est commoda cujusque rei eum sentire, quem sequuntur incommoda. *l. 10. ff. de reg. jur.* Pro qua sententia & facit, quod omnis consolidatio cedat fundo principali. *l. 9. §. 2. ff. de damn. inf. C. A. 41. 1. n. 26.* Quamvis igitur casus iste a Justiniano omissus, & circa insulam in flumine & insulam in mari enatam propter diversitatem rationis, quæ inducit diversitatem juris, *l. 15. C. de transact. l. 16. ff. de pœnis.* diversum jus statutum sit. *§. 22. Inst. de R. D. l. 7. §. 3. ff. de A. R. D. cum simil.* Hoc tamen casu, propter identitatem rationis & æquitatis naturalis, idem jus in mari quod in fluminibus publicis statuendum. Joh. Seb. Gambs *de Alluvionibus n. 12.* Idem dicendum videtur de aqua 10
pluvia, quæ scilicet de cœlo cadit, atque imbre excrescit, *l. 1. pr. ff. de Aqu. Pluv.* si ea aliquid fundis nostris sensim & latenter adjiciat, cum posita forma ponatur formatum, Calvin. *in Lexic. voc. alluvio.* & generaliter verum est, quæcunque aquæ terminos suos non retinent, in iis jus Alluvionis regulariter locum habet. *arg. l. 12. ff. de A. R. D.*

Quæ igitur alluvio adjicit, incrementi 11
jure veniunt, non modo arena simplex & terra sensim adjecta, quæ Prædium adauget, sed & alia pretiosa, quæ naturaliter flumen secum ferre consuevit, & in dominio alicujus nunquam fuerunt. Ut in Tago & Pactolo aurea arena, in Gange & Acesino gemmæ, lapilli, margaritæ. Buchner. *de jure Aquat. n. 88.* Quod tamen in 12
Germania de auro fluviatili, *vom Wasch-Gold*, vix asserere licet, ubi inter Regalia refertur. Dn. a Seckend. *im Teutschen Fürsten-Staat P. 3. c. 3. Reg. 7. n. 4. Von andern dem Landes-Herrn allein zustehenden Wasser-Nutzungen ist von denen Wassern die im Sande Gold führen* Noe Meurer. *Tom. V. des Forst- und Jagd-Rechts p. 103. Die Gold-Gründe werden vor ein sonder Regal der hohen Obrigkeit zuständig gehal-*

gehalten, und mag die hohe Obrigkeit, wie mans nennet, golden lassen.

13 Adjecta autem ea prædio nostro, quæ in bonis alterius fuere, ut arbores violentiori fluminum irruptione radicitus evulsæ, asseres, trabes, ligna, item res naufragæ nostra fiunt neutiquam alluvionis jure. Nam aut priori domino de suo constat, & vindicationem habebit, aut non constat, & multo minus licebit occupare, ut bona vacantia, vel pro derelicto habita, vix enim credibile quenquam suum jactare, & pro derelicto habere velle, nisi probetur. Ergo magis est ut usucapione quis post solennem proclamationem de rebus
14 istis tutus sit. Buchner. *d. l.* Jus itaque alluvionis non tantum in Prædiis Ecclesiasticis, sed & in locis religiosis obtinet; Ejus enim fit accessio, cujus est principale; cum enim bona Ecclesiastica ad servitium servientium, pro sustentatione scil. ministrorum Ecclesiæ Dei, destinata sint, cur si privatorum fundi non & Ecclesiæ, utpote cujus causa longe favorabilior, & ita etiam sustentatio ministrorum alluvione augeri, & ut in aliis, vid. *Nov. 120. c. 6. §. 1. inf. tot. tit. ff. ne quid in loco sacro fiat,* ita & in hoc casu Ecclesiæ conditio melior fieri possit? cum inducta ad augmentum
15 non debeant operari diminutionem. Si viæ publicæ alluvione quid accedat, fundo trans viam proximo adquiretur, quoniam ille fundus flumini proximus est, *l. 38. ff. de A. R. D.* & si via publica vel fluminis impetu vel ruina amissa sit, ejus possessor eam præstare tenetur, *l. 14. §. 1. ff. quemad.*
16 *serv. amitt.* In Prædio usufructuario adjecti quidem proprietas ad proprietarium pertinebit, usufructuarius tamen ejus, quod per alluvionem adjectum est, usumfructum habebit; Nam ubi latitat incrementum, ibi & ususfructus augetur; Ubi autem apparet separatum, fructuario non accedit, ut ait Ulpian. *in l. 9. §. 4. ff. de Usufruct.*
17 Gambs. *θ. 26. & seqq.* Idem dicendum venit de Prædio Emphytevtico argumentando scil. affirmative a minori ad majus. Everhard. *in locis legal. a Min. ad Maj.* Si enim fructuarius, qui nullum jus habet in re, nec est utilis ut vocant dominus, capit tamen incrementum alluvionis, multo magis Emphytevta, qui habet jus in re, & est utilis dominus, illud accipere potest. Sichard. *in Cod. Tit. quæ sit long. consuet. num. 10.* Nec ob tale incrementum Emphytevta ad majorem canonem adigi poterit, cum etiam ob decrementum agri Emphytevtici ipsi pensio non remittatur; Quia scil. Emphytevta modicum saltem canonem solvit potius in directi dominii contestationem, quam fructuum compensationem. Prædio vero locato per vim 18
fluminis non mediocriter deminuto, præstatio quoque deminuitur, atque ita locator damnum sentit; Nam si alias fructuum sterilitas ei nocere solet, potius fundi deminutio, ubi major ratio urget, præstari siquidem agrum conductori oportet, ut frui possit. E contrario vero fundo con- 19
ducto cum fructibus per alluvionem aucto, etsi propter augmentum illud lucrum immodicum sit, pensio tamen non augebitur. Legem quippe conductionis servari oportet, nec pensionum nomine amplius quam convenit, durante conductionis tempore reposci. Nec lucrum & damnum pari passu semper ambulant. Dum enim prædiorum locatores sibi satis superque prospiciunt, ne conductores nimium ditentur, quod semel atque iterum forte amplius capiunt pro laboribus, cultura & cura, eis non est invidendum, secius multo admittendum, ut præter impensarum culturæ jacturam, etiam in fructibus pretio, ut plurimum correspondentibus, detrimentum sentiant. Buchn. *de Jur. Aquat. θ. 94. & 95.*
In prædio feudali incrementum alluvionis 20
sine dubio pertinet ad Vasallum, si Dominus Feudi nihil sibi retineat; si retinuit, vasallus aut est in possessione incrementi, & jurare, aut non est, & probare incrementi investituram tenetur, *1. Feud. 4. §. 5.* Et hoc procedit, sive sit incrementum latens, sive patens, quia textus generaliter loquitur, & signum universale continetur in verbis: omne incrementum. Struv. *S. J. Feud. C. 12. Aph. 6. n. 3.* Carpz. *P. 3. C. 31. d. 7.* ubi tale Præjudicium: *der Weinberg aber, so der Verstorbene auf seinem zum Lehn erkaufften Felde angeleget, dafern derselbe durch Einwilligung und Belehnung des Lehn-Herrens gebührlich zu Lehn gemachet worden, gehöret auch nebenst dem Stücke, so das Wasser am Garten angeleget, als dem Lehns-Folger eigenthümlich; V. R. W.*
Ratione autem hujus incrementi, quod 21
Feudo accrevit, nova investitura Vasallus opus non habet, quia non potest dici Feudum novum, cum solum sit accessorium, adeoque ejusdem conditionis cum eo cui accedit. Struv. *d. l. n. 7.* qui rationem ponit in utili dominio, utpote quod omne continet incrementum, *d. §. si quis de manso. 5. 1. Feud. 4.* Tutius tamen procedere

dere Vasallum existimat Rhetius *in Comment. ad cit.* §. *p. 22.* Si renovationi investituræ alias ob causas emergentis petitæ, hæc incrementa in catalogum, tanquam accessoria, ad futuras lites præcavendas inseri curet. Imo in Gallia Vasallum hæc incrementa in catalogum rerum Feudalium ab ipso faciendum, quam in vernacula *denombrement* vocant, referre teneri, tradit ac refert Molin. *ad Consuet. Paris. Tit. 1. gl. 5. num. 105.* Dn. Müller *dissertat. de increm.*
22 *Præd. Feud. C. 2.* §. *17.* Utut sit, si Imperator alicui Statui Jurisdictionem cum territorio & mari in feudum concessit, de augmento latenti non, at bene de patenti hoc intelligendum, ut si partem aliquam maris aggeribus circumduxerit & molis aquaticis exsiccaverit, quod *eindämmen* vulgo vocatur, quoniam pars territorii separata est, separatim quoque censebitur, investitura nova opus habebit, & inde functiones publicæ augebuntur. Buchn. *d. l.* θ. *92.*

23 Alluvionis commodum sibi quoque locum vindicat in Prædio sub pacto retrovenditionis vendito, quod interea alluvione tam latenti quam patenti auctum contractu resoluto reverti debet pro eodem pretio. Est enim hoc incrementum reale & prædiorum, non personale; jam vero prædium ejusmodi, cum sit revocabile, sua quoque cum causa, juribus, qualitate & natura redibit ad redimentem, non secus ac si nunquam alienatum fuisset. Nec obstat, quod tali casu periculum omne ad emtorem, commodum vero ad redimentem transeat, qui non præsumitur fundum diminutum & ob id depretiatum redemturus esse. Sed de se conqueri debet, quod loco periculoso & flumini vicino prædium emerit, cum vitia & rapacitatem fluminum non ignorare debuerit; quod quis enim sua voluntate periculum subit, nullam me-
24 retur compensationem. Si Prædio vendito simpliciter & nondum tradito alluvione quid adjiciatur, recte emtori adquiritur. Nam uti, si totus ager post emtionem perfectam flumine occuparetur, periculum esset emtoris, igitur & commodum esse debet, *l. 7. pr. ff. de Peric. & commod. rei vend.* §. *3. Inst. de emt. & vend.* Benigne tamen admittitur in eo, qui majorem agri modum professus est emtori suo, ut propter ignorantiam alluvio post venditionem subsequens ad modum complendum reputetur, *l. 13.* §. *14. ff. de act. emt.* ibique Go-
25 thofr. Si Prædio legato post testamentum factum per alluvionem quid accesserit, legatum augebitur, *l. 24.* §. *2. de Leg. 1.*
Quemadmodum & dos, si Prædium dotale 26
alluvione majus factum sit, *l. 4. ff. de Jur. dot.* item hæreditas, *l. 16.* §. *3. ff. fam. hercisc.* Gambs. *dict. differt. num. 33. & 34.*
In Prædiis autem limitatis alluvio cessat, 27
l. 16. ff. de A. R. D. Limitata enim non augentur accessione, *C. super de Parochiis.* Ideo enim ager manu captus, i. e. ab hostibus Jure belli captus, limitatus fuit, ut sciretur quid cuique militi datum fuisset, quidque venisset per Quæstores, & quid in Publico relictum esset. Struv. *Synt. J. C. Ex. 41.* θ. *25.* Quia vero agri limitati, qua- 28
les apud Romanos fuerunt, ab aula recesserunt, & decisio *l. 16. de A. R. D.* non amplius observatur; Ideoque id non licet de nostris agris limitatis & certa mensura constantibus asserere, quippe in quibus adhuc hodie locum habet jus alluvionis, *arg. l. 13.* §. *14. ff. de Act. emt.* Fritsch. *in notis ad Aymum de Jure Alluvion. Lib. 1. c. 17.* Præ- 29
dio itaque per alluvionem adaucto, ejusdem Jurisdictio etiam augetur; quemadmodum enim per flumen diminuitur territorium, *arg. l. 7.* §. *5. l. 30.* §. *3. de A. R. D.* ita vicissim per alluvionem fines territoriorum protenduntur, *arg l. 3* §. *2. ff. de Aqua quot* Limites enim Jurisdictionis æstimantur secundum limites territoriorum, *l. f. ff. de Jurisd.* Et cui competit territorium, ei etiam competit Jurisdictio inhærens, Knich. *de Jur. Territ. c 2 n 77.* Camil. Borell. *Conf. 70. n. 34. & Conf 86. num. 11.* Quinimo non datur territorium, cui non insit jurisdictio. Surd. *decis. 129. n 14.* Hartm. Hartmanni *L. 2. Tit. 2. Obs. 14.* Quæ sane sententia, si limites territorii simpliciter in flumine vel ripa fluminis constituti sunt, verissima videtur; tunc enim ubicunque flumen, ibi & territorium, & per consequens jurisdictio terminabitur, *per dd. ll.* Quemadmodum etiam quotidie per alluviones, plerumque tamen per recessum fluminum factas, Nobilium & Civitatum Jurisdictionem ampliari videmus.
Quod si vero in ripa fluminis limites certi 30
positi sint, ut per arbores lapidesve terminales, vulgo *Bann-Steine*, jurisdictio eadem ratione, qua nec agri limitatio augebitur. Cum ubicunque illi limites, etsi in medio fluminis, vel remoti a flumine extiterint, & ibi etiam Jurisdictio sese terminatura sit, *l. 10. & ibi* Gothofr. *C. de Evict. l. 11. ff. fin. reg* Ganb. *de Alluv.* θ. *35.* Aucto etiam prædio serviente per 31
alluvionem, ipsa etiam augetur servitus, cum

cum diminuto eo servitus etiam extinguatur, prout de Usufructu traditur *in l. 23. ff. Quib. mod. Ususfr. amitt.* Carpz. *Lib. 1. Resp. 45.* Ita Scabini Lipsienses An. 1622. *Habt ihr auf eures Nachbarn Ackern und Werder die Trifft - Gerechtigkeit hiebevor erlanget, und es hat das Wasser eine Zeit hero ein ziemliches Stück zu bemeldtem Acker angeleget, also, daß er um ein merckliches erweitert worden, so stehet euch auf solchem angelegten Stücke die Trifft - Gerechtigkeit gleichfalls zu, und es ist bemeldter euer Nachbar euch solche darauf zu verweigern nicht befugt, V. R. W.*

32 Si Prædium per alveum fluminis sit occupatum, ejus dominium amittitur, *l. 1. §. simili modo. ff. de Flumin.* ut & usufructus, ut ait Pomponius *in l. 23. ff. quib. mod. usufr. amitt.* Si ager (inquit) cujus ususfructus noster sit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur ususfructus, cum ipsa etiam proprietas eo casu amittatur. Et quod de dominio & usufructu dicitur, hoc idem statuendum est de servitute quæ rerum est, & ideo si locus, per quem via aut iter, aut actus debebatur, impetu fluminis occupatus fuerit, omnes servitutes extinguuntur. *l. 14. ff. Quemadm. servit. amitt.* Quomodo vero si flumen recesserit proprietas domino, ususfructus fructuario & servitutes quævis in pristinum restituantur. vid. Aymum *de Alluvion.*

33 *Lib. 2. c. 23. §. 1.* Si vis fluminis partem aliquam ex tuo Prædio detraxerit & meo attulerit, ea pars tua permanebit. *l. 7. §. 2. ff. de A. R. D. §. 21. J. de R. D.* Vindicare igitur partem agri tui vi fluminis in meum agrum translatam tamdiu poteris, donec coaluerit, & unitionem cum terra mea fecerit, arboresque radices egerint; quod si cum terra mea illa pars fundi coaluerit, mea fiet. *l. 9. §. 2. ff. de damn. infect.* Nam coalitio & unitio est modus transferendi dominii. *l. 26. §. 2. ff. de A. R. D.* Varus tamen & Nerva utilem in rem actionem dabant, quod refert & non rejicit Ulpian. *l. 5. § 3. de R. V.* qua scilicet non tam ipsa res seu arbor vindicatur, quam æstimatio. Ita simili in casu conceditur actio in factum a Paulo *in l. 23. §. 5. ff de R. V.* cum violenta ablatione fluminis non mutetur dominium. Grot. *L. 2. C. 8.*

34 *n. 11.* Qualiter autem coalitio & unitio cognoscatur ac probetur, tradit Schneidew. *ad §. 20. J. de R. D.* ejusmodi in re ut in aliis agriculturam concernentibus esse standum judicio rusticorum, qui harum rerum peritiam habent, *arg. l. 12. de Stat. hom. l. 1. pr. ff. de ventr. inspic. C. 18. X. de homic.* An injuratis? Aff. Wesenb. *in not. ad Schneidew. d. l. lit. a.* Si non ut testes, sed velut arbitri juris ad hoc delecti testificentur *per l. 9. C. de Test.* vel in susceptione officii juraverint. Gambs *dict. differt. n. 44.* Quando Prædium immensa 35 aquarum vi sit abreptum, & super aliud transpositum, quod sæpius in Regionibus maritimis accidisse, refert Feldman. *in eleganti dissertatione* de accessionibus memorabilibus immani aquarum vi vel terræ motu factis, ubi plurima exempla adducit, quod integra Prædia cum ædificiis, hortis & agris per vim aquarum fuerint ablata & alieno solo imposita, tunc illud superimpositum prædium non solo cedit, sed antiquus Dominus illud retinet, domino enim soli nihil interest, num vasto hiatu Prædium perierit, aut voragine maris æstu facta desierit esse tuum, an vero terris sit obrutum. Sed & æquius ac naturali rationi magis consentaneum videtur eum pronunciare dominum, cujus fundus alterius solo accessit, cum enim tollere aut augere non possit accessionem, nisi & rem amittere, & simul inani sumtu onerare velit, iniquissimum foret illum, si id non fecerit, privare rei suæ proprietate, laudatus Dn. Feldmann. *d. differ.* ubi hujus rei varia recenset exempla. Ut in Comitatu 36 Oldenburgico Anno 1543. nocte divi Pauli tempestate sæviente oborta, horridus ingens aquarum cumulus extitit, qui citra Schwejam non modo altas inundavit paludes, sed & ex his quicquid antea solo adhuc fixum erat, sublevavit, & in remotiorem locum transtulit. Inter cæteros Jacobus Sibbern cum domo, horto olitorio & agro siligine sato, spatio aliquo commeavit; & paulo post Henrici Hullemanni horreum cum non exiguo nemore quercubus, betulis, aliisque arboribus referto, solumque quod prope domum erat, protrusum atque ad CCL. decempedas in alienas ædes traductum. Et porro, Anno MDLXX. die omnibus divis sacro inauditus aquæ motus extitit, qui in ditione Oldenburgica & Jeverensi multa hominum millia absorpsit, ut fere omne pecus perierit, adeo ut insani salsique fluctus non modo aggeres ferierint, percusserint & ruperint, sed etiam superaverint, multisque in locis quid miri sæviendo fecerint: Idque imprimis accidit haud procul ab oppido Oldenburgico, ubi satis ingens sylva,

ſylva, ducentis fere quercubus florens, cum hominibus, pecore & humo ſublata, dimidiatæ horæ itinere in aliud ſolum tra-
37 ducta, in quo etiamnum reperitur. Accedit etiam vicinis Prædiis inſula in flumine nata. *§. 22. Inſt. de R. D.* Tribus autem modis juxta Pomponium *in l. 30. §. 2. de A. R. D.* inſula in flumine fit: Uno, cum agrum, qui alvei non fuit, amnis circumfluit, & hoc modo cauſa proprietatis non mutatur *dd. ll.* Altero, cum locum qui alvei eſſet, ſiccum reliquit, & circumfluere cœpit. Tertio, cum paulatim colluendo locum eminentem ſupra alveum
38 fecit, & eum alluendo auxit; Duobus poſterioribus modis privata inſula fit ejus, cujus ager propior, ſeu fit eorum, qui prope ripam inſulæ eique parti proxima prædia poſſident, pro modo latitudinis cujusque fundi. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 41.*
39 *θ. 28.* Præterea naturalis vetus alveus, a flumine ad aliam partem fluente in univerſum derelictus, eorum eſt, qui prope ripam ejus prædia poſſident, pro modo latitudinis cujusque agri, qui prope ripam ſit, novus autem alveus ejus juris eſſe incipit, cujus & ipſum flumen eſt, id eſt, publici. *§. 23. de R. D. l. 7. §. 5. eod. l. 1. §. 7. de flumin.* Cum enim alveo illo derelicto populus jam non utatur, ideo conceſſione ejus ex communi hominum ratiocinatione ſingulis ſeu privatis, & quidem ſolis vicinis ob incommoda & pericula, quæ ob flumina agro ipſorum alluentia ſæpius ſuſtinent, addicitur, quorum etiam fines recedente flumine eo amplius non terminantur, ſed ipſo quaſi cenſitore latius extenduntur. *l. 30. §. 2. in fin. & §. 3. in fin. J. de R. D.* Quod ſi poſt aliquod tempus ad priorem alveum reverſum fuerit flumen: rurſus novus alveus eorum eſſe incipit, qui prope ripam ejus prædia poſſident, *d. l. 7. §. 5. de A. R. D. §. 23. in fin. eod.* etſi privatus ante fuit, quia forma agri mutata in alveum eſt, qui perinde ut vetus publicus fuit, ac idem jus in hoc, quod in illo, obtinet. *d. l. 1. §. 7. de flumin.* adeoque ſi flumen vicinum agrum non integrum occupaverit, & poſtea ad priorem alveum reverſum fuerit, ob proximitatem quidem (non ob dominium quod olim in agro habuit, eoque peremto interiit,) alveus hic, qui ejus ager olim fuit, ipſi obvenit. *arg. d. text.* & ſervitus quoque in priſtinum ſtatum reſtituitur, *l. 14. pr. quemadm. ſervit. amitt.* conf. *l. 35. de S. R. P.* At ſi novus alveus totum alicujus agrum occupaverit, licet ad priorem alveum reverſum fuerit flumen, non tamen is, cujus ager fuerat, ſtricta ratione quicquam in eo alveo habere poteſt: quia, uti jam dictum, ager ille, qui fuerat, deſinit eſſe, amiſſa prima forma, & qui prædium vicinum nullum habet, non poteſt, ratione vicinitatis, ullam partem in eo alveo habere. Ex æquitate tamen quid ſtatuendum, vid. Struv. *Exerc. 41. θ. 32.* Quod autem de acquiſitione alvei deſerti juxta leges Romanas dictum eſt, id adhuc hodie obtinere conſtat ex Carpzov. *P. 3. c. 31. d. 14.* verba ſentent. *Hat der Saal-Strohm durch den Werder, ſo er zuvor an eure Güther angelegt, und die Grimmiſche Hinter-Weyde genannt wird, einen Durchriß und neuen Waſſer-Lauff gemachet, und es iſt der alte Waſſer-Bauch oder* Alveus *gantz und gar ausgetrocknet, &c. ſo iſt ſolcher alter Waſſer-Bauch euch und denjenigen, derer Güther des Orts von beyden Seiten daran ſtoſſen, eigenthümlich zugewachſen, und Valten von Lichtenhain hat ſich deſſelben von wegen ſeiner daran gelegenen einzelnen Stücke allein anzumaſſen nicht Fug, V. R. W.* Et hoc de Jure Saxonico dubium non habet *per Art. 56. Land-Recht, l. 2.* quod etiam de Jure Prutenico aſſerit Hoppius *in Comment. ad §. 23. de Rer. diviſ.*

Inundatio autem cum ſpeciem fundi 40
non mutet, poſſeſſionem quidem, ſi diuturna fuerit, impedit, *l. 30. §. 3. d. A. R. D.* ibique Gothofr. *l. 25. ff. quib. mod. Uſusfr. amitt.* Quo minus tamen fundus domino ſubjectus fiat, licet actu & quoad exercitium in dominio non ſit. *d. l. 23. non efficit. l. 17. §. 4. ff de A. R. D.* De Inundatione peculiari Articulo *in der Nürnbergiſchen Stadt-Ordnung tit. 34. §. 2.* Item *in dem Pragiſchen Reformirten Land-Buch tit. 22. von Fiſcherey der Waſſer, See und Weyer, ſo ſie wider ihren gewönlichen Lauff auffſteigen, und auf eines andern Grund ausgehen,* cavetur: *So flieſſend Waſſer, See und Weyer, wider ihren gewöhnlichen Lauff auf fremde Güther auslauffen, alſo, daß die Herren und Beſitzer derſelben Waſſer mit Schifflein oder Fiſchzeug darauf frey fahren und fiſchen mögen; ſo mögen alsdann die Herren derſelben Waſſer und Fiſcherey ſich der Fiſche und Fiſchens darinn gebrauchen. So bald ſie aber mit ihren Schifflein und Fiſchzeug nicht mehr frey fahren mögen, alsdann mögen ſich die, des die Gründe ſeyn, der Fiſche, ſo darauf ſeyn beſtanden, unterſtehen, unverhindert der Herren, deren die Waſſer,*

See oder Weyer sind. Es soll auch dem Grund-Herrn nach dem Verlauff der Wasser-Güsse vorbehalten seyn, dieselben seine Gründe wiederum einzufahren, und zu vermarcken, sofern und weit die Grentze und Vermarckung seiner Gründe reicht und trifft.

41 Ut itaque Prædii alluvio, alveus, vel insula recte dividatur, includenda illa est in Parallelogramma rectangulum in ea parte fluminis, in qua nata est A. B. C. D. dein per lineam E. F. dispescitur in partes æquas totum fluminis corpus secundum
42 longitudinem; si ergo insula I.) in medio fluminis sita sit, æqualiter ut & aliud incrementum Alluvio, vel Alveus inter prædia ab utraque parte possidentes Titium, Mevium, Sempronium & Sejum dividenda erit, Stichus vero, quamvis sit proximus Insulæ, nihil accipit, quia non per frontem & lineam rectam, sed obliquam insulæ jungitur, & propinquitas absque latitudine non prodest. Proculo vero modicum adquiritur, eatenus scilicet, quatenus contra frontem Prædii illius insula respicit. Proinde quicquid inter duos parallelos a terminis cujusque Prædii productos in utroque fluminis latere comprehenditur, singulis eorum dominis ratione propinquitatis acquiritur.

Si vero insula II.) lineam ductam per medium fluminis, eamque parallelam utrique ripæ non contingat, atque ita alteri parti sit proximior, erit insula tantum Caji & Lucii, qui ab illa parte ripæ, cui propinquior est, fundos possident, ductis similiter pro modo latitudinis perpendicularibus ab extremitatibus fundorum in & per insulam. Idem jus in alluvione & alveo obtinet.


Si insula III.) non consistat intra lineam per medium flumen ductam, sed etiam aliqua ex parte superet, particula quæ eam superat, cedet Calistrato & Alpheno, qui juxta eam ripas habent proximas itidem pro modo latitudinis. Et proinde Trebatius nullam in Insula III.) habebit portionem, quinimo nec in ipso incremento alluvionis vel alvei. Proinde linea T. U. quæ dividit insulam III. inter Alpheum & Calistratum, excluditque Trebatium, eadem dividit pariformiter illud incrementum, ac ab eo Trebatium similiter arcet; jungitur enim flumini non per frontem rectam, sed adversam. Hinc quia flumen ab agro suo nihil potest detrahere, ideoque nec incrementum ejus ad eum spectat, Carlo Carazzi nel le Risposte fatte al le dubitationi d' Autore incerto contra il modo del dividere l' Alluvioni. Spectanda autem est prima Insulæ origo, *l. 30. §. 2. verb. cum primum exstit. de A. R. D.* Licet enim postea per alluvionem alterius Ripæ fuerit facta propior, tamen ejus manet cum incremento, cui initio acquisita. *l. 56. d. t.* Struv. *Syntag. Jur. Civ. Exerc. 41. θ. 28.*

Insularum autem & alluvionis par est & uniformis divisio: Ideo ita semper lineas duximus in dividenda alluvione, uti si insula in medio flumine constituta simul fuisset dividenda, ac iisdem lineis alluvionem & Insulam divisimus, ubi extitit utrumque incrementum. Quæ autem dicta sunt de Insula & alluvione dividenda, eadem repetita intelligantur, si alveus, qui & venter & lectus fluminis dicitur, inter hos foret dividendus, totumque quod hic flumen est & Insula, foret alveus a flumine derelictus, ideoque propria figura non est opus, cum par sit & uniformis divisio insulæ, alluvionis, & alvei.

Optimus hic dividendi incrementi fluviatici modus fundamentum habet *in §. 22. de R. D. l. 7. §. 3. l. 29. & 30. ff. de A. R. D.* 43
Latius eum tam Juridice quam Mathematice pertractat Bapt. Aymus, JCtus Parmensis, *in Tractatu de Alluvionum Jure universo* & ante eum Carolus Carazzi *in Modo del dividere l' Alluvioni da quello di Bartolo & dagli Agrimensori diverso*, in quibus libris refutantur a Bartolo *in Tyberiade* traditæ figuræ & incrementi alluvionis partiendi modi.

Actio denique pro consequendo, vel 44
potius recuperando incremento fluviatico eadem est, quæ datur pro toto fundo scil. evicto. Hinc qui Prædium evincit, is etiam alluvionis incrementum vindicat.
Circa amissionem denique incrementorum 45
sciendum, quod ea communi præscriptionum more amittimus, quæ exinde arguetur, ex quo quis non facit, quæ citra loci ejus culturam & curam facere consuevisset, quod potius Judicis arbitrio committendum. Buchner. *de Jure Aquatili, num. 107. & 108.*

Quod usum modernum attinet, scien- 46
dum, Jus Civile quoad incrementa fluviatica in multis Germaniæ locis adhuc hodie vigere. Oettinger *de Jur. limit. lib. 3. c. 3. n. 14.* a quo non discedit Jus Saxon. *Lib. 2. Art. 56. Welcher Werder sich erhebet binnen einen Fluss, welchem Gestade er näher*



Proculus
Titius
Mevius
Alphenus
Trebatius
Calistratus
T
A
C
ALLUVIO
ALLUVIO
Alveus
INSULA I.
INSULA III.
INSULA II.
E
F
Alveus
Slicbus.
ALLUVIO
ALLUVIO
B
D
Stichus
Sempronius
Sejus
Cajus
Lucius
Celsus

näher ist, zu dem gehöret der Werder. Ist er aber zu mittler Maaß des Wassers, so ge-
47 *höret er beyden Gestaden.* Alicubi vero &
48 Insulas Principes sibi vindicant. Hinc Insulæ in Rheno natæ ex antiquissima Palatinatus consuetudine ad Electorem Palatinum spectant. Noe Meurer *vom Wasser-Recht. P. I. n. 9.* Gryph. *de Insul. c. 11. & c. 18. n. 92.* Idem asserendum videtur de natis in Electoratu Saxoniæ. Carpz. *P. 3. c. 31. def. 13.* Ita Scabini Lipf. ad requisitionem Præfecti Torgaviensis *Anno 1603. So bleiben nicht allein die Werder, so das Amt über Rechts verwährte Zeit im Gebrauch und Besitz gehabt, sondern auch die andern, so zu folge höchstgedachten Churf.* Augusti *Befehls (den S. Churfürstl. Gn. der Werder halber, so künfftig sich anlegen werden, aus Churfürstl. Macht und Hoheit wohl thun können,) nachmals eingezogen worden, weil sonderlich die Nutzung derselbigen zu Erhaltung der Ufer-Gebäude, und also gemeines Nutzens halber angewendet wird, mehrbemeldtem eurem befohlenen Amte billig, V. R. W.* Simile Rescriptum Electorale refert Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. Lib. 2. C. 15. n. 27. ad Quæstorem Witteberg. die 7. Dec. An. 1563.* datum. *Weil Wir denn auf und in dem Elb-Strom, so weit sich unser Fürstenthum erstrecket, niemands Gerichtbar- oder anderer Gerechtigkeit, welcher halber sie sich der Heger und Werder im Elb-Strohm oder Schiff-Mühlen unterziehen möchten, geständig, so hätte dir gebühret, daß du alle Heger und Werder, so umflossen, in unser Amt gezogen &c.* Ita quoque peculiari Constitutione ab Imperatore Adolpho Nassovio ad petitionem Reinaldi, Comitis Geldriæ, Norimbergæ An. 1293. promulgata, edita a Marquardo Frehero, insulæ Dominis territorii addicuntur, quam tamen universaliter in Imperio in usu non esse tradit Oetting. *de Jur. Limit. lib. 3. c. 3. n. 11.* ibique Cauz. *in not.* Sic omnes Insulas in Rhodano existentes Regi Galliæ in totum adjudicatas meminit Nic. Boër. *Consf. 14. num. 16.* In Hollandia vicinisque Regionibus Insulas, nec minus Alveos totos Rheni ac Mosæ in Patrimonio esse publico tradit Grot. *de*
Jur. Pac. & Belli L. 2. c. 8. n. 9. Posse vero 49
Superiorem ejusmodi commoda fluviatica sibi vindicare & inter Regalia referre dubium non habet. Modus enim ille acquirendi ex concessione populi ad privatorum vicinorum commodum introductus, licet in genere rationi seu æquitati naturali & communi gentium utilitati conveniens, non tamen ab ipso jure naturæ præscriptus est. Ideoque a Principe in Reipublicæ commodum poterit abrogari, atque ærarium eo augeri, quod neminem reddit pauperiorem, nec in bonis alicujus dici possit, quod nondum est. Dn. Zieglerus *de Jur. Maj. L. 2. c. 15. n. 26.*

Plura de Jure alluvionis vide apud 50
Aymum *in dicto tractatu cum notis* Fritschii. Item Klock. *de Ærario Lib. 2. c. 63. per tot.* Ubi Arcana Physica proponit circa procurationem incrementorum Fluvialium, ut, qui alluvionem velit, fluvium incurvet; qui insulam velit, flumen latissime diffundi ac evagari sinat; qui non velit, fluminis alveum constringat & in arctum cogat. Imprimis mirum in modum alluvionem augent fasciculi ex virgultis compositi & terræ infixi.

CAPUT XLIII.
DE PRÆDIIS OPTIMIS MAXIMIS.

SUMMARIA.

1. *Fundi Optim. Maxim. sæpius in jure fit mentio.*
2. *Fundus & Prædium in jure promiscue usurpantur.*
3. *Prædia sua natura libera sunt.*
4. *Prædium Opt. Max. quid sit?*
5. *Prædium Opt. Max. in jure dupliciter accipitur.*
6. *Vel quod a servitute & nexu pignoris immune est.*
7. *Vel quod instructum est cum omni instrumento.*
8. *Quomodo prædium Opt. Max. desinat esse liberum?*
9. *Feudum non potest dici Prædium Opt. Max.*
10. *Ob tributa tamen & collectas non desinit esse fundus Opt. Max.*
11. *Sed per onera & impositiones, quæ a privatis fiunt.*
12. *Vel lege ipsa.*
13. *Ut quando Patri in bonis liberorum conceditur usufructus.*

14. *In dubio Prædium præsumitur Liberum.*
15. *Si venditor Prædii illud laudet tanquam Opt. Max. tale etiam præstare debet.*
16. *Non tamen tenetur de evictione, quando Magistratus collectas exigit.*
17. *Fundo Opt. Max. legato non tantum liber præstandus est,*
18. *Sed etiam cum instrumento.*
19. *Instrumenta prædiorum quid sint?*
20. *Fundo absolute legato, non venit Opt. Max.*

1 CUm in Jure Romano sæpius fiat
2 Fundi Optimi Maximi mentio, Fundus vero idem significet quod Prædium. *arg. Tit. ff. & C. de fundo total. & tit. C. sine cens. & rel. fundum.* Dn. Rhet. *disp. de cens. fund. cohærent. C. 1. n. 13.* Ideoque inter prædia nostra merito de Optimis Maximis erit agendum, quamvis in plurimis cum Prædiis Liberis & Allodialibus conveniant, de quibus *cap. 9.*
3 actum. Sicuti autem homines, ita & prædia sua natura omnia libera sunt, nisi conventione vel pacto alicui servituti addican-
4 tur. Liber autem fundus est, qui nulla servitute premitur, qui & Optimus Maxi-
5 mus apud veteres dicebatur. Dupliciter
6 ferme in Jure nostro accipitur; Vel qui ab omni servitute & obligatione pignoris immunis est: ita Proculus *in l. 126. ff. de V. S.* ait: Sic cum fundum tibi darem, legem ita dixi, uti Optimus Maximusque esset, & adjeci, jus fundi deterius factum non esse, per dominum præstabitur: amplius eo præstabitur nihil, etiamsi prior pars qua scriptum est, uti optimus maximusque sit, liberum esse significat, & *l. 69. de Leg. III.* dicitur: Si fundus ita legatus sit uti optimus maximusque, liber præstandus est. Tullius optimo jure esse dicit pro *Lege Agraria:* Optimo enim jure ea sunt profecto prædia, quæ optima conditione sunt. Libera meliora sunt quam
7 serva. Vel accipitur pro prædio instructo, uti in *l. 92. & 93. §. pen. ff. de legat. 3.* ibi collegio fabrorum fundum cum sylvis, quæ ei cedere solent, uti Optimus Maximusque esset, legavit. add. *l. 22. ff. de Instruct. & l. 18. §. 9. ff. eod.* Item cum fundus ita legatus esset, Mevio fundum Sejanum ita ut Optimus Maximusque est cum omni Instrumento Rustico & Urbano & mancipiis quæ ibi sunt.

8 Quando itaque libertas, quæ naturaliter prædio inest per servitutem, nexum pignoris, vel per canonem annuum ex eo solvendum restringitur, desinit esse fun-
9 dus Optimus Maximus. Hinc quia feudum respectu superioris involvit dominium directum, intuitu vero vasalli utile, quod est usufructus, licet plenior quam in jure Civili definitus est, ideoque non
potest dici fundus Opt. Max. Propterea 10
vero quod ex fundo solvantur tributa atque collectæ, non desinit esse optimus maximus, cum exactio eorum jure Superioritatis competat, & ab omnibus, qui bona immobilia possident, præstanda sint, *l. fin. §. 22. ff. de. Muner. & Honor.* Imo nec Ecclesia, nec Pontifex, nec miles a Muneribus Patrimonialibus se excusare possunt. *d. l. fin. §. 24.* D. Müller *de fund. Opt. Max. c. 1. th. 9.*

Intelligimus itaque onera & impositio- 11
nes, quæ a privatis per pactiones & stipulationes non minus, ac per ultimam vo-
luntatem fiunt, vel etiam lege ipsa, v. g. 12
quando patri vi potestatis patriæ jus utendi 13
fruendi bonis liberorum conceditur, & ex his causis fundus desinit esse Opt. Max.
Alias si de his nihil certi constat, regula juris 14
locum sibi vindicat, quod quodlibet prædium præsumatur liberum, *l. 9. ff. de Serv. U. P.* & omnis fundus sit a servitute liber & Opt. Max. hinc etiam onus probandi rejicit in adversarium servitutem petentem. Carpz. *P. 2.*
C. 41. Def. 18. In venditione vero fundi hæc 15
cautela notanda, si quis eum laudare velit tanquam Optimum Maximum, talem quoque revera præstandum esse sciat, alias tenebitur emtori ad id quod interest, hinc probe discernendum venit, num prædium venditum sit simpliciter, num sic laudaverit ut fundum optimum maximum, *von allen Beschwerungen frey?* Priori casu venditor de evictione servitutis, quam alius in eo prædio sibi deberi evincit, non tenetur, quia intelligitur prædium vendere quale est. *l. 59. ff. de contr. emt.* Si tamen emtor eam ignoraverit, & venditor ejusmodi servitutis haud inscius eam celaverit, actio quanti minoris adversus venditorem locum invenit. *l. 61. ff. de Ædil. edict. ibique* Brunnem. Posteriori casu, quando fundus ut optimus maximus venditus est, liberum ab omni servitute præstare debet. *l. pen. ff. de Evict.* Gomez. *var. resol. c. 2. n. 45.* alias tenetur de evictione, *l. 6. C. de evict.* adeo ut si alius usumfructum, aut jus Emphyteuticum, superficiarium aut simile evincit, actio de

evictione locum habeat. *l. 44. & 46. ff. de*
16 *Evict.* Non tamen vendens alteri prædium Optimum Maximum, *ohne allen Schaden, Last und Beschwerung, wie sie auch Namen haben mögen*, tenetur de evictione emtori, quando Magistratus a possessore collectas exigit. Tabor. *de Metat. p. 184.* Nam ejusmodi vocabulum *frey* privati juris esse intelligitur, neque excludit onera, quæ jure Superioritatis vel Magistratus imponuntur, vel imponi possunt, neque comprehendit bona, *so der Losung unterworffen.* Nam libertas non excludit legis vel Superioris vi Jurisdictionis competentem potestatem. Carpzov. P. 2.
17 *C.34. D.2.* In materia legatorum quando fundus Opt. Max. legatus est, non solum intelligitur fundus ab omni servitute liber, uti dicitur *in l. 69. §. 3. de leg. III.* Si fundus qui legatus est, servitutem debeat impositam, qualis est, dari debet, quod si ita legatus sit uti optimus maximusque est, liber præstandus est, *l. 59. de Contr. Emt.*
l. 75. ff. de evict. Sed etiam cum instru- 18
mento relictus. Instrumenta vero intel- 19
liguntur, quæ ibi sunt & ad usum fundi necessaria, etiam ea quæ voluptatis causa in prædio habentur, retia & alia instrumenta venatoria, *l. 22. ff. De fundo instruct. vel instrument. relict.* ubi Paulus: Fundo legato ut optimus maximusque est, retia agraria & cætera venationis instrumenta continebuntur: quod etiam ad instrumenta pertinet, si quæstus fundi ex maxima parte in venationibus consistat, cum regulariter fundo simpliciter legato instrumentum non cedat legatario. *l. 41.*
§. 9. de leg. 1. l. ult. ff. de supell. legat. Si 20
denique absolute sit fundus legatus, non intelligitur optimus maximus, h. e. cum instrumentis, ita ut hæc omnia pertineant ad hæredem. Dn. Müller. *d. Diss. c. 5. §. 3.*

CAPUT XLIV.

DE PRÆDIIS DOMANIALIBUS.

SUMMARIA.

1. *Domanium unde dictum?*
2. *Quomodo accipiatur?*
3. *Prædia Domanialia quæ?*
4. *Prædia Domanialia sunt vel profectitia, vel adventitia.*
5. *Prædiorum Domanialium divisiones variæ.*
6. *Prædiorum Domanialium origo.*
7. *Nullis existentibus bonis Domanialibus, Respublicæ non diu subsistunt.*
8. *Efficiens Domaniorum quis?*
9. *Domaniorum Constitutio vel Incorporatio quomodo fiat?*
10. *Expressa incorporatio qualis sit?*
11. *Tacita incorporatio quæ?*
12. *Expedit Reipublicæ sufficientia habere domania.*
13. *Onera quæ Principi incumbant?*
14. *Quando reditus domaniales ad sustinenda onera Reipublicæ non sufficiunt, ad collectionem refugiendum.*
15. *In Prædiis alienis nullum constitui domanium potest.*
16. *Domania constituuntur vel in rebus, vel in juribus.*
17. *Jura non Regalia quæ?*
18. *Jura Regalia domanialia.*
19. *Prædia domanialia Feudalia quomodo ab allodialibus distinguenda?*
20. *Si non sufficiant domaniales reditus ordinarii quodnam convenientius medium sit procurandi reditus Camerales.*
21. *Accisia an utilis Reipublicæ?*
22. *Accisia ut rite instituatur, quæ observanda?*
23. *Bona Reipublicæ delata, ab incorporatis probe discernenda.*
24. *Prædia domanialia an tempore necessitatis alienari possint?*
25. *Quid privato hoc in casu observandum?*
26. *Rex Galliæ ob benemerita partem domanii concedere potest.*
27. *In Regno ubi Imperans absolute imperat, domania valide in alios potest transferre.*
28. *In Regnis quæ populi voluntate delata, in alienatione domanialium Prædiorum etiam populi consensus adhibendus.*
29. *Prædia domanialia an pignori dari possint?*
30. *Principum Germaniæ potestas circa domania.*

31. *Præ-*

31. *Prædia domanialia Feudalia an in subfeudum dari possint?*
32. *Si Imperans de facto Prædium domaniale alienaverit, quomodo reuniri & vindicari queat?*
33. *An pretium adquirenti restitui debeat?*
34. *Domania Imperii quomodo juste alienari possint?*
35. *Electores possunt vigore Aur. Bull. prædia domanialia ab Antecessore alienata revocare.*
36. *Nisi ex fructibus domanialibus sint comparata.*
37. *Prædia domanialia ex fructibus domanialibus comparata a Principibus Germaniæ alienari possunt.*
38. *Multi Principes & Comites ex consuetudine de ipsis Domaniis libere disponunt.*
39. *Prædia domanialia in Ecclesiasticis Territoriis quæ reuniri possint?*
40. *Si per sub- & obreptionem Prædium domaniale fuerit emendicatum, merito ejus alienatio retractatur.*
41. *Prædia domanialia quomodo præscribantur?*
42. *Lite de Prædio domaniali pendente, possessor tamdiu in possessione relinquendus, usque dum in petitorio sit pronunciatum.*
43. *Reductio bonorum domanialium in Suecia quomodo fieri debeat?*

1 DOmanii vocabulum a voce Gallica *domaine*, quod dominatum denotat, dictum, latinius dominatus vel
2 potius dominium diceretur; Accipiturque pro dominio in rebus ad Reipubl. ac Imperantium necessitatem, utilitatem ac dignitatem deputatis; Erant namque ab initio in qualibet fere Republica bona publicis usibus destinata, eorumque proventibus contenti Principes vivebant, nec subsidiis subditos gravabant. Dicitur & Dominium, Principis patrimonium Publicum, Patrimonium Coronæ. Brunnem. *Cons. 1. n. 9.* Bona quæ Principatum sequuntur. Puffend. *de J. N. & G. L. 8. c. 5. n. 11.* Patrimonium Populi, Grot. *de J. B. & P. L. 2. c. 6. n. 11. & 12.* Germ. *Staats-Domainen, zum Staat gewidmete, zum Staat deputirte Herrschaffts-Güther, Tafel-Güther, Kirchen-Güther.* Romanis res Sacri Ærarii, largitiones Sacræ, Thesauri Majestatis Imperatoriæ, *l. 2. C. de Palat. Sac. larg. L. un. C. de Quæstor. l. 2. C. ut dign. ord. serv.*

3 Prædia igitur domanialia sunt bona Reipublicæ, unde proveniunt fructus ac reditus ordinarii ad summorum Imperantium ac Reipublicæ necessitatem, utilitatem & dignitatem expresse vel tacite destinata.
4 Prædia porro domanialia sunt vel profectitia, vel adventitia. Illa sunt, quæ ab Imperante in prima fundatione Reipublicæ sibi reservantur, vel ei electo deputantur. Chopp. *de Doman. Franc. L. 1. t. 2. num. 1.* ubi hæc bona appellat sceptris ita adhærentia, ut cum sceptris nata, nec sine iis interitura videantur, adeoque alienata facilius atque adventitia Coronæ reuniri possint. Prædia Domanialia adventitia sunt, quæ post dudum fundatas Respublicas demum accedunt. Choppin. *d. l. n 17.* ita describit: Adventitium Domanium est id, quod vel expresse in regio diplomate, vel tacite rebus Fisci adunatum est. Adventitia igitur Prædia Domanialia non tam arcte ut profectitia sceptris adhærere videntur, ut proinde horum alienatorum difficilior reunio censeatur; alio nomine vocantur hæc bona etiam adscititia, adjecta, Coronæ incorporata.

Sunt porro alia Prædia Domanialia Feudalia, alia Allodialia, alia Censitica, alia 5
Emphytevtica, alia Ecclesiastica, ut Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum &c. Alia secularia, ut Imperatoris, Regum, Principum, Comitum &c. Dn. Bruckner. JCtus celeberrimus, *in Tract. de Doman. German. C. 2. n. 12.*

Antiquissimam Prædiorum Domania- 6
lium originem, & ad initia fundatarum Rerumpublicarum referendam esse, dubium non habet; postquam enim Respublicæ formatæ, ac Imperantes electi, de mediis quoque, quomodo Regentes conservandi, prospectum. Testatur id Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat P. 3. c. 1. §. 1. & 2. Es ist auch nicht zu zweifeln, wo ein Volck und Landschafft, das von sich selbst frey, und noch unter keiner Herrschafft wäre, noch heute zu Tage ihme einen König oder Fürsten erwehlen wolte, der zumahlen nicht von seinen eigenen Mitteln reichlich leben könte, daß dieses die erste und nächste Frage, bey der Auftragung solcher Regierungs-Last seyn würde, wie und auf was Weise die Kosten zum Verlag solches Standes, und gebührlicher Ergetzung des Regenten, aus gemeinen, oder durch Zusammenschiessung aus eines ieden Privat-Mitteln aufzubringen, inmassen denn aus Heili-*

ger Schrifft bekannt, da das Volck Jsrael ihm einen König vorzusetzen von dem Propheten Samuel begehret, dieser ihnen aus GOttes Befehl, 1 Sam. 8. v. 11. *alsobald entdecket, wie der neue König seinen Unterhalt aus ihren besten Aeckern und Weinbergen, aus den Zehenden und derselben Ertrag, und aus dem Dienste der Unterthanen nehmen würde. Bey denen erblichen Königreichen, Fürstenthümern und Herrschafften, die schon in der Welt vor langen Zeiten her aufkommen, sind auch allenthalben, theils bey ihrem ersten Ursprunge, theils durch nachmalige Vermehrung, gewisse Güther, Einkünffte und Vorzüge zu befinden, derer sich die Landes-Herren zu ihrer Unterhaltung und Verführung des Regiments gebrauchen, welche insgemein Cammer- oder Tafel-Güther oder Herrschaffts-Güther genennet werden, darum, daß solche in des Landes-Herrn eigenen Gewahrsam, und besonders darzu verordneten Oertern, die man Cammern nennet, oder zu seiner Tafel und Unterhaltung mehrentheils eingebracht werden.*

7 E contrario vero quando nulla sunt bona domanialia vel ærarium, Respublicæ non diu subsistunt, proinde Spartanorum Politiam damnat Aristoteles, quod præter reliquarum Nationum morem illis nullum suppeteret Ærarium, in quo pecuniæ publicæ collocarentur; Unde & narrat ipse crebro accidisse, ut, dum gravius bellum gerere cogerentur Spartani, Cives ægre pecunias conferrent in publicos usus, *L. 2. Polit. c. 7.*

8 Efficiens Domaniorum in qualibet Republica, is qui τὸ κύριον possidet, merito constituitur; In Monarchia ergo Monarcha, in Aristocratia Optimates, in Democratia universus populus est, quod si in Statu Optimatum ac Democratico in constituendis domaniis vota discrepent, major pars solet concludere, & rationem integri habere; hic enim modus negotia publica expediendi convenientissimus est, Grot. *de J. B. & P. L. 2. 5. § 17.* In mixta Republica, ubi Majestas est divisa, quisque ratione suæ partis Majestaticæ ac Regalis, quod independenter ab altero possidet atque exercet, & domania formare potis est. Si ergo unus habeat Jura belli, alter jura pacis, tunc & iste, ad bella feliciter gerenda, hic ad jura pacis commode expedienda bona cum gratia Reipublicæ domania constituere valeret. Ubi modus externus Regiminis quidem Monarchicus, forma vero interna, vel Aristocratica, vel Democratica, ibi & Optimates vel populus præcise, domania constituunt. Hinc in Civitatibus liberis & Imperialibus quoque, prout forma ibidem vel Aristocratica, vel Democratica, vel mixta est, domania juxta has formas constitui posse nullum est dubium. Collegia Canonicorum & Canonissarum, quæ tanquam immediata membra Imperio subsunt, Germ. *freye Kayserliche Stiffter,* Nobiles Imperii Immediati, nec non quidam Burggravii Ganerbiorum & Commendatores Ordinis Teutonici, Immediati Imperii, licet votum & sessionem in Comitiis non habeant, cum tamen Superioritatem territorialem possideant, jure meritoque efficientes domaniorum dici poterunt. Quia etiam sæpius acriter 9
disputatur de bonis sive Prædiis quibusdam, an domanialia sint facta, adeoque jura circa domania constituta ibi obtineant, nec ne: Interest scire, qua ratione domania constituantur. Constitutio autem Do- 10
maniorum Adventitiorum vocari solet incorporatio, quæ iterum duplex, vel expressa, vel tacita: Expressa est, quando in Republica cum certa solennitate bona quædam qualitate domaniali donantur. Expressæ incorporationi formam præscribunt Valentinus, Valens & Gratianus Impp. *l. 1. de Incorporat. Lib. 9. C. Theodos. & l. si quando de bon. vacant. C. Justin. L. 10.* Si quando, *inquiunt,* aut alicujus publicatione, aut ratione juris, aliquid nostræ addendum est rei, rite atque solenniter per Comitem rerum privatarum, dein per rationales in singulis quibusque Provinciis commorantes incorporatio impleatur, & diligens stylus sigillatim omnia adscribat. Tituli vero, quorum adjectione Prædia nostris sunt consecrata substantiis, non nisi publica testificatione proponantur. In Gallia modus expressus constituendi domania proficiscitur ex Regio unionis Prædiorum cum sceptris Diplomate: de quo modo vid. Choppin *de doman. Franciæ L. 1. c. 2. n. 7. & C. 7. per tot.* Ad expressam incorporationem quoque referendum, si a Superiori certus modus exprimatur, sub quo incorporatio facta censeri debet, *e. g.* Si a Principe concludatur, ut bona damnatorum ob crimen perduellionis in Fiscum redacta Fiscalia, eaque domanialia haberi debeant, vel si Episcopatus vergat ad inopiam, concludatur, ut bona infeudari solita vacantia Episcopi non reinfeudent, sed mensæ Episcopali incorporent. Confer. Schrader. *Vol. II. Cons. 39. n. 193. & seqq.* Tacita incorporatio est, quando citra ullas 11
solen-

solennitates tantum ex signis quibusdam colligitur Superiorem bona quædam hactenus non domanialia, velle tamen in posterum domanialia esse, juribusque circa ea præscriptis judicari, de qua tacita incorporatione vide accurate tranctantem Dn. Bruckn. *in d. Tract. c. 3. n. 37.* item Schrader. *d. Consf.*

12 Jam supra indigitatum est bona domanialia constituta esse in favorem Imperantium ad necessarias, utiles & nonnunquam ad oblectationem & splendorem facientes
13 impensas. Expedit enim in publico habere ærario nervum rerum gerendarum, ne subditi quotidie per Collectationes molestentur, Imperantes quoque sciant, quantum ordinarie ad usus publicos Respublica voluerit deputatum. Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. L. 2. c. 1. n. 13. s.* Confirmat idem Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat P. 3. C. 1. §. 4.* his verbis: *Einmal ist es an dem, daß gleichwol der Landes-Herr vor andern seinen Unterthanen zu seiner und seiner Angehörigen, Gemahlin und Kinder, täglichen Unterhaltung, in geziemender Speisung, Kleidung und Aufwartung sein ehrliches Auskommen haben muß, allermassen solches Göttlicher Ordnung, und aller Völcker Recht nicht ungemäß ist; So erfodert fürs andere die Besoldung so vieler Diener, hoher und niederer, bey Hofe und auf dem Lande, zu Erhaltung des Rechtes, und gemeinen Nutzens auch nicht ein geringes: Drittens gehet ein grosses auf allerhand Verrichtungen und Geschäffte inn- und ausserhalb des Landes, auch in Reichs- und Creyß-Sachen, dadurch gegen Hohe und Niedere, auch seines gleichen der Fürstliche und hohe Stand, die Freyheit und Befugniß des Landes, und gute Nachbarschafft erhalten wird. Vierdtens müssen auch die Fürstlichen Schlösser, Amt-Häuser und dergleichen Gebäude, auch wol Vestungen, Land-Strassen und Brücken in ihrem gewöhnlichen Stande erhalten werden. Fünfftens, wie ein ieder Christ nach seinem Vermögen, also pfleget und hat auch der Landes-Herr, zu allerhand milden Sachen, Beförderung Kirchen und Schulen, Unterhaltung des Armuths, Belohnung verdienter Leute, Verehrung und dergleichen, vor andern ein ansehnliches aufzuwenden. Sechstens kan ihm auch nicht verdacht werden, da er zu Erquickung in mühseliger Regierungs-Arbeit, etwas auf Fürstliche Ergötzlichkeit und Ubungen anleget.*

Quando autem reditus domaniales ad 14
sustinenda onera Reipublicæ non sufficiant, extrema necessitate urgente, cum consensu tamen subditorum, ad collectationem tanquam ad extraordinarium remedium refugiendum, laudatus Dn. a Seckendorff. *in dict. tract. P. 3. c. 3. n. 8.* *Die Steuern oder die also genannte Anlagen und Entrichtungen sind keine ordentliche gewisse Gefälle, die etwan ein Unterthan seinem Herrn an Erb-Zinsen oder Frohn-Diensten entrichtet, sondern seynd extraordinaire Anlagen und Einnahmen, welche ihrer rechten Art und Gewohnheit nach freywillig und als guthertzige Beysteuern gereichet, und dahero auch in etlichen Orten Bethen, das ist erbethene Einkünffte, anderswo auch Hülffen und Präsente genennet werden, denn es hat, GOtt Lob! in Teutschland und denen meisten Christlichen Reichen mit den Unterthanen diese Gelegenheit, daß dieselben nicht dürffen vor leibeigene Knechte gehalten, und also nach des Eigenthums-Herrn Willen mit ihrem Guth und Blut gebahret werden, als etwan bey Barbarischen unchristlichen und Tyrannischen Gewalten und Herrschafften der Gebrauch ist, sondern was eine Christliche hohe Obrigkeit bey ihren Unterthanen an Renthen und Gefällen, Erb-Zinsen und Geschossen, Frohn-Diensten und dergleichen hergebracht, darbey hat es ordentlicher Weise sein Bewenden. Nachdem aber dieselben Gefälle zuweilen nach Gelegenheit der Zeiten und Läuffte nicht zureichen, sondern der Obrigkeit solche Kosten und Anlagen zu Handen stossen, daß sie ein mehrers bedürfftig, so ist es vor Alters Noth halber aufkommen, daß sie ihre Untersassen um gutwillige Steuer und Hülffe ansprechen, das geschiehet nun in einem Fürstenthume und Lande dergestalt, daß der Landes-Herr seine Landes-Stände, Prälaten, Grafen und Herren, Ritterschafft und Städte, so viel darvon seiner Landes-Fürstlichen Hoheit unterworffen sind, auf einen gewissen Land-Tag beschreibet, ihnen sein Anliegen, als etwan zugestossene Kriege und Einfälle, schwere Schulden-Lasten und Abgang der eigenen Cammer-Güther, weitläufftige Bestellung des Regiments, nothwendige Gebäude, vorhabende gemeine nützliche Anstalten, ansehnliche Heyrathen, kostbare Reisen, Legationen, und was er dergleichen mehr zu seiner oder des Landes Nothdurfft anführen mag, vortragen und entdecken lässet, und ihre guthertzige Hülffe begehret.* In Prædiis alienis nullum constitui 15
doma-

domanium poteſt; injuſte ergo facit Imperans, ſi ſubditis ſuis citra neceſſitatem bona auferat, & domanialia faciat. Semper enim obverſetur illorum animo, graviſſima vindicta in Iſabelem, quæ in gratiam Regis Achabi, mariti ſui, Nabotho vineam extorſerat. *I. Regum. 21.* Conſideranda verba *Proverb. c. 16. v. 12. Vor den Königen Unrecht thun, iſt ein Greuel, denn durch Gerechtigkeit wird der Thron beſtätiget.* Quod ſi tamen extrema neceſſitas publica omnino exigat, Prædium privatis auferri ac domaniis adſcribi, tunc *arg. L. Rhodiæ de jactu* a reliquis Civibus contributio facienda, ut æſtimationem Prædii privatus conſequatur. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. C. 5. Aph. 6. n. 4.*

16 Domania autem conſtituuntur, vel in rebus ſtricte ſic dictis, vel in Juribus. Jura iſta iterum ſunt vel vulgaria, qualia privatis ordinarie ſolent competere, vel non vulgaria, quæ Regalium (minorum
17 puta) nomine veniunt. De bonis & Juribus domanialibus non Regalibus, quæ competunt in Germania Principibus, ſequentem in modum diſſerit ſæpe laudatus Dn. a Seckendorff *P. 3. C. 2. Die Fürſtliche Cammer oder eigene Güther, nach Gelegenheit unſers Vorhabens zu reden, ſind erſtlich Fürſtliche Schlöſſer, Amt-Häuſer, Vorwercke, oder Meyereyen, Korn und Kellerey, Jagd- Forſt- Zeug- und Zoll-Häuſer, und andere Wohnungen, darinnen ſie zum Theil ihre Reſidenz und Einkehr nehmen, oder doch ihre Diener an einen oder andern Ort ſetzen &c.* Idem *loc. cit. An den meiſten Orten haben die Herrſchafftlichen Schlöſſer dieſe Gerechtigkeit, daß etliche Dorfffſchafften oder Unterthanen, zu Deroſelben Bau und Beſſerung, Bau-Frohnen thun, &c.* Idem *cit. loc. Zum* II.) *hat auch die Fürſtliche Herrſchafft im Lande ihre Cammer-Höfe, Vorwercke, Meyereyen, Schäfereyen, Halb-Höfe und dergleichen, darzu Ackerwerck, Wieſen, Weinberge und Holtzung zum täglichen Gebrauch, Hopffen-Berge, Gärten, und Kleinod-Länder, zu allerhand Küchen-Speiſe und Geſämig, auch Rind- und Schaaf-Vieh-Trifften, Teich- und Fiſch-Waſſer gehören. Auf die Gebäude derſelben werden vieler Orten eben ſowol Frohn-Dienſte, als auf die Sclöſſer und Wohn-Häuſer ſelbſt gethan, &c.* Idem *cit. loc.* III.) *Beſtehen der Herrſchafft gemeine Einkünffte auf ſolchen Gefällen, welche die Leute von ihren Güthern, Häuſern, Mühlen, Aeckern, Wieſen, Gehöltze, Wein- und Hopffen-Bergen, Trifften, Huth Weiden, Waſſer, Brau- Schenck- Back- Häuſern und dergleichen unbeweglichen Güthern und Gerechtigkeiten reichen, die nennet man Amts- oder Herrſchaffts-Gefälle, Renthen und Erb-Einkünffte &c. Endlich genuſt auch etlicher Orten die Herrſchafft des Zehenden von allem Jahr-Wachs in dieſer oder jener Stadt, Dorff und Flecken, zum Theil zwar nur vom Getrayde, welches man den groſſen Zehenden nennet, zum Theil aber auch von andern Feld-Gewächſen, Obſt, Wein, Kraut, Rüben, Flachs und dergleichen, wie auch an der jährlichen Zucht, und Mehrung des Viehes und Feder-Wercks.* Idem *d. l. Eine andere Einkunfft iſt diejenige, wenn eine Stadt oder Gemeinde ein jährliches Geld, zu Geſchoß, Land-Bethe oder Jahr-Renthe entrichtet, welches mehrentheils alſo beſchaffen, daß die Communen ſolche auf ihre Bürger und Einwohner austheilen, und darnach in einer gewiſſen und beſtändigen Summe entrichten. Etlicher Orten wird es nicht alſo nach Erheiſchung der Nothdurfft, nachdem der Leute viel oder wenig, und nachdem ihre Güther beſchaffen, ausgetheilet, ſondern einem jeden Unterthanen ein gewiſſes abgefordert &c.* Hacte- 18
nus de rebus & Juribus domanialibus non Regalibus laudatus Dn. a Seckendorff, qui *P. 3. c. 3.* omnium elegantiſſime etiam recitat domanialia Jura Regalia novem, ut: 1) *das Berg-Regal, pag. 394. ſeqq.* 2) *das Müntz-Regal, pag. 416. ſeqq.* 3) *Geleit und Zoll, pag. 424. ſeqq.* 4) *Fürſtl. Lehn-Hof und deſſen Intraden, pag. 433 ſeqq,* 5) *Wild-Bahn und Jägerey, pag. 441. ſeqq.* 6) *Forſt-Bahn und Wald-Nutzung, pag. 463. ſeqq.* 7) *Fiſchereyen, pag. 485. ſeqq.* 8) *die Landes-Steurbarkeit, pag. 493. ſeqq.* 9) *die* in ſpecie *alſo genannte Fiſcaliſche Gerechtigkeit, mehrentheils in Straf-Nutzung beſtehend, pag. 507. ſeqq.* Reditus domaniales *aus der Landes-Steurbarkeit* deferuntur *in die Steuer,* reliqui *in die Cammer.* In noſtris enim Principatibus Germaniæ ſeparata ſolent eſſe corpora *Cammer* & *Steuer.* Dn. Schilter *in Exerc. ad ff. 28* §. *28.*

Jam ſupra dictum, Prædia Domanialia 19
alia eſſe Feudalia, alia Allodialia; In Imperio noſtro Germanico pleraque domania ab Imperatore Status in feuda recognoſcunt; Quod ſi vero Status quædam prædia, ex ſingulari erga Rempublicam affectu, bonis domanialibus feudalibus incorporare voluerint, tunc naturam eorum quibus aſſociata fuere, aſſumunt, & tanquam

Feuda oblata, ut Feudistis dicuntur, habenda sunt. Nam & antehac per universitatem corpora ex allodialibus & feudalibus unita, in ducatus erecta, & junctim feudali titulo a Cæsare recognita fuere, ut in Ducatibus & Principatibus Luneburg. Hassiac. Würtemb. aliisque factum. Dn. Lyncker. *in dissert. de Superioritat. territor. p. 34.* At vero si Status quispiam quædam prædia allodialia domaniali natura velit donare, nec tamen reliquis suis feudalibus domaniis associare, hoc casu separatam naturam ab illis haberent. In dubio autem præsumendum, Principem noviter domania constituentem ea in qualitate sua nativa seu allodiali reliquisse, nec incorporare feudis voluisse; odiosa enim non facile præsumuntur. De his Prædiis domanialibus allodialibus constituenti liberior esset disponendi facultas, ac de feudalibus. Dn. Bruckn. *d. tract. de Doman. C. 6. n. 36.* Ubi e re Imperii esse tradit omnia domania & Regalia Fisci, Statibus & immediatis Imperii membris in Feudum collata, in literis investiturarum specifice referri, ut aliquando, vacantia contingente, Imperator & Imperium sciat, quæ præcise domania Principibus ab initio in feudum sint data, quæque vacantia & consolidatione contingente juste occupare & repetere valeant.

20 Quæstio hic sese offert: si non sufficiant ordinarii domaniorum reditus, quodnam convenientius medium procurandi redi-
21 tus Camerales inveniri queat, & an expediat Accisiam, quæ hodie fere ubivis in usu est & expetitur, vel aliud collectandi genus introducere? Qua in re cum elegantissima sint, quæ habet Dn. a Seckendorff *in des Teutschen Fürsten-Staats Addition. p. 227. § 49.* hinc non abs re fuerit ea hic apponere. *Weiln es heut zu Tage dahin kommen will, daß wegen übermachter Kosten, der Hof-Staaten oder anderer Beschwerungen, die Cammer-Mittel, welche aus den Aemtern oder Ordinar-Mitteln erhoben werden, nicht mehr zulangen, sondern Extraordinar-Einkünffte, und zwar mehrentheils aus dem Armuth der Unterthanen durch starcke Anlagen gesuchet werden, sich auch die Leute hin und wieder fast darein ergeben, daß sie solcher Bürden nicht los werden möchten; So entstehet die Consideration, ob die Art und Weise, welche in den meisten Orten in Teutschland mit Schatzungen und Steuern gebraucht wird, billig, mässig, auch nützlich sey, oder ob nicht eine andere und bessere zu finden, zumal aber diejenige vorzuziehen, welche in andern Landen mit Accisen, Licenten und Consumtionen gebraucht wird; Hiervon kan ich der Sachen Wichtigkeit nach allhie nicht reden, und würden auch Demonstrationes, durch Exempel und Uberschlag der Landes-Einkünffte, der Anzahl der Einwohner und Quantitäten der gebräuchlichen Steuer-Anschläge erfordert, wenn man Regenten und dero Diener gründlich persuadiren wolte. Jch inclinirte aber sehr dahin, daß entweder die Anlagen nach den Gründen oder Güthern auf Gulden oder Schocken gar moderat seyn, und ein Jahr lang über eines von Hundert nicht kommen müsten, (wiewol in Vorzeiten kaum ein halber Fl. oder auch noch weniger von Hundert jährlich genommen worden, ietzo aber drey, vier, fünff vom Hundert manchen Orts, wenn man alles zusammen rechnet, angeleget wird,) oder wo man damit nicht auslangen könne, daß das andere Mittel der Accisen besser sey, und ob es gleich Anfangs weniger, als die Grund-Schatzungen auswürffe und ertrüge, so wird es dennoch mit der Zeit fruchtbarer und ersprießlicher sich ergeben. Denn alle solche Entrichtungen, weil sie eintzel und unvermerckt geschehen, und nicht durch Execution und Zwang eingetrieben werden, sondern sich selbst treiben, oder alsdenn erst gegeben werden, wenn der Erleger Geld hat, und etwas kauffet, oder verkauffet, haben viel weniger Ungemach, und können viel länger dauren. Hingegen haben die Anschläge der Güther mancherley Unbilligkeit, und Partheylichkeit, sind auch öfftferer Veränderungen unterworffen, und müssen solche Schatzungen mehrentheils zu grosser Unzeit mit äusserstem Schaden der Unterthanen eingehoben werden, dadurch kommen die Güther in Unwerth, auch lieget die Last fürnemlich denenjenigen ob, welche den Feld-Bau mit grosser Wagniß und Beschwerung führen. Bey denen Accisen scheinet es zwar, daß die Reichsten am wenigsten geben, in Effectu aber schadet solches nicht allein dem gemeinen Wesen nichts, sondern es nützet vielmehr, indem reiche Leute viel Arme nähren, und mit ihrem Verlag und Zehrung dem Lande mehr eintragen, als wenn sie mit Würderung ihres Vermögens abgeschrecket und vertrieben werden. So irret auch nicht, daß man das Armuth des gemeinen Mannes fürschützen, und meynen wolte, daß es zu hart wäre, auf Brod und Fleisch, Geträncke und dergleichen mehr etwas zu setzen, indem arme Leute mit vielen Kindern behäuffet, auf solche Masse so viel oder mehr geben, als mancher Reicher,*

Reicher, der ohne Kinder, oder mit wenigen in stattlichen Güthern sitze, und allein den Accis, aber keine Steuer oder Schatzung aufs hundert bezahlete. Denn darauf ist schon vorher gesagt, daß solche reiche Leute entweder mit Handel und Wandel, oder mit kostbarer Erbauung ihrer Feld-Güther viel Leute fördern und ernähren; So können auch die Handwercker und Tage-Löhner einen grössern Lohn und Profit machen, wenn die reichen Leute bey Mitteln gelassen werden, als welche denn alsdann besser arbeiten lassen, mehr kauffen, und mehr bezahlen, und mehr Leuten mit Ausleihen zur Nahrung helffen. Dahero erfähret man, daß in Niederland das Tage-Lohn und allerhand Verdienst höher ist, als in Teutschland, und ist gleichwol die Anzahl der Reichen und Handels-Leute daselbst auch unvergleichlich grösser; Denen gar armen Leuten muß zu Erhaltung ihres Leibes und vieler Kinder durch milde Anstalten geholffen werden, als oben auch berühret, und das Exempel der mehrgemeldten Niederlande ebener Gestalt vor Augen ist; So geben auch endlich die Fremden und Befreyeten zu denen Accisen nicht ein geringes, welche bey den Grund-Schatzungen nichts tragen, oder allerley Unterschleiff und Befreyungen suchen. Ist also gar scheinbar, daß, wenn es recht angegriffen würde, den Regenten und Landen das Mittel der Accisen viel fürträglicher seyn, auch die Land-Stände in Begreiffung des Nutzens, der nach Aufhebung der schweren Schatzungen, in Vermehrung der Nahrung und Leute, ihnen auch zukommen würde, sich wohl unterweisen und lencken lassen solten, welche bey übermachten Auflagen ihrer Unterthanen endlich doch auch verarmen müssen. Beydes aber mit einander einzuführen, nemlich starcke Grund-Schatzungen und wöchentliche und monatliche Anlagen auf die Bürger, Handwercker und Unterthanen zu machen, und zugleich auch hohe Accisen auf Geträncke, Brod und Fleisch zu setzen, das kan in der Länge nicht dauren, noch dem Lande die Nahrung und gedeyliche Vermehrung der Unterthanen fördern, sondern eines wird das andere verderben, die Häuser leer, und die Güther öde machen. Glückselig ist der Regent zu preisen, der am allermeisten sich seiner Cammer-Güther, und alter hergebrachten Renten, Zölle und dergleichen Einkünfften, nähret, und die Unterthanen mit Anlagen an leidlichsten hält, und darmit bequemlich und erschwinglich umgehen, auch sonst vielen Leuten, Dienern und Fremden, Gutes thun kan, auch keine Lust und Begierde zu ihren Güthern und Vermögen hat, der wird nicht allein für GOtt und in seinem Gewissen damit am besten bestehen, und groß Vergnügen, Ehr und Liebe haben; Sondern auch an statt eines gegenwärtigen vergänglichen Nutzens, der aus strengen Anlagen oder harten Straffen eine Zeitlang entstehet, seinen Staat am beständigsten pflantzen, und ihm und seinen Nachkommen an der Zahl, Reichthum und Vergnügen der Unterthanen, auch Erlangung treuer Diener, einen unvergleichlichen Schatz sammlen, der ihn nächst GOtt in keiner Noth stecken lassen wird. Als ferne er auch darbey sein Amt und Beruff mit Ernst verrichtet, und seinen eigenen Nutzen und Gefallen mit dem Wohlstande seiner Unterthanen dermassen verknüpffet und vereiniget achtet, daß eines ohne das andere nicht bestehen, noch bey ihm iemals ein Streit und Gegensatz des Honesti *und* Utilis, *der Billigkeit und Profits sich ereignen könne, sondern eines mit dem andern* pro suprema lege *unverrückt gelte und befördert werde.*

Ut vero Accisia rite instituatur, sequentia sex requisita substantialia probe observanda esse tradit Christian Teutophylus *in der entdeckten Gold-Grube in der Accise c. 1. §. 2.* I.) *die Accise muß alle Einwohner eines Landes, so nur das Leben haben, betreffen, damit hierdurch denen wenigen begütherten, so sonsten mit der Contribution allein belegt sind, die Last erleichtert, und also die Reichen nicht* studio *arm gemachet werden;* II.) *die Accise muß von keiner Sache erhoben werden, davon der Besitzer seine Nahrung, Nutzen und Profit ziehet, damit die Leute zu handeln und zu wandeln, und hierdurch etwas vor sich zu bringen, nicht abgeschrecket werden, weiln doch sparsamen, nahrhafften und hauswirthlichen Leuten nichts empfindlichers wiederfahren kan, als von ihrem Profit was entziehen wollen, sondern von lauter solchen Dingen, da der Besitzer ohnedem Geld zu verthun Lust hat, damit er von der Verschwendung abgehalten werde.* III.) *Die Accise muß nicht auf solche Dinge geleget werden, so in selbigem Lande ohnedem theuer, und nicht zu entbehren sind, dahingegen kan sie* per rationem Status *auf solche Dinge geleget werden, so sonst gantz verächtlich, wohlfeil, bloß zu dem Ende, damit dieselben zu einen rechten und Mittel-Preiß durch die Accise gebracht werden,* v. g. *wenn das Mehl gar zu schandwohlfeil;* Item, *wenn das Holtz in einem* 22

Lande gar zu wohlfeil wäre. IV.) *Die Accise muß bey denen Einwohnern eine durchgehende Sparsamkeit und Fleiß, als das rechte Fundament zum Reichthum und Aufnehmen der Commercien verursachen, weiln die Sparsamkeit sich* ipso facto *davon grossen Theils müssen befreyen können, und die Verthulichen sich selbst würcklich dadurch bestrafen.* V.) *Die Accise muß grosse Summen Geldes aufbringen, und doch die Unterthanen nicht enerviren, indem sie das Contingent bey lauter Pf. und Gr. zusammen trägt.* VI.) *Die Accise muß ohne alle Execution und Zwang von denen Einwohnern gantz freywillig der Obrigkeit bezahlet werden. Aus welchen Prædicatis doch gar leicht folgende Beschreibung der Accise zusammen gesetzet werden kan. Die Accise ist eine solche Collecte, da alle Einwohner eines Landes, so nur das Leben haben, nicht von ihrem Gewinn und Erwerb, sondern von ihrer Consumtion, das ist, solchen Mobilien, welche sie zu ihres Lebens und Leibes Nahrung und Nothdurfft, auch anderer Bequemlichkeit würcklich verbrauchen, meistentheils bey deren Einkauff den 4ten, 5ten oder 6ten Pfennig des Kauff-Pretii der Obrigkeit ohnwissend, und also gantz freywillig, und ohne alle Execution abstatten, dadurch ohne Ruin und Enervirung der Unterthanen, eine grosse Summe Geldes eintzeln zusammen gebracht, die Leute zu einer durchgehenden Sparsamkeit und Fleiß getrieben, und hierdurch die Commercien befördert werden.*

An autem hic modus collectandi, qui Accisia dicitur, in hisce vel aliis nonnullis Provinciis Germaniæ propter egregia Statibus Provincialibus, & præcipue Nobilitati competentia Privilegia introduci queat, meum non est disquirere.

23 Insuper domania, seu expresse vel tacite ad usus Reipublicæ destinata bona, a reliquis Reipublicæ & Fisco quidem delatis, non vero præcise Domaniis incorporatis, bonis probe discernanda sunt. *v. g.* Si quid legatum fuerit Principi, Dominium quidem rei legatæ mox ei adquiritur, non tamen formaliter incorporata Fisco, sed ut res Principis patrimonialis censetur, quia repudiari a Principe, & post occupari ab alio non tanquam res Fiscalis potest, si vero is hæres institutus fuerit, adiri hæreditatem necesse est. Quod si bona sint vacantia, occupationem atque apprehensionem eorum intervenire oportet, ut dicantur incorporata, *l. 3. pr. ff. d. A. R. D. in l. 3. & 5. C. de bon. vacant.* solennis modus apud Romanos usitatus præscribitur, qui tamen hodie non necessarius, sed sufficit, si quocunque modo vel expresse, vel tacite declaretur a Principe, quod bona quædam Fisco delata ab eodem sint agnita, ac inter domania relata. Confer. Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 9. n. 33.* Brunnem. *d. Cons. 1. n. 64. seqq.* Multum ergo interest bona Fisco delata & Fisco incorporata esse; maximopere tamen notandum in Episcopatibus aliisve Ecclesiasticis territoriis fere moris esse, bona domanialia præsumi ea, quæ libris & registris domanialibus inscribuntur, & longo tempore commixtim cum hisce bonis administrantur, tunc enim censentur associata bona naturam domanialem assumere priorum bonorum quibus juncta sunt. Quod si vero Episcopus quædam bona vacantia *v. g.* res infeudari solitas sibi delatas ad tempus retinuerit, non vero expresse vel tacite domaniis & mensalibus suis bonis incorporaverit, non præsumuntur esse domanialia, adeoque facillime, & citra alias requisitas solennitates tam ab ipso, quam ejus successore reinfeudari possunt. Quod si vero ex reditibus Domanialibus quædam bona immobilia *v. g. Aemter, Vorwercke &c.* comparata, facillime ea præsumuntur domania esse: quicquid enim hujusmodi Episcopi, Abbates, Prælati comparant e reditibus domanialibus, id non transmittitur ad eorum hæredes, sed remanet penes Episcopatum, Abbatiam, Prælaturam, adeoque in ejus alienatione consuetæ solennitates, alienationi bonorum mensalium præscriptæ, adhibendæ sunt, nisi consuetudine aliud introductum: secus se res habere videtur in secularium Principum territoriis: Ibi ex reditibus Cameralibus & Domanialibus comparata censentur, potius patrimonialia, adeoque etiam citra solennitates pro lubitu alienabilia, nisi itidem loci consuetudo in contrarium sit. Quam differentiam in reunionis processu probe notandum esse docet sæpe laudatus Dn. Brückner. *in d. Tract. c. 7. n. 21.*

Quamvis Prædia Domanialia, utpote Reipublicæ ac Imperantium usibus destinata a plurimis habeantur inalienabilia. 24
Brunnem. *Cons. 1. n. 75.* Attamen quin tempore necessitatis, quæ nullam legem habet, *C. 4. X. de R. J.* Mev. *P. 4. Dec. 8. n. 4. & Dec. 168. n. 6.* & suadente utilitate publica hæc alienari possint, nullum habet dubium. Dn. a Seckendorff *im Teut-*

schen

schen Fürsten-Staat P. 3. c. 4. §. Die Verkauffung eines Cammer- oder dergleichen Herrschafftlichen Stück Guths &c. Brunnem. *Cons. 1. n. 55. & 90.* Modo tamen alienatio fiat ab iis, quibus jus quæsitum in his bonis domanialibus est. Dn. Stryck. *Tract. de Cautel. Contr. Sect. 1. Cap. 3. n. 13.*
25 *& 14.* Ubi docet, quid privato, quo tandem contra omnem Principis successoris revocationem se tueatur, observandum. Nimirum ut causa utilitatis vel necessitatis publicæ instrumento alienationis specifice inseratur, & ut illa in futurum probari possit vel testibus vel instrumentis, curetur, ne successor aliquando bona ita alienata revocare possit. Altera cautela in domaniorum alienatione est, ut Procerum vel Statuum Consensus adhibeatur; Sic enim ipsa Respublica alienasse videtur, & cum hæc non moriatur, non dabitur casus, ubi alius successor suo jure revocationem instituere possit. Et sufficeret hoc casu, si modo alienatio a majori Ordinum parte approbata. Nevizan. *Cons. 12.*
26 *n. 157.* Regem Galliæ partem domanii sui propter egregiam Coronæ operam præstitam bene merito remunerationis loco concedere posse, salva lege Salica, innuit Bret. *de la Souver. du Roy L. 3. ɵ. 1. p. 326.*

27 In Regno, ubi Imperans Jure absoluto, adeoque plene imperat, prout in Imperiis despoticis & herilibus conspicitur, si bona domanialia, ab ipso videlicet imperante, sponte publicis usibus sint deputata, vel jure belli, aut per spontaneam populi submissionem omnimodam, ita ut nihil sibi libertatis retinuerit, acquisita, ipse quoque unice, cum non aliis juxta se sit jus quæsitum, domaniali natura ea privare, ac citra cujusquam injuriam in alios transferre usus, denuo valide potest. vid. Tex-
28 tor. *de Jur. Gent. c. 20. n. 22.* In Regnis ac Imperiis, quæ populi primitus voluntate delata sunt, licet postea hæreditario jure per successionem ad hæredes transmittantur, successio enim non plus juris tribuit quam prima collatio, Grot. *de Jur. B. & P. L. 1. c. 3. §. 10* non est præsumendum, eam fuisse populi voluntatem, ut alienatio Imperii sui ejusque bonorum domanialium Regi permitteretur. Brunnem. *d. C. I. n. 70.* Hinc omnium ferme Populorum legibus ac Capitulationibus præscriptum Imperantibus est, ne domanium alienent. Princeps ergo Prædium domaniale alienaturus, consensum populi atque Procerum adhibeat necesse est. Dn. Bruckn. *d. tract. C. 9. n. 3.* Versa vice, nec Populus solus citra consensum Imperantis Prædia domanialia juste in alium transfert; Jus enim Imperantis per electionem quæsitum auferri ipsi invito non debet. Brunnem. *Cons. I. n. 131.*

Prædia vero domanialia pignori dari ex 29
causa possunt a Regibus, qui plenum habent Imperium, adeoque & Jus ex causa nova tributa indicendi. Nam sicut Populus tributa ex causa solvere tenetur, ita & Prædium pignori oppositum luere, (luitio enim ista tributionis quædam species est,) nisi fortasse per legem Imperio additam Imperantis potestas eatenus etiam restricta & contracta sit. Textor. *de Jure*
Gent. C. 30. n. 46. In genere igitur scien- 30
dum, quod illi, quibus fortasse per pacta, consuetudines aut ullo modo quoad domania jus quæsitum, ejus sententiam & in alienatione attendendam esse. De domaniis Principum Germaniæ probe notandum, nonnullos Principum Imperii in territoriis suis de omnibus suo arbitratu ex more & consuetudine hactenus juste recepta statuere, ut Elector Palatinus, nullis in Palatinatu Electorali Statibus existentibus. Alios autem de gravioribus negotiis, ad totius Regionis salutem spectantibus, non nisi convocatis Comitiis ex Ordinum Provincialium *der Land-Stände* consilio demum statuere posse. Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staats Addit. §. 6. p. 26.* Sub hac tamen iterum distinctione, ut Status ac Ordines dicti alibi majoris, alibi minoris sint autoritatis, sic ut in quibusdam Territoriis ipsorum vota vim tantum consultivam, in quibusdam vero vim majorem ac decisivam habere videantur. Conf. Schweder. *in Introd. ad Jus Publ. P. Gen. c. 4. § 52. & P. Spec. Sect. 2. c. 10. § 5.* Sic maxima autoritas & potestas Statuum Provincialium in Frisia Orientali est. Sand. *Decis. Fris. L. 3. Tit. 4. Def. 1.*

In territoriis Principum Ecclesiasticorum Catholicorum Pontifex Romanus in Domaniis non Imperialibus (hæc enim Imperialia bona secularia a solo Imperatore & Imperio dependentia agnoscunt) supremum Jus sibi vindicat, ideoque Jure Canonum ipsius quoque consensum, si alienatio solenniter facta censeri debeat, interponendum esse, communis sententia est. Brunnem. *d. C. 1. n. 305* In territoriis contra Protestantium, quoad dicta bona Ecclesiastica non feudalia Principes tanquam

quam supremi moderatores disponere consueverunt. Carpz. *L. 5. Resp. 52. n. 25. & Lib. 2. def. Eccles. 303.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 6. §. 4. n. 3.* adhibito tamen Capituli, ubi est, consensu. Stephan. *de Jurisdict. L. 3. part. 1. c. 14. num. 62.* Dn. Bruckn. *d. tract. cap. 9. num. 24. ubi vid.* plura de alienatione bonorum Ecclesiasticorum.

31 Prædia Domanialia feudalia, quæ quis jure feudi acquisivit, in subfeudum iterum dari posse, praxis Imperii quotidiana, ubi tot Barones & Nobiles quoad integros districtus subinfeudatos cernimus, corroborat. Modest. Pistor. *Cons. 15. num. 10.* Rosenthal. *de Feud. C. 4. Concl. 19.* Et quamvis talis subinfeudatio speciem quandam alienationis præ se ferat, nihilominus tamen per textus feudales & praxin Imperii quotidianam corroboratum est, talem subinfeudationem pro alienatione non haberi, dum semper dependentia subinfeudati a subinfeudante remaneat, ac subinfeudans nullum præjudicium per subinfeudationem sentire videatur. Col. *de Subfeud. c. 1. n. 1. seqq.* Requiritur tamen (1) ut sincere & sine fraude fiat. (2) Ut is, in quem feudum transfertur, sit æque habilis ad servitia. (3) Ut iisdem pactis & conditionibus, quibus Vasalli feuda habent, constituatur. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. C. II. §. 11.* Nec ad subinfeudationem requiritur consensus Domini superioris. Pist. *qu. 44. n. 1.*

32 Quæritur nunc, si Imperans de facto alienationem Prædiorum Domanialium contra promissum in Capitulatione vel literis reversalibus factam, citra Procerum & Statuum consensum suscepit, quo jure ipse ejusve successor vel Proceres ea reunire & vindicare queant? Si irrite alienatio peracta, quod fit, si proceribus simul facultas alienandi competit, non tantum ipse, vi officii ac publico nomine, sed & ipsius Successor, quin & Proceres obstricti in pristinam causam revocare Domania abalienata, Grot. *de J. B. & P. L. 2. C. 6. §. 11.* Brunnem. *C. I. n. 85. 108.* etiamsi Juramento, quo publico præjudicari nequit, alienationem confirmaverit. Pufendorf. *de Jur. Nat. & Gent. L. 4. c. 2.* Carpz. *ad L. Reg. c. 7. Sect. 2. n. 4.* Myler. *Nomol. c. 9. num. 3.* Alienandi enim plenam facultatem cum fine Procerum consensu non habuerit, actus talis jure meritoque pronun-

33 ciatur nullus, adeoque revocabilis. Irrite tamen alienans, ejusve hæres iis, a quibus Prædium Domaniale evictum & vindicatum est, non secus ac quilibet privatus, obligatus est damnum atque interesse ob prædium evictum restituere. Dn. Stryck. *de Cautel. Sect. II. c. 8. §. 2.* Quod si tamen emtor accurate (probabilis ergo ignorantia non impedit actionem ad evictionis præstationem) sciverit, rem venditam alienam, vel non in plena potestate alienantis fuisse, tunc ex Jure Civili Romano nec alienans malæ fidei possessori pretium restituere cogitur. *l. 2. c. ne rei Domin.* Brunnemann. *Cons. 1. n. 107.* Nisi forte rem domanialem acquirens in specie de restitutione pretii pacto sibi prospexerit, *l. 27. C. de Evict. l. 7. C. comm. utriusque Jud.* Franzk. *ad Tit. ff. de Evict. n. 267.* Licet etiam Prædium domaniale, cum non in plena potestate alienantis fuerit, irrite sit alienatum, adeoque juste retractari possit: Juris tamen Naturalis & Civilis Principiis conveniens est, ut si, licet a solo Imperante ob justam causam, *v. gr.* ob bellum felicius gerendum, ad exsolvenda debita Reipubl. remunerandum Ministros bene merentes, talis alienatio suscepta, Rempublicam, quantum in suam utilitatem probetur erogatum, restituatur, *l. 14. ff. de Condict. indeb.* Myler. *in Nomolog. C. 14. n. 1. seqq.* Ac in reductione domaniorum irrite alienatorum sæpius restitutum fuisse pretium attestantur Brunnem. *d. Cons. 1. num. 107. 189. & 259.* Choppin. *d. doman. Franc. L. II. tit. 1. n. 6. & Tit. 14. n. 14. 24. & 25.*

Domania Imperii Romano-Germanici 34
ab Imperatore cum Ordinum & Statuum Imperii consensu juste alienari posse dubium non habet, imo cum Ordines & Status Imperii alienationes a solo Imperatore in se factas conjunctim approbaverint, easque etiam ipse confirmaverit Imperator, in justa possessione horum domaniorum impræsentiarum constituti Status ac immediata membra sunt, vid. *Instr. Pac. Cæsar. Suecic. art. 8. §. 1.* & *Capitul. Leopold. art. 3.* Nunc ergo hujusmodi Domania abalienata ad Imperii Fiscum injuste revocarentur; cum enim Status Imperii una cum Imperatore conjunctim summam & plenam obtineant potestatem, non est dubitandum, quin circa domania valide ac constanter concludere quid valeant. Carpz. *ad L. Reg. cap. 7. n. 16.* Conring. *de fin. Imp. c. 19. n. 6.* Idem *in Annotatis ad Lampad. p. 193.* concinne hanc in rem loquitur: Quantumvis autem hoc ipso pristinis Imperii viribus multum fuerit detractum, & Respublica in

partes

partes discesserit, imo nonnulla minus probis initiis cœperint, Jus tamen omne restituendi isthæc pridem mutata in integrum nullum superest non Cæsaribus duntaxat, sed etiam corpori universo Imperii. Nec vero Imperii aut ullius Reipubl. alia fere sunt jura, quam sola illa, quæ ex constituto & arbitrio humano proficiscuntur: talia autem longi temporis usu, ut & pactis ac conventis valent. Ac proinde minime omnium, quæ bona fide per quam multa secula a Principibus possidentur, citra summam injuriam possunt eripi. Sed & haud convulseris illa prisca, citra universæ Reipublicæ interitum: quod fuerit morbis remedium a morte petere. Nec ad eam temere potentiam Cæsarum aliquis pervenerit, ut sine propria ruina tale quid vel moliri ausit. Enim vero Carolus Magnus omnes quidem Ducatus e medio tulit: Verum non nisi duo tum supererant late a sese invicem dissiti, adeoque ad mutua auxilia inidonei; Alter in Aquitania, alter in Bajoaria: ipse autem Rex erat potentissimus. Nec multo post in eundem, quo Merovingicum regnum erat eversum, lapidem impingentes ejus posteri, & in Gallia & in Germania omnia denique sua perdiderunt, illic Capetanis, hic Saxonicis, ut antehac contra Merovingios Reges Carolinis Majoribus domus qui appellabantur, prævalentibus. Voluit idem Henricus Tertius & Fridericus I. crescentem nimis Principum potentiam redigere in ordinem, sed incassum laboravit uterque. Henricus Quartus idem conatus, & sese & omnem pene Rempublicam evertit. Num idem consilium fuerit Carolo V. & Ferdinando II. dixerint alii.

35 In Domaniis Electoralibus, cum per Constitutionem Carolinam *in A. B. tit. 20.* intime debeant esse connexa Electoratibus, non est dubitandum, Electorem, suo parenti succedentem, irrite factam alienationem rite destruere, ac domania Electoralia in pristinam causam revocare. Conf.
36 Brunnem. *Conf. 1. n. 121. 122. & 123.* Quæcunque vero bona non præcise terris Electoratuum sunt connexa, sed forte ex fructibus Electoratus Domanialibus comparata, vel aliunde acquisita, illa ab acquirente licite alienari, quin & dispositione testamentaria inæqualiter liberis assignari posse videntur, nisi consuetudo loci & pacta familiæ, quæ hic accurate ponderanda, aliud determinent; Si ergo hæc bona licite alienata; consequitur, illa a possessoribus illicite revocari. In territoriis aliis 37
secularibus comparata a Principibus ex fructibus domanialibus citra difficultatem, tanquam Patrimonialia alienari, adeoque non ut domanialia revocari posse, manifestum. Quin & multi Principes & Co- 38
mites ex consuetudine fere universali Germaniæ, sine Statuum Provincialium consensu, nisi specialiter per promissionem & literas forte Reversales iis jus consentiendi datum, de ipsis domaniis libere disponere consueverunt. Sic ergo Prædia domanialia ab ipsis forte Feudali nexu in Nobiles vel Barones translata, a Possessoribus juste revocari nequeunt. Si tamen hujusmodi Principum domania simul Feuda Imperii sint, ea quæ jure Feudali quoad alienationem sunt constituta, merito etiam hic attendenda, subinfeudatio tamen nomine alienationis non continetur. Agnati etiam, quibus jus ex prima investitura quæsitum, licite revocant alienata Prædia domanialia Feudalia, & quidem eo tempore, quo jus succedendi ad eos devenit. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. Exerc. 13. θ. 18.* Dn. Bruckn. *in cit. tract. cap. 10.*

Quoad Prædia domanialia in Ecclesia- 39
sticis territoriis notandum, si solennitates in eorum alienatione, quas Jus Canonicum præscribit, non fuerunt stricte observatæ, justam causam reunionis suppeditant. Res igitur subinfeudari solitæ, si vacantes Episcopo delatæ ac domaniis incorporatæ, desinunt esse res reinfeudari solitæ, adeoque sine solennitatibus ab Episcopo reinfeudari nequeunt: Si tamen de facto reinfeudatæ, justissime a Capitulo vel ipso Episcopo ejusque Successore domaniis reuniuntur.

Si subdole nec non per manifestam sub- 40
& obreptionem, qualitatem Domanialem forte reticendo, emendicata Prædia Domanialia fuerint, merito hujusmodi alienatio, tanquam dolo elicita, retractatur: quod testatur sequens Responsum Facultatis Juridicæ Lipsiensis a D. Rösner. *in disput. de Bonis Doman. cap. 6. n. 32.* adductum, & *An. 1667. die 15. Febr.* datum J. B. *Rittern* J. U. D. *Fürstl. Magdeburg. Cammer-Consulenten in Halle, præmiss. præmitt. hunc in modum: Ob nun wohlermeldter* Impetrant *hierwider vorschützen könte, daß höchstgedachte Fürstliche Durchl. dasjenige, so sie einmal* vi pacti *gnädigst beliebet, auch hernachmals würcklich in Lehn reichen lassen, so schlechterding hinwiederum nicht füglich cassiren, und wiederruffen könne, bevorab da bey solcher*

Lehns-Reichung einiger Fehler nicht begangen worden, &c. Dennoch aber und dieweil aus obangezogenem Recess von An. 1531. so viel erhellet, daß das Schloß und Haus N. denen von N. N. nicht als ein Lehn sondern als ein Tafel-Guth derer Herren Ertz-Bischöffe zu Magdeburg von dem damaligen Herrn Ertz-Bischoff Alberto eingeräumet worden, und zwar mit dieser ausdrücklichen Bedingung, daß nach gäntzlichem Abgang derer von N. N. männlichen Lehn-Stamms solches Guth mit allen Nutzungen hinwiederum an die Herren Ertz-Bischöffe und Gottes-Häuser zu Magdeburg fallen solte. Uber dieses Jhre Fürstl. Durchl. von dem Supplicanten hierinnen mercklich hintergangen zu seyn scheinet, weiln Derselben er nur vorgebracht, als ob das Schloß N. ein Lehn-Guth wäre, hingegen aber die wahre Eigenschafft und Qualität desselben, daß es nemlich ein Tafel-Guth sey, woran doch Supplicant allem Ansehen nach, indem ihm die Justitien und geheimbden Raths-Verrichtungen zusamt dem Archivo hauptsächlich unter seine Hand anvertrauet gewesen, gute Wissenschafft gehabt, verschwiegen, und also ziemlich eine Sub- und Obreption hierbey sich ereignet, weil höchstgedachte Fürstl. Durchl. nur so ferne, wenn nemlich des Supplicanten Anziehen nach das Guth N. vor ein blosses Lehen zu achten, in die gnädigste Expectanz und Lehnung gewilliget, welche aber nicht geschehen seyn würde, wofern Sie, daß es ihr Tafel-Guth sey, Nachricht gehabt hätte, und dergestalt obberührte Concession und Belehnung, welche ohne das stricte *und* rebus sic stantibus *zu verstehen, auf diesen letzten Fall füglich nicht zu ziehen, zumal denen Rechten nach niemand von einem unwissenden Dinge zu contrahiren, und darinnen zu consentiren vermuthet wird. So ist demnach mehrbesagte Expectanz vor null und nichtig allerdings zu achten, und sind Jhro Hochfürstliche Durchl. der geschehenen Concession ungeachtet ihres Tafel-Guths N. sich anzumassen wohl befugt; V. R. W.*

41 Præscriptionem Prædiorum Domanialium vel Fiscalium quod attinet, illa de Jure Romano, utut nullo titulo fuerint possessa, quadraginta annis usucapiuntur. *l. fin. C. de Fund. Patrim.* Et hoc privilegium 40. annorum præscriptionis rebus Fiscalibus merito datum, ne negligentia Procuratoris Fisci facile Principi noceat. Modest. Pist. *Vol. 1. Consf. 15. n. 16.* Quod si in Republica prohibita sit non tantum alienatio, sed & præscriptio quælibet domanii, ut in Gallia, Chopin *L. 3. tit. 9.* Faber *in Cod. L. 7. tit. 22.* tunc nulla videtur sufficiens, nisi immemorialis, quæ non videtur exclusa. Brunnem. *l. 1 C. Ne rei Domin.* In omni vero præscriptione etiam immemoriali, ex Jur. Can. & moribus hodiernis bona fides ab initio usque ad finem requiritur. *C. fin. X. de Præscript.* Franzk. *Resol. P. I. L. 3. n. 69. seqq.* Hinc & aliqui titulum necessarium esse volunt. Brunnem, *Consf. 148.* Ad quem titulum edendum bonorum Domanialium possessores obstrictos esse tradit Mevius *L. 4. Dec. 357. n. 6.* In dubio alias ob tantum temporis cursum & titulus, & bona fides præsumitur, adeoque ab adversario mala fides allegata probanda, *Cap. I. de Præscript. in 6to.* Carpzov. *L. 1. Resp. 38. n. 7.* In dubio contra Fiscum pronunciandum, Myler. *de Princip. Imp. C. 68. §. 16.* D. Schilter. *ad tit. ff. de Jur. Fisci.* Lite de 42
Prædio Domaniali pendente, possessor tamdiu in possessione relinquendus, usque dum in petitorio sit pronunciatum. Chopp. *l. 3. t. 10. n. 1.* Enim vero a manus injectione tanquam executione exordium non est faciendum, nisi ante lege publica hoc determinatum sit: quod tamen civili ac benigna interpretatione adjuvandum, ut id demum obtineat, si summatim, evidenter tamen, apparuit, Fiscalem ac Domanialem rem esse, Chopp. *d. l. n. 3.* Si vero de Jure privati summatim liqueat, manus injectio non conceditur. *d. l. n. 5.* Cum 43
ante aliquot annos in Regno Sueciæ quoad domania abalienata varia sint determinata, quæ ad illustrationem hujus Capitis faciunt, ideoque ea hic subnectere placuit.

Wegen der Reduction der Cron-Lehn in Schweden hat man sich Anno 1682. insonderheit dahin verglichen. 1) *Sollen keine Cron-Güther allodialiter oder erb-eigenthümlich können verschencket werden, und dafern solches geschehe, soll der Königl. Successor Macht haben, sothane Alienation zu annulliren, damit ein ieder König in Schweden die freye Hand behalte, die treuen Dienste seiner Leute mit Beneficien zu belohnen.* 2) *So iemand ein Cron-Guth, das ihm allodialiter geschenckt ist, verkaufft, so soll der Verkäuffer von seinen eigenen Güthern die Cron bezahlen; wenn er aber so viel liegende Gründe nicht hat, soll er den halben Preiß mit* 9. pro cento *am baaren Gelde bezahlen. Doch soll man nachforschen, ob der Verkäuffer auch in den Kauff consentiret,*

und

und der Cron soll es allemal freystehen, sothane verkauffte Güther, falls der Käuffer arm, oder nicht zu finden, wieder an sich zu lösen. 3) Wird ein gewisser Termin gesetzt, in welchem ein ieder, so dergleichen Cron-Güther besitzet, seine Documenta herbeybringen soll, damit man sehen möge, wie er zu diesem oder jenem Guthe gelanget ist, und ob er dem Contract ein Genügen gethan. Denen aber durch Krieg, Brand &c. ihre Documenta von Handen kommen sind, die sollen aus dem Königlichen Archivo desfalls unverfälschte Copias entlehnen. 4) Es werden insonderheit vor inseparable Güther von der Crone geschätzet die Königlichen Schlösser, Königliche Vorwercke und deren Dependentien, die Wiesen, so iemaln zu der Königlichen Stallung gehöret, der Cron Haupt-Fischerey, in den grossen Ströhmen und in den Scheeren. Der Cron alte Gehäge, samt darzu gehörigen Erben, Katen &c. so zu der Heyd-Reuter und Holtz-Förster Wohnung dienlich. Die Güther, so gewiedmet sind zum Unterhalt der Academien, Schulen, Hospitälen, Kirchen und Kirch-Bedienten, hernachmals aber von Privat-Personen ohne Entgelt entwendet sind. Die Erben und Gelegenheiten der Herrschafft, da ein Voigt gewohnet, die Güther, so von Alters her denen Beamten gewiedmet sind. Erben, so zur Factorey und Schleuß-Bauung oder dergleichen dem Reich hochnützlichen Wercken, verordnet sind. Post, Bauern, Krüger, Gastgeber, welche auf der Cron Unkosten an den Heer-Strassen angeleget sind, zum Vortheil der Reisenden. Alle und iede Güther und Höfe, so zum Unterhalt und Verpflegung der Land-See-Militz, wie auch Artillerie verordnet sind. Die Bergwercke, und zwar nach der von der Königin Christina An.1649. verfasseten Resolution, absonderlich die grosse Messing- Salpeter- und Pulver- und andere allgemeine Wercke, so von der Cron aufgerichtet und privilegiret sind. Die Königlichen Mühlen, so an gewissen und vortheilhafftigen Orten gelegen. Alle Oerter und Gelegenheiten, welche zu dem Schloß und Lehn Schwartzschö iemalen gehöret haben. Reale und gelegene Grentz und Vestungen, alle Hammer-Schatzungen, Strohm-Gerechtigkeit, groß und kleine Zölle, Schatzungen und andere Gerechtigkeiten, so herrühren von den Reichs-Städten, die immediate unter die Cron von Alters her gehöret haben. Alle diese Oerter und Gerechtigkeit sollen der Cron heimfallen oder verbleiben, und von derselben niemaln abgesondert werden, so aber iemand erweisen könte, daß er das genossene Guth mercklich gebessert, soll solches æstimiret, und ihm gut gethan werden. 5) Hat iemand in vorbenannten Orten von einem Bauern die Schatz-Gerechtigkeit erkaufft, so soll ihm, auf seinen Beweis, selbige erstattet werden. 6) Alle Güther, die an obbemeldten Orten seithero Anno 1632. von der Cron vor baare Vorstreckung in Bezahlung gegeben, gekaufft oder getauscht sind, mag die Cron innerhalb 10. Jahren von dem Besitzer gegen gebührliche Wiedergeltung lösen. 7) Werden gewissen Städten Freyheits-Meilen zuerkannt, als Upsal, Nyköping, Calmar, Jönköping, Alvastia, Amberg, Linköping, Calmar, Drebröe eine Meile, Abo und Wyburg zwey Meilen, was in diesem Bezirck lieget, kan nicht veralienirt werden. 8) Die verbothene Provincien und darinn gelegene Güther bleiben auch zu des Reichs Nothdurfft. 9) Sollen gewisse Land-Bücher aufgerichtet werden, welche niemaln mögen verändert werden. 10) Die Güther, so ausserhalb denen verbothenen Orten gelegen, und Donations-weise vom Adel besessen werden, sollen specificirt und untersucht werden, ob sie mit Fug in des Besitzers Gewalt bleiben, oder ein anderer wohlverdienter damit regaliret werden sollen.

CAPUT XLV.

DE PRÆDIIS INSTRUCTIS.

SUMMARIA.

1. *Prædii instructi nomine quid veniat?*
2. *Quæ Paterfamil. non usus sed custodiæ causa habet, ad fundum instructum non pertinent.*
3. *Instrumentum Prædii quid sit?*
4. *Plus est in Prædio instructo, quam cum instrumento legato.*
5. *Quomodo differant inter se?*

6. *Prædio non instructo legato dotes ejus non veniunt.*

7. *Quæ tamen infixa & inædificata sunt, legatarium sequuntur.*

8. *Quod Præjudicio illustratur.*

9. *Extinguitur legatum ratione instructi, fundo a Testatore vendito.*

10. *Nisi mens Testatoris aliter appareat.*

11. *Prædio locato, Instrumenta ejus locator Conductori præstare tenetur.*

1 PEr prædium instructum intelliguntur
omnia quæ in prædio paterfamilias
habet, ut sit instructus *samt völliger
Einrichtung*. Unde Ciceroni *Lib. 3. Officiorum*
horti instructi dicuntur pro Prædiis
instructis. Veteres enim, teste Festo, hortum
appellabant, quod hodie est Prædium
vel Villa. Carol. Stephan. *in Præd. Rust.
vocab. Hortus vid. infr. Cap. de Hortis.*
Prædii instructi nomine ergo non tantum
agri instrumentum, sed & proprium ipsius
patrisfamilias continebitur, *l. 12. §. 27. ff.
de Instruct. vel Instrum. leg.* Proinde &
suppellex, quæ illic est usus ipsius gratia,
& vestis non solum stragula, sed & qua
ibi uti solebat: mensa quoque eborea,
aurum & argentum, vina quoque, si quæ
ibi fuerint usus ipsius causa, item libri, theriaca,
& alia medicamenta hic intelliguntur,
item & mancipia non solum ad cultum
custodiamve villæ, sed etiam quæ ut
ipsi Patrifamilias in ministerio ibi essent,
ut & contubernales servorum, i. e. uxores
2 & natos, §. 3. *d. l.* Quæ vero in prædio
habuit non usus sui causa, sed custodiæ gratia,
ut vina in apothecis & quæ alia ibi
paterfamilias ut in horreo habet, item &
fructus repositi ut venirent, vel in alium
usum quam fundi converterentur, non
3 continentur. Instrumentum autem prædii
est apparatus rerum diutius mansurarum,
sine quibus exerceri nequiret
possessio, vel quæ ad usum ipsius prædii
spectant, *l. 12. ff. d. t.* Plus autem
4 est in prædio instructo, quam cum instrumento
5 legato, & differunt ut totum a parte,
nam instructi nomine non modo, quæ
fundo necessaria sunt, continentur, verum
etiam quæ præterea dominus in eo habet,
quibus suum fundum instruxit. Sic instructo
continetur supellex vel penus, *d. l.
12. §. 35.* Instrumento vero non, §. 15. *d. l.*
Instructo continentur pecora pascendi
causa parata, ut ex iis fructus capiatur, non
continentur instrumento, *l. 9. de Instr. vel
Instr. leg.*
6 Quando legatur Prædium non instructum
sed simpliciter, dotes h. e. accessiones
& instrumenta prædii, ut stercora, stramina,
boves aratorii, aratra, ligones, pedamenta,
stabula, casæ, rastra, servi fundo
destinati, dolia, prelum &c. legatario non
præstantur, *l. 2. §. 1. l. 20. §. 1. d. t.* Quæ 7
vero infixa & inædificata sunt, legato fundo
continentur, *lib. 21. & 22. d. t.* Optime 8
hanc rem præjudicio illustrat Philipp. *in
Usu Pract. lib. 2. Eclog. 85. Hat euer Vetter
Hans Schildbach der ältere, den* 24. Maj.
1631. *einen letzten Willen aufgerichtet, und
darinnen euch sein halbes Guth zu Willitzgrun,
zusamt aller und ieder seiner Zugehörung,
wie es damalen gestanden und gelegen,
vermacht und zugewendet &c. So gebühret
euch, Inhalts berührter Verordnung,
neben dem halben Guthe, und denen darzu
gehörigen Beeten, und unbesäeten Aeckern,
Wiesen und Gärten, auch die Helffte alles
darinnen verhandenen Vorraths an Schiff,
Geschirr, Pferden, Kühe und andern Viehe,
Heu, Strohe, Tischen, Bäncken, Span-Betten
und dergleichen, wie auch die Helffte des Getreydes,
so viel man zur Brötung und Saat,
oder sonsten in der Haushaltung bedörffig.
Des andern Getreydigs aber, so man zur
Brötung und Haushaltung nicht benöthiget,
sondern zum feilen Kauffe dalieget, und aufgeschüttet
worden, habet ihr euch nicht anzumassen,
sondern es hat solches der* Testator
auf seine beyden Schwestern ab intestato
bracht und verfället, V. R. W.
vid. *infra Lib. 3. c. 1. num. 39.* Extingui- 9
tur autem hujusmodi legatum etiam ratione
instrumenti & ad instructionem
prædii pertinentis, isto prædio a legante
alienato, sive fundus cum instrumento
legatus fuerit, sive fundus & instrumentum
aut fundus instructus. §. 17. *de leg.*
Poterit vero aliquando eo casu, quo fun- 10
dus & instrumentum aut fundus instructus
legatus, alia mens testatoris colligi,
quod instrumentum non ut accessorium,
sed ut principale voluerit legatum, adeoque
tunc, alienato licet fundo, instrumenti
legatum subsistet. *Conf. l. 24. §. 3. de Leg. 1.*
Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 35. th. 58.*
Prædio denique locato, placuit quæ in- 11
strumenti essent, ea locatorem colono
præstare

præstare debere, ac nisi præstet, ex locato teneri, *l. 19. §. 1. ff. locat.* Fundo enim utimur ad fructum inde percipiendum, proinde & ad colendum, & ad ea omnia facienda, sine quibus fructus nasci, aut natus percipi non potest, ad quas res omnes opus est instrumento. Donellus *Jur. Civ. Lib. 13. Cap. 7.*

CAPUT XLVI.

DE PRÆDIIS DESERTIS.

SUMMARIA.

1. *Ex prædio sterili reddere fructuosum magna quondam erat laus.*
2. *Qui agrum passus fuerat sordescere, a Censoribus puniebatur.*
3. *Quorum Officium in hoc passu hodie gerunt in ducatu Würtenbergico dicti* Feld-Stützler.
4. *Desertum quid in Jure denotet?*
5. *Synonyma Prædii deserti.*
6. *Prædium desertum & derelictum, quo modo differant?*
7. *Item quomodo desertum & sterile?*
8. *Si quis Prædium derelinquere velit, quid observare debeat?*
9. *Prædium desertum est nullius, si in Provincia nondum occupata situm sit.*
10. *In loco deserto sunt occupabilia Imperium & dominium secundum Grotium.*
11. *Prædium desertum occupare liberum adhuc est hodie.*
12. *In Electoratu Saxoniæ novis Colonis prædiorum desertorum conceditur libertas ab oneribus aliquot annis.*
13. *Ut & in Electoratu Brandenburgico.*
14. *In Gallia & Belgio absque Domini consensu non licet prædium desertum occupare.*
15. *Decuriones olim pro desertis Prædiis tenebantur.*
16. *Emtor agrorum fertilium tenebatur etiam steriles in se recipere.*
17. *Casus quo aliquis tenetur bona sua vendere illi, qui juxta confinia habet magnam possessionem.*
18. *Jure Romano invitus nemo cogi poterat ad Prædium desertum colendum.*
19. *Nisi ejusdem substantiæ bona possideat.*
20. *Quando fundus sterilis fertili jungendus quid observandum?*
21. *Per biennii cessationem animus derelinquendi Prædium præsumitur.*
22. *Alia ratio est tacite deserentis Prædium.*
23. *Et ejus qui apud acta profitetur se velle deserere fundum.*
24. *Qui ex fundo Principis sterili fertilem reddit, eum consequitur perpetuo possidendum.*
25. *Nec poterit ad Majorem Canonem compelli.*
26. *Prædia deserta immunia sunt a collectis.*
27. *Nisi quis studio in fraudem tributorum agrum non colat.*
28. *Vel necessitate cogente certa pecuniæ quantitas territorio sit indicta.*
29. *Prædia a subditis deserta si colantur ab eorum dominis, merito & onera ferre debent.*
30. *Nonnullibi illi quibus debentur certæ præstationes, possunt partem desertorum agrorum petere.*
31. *Nobiles non possunt pro prædiis desertis colendis uti reliquorum colonorum operis.*
32. *Ex agris desertis non debentur decimæ.*
33. *Ex fructibus Naturalibus tamen in iisdem natis, Pastoribus debetur certa portio.*
34. *Pariter etiam ipsis competunt decimæ & aliæ præstationes ex prædiis desertis, si ea a Nobilibus vel aliis colantur.*
35. *Remedia contra desertores prædiorum.*

1 MAgna erat laus quondam apud Romanos, teſte Varrone *de Re Ruſt.* ex Prædio ſterili atque deſerto
2 reddere fructuoſum; Hinc ſi apud illos aliquis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat, ac neque araverat, neque purgaverat, ſive quis arborem ſuam vineamque habuerat derelictui, non id ſine pœna fuit, ſed erat onus Cenſorium: Item ſi quis Eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitia notabatur. A. Gell. *Noct. Attic. L. 4. c. 12.* Plin. *L. 18.*
3 *c. 3.* Hinc merito laudanda ordinatio Ducatus Würtenbergici, ſecundum quam ſingulare officium *der Feld-Stützler* introductum eſt, quorum tres aut quatuor in unaquaque Civitate conſtituendi, ut attendant diligenter, an omnes agrorum, hortorum, vinearum &c. debitam curam habeant, ubi negligentes puniendi ſunt.
4 *d. Ordin. Tit. 47. §. 1. & 3.* Vocabulum autem Deſerti Juridice ſumtum denotat primo locum, qui ante quidem cultus, poſtea vero a cultoribus deſertus eſt, ſicque proprie ſumitur. Vel improprie capitur pro loco, qui plane non cultus eſt, & ſic in *c. 1. §. illum agrum. de V. S. in 6to.* locus deſertus deſcribitur, quod ſit ager, qui non habitatus eſt penitus, nec cultus, nec ultra hominis memoriam ſub gentis cujusdam poteſtate detentus fuit: Et ita Geographice ſumitur, quale deſertum eſt tota Arabia, ſpeciali nomine deſertæ notata, & in illa præcipue deſertum Benahali ſ. Benaſcali, quod communiter mare arenoſum dicitur; locus periculoſus iter facientibus in Ægyptum, cum propter aquarum inopiam, tum etiam cumulos & quaſi montes arenarum, quibus viatores non raro opprimuntur, qui tanquam in mari navigantes ad ſiderum fulgorem curſus dirigere coguntur. Quod iter non ſolum Patriarchæ olim emenſi ſunt, ſed & ipſe Chriſtus cum virgine matre & Joſepho. vid. Cluver. *Introduct. in Geograph. ex Edit. Bunon. l. 5. c. 22. n. 3.*

5 Prædium deſertum alio nomine etiam vocatur locus ſterilis, item eremus, *l. 4. C. de Cenſ.* deſerta poſſeſſio, *l. 1. C. de omni*
6 *agro deſert.* Germ. *Ein wüſte Guth.* Deſertum autem Prædium & derelictum non ſunt unum & idem. Qui enim prædium deſerit, poſſet, ſi velit, illud intra biennium recuperare, modo meliorationis impenſas novo conductori reſtituat, *l. 8. C. de omn. agr. deſert.* qui vero Prædium derelinquit, illud non recuperat, etſi pœniteat, quoniam ſtatim ejus eſſe deſinit, & occupanti conceditur, *l. 1. ff. pro derel. §. pen.*
Inſt. d. R. D. Neceſſe autem eſt, ſi quis 7
prædium derelinquere velit, diſcedat hoc animo, ut illud amplius habere nolit, ſicut enim in acquirendo prædio animus non ſufficit, ſed animo & corpore ſimul opus eſt, *l. 1. §. 1. de A. v. A. P.* ita quoque in eo amittendo præter mentem & animum, etiam aliquod corporale vel naturale factum requiritur. Manz. *ad d. §. Inſt.* Sic 8
quoque ager ſterilis & deſertus differunt; nam omnis ager deſertus quidem eſt ſterilis, non tamen omnis ſterilis eſt deſertus, quia deſertus is dicitur, qui a nemine poſſidetur, ſed deſeritur, & non ſeritur: At ſterilis, tametſi infructuoſus jaceat, poſſideri poteſt & adjungi fertilibus. Perez. *ad Tit. C. de omni. Agr. deſert.*
n. 1. & 2. Eſt vero prædium deſertum 9
nullius, ſcilicet ſi talis ſit deſertus locus, qui non in Provincia quadam occupata ſitus eſt; nam alias ſub Imperio ejus, ad quem tota Provincia ſpectat, eſſe cenſetur, ab eoque jam tum certo modo occu-
patus eſt. In loco autem penitus deſerto 10
ſecundum Grotium *lib. 2. de J. B. & P. c. 3. §. 4.* duo ſunt occupabilia, Imperium & dominium quatenus ab Imperio diſtinguitur. De quo tamen dubitat Dn. Zieglerus *ad d. l. Grot.* cum non ſatis appareat, quomodo Imperium hodie occupari queat, niſi forte de eo caſu loquatur Grotius, quando quis novam ducens coloniam, Civibus ſuis haud invitis imperare
incipit. Liberum autem adhuc eſt hodie 11
prædium deſertum occupare, uſumfructumque aſſumere, atque onera publica ſuſtinere, cum ſemper pro obſervantia juris & contra legis mutationem præſumatur. Mev. *P. 4. dec. 162.* Dummodo id fiat præſcitu Magiſtratus, nec ſpecialibus locorum conſtitutionibus aut conſuetudini-
bus aliud ſit ſtatutum. In Electoratu Sa- 12
xoniæ ejusmodi novi prædiorum deſertorum poſſeſſores ab omnibus oneribus per 2. 3. 4. annos immunes ſunt. *Neue Erledigung Tit. von Conſiſtorial-Sachen §. 21. Jngleichen wollen Wir auch ausdrücklich Uns hiermit gnädigſt erkläret haben, daß die Annehmer der wüſten Güther und Brandt-Stätten, von Zeit der geſchloſſenen Handlung von allen Dienſten, Zinſen, Frohnen, Fuhren,*

Fuhren, Steuern, Contributionen, Geld und andern Anlagen (ausser was Kirchen und Schulen betrifft, und gleichfalls von iedes Orts Superintendenten, Beamten, Gerichts-Herren und Räthen in Städten, auf ein erträgliches zu moderiren ist,) hinführo auf zwey, drey, oder zum höchsten vier Jahr befreyet seyn, und damit allerdings verschonet bleiben, iedoch, wofern sie auch würcklich wieder anzubauen, das Feld zu bestellen, und die Häuser oder Güther, so viel möglich, wieder in Stand zu bringen sich bemühen

13 *und ihnen angelegen seyn lassen.* Quod ad 5. & 6. annos postea extensum est. Cum quo consentit Recess. Provinc. Marchiæ Brandenb. *de Anno 1653. §. 41. Zum ein und vierzigsten:* ubi Sereniss. Elector constituit, *daß Sie denen, so in den Churfürstl. Aemtern wüste Höfe beziehen und erbauen wollen, auf 6. Jahr Befreyung in Gnaden concediren wolle: Hernach sollen sie ihre schuldige Pflicht ohnfehlbar leisten, und den andern angehörigen Unterthanen gleich die allgemeine Landes-Bürde tragen helffen. Immittelst aber können dennoch solche neue Einwohner von den* Oneribus realibus, *als was Priestern und Küstern gebühret, nicht*

14 *befreyet seyn.* Quod mores Belgii eique vicinæ Galliæ in materia agrorum desertorum attinet, nulli privata autoritate licet agros desertos & domos (quæ Antwerpiæ pro re mobili habentur, Christin. *Vol. 1. Dec. 166. n. 17.*) possessoribus vacuas occupare, vel occupando sua facere; Nisi accedat autoritas Principis aut Domini loci, quorum est agros illos occupare tanquam suos; Si tamen aliqui privati compendii causa agros istos coluerint insciis Dominis, operæ pretium & semina non perdunt, at fructus quos inde perceperint coguntur reverso proprietario restituere: Nisi triennium totum (ut variæ consuetudines loquuntur) agros reliquerit, & quasi deseruerit, quo casu edictis vocandus a Domino loci vel Magistratu, ut recedat & fundum suum colat, id si non fecerit, omne damnum inde proveniens & lucrum cessans sarcire debebit. Poterit tamen proprietarius hisce incommodis se liberare, si declaraverit & consenserit, ut Dominus directus istis fundis utatur, si visum illi fuerit, dum per bella & turbas illi licuerit redire, & agros colere. Ad quos si iis cessantibus non redeat edictis evocatus, creditoribus, qui habent reditus & potius jus hypothecæ, agri & domus, adjudicari debent cum onere solvendi cæteris suos reditus, ne quis suo jure frustretur, & agri inculti relinquantur. Perez. *ad C. d. omn. agr. desert. n. ult.* qui hoc *Charl. Loyseau du Deguerpissement. L. 6. c. ult. & le Bret. de la Souveraineté du Roy L. 3. c. 12. late probare dicit.* Et Grœneweg. *d. LL. Abrog. ad l. 8. C. de omn. agr. desert.* testatur hodie alterius agros desertos & incultos nemini propria autoritate invadendos esse, imo qui tales agros occupavit per illum, ne quidem ipsos fructus etiam post lapsum biennii suos facit. Quæ tamen omnia tantum de moribus Belgicis & Gallicis intelliguntur.

Jure Romano Decuriones civitatum 15
olim pro desertis prædiis in ipsis civitatibus, & quæ Dominos sive conductores non inveniebant, tenebantur ad censum, prout notat Lucas de Penna *ad l. 1. C. de omn. agr. desert. Lib. II.* Aut ipsa prædia addicebantur Curialibus vel Decurionibus cum immunitate triennii, quo exacto census & tributa tenebantur inferre Fisco: Si autem Curiales idonei solvendo non erant, hoc onus in possessores cæteros ejusdem civitatis, & adeo totum territorium diffundebatur, & distribuebatur. *l. 1. C. d. t.* ibique Brunnem. Si vero aliquis prædia 16
jure emphyteuticario possedisset, in quibus agri nonnulli steriles, nonnulli fertiles erant, prædiaque fertilia & agros meliores distraxisset, ita ut ex illis, quos retinuit, tributa solvere nequeat, in tantum ut illos deserere cogatur, emtor tenetur etiam prædia sterilia recipere, & tributa tam de fertilibus, quam sterilibus & desertis solvere. *l. 2. C. de omn. agr. desert.* Quia qui accipit partem bonorum potiorem, eum etiam exilem partem accipere justum est, ne nervis destituantur reliqua bona. *l. ult. C. de Debitor. Civitat.* D. Brunnem. *ad d. l. 2. C. de omn. agr. desert.* Ra- 17
tio est, ne Respublica pro uno debitore duos exigere teneatur. Hinc est hic casus, ubi quis sua bona vendere cogitur: Unde quidam colligunt Statutum nonnullarum civitatum, quo cavetur, ut, si quis modicam rem habeat, juxta confinia habentium magnam possessionem, illam cogatur vendere, justa ratione niti. Christin. *vol. 5. Dec. 81. n. 8.* Perez. *ad C. Tit. de omn. agr. desert. n. 6.* Invitus autem 18
Jure Romano cogi non poterat ad prædium desertum colendum, nisi ejusdem 19
substan-

substantiæ bona possideret. *l. 10. & l. 12. C.*
20 *de omni agr. desert. Nov. 166.* Quando
igitur sterilis fundus frugifero jungendus,
primo attendendum, ut vicinis & in eo-
dem territorio sitis adjungatur, dehinc si
neque finitimos reperierit, tunc longius
positis, sed quantum fieri potest, sibi cohæ-
rentibus pro modo & æquitate addatur,
quo id consensu omnium fiat, quod omni-
bus profuturum, *l. 8. in fin. C. d. t.* Is au-
tem qui prædium fertile habet, si sterile ei
adjiciatur, non nisi præsentia onera fert, a
præteritis omni jure & æquitate liber est,
21 *d. l. 8.* Brunnem. *ad d. l.* Ex hac quo-
que lege Dd. colligunt, per biennii cessa-
tionem animum derelinquendi præsumi;
si autem quis a peræquatoribus acceperit
fundum talem, sex tantum menses domino
dantur, per *l. 7. C. de Censibus.* Klock. *de*
22 *Contrib. c. 5. n. 183.* Alia vero ratio est do-
mini deserentis tacite prædium, alia ejus
qui apud acta judicis profitetur se velle
deserere ac derelinquere fundum, vel alteri
resignare; Nam ille citandus est, *l. 11. C. de*
omn. agr. des. & spatium 6. mensium ha-
23 bet. Hic vero non est citandus, sed præ-
dium statim fit ejus, qui illud occupavit
& fisco solvit tributa, nec dominus ha-
bet potestatem revocandi. *l. 14. C. d. t.*
Is enim qui judicialiter dicit se velle de-
serere fundum, declarat sufficienter vo-
luntatem suam, quod nolit amplius
agrum illum possidere. Insuper con-
fessio judicialis semper præjudicat con-
fitenti, ac revocari sine causa non potest,
24 Mascard. *de Probat. Vol. 1. Concl. 344.* Qui
vero fundum patrimonialem Principis ste-
rilem, & ob sterilitatem desertum colendo
ad pristinam reducit fertilitatem, loco præ-
mii perpetuo & hæreditario jure illum
fundum possidet & retinet, adeo ut nec
rescripto, nec annotatione supplici libello
facta, ab alio hic ager ipsi auferri possit, ne
alius incommoda, alius vero commoda
alieno labore, alienaque industria fruendo
sentiat, salva tamen semper manet debiti
tributi præstatio, *l. 7. C. de omn. agr. des.*
ibique Brunnem. Dn. Stryck. *dissertat. de*
25 *Agr. desert. c. 3.* Si aliquis Principis vo-
luntate accepisset Prædium patrimoniale
desertum in Emphytevsin promisso certo
annuo Canone, qui tamen successu tem-
poris eum agrum ad culturam talem redi-
git, ut cum optimis prædiis de fertilitate
certet, ideo tamen ad majorem canonem
solvendum compelli non potest, quia ut
non legis autoritate, *l. 1. C. de his qui ven.*
ætat. ita nec Principis aliquem decipi
oportet; & diligentia sua nemini debet
esse damnosa. *l. 16. C. de omn. agr. des.*
Christin. *Vol. 5. Dec. 92. num. 4.* In im- 26
positione autem collectarum observan-
dum, ab iis Prædia deserta immunia esse;
Collectæ enim sunt onus fructuum, *l. 13.*
ff. de Impens. in res dotal. fact. Besold. *The-*
saur. Pract. vocab. Oede: Absurdum hinc
foret, onus imponere ei rei, quæ fructus
fert omnino nullos. Ex quo principio
recte concludit Ulpianus *in l. 4. §. 1. ff. de*
cens. relevari eum debere qui in publicis
tabulis, delato modo frui certis ex causis
non possit, & si agri portio chasmate peri-
erit, debere per censitorem relevari, si vi-
tes mortuæ sint, vel arbores aruerint, ini-
quum esse eum numerum inseri censui &c.
Nec distinguendum proinde, utrum na-
tura sua sterile sit, an vero ex accidente.
Pluribus enim modis sterilitas induci pot-
est, imbribus sc. fluminum inundatione, so-
lis ardoribus, per graculorum, sturnorum
& locustarum cohortes, per incursus ho-
stium, & alios innumeros casus. *l. 15. §. 2.*
ff. locat. l. 18. C. eod. Si quis vero studio 27
agrum non colat, in fraudem tantum cen-
sus & tributorum, ille prorsus nullam sen-
tire debet sublevationem, sed hoc non at-
tento integra ab illo contributio est danda.
Brunnem. *ad l. 2. C. de Cens.* malitia enim
sua nemini debet esse lucrosa, *l. 1. ff. de*
dol. mal. Imo insuper adhuc puniendus
esset talis fraudulosus & negligens cultor,
quod pariter præjudicio confirmatum est
in Marchia, scilicet illos a collectis non
sublevari, qui studio agros incultos relin-
quunt. *Dafern ein und der andere etwas dissi-*
muliren, und in fraudem *des gemeinen Wercks*
seine Aecker und Weinberge unbegattet und
unbestellet wolte liegen lassen, soll ihm doch sol-
ches zu keiner Sublevation gereichen, son-
dern er ist nichts destoweniger, was die nach
dem Special-Vermögen aufgesetzete Rolle
besagen und ausweisen wird, beyzutragen
schuldig. Pronunciatum in Cam. Elector.
Brandenb. die 9. Octobr. 1646. Quando- 28
que etiam fit, ut necessitate cogente certa
ac determinata pecuniæ quantitas territo-
rio indicatur, & tunc portio ejusmodi pau-
perum alios cives opulentiores gravat.
Es müssen die ausgefallenen Contribuenten
übertragen werden. Klock. *Vol. 1. Cons. 28.*
n. 401. Communitati igitur hoc in casu
non modo prædiis desertis uti frui, &

onera

onera dependere vacat, sed & necessum est, cum nihil oneribus propter desertum agrum remittatur. Mev. *Part. 4. dec 162.* Huncque modum collectandi in Marchia Brandenburgensi & Pomerania Electorali receptum esse, testatur Dn. Stryck. *d. differt.*
29 *C. 4. §. 58.* ubi dicit, quod ibi æqualiter collectis subjiciantur agri deserti, culti tamen a Nobilibus, quam possessoribus suis adhuc instructi. Sunt enim collectæ onera fructuum, *per d. l. 4. §. 1. C. de censib.* Justum ergo est, ut is, qui ex agro aliquo fructus percipit, etiam onera fructuum seu Contributiones exsolvat: Alioqui enim grata Dominis res foret, si subditi aufugiant & agros suos deserant; ipsi enim domini utilitatem omnem ex agris percipere valerent per familiam suam eos colentes, ab onere vero tributorum sub hoc prætextu liberarentur, quo casu vel fiscus sentiret damnum, vel reliqui contribuentes gravarentur nimium, cum horum quantitas collectarum hoc pacto augeatur. Imo ipsi pagi hoc modo manebunt deserti, nec metatis aut hospitationibus Militum vecturisque ea propter præstandis sufficere poterunt. Simile observatum fuit per Electoratum Saxoniæ in nupera revisione catastri Anno 1689. Constituebantur enim in certis locis, ubi suspicio esset, Commissarii, qui agros collectis subjectos & desertos, *die mit Steuer-Schocken belegen*, inspicerent, num a dominis, quorum subditi prædia deseruerunt, colerentur nec
30 ne. Nonnullibi etiam permissum est, ut illi, quibus certæ præstationes ex ejusmodi agris debentur, quales sunt *die Gerichts-Dienst- und Pacht-Herren*, petere possint, ut sibi certa portio agri assignetur in compensationem præstationum inde debitarum, quod itidem Sanctione Electorali Brandenburgensi confirmat Dn. Stryck. *d. differt. c. 4. §. 62.*

31 Cæterum si Nobiles prædia quædam habeant, quæ a rusticis deserta sunt, non possunt pro illis colendis uti reliquorum colonorum operis, minus illos ad id cogere, sed agrorum culturam propriis sumtibus suscipere debent. Ita pronunciatum in Camera Electorali Brandenb. *die 21. Junii An. 1656.* his verbis: Ordinarie *und* regulariter *seynd die Leute von den wüsten Höfen etwas zu bestellen nicht schuldig, und sind Beklagte gar nicht befuget, sich etlicher Leute zu den Ritter-Sitzen, und etlicher zu den wüsten Höfen zu gebrauchen, sondern sie müssen die Unterthanen beysammen lassen, und die Dienste von den Höfen* propriis sumtibus *bestellen.* Pariter etiam decisum in dict. Cam. Electoral. *d. 8. Julii 1618. Zwischen der Gemeine von Fuhrland und denen von Stechow. Es gebühret auch denen von Stechow, zu welchen denn sich die beyde erscheinende gutwillig erkläret, den Acker zu den wüsten Höfen gehörig, welchen sie an sich genommen, so lange die unbesetzet bleiben, mit ihrer eigenen Anspannung zu begaten, und Klägere damit nicht zu beschweren, wie ingleichen zu dem Pfund-Schoß, von derselben Höfe und gehörenden Vieh, so viel zu contribuiren, als* pro rata *darauf kommet, und vorige Besitzer gegeben haben. Und denn ferner müssen sie davon auch Nachbar-Recht halten, zu gemeinen Gebäuden helffen, den Schmidt lohnen, und die Mitfuhre wenn es an die Höfe kömmet, iedoch länger nicht als ihre Pferde mit der Gemeine Pferden zusammen gehütet werden, bestellen.*

Cum itaque ex agris penitus desertis 32
neque collectæ, nec aliæ præstationes debeantur, cum sit onus fructuum, *per l. 13. ff. de Impens. in res dotal. fact.* Sequitur nec decimas ex iis præstari, quod tamen de fructibus industrialibus, ut vinearum, agrorum &c. utpote quæ cessant, intelligendum est; ex naturalibus enim Clericis 33
debetur certa portio in Electoratu Saxon. *Neue Erledigung* Tit. *von Consistorial-Sachen: Ehe aber zum zwey und zwantzigsten solche wüste Güther an einen Mann gebracht werden, sollen zwischen den Beamten, Gerichts-Herren und Geistlichen die* Fructus naturales *und was sonsten darvon zu nutzen,* pro rata *getheilet, iedoch darbey unsere Verordnung* Edicti *de Anno 19. Nov. 1659. in acht genommen, auch andere benachbarte Unterthanen weder besagte Beamten, Gerichts-Herren oder Pfarrer diese wüste Güther, der Gefälle oder Contribution halber, zu übertragen nicht angehalten werden.* Pariter 34
in Pomerania Pastoribus provisum, ne modico salario & decimis ex prædiis desertis debitis carere cogantur. Sic enim in recessu Provinciali, habito Treptoviæ *die 8. Martii An. 1608. §. Weil wir auch wegen des Meß-Korns*, constitutum: *Das Meß-Korn muß von denen Hufen, davon es von Alters gegeben, wenn dieselben schon wüst gemacht, und zu den Ritter-Sitzen geleget, unweigerlich entrichtet werden. Wann aber*

die Bauern die Höfe verkauffen, und die von Adel den dazu gelegenen Acker nicht ſelbſt gebrauchen, oder unter ihren Pflug nehmen, werden ſie nicht unbillig damit verſchonet, wie es denn auch mit ausgerodeten neuen Aeckern, ſo ſie zu ihren eigenen Vorwercken legen, ebener maſſen zu halten. Da aber gleichwol ſolcher Acker einem andern Bauern gantz oder zum Theil eingethan, ſoll derſelbe das wöchentliche Meß-Korn pro rata *zu geben ſchuldig ſeyn.* In Marchia per Receſſum Provincialem *de Anno 1653. die 26. Julii §. zum achten,* hac in re ita conſtitutum eſt: *In denen Dörffern, da die Pfarr-Herren ihres* Officii *abwarten, ſoll ihnen in Entſtehung des Meß-Korns, Zehenden und Pächte ſo viel Acker, als* ad ſupplementum deficientium redituum ordinariorum *vonnöthen,* ad tempus *bis die Höfe mit beſtändigen* Poſſeſſoribus *hinwiederum beſetzet, angewieſen werden. Wegen der Dörffer, die gantz wüſte ſtehen, und da die Pfarr-Herren ihr Amt nicht beſtellet, würde es* de jure ſtricto *wol eine andere Beſchaffenheit haben, iedoch daſern den Pfarr-Herren keine* Culpa *noch Verſäumniß zu imputiren, ſo wird man ihnen dennoch* ex æquitate *etwas an ſtatt ihres ausfallenden* Salarii *zu willigen ſich nicht verwegern können. Es ſoll aber die Aſſignation vom Magiſtrat geſchehen, und die Pfarr-Herren ſich keines Landes, denn* autoritate *der Gerichts-Obrigkeit nach Proportion* deficientis ordinarii ſalarii, *anmaſſen.*

35 Contra deferentes Prædia varia remedia in jure prodita ſunt, qualia ſunt condictio ex *l. 14. C. de Agricol. & cenſ.* Imploratio officii Judicis & actio in factum ex æquitate, ſi ſcilicet Colonus vel ſervus ſe in libertatem non proclamet & vindicet, ſecus ſi ſe liberum profiteatur, tunc enim actio præjudicialis, an ſcilicet liber vel colonus ſit, inſtituenda. Menoch. *de Remed. Recup. poſſ. 10. n. 31.* Competit quoque rei vindicatio, hæc enim non tantum ob res immobiles, ſed etiam ob res animatas & ſe moventes competit. Sic ex jure cognitum, vindicari civitatis incolas, *l. 37. pr. ff. ad L. Municip.* Huſan. *de hom. propr. C. 5. n. 70.* remedium tamen *d. l. 14.* celerius eſt expeditionis, quia non requiritur probatio dominii, ſed tantum poſſeſſionis vel quaſi, hominis fugitivi. Mev. *vom Zuſtand und Abforderung der Bauern im 2. Haupt-Punct. n. 217.* Receptatores inſuper horum in Jure noſtro odio proſequebantur. *Nov. 17. c. 14.* Alienos agricolas ſuſcipientes odio habebis, & compelles cito reddere quod ſuſcipiunt male, ut ſi plurimum manſerint inobedientes, omne quicquid in onus provinciæ eſt, illorum poſſeſſionibus hoc impones.

JURIS

JURIS GEORGICI
LIBER SECUNDUS,

Universum Jus Personarum & Animalium ad Prædium pertinentium sistens.

CAPUT I.
DE DOMINO PRÆDII.

SUMMARIA.

1. *Quilibet Rex in sua domo.*
2. *Familia est parva civitas, & Patresfamilias olim habuere jus gladii.*
3. *Arduum familiam bene regere.*
4. *A regimine domestico ad Rempublicam olim argumentatum.*
5. *Forma regiminis domestici Monarchica.*
6. *Administratio vero Aristocratica.*
7. *Dominus Prædii potest leges ferre.*
8. *Paterfamilias habet quid analogum Jurisdictioni.*
9. *Exemplum hujusmodi legum prope Bononiam.*
10. *Leges Hortenses Lipsii.*
11. *Consuetudo cujusque familiæ servanda.*
12. *Dominus prædii nemini nisi Deo & sibi ad rationes reddendas obstrictus.*
13. *Agriculturam exercere nobilitati non derogat.*
14. *Uti nec habitatio in villis.*
15. *Dominium Prædii quomodo acquiratur? remissive.*
16. *Dominus Prædii censetur etiam dominus partium cohærentium.*
17. *Qui olim fuit dominus Prædii, præsumitur & hodie talis esse.*
18. *Privilegia Domini Prædii ad totam pertinent familiam.*
19. *Dominus Prædii in quantum ex facto servi teneatur?*
20. *Matrisfamilias potestas quomodo se extendat?*
21. *Materfamilias & Matrona an differant?*
22. *Jurisconsultus an possit esse dominus prædii?*
23. *Literati quidam mali Oeconomi.*
24. *Quidam vero optimi.*
25. *Quomodo disciplina domestica sit observanda?*
26. *Quæ quoad servos ad verbera usque extenditur.*
27. *Dummodo tamen modus non excedatur.*
28. *Apud Ethnicos Sacra in Prædio celebrare prohibitum erat.*
29. *Oratoria in Prædio hodie habere permissum.*
30. *Domini Prædii quid observare debeant circa exactionem canonis & operarum.*
31. *Officia Patrisfamilias remissive.*

1 VUlgo jactatur adagium, quod quilibet in sua domo sit Princeps vel Rex, Coler. *de Process. Exsecut. c. 3. n. 332. Cap. duo ista nomina 23. qu. 4.* ubi æquiparantur gubernatio Principis, regentis gentem suam, & gubernatio privati, regentis familiam suam; videtur hoc ab ipsa usque antiquitate manasse, quando Homerus *Odyss. 5.* dicit: Ædibus in nostris ego regem gessero, & Meliboeus Virgilianus; Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Scævola apud Ciceronem *in Oratore:* Id, nisi in tuo regno essemus, non tulissemus, i. e. in tua villa. Erasm. *Chil. 1. Cent. 7. Prov. 48.*

2 Familia enim est parva Civitas, *1. Oeconom. 1.* Sive ut Seneca loquitur, *Epist. 47.* domus pusilla est Respublica, neque enim politica & domestica gubernatio aliter quam multitudine differunt. Imo olim Patresfamilias vitæ necisque potestatem habuisse tam sacra quam profana testantur historiarum monumenta, quod & adhuc hodie apud Japanenses obtinet, uti hoc attestatur Arnold. Montanus *in denckwürdigen*

Gesandtschafften an die Kayser von Japan, part. 2. in pr. ubi dicit: *Ein ieder König hat die freye Macht in seinem Königreiche zu schalten und zu walten nach seinem Belieben, dergestalt, daß sich niemand, ob ihm schon das höheste Unrecht zugefüget wird, auf den Kayser beruffen darff. Dergleichen völlige Macht hat ein ieder Herr durch das gantze Japan über sein Haus, Gesinde und Bedienten, ja ein Vater über seine Kinder.*

3 Nec minus arduum est, domum suam coërcere, quam provinciam regere, Tacit. *in vit. Agric.* Qui enim suas res bene curat, præsumitur, quod etiam alienas bene curaturus sit. Eberh. *in Top. loc. 90. n. 12.*

4 Ideo arbitri a Dario Rege ad res Milesiorum seditione concussas lecti, prædia singulorum inspexerunt, atque ex his urbis administrationem permiserunt, quorum fundos optime cultos invenissent, præfati sibi videri eos ita publica, ut sua curaturos. Herod. *Lib. 9.*

5 Est autem paterfamilias seu Dominus Prædii caput & Princeps familiæ. Heig. *1. qu. 6. n. 4.* Unius enim potestas debet
6 esse in familia. *C. in apibus. 7. qu. 1.* Et forma regiminis domestici est Monarchica, administratio vero Aristocratica, hoc est, ut marito constet sua potestas & dignitas, neque uxoris arbitrium excludatur, maxime in iis quæ ad penum, ancillas & rem vestiariam spectant. Plaut. *in As. A. 2. S. 3.* Me sinas curare ancillas quæ mea est curatio, quia quod utrumque conjugem tangit, ab utroque etiam approbari debet, *C. quod omnes. 29. de R. J. in 6to.* Ideo una domus est, & commixta familia, *l. 1. §. 17. ad SCt. Silan.* Dominus namque Prædii summam illam, quantam permittit familia, potestatem retinet, etiamsi quædam ad gubernationem familiæ pertinentia se facturum promiserit, & maritus idcirco non amittit Jus superioritatis quod in uxorem habet, utut illi interveniente etiam juramento aliqua promiserit. Solent etiamnum Principes imperaturi subditis aut Deo promittere aliqua, etiam talia quæ ad imperii rationem pertinent, quæ tamen ipsa, etsi arctius quodammodo reddant imperium, inferius tamen propterea non faciunt. Dn. Ziegl. *l. 1. de jure Maj. c. 1. num. 14.*

Vi istius regiminis domestici permissum 7
est Domino Prædii leges suæ familiæ præscribere, dummodo publicis non sint contrariæ.

Licet enim paterfamilias ceu persona 8
privata jurisdictione propria sic dicta destituatur, quin tamen huic analogum quid referat, vix licet ambigere. *arg. l. un. C. de emend. serv. & emend. propinqu.* Dd. *ad l. 1. C. de privat. carc.* Hinc vi potestatis in subjectam familiam sibi competentis, quædam rem familiarem concernentia, ipsosque domesticos obligantia disponere potest, ad instar collegarum, queis de rebus ad professionem & negociationem suam spectantibus statuendi arbitrium leges tribuunt, quæ tamen placita extra objecta sua ad causas extraneas & forenses producere haud convenit, *l. fin. C. de jurisdict. ubi Bald. n. 3. & 4.* Dn. Stryck. *de Jur. domest. c. 5. §. 3.* Cujusmodi leges a Domino Prædii latas & foribus inscriptas videri licet prope Bononiam in amœnissimo Prædio, dicto Casa-altula.

Hanc villulam atque hunc Agellum
Qui animi aut valetudinis causa inviserint, 9
Ne voluptas valetudinem, corporisve
Curatio voluptatem corrumpat.
Neve locus, qua sacer est, violetur,
Aut qua cultus est, deseratur.
Hasce observanto leges.
Deum Opt. Max. proxima in æde primum
venerantor.
Quidvis postea lustranto, se ubivis
exercento, ubivis
quiescunto.
Sed hoc citra languorem, cis
sudorem illud.
Servorum greges importunorum non modo a pomœriis,
sed procul ab utroque Pomœrio interea
excluduntor.

Si quos

Si quos tamen ministerii causa voluerint, paucos & modestos
introducunto.
Qui nec hilum attingunto inconsulto
villico.
Eis abeuntibus pro anni tempore, pro rerum copia & inopia, pro cujusque
persona flores, frondes, ramusculos, poma, olera, viritim
villicus distribuito.
Quos ruris dominus ad prandium cœnamve invitarit, curæ, mœrores,
tristitiæ in urbem remittuntor, voluptates honestæ,
jocus, hilaritas remanento.
Mensæ eleganter sine luxu ac pompa aprico opacove
loco pro anni tempore parantor.
Dapes solito lautius ac copiosius, sed ad vitam vivendam
non ad mortem maturandam
apparuntor.
Pocula, quæ sitim pellant, non quæ hospitem obruant, potantor.
Interim avium concentu & aquarum murmure se
oblectantor.
Iis silentibus jopæ, Amphiones, Orphei loquaces compescunto,
aures mulcento.
Remotis mensis atque arbitris, suos cuique convivarum manes paulo
liberius pasci, seni, juveni, faceto, vel ad ineptias
usque fas esto.
Si qua licentius poti dixerint, fecerint, ea in urbe aliis narrare,
aut omnino in memoria habere fas non
esto.
Scorta, scurræ, parasiti, præstigiatores, harioli ac ejusmodi impurum
& profanum genus procul arcentor.
Aleis, latrunculis, scrupulis, talis si qui se oblectare maluerint, nemini tunc
vitio id dator, modo fiat modice, ne forte jacturæ dolor in
gaudii, cui hic locus a majoribus dictatus est,
sedes mœrorem indu-
xerit.
Hisce actis in eodem sacello Deo item Opt. Max.
gratias agunto
In urbem læti ludibundique abeunto.

Ibidem.

Gaudendum locus hic, procul hinc discedite
tristes.

10 Spectant & huc leges Hortenses Lipsii:
In ipso aditu sub persona Bifrontis
Jani. B. F.
Quisquis es, sta, lege, pare, Janus ad hoc limen sic
edico:
Horto & hero fruendi tibi jus esto.
Sed illo ad adspectum, isto ad sermonem.
Nisi oculis, quicquid heic satum aut natum ne libato.
Tiro esto, manum apud te habeto,
Si effers ad Tactum aut ad Raptum,
Verbo dicam, te efferto.
Sed ne Hero usque quaque fruitor.
Ante sextam vespertinam ne adito:
Post septimam ne maneto.
Horæ aliæ, ad alias illi curas,
Heic cogitat, heic pangit.
Stylus hic est, abi musca.
Quid si & cœna? abi musca.

Sermones etiam ne exleges.
Jocari licet, Narrare licet, Rogare licet, sed nihil serium.
Gratiarum hic locus est.
Si quid amœnius tamen in studiis
Inter ambulandum dissere, doce, disce.
Et Musarum hic locus est.
Tu qui seriosus, tu qui rixosus exeste,
Clusius ego sum vobis.
Canis præter unam emaneto,
Hecuba, præter unam emaneto.
Habes? Hoc etiam
Quoquo te agis, te video.

11 Huc pertinet etiam consuetudo cujusque domus, *l. 21. pr. de annu. leg.* veluti in sumtibus & laboribus, *l. 54. §. 2. de petit. hæred. l. 10. in fin. l. 11. pr. de Negot. gest. Nov. 9. c. 8. in pr.* Ita Galba morem in sua domo hærentem constantissime retinuit, ut liberti servique bis die frequentes adessent, ac mane salvere, vesperi valere sibi singuli dicerent. Sueton. *Cap. 4.* Quod si illa conformis sit consuetudini regionis, tum quia nulla pugna est, omnino servari debet, *l. 21. §. 1. qui testam. fac. poss. l. 4. de trit. vin. leg. l. 9. in pr. eod.* si discrepent potius consuetudo Patrisfamilias quam Regionis attendenda est, *l. 50. §. fin. de leg. l. 23. §. 1. de pecul. leg.* Eberh. *in Top. in loc. 1. n. 7.* & *in l. 104. n. ult.* Ita in exquirenda voluntate testatoris patrisfamilias consuetudo ante omnia spectari debet, *l. 50. §. 3. de leg.*

12 Dominus prædii insuper nemini ad rationes reddendas obstrictus est, quam Deo & sibi ipsi, de quo Cypr. *L. 2. Ep. 1.* Unusquisque enim præpositus rationem actus sui Domino reddet, & sicuti nullus sibi imperat, ita quoque nemo sibi reddit rationes. Knichen. *de Vestit. Pact. P. 2. c. 5. n. 296.* Et nemo sibi ipsi quicquam debere potest. *l. 17. §. ult. de leg. 1.* Quamvis utile sit, bonum patremfamilias res suas describere monitu Siracidis *cap. 42. v. 7.* ut ratio acceptorum & impensorum exacte illi constet, sciatque an male, an bene collocata sint, & quantitatem ac valorem sui patrimonii cognitum habeat. Gryph. *in Oecon. Leg. L. 2. c. 3. n. 36.*

13 Præterea si dominus prædii ruri habitet, vel etiam agriculturam exerceat, ipsius dignitati non officit, imo nec nobilitati derogat, Tiraqu. *de Nobil. cap. 37.* Guid. Pap. *Dec. 392.* quia non numeratur inter artes Mechanicas, quæ homines obscuros reddunt. Corneus *Consil. 318.* Cicero *pro Rosc. Amerin.* vitam rusticam honestissimam vocat; Unde Nobilis cultivans agros suos privilegia Nobilitatis non amittit, Guid. Pap. *dec. 41.* sicut nec Clericus privilegia clericalia. *spec. tit. de Cleric.*

Non ergo officit existimationi nobilium, si qui, ut plerumque fit in Germania, ruri in villis habitent. Arumæus *16. 8. ult. vol. 1.* & Chassaneus *P. 8. Conf. 18.* dicit: Nobiles Galliæ plerumque rure habitare & rusticanæ rei per familiam vacare. 14

Dominium Prædii acquiritur, & transfertur iisdem modis sicut cæterarum rerum immobilium, & quia hæc communia sunt, & *lib. 1.* passim indigitata, hic repetere supersedemus. Dominus vero prædii censetur, etiam dominus partium cohærentium, *l. 44. ff. de R. V.* non solum autem hic intelliguntur res in prædio natæ, sed & quæ in fundis privatorum apertæ sunt venæ metallicæ, *l. 7. §. 13. ff. solut Matr.* & communis est Doctorum sententia, quicquid sub fundo meo est in imis terræ cavernis ad ultimum usque centrum, id meum esse, perinde ut aërem supra fundum ad extremum usque cœlum. Barth. Socin. *ad d. l. 7. §. 13. n. 2.* quod tamen circa venas Metallicas hodie aliter obtinet, de quo *infra.* Præterea habet & hoc commodum dominus prædii, si demonstrare queat, se olim fuisse dominum, ut & hodie talis præsumatur ipse, vel ejus hæres, etiamsi steterit per mille annos, donec contrarium probetur, *l. sive possidetis. C. de Probat.* habet siquidem dominium naturam perpetuam & uniformem, unde ex præterito in præsens infertur, nec mutatio vel amissio ejus tanquam accidens præsumitur. Carpz. *Lib. 1. Resp. 77. n. 3.* Similiter in casu converso, dominus hodie & olim dominus præsumitur. Gail. *P. 3. Consil. 31. n. 1.* Privilegia autem domini prædii ad totam pertinent familiam, *l. 4. C. d. dignitat. l. f. C. de Profess.*

Margin numbers in right column: 15 (Dominium…), 16 (Dominus vero), 17 (Præterea habet), 18 (Privilegia autem).

ff. & *Med. l. 13. de Muner.* & *honor.* Schneid. *in §. 4. Inst. de excus. tut.* & immunitas concessa domino pro ejus quoque familia concessa videtur. Boër. *Decis. 213. n. 5.* Et familiares Clericorum iisdem privilegiis gaudent. Bonacoss. *de Servis, qu. 15.*

19 Solent etiam quandoque famuli circa ministerium, cui a Domino præstituti, noxam non tam dominicis, quam aliorum rebus afferre, quo posteriori casu non solum ipsimet ceu liberi homines, verum & domini in solidum conveniri possunt, *l. 1. §. 2. & 5. ff. de Public.* ut si culpa stabularii in stabulo, coqui vel focariæ in culina, lotricum in lavatrina incendium oriatur. *l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* Concurrente hic facto ipsius domini opera malorum hominum utentis, *l. 13. §. 1. ff. de off. Præf. Vigil. l. 11. de Per. & com. rei vend.* quæ tamen præsumta culpa restitutioni damnorum illatorum eundem haud subjicit, nisi & circumstantiæ, quarum modo facta mentio, plenius probatæ & deductæ fuerint. Gail. *l. 2. Obs. 21. n. 3. & seqq.* And. Rauchb. *p. 2. qu. 10.* Quodsi vero famuli officii limites egressi damnum dederint, aliterve deliquerint, abolitis hodie una cum servitute noxalibus judiciis, non nisi ratione debitæ mercedis in dominum redundabit actio. Quod jus inter Saxones alias familiare, usu nunc commune omnium Christianorum factum cognoscit Bachov. *ad Wesenb. de Noxal. Act. n. 7.* Quanquam si culpa ipsius domini accesserit, in solidum hic conveniri possit, relicta electione damnum passo, an adversus Dominum, an vero contra famulum agere velit. *l. 1. C. ad L. Jul. Repet.* Mev. *ad jus Lubec. L. 3. Art. 1. n. 29.*

20 Quamvis ergo dominus prædii seu Paterfamilias summam potestatem familiæ habeat, etiam in uxorem, uti supra indigitatum est, tamen illi ita subordinatur materfamilias, ut in liberos & servos non quidem potestatem, *l. 1. C. de adopt.* sed tamen jussionem & audientiam aliquam habeat, sicut hanc vocem interpretantur Cujac. & Gothofr. *in rubr. Cod. de Episcop. audient.* Patrisfamilias namque correlatum est materfamilias, *l. 4. de his qui sui.* ita dicta, quia per quandam juris solennitatem in familiam viri transiit. Isid. *c. 6.* Quod ex Gellio *Lib. 18. N. A. 6.* hausisse videtur; ubi dicitur: Matremfamilias dictam esse solam, quæ in mariti manu mancupioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venisset. *arg. l. 1. de Concubin.* Ratione autem dignita- 21
tis inter Matremfamilias & Matronam nihil interesse videtur. *l. 46. §. 1. de V. S.* ac utroque vocabulo fœminam spectatæ honestatis accipi: Sicut de Matrona *cit. textus in l. 13. ad L. Jul. de Adult. l. 1. §. omnem de injur.* de Matrefamilias *l. 10. ad L. Jul. de Adult. l. 3. §. fin. de liber. exhibend.* Videtur autem, quod matrona absolute dicatur, sine respectu familiæ, materfamilias vero relative ad familiam.

Jurisconsultum posse esse Dominum præ- 22
dii dubium non habet, quamvis illiterati melius administrare soleant rem familiarem quam literati, & præsertim Philosophi, qui plerumque sunt Melancholici, & 23
res ad agendas inepti. Bodin. *in Method. Hist. c. 5.* Ita enim Anaxagoras Philosophus præ negligentia rei familiaris seipsum interire passus est. Quod etiam Carneadi contigisset, nisi ab ancilla monitus temperato inter studia officio manum necessariis usibus aptasset. Valer. Max. *L. 8. c. 7.* Stupuit Baglarensis, & furti Villicum insimulavit, qui suem undecim porcellos, asinam autem unum duntaxat, pullum enixum retulerat. Neviz. *lib. 5. Sylv. Nupt. n. 47.* Nec JCti quidam ab hac incuria vacant. Quidam Doctor Mediolani, recepta intra parietes mensura discidit & corrupit trabes, non animadvertens spacium quod ultra muros extendi debebat. Nevizan. *d. l.* Quod Mutius Scævola JCtus & Pontifex fundum centum millibus pluris emit, quam venditor addixit. Cicer. *3. Offic.* Forster. *Lib. 2. Histor. Jur. 33.* Attamen inter JCtos & Phi- 24
losophos invenimus etiam Oeconomos optimos: Cato quam bonus Oeconomus fuerit, ejus Libri *de Re Rustica* demonstrant: Thales Milesius cum ipsi ob inopiam studium Philosophiæ velut inutile exprobraretur, coëmtis oleis vili pretio ipso facto comprobavit, facile esse Philosophis, si velint ditescere, *1. Polit. 8.* Ob eandem causam ut oleum distraheret Plato, in Ægyptum peregrinatus legitur. Plut. *in Solon.* Socrates quamvis pecuniam non haberet, Critobulum tamen artem ditescendi docebat. Xenoph. *in Oeconom. c. 1. & 5.*

Cum etiam Domino Prædii obedientia 25
familiæ maxime necessaria sit, modestia facilius quam pertinacia quidvis impetrabit, inquit Liv. *Lib. 31.* sed tamen observanda

est

est Constantini regula *in l. 22. C. de Admin. tut.* ut potestas domestica nec nimium intensa, nec nimium remissa sit, h. e. ut Paterfamilias medium teneat, ne vel nimia indulgentia dissolvi patiatur disciplinam domesticam, *Prov. 29. v. 21.* vel se contemni, *l. 19. d. off. Præs.* Hinc concessa est Patrifamilias levis & moderata coërcitio in uxorem, liberos & servos, *l. 2. de his qui sui. l. 5. in f. ad L. Aquil.* quæ etiam in sacris literis suadetur, *Prov. 13. v. 24.*

26 Quam etiam quoad servos ad verbera extendit Dn. Stryck. *Dissert. de Jur. do-*
27 *mest. l. 4. §. 2.* Dummodo tamen modus non excedatur, quo casu discedere e ministerio famulus licite poterit, & ipse Dominus arbitraria pœna coërcebitur. Hyppol. Bonacoss. *de serv. & famulis qu. 94.* Quinimo & vulneratis vel læsis injuriarum actione Dominos convenire permissum erit, quæ & ipsis servis vel parentibus eorum prodita est, si gravibus conviciis & contumeliosis verbis in illos Domini debachati fuerint. Quo nomine & recte damnatam aliquando fœminam, quæ ancillam meretricem, *eine Schand-Hure* vocaverat, cum nihil tale in illa demonstrare potuisset, recenset Mevius *ad Jus Lubec. L. 3. tit. 8. art. 10.*

28 Licet denique apud ethnicos domestica sacra & Laria in Prædio habere, odio prosequebatur, & seditiosum quid redolere cœperat, velut ex Curtio *lib. 8.* &
29 Corn. Nep. *in Alcibiad.* discimus; Nihil tamen obstat, quo minus hodienum inter Christianos patrifamilias, numerosa quandoque familia stipato, oratoria domi suæ habere liceat, atque huc fere spectant *text. in l. 1. pr. ne quid in loc. sacr. & l. 9. §. 2. de Rer. Div.* Imo pium & laudabile est, Dominum Prædii quotidie preces matutinas & vespertinas cum tota familia instituere. Imprimis vero Dominus Prædii 30
cavere debet, ne canonem a subditis debitum ultra solitum extendat, aut laudemia exigat, ubi nondum perfectus contractus, aut emphyteutam privet sub prætextu aliquo juris. Knich. *de Pact. Vestit. L. 2. c. 4. num. 198.* vel nimiis servitiis & operis colonos suos gravet, ut ne quidem diem dominicum ipsis relinquat, aut tantum spacii concedat, ut se suosque alere possint. Cujusmodi tyrannidem & Cyclopicam sævitiam merito improbat Gail. *L. 2. Obs. 62. n. ult.* qui etiam *lib. 1. Obs. 17.* remedia suggerit, in eosque multum invehit. Caroccius *de excus. honor. qu. 31.* Domicelli, *inquit*, sunt ruina penitus locorum, aut enim sunt domini aut vicini; si domini, interroga Vasallos, si vicini interroga Civitates & terras vicinas, quid enim student titulum de usurpationibus, & mediante usurpatione de usucapionibus. Inimici *Cap. fin. de Præscr. & regulæ* Possessor, *Libr. 6.* Inimici regulæ, peccatum; in qua multa scripsi. Did. Covarruvias de acquisitis in ludo, in meretricio & similibus, cur non scripsit de usurpatis per domicellos? quia operam & oleum consumsisset, littus arasset, aquam seminasset, *& porro:* Si aliquis de castro vel civitate vicina contradicit, væ homini, melius esset ei si natus non fuisset; unde vides Comitatus & Territoria exhausta, quot datia & collectas legitime impositas solvunt minis & jactationibus &c. Omnia autem offi- 31
cia Dominorum Prædii recensere non hujus est loci, qui plenius ea cupit, adeat Scriptores Oeconomicos, ut & Georgium Viviennum *de officio probi Patrisfamilias.*

CAPUT II.

DE PRÆFECTO PRÆDII.

SUMMARIA.

1. *Præfecti vocabulum generale.*
2. *Quomodo differat a Villico?*
3. *Præfectus Prædii quomodo constituatur?*
4. *Tenetur satisdare.*
5. *Quæ cautio quandoque remittitur.*
6. *Tenetur etiam juramentum præstare.*
7. *Ut & inventarium conficere.*
8. *Rationes sine inventario reddi nequeunt.*
9. *Præfectus Prædii sit pietate conspicuus.*
10. *Ingruente adversa tempestate ei die Sabbati licet fruges colligere.*
11. *Requiritur in illo vitæ probitas.*
12. *Non sit avarus.*

13. *Sed*

13. *Sed propenſo animo ad curandam rem familiarem.*
14. *Requiritur in eo peritia Oeconomicæ Rei.*
15. *Ruſtici hodie ſimplices non præſumuntur.*
16. *Præfectus in Villa parva poteſt eſſe illiteratus.*
17. *Quod non procedit in Prædio amplo,*
18. *Præfecto Prædii ſua conſtet autoritas.*
19. *Nec nimis vilem ſe præbeat.*
20. *Debet eſſe induſtrius & diligens.*
21. *Habet præſumtionem bonæ fidei pro ſe.*
22. *Ex facto Præfecti Dominus obligatur.*
23. *Negligentia Præfecti in præſcriptione Domino nocet.*
24. *Præfectus Prædii obſtrictus eſt ad rationes reddendas.*
25. *Fundamentum rationum eſt inventarium.*
26. *Non ſufficit privata bonorum deſcriptio.*
27. *Sed requiritur inventarium ſolenne.*
28. *Libri Rationum data & accepta continere debent.*
29. *Requiritur in his temporis appoſitio.*
30. *Item ut capitula ſint vera.*
31. *Quæ probanda ſunt vel apochis, vel teſtibus.*
32. *Debent carere omni falſitate.*
33. *Expenſæ ſint rationabiles.*
34. *Rationes ſint ordinate conſcriptæ.*
35. *Ex confuſione præſumitur fraus.*
36. *Neceſſitas reddendæ rationis poteſt a Domino remitti.*
37. *Quo tempore rationes ſint reddendæ?*
38. *In quo loco reddi debeant?*
39. *Quid faciendum, ſi dominus rationes recipere nolit?*
40. *Quomodo rationes ſint conficiendæ? remiſſive.*
41. *Quomodo præfecti Prædii pecuniam in ſuos uſus convertentes ſint puniendi?*
42. *Præfectis honeſta ſalaria conſtituenda.*
43. *Præfecti juriſdictionis,* Gerichts-Verwalter, *qui?*
44. *Exemplum Contractus cum Præfecto Prædii.*

1 PRæfecti vocabulum generale eſt, & intelligitur tam de eo, qui adminiſtrationem totius Provinciæ vel Præfecturæ gerit, diciturque *ein Amt-Schöſſer oder Amtmann,* quam certi cujusdam prædii, Varro *de Re Ruſt. Lib. 1. c. 17.* & vocatur *ein Verwalter,* vel ut in Germania ſuperiori, *ein Keller,* de quo vid. *Lib. 1.* Itali Maſſarium dicunt, i. e. officialem, Munoz. *de ratioc. c. 23. n. 2.* Conveniunt enim in plurimis; videmus namque quotidie Præfectis prædii non tantum res œconomicas & rationes, ſed etiam Jurisdictionem demandari, nonnunquam etiam magni Prædii cujusdam adminiſtrationem tam late ſeſe extendere, quam alicujus parvæ
2 Præfecturæ; Differtque a villico, qui ei eſt ſubordinatus, ut majus & minus. Romani eum etiam diſpenſatorem vel Oeconomum appellabant, qui domini rationes atque pecunias curabat & diſponebat. Buchn. *ad hoc vocabulum.* Differunt etiam in eo, quod Præfecto Prædii ſeu Oeconomo plura prædia poſſunt demandari, Villici autem ſeu Majores Prædii amplius in miniſterio non habent, niſi quantum in una die circumire aut providere poſſunt. *Capi-*
3 *tular. Caroli M. de Villis c. 10.* Solet autem ejusmodi Præfectus & Quæſtor non niſi per contractus conſtitui, puta mandati vel locati conducti, quo interveniente non ſolum poſſeſſionem, ſed etiam proprietatem Domino acquirit, *l. 1. de A. P. l. 1. C. per quas perſonas,* qui contractus vel deſignatio per literas facta, vocatur titulus, *eine Beſtallung,* cujus exemplum refert Dn. Seckendorff *T. F. Staat p. 748.* & huic conſequens eſt acceptatio ipſius officialis. Boër. *Dec. 149.* Deinde requiri- 4
tur in conſtitutione Quæſtoris ſatisdatio, ſive cautionis fidejuſſoriæ præſtatio, quin & cautio pignoratitia locum habet, *tot. tit. ff. qui ſatisd. cog.* Strauch. *diſp. 24. ad ff. 0. 14.* *Daß der Beamte muß einen Vorſchuß thun, eine rechtmäſſige und zulangende Caution und Verſicherung leiſten, ſeine Haab und Güther bewegliche und unbewegliche würcklich verpfänden, Bürgen ſtellen &c.* Hæc cautio tamen ſi de alicujus 5
vita, honeſtate & probitate conſtet, omitti poteſt. *arg. l. 17. §. 1. ff. de teſtam. tut. l. 13. in fin. de Tut. & Cur. dat.* quod tamen hodiernis temporibus vix fieri ſolet. Porro 6
juramenti præſtatio, omnibus ad munus publicum evectis communis, neceſſaria eſt, jurant nempe: *Sie wollen ihrer Verwaltung treulich vorſtehen, ihren Obern gehorſam ſeyn, und allen Nutzen nach Möglichkeit befördern, allen Schaden beſtem Vermögen nach abwenden und hindern.* Plura vero quæ Præfectus Prædii obſervare neceſſe habet, ſub certa inſtructione hodie ſolent comprehendi, quam ſervaturum jurato promittere obſtrictus eſt, cujus formulam

vide apud Wundsch *in Mem. Oeconom.*
7 *P. 2. c. 1. n. 65.* Requiritur etiam Inventarii confectio de omnibus prædii mobilibus & immobilibus, juribus, debitis activis & passivis. Mev. *P. 6. Decis. 84.*
8 *& 180.* Rationes quippe reddi nequeunt absque inventario, quod caput & fundamentum dicitur reddendarum rationum. Dan. Moller. *Semestr. Lib. 1. c. 39.* De accurata inventarii confectione, vid. Naurath. *p. 237. & 47.* Volckman. *in Art. Notar. p. 1. c. 24. T. 2. P. 4. c. 28. T. 3. Hannoveri-*
9 *sche Ants-Ordnung n. 25.* Ante omnia vero Quæstor sit pietate erga DEUM conspicuus, cum non modo prospere cuncta eveniant ei, cui pietas cordi est, *Ps. 128. v. 4. Proverb. 10. v. 6.* sed etiam optima quæque de eodem promittere liceat. Arist. *L. 5. Polit. c. 11.* hacque ratione non ipse tantum summum illud Numen reverenter culturus est, verum operam quoque daturus, ut tota familia DEUM pro salute Domini, & divina benedictione operum suorum indefinentibus precibus invocent; Cumprimis vero curaturus est, ut dies Sabbathi summa cum devotione celebretur, nec cultus ejus ullis laboribus & profanis studiis impediatur. Sed licet sanctimoniam ejus diei, ut & aliorum Festorum, quam maxime sibi com-
10 mendatam habere debeat: Nihilominus tamen si necessitas, vel ingruentis adversæ tempestatis ratio suadeat, ut diebus sacris fruges colligantur, aliisque modis ab interitu conserventur, tantum abesse censeo, ut necessarias ejusmodi operas intermittere debeat, ut potius easdem & imperare, & exequi salva conscientia possit, ceu constat ex notab. *L. 3. C. de Fer.* ubi Constantinus M. constituit, ut omnes judices urbanæque plebes, cunctarumque artium officia venerabili die solis quiescant. Ruri tamen positi agrorum culturæ libere licenterque inserviant; Evenit enim frequenter, ut non amplius alio die frumenta sulcis, aut vineæ scrobibus mandentur, nec occasione momenti pereat commoditas cœlesti provisione concessa; Idem comprobatum a Juris Canonici conditoribus, *in C. 3. X. de Fer.* Ex quo textu Casuistæ inferunt, licitum esse segetes jacentes in agris, & fœnum in pratis ad locum securum hisce diebus ferre, si nimirum immineat tempestas vel pluvia, quæ eas corrumperet, si in agro manerent, prout eos laudat Myler. *in Metrol. c. 20. §. 33.* Consentit cum his *Ordin. Eccles. Elect. Saxon. Art. 17.* Carpzov. *in Jurisprud. Consist. l. 2. def. 251.* Deinde in electione 11
Quæstoris imprimis attendenda est vitæ probitas, hæc enim ante omnia spectanda per *l. 6. C. ad L. Jul. Repet.* ut sit modestus, temperans ac prudens. Lips. *3. Polit. c. 10.* Huc spectat quoque, ut a pecuniæ 12
studio sit alienissimus; avaritia quippe probitatem omnem, fidem, cæterasque artes bonas subvertit, proque his omnia venalia habere edocuit, ac plurimos mortales falsos fieri subegit. Salust. *in Catil.* Cum 13
etiam omnes non omnibus apti sint negotiis gerendis: sed prout studia hominum ad diversa tendunt, nec voto vivitur uno; Igitur adhibendi sunt ad id munus, quos bono ac propenso animo ad curandam rem familiarem intelligimus. Ut enim artifices instrumenta usibus suis apta & accommodata fastidiose eligere solent, eorumque accuratam cognitionem habent: Sic Prædii Dominum decet curiosum ministrorum suorum esse, nec illorum indolem ignorare. Imo tanto magis sollicitus sit in cognoscendis ministrorum ingeniis, quanto major est in abditis hominum sensibus investigandis difficultas, quantoque sæpius ex moribus ministrorum ac ingeniis ipse Paterfamilias judicatur. Deside- 14
ratur insuper in Quæstore Prædii rei œconomicæ exacta cognitio, cum singulari prudentia administrandi regendique conjuncta; conflictatur enim quotidie cum ingeniis rusticis, quibus referta prædia sunt, quibusque varia imperanda, ac qui varii variis etiam modis tractandi sunt. Uti enim dura sunt omnia in rusticis, durum corpus, durus victus, duræ vestes, durum cubile, duri labores: sic dura quoque ingenia eorum sunt, duri mores, duræque ac rigidæ cervices, & ex sententia plu- 15
rimorum hodie rustici in dubio non tam simplices, quam sagaces, versuti, imo attestante experientia nequam præsumuntur ac deprehenduntur, ut hinc merito singulari prudentia regendi veniant, quod regimen maxime penes præfectos prædiorum residet. Ursin. *dissert. de Rationar. Præfectur. c. 2. n. 52.*

Quæstorem Prædii posse illiteratum esse 16
a nonnullis conceditur, si modo sit tenacissimæ & memoriæ rerum gerendarum peritia probe instructus, cum res œconomicæ melius sæpe & felicius administrentur ab eo, qui rerum ipsarum magis, quam literarum cognitione est imbutus, & talem sæpius nummos domino, quam librum

ratio-

rationum afferre solere tradit Columell. *Lib. 1. c. 8.* Exemplum egregium præfecti alicujus analphabeti refert Zeil. *Epist. 75. Cent. 1.*

17 Verum licet hoc in villula quadam locum sibi vindicare possit, attamen in Prædio aliquo amplo & magnos proventus habente, ubi Præfectus non modo ad rationes annuas conficiendas est obstrictus, sed eas quovis mense vel septimana *Monat- oder Wochen-Zeddel* exhibere debet, vix admittendum est; quo etiam faciunt, quæ hac de re habet Dn. de Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat P. III. C. 4. §. 7.* his verbis: *Insgemein und bey Bestellung aller Diener zu den Cammer-Sachen siehet die Fürstliche Cammer dahin, und gebühret sonderlich dem Rentmeister solches zu erinnern, daß redliche, aufrichtige, gewissenhaffte, fromme, eingezogene, fleissige, des Schreibens und Rechnens, und der Haushaltung erfahrne Leute bestellet werden.*

18 Necessarium insuper est, ut Præfecto Prædii sua constet autoritas, illa enim homines facilius in officio continentur, quam vi & suppliciorum metu. Consequens enim est, ut revereantur eum, de quo præclare & magnifice sentiunt. Hinc DEUS etiam passim in S. literis legitur singulari autoritate circumdedisse illos, quos evehere secum constituerat. Richt. *in Axiom. Histor. Polit.* Sua igitur Præfecto prædii constabit autoritas, si eum in omni administratione se præstiterit, qui esse debet. Imprimis vero, si moribus ad singularem gravitatem compositis, agendique dexteritate ac assiduitate inclaruerit, & ut summatim cuncta complectar, si omnes sibi subjectos actionibus suis in sui admirationem traxerit; quæ enim faciunt ad obtinendam admirationem, ea quoque

19 facile pariunt autoritatem. Caveat ergo, ne apud eos, quos oportet esse subjectos, nimis vilem se præbeat; dum enim nimia servatur humilitas, regendi frangitur autoritas, secundum illud Augustini *in Can. quando. Dist. 86.* & ne se ipsum contemtu inertiæ destruat, qui pessimus modus est aliquem opprimendi. Tacitus *L. 1. Histor. c. 6.*

20 In administratione Prædii industrium ac diligentem se præstare convenit Præfecto Prædii: tum quod summam diligentiam exigat officii ipsius ratio: tum quod Dominus negotia a se commissa negligenter tractari renuat. Perez. *ad Tit. C. de domest. & Prot. n. 12.* Sciendum vero est 21
præfectum pro se habere præsumtionem, quod nimirum bona fide, diligenter & fideliter officium suum sit administraturus. Etenim lex non modo in genere de unoquoque præsumit, quod sit bonus, solers & strenuus, *L. 15. ff. pro Sociol. 18. §. 1. ff. de probat. C. dudum. final. X. de præsumtion.* sed etiam in specie, quod suo quisque recte fungatur officio. *l. 2. C. de Offic. Civil. Judic.* add. Cravett. *Consil. 425. n. 58. & Consil. 931. n. 7.* Mev. *Cons. 1. n. 39. & Part. 8. Dec. 35.* & imprimis si ad illud digne obeundum juramento se obstrinxerit. Gœdd. *Consil. Marpurg. Cons. 33. n. 220. Vol. 3.* Quæ præsumtio tamdiu obtinet, quamdiu non apparet contrarium ex evidentia facti, aut quis contrarium contra præfectum legaliter non probavit. Licet 22
enim nemo regulariter ex alterius delicto obligatus, nec culpa aut odio alterius prægravandus sit; *§. 3. Inst. de Inut. stip. l. 47. ff. de R. J.* Tamen quia mala ministrorum electio culpæ Dominorum adscribitur, quæ in eo consistit, quod non diligentius exploraverint, cujus innocentiæ cujusque fidei sint, quos adhibuerunt, & sic ministros suo periculo adhibent, *§. final. Instit. de Obligat. quæ ex del. l. fin. princ. ff. naut. caup. l. 5. §. fin. de O. & A. l. 3. pr. ff. de publ. & vectig.* merito quoque ex eorum facto obligantur, & sic Dominus totale damnum tenetur resarcire, sibi enim imputare debet, quod præfecti ejusmodi operis ac ministerio utatur. *arg. l. 23. in f. ff. de Minor.* Brunnem. *in Comm. ad l. 1. ff. de publican. n. 2.* Joh. Köppen. *P. 1. Decis. 71. n. 11.* Farinac. *qu. 24. n. 49. & seqq.* Carpzov. *P. 1. Const. 17. Def. 3. & Const. 43. Def. 7.* Certum insuper est, 23
quod negligentia præfecti in præscribendis vel amittendis juribus Domino præficienti noceat; scientia enim Officialium in respicientibus officii administrationem pro scientia Domini habetur. Cravett. *de Antiquit. temp. P. 4. §. absolutis. n. 23.* Idem in casu converso de ignorantia officialium dicendum est, vid. Brunn. *Cent. V. Decis. 8. ibique alleg.* Klock. *Cons. 29. n. 444. vol. 1.* ubi tantum jura excipit, quæ in signum superioritatis competunt, & ea quæ subditi irrequisiti præstare tenentur.

Cum etiam omnis administrator, qui 24
quocunque modo aliena negotia tractat vel administrat, rationem suæ villicationis & administrationis reddere obligatus sit. *l. 2. §. 2. ff. de administr. rer. l. 19. ff. de admi-*

administr. & per. tutor. Brunnem. *ad d. l. 2.* ideoque poterit compelli, si recuset, vel per actionem ordinariam, qua nimirum ex natura hujus contractus Præfectus tenetur ad conficiendas vel edendas rationes, vel ex generali titulo de edendo, aut utili in factum actione, *l. 9. ff. de edend.*

25 Fundamentum autem rationum est In-
26 ventarium. Neque sufficit, si Præfectus Prædii sua manu privatam bonorum descriptionem faciat, ut videtur sentire Colerus *in Oeconomia Lib. I. c. 11.* *Wann ein Amtmann auf ein Vorwerck gesetzet wird, so soll er ein richtig Inventarium machen*
27 *über alles was vorhanden ist.* Sed quia Inventarii nomine, quod a lege requiritur, solenne intelligitur, Munoz. *de Ratiocin. c. 9. n. 28.* necesse est, ut publica autoritate id fiat coram Magistratu vel a Notario Publico juxta formam *l. ult. C. de Jur. delib.* ita ut id non solum quantitatis, sed etiam qualitatis bonorum descriptionem contineat juxta *l. 4. de Cens. l. 7. C. de bonis Proscript.* Hoc si observet administrator, bene pro ipso præsumitur, donec contrarium probetur. Alciat. *3. præsumt. 20.* Sicuti contra ipsum male præsumitur, etiamsi sit vir probus & magnæ sanctimoniæ, si inventarium facere neglexerit. Natta *2. Consf. 238. num. 9.* Menoch. *lib. 6. præsumt. 97. n. 14.* usque adeo, ut adversus ipsum in litem jurari possit, si dolose in administratione versatus sit. *l. alio C. de in lit. juram.* Munoz. *d. cap. 9. num. 29. & seqq.*

28 Libri vero rationum continere debent accepta & data, *l. 1. §. 2. de edend.* quorum illa naturali ratione priora sunt, hæc posteriora, & nominatim personas a quibus acceperint, vel quibus dederint, & ex qua causa, *l. cum de indebito. §. fin. de probat.* Gail. *2. obs. 20. n. 3.* Menoch. *cas. 92. num. 3. & seq.* ad hoc, ut explorari possit, imputationes probe an improbe, & accepta recte an vero non recte referantur, *l. 82. de cond. & demonstr.* Ne contingat illud quod ait Senec. *3. de Ira 32.* Falsas rationes conficis, data magno æstimas, accepta parvo. Unde Bart. *in l. 2. C. de navicul.* Nota, *inquit*, modum conficiendarum rationum ab officialibus, qui multa recipiunt & expendunt. Debent enim nominatim scribere a quo receperunt & ex qua causa. *l. apparitores. C. de exact. tribut.* item cui nominatim dederunt, *l. nemine. C. de suscept. præpos. & arcan.* imo etiam apochas recipere, *ut dictum.* Et plerumque duæ paginæ huic usui deputantur, ita ut una acceptum, altera expensum, una creditum, altera debitum contineat, Goth. *ad auth. hoc nisi. C. de solut.* Unde proverb. Utramque paginam facit, quo etiam Plinius *Lib. 2. Nat. Hist.* utitur de fortuna. Re- 29
quiritur etiam in libris rationum temporis appositio, ut quæ ad veritatis investigationem multum facit. Neque enim accepta & data apparere liquido possunt, nisi annum, mensem & diem contineant. *l. 1. §. 2. de Edend.* Ummius *disput. 17. n. 19.* Et temporis adscriptio denotat scripturæ perfectionem. Hering. *de Fidejuss. c. 12. n. 23.*

Porro requiritur, ut capitula & summæ 30
sint veræ, & non falsæ, *l. ult. de condit. & demonstr.* Quia ratio debet rectitudinem & veritatem continere. Itaque etiam pro- 31
bari debet solutum vel apochis vel testibus, alioquin Dominus id in calculo recipere non tenetur. Munoz. *c. 23. n. 36.* Careant 32
præterea rationes lituris, inductionibus, superinductionibus, & omni sinistra suspicione, Munoz. *c. 10. n. 65.* maxime contradictionibus, quia illa implicant mendacia. Expensæ vero sint rationabiles, quæ 33
fieri probabiliter potuerunt. Garz. *de expens. c. 70. n. 22.* Et tum etiam leviores probationes sufficiunt, quandoque etiam expendens admittitur ad juramentum, attenta ejus personæ qualitate, Gail. *L. 2. O. 20. n. 2.* Maxime si sint capitula difficilis probationis. Guid. Pap. *Dec. 441.* Quod locum non habet, si notabilis defectus aut falsitas interveniat. Garz. *d. l. num. 22.*

Requiritur insuper, ut rationes ordinate 34
& omnia capitula singulatim & explicite sint conscripta, & quidem juxta ordinem temporis, in diversis titulis, ita ut prius ponantur accepta, quam data, item proventus certi quam incerti, ordinis enim neglectus seu præposteratio, vitiat actum, eumque nullum reddit, Eberh. *in loc. 1. n. 6.* præsertim si rationes ita sint confusæ, perplexæ & intricatæ, ut neque introitus, neque exitus pateat, neque rationes disjungi queant, tunc enim plane rejiciuntur. Garz. *d. l. n. 22.* Quia intricata ratio non est ratio. *l. 21. pr. de pecul.* Sed potius 35
exinde præsumitur fraus & dolus, ob quam Administrator quandoque torqueri potest. Munoz. *c. 20. num. 1.* Quod verum est de perplexitate indissolubi, de qua *in l. si Titius. 16.* ubi Paul. de Castr. *de condit. instit.* quæ merito autori suo damnosa est, ut apud Gell. *lib. 5. N. A. 10.* Nam multa

a perito calculatore explicari possunt. Cæterum simplex ordinis perversio non vitiat rationes. Munoz. *c.* 10. *n.* 68. *& c.* 14. *n.* 1. Ummius *disput.* 17. *num.* 19.

36 Poterit etiam a domino Præfecto Prædii necessitas reddendæ rationis remitti, *l.* 119. *de Leg.* 1. *l.* 23. §. 2. *ff. de Pecul. leg.* Qua tamen generali remissione nec remissa reliqua censentur. *l.* 31. §. 1. *l.* 9. *de libert. leg. l.* 28. §. 3. *eod.* nec dolus, sed culpa tantum. *l.* 8. §. 6. *eod. l.* 72. §. 2. *de condit. & demonstr.* Covar. *Lib.* 2. *Var. resolut.* 14.

37 Quo tempore Præfectus suas rationes reddere teneatur, ad uniuscujusque regionis consuetudinem respiciendum est, secundum quas vel singulis annis, vel quoties Domino lubet, præfecto rationes reddendæ erunt. Jac. Dœpler. *Getreue Rechnungs-Beamte. P.* 2. *c.* 13. *n.* 1. Nonnunquam etiam accidit, ut ante solitum tempus ad rationes reddendas præfectus citetur, quod plerumque fieri solet, si male in prædio versatur, aut pro aliis fidejubendo sese obstringit, obligatumque reddit. Naurath. *d. tr. n.* 62. Utile itaque est singulis annis rationes reddi, ut sc. Dominus Prædii administrationis, si mala sit, admoneatur, neque administratori diutius grassandi in re familiari facultas præstetur. *l.* 6. *de suspect. tut. l.* 4. *C. de Suscept.* Aliquando etiam de novo accidens emergere potest, ut est mala administratio, ob quam etiam durante officio Domino expedit rationes
38 petere. Munoz. *c.* 6. *n.* 58. Regulariter autem rationes ibi reddi oportet, ubi negotia gesta sunt, *l.* 36. §. 1. *ff. de Judic. L.* 1. *&* 2. *C. ubi ratiocin. tam publ. quam privat.* ob faciliorem sc. probationem administrationis, & quod instrumenta ibi ad manus sint. *l.* 2. *in fin. C. d. t.* Tamen cum in reddendis rationibus conditio etiam personæ & loci sit consideranda, secundum textum, *in l. pen.* §. *fin. de condit. & demonstrat.* præfecto prædii etiam necessitas incumbet ad domum domini se conferendi, ibique honoris & reverentiæ gratia rationes reddendi, Franzk. *L* 2. *Resol.* 26. *n.* 5. nisi forsan metus sit, ne in domo Domini blanditiis forte vel oppressione ad subsignanda ea, quæ signanda non forent, adigatur. Dn.
39 Stryck. *in diss. de jure Bland. c.* 2. *n. fin.* Si Præfectus Prædii librum rationum paratum habeat, & Dominus in eo requirendo moras nectat, ipsemet Præfectus sponte illum offerre debet, & Dominum compellare, quo administrationis rationes recipiat. Si vero hæcce non curet Dominus; tunc ne probationes Præfecti pereant, & ipse periclitari necesse habeat, poterit vel coram actis rationes deponere, vel testes ad perpetuam memoriam producere, vel rationes arbitrio boni viri submittere, qui eas per certos calculatores dispungi atque examinari curet. Conf. *L. final. C. de Usur. pupill.* ibique Brunnem. *n.* 2. quo facto officio suo satisfecit & liberatur. vid. Mev. *Consil.* 34. *n.* 1. Munoz. de Escobar. *de Ratiocin. administrat. cap.* 7. *n. fin. & cap.* 15. *n.* 45. Martin. Naurath. *de Rationar. n.* 66. Non autem ipse tantum ita officio suo satisfecit Præfectus; sed nec filius etiam, aut alius ejus hæres tunc tenetur ad justificandum librum rationum post mortem Patris sui *per alleg. l. fin. C. de Usur. Pupill. add.* Mev. *P.* 4. *Decis.* 110. *num.* 6. *& seqq.* Brunnem. *ad l.* 3. §. 7. *ff. de Negot. gest. & Cent.* 3. *Dec.* 2. Quomodo autem ratio- 40
nes sint conficiendæ, & justificandæ, vid. Wundschens *Memorial. Oeconom.* Item Jac. Dœpleri *getreue Rechnungs-Beamten,* ubi Parte tertia *in dem ungetreuen Rechnungs-Beamten,* quæstorum infidelium fraudes ingenue detexit.

Si constet Præfectum Prædii pecuniam 41
sibi concreditam in suos usus convertisse, diversimode apud nos punitur; si enim residuum per 50. florenorum summam excedat, fustigatur. Constit. Electoral. Saxon. *Part.* 4. *Const.* 41. *add.* Carpz. *ibid. Def.* 3. *& in Prax. Crimin. Quæst.* 85. *n.* 29. Si vero summa pecuniæ ultra centum florenos se extendat, tunc laqueo suspenditur *per dict. Const. add. ib.* Carpz. *Def.* 2. *& in Prax. Criminal. d. qu.* 85. *n.* 34. Ita Scabini Lips. *Dieweil sichs befunden, daß solche des gefangenen Schössers Veruntrauung gewiß und in Wahrheit von ihm geschehen, und weit ein mehrers denn* 100. *Floren Müntze austragen thut. &c. So mag er wegen solcher begangenen und bekannten Veruntrauung, Betrug und listiger Unterschlagung desjenigen, so ihme von der hohen Obrigkeit auf vorgehendem geleisteten Eyd vertrauet worden, Inhalts Churfürstl. Sächsischer Constitution mit dem Strange vom Leben zum Tode gestraft werden; V. R. W.*

Si autem summa subtractæ pecuniæ non est adeo magna, nec se extendit ultra quinquaginta florenos, tunc pœna est mitiganda, nec deveniendum ad fustigationem, sed pœna carceris aut exilii temporalis dictanda est. Carpz. *d. l. def.* 4. *num.* 2. Quæ pœna & tunc demum obtinet, si summam subtractæ pecuniæ non possit restituere

tuere in duplum. Idem *cit. Def. n. 6.* Alia vero & arbitraria pœna est afficiendus præfectus ille, qui aliquid ex negligentia subtrahit, aut pecuniam in proprios usus convertit, animo tamen restituendi. *arg. L. 9. §. 1. ff. ad L. Jul. pecul.* Carpzov. *Part. 4. Const. 41. Def. 8. n. 3.* Imo negligentia arbitrariam tantummodo meretur pœnam. Carpzov. *d. Def. 8. n. 6.* Plura de hac materia vide apud Diethem. *in Besold. Contin. voc. Ambtmann.* Quod si vero Præfectus in una re lucrum, in altera re damnum dederit, tunc ad præstationem damni minime teneri probatur *ex L. 11. ff. de Usur.* sed lucrum potius cum usuris compensandum est. Brunnemann. *ad d. l.*

42 Necesse denique est Præfectis prædiorum honesta salaria constitui. *Nov. 28. C. 4.* Hinc Johannes Senior Dux Bipontinus effari solitus: Volumus, ut ministris nostris salarium sufficiens solvatur, quo se & familiam honeste exhibere possint, ne ad furandum vel exsugendos subditos adigantur. Zincgr. *Apoph. p. 129.* Et hæc salaria ex propriis bonis & reditibus Dominorum sunt constituenda, quia alias magna exinde incommoda subditis obvenire possunt, v. g. quando certa pars pœnarum ipsis conceditur, Speid. *in Spec. voc. Besoldung.* Salaria autem prorsus non solvere, nihil aliud est, quam invitis canibus venari, severeque a DEO punitur:

Clamitat ad cœlum vox sanguinis & Sodomorum,
Vox oppressorum, merces detenta laborum.

43 In arbitrio autem Domini Prædii positum est, an separatim jurisdictionem prædio inhærentem exercere velit per alium, qui Præfectus est Jurisdictionis, *Gerichts-Verwalter;* An conjunctim cum cæterorum administratione, *daß er über die Haushaltung des Guths die Gerichte mit zu verwalten.* Qualis vero Præfectorum Jurisdictio sit, & quibus limitibus circumscripta, nulla communi lege est definitum, sed singulorum locorum moribus & consuetudinibus relinquendum. Paurmeister *de Jurisd. L. 1. c. 16.* Jurisdictio vero est vel superior, vel inferior, *Ober- und Nieder-Gerichte.* In superiori Jurisdictione causarum criminalium hoc est observandum, quod Præfectus solam habeat causæ cognitionem, & Actorum transmissionem ad Facultatem Juridicam, *daß die Beamte in hauptsächlichen Inquisitionen und andern peinlichen eingeholten Urtheln selbige müssen an die Landes-Regierung uneröffnet einschicken, und* quoad executionem *Bescheids gewärtig seyn.* Struv. *Exerc. 4. th. 79. seqq.*

Ut etiam constet, quid in Electoratu Saxonico Præfectis Prædii incumbat, exemplum alicujus cum eo initi contractus, *eine Bestallung,* subjicere licet:

Von GOttes Gnaden Wir Johann George 44 *der Andere, Hertzog zu Sachsen, Jülich, Cleve und Berg, des Heil. Römischen Reichs Ertz-Marschall und Churfürst, Landgraf in Thüringen, Marggraf zu Meissen, auch Ober- und Nieder-Lausitz, Burggraf zu Magdeburg, Graf zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenstein, &c. Bekennen und thun kund, daß Wir Unsern lieben Getreuen Christoph Schattern zu einen Verwalter Unserer Vorwercke, Bleesern und Klitzschena, in Unserm Amte Wittenberg, bestellet und aufgenommen haben; Nehmen ihn auch hiermit darzu an und auf, also, daß Uns er getreu, hold und dienstgewärtig seyn, Unsern Nutz, Frommen und Wohlfahrt, nach seinem besten Vermögen schaffen, und befördern, dargegen Schaden und Nachtheil warnen, wenden und vorkommen, sich im Vorwercke Bleesern wesentlich enthalten, ohne Unserm Befehlich, Erlaubniß und Vorbewust in eigenen Sachen noch sonsten nicht verreisen, weder Tags noch Nachts aussenbleiben, die Vorwercke mit aller ihrer Ein- und Zugehörung, oder keinerley ausgeschlossen, in guter fleissiger Versorgung auf beständige treue Rechnung inne haben, nichts davon entziehen lassen, der Reinungen solcher Vorwercke wohl wahrnehmen, ihme die bekannt machen, solche jährlichen, da es vonnöthen, mit Unserm Vorwissen beziehen, an denselben noch andern Zugehörungen niemanden einigen Eingriff oder Schmählerung verstatten, wo neue Nutzung zu machen, Uns dieselbe angeben, und die mit Unserm Vorwissen ins Werck richten, solche Vorwercke mit den Gebäuden, Gärten, Wiesenwachs, Gräsereyen, Feldern, Rind-Vieh-Zucht, Feldern und anderm Viehe, Schäferey, Fischereyen, Frohn-Diensten, Brau-Gerechtigkeit, da der Krüger zu Klitzschena zwölff Vaß solches gebrauenen Biers auszuschencken schuldig, und was er sonsten bey den Bauern auf Hochzeiten, Kirchmessen in dem Dorffe allda anwenden kan, welches Uns doch alles versteuert werden soll, sowol als andere desselben Gerechtigkeiten, Ein- und*

und Zugehörungen zu besten Unsern Nutz verwalten, versehen und bestellen. Die Gebäude und Böden verschlossen, in guter Dachung und Wesen halten, der Lichte, Feuer und Feuer-Stätte wohl wahrnehmen.

Die Felder in nützliche Besserung bringen, mit dem Düngen fleißig warten, zu gewöhnlicher rechter Zeit beschicken, arthen, ackern und bestellen, solche nicht verspäten, oder ohngewöhnlich sömmern, veröden und aumbauen lassen. Wo Lehden, welche der Hütung halben zu entrathen, dieselben umreissen, bessern, die Felder dadurch erweitern. Was auf solchem Vorwercke am gedroschenen Getrayde über den Saamen und Unterhaltung des Gesindes erworben, dasselbe aufschütten, und verwahrlich halten, solches offt wenden, und darfür seyn, daß es nicht erwärme und anbrüchig werde; Das Gesinde früh und spat mit Fleiß zur Arbeit anhalten, nicht müßig gehen lassen, und Achtung darauf geben, daß mit dem Milch-Werck, Butter, Käsen, und andern treulich umgegangen, und davon nichts entwendet, das Gesinde auch räthlich speisen, und dafür seyn, daß kein Uberfluß getrieben, noch übrig Gesinde geduldet werde. Die Frohn-Leute zu iederley Arbeit zu rechter Zeit erfordern, und in acht haben, daß sie mit tüchtigen Pferden und Zug-Viehe iedesmal zur Fröhne erscheinen, des Morgens mit der Sonnen Aufgang an, und des Abends mit der Sonnen Niedergang, da es also herbracht, wieder ausspannen, des Mittags über zwo Stunden nicht füttern.

Zu der Hand-Fröhne auch nicht Jungen, Mägdlein, noch verlebte Personen, sondern solche, so der Arbeit geübet, und unter zwantzig Jahren nicht sind, überschicken, und sie die Stunde den Anspannern gleich halten lassen, auch ihnen, denen es gebühret, das Verordnete vor die Fröhner-Pflicht zu rechter Zeit entrichten.

Wie denn berührter unser Verwalter die Bothmäßigkeit, Hülffe, Zwang und Strafe, doch gebührlicher Weise, so viel die Frohn-Dienste zu Bestellung des Acker-Baues, Wiesenwachs, und sonsten zur gantzen Haushaltung gehöret, anlanget; darüber zu gebrauchen haben, auch niemandes gestatten soll, sich auf den Vorwercks-Güthern und Marcken mit der Trifft, Hütung, Gräserey noch anderer Nutzung zur Neuerung einzudringen.

Zwey Feuer, eines im Ofen, das andere auf dem Heerde, und mehr nicht halten, darzu soll ihme eine Nothdurfft Holtz an Wind-Fällen, Bruch Holtz, und was er zu Befriedigung der Gärten, Felder, und Besserung der Gebäude zu Bleesern und Klitzschena, desgleichen zu Rauffen, Krippen bedürfftig, ohne Bezahlung aus den Bleeserischen Büschen und Wittenbergischen Amts-Gehöltzen angeweiset und gefolget werden.

Ob in solchen Vorwercken und Schäferey neue Gebäude aufzurichten nöthig, soll er Uns davon ausführlichen Bericht thun, und darauf einen Anschlag überschicken.

Das erwachsene Getrayde zu rechter Zeit ab- und einbringen, rein ausdreschen lassen, und alles zum besten und nützlichsten bestellen.

Was an Geströde, Heu und Grummet erwachsen wird, das soll er in solchen Vorwercken verfüttern, Mist daraus machen, die Felder nicht ungewöhnlich sömmern, sondern in guter Besserung erhalten.

Unsere Gehöltze, welche mit dem Vorwercks-Viehe behütet, nicht veröden, sondern der jungen Gehäu und Sommer-Latten, Jnhalts Unserer Holtz-Ordnung, mit der Hütung verschonen.

Weil es auch mit dem Acker-Bau zu Bleesern und Klitzschena also beschaffen, daß man mit pflügen und Beschickung desselben der Zeit nach, ihrer Gelegenheit eben wahrnehmen, und nicht versäumen muß, damit derhalben kein Nachtheil erfolgen möge.

So soll er die Frohn-Leute, so zu dem Pflügen, Mist- und Heuführen verbunden, zu denen Zeiten, wenn solche Dienste verrichtet werden müssen, mit Unsern angeordneten Bau-Fuhren verschonen, und hernach, wenn sie ihre Dienste verrichtet, sodann darzu verhelffen lassen, und sich mit Unserm Ober-Amtmann und Renthums Verwalter zu Wittenberg also vergleichen, daß eines neben dem andern gefördert werden möge, und Achtung darauf geben, daß der Schaafmeister ihme an seiner geordneten Unterhaltung und dem fünfften Antheil begnügen lasse, und sich darüber keiner Nutzung noch Geniesses, so ihme nicht gebühret, anmasse, kein Vieh auswechsele, noch sonsten einigen Vortheil gebrauche, sein Rind-Vieh mit Geströde, Grummet noch Graß auswintere, und mit Fütterung redlich umgehe, sich auf Knechte befleißige, so eigen Vieh haben, und dieselben mit der Schäfere eigenem noch gemiethetem Viehe nicht versetzen lassen.

Alle

Alle Drescher jährlichen, wenn man sich des Dreschens halber mit ihnen vergleichet, und alle Säer gebührlich vereyden.

Wenn in den Scheun-Tennen aufgehoben, das ausgedroschene Getreydig samt den Schocken, so zu iedem Aufheben gedroschen, auf dreyerley Kerbhöltzer schneiden, das eine er, das andere der Voigt, und das dritte die Drescher behalten.

Den Saamen, so über Winter und Sommer ausgeworffen, in seinem und des Voigts Beyseyn, den Säern durch die Drescher auf den Böden oder Scheun-Tennen, wo es am füglichsten geschehen kan, zumessen, viererley Kerbhöltzer darüber halten, und Achtung darauf geben, daß in Aufwerffung, Auf- und Abladung des Saamens kein Mißbrauch noch Untreu durch sie geübet, der erübrigte Saamen wieder auf die Böden geantwortet, an den vier Kerbhöltzern abgeschnidten, der Verwalter, Voigt, Säer, und Drescher iedes Theil ein Kerbholtz bey sich behalten, und dieselben auf die Rechnung mitbringen. Im Aufheben und Wegmessen recht Maaß wie des Orts gewöhnlich, gebrauchen, sonderlich fleissiges Aufsehen haben, daß die Drescher kein Getreydig verschleiffen, rein ausdreschen, sich an Hünern, Eyern, Tauben, Holtz noch andern keines Geniesses anmassen; ob aber darinnen einige Untreu vermerckt, sie zu Gefängniß nehmen, und sich der Straffe halben bey Uns Bescheides erholen.

Die Rechnung jährlichen auf die Abende Michaelis schliessen, keine Schulden noch Reste aufwachsen lassen, sondern dieselben in Vorbringung der Rechnung vollkömmlichen in Unsere Renth-Cammer überantworten, unterdessen aber alle Wochen specificirte Verzeichniß verfertigen, was an Gelde, Getreyde und andern eingenommen und ausgegeben, auch im Vorrath vorhanden, und dasselbe in Unsere Rentherey überschicken.

Auf die Tage Thomä Uns jährlichen zuschreiben, wie und bey wem das Getreydig, so man über Saamen, Brödung, Fütterung und anderer Nothdurfft übrig, sowol der andere Vorrath an Wolle, Butter, Käsen, Schaffnösern und sonsten zu gebührlicher Zeit mit Nutz und Frommen zugelosen und anzuwenden, und da es zu verkauffen befohlen, dasselbe um baar Geld verlassen, und um Vermeidung willen Eigennützigkeit, der Schäfer den fünfften Theil allewege mit des Vorwercks Antheil Schafnösern gelosen, und das Geld von den Käuffern einbringen.

An den Scheun-Thoren und auf allen Scheun-Tennen dreyerley ungleiche Schlösse vorlegen, zu einerley Schlossen die Schlüssel bey sich behalten, und die andern dem Voigt, und die dritten den vertrautesten Dreschern zustellen, und in derselben Gegenwart täglich alle Morgen die Schlösse an den Scheunen zugleich auf und alle Abende also wiederum zuschliessen, und solche Vorwercks-Güther neben allen An- und Zugehörungen, hergebrachten Gerechtigkeiten, Herrlichkeiten und Freyheiten walten, auf beständige treue Rechnung innen haben, versorgen, denen getreulich vorstehen, nichts davon entziehen lassen, und ob etwas davon entwandt, sich nach seinem besten Vermögen befleissigen solches wieder dazu zu bringen, wo ihm aber Widerwärtigkeit darinnen begegnete, Uns dasselbe zu erkennen geben; würde er aber hierinnen sich nachlässig befinden, und bey seinen Zeiten etwas davon entziehen lassen, davor soll er hafften, und antworten.

Mit dem Getreydig noch anderer Nutzung keine Parthierung treiben, auch unbewust Unser niemandes etwas davon verleihen noch verborgen, sondern was in dieser Vorwercks-Haushaltung zu verkauffen, solches nach Unsern Befehlig ums Geld zum besten anwerden, und dasselbe solchen Leuten, bey denen man sich der Bezahlung erholen kan, und gnugsamen Vorstand bestellen, auslassen.

Mit dem Vorrath des Getreydes auf den Boden da es zu verkauffen, von Uns nicht angeschafft, iederzeit gefast seyn, auf iedes hundert Scheffel hart Getreydig, so viel dessen jährlich ausgeben wird, einen Scheffel, und auf iedes hundert Scheffel Hafer zweene Scheffel, so viel auch von dem Getreydig, welches vor Unsere Hofhaltung gefolget wird, vor Abgang in Rechnung verschreiben, und in Fürbringung derselben alle seine Ausgaben mit Zettuln, Quittantzen, Befehlichen und der Handwercks-Leute Bekänntnissen belegen. Ohne Befehlich nichts verbauen, und was er am Gelde oder andern einantten wird, sich darüber iedesmal quittiren lassen, und sich in solchen allen Unsers Schaffens und Verordnens halten, und alles mit getreuem Fleiß verrichten. Wie er denn zu thun zugesaget, und dieser Bestallung in allen Puncten und Articuln Folge zu thun versprochen, solches auch eydlichen betheuert, reversiret und vervorstandet.

Gegen solcher Mühe, und damit er seines Dienstes desto fleissiger abwarten möge, wollen Wir ihm jährlichen

Ein-

Einhundert Gülden an Gelde,
Zwölff Scheffel Korn,
Sechs und zwantzig Scheffel Hafer, alles Dreßdnisch Maaß.
Das Brauen vors Gesinde im Vorwercke verstatten,
und zwantzig Gülden auf einen Schreiber reichen und folgen lassen, darauf er sich und die Seinigen mit aller Nothdurfft auch ein Pferd zum reiten halten, und bey diesem gantzen Werck sich ferner keiner Nutzung oder Geniesses unterwinden, auch schuldig seyn soll, was ihm an Haus-Geräthe, Viehe, Pferden, Schafnössern, Geschirr, Getreyde, Betten, Bett-Geräthe, Küchen-Speiß und allen andern in der Einweisung überantwortet, dasselbe vermöge des Inventarii, deren eines ihme, dem Verwalter, zugestellet, und das andere in Unsere Renthereÿ übergeben werden soll, in der Abtretung wieder in der Güte, wie es ietzo gewesen, und bey Zeit seiner Verwaltung verbessert worden, zu lassen.

Des zu Urkund haben Wir Uns mit eigener Hand unterschrieben, und Unser Cammer-Secret hierauf drücken lassen. So geschehen zu Dreßden am 25. Januarii nach Christi unsers einigen Erlösers und Seligmachers Geburt im ein tausend sechshundert und fünff und siebenzigsten Jahre.

JOHANN GEORG, Churfürst.

CAPUT III.
DE VILLICO.

SUMMARIA.

1. *Villicus & Præfectus Prædii differunt.*
2. *Oeconomi nomen Ecclesiastici suum fecerunt.*
3. *Villicus sequioribus temporibus Major domus dicebatur.*
4. *Unde Saxonicum* Hof-Meyer.
5. *Villici officium.*
6. *Non est obstrictus semper ruri habitare.*
7. *Quomodo constituatur?*
8. *Expedit eum juramento constringi.*
9. *Ejus requisita.*
10. *Villicus iniquitatis.*
11. *Villicum sæpius mutare non utile.*
12. *Non debet plus sapere quam Dominus.*
13. *Curam habeat instrumentorum rusticorum.*
14. *Item cognitionem astrorum.*
15. *Ex contractu Villici non datur actio in Dominum.*
16. *Nisi sit etiam distrahendis mercibus præpositus.*
17. *An instrumenti nomine villicus contineatur.*
18. *Omnis cura incumbit Villico, quamvis etiam sit in contractu Villica comprehensa.*
19. *Officia Villicæ.*
20. *Varia jura Villicorum.*
21. *Præsentia Domini optima villicum in officio retinendi ratio.*
22. *Villicus ob malam culturam potest expelli.*
23. *Exemplum contractus cum Villico.*

1 DE differentia Præfecti Prædii seu Oeconomi & Villici, *cap. præcedenti in principio* nonnulla adducta sunt. Villicus enim proprie rei rusticæ & villæ præest, sicuti a villa nomen accepit, Oeconomus autem tam pecuniæ quam frugum, & omnium, quæ Dominus possidet, dispensator est, unde & Xenophontis pulcherrimus liber Oeconomicus est, qui non gubernationem villæ, sed dispensationem universæ domus Tullio interprete significat, Du Fresne *in Gloss. hoc vocab.*
2 Sed Oeconomi nomen Ecclesiastici suum fecerunt, ita appellantes eum, cui Res Ecclesiæ gubernanda data est, *l. 14. C. de SS. Ecclesiis l. 33. §. 4. C. de Episc. & Cler.* Villicus posterioribus seculis Major villæ 3
appellabatur, quemadmodum major domus vocabatur magister Palatii, quæ tempore Carolingorum magna erat dignitas. Eginhard. *in vita Caroli M. l. 35 cap. 4.* quod confirmat dictus autor *ex charta* Abbatis de Christain *his verbis:* Institutio autem & destitutio Villici, id est Majoris & omnium servientium villæ, erit in potestate mea, & Capitular. Caroli M. Majores vero amplius in ministerio non habebant, nisi quantum una die circumire aut providere poterant,

4 poterant, quod nomen in Saxonia nostra
remansit; vocatur enim Villicus hodienum
5 Major vel *Hof-Meyer*. Villicus igitur
est, qui villæ sive rei rusticæ præest, ut
agriculturam & rusticas operas curet, eisque, qui rustico ministerio adhibentur, secundum Domini utilitatem præcipit. *l. 16. ff. de Instit. act.* Idem vero officium in villa, quod Atriensis domi sustinet; præesse autem rei rusticæ non ita dicitur,
6 quasi semper ruri habitare debeat, sed quod
agris prædioque rustico præsit, ubicunque
7 versetur, Gœdd. *ad l. 166. de V. S.* Con-
stituuntur per contractus, locant enim
communiter pro certa mercede operas
8 suas, crescente autem quotidie malitia ho-
minum, juramenti vinculo Villicus æque,
9 ac Villica hodie constringi solent. Re-
quirunt ab eo rei Agrariæ Scriptores, ut
sit benevolus, diligens, imperio aptus &
10 justus. Xenophon. *in Oeconom.* Quod
non observavit Villicus iniquitatis in
Evangelio, qui pactum de non petendo
iniit cum debitoribus in fraudem Domini
11 sui. Zasius *ad §. 6. Inst. de act. n. 7.* De
Villico malo & superbo vid. Petrarcham *de remedio utrique fortunæ*, qui ibi etiam tradit, quod mutare Villicum non prosit, ad unum enim modum ferme omnes facti sunt, nisi quod semper pejor sit ultimus.
12 Bonacoss. *de Servis. quæst. 140.* Ne plus
censeat se sapere, quam Dominus, male enim agitur cum domino, quem villicus docet. Columell. *lib. 11. c. 1.* Eligendus autem est rusticis operibus ab infante duratus & inspectus experimentis. Si tamen is non erit, de iis præficiatur, qui servitutem laboriosam toleraverunt, primus e lecto surgat, alios excitet, postremus cubitum eat prius videat, villam ut clausa sit, utque quisque suo loco cubet, jumenta pabulum habeant. Cato 5. Villicus quoque non negotietur sibi, pecuniamque domini aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus occupet, hæc enim negociatio eum avocat, nec unquam patitur eum cum rationibus domini paria facere, sed ubi numeratio exigetur, rem pro nummis ostendet; Idem ambulator esse non debet, nec egredi terminos, nisi ut addiscat aliquam culturam, & hoc si ita in vicino est, ut cito remeare possit. Somni & vini sit abstinentissimus, tum etiam sit a venereis cogitationibus aversus; quibus si se dederit, non aliud quicquam poterit cogitare, quam illud quod diligit. Columell. *lib. 11. c. 1.* Plura videri possunt apud rei rusticæ Scriptores.

Curam insuper habere debet instrumen- 13
torum Rusticorum, quæ fructus quærendi, cogendi & conservandi gratia parata sunt; Quærendi causa, veluti boves, pecora stercorandi causa parata, aratra, ligones, sarculi, falces putatoriæ & similia; Cogendi causa, torcularia, corbes falcesque messoriæ; Conservandi, ut dolia, cupæ, *l. 8. ff.*
de Instrum. vel instr. leg. Animum quo- 14
que adjungere debet Villicus ad præcelsam siderum astrorumque cognitionem; necesse est scire solstitiorum mutationes & temporum occasiones, item prænotionem habere sereni ac nubili aëris, an præcox, aut serotinus futurus sit annus. De caniculæ item ortu & prænotione eorum, quæ ex ipsa continguntur; & de ortu & occasu apparentium stellarum, & reliquis id generis aliis sit notitia instructus. Chopin. *de Privil. Rustic. Lib. 2. c. fin.* Hinc Maro:

> *Rusticus ille etiam numeros legesque dierum*
> *Providus observat, scit enim quid septima potest,*
> *In qua nascentem excepit bona Dolia fratrem.*
> *Scit quoque post decimam quid prima, quid altera luces*
> *Injungant operum.*

Porro sciendum ex contractibus Vil- 15
lici non dari in Dominum actionem, quia Villicus propter fructus percipiendos, non propter quæstum præponitur;
Si tamen Villicum distrahendis quoque 16
mercibus præpositum quis habuerit, non erit iniquum exemplum Institoriæ actionem in eum competere. *l. 16. ff. de Instit.*
Act. & ibid. Gothofred. Quæritur etiam, 17
an Prædii Instrumento legato Villicus contineatur, ad quod Scævola *l. 18. §. 4. ff. de Instruct. vel Instrum. leg.* respondit, si non pensionis certa quantitate, sed fide dominica coleret, deberi. Dicitur is colere fide dominica, qui periculo domini colit, & fidejussor appellatur, qui alienam obligationem fide sua esse jussit, hoc est, periculo suo, ut si reus solvendo non sit, id a se præstari teneatur. Ita servus domini fide colit fundum, qui præter operam & diligentiam nihil affert, cum lucrum omne vel damnum hinc veniens sibi habeat dominus,

minus, ipse servus nullam in partem vocatur. Atque hic primus fuit modus habendorum servorum rusticorum, ut eorum vicariis operis tanquam instrumentis uterentur ad cultum agrorum. Postea vero, ut servos suos diligentes efficerent, & rerum rusticarum attentos, certa pensione fundos eis dederunt colendos, quasi extraneis colonis: ut si fructus mercedem superaret, id totum servi haberent, suo periculo ararent, pascerent, sererent, pensionem quotannis solverent, etiam si nulli provenissent, aut minores fructus: si majores, nihil præterea. Non mirandum igitur servos istos, qui non tam dominorum ministri sunt, quam socii & inquilini, non numerari fundi instrumento, Connan. *Lib. 2. Jur. Civil. c. 10. n. 2.*

18 Omnis itaque cura rerum & personarum ad agriculturam pertinentium incumbit Villico, quamvis ab initio uxor ejus Villica æque sit in contractu (*in der Bestallung*) comprehensa, ac juramento constricta, attamen ipse Villicus ob lucrum cessans & damnum emergens rationem reddere tenetur; cum quo consentit illud Columellæ *Lib. 12. c. 1.* Nec tamen, inquit, instituendo Villicam domesticarum rerum villico remittimus curam, sed tantummodo laborem ejus adjutrice data levamus, adjutrices enim villicas fuisse viris suis ex *l. 12. §. 5. ff. de Instructo vel instrum.*
19 *leg.* colligere licet. Quæ ad officium Villicæ pertineant, prosequitur Columella *in d. cap. 1. Lib. 11.* Ut scilicet non sit nimium puella, integræ valetudinis, nec fœdi habitus, nec rursus pulcherrimi, nimia enim species desidiosum faciet Villicum, a vino (*a cerevisia, & vino adusto*) ab escis, a superstitionibus, a somno, a viris remotissima sit; Tum elaborare debebit, ut quam minimam operam villicus intra tectum impendat, cui & primo mane cum familia prodeundum est, & crepusculo peractis operibus fatigato redeundum, persuasissimum enim habeat, aut in totum aut certe plurimum domi se morari oportere. Tum quibus aliquid in agro faciendum erit servis, eos foras emittere, quibus autem in villa quid agendum videbitur, eos intra parietes continere, atque animadvertere, ne diurna cessatione frustrentur operæ. Quæ domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, & ita explorata atque inviolata recipere; tum separare, quæ consumenda sunt, & quæ superfieri possunt, custodire, ne sumtus annuus menstruus fiat. Tum si quis ex familia cœperit adversa valetudine affici, videndum erit, ut illi quam commodissime ministretur; Post hæc meminisse debebit, quæ inferantur, ut idoneis & salubribus locis recondita sine noxa permaneant. Nihil enim magis curandum est, quam præparare, ubi quidque reponatur, ut, cum opus sit, promatur, nam vetus est proverbium: paupertatem certissimam esse cum alicujus indigens, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi projectum jaceat, quod desideratur, nihil enim pulchrius est dispositione atque ordine; hactenus Columella. Varia villicorum jura 20
recenset Diether. *ad Besold. vocab. Meyer*, ut scilicet in metendo tempore Messis primas teneant, immunes quidam sunt ab onere collectarum, quidam gaudent jure cædendi lignum in sylvis, sive illud ad comburendum, sive ad ædificandum necesse habeant. Quidam habent jus eligendi camparios & saltuarios, item *Dinckrodel zu Leimersheim §. Und wer des Guths nicht empfähet.* ibi: *giebt dem Meyer Zusatz 6. Pf. um ein Hut, und den Hubern zwey Viertel, und wieder für vier Pf Käß und Brods, und dem Bothen ein Viertel Weins.* Item *Dinckrodel zu Geyßpoltzheim.* Ibi, item, *wer Güther empfähet von dem Meyer, der giebt von ieglichem Sester einen Pfennig Zusatz den Meyern und den Hubern, die bey ihm seyn, derer zum wenigsten zween oder drey seyn sollen, und einen Kloster-Obmen Weins, und ein Semmel-Brod, das also lang sey von der Erden, daß es über das Knie gehet, &c. Dinckrodel zu Jttelheim bey Schnersheim. §. Zum vierdten,* ibi: *und wann er zuvor kein Huber gewesen, ist er schuldig ein Eydmaß und ein Satzmaß, und 1. ß. 8. Pfund einzusetzen. Dinckrodel zu Jttelheim. Es soll der Dinckhofes-Herr dem Meyer in den Hof kommen geritten mit 1½. Pferd und 1½. Mann, und soll ihm des Meyers Frau geben einen Strick mit Heu, und soll ihm der Meyer die Pferd in Stall stellen, und soll den Stall wohl beschliessen &c. und soll des Meyers Frau den Dinckhofs-Herrn auf ein gesundes Bette legen, mit krachenden Leilachen.*

Præterea optima Villicum in officio re- 21
tinendi ratio est assidua domini præsentia, omnes enim ad operarum sedulitatem impellit, alios in opere collaudando, alios segnes objurgando, ad unum scopum diligentiæ & sedulitatis omnes respicere cogit. Dionys. Uticens. *Lib. 2. Agric. c. 1.*

Quia etiam apud Pomponium ſcriptum eſt: Longe ab arte villicari, quo herus perraro veniat, non eſſe villicari illud quidem, ſed dominari. Inde ruſticum præceptum: Qui agrum paravit, domum vendat, ne malit urbanum vel ruſticum larem colere. Cui enim magis cordi fuerit urbanum domicilium, ruſtico prædio non erit opus; Ut tradit ille Ruſticationis parens, Mago Carthaginienſis. Illud denique vetus eſt, & Catonis agrum peſſime mulctari, cujus dominus, quod in eo faciundum ſit, non docet, ſed audit villicum.

22 Villicum denique ob malam culturam agrorum nondum finito tempore conductionis poſſe expelli, traditur infra *Lib. 3. C. 8. de Vineis*, ubi & plura de eorum mercede.

23 Contractus cum Villico in hunc ferme modum iniri ſolet.

Ich N. N. urkunde und bekenne hiermit, daß ich Martin Friedrichen von Francken-felda zu einen Lohn-Meyer auf das Vorwerck Zernsdorff, zum Rabenſtein gehörig, von Mariä Verkündigung 1685. bis geliebtes GOtt, wieder dahin 1686. und alſo auf ein Jahr lang angenommen und beſtellet, daß er zuförderſt nebenſt ſeinem Weibe die Gottesfurcht und ein brünſtiges Gebet zu GOtt, der allein Segen giebet in allem Vornehmen, ihme angelegen und befohlen ſeyn laſſen, das Geſinde gleichergeſtalt Abends und Morgens, auch vor und nach dem Eſſen, zum Gebet anhalten, hiernächſt ſich treu, demüthig und Dienſtgewärtig gegen mich und meinen Verwalter bezeigen, den übrigen Trunck meiden, keine Nacht ohne Erlaubniß aus dem Vorwercke bleiben, und ein gemein Auffſehen im Hofe und Felde haben, damit mein, als ſeines Herren, Nutzen und Frommen allenthalben befördert, und Schaden verhütet werden möge, das Geſinde nach ſeiner Art nicht mit Ungeſtüm und Sturm regieren, es zu rechter früher Zeit an, und Abends von der Arbeit gehen laſſen, ſie auf dem Felde und bey anderer Arbeit zum Fleiß anhalten, die Acker- auch alle andere Arbeit ſelbſt mit angreiffen; Jngleichen ſein Weib mit der Hand-Arbeit zu Hauſe und im Felde, inſonderheit in der Erndte ihm helffen, Wagen, Pflug und ander Geſchirr alles ordentlich halten, und an Beſſerung, was ihme möglichen, nichts erwinden laſſen, auf das Feuer fleiſſig acht haben, damit daſſelbe Abends recht ausgeleſchet werde; Jngleichen auf das Viehe, daß daſſelbe zu rechter Zeit beſchicket, gefüttert, und wohl gewartet, von dem Geſinde mit Schlägen nicht übel tractiret, auch mit Heu und Stroh rathſam umgegangen werde, damit beydes Zug-Kühe und Geld-Viehe nicht Mangel leiden darff, niemanden Gräſerey noch Hütung im Felde noch Wieſen geſtatten, neue Wege weder in den Feldern noch Wieſen nicht dulden noch leiden, ſondern die Ubertreter pfänden; Jnſonderheit ſoll er auf das Holtz, ſo auf meiner Marck, Zernsdorff, ſtehet, gute Auffſicht haben, damit von denen Benachbarten oder Fremden nichts weggehauen werde, von welcher Betretung ihme das gebührende Pfande-Geld zwar gelaſſen oder gegeben, der Verbrecher aber alſofort von ihme zu meiner fernern Beſtraffung angeſaget werden ſoll, auf den Acker Achtung geben, damit er zu rechter Zeit über Sommer und Winter geſtürtzet, gebrachet, gewendet, geackert, geſäet und geegdet, auch das durch GOttes Segen erwachſene Getreydig nicht unreiff eingeſammlet, oder zu überſtändig werde, dann Graß und Grummet zu rechter Zeit hauen und dürre machen, und in Summa alles fleiſſig und ordentlich thun und beſtellen, wie einem treuen Meyer zueignet und gebühret. Weiln mir auch Ober- und Erb-Gerichte auf dem Rabenſtein und Zernsdorff zuſtehen, als habe ich ihme mit aufgetragen, und er angenommen, daß er an ſtatt einer Gerichts-Perſon ſich bey begebenden Fällen im angreiffen, oder ſonſt brauchen laſſen ſoll, vor dieſe ſeine Mühe und Arbeit ſoll er auf ſich und ſein Weib zum Jahr-Lohn haben:

Achtzehen Thaler am Gelde und zwey paar Schuhe, weil er auch alles bedürffende Geſinde, welches der Herr Doctor abſonderlich lohnet, als:

Einen Knecht,
Einen Hirten,
Einen Kälber-Jungen,
Eine Magd und Gänſe-Mägdgen.

Jhn und ſein Weib mitgerechnet, das Jahr durch ſpeiſen muß, ſoll ihm zur Speiſung und anderer Nothdurfft gereichet werden

1½. Scheffel Weitzen,
1½. Scheffel Gerſte zu Graupen,
3. Scheffel Heudekorn zu Grütze,
2. Scheffel Haber zu Grütze,
66. Scheffel Korn, incluſ.

Die

Die beyden Hunde, einen für das Haus, und einen für den Hirten, alles Wittenbergisch Maaß gegeben; wenn aber eines oder das andere Getreydig nicht gerathen solte, soll er andere Gattung dafür zu nehmen schuldig seyn.

Ferner bekömmt er:

1. *Mertz-Kuhe, davon er die Haut und Zunge auf das Haus Rabenstein liefern soll.*
1. *Speck-Schwein,*
1. *Mittel-Schwein,*
1. *Erndte-Bolck,*
4. *Mertz-Schaafe,*
2. *Viertel und* 1. *Tonne Nachbier,*

Cofent im Winter wann gebrauet wird, nach Nothdurfft,

im Sommer 2. *Scheffel Maltz, daß er selber braue,*

3. *Kühe frey zu Butter und Käsen,*

Saltz nach Nothdurfft,

16. *Gr. Seiff-Geld.*

1. *Thal. Deputat zu allerley Ausgaben.*

Von dem Feder-Vieh soll dem Meyer gelassen werden die sechste junge Ganß, von den Jndianischen Hühnern der sechste Theil am Gelde, die dritte junge Henne und das dritte Ey; die Gänse-Federn betreffend, soll ihm die dritte Ganß zu ropffen vergönnet seyn, hingegen giebet sie, wenn die Federn gerissen, von ihrem dritten Theil mir hinwiederum die Helffte, von welcher Helffte der Gesinde Betten daselbst nicht allein gebessert, sondern auch neue Stücken gemachet werden sollen; zum Lein will ich den Saamen geben, die Meyerin aber soll den Flachs und das Werck spinnen, und alsdann die Leinwand mit mir theilen, von welcher Helffte ich das Weber-Lohn, und dem Gesinde die Hembden gebe; von allem Garten-Gewächs, es werde von ihme im Felde oder Garten erbauet, soll er die Helffte in die Rabensteinische Haushaltung folgen zu lassen schuldig seyn, wie ihme denn auch vergönnet 1. *Scheffel Erbsen zu säen, iedoch, daß er von den erwachsenen den dritten Theil aufs Haus Rabenstein gebe; Wenn Arbeiter angenommen und gespeiset werden, soll ihm von einer Mannes-* ½. *M. Korn, und* 1. *Gr.* 6. *Pf. Geld, von einer Weibes-Person oder Jungen* ½ *M. Korn, und* 1. *Gr. am Geld, für die Kost auf einen Tag gegeben werden. Jm übrigen soll gedachter Martin Friedrich weder für sich, noch durch sein Weib, noch durch andere Leute, wie die Namen haben mögen, sich keines eigenen Nutzes, Geniesses, Vortheil, und Unterschleiffs unterwinden noch gebrauchen, auch schuldig und pflichtig seyn, das Geschirr, Gefässe und alle dasjenige, was zum Jnventario gehöret, und ihm übergeben wird, wesentlich zu erhalten, und künfftig wieder zu hinterlassen, oder da etwas durch langen Gebrauch eingienge, mit den Stücken zu berechnen, und wenn er länger nicht bleiben will, soll er den Dienst* 1. *Viertel-Jahr zuvor aufsagen, dessen zu mehrer Versicherung hat er sich gegen mich mit einem leiblichen Eyde verpflichtet und verbunden. Urkundlich habe ich diesen Mieth-Zettel eigenhändig unterschrieben, so geschehen auf dem Hause Rabenstein im April 1686.*

CAPUT IV.

DE CAMPARIO VEL SALTUARIO.

SUMMARIA.

1. *Prædium sine Campario vix esse potest.*
2. *Camparius quis sit?*
3. *Item Saltuarius?*
4. *Dicitur & Nuncius.*
5. *Ejus necessitas.*
6. *Item officium.*
7. *Camparius debet esse a Magistratu constitutus.*
8. *Item juratus.*
9. *Ut & integræ famæ.*
10. *Debet testari de negotio tali quod ad officium ejus spectat.*
11. *Item quod in ipsius præsentia damnum datum sit.*
12. *Non debet aliquid amicitiæ tribuere.*
13. *Neque se terreri per potentiores patiatur.*
14. *Vel admittere largitiones.*
15. *Alias tenebitur ad interesse.*
16. *Et potest fustibus cædi.*
17. *Estque a munere removendus.*
18. *Non habetur fides Campario, si dicat pecudes absque causa stitisse.*
19. *Ex constitutione Forestariorum non semper arguitur jus venandi.*

20. *Quomodo differant jus Foresti & jus venandi?*
21. *Ædificatio domuum pro inhabitatione Forestariorum pertinet ad jus Foresti.*
22. *Item* Wacht- Forst- und Schutz-Knechte zu halten.
23. *Usu Prædii relicto Dominus proprietatis Camparium apponere potest.*

1 CUm Prædium optime instructum sine Campario vel Saltuario esse non possit, *l. 15. §. 2. ff. de Instruct. vel Instrum. leg.* merito de his dicendi & hic
2 erit locus. Camparius autem est, qui campos seu agros servat, & ne vastentur, aut furtis pateant, invigilat. Du Fresne *in Glossar. ad hanc vocem.* In Jure nostro vocatur Saltuarius, cui cura non tantum agrorum & fructuum, sed etiam finium incumbit. *l. 12. §. 4. d. t.*
3 Græcis Saltuarius κτήματα φύλαξ, Dion. Petavius *in annot. ad Julian. Cæsar. Epist. ad S. P. Q. Athen. p. 499.* Quod saltus possessionesque diligere & amare, sive frequens in iis esse debeat, quo eos a damno tueatur. Germanice vocantur *Wald- Feld- und Flur-Schützen,* item *Acker- oder Wie-*
4 *sen-Voigte;* Aliquando & huic homini simpliciter tribui nomen nuntii tradit Feldman. *de Inclus. animal. C. 4.* tum quod latissima sit ejus vocabuli significatio, comprehendens omnes, qui de aliqua re nunciant & referunt, Chassanæus *ad Consu. Burgund. rubr. 1. §. 6. verb. messiers. n. 1.* licet nullius missu veniant a se ipsi, uti loquitur Lauterbach. *tract. de Nuntio cap. 1. n. 7.* Tum etiam ideo, quod inclusio pecudum Magistratus aut Judicis ministro vel apparitori lege moribusque solet esse permissa apud multos populos, apparitor autem etiam nuncius dicitur. Guil. Durand. *in Specul. Libr. 2. tit. de citat. §. 4. n. 5.*

5 Cum vero maxime necessarium sit ejusmodi custodes constituere, ne agri, prata & sylvæ rapacitati hominum pateant, optime de his *in Ordinat. Polit. Saxo-Goth. P. 2. C. 3. tit. 27.* constitutum: *Dieweil die Feld- und Garten-Dieberey fast gemein ist, und niemand das Seinige allda behalten kan, auch durh Wiesen, Aecker und Gärten unnöthiger Weise ungebührliche Wege gemachet werden, aber billig dahin zu sehen ist, wie daß demselben Stehlen und schädlichen Beginnen aufs beste gesteuert, und ieder bey dem Seinigen erhalten werden möge. Als wollen Wir, daß man bey allen Städten, Flecken und Dörffern Unserer Fürstenthume und Lande darauf bedacht sey, damit ein oder mehr ge-*
6 *schworne Schützen geordnet werden.* Eorum itaque officium præcipuum est (1) Cognitionem habere limitum ac agrorum. (2) Vigilanter præcavere, ne interdiu vel noctu in agris furta committantur. (3) Ne quis præter necessitatem per alterius agrum eat vel agat, damnaque fructibus inferat. (4) Ut in re illicita deprehensos pignoret, ac magistratui, cujus jurisdictioni agri isti subjacent, pignora offerat, ut in factum inquirere, ac delictum punire possit. vid. *dict. Ordinat. cit. loc.* ibi: *Die Flur-Schützen sollen bey Antretung ihrer Dienste ernstlich befehliget werden, auf solche Feld- und Garten-Diebe, und diejenigen, so sonsten in Feldern Schaden thun, zu Tag und Nacht gute Aufsicht zu haben, und niemand hierinnen nachzusehen, sondern diejenigen, welche über der That betreten werden, alsobalden zu pfänden, und die Pfände zum Wahrzeichen in die Gerichte, allda ihnen hingegen zu ihrer Pfande Gebühr geholffen werden soll, nebst umständlichen Bericht, wie es um den verübten Diebstahl oder Schaden bewandt, einzuliefern.*

Ut autem ejusmodi Campario de da- 7
mnis in agris illatis fides habeatur, requiritur I.) ut sit Publicus: Si enim ab universitate aut Magistratu pro more cujusque loci recepto non sint electi & assumti, non probantur. Cagnolus *ad L. 92. ff. de R. J.* II.) Debet esse juratus; omnes enim 8
officiales, ut & quivis alii periti ad certum officium a publico assumti in primordio sui officii jurare solent & debent, nec est necesse, si officium per aliquot annos continuent, ut singulis annis denuo jurent. Stam. *de Serv. pers. L. 2. c. 20. n. 3.* III.) Integræ 9
famæ & vitæ camparium vel Saltuarium esse oportet, quia quod dicitur assertioni nuncii aut Forestarii standum esse, intelligitur, modo non sint infames, qui testificari non possunt. *l. 3. §. lege. ff. de test.* Chassanæus *ad Consuet. Burg. 1. §. 6. in pr. n. 45.* Requiritur IV.) ut ejusmodi offi- 10
cialis testetur de negotio tali, quod ad officium ipsius spectet, & V.) denique ut in 11
ipsius præsentia damnum datum. Stam. *d. l.*

Præterea Camparius vel Saltuarius ni- 12
hil gratiæ aut amicitiæ tribuere debet, nec parcere animalibus aut popularium, aut necessariorum, uti in re simili. Peck. *de Jur. Sistend. c. 24. n. 1.* Non quoque ter- 13
reri se patiatur per potentiores, sed cogitet se esse manum regiam & judicis ministerialem.

lem. Matth. Coler. *de Process. Execut. in præfat. n. 28. & 29.* Peck. *d. c. 24. num. 2.*
14 Leeuwen. *ibid. in not.* Sordes & largitiones etiam haud admittat, nec per eas corruptus negligere debet inclusionem pecudum, quæ nocuerunt alienis frugibus;
15 Alias non tantum cunctis his casibus agrorum Dominis ad id quod interest tenebitur. *arg. l. 3. pr. & §. fin. ff. de eo, per quem fact. erit. l. 3. ff. si quis cautionib. in judic. sist. caus. fact. non obtemp.* & in materia Arresti Peck. *d. l. n. 4.* atque generaliter definit Rebellus *de obligat. Justit. part. 1. lib. 1. qu. 14. sect. 8. n. 59.* Sed & præterea in postremo casu, si ejus digitis, propter pœnam perjurii ex quo lucrum sensit, *Peinl. Hals-Gerichts-Ordn. Caroli V. art. 107.*
16 Judex velit parcere, fustibus potest cædi vel relegari, aut pro modo admissi ad car-
17 cerem damnari. Peck. *d. l. n. 3.* In cunctis autem casibus a munere suo removendus, ne diutius in re aliena grassandi ei facultas permittatur. *arg. §. fin. J. de susp. tut.* Scit. Wagenborg. *art. 49.* Zutphan. *tit. 2. art. 9.* Nam ab officio repellendum esse eum, qui dolo vel lata culpa contra id admisit, docuit Feldman. *in tract. de Cadav. inspic. cap. 62. n. 3.* Gail. *1. obs. 28. num. 8.* Balth. Conrad. Zahn. *de mendac. lib. 3. cap. 20. n. 1. & seq.* & nominatim de nostris saltuariis Chassanæus *d. §. 6. verb. Messieres. n 52.* atque generaliter de apparitoribus est sanctio Grat. Valent. & Theod. *in l. 3. C. de sportul.* Peck. *d. c. 24. n. 5. & 6.* ubi & *num. 8.* tractat, an deinde iterum ad munus debeat admitti? Et id recte negat, si non a Principe honori omnibusque fortunis fuerit restitutus. *arg. L. 21. C. ad L. Corn. de fals.* Bald. *ibid. l. 5. C. d. divers. offic. l. 17. in fin. C. de Episcop. & Cler.* Leeuwen. *ad Peck. d. l. n. 8.* Zahn. *d. t. num. 57.* Fides porro non habetur inclu- 18
sori, si, cum ceperit pecudes, eas absque causa deinde ajat stitisse, quia allegans propriam turpitudinem non auditur. *arg. l. 15. C. de cond. ob turp. caus.* & in re simili de nuntio tradit Sebastian. Guarrinus *tract. ad defens. reor. def. 10. c. 6. n. 1. & per tot.* Feldmann. *de Inclus. Animal. d. l. sect. 8.*

Constitutio Forestariorum & Saltuario- 19
rum, *der Förster*, in aliquo loco non semper arguit jus venandi ejus esse, qui saltuarios constituit. Forestarii enim non venationi, sed sylvis nemoribusque ea potissimum de causa præficiuntur, ut curam finium habeant, & prospiciant, ne per excisionem arborum vel alio modo sylvæ devastentur, non autem ut feras venentur. Sed qui venationi præponuntur, speciali 20
nomine *Jäger* appellantur. Vice versa, qui jus venandi habet, non statim habet jus Forestarios constituendi, vel sylvas cingendi, quod proprie ad jus Foresti pertinet, sed ea sunt separata jura. Klock. *Vol. 1. Consil. 29. n. 476.* Parili ratione re- 21
ferunt ad jus Foresti, Jus ædificandi domos pro inhabitatione Forestariorum, *Forst-Knecht-Häuser aufzurichten und zu bauen. l. fin. de Serv. Rust. Præd.* Item ad 22
jus Foresti spectat *die Wacht- Forst- und Schutz-Knechte zu halten, anzunehmen und wieder abzuschaffen, welche* pro defensione *Büchsen zu führen haben. l. 1. ubi DD. C. ut armor. us. Lib. 11.* Besold. *Thesaur. Pract. vocab. Forstliche Obrigkeit.*

Si usus Prædii alicui relictus sit, tunc 23
Dominus proprietatis Camparium vel Saltuarium apponere potest. Interest enim ejus fines prædii tueri. *l. 16. ff. de Usu & habitat.* Zasius *ad d. Tit. n. 5.*

CAPUT V.

DE SERVIS VEL FAMULIS.

SUMMARIA.

1. *Inter Christianos Servitus sublata.*
2. *Nec Israelitis licitum fratres servituti subjicere.*
3. *Inter Turcos, & similes, servitus adhuc obtinet.*
4. *Ut & inter Christianos imago quædam pristinæ servitutis.*
5. *Servientes pro mercede largo modo servi dicuntur.*
6. *Oeconomia Veterum Romanorum circa servos.*
7. *Pretio servi differebant.*
8. *Ob affectionem & artificium magni æstimabantur.*
9. *Virtutes & vitia ex nationibus censebant.*
10. *Ætas quoque diversam æstimationem producebat.*
11. *Familia erat vel urbana, vel rustica.*

12. *Ad*

12. *Ad urbanam familiam spectabat Atriensis.*
13. *Actor pecuniæ præerat.*
14. *Servi distinguebantur in Ordinarios & Vicarios.*
15. *Janitor, Cubicularius, Suppellectricarius quis?*
16. *Vestiarius, qui vestimenta curat.*
17. *Lectisterniator, Balneator, Fornacarius.*
18. *Servi ad Culinam pertinentes.*
19. *Ministri Conviviorum.*
20. *Servi ad Comitatum spectantes.*
21. *Servi lecticarii.*
22. *Servi ad cultum corporis pertinentes.*
23. *Fabrorum varia genera.*
24. *Servi qui vestimenta conficiebant.*
25. *Servi ad rusticam familiam pertinentes.*
26. *Ancillæ etiam vel ad urbanam vel ad rusticam familiam pertinebant.*
27. *Numerus servorum.*
28. *Obligatio servi.*
29. *Dominus nimis rigide operas exigere non debet.*
30. *Famuli operas recusantes quomodo coercendi?*
31. *Quomodo adversus receptantem servum fugitivum procedendum?*
32. *Servis debentur cibaria. Item an Medicamenta?*
33. *Quandoque etiam vestiaria.*
34. *Debetur & servis merces.*
35. *Cessante conventione vel incerta mercede promissa, inspicienda consuetudo, vel ad arbitrium Judicis recurrendum.*
36. *Idem de tempore solutionis dicendum.*
37. *Privilegium mercedis famulorum de Jure Saxon.*
38. *Ante mercedem solutam famulus e domo discedere non tenetur.*
39. *Debetur integri anni merces, si per famulum non stetit, quo minus operas exhiberet.*
40. *Famulus ante tempus aufugiens, ad interesse potest conveniri.*
41. *Si Famulo in præstatione operarum quid acciderit, Dominus ad impensas curationis adstringi non poterit.*
42. *Famuli ultra tempus locationis obnoxii non sunt.*
43. *Dominus famulum contra vim injustam defendere tenetur.*
44. *Dominus potest servum ad verbera usque castigare.*
45. *Dummodo modus non excedatur.*
46. *Vulneratis & gravi injuria verbali affectis actio injuriarum contra dominos competit. Ubi de more manumittendi, vulgo:* Diener wehrhafft zu machen.
47. *Custodiæ causa licet servum fugitivum ad tempus detinere.*
48. *Regula circa servos puniendos servanda.*
49. *Paterfamilias se erga servos mitem debet gerere.*
50. *Domini Monosyllabi improbantur.*
51. *Benevolentia erga servos necessaria.*
52. *Indecorum gulæ causa lites cum servis excitare.*
53. *In eligendis servis circumspectio requiritur.*
54. *Factum Familiæ Patrisfamilias imputatur.*
55. *Incommoda ex numeroso famulatu provenientia.*
56. *Famuli testimonium quomodo sese in servitio gesserint, a pristino Domino petere tenentur.*

1 CUm Orbis Christianus una quasi sit Respublica, civitasque Filii DEI *Cap. ad mensam. 11. qu. 3.* quæ inter se fœdus & societatem colere debet *l. 5. §. 2. de capt. & postlim.* merito servitus Romana ab aula recessit, & bella Christianorum captivis libertatem non adimunt;
2 Idque lege divina sancitum est. Nam *Levit. 25. v. 39. cum sqq. Deutr. 24. v. 7.* cautum esse legimus, ne populus Dei, seu gens Israelitica cives tribulesque suos utpote fratres servituti subjiceret.
3 Captos vero ab infidelibus, ut a Turcis, Tartaris & Æthiopibus &c. adhuc fieri servos nemini dubium est. Alciat. *ad l. 118. ff. de*
4 *V. S.* Etsi vero prædura illa servitus, qua dominis in servos potestas vitæ necisque erat, & quæ a brutorum conditione parum distabat, sublata sit, *l. un. C. de Emend. Serv.* tamen quædam imago servitutis adhuc durat, quam in hominibus propriis per Germaniam, de quibus plura *cap. sequenti* videre licet. Et quamvis servi 5
stricte dicantur carentes libertate, largo modo tamen etiam servientes pro mercede intelligimus, qui famuli proprie appellantur vel servi conductitii, qui de facto serviunt, vivuntque expensis sui Domini, Bonacossa *de serv. in Proœm.* Ut vero Oeco- 6
nomia & disciplina Domestica Veterum Romanorum circa servos tam ad familiam Urbanam quam Rusticam pertinentes eo clarius

clarius intelligatur, nonnulla de diversa
7 eorum conditione subjungemus. Pretio differebant adeo, ut regulariter servus nulla arte imbutus taxetur 20. solidis, *l. 1. §. 5. C. de com. serv. l. 3. C. de Com. leg.* mechanica aliqua arte imbutus ad 30. solidos pretium ejus redigitur, si literati etiam ultra, nempe Notarius ad 50. Medicus ad
8 60. solidos, *d. l. 1. §. 5. de com. serv.* Verum pro affectione cujusque pretium singulare servorum in immensum crevit, quo Julius Cæsar politiora servitia comparabat, sic ut pretii ipsum puderet, & vetaret rationibus inferri, Suet. *c. 47.* Daphnis Grammaticus III. M. DC. Sestertiis venditus est. Plin. *Lib. 7. c. 36.* quos Lipsius *L. 2. de admir.* ad 7517. Philippeos æstimat. Eunuchos & Pigmæos etiam magni constitisse tradit Pignor. *de Servis p. 100.* Moriones 20. M. emtos insinuat Mart. *L. 8. Ep. 13.* Morio dictus erat viginti millibus emi.
9 Usitatum insuper apud Veteres erat virtutes & vitia servorum ex nationibus æstimare; de Asiaticis dixit Agesilaus Rex, illos liberos malos, servos vero bonos esse. Cœlius *Lib. 25. Lect. Ant. 17.* Cappadoces quia valentes lecticis portandis adhibiti, Mart. *6. Ep. 77.* Plaut. *in Bacch. A. 4. S. 4.* commendat ancillam viraginem, ut Syram aut Ægyptiam, quæ molat, conficiat pensum. Natio Sabinorum item Parthi, Medi tristes, severi, critici, Senec. *in Sap. c. 13.* Juven. *Sat. 7.* Galli clementes. Alex. *Lib. 3. Pædag.* Britanni proceri, Strab. *Lib. 4.* Numidæ veloces, ideoque cursores, Alexandrini festivi. Pignor. *d. l.* Sardi nequam, Cappadoces stupidi. Cicer. *post redit.*

10 Ætas quoque diversam æstimationem servorum producebat, quia præsumtum est mancipia rudia simpliciora, & ad ministeria esse aptiora, ideo pluris veneunt, *l. 17. de Ædil. Ed.* Ad hoc discrimen ætatis provocat Colum. *lib. 11. Villicum fundo familiæque præponi convenit nec primæ nec ultimæ ætatis. Nam servitia sic tirunculum contemnunt ut senem.*

11 Porro familia erat vel urbana, vel Rustica, *l. 97. ff. de Leg. III. l. 116. de V. S.* quæ quamvis proprie non loco sed genere inter se distinguatur, *d. l. 166.* tamen urbanam familiam Paterfamilias potissimum circum se & cultus causa habet, *l. 160. de leg. I.* Familia Rustica ad colendum agrum, vel alterius rustici operis causa destinatur, *l. 3. §. 6. ff. de pen. leg.* Quandoque etiam officia servorum permutantur, *l. 61. ff. de leg. III.* Ita ut vel urbanus servus in rusticum Prædium transferatur, *l. 4. §. 5. ff. de Pen. leg.* vel contra rusticus in ministerium urbanum assumatur, *l. 15. §. 1. de alim. leg.* Quod licet ingratum esset servis, sicuti ancilla urbana apud Plautum *in Mercat. A. 3. S. 1.* se excusat, non didici bajulare, neque pecora pascere, neque pueros nutricare, tamen ex Patrisfamilias arbitrio & destinatione dependebat, *l. 4. de Instrum. leg. l. 166. de V. S.* In 12
urbana autem familia primarius erat Atriensis, ita dictus ab atrio, cujus custodiam gerebat. *l. 8. de Instr. leg.* Unde qui honoratiores erant, liminum custodes adhibebantur. Huc pertinet Magister admissionum, Pignor. *fol. 233.* item Scoparius, qui Atriensi conjungitur, *in l. 8. §. 1. de Instr. leg.* Actor est, qui pecuniæ dominicæ 13
tum exigendæ, tum dispendendæ præest, *l. 5. §. 3. de dol. mal.* ejusque rationes reddere tenetur, *l. 8. famil. hercisc.* Itaque cum rerum dominicarum curam habeat, merito pro servo præstantissimo habetur, *l. 37. de Leg. III.* unde etiam dispensator dicitur, Cujac. *l. 1. Obs. 35.* item Procurator, *l. 25. §. 1. de Æd. Ed.* Et quia ejus officium pro quantitate patrimonii multiplex & onerosum erat, ideo adjutorem vel vicarium habebat, qui in *l. 30. C. d. neg. gest.* Subcurator dicitur. Hucque perti- 14
net distinctio servorum in ordinarios & vicarios. Revard. *5. Varior. 10.* Janitor 15
sive Ostiarius introitum ædium observat, *l. 61. de Leg. III.* Senec. *3. de Benef. 28.* Cubicularius *l. 65. in pr. de Leg. III.* Supellecticarius, qui supellectilem vel facit, vel curat, *l. 12. §. 32. de Instrument. leg.* Vestiarius qui vestimenta curat. Item 16
Lectisterniator. Plaut. *in Pseud. A. 1. S. 2.* Balneator duplicis erat generis, vel qui 17
balnea pro mercede præbebat, *l. 4. §. ait Præt. qui not. infam.* vel servus qui balneo usibus deservit, *l. 17. in f. de Instr. leg. l. 15. §. 1. de Usufr.* Fornacarius vel fornacator, qui fornacem instruit. De balneo 18
imus in culinam ad offarios & coquos, lurcones magni faciebant. Plin. *L. 9. c. 17. l. 18. §. 1. de Ædil. Ed.* Et species sunt, Pistor, Structor, Carptor, & qui illis præest dicitur Præpositus coquorum, *L. 2. LL. Wisigotth.* Gryph. *Oecon. Leg. 1. c. 4. n. 52.* Huc pertinet etiam dulciarius, Pomarius, Lactarius, Placentarius de quibus Paulus *L. 3. Sent.* Focarius, qui focum instruit, *l. 12. §. de fundo instr.* Cellarius ratio-

rationibus cellæ præpositus, *l. 11. §. 9. de fund. instr.* Obsonator *l. 65. de Leg. III.*

19 Ministri conviviorum erant non minore numero, qui etiam Triclinarii dicuntur, quorum princeps Architriclinus, *Joh. 2.* invitator vocatur, qui convivas invitat, Plin. *Lib. 35. Nat. Hist. 10.* Ejus meminit Christus *Matth. 22. Luc. 14.* Monitor, qui monet noctem adesse in convivio, Apul. *Lib. 2.* Nunciator, quia nunciat horas, Juven. *Sat. 18.* Præpositus auro & argento, qui lavat argentum, Senec. *2. de Ira 25. Silber - Diener*, Mensæ detersor. Horat. *2. Sat. 8.* Infertor, qui pocula infert. Diribitor, qui panem e canistris distribuit. Scissor, Sector, Carptor, Juven. *Sat. 3.* Structor, cui cura struendi penum, & domesticorum actuum Ministros regendi, Juven. *Sat. 5.* Prægustator, Horat. *2. Sat. 6.* Juven. *Sat. 6.* Pocillator, Senec. *2. de Ira 25.* Item qui lumina infert, Marcel. *L. 16.* muscas abigat, Mart. *L. 3. Ep. 40.* Qui matulam porrigit, Senec. *Ep. 77.* Medicastinus triclinium scopis emundans, unde etiam Scoparius dicitur *l. 8. ff. de fundo instr.* Stercorator latrinæ, Gothofr. *in Nov. 90. c. 1.*

Ad convivium etiam pertinent Symphoniaci, quippe quod Musica ornat, Sir. *32. v. 7. l. 15. de instr. leg.* Plures chorum faciunt. *l. 77. de leg. III.* Ad hos pertinent Citharædus, Tibicen, Fidicen, Fistulator. Pignor. *p. 82.* Item huc pertinet Mimus, ejusque composita Pantomimus, Archimimus *l. 25. §. 1. de Oper. lib. l. 27. eod.* Comœdus, Tragœdus. *l. 12. in pr. de fid. libert.* Areotalogus, & qui fabulas aut historias narrat, Juven. *Sat. 15.* Histrio *l. 15. de instr. leg.* Palæstrita Sen. *Epist. 15.* Funambulus *l. pen. de act. emt.* Sed & Gladiatores conviviis adhibiti, Silius Ital. *Lib. 12.*

Quin etiam exhilarare viros, convivia cæde,
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira.

20 Tacit. *1. Annal.* Quintil. *decl. 9.* Comitatus quoque divitum amplissimus fuit, quem late describit Marcellus *Lib. 14.* Matronarum pompam, Pignor. *fol. 184.* Habebant suos Antambulones. Pignor. *fol. 127. l. 65. in pr. de Leg. II.* Lychnophoros *Luc. 12. v. 35.* Nomenclator nomina obviorum suggerebat. *l. 7. §. 1. de Oper. lib.* Tabellarius, qui literas fert & refert; Cursor, qui celeri cursu mandata perfert, *l. 99. §. 5. de leg. II.* Sed & equites in hunc usum adhibebant, item Junctores. Cujac. *4. Obs. 3.*

Amœnitatis causa gestabantur domini 21
per servos in sella, lectica, vehiculo, Corn. Cels. *Lib. 2. c. 15.* Sellæ variæ erant, ut gestatoria *l. 7. de Serv. rust.* quæ a duobus portabatur. Lectica portabatur a pluribus, vel a quatuor, si Domini tenuiores essent; vel si ditiores a sex, vel etiam ab octo, inde dicti servi lecticarii, lecticam super collum gestantes, *l. 65. pr. de leg. II.* Cic. *4. Fam. Ep. 17.*

Servi porro partim ad utilitatem, partim 22
ad voluptatem Dominorum erant comparati. Inter servos, qui ad cultum corporis pertinent, primum locum Medicis assignat Pignor. *fol. 39.* quippe quos tanti fecit Augustus Cæsar, ut, cum famis tempore maximas copias urbe exigeret, Medicos tamen & Præceptores relinqueret. Oros. *l. 7. c. 3.* Huc pertinet Chirurgus, vulnerum Medicus. Plin. *29. cap. 1.* Sector qui homines secat, *l. 7. §. 5. ad L. Aquil.* vel castrat, *l. 4. §. 2. de Sicar.* venas incidit, Cic. *in Pison.* Tonsor, Senec. *de brevit. vit. c. 12. l. 5. & 6. de Instr. leg.* Cinerarius, qui crines ornat, Senec. *in Sap. non cad. inj. c. 14.* Plautus Ciniflonem vocat. Vespillo, qui mortuos tractat, Pollinctor, qui cadaver lavat, ungit & exornat, *l. 5. §. 1. de Instit. Act.* Ustor, qui urebat, Succollator, qui portabat Cadaver, Pignor. *fol. 44.* Omnes vero generali nomine libitinarii dicuntur, qui funera curant, *d. l. §. 8.*

Proximus a Medico est Præceptor *l. 5. fin. l. 6. ad L. Aquil.* Nutritor *l. 27. in pr. de sup. leg.* Educator *§. 5. Inst. Ex quib. caus. manum.* Alumnus *l. 8. de Pign. & Hypoth.* Pædagogus *l. 13. de manum. vind.* qui etiam Comes dicitur *in l. 15. §. 16. de Injur.* Huc pertinet Grammaticus, Anagnostes, Librarius, qui libros describebat, *l. 92. de R. J. l. 15. de Usufr. l. 7. §. 5. de oper. libert. l. 52. de leg.* Calculator Amanuensis, Suet. *in Aug. c. 67.* Notarius, qui celeritate scribendi commendatur, Senec. *Epist. 90.* dicitur etiam Tabellio, Actuarius, Exceptor, Marcell. *Lib. 25.* Bibliothecarius, qui libris præerat, Senec. *de tranqu. c. 9.* Bibliopega, qui compingebat. Pictor. *l. 17. de Instr. Leg.* Cælator, Pignor. *fol. 181.* Archi- 23
tectus, Structor, Faber, *l. 12. de Instr. leg.* est artis fabricæ peritus, *l. 19. de Instr. leg.* quem male rusticæ familiæ adscribit Pignor.

fol.

fol. 276. cum utrobique tam urbe, quam rure sua officia præstet, *l. 16. Mand.* Est autem vel ferrarius sive ærarius, Paul. *3. sent. 77.* vel tignarius sive lignarius, scriniarius, mensarius, carpentarius, *l. 6. de jur. immun.*

24 Textor. *l. 36. de Leg. III.* Fullo, *l. 5. in pr. Naut. Caup.* qui vestimenta lavat, polit, curat. Sartor vel sarcinator, *l. 5. pr. Naut. Caup.* Sutor, *l. 78. ad SCtum. Treb.* Cerdo *l. 42. de oper. libert.*

25 Ad rusticam Familiam pertinet Villicus, qui idem fere in villa, quod Atriensis domi officium substinebat, & rationibus operibus Rusticis præerat in percipiendis erogandisque fructibus. *l. 8.* & ibi Gothof. *de Instr. leg. l. 16. de Inst. Act.* Cuj. *10. obs. 37.* Unde villicus a dispensatore non differt nisi loco saltem, *l. 166. de V. S.* & Actor vel in civitate, vel in villa commoratur. *l. 20. §. 4. de Instr. leg.* Adjungitur huic exactor operum, qui alibi etiam Monitor dicitur, Pignor. *fol. 271.* Custos Prædii, *l. 15. §. 1. de Aliment. leg.* Diætarius, Pistrinarius, Cellarius, Insularius, Pignor. *d. l.* Stabularius, Rubr. *Naut. Caup.* Hortulanus, Apul. *Lib. 9. Metam.* Topiarius, qui hortos exornat, *l. 60. §. fin. de leg. 3. l. 8. de Instr. leg.* Olitor, Horat. *1. Ep. 18.* Vinitor, LL. Salic. *Tit. 11. §. 5.* Putator, *l. 18. § 7. de Instr. leg.* Saltuarius, Saltuensis, qui saltum curat, *l. 8. de Instr. leg.* Agricola, Arator, *l. 7. C. quæ res pign.* Quo pertinent Fossor, *l. 18. §. de Instr. leg.* Occator, Runcator, Olivetor, Copulator, Strictor, Stercorator, Messor, Fœnisector & alii, de quibus Pignor. *fol. 255.* Pastor, *l. 66. de leg. III.* Bubulcus, *l. 18. §. 6. de Instr. leg.* Opilio, *l. 60. §. fin. de leg. III.* Agaso, *l. 60. §. 1. de leg. III.* Mulio, *l. 90. §. 1. de Instr. leg.* Vaccarius, Stotarius, LL. Alem. *tit. 98.* qui equas prægnantes curat, Caprarius, id est, custos Caprarum, Tuscus *Concl. 61. tit. C.* Auceps, *l. 12. §. 13. de Instr. leg.* Venator, *l. 99. §. 1. de leg. III.* Vestigator *d. l. 12. §. 12. de Instr. leg.* Piscator *l. 65. de Leg. III.* Molitor. *d. l. 12. §. 5.*

26 Et quamvis servorum appellatione ancillæ contineantur, *l. 101. de V. S.* tamen quædam ad urbana, quædam ad rustica officia adhibebantur. Ad urbanam familiam spectabant Ancilla Medica vel obstetrix, *l. 1. de Ventr. inspic.* Adstetrix, cujus officia, adsidere lecto, obstetrices adhibere, languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare fasciculas &c. Pignor. Nutrix, *l. 20. pr. de Alim. legat.* Cunaria, quæ cunas curat, Alumna, Ornatrix, Cosmeta, *l. 48. de leg. III.* Lotrix, *l. 25. §. 4. de Aur. Arg.* Lanifica, Textrix, Sarcinatrix, *l. 28. de Pecul.* Rusticæ ancillæ legebantur, ut Villica villam servans, Focaria, Pulmentaria panem coquens, Janitrix & aliæ, *l. 12. §. 5. de Instrum. leg.* Gryph. *in Oecon. leg. L. 1. C. 4.*

Numerus servorum apud Romanos in 27 immensum crevit, ita ut quidam 10. vel 20. M. habuerint. Lips. *ad Tacit. f. 186.* Optima ratio est, ut in quavis domo numerus servorum pro modo facultatum & dignitatum instituatur; absque servo vero Doctorem non debere esse, tradit Bonacossa *de Servis, qu. 22.* multo minus genere Nobilem; hucque pertinet brocardicon, quod invitans vel alens dominum teneatur etiam ejus servum excipere & alere, Bonacoss. *qu. 120.*

Debet vero servus vel famulus Domino 28 reverentiam & obsequium, ipsiusque persona semper sancta sit, *l. 5. ff. de Obs. Par. & Patr. Præst.* & insuper obstrictus est ad commoda ejus promovenda, & damna avertenda, illique inservire fideliter & non ad oculum, *Eph. 6. v. 6.* operasque præstare quotidianas secundum morem famulorum & honestas tenetur. Bonacoss. *quæst. 123.*

Neque tamen eas nimis rigide exigere 29 debet Dominus, neque impossibiles imponere. *l. 3. quæ sent. sine appellat.* Satius enim est mansuetudine, quam duris modis ad onus faciendum eos compellere. Augustin. *de Civit. Dei c. 16. l. un. C. de emend. serv.* Pervicacia vero famulorum 30 operas debitas præstare, recusantium denegatione salarii & aliis modis *arg. l. 1. C. de emend. serv.* coërceri potest. Poterit quoque Dominus fugitivum famulum perquirere, & ad debita servitia retrahere. Itemque adversus celantem vel receptan- 31 tem judicio utili de servis fugitivis experiri, *arg. tot. tit. C. de serv. fug.* Quemadmodum & utile interdictum de libero homine exhibendo, adversus iniquum detentorem Domino accommodabitur. *tot. tit. ff. & Cod. de Lib. Hom. exhib.* Actio item utilis de servo corrupto adversus eum, qui ad deteriorem frugem induxit famulum, vel inducere sollicitavit. Franck *ad ff. de Serv. corrupt.* Hahn *ad Wesenb. eod. tit.*

32 Pro opera servis debentur cibaria, *l. 2. ff. de his, qui sunt sui vel al. jur.* etiam citra ullam conventionem, comprobante id notoria Germaniæ consuetudine. Coler. *de Process. Execut. P. 1. Const. 9. num. 13. & 98.* Quæ vero victus & amictus ratio circa famulos iniri debeat, Judicis arbitrio relinquit Stamm. *de servit. Person. Lib. 2. c. 5.*
33 *num. 6.* Quandoque etiam vestiaria si sint promissa, & quidem cibus & potus, pro eorum conditione aliter urbanis, aliter rusticis præstatur. *l. 15. §. 1. de Aliment. leg.* Servosque nobilium habere meliora fercula aliis, tradit Bonacossa *qu. 32.* Nonnunquam tamen iniqui Domini ipsis detrahunt secundum Juven. *Sat. 12.*

Servorum ventres medio castigat iniquo.

Præterea statuunt Dd. Dominum ad medicamenta famulorum infirmatorum teneri; namque modicam impensam, pro eo qui operatur & cui debentur alimenta, fieri debere, & quod de modica impensa in servi valetudinem, eam scil. ad Dominum spectare, disponitur in *l. 18. §. 2. ff. commodat.* id ad famulum, qui sub certo salario locavit operas suas, extendendum esse sentit Caroccius *de locat. & cond. P. 1. qu. 33. n. 37.* A quo tamen dissentit Martinus Colerus *de Aliment. c. 13. num. 43.* putans, leges Romanas ad famulos nostros in præsentiarum extendi non posse, quod omnes de servis, nulla earum de eo, qui certa mercede constituta serviret, loquatur, non negans interim Dominum prudentis & Christiani hominis officium facere, si famuli ægroti curam suscipiat.
34 Debetur ipsis insuper merces promissa,
35 *Lev. 19. v. 13. l. 2. l. 30. ff. locat.* Cessante vero conventione, vel incerta mercede promissa, inspiciendum, quid communiter in civitate famulis vel operariis ex statuto aut more solvi consuevit. Ubi consuetudo deficit, recurrendum ad officium Judicis, qui in determinanda mercede eo utetur moderamine, quod personarum & operarum præstitarum ratio exigit, *arg.*
36 *l. 34. ff. de Reg. Jur.* Idem quoque de tempore solutionis subaudiendum, ut nisi aliud invicem placuerit, consuetudo loci attendatur, qua cessante famulitii tempore exacto, vel sub finem anni merces dependatur, *l. 30. §. pen. ff. Locat.* Carpz. *P. 2. Dec. 136.* Dn. Stryck. *Dissert. de Jur. Do-*
37 *mest. C. 4. §. 4.* Merces vero de jure Sax. ita est privilegiata, ut reliquis creditoribus in concursu præferatur, & quamvis alias testis in causa propria non admittatur, *l. 10. C. de Test.* attamen cautum est, si non constet, quantum famulis mercedis nomine debeatur, stetur in hoc proprio ipsorum juramento, *Land-Recht L. 1. Art. 22.* Et hoc non tantum moribus Saxoniæ obtinere, sed fere in consuetudinem generalem abiisse tradit Hahn. *ad Wesenb. tit. qui pot. in pign. n. 3.* Referri huc potest Jus 38
retentionis quod habet famulus, ita ut ante excedere ædibus dominicis haud cogatur, quam ipsi de mercede promerita satisfactum fuerit. Carpz. *P. 2. C. 25. Def. 22.* Debetur etiam integra temporis definiti 39
merces, si forte non per famulum, sed per Dominum stetit, quo minus operas suas exhiberet, *l. 38. ff. Locat. L. 19. §. 9. & 10. ff. eod.* Ut si forte absque justa causa ante tempus constitutum dimissus, vel ipse ob intolerabilem Domini sævitiam discedere ex servitio coactus fuerit. Carpz. *p. 3. Decis. 264.* Mevius *ad Jus Lubecens. Lib. 3. Tit. 8.* Quod si vero Casus fortuitus in persona ipsius famuli, morbus forte aut membrorum claudititas supervenerit; integram equidem mercedem exigere ille haud poterit *l. 15. §. 6. ff. Locat.* Attamen commiserationis ratio suadet, ne viribus fractus omnique nudatus ope, præpropere ædibus ejiciatur. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 24. th. 22.* Brunneman. *ad supr. alleg. text.* Interim non displicet temperamentum Wissenbachii *Disput. ad D. 37. th. 17.* interesse rati, breviorne sit morbus, an diuturnior, ita ut hoc casu, non illo defalcatio mercedis pro rata temporis, quo operæ cessaverunt, obtinere debeat. Ipse vero 40
famulus ante tempus conventum ministerium, cui se addixit, citra causam derelinquens, salarium integrum adeo petere haud potest, ut etiam partem ejus temporis, quo servivit, proportionatam amittat, Stamm. *de Servit. Person. L. 2. C. 9. n. 7.* quinimo ad interesse quoque a Domino, quod in litem juramento taxare hic valet, conveniri possit, *arg. l. 1. C. de Servit. fugitiv.* De Jure Marchico vero severius statutum est; *Es soll auch das Gesinde vor sich selbsten zur Unzeit kein Urlaub nehmen, vielweniger muthwilliger Weise entlauffen, sondern seine Zeit, so lange es sich vermiethet, aushalten; da aber iemand vor der Zeit Urlaub nehmen oder entlauffen würde, solcher soll seines gantzen Lohns verlustig seyn, und nichts weniger die übrige Zeit seinem Herren oder Frauen umsonst ausdienen, oder gar wie obgemeldt,*

olgemeldt, ernstlich gestraffet werden. Churfl. Brandenb. Gesinde-Ordnung. de An. 1685.

41 *Tit. 2. §. 6.* In ipsa vero operarum præstatione si corpori membrisve famuli damnosum quid acciderit, Dominum id nullatenus prægravat, nec is ad impensas curationis ferendas adstringi poterit, pro casu enim fortuito reputabitur, quicquid hujus evenerit, a cujus præstatione cum regulariter quisquis sit immunis, *l. 23. ff. de R. J.* nec Dominus ceu conductor operarum hoc nomine famulo locatori ad quidquam tenebitur, *arg. l. 9. §. 3. ff. Locat. l. 25. §. 6. eod.* Quanquam commiserationis ratio & Christianæ dilectionis officium diversum suadeant. Carpz. *Part. 2. Const. 51. Def. 14.* Mev. *ad Jus Lubecens. Lib. 3. tit. 8. Art. 11.* Quemadmodum & tunc onus eidem incumbit, si culpa causam ejusmodi damno vel læsioni dederit, veluti si famulum operis non conventis, vel insolitis aut periculosis admoverit, *l. 30. §. qui nullas. ff. eod.* vel ex odio in Dominum ille male habitus, vel corpori ejus vis illata fuerit, *l. 25. §. 4. ff. d. t.* Faber. *in Cod. L. 4. tit. 41. def. 14.* Pantschm. *P. 1. qu. n. 57. & 61.* Rerum vero si famulus jacturam sustinuerit, ad resarciendam eam Dominus ubique tenebitur, cum persona tantum famuli, non etiam res ejus obligatæ

42 sunt. *Land-Recht Lib. 3. Art. 6.* Quemadmodum vero hodie famuli ultra annum, ad quem operæ locantur, obnoxii non sunt, nisi ultro diutius manserint; ita alteri licitum adhuc eo tempore, quo serviunt, operas conducere, attamen abesse debet improba & illicita abalienatio, veluti si quis oblatione majoris mercedis cum incommodo proximi famulum corrumpat & ad sua servitia alliciat, Mevius *Part. 4. Dec 385.*

43 Defendere insuper famulum, si forte vi injusta impetatur, muneris herilis est. Bonacoss. *qu. 254.* Ipsi tamen famulo ceu libero homini injuria quapiam affecto, non Domino experiundi hoc nomine jus erit, ni forte in contumeliam hujus injuriosum quid sustinuerit, *§. 6. Inst. de injur. l. 15. §. 48. ff. eod.*

44 Præterea cum maxime necessaria sit disciplina, *Sirac. Cap. 33. v. 25.* Domino licet servum suum moderate ad verbera usque castigare, *l. un. C. de emend. serv.*

45 Dumne tamen modus excedatur, quo casu discedere e ministerio famulus licite poterit, & ipse Dominus arbitraria pœna coërcebitur. Menoch. *de Arbitr. Jud. Qu. L. 2. c. 138.*

46 Quinimo & vulneratis vel læsis injuriarum actione Dominos convenire permissum erit, quæ & ipsis servis vel parentibus eorum prodita est, si gravibus convitiis & contumeliosis verbis in illos Domini debachati fuerint. Quo nomine damnatam aliquando fœminam, quæ ancillam meretricem vocaverat, refert Mevius *ad jus Lubecens. lib. 3. tit. 8. Art. 10.* Quamvis autem Jurisdictionis sibi arrogandæ gratia famulum carceri mancipare, vel compedibus ligare non conveniat, *l. un. C. de Carc.*
privat. potest tamen Dominus custodiæ 47
causa servum fugitivum aut facinorosum ad tempus detinere, ut eo facilius judici sistatur. Faber. *in Cod. lib. 9. Tit. 5.* Dn. Stryck. *dissertat. de Jur. domest. c. 4. §. 2.* Minime autem infertur injuria, quando Nobiles famulos suos manumittunt, *wenn sie ihre Diener wehrhafft machen*, collaudata in præsentia aliorum Nobilium tanquam manumissionis testium famuli manumittendi industria, fide & in re equestri experientia ad morem Romanorum, quem ab horum emancipatione, de qua *in l. ult. ibi*, injuriosa rhapismata *C. de emancipat. liberor.* Nov. *81. in præfat.* ibi emancipationis actio facta cum injuriis & alapis liberabat eas hujusmodi vinculis &c. ubi utrobique Gothofredus. Et manumissione: de qua *tot. tit. ff. & C. de manumission. vind.* & in *§. multis autem.* ubi Mynsing. Schneidewin. & Dd. comm. quid vindicta fuerit, nempe nihil aliud quam virgula, aut, ut vocat alibi Gothofredus, festuca, qua Prætor ejusve lictor servum manumittendum tangebat, &c. explicant, *Inst. de libertinis.* mutuati sunt, famulo manumittendo alapam unam vel alteram infligunt, sub tenore formalium horum: quod has pro nunc a manumittente Domino suo, sed in posterum a nemine alio alapas ferre, *daß er anietzo diese Maulschelle von ihm, als seinem Junckern, aber förderst, als nunmehr ein reysiger Knecht von keinem andern leyden soll:* sed gladio præsenti, quem (una cum equo quandoque) a manumittente nobili dono accipit, injurias & Dominis futuris & sibi illatas propulsare debeat. Ejusmodi itaque ministros in officio delinquentes verberibus, a quibus per manumissionem sunt liberati, virili toga adepta tractare velle, hoc & Dominis & ministris turpe ac contemptibile foret. Stamm. *de Servit. Personar. lib. 2. cap. 4. num. 11.*

Hinc circa servos puniendos tenenda 48
est regula, quotiescunque excessus pro-

hibetur, toties mediocritas permittitur, exiguitas vero pro nihilo habetur, Husan. *de hom. propr. c. 7. n. 18.* quia modicum non curat, Prætor. *l. 4. de in integr. rest.* Qui si propter alapam servo inflictam adiretur, rem in diversum poneret, ait Bonacoss. *qu. 137.* Quemadmodum vero Principi expedit, civilem & humanum esse erga subditos suos, Guev. *l. 1. Horolog. 39.* ita multo magis in Patrefamilias id obtinebit, secundum illud Catonis:

Et famulos dicas, homines tamen esse memento.

49 Hinc Pomp. Atticum laudat Corn. Nepos, quod mitissimus erga suos familiares fuerit: & pro hoc Patrisfamilias ingenio servitus vel levis vel gravior est. *l. 13. de alim. leg.* Romani principio anni servis cœnam dabant. Nat. Comes *lib. 12. Myth. 2.* ut hac humanitate delibuti Dominos suos cariores haberent, & eos ad promtum
50 obsequium invitarent. E contrario Domini illi monosyllabi improbantur, qui dimidiatis verbis utuntur ad servos, ut si quis paulo hebetior ex nutu vel ex duabus syllabis, quid Dominus velit, non intelligat, statim det plagas, quo servi ad fugam impelluntur, Gryph. *in Oecon. leg. L. 1. c. 4.*
51 *n. 111.* Præcipua ergo cura circa servos erit, ut ipsi sola benevolentia & amore amicabiliter & familiariter nobiscum vivant. Nam non habemus servos hostes secundum Senecam, sed facimus, dum illis non tanquam hominibus, sed tanquam jumentis abutimur. Tot enim habemus hostes, quot servos tyrannide nobis efficimus, sciturі, ut ait Paulus, quod Dominum in cœlis habeamus, quandoque repetiturum ex nobis, quod in fratrem secus, quam nobis id fieri velimus, suscipimus. Ita enim æquabilitate pellecti servi, quicquid fecerint, ex animo facient, tanquam Domino, non hominibus obsequia
52 præstantes. Porro indecorum esse ventris, aut gulæ causa graves lites & controversias cum pueris & ministris excitare, dicebat Cato Censorius. Plutarch. *in ejus vita.*

53 Circumspectus autem sit Dominus in eligendis servis, quia culpæ reus est, qui opera malorum hominum utitur. *§. fin. de*
54 *obl. quæ quas. ex del.* Et factum familiæ Patrifamilias imputatur. *l. 1. l. 7. Naut. Caup.* Delictum vero non aliter, nisi Dominus mandet, *l. 152. §. 1. l. 169. de R. J.* vel non prohibeat, cum possit, quia præsumitur ejus consensu factum. Bonacoss. *de serv. qu. 13.* Ideoque ex aulico Davidis *Psalm. 101.* discat malos servos non recipere, talis enim quis esse præsumitur, quales famulos habere dignoscitur. Bonacoss. *qu. 17.* Hinc melius est paucos bonos ministros habere, quam malos. *C. cum sit ars. X. de Ætate & qual.* Et satius est servis egere, quam malis abundare, quia tunc quidem utilia omittuntur, ab his autem damna infliguntur. Xenoph. *in Cyrop.* Unde Lutherus dixit: *Ein fauler Dieb schadet einem Haus-Vater weniger, denn ein fauler Knecht.*

Inter alia vero incommoda ex numeroso famulatu provenientia, notat Naurath. 55
de Rationar. p. m. 79. quod ubi multi servi, multæ lites, æmulationes, odia, multæ discordiæ, multa denique domestica bella, quorum Paterfamilias observator, spectator, ac laboriosus denique compositor sit oportet. Petrarch. *lib. 1. de Rem. ut fort. cap. 33.* Namque paucos servos bene regere difficile, plurimos impossibile; præterea, juxta illud Horatii:

Segnius expediunt commissa negotia plures.

Prætereundum denique non est, in mul- 56
tis locis salubriter constitutum esse, ut famuli testimonium, quomodo sese in servitio gesserint, a pristino Domino petant, & id novo Domino exhibeant, *Churfürstl. Brandenb. Gesinde-Ordn. de An. 1685. Tit. 2. §. 9. Wenn auch ein Dienst-Bothe seinen Dienst aufkündiget, und zu einem andern zu ziehen vorhabens ist, soll er ein schrifftlich Zeugniß seines Wohlverhaltens, (welches dem Dienst-Bothen, wenn er nicht zu verbleiben schuldig, bey Straffe nicht zu versagen ist) von demjenigen, bey welchem er gedienet, oder da derselbe nicht schreiben könte, vom Prediger oder Küster desselben Orts bringen, und ausser dem von niemanden bey zehen Thaler Straffe, welche der Miether zu erlegen verbunden, angenommen werden, von welcher Straffe der halbe Theil iedes Orts Obrigkeit, die andere Helffte aber dem Land-Reuter und der Kirchen verfallen seyn soll.*

CAPUT

CAPUT VI.

DE AGRICOLIS.

SUMMARIA.

1. *De ſtatu modernorum Ruſticorum remisſive.*
2. *Conditio Agricolarum apud Romanos diverſa a noſtris.*
3. *Quod a nonnullis JCtis non animadverſum.*
4. *Agricolarum in Jure nomen generale.*
5. *Ruſticani qui?*
6. *Adſcriptitii?*
7. *Originarii?*
8. *Cenſiti?*
9. *Coloni?*
10. *Quorum nonnulli perpetui.*
11. *Quidam conditionales.*
12. *Inquilini qui?*
13. *Coloni ſimplices.*
14. *Coloni perpetui ſiunt ex mendicantibus validis.*
15. *Reddentes qui?*
16. *Item Manentes?*
17. *Angarii.*
18. *Parangarii.*
19. *Recommendati.*
20. *Homines de Manſata.*
21. *Coloni Partiarii.*
22. *Coloni Perpetuarii.*
23. *Coloni hi differunt ab illis, quos Romani in Colonias deducebant.*

1 Cum de ſtatu & qualitate modernorum Ruſticorum *Lib. 1. c. 28.* plura adduximus, merito differendum
2 erit hoc loco: Quomodo agricolarum apud Romanos conditio longe fuerit di-
3 verſa a noſtris. Quod cum a nonnullis autoribus non animadverſum fuerit, varie & erronee jura vetera, de ſervis Colonis & adſcriptitiis loquentia, ad hodierna jura
4 & conſuetudines applicata fuere. Agricolarum autem in Jure nomen generale eſt, omnesque comprehendit, qui agriculturæ operam dant. Illorum vero alii dicuntur Ruſticani, alii adſcriptitii ſeu glebæ adſcripti, alii Originarii, alii Cenſiti, alii Coloni; & horum iterum non unum ge-
5 nus. Ruſticani illi dicti ſunt, qui rure habitantes nemini ad ſervitia tenebantur, ſed ex agris, qui illorum proprii erant, capitationem & annonam in publicum dependebant. Cui ut ſufficerent a nemine ad obſequia avocari poterant, gravi in contra agentes conſtituta pœna. *l. 1. & 2.*
6 *C. ne ruſtican. ad ull. obſ.* Adſcriptitii ſunt, qui mediante ſcriptura terræ excolendæ addicebantur, & quia glebæ ſic adſcripti fuerunt, inde nomen acceperunt. Hi a ſervis nihil vel parum diſtant, ideoque matris conditionem ſequuntur, *l. ne diutius. 21. C. de Agric. & Cenſit.* libertatem nunquam præſcribunt, *l. 23. pr. C. d.*
7 *tit.* nec a ſolo ſecedere queunt. Originarii qui ex adſcriptitiis, vel aliis colonis naſcuntur, ita dicti, quia jura originis ſuæ
8 ſequuntur. *l. 1. de Agric. & Cenſit.* Cenſiti, qui & cenſibus adſcripti vocantur, *l. ſi quis presbyt. C. de Epiſc. & Cler.* colendo agro quidem addicti erant, ſed non perinde ut glebæ adſcripti arbitrio Dominorum obnoxii. Hi certi nihil, ſed ut Domino viſum, pendebant vel ſerviebant: Sed illi ad certam ſaltem penſionem ſeu cenſum tenebantur, qui capitalis illatio, *in l. pen. C. de Agric. & cenſit.* inde & tributarii coloni illi vocantur; de cætero vero, quadam pene ſervitute quoad Dominos dediti, etſi quoad alios liberi erant, vid.
l. 2. C. in quib. cauſ. colon. cenſit. Coloni 9
autem illi ſunt, qui una cum filiis & rebus ſuis liberi, coguntur tamen terram colere & canonem præſtare, *l. agricolarum 18. C. de Agric. & Cenſ.* Hi dominum habent, ſicut adſcriptitii, quo reſpiciunt verba *l. cum ſatis. §. fin. C. de Agric. & Cenſit.* ubi cum initio dixiſſet: Nemini liceat adſcriptitium vel colonum alienum in rus recipere, additur, admonente Domino vel ipſius adſcriptitii, vel terræ, ut indicetur terræ Dominum coloni non eſſe, quo & reſpiciunt verba *l. originarios 11.* Domino
vel fundo, *C. eod.* Ex iſtis quidam per- 10
petui dicuntur, *l. un C. de Val. mendicant.*
quidam conditionales, qui cum per tri- 11
ginta annos in colonaria conditione morati eſſent, deinde una cum liberis ſuis coloni fiunt, & in iſta permanere & ne puncto quidem temporis a fundo diſcedere debent, *l. colonos 25. l. cum ſatis 23. §. 1. C.*
de Agric. & cenſit. Alii inquilini, qui ad 12
colendos agros ſunt obligati, ſed quibus diſcedere licet a terra, & alibi in ſuburbiis habitare, & agriculturam per alios exercere. Gloſſ.

13 Gloss. *in l. definimus. 13. C. d. tit.* Alii coloni simplices, qui terræ non sunt obligati, sed homini ex certo contractu, pro tradito fundo aut solvenda mercede intra certa tempora agrum colentes, vid. Joh. de Plat. *in l. fin. num. 4. & seq. C. de Agric. & censit.* Perez. *ad dictum. Tit.*
14 Fiunt etiam coloni perpetui, & in Dominium capientis transeunt mendicantes, qui cum essent validi integritate corporum, & robore annorum fingentes malis artibus & medicamentis se esse fractos & debiles, & nulla necessitate mendicant palam, qui enim illos suspexerit & prodiderit, nec non validos esse probaverit, Dominium eorum consequitur si sunt servi, vel jus coloniæ perpetuæ & adscriptitii si sunt liberi, *l. unic. C. de mendic. valid.* Differunt autem isti coloni ab aliis adscriptitiis & censitis, quod isti quamdiu vivunt, servire tenentur, & non eorum filii, cæterum illi & eorum liberi perpetuo sunt obligati, *l. 13. C. de Agric. & cens.* Hanc legem *un. C. de Mend. Val.* in Hispania & Gallia in desuetudinem abiisse testatur Alvar. Valarc. *de Jur. Emphyt. qu. 37. num. 2.* Satis enim esse, si isti publicas fraudantes eleemosynas expellantur, licet ex consilio beati Gregorii omnes admittendi sint, ne boni repellantur. Vide tamen *c. seq. 7. n. 20.* Plures alias species agricolarum
15 adducit idem Valarcus *d. l. n. 19.* videlicet quosdam qui appellantur reddentes, qui nihil aliud Domino conferunt, nisi solum reditum gallinarum, porcorum, agnorum
16 vel quid simile. Alios, qui appellantur manentes, quia in solo alieno manent in villis, & per annos 30. Dominus ab eis
17 manentibus recipit certa servitia. Quosdam Angarios, qui servitia faciunt propriis expensis, puta tot Jugera, vel operas qualibet hebdomada. Quosdam Parangarios, 18
qui dant pictas operas, & ultra hoc solvunt etiam reditus pro patrimonio. Quos- 19
dam recommendatos, qui se subjiciunt patrocinio alterius, & ejus tutelæ, & pro hoc obligant se ad aliquid solvendum. Alios 20
vero esse homines de Mansata, qui dicuntur, quando Dominus dat illis mansum cum diversis possessionibus, & illi se faciunt homines illius Domini, & obligant ad certum servitium. Dicuntur autem de mansata, ratione mansi & possessionis, & personæ eorum liberæ sunt, ut mansum si velint dimittant, Speculator de *feud. §. 2. versic. Sed numquid homo meus.* dicit esse de Mansata quasi de familia. Mansus autem est fundus terræ duobus bobus ad laborandum sufficiens, Zasius *de feud. pagin. 61.*

Colonus partiarius est, qui pro certa 21
fructuum parte prædium conduxit, de quo vid. *Cap. 24. Lib. 1.* Coloni perpetuarii 22
sunt, qui fundum a Principe vel Republica conductum certo canone in vitam suam habent, etiam ea lege, ut ad alios transferre possint, *l. fin. C. de locat. Præd Civil.* Omnes autem hi coloni differunt ab illis, 23
quos Romani in colonias deducebant, quia hi cives vel milites erant prædia sua vel libere pro tributo annuo perpetuo possidentes, & nemini, quam Principi vel Reipublicæ quid solvunt, cum alii coloni Domino intermedio essent obstricti; sed quia hæc omnia ad Rempublicam Romanorum spectant, ideoque hic subsistemus. Vid. omnino Jacob Gothofr. *Cod. Theod. de Fugit. Colon.*

CAPUT VII.

DE HOMINIBUS PROPRIIS.

SUMMARIA.

1. *Servitus Romana ex orbe Christiano eliminata.*
2. *Ejus imago in hominibus propriis in Germania remansit.*
3. *Origo eorum adscribitur victoriæ Clodovæi ad Tolbiacum.*
4. *Ut & victoriæ Caroli Magni de Saxonibus reportatæ.*
5. *Item Obotritis & Henotis a Saxonibus victis.*
6. *Vestigia hominum propriorum apud alias nationes reperiuntur.*
7. *Multi ex his libertatem pristinam consecuti.*
8. *Homines proprii Originariis & Adscriptitiis Romanorum in quibusdam assimilari possunt.*
9. *Tamen novam speciem constituunt.*
10. *Homines proprii pro diversitate regionum variant.*

11. *Constituitur homo proprius origine.*
12. *Item Pacto & contractu.*
13. *Ut & emtione venditione.*
14. *De jure Romano prohibitum erat agricolas absque prædio vendere.*
15. *Quod tamen de consuetudine aliter obtinet.*
16. *Vendito homine proprio, Uxor & liberi etiam sequuntur.*
17. *Præscriptione etiam adquiritur Dominium in homines proprios.*
18. *Alia ratio est, si quis ex urbanitate ad preces, vel ex metu operas exhibuerit.*
19. *Adquiritur & Dominium in hominem proprium per sententiam.*
20. *Ex mendicantibus validis fiunt homines proprii.*
21. *Actiones quibus prosequimur homines proprios.*
22. *Optimum remedium ex l. 14. C. de Agric.*
23. *Fugientem subditum propria autoritate capere licet.*
24. *Obligatus est homo proprius Domino ad obsequium & reverentiam.*
25. *Tenetur juramentum fidelitatis præstare.*
26. *Item ad operas debitas obstrictus.*
27. *Quæ servitia tamen non sunt extendenda.*
28. *Homo proprius non debet in Dominum intentare actionem famosam.*
29. *Nec potest Dominum accusare criminaliter.*
30. *Dominus potest hominem proprium mediocriter castigare.*
31. *Item mulctis coërcere.*
32. *Ut & ejicere ex fundo.*
33. *In quibusdam locis succedit Dominus Colono.*
34. *Potest jura venditionalia exigere.*
35. *Solvitur jus in proprios homines manumissione.*
36. *Item quando Domini ipsis prædia adimunt.*
37. *Ut & peremtione ipsius prædii.*
38. *Solvitur & jus in hominem proprium nimis aspera tractatione.*
39. *Item si homines proprii tam in militia togata, quam sagata, dignitatem eximiam nanciscantur.*
40. *Præscriptione etiam liberi fiunt homines proprii.*

1 QUamvis ex orbe Christiano dura illa servitus Romana eliminata sit,
2 tamen imaginem ejus etiamnum in hominibus propriis passim per Germaniam videre licet, quorum originem vi-
3 ctoriæ ad Tolbiacum in Ubiis a Clodovæo Francorum Rege de Germanis obtentæ adscribunt, qui ne posthac quicquam spei recuperandæ libertatis & potentiæ relinqueretur, cunctam terram flamma & ferro devastavit, & victoria ad libidinem abusus est, ut omnes superstites maximam etiam partem Alemannorum servituti mancipareт durissimæ, affligeret & Sclavos efficeret. Christoph. Lehman. *Chron. Spirens.*
4 *L. 2. c. 20.* Simile de Saxonibus a Carolo Magno post 33. annos victis memoriæ proditum est, qui jugo servili eos pressit vehementer, quove minus rebellandi occasio subministraretur, 30. millia præcipuæ nobilitatis viros exilio damnavit; Belgium vero totum, ut & Transsylvaniam novis colonis adimplevit, Reineccius *de Gest. Ca-*
5 *roli Magni.* Verosimile insuper est, Saxones Obotritis & Henotis victis, ejusmodi homines proprios constituisse, quos vocabant *Lassen*, quasi relictos in Provincia, *liessen sie die Bauern, Land-Recht l. 3. Art. 44.*
6 Vestigia etiam ejusmodi hominum apud alias Nationes reperire licet. Italis dicuntur homines de mansata. Specul. *de Feud.* §. *Quoniam. n. 37.* Hispani eos vocant Solariegos. Gaaias *de expens. c. 9. num. 52.* Galli manumortuales vel etiam Corveables. Chassan. *in consu. Burg. l. 9. n. 24.* Poloni Kmettones vel Kometones, Bodin. *L. 1. c. 5. n. 4.*

Etsi vero ex tanto propriorum ejusmodi hominum numero plurimi successu temporis, partim meritis, partim etiam precibus & pretio, libertatem pristinam consecuti fuerint: Magna tamen eorum pars tam in superiori quam inferiori Germania hodiernum usque in diem remansit. Vid. supra *Cap. 28. Lib. 1.* Hering. *de fidejussor. c. 7. n. 317.* Et licet nonnulli JCti eos originariis & adscriptitiis Romanorum, imo & libertis assimilare velint, Schepliz. *P. 4. t. 7.* Sichard. *ad l. 5. C. de Negot. gest.* Tamen in omnibus & per omnia neque servos, neque adscriptitios, neque colonos, neque capite censos, neque statu liberos, neque libertos esse, sed novam quandam speciem de omnium illorum natura & conditione participantes constituere, notanter tradit Zasius *sing. Resp. l. 2. c. 7. num. 8.* servosque anonymos vocant. Stamm. *de servit. Person. Lib. 1. c. 2. n. 2.* 7 8 9

Homines isti proprii pro diversitate regionum mirum in modum variant. Sic in 10

in Lusatia & nova Marchia Brandenburgensi durioris conditionis sunt, & ad instar servorum Juris Gentium Dominis obligantur, qui Nobilium prædia non sibi, sed Dominis possident, & ad servitia quævis & præstationes adstringuntur. Köpping. *Decis. 44. n. 6.* E contrario in superiori Germania rustici liberi existimantur, qui sub jurisdictione nobilium fundos, domos, mansos & alia immobilia jure Dominii possident. Gail. *de Pign. Cap. 8. n. 3.* In Provincia Megapolitana nulla bona Emphytevtica, multo minus censitica, in quibus isti homines dominium aliquod habent, reperiuntur, sed ad resignationem Dominii quamprimum restituere coguntur. Cothman. *Consil. 4. n. 56. Vol. 1.* adeo ut etiam colonos expellere, fundumque ad se Nobiles pro arbitrio recipere, & alio transferre possint, quamvis per 30. 40. & 50. annos continuos uniformem canonem solverint. Husan. *de hom. propr. c. 2. n. 34.* Quibus tamen se potestate domini subtrahere, & jurisdictionem invertere non est licitum, cum tales homines non possideant, & pars fundi esse censeantur, ita ut vindicari possint. Erhard. *de Oper. Rustic. Conclus. 5.*

11 Constituitur vero homo proprius (1) origine vel nativitate. Extra omne enim dubium est originem facere subditum, quod non modo jure communi, *l. fin. C. de Munic. l. 11. C. de Agric. & Censit.* sed etiam universali consuetudine receptum. Mev. *vom Zustand der Bauern qu. 2.* Unde isti homines sub alterius ditione a propriis hominibus nati coloni originarii vocantur, quod etiam de spuriis ex ejusmodi & propria fœmina natis, item de liberis expositis hominum propriorum dicendum. *l. 6. C. de Agric. & Cens. l. 1. C. de Infant. exposit.* Stam. *de Servit. Personal. L. 3. c. 15.* Voigt a Berg *de Homin. propr. §. 6. lit. a.* Qui enim nascitur ex matre mancipii nexu, utique homo proprius est; ut enim in jure nostro &c. Non tantum autem locus, sed & qualitas nativitatis facit liberos proprios homines; hinc liberi Conductorum, Villicorum, Pastorum & Opilionum non sunt servilis conditionis, *leibeigen*, nisi eorum parentes in hoc statu & qualitate vixerint.

12 Deinde fit homo alterius quis ex pacto vel contractu, quando qui alias libertate gaudet, in loco ubi hoc Jus viget, domicilium sortitur, & solita servitia præstat; sicut enim in prædio meo alteri servitutem pacisci, ita & meam ipsius conditionem aggravare possum, Jacobin. *de homag. n. 7.* præsertim si accesserit manus porrectio, *der Handschlag*, quia hæc inter rusticos ex consuetudine habetur pro signo adquisitæ in aliquem potestatis. Husan. *d. tract. c. 64. n. 10. Churfürstl. Brandenb. Bauer- und Gesinde-Ordnung Anno 1685. Tit. 4. §. 2. Wenn sie auch gleich den Eyd nicht würcklich abgeleget, sondern nur durch einen Handschlag sich verbindlich gemachet.* Vel quotannis Gallinam, *das Rauch-Huhn*, promiserit, quod argumentum proprii hominis putatur. Coth. *Cons. 42. n. 163.* vel incerta servitia præstiterit, vel alicujus jurisdictioni se subjecerit. &c. Idcirco, qui præstant, quod aliis rusticis ex more vel consuetudine injungitur, inter rusticos & proprios homines connumerandi. Coth. *d. Cons. 42. n. 28.* Cæterum cum de proprietaria conditione constituenda conventum est, ut plurimum instrumenta obligatoria *Ergeb-Brief* vocant, Wehner. *Vocab. Leibeigenschafft*, desuper confici, quinimo &c. Voigt a Berg. *§. 6. lit. c.*

Emtione venditione etiam adquiruntur homines proprii, & quidem vel cum prædio, vel absque eo: Cum prædio adquiruntur, quando illud venditum, donatum, vel hypothecatum sit, nec differt, an adjectum venditioni fuerit expresse cum pertinentiis, nec ne, tamen isti homines, utpote qui ad agriculturam spectant, & pars fundi sunt, simul venditi censentur, nisi expresse fuerint excepti. Gail. *2. Observ. 62. n. 5.* Pro parte enim prædii alienati transit etiam quantitas adscriptitiorum, tanquam rerum concordantium, & a solo inseparabilium, *l. quemadmodum.* ibi Joh. de Platen. *C. de Agric. & Cens.* & adeptio possessionis se extendit ad connexa & pertinentias per vulgata. 13

Absque prædio agricolas vendere & alienare de jure Romano prohibitum erat, *l. 2. l. 7. C. de Agric. & Cens.* de consuetudine vero obtinet homines proprios, præsertim si eorum accesserit consensus, a Dominis vendi solere instar pecorum, quod tamen improbat Mevius *d. tr. qu. 2. n. 93.* Sive autem hominis proprii vel cum vel sine prædio vendantur, uxores tamen & liberi ipsos sequuntur. Sic enim jura cavent, ut ad quem spectant coloni censiti, ad illum spectare debeant Originarii sc. eorum liberi. *l. 11. C. Commun. utr. Jud. l. 13. C. de Agr. & Cens.* Præterea indubitati juris est, præscriptione acquiri jus servitu- 14 15 16 17

tis,

tis, & amitti libertatem, vel dominium propriorum hominum quasi ex tacito ipsorum operas, obsequium reditusque præstantium consensu. *l. 20. C. de Agr. & Cens.* Husan. *d. tr. c. 3. n. 11.* Præscriptione enim 30. annorum quis fit homo alterius proprius & angarius, si operas serviles tanto tempore præstitit. *l. 18. l. 23. C. de Agr. & Cens.* Balb. *de Præscript. Part. 4. Pr. Qu. 6.* Sufficit vero ad istam præscriptionem constare de non interrupta servientis per 30. annos præstatione, & quidem in qualitate hominis proprii, nec de recipientis bona fide, quam tempus præsumi facit, titulo, vel alio quodam

18 opus est. Mev. *d. l. n. 133.* Diversa ratio est, si ex alia quam servitutis causa forte ex urbanitate, liberalitate, ad preces pro certa mercede ex errore, metu vel simili, operas exhibuerint. *arg. l. 2. C. de Præscr. 30. vel 40. annor.* Carpzov. *P. 2. Const. 4. Def. 3.*

19 Per sententiam quoque vel rem judicatam acquiritur dominium in hominem proprium, quod & fit, si arbitraria pœna est in aliquem decreta, cum non dubium sit, condemnatione ob crimen hominem liberum ad servitutem posse transferri, Husan. *c. 3. n. 22.* Id quod cum Reipublicæ ad utilitatem, tum delinquenti ad emendationem præstantius est, quam virgæ & carceres, qui raro cuiquam proficiunt. Sed illa pœna solum ferit delinquentes, non eorum liberos jam natos, qui manent liberi. *l. Sancimus. C. de Pœn.* Stamm. *de Servit. Person. c. 15. n. 3.*

20 Ex Mendicantibus validis posse constitui homines proprios, constat *per l. un. C. de Mendic. val. Nov. 80. c. 5.* Mev. *d. l. n. 204.* ubi statuit, adhuc hodie permissum esse Domino Jurisdictionem habenti ejusmodi malitiosos mediante juramento agriculturæ mancipare; &, si aufugerint, eos vindicare.

21 Actiones quod attinet, quibus prosequimur hominem proprium, diversæ proditæ sunt: Nam si rusticus fugitivus alterius dominio sese subjecerit, habemus rei vindicationem, quæ non modo ob res immobiles & mobiles, sed etiam ob res animatas & se moventes competit, quomodo ex jure cognitum vindicare civitates incolas, *l. 37. ad Munic* Dominum subditos. *C. dilectus. X de Appellat.* & in rusticis propriisque hominibus idem obtinere tradit Husan. *d. l. n. 70.* Difficilis autem est dominii probatio, cum nemo mancipium vel homo proprius præsumatur, sed potius a natura liber & ingenuus. Moller. *lib. 4. Semestr. c. 38.* Boër. *Decis. 132.*

Ideoque facilius remedium contra subdi- 22
tos fugitivos jura suppeditant *in l. 14. C. de Agric. & Cens.* Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fugæ vitio transeuntes, necessitatem propriæ conditionis declinare tentaverint, bonæ fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri, & tunc causam originis & proprietatis agitari: hic igitur non opus est probatione dominii, sed tantum, ut quis bona fide hominem possederit. Menoch. *recup. Poss. remed. 10. n. 30.* Et licet se liberum esse excipiat, tamen non auditur, antequam in servitutem redeat, *C. 2. X. de serv. non ordin.* eousque talis perfuga quasi accusator sui est, *Nov. 53. C. 4. pr.* contra quem semper præsumitur. *l. 15. C. de prob.* Qui recipit, etsi bona fide faciat, tamen ubi conditionem fugitivi a repetente rescivit, contra id quod vitiose factum se nulla exceptione tueri potest. *l. 1. §. 3. quod vi aut clam.* Hocque remedium absque longiori processu contra stricti juris rationem favore agriculturæ, & odio fugæ singulariter introductum. Ripa *in cap. sæpe. n. 30. X. de Restit. Spol.* Mev. *d. l. num. 214.*

Fugientem vero subditum propria au- 23
toritate capere licet, quamdiu in actu fugæ est, ne scil. ultra elabatur. *l. un. C. de Colon. Palæst.* Ubi enim judicis copia deest, in omnem fugitivum manus injectionem concessam esse, ut ad examen resultans deducatur, juri congruit. *l. 54. C. de Decur.* & ubi periculum in mora est, ibi receditur a regulis juris communis; & licet privati carceres sint prohibiti, *l. 1. C. de privat. Carcer.* attamen hoc casu permittuntur. Faber *in Cod. Lib. 9. Tit. 5. def. 1.* Obli- 24
gatus autem est homo proprius Domino suo ad reverentiam & obsequium, exemplo liberti erga patronum. *l. 1. l. 9. ff. de Obseq. a lib. præst.* In quem finem Sacra- 25
mentum fidelitatis ei præstare tenetur. Jacob. *de Homag. n. 32.* quod tamen moribus nostris non ubique observari solet. Husan. *d. tr. c. 4. n. 36.* Deinde tenetur Dominum evocantem sequi, & opem ei suppetiasque ferre adversus inimicos ipsius, ad exemplum beneficiarii seu Vasalli. *C. 22. qu. 5. C. ego N. X. de jurej.* Jacobin. *de Homag.*

Præterea rustici proprii Domino ad 26
operas debitas sunt obstricti, sicut autem liber-

libertus Patrono operas non debet, nisi promissæ, puta jurejurando vel stipulatione,
27 *l. 7. de Oper. lib. 44. in fin. de lib. caus.* Ita nec homo proprius Domino debet alias operas præstationesve, quam ad quas sese in ipso contractu vel tacite acceptando prædium, cui hoc vel illud onus inhærebat, vel expresse, id est, de novo paciscendo adstrinxit, potest enim Dominus tempore traditionis prædii legem apponere, quam velit, *l. 6. C. de Rer. permut. l. 48. de pact.* Unde dici solet contractus ex conventione legem accipere, *l. 1. §. 6. depositi.* veluti si paciscatur, ut singulis annis hoc vel illo mense solvat par gallorum gallinaceorum, quos vocant *Rauch-Hüner*, vel aliquot modios frumenti, vel certam summam denariorum, item ut toties Domino operetur arando, conferendo, triturando, ligna in domum Domini convehendo, quæ servitia non sunt extendenda, sed intra suos fines cohibenda. *C. dilect. X. de off. archid.* Quare etsi operæ indebitæ eduntur, per vim & metum intelliguntur esse extortæ, *l. 11. C. de his quæ vi metuve causa, l. 23. §. 1. C. de Agric.* & operæ indeterminate a subditis debitæ suis dominis non debent nimis aggravari, sed reduci ad arbitrium boni viri, *l. 30. pr.* ibique Gothofr *de oper. libert.* Quilibet enim tenetur jure suo legitime uti, *Gloss. ad d. l.* quum expediat Reipublicæ, ne quis sua re male utatur. *§. sed & hoc temp. de his qui sunt sui vel al. jur.* Quod si Dominus premit hominem suum contra solitum serviendi morem, forte si imponantur nova servitia, tunc eo nomine agi potest contra Dominum *ex l. 1. C. ex quibus caussis col. dom. accus. poss.*

28 Homo proprius tenetur etiam honori Domini hoc tribuere, ne in eum intentet actionem famosam, puta, de dolo, furto, & similibus, quarum fit mentio *ff. de his qui not. infam.* vel ex qua condemnatus Dominus reipsa & opinione hominum non effugiat infamiæ notam, etiamsi verbis sententiæ non pronuncietur infamis, ut injuriarum, Zas. *Lib. 1. sing. Resp. Lib. 3. n. 84.* Quare conventionem suam temperare debet verbis in factum, hoc est, non in fraudem Domini, sed in solum nudumque ejus factum, detracta fraudis mentione, directis, *l. non debet 12. §. 1. de dol. l. 2.*
29 *l. 5. §. 1. de obseq. par. & patr. præst.* Deinde, non potest Dominum deferre aut accusare criminaliter, *l. pen. C. de iis qui accus. non poss.* non debet enim ejus existimationem, caput atque fortunas petere, cujus Dominio inhæret, idque sub pœna decapitationis *d. l. pen.* excepto solo læsæ Majestatis crimine, in quo ut alia multa singularia sunt, *l. quisquis. C. ad l. Jul. majest.* ita quoque specialiter permissum est, *d. l. pen. l. 6. de bonis libert.* Jacobin. *de Homag. n. 28.*

Præterea Domino varia jura in homi- 30
nem proprium assignant Doctores, quale est, posse eum propria autoritate hominem proprium comprehendere, & mediocribus plagis castigare, *arg. l. un. C. de emend. servor. Auth. ad hoc qui suam. C. de lat. lib. tollend. & ibi* Bald. Hus. *c. 7. n. 9.*
item pœnis seu mulctis coërcere, imo pro 31
modo admissi criminis capitaliter punire, si sc. Dominus merum & mixtum imperium in eum habeat, Jacobin. *de Homag. num. 9.* In quibusdam provinciis, ut in 32
Megapoli potest dominus colonum ejicere suo fundo, & alio transferre, Husan. *d. l. n. 75.* Item Dominus succedit ex consue- 33
tudine, vel pacto, vel privilegio colono suo sine liberis defuncto, quandoque etiam ex parte, licet liberi extent, ut optimum equum vel aliud animal præcipuum habeat.

Deinde potest Dominus jura venditio- 34
nalia exigere, quoties homines proprii prædia sua, quæ ab ipso recognoscunt, vendunt vel alienant. Sunt autem jura venditionalia certæ portiones pretii, quæ Domino ex re feudali vel Emphytevtica solvuntur, tum in recognitionem Dominii directi quod ipse retinet, tum ut alienationi facilius consentiat, eamve pro jure suo ratam habeat, vulgo Laudemia, *Lehn-Waar*, nuncupant; Ea olim quinquagesima pars pretii erat, *l. ult. C. de Jur. Emphyt.* hodie vero uti alia onera in peccatorum pœnam crevere, ita jura quoque venditionalia multo avarius a Dominis exiguntur, ut nonnunquam vigesimam, decimam, in quibusdam etiam Provinciis tertiam partem exposcant. Husan. *d. l. n. 91.* Solvitur jus in proprios homines variis modis, & quidem (1) Manumissione 35
Domini, quam affrancamentum vocant, i. e. remissionem seu liberationem. Quomodo instrumentum hujus sit concipiendum, docet Spec. *Lib. 4. p. 1. n. 10.* Estque hæc remissio pars & nota Dominii. Cothman. *Cons. 38. n. 60.* Hinc nemini nisi Domino competit, vel cui specialiter est mandatum. Vasalli vero, Menoch. *Recup. poss. remed. 10. n. 73.* ut & Emphytevtæ, *l. 2. in f. C. de fund. patrim.* homines proprios liberare possunt, & finito

Feudo

Feudo vel Emphytevsi, si bona ad Dominum directum redeant, non poterit eos ad servitutem revocare, nisi fraudulenter fuerint dimissi, *d. tr. Sect. 3. n. 9.* Administratores & officiales possunt etiam ejusmodi homines dimittere, quod utilitatis causa receptum, cum censeantur habere mandatum cum libera generale, quod tantundem valet, quantum speciale in casibus, ubi hoc requiritur. Mev. *d. l. n. 11.* In prædio dotali quoque concedunt jura marito potestatem manumittendi, dummodo solvendo sit, *l. 21. ff. de Manumiss. l. 3. C. de Jur. dot.* Tutores vero, ut & conductores, item locatores tempore locationis conductionis nondum finito, ut & creditores in fraudem creditorum manumittere non possunt, *tot. tit. C. qui manum. non poss.*

36 Liberi etiam fiunt Rustici (2) quando Domini eorum prædia ipsis adimunt, & vel aliis concedunt, vel ad proprios usus convertunt, quod maxime in Ducatu Pomeraniæ & Megapolitano procedit, ubi ex longissima agrorum possessione rustici jus perpetuæ coloniæ non possunt consequi. Cothm. *Consf. 97. n. 4. Vol. 2.*

37 Cessat (3) hoc jus peremtione ipsius prædii, cujus ratione colonus in jus & potestatem Domini sese contulerat, *l. 1. C. de Jur. Emphyt.* puta, si ager Chasmate aut cataclysmo, vel domus incendio perierit, nisi Dominus alias possessiones ipsis concedat. Mev. *d. l. n. 57.*

Amittit (4) Dominus jus suum in hominem proprium nimis atroci & aspera tractatione, *l. 2. de his qui sui vel alien. jur.* quia Reipublicæ utile est, ne quis re sua male utatur, & abusus meretur amissionem juris sui, *l. 3. C. locat.* Husan. *c. 8. num. 22.* Ad hoc autem ut Dominus propter sævitiam jurisdictione privari possit, requiritur primo sæva tractatio, deinde pœnæ privativæ comminatio, tertio contumacia rei nolentis parere, Borch. *de Feud. p. 10. n. 55.* Sic enim non modo æquum, sed & praxi receptum est, ne prætextu afflictionum effugia hominibus natura ad querelas & provocationes pronis præbeantur, ab admonitione prius incipi, & deinde in facti circumstantias inquiri, Gail. *Lib. 1. obs. 17. num. 14.* 38

Liberantur (5) homines proprii, si tam in Militia sagata, quam togata dignitatem nanciscantur eximiam, puta si Doctores vel Consiliarii Principum fiant, quod quamvis juri scripto repugnet, *l. 11. l. 19. C. de Agric. & Cens.* tamen consuetudine ita servari tradit Mev. *d. l. n. 126.* qui etiam late *n. 134. & seqq.* tractat, quomodo præscriptione liberi fiant, communiter Dd. centenariam requirunt, *per cap. 13. X. de Præscript.* quia longissimum vitæ hominum tempus ad metam tot annorum extenditur, Alciat. *lib. 1. præsumt. 44.* & si tanto tempore ab operarum editione colonus cessaverit, remissionem obtinuisse intelligitur, Jacobinus *de Homag. n. 44.* 39 40

CAPUT VIII.

DE PASTORIBUS ET OPILIONIBUS.

SUMMARIA.

1. *Res rustica dividitur in Agriculturam & Pecuariam.*
2. *Hinc Filii Adami unus Pastor, alter Agricola.*
3. *Apud Veteres præstantissimi quique pastores erant.*
4. *Qui & hodie apud nonnullas gentes sunt in magna æstimatione.*
5. *Pastoritiæ vitæ utilitas.*
6. *Pastores quotuplices?*
7. *Pastores sunt vel publici, vel privati.*
8. *Pastor publicus constituitur ab eo qui habet jurisdictionem.*
9. *Privatus vero a quolibet qui habet jus pascendi.*
10. *De jur. Saxon. nemo privatum Pastorem constituere potest, nisi habeat tres mansos.*
11. *Constituuntur Pastores per locationem conductionem.*
12. *Ad mercedem Pastoris etiam Ministri Ecclesiæ sunt obstricti.*
13. *Non tamen* zum Zechhüten.

 14. *Con-*

14. *Constituuntur etiam per contractum innominatum.*
15. *Item per contractum societatis, Germ.* Gemenge.
16. *Constringuntur quandoque juramento.*
17. *Ejus formula.*
18. *Operas pastoris conducens, id Domino priori denunciare debet.*
19. *Quando Publicus Pastor damnum dederit, quæ actiones proditæ?*
20. *Dominus tenetur ob culpam imputativam.*
21. *Si a plurium Dominorum animalibus damnum datum, an tot pœnæ, quot Domini?*
22. *Si pastor habeat oves scabiosas, quomodo puniatur?*
23. *Pastores ovium scabiosarum,* des Schmier-Viehes, *in societatem aliorum non recipiuntur.*
24. *Pastorum & Opilionum defraudandi studium.*
25. *Quædam fraudes eorum recensentur.*
26. *Remedia juris contra hos.*
27. *Quando culpam Pastor præstet?*
28. *Pastor afferendo pelles mortuorum, mortem non probat.*
29. *Quomodo mors ovium probanda?*
30. *Juramentum Pastoris non sufficit.*
31. *Nisi damnum sit minimum, & Pastor homo bonæ vitæ.*
32. *Judicis arbitrium hic sibi locum vendicat.*
33. *Exercitu veniente, Pastor pecora Domino offerens liberatur.*
34. *Si unus pecora, alter pascendi operam præstet, ad quem mors animalium spectet?*
35. *Si Mulio vel Equiso impetum mularum vel equorum retinere non potuerit, & hæ hominem obtriverint, culpæ nomine tenetur.*
36. *An factum Jacobi, artificio oves adquirentis, sit improbandum?*
37. *Filii Opilionum in Collegia Opificum debent recipi,*
38. *Ut & illi qui filias Opilionum in matrimonium ducunt.*
39. *Uti nec ipsi Pastores a testimonio sunt rejiciendi.*
40. *Multo minus Excoriatoribus æquandi.*
41. *Pastores tenentur canes alligatos tenere.*
42. *Leges quædam Justiniani Imperatoris de Pastoribus.*

1 RES Rustica ab omnibus ferme hujus rei Scriptoribus, tam Græcis, quam Latinis, dividi solet in Agriculturam & Pecuariam, Andr. Rutcov. *Ctetic. C. 1.*
2 *§. 5.* Hinc etiam Agricolæ Adami ex duobus filiis primi, alter pastor ovium Abel, alter Agricola erat;
3 Pastoriciam hanc vitam amplexi fuere præstantissimi quique tam apud Hebræos, ut Jacobus, Moyses, David, quam alias gentes, & Varro *de Re Rustica lib. 2.* scribit, quod greges & armenta pascere neminem pudere debeat, cum & prisci Romani pastores fuerint. Liv. *Lib. 1.* Apud Græcos illustrissimus quisque Pastor erat, & a plurimo pecore laudem habuit, ex quo alios polyarnos, alios polymelas, alios polybutas vocarunt, a multitudine scilicet agnorum, ovium & boum, refert Chass. *P. 2. Glor. mund. Consf. 37.*
4 Existunt & hac tempestate in Hispania Reguli multi, quos pastores vocant tricena, quadragena millia ovium, & magnam boum, equorum mulorumque possidentes multitudinem. Pari modo Romani, qui appellantur hodie nobiles, cultui agrorum & rei rusticæ vacant, gregis atque armentorum curam gerunt, re pecuaria opes parare, lucrum honestum atque generoso viro dignum putant. Ideoque eis, qui possunt agere, etsi recenti sint familia, hoc lucri genere patefit aditus ad nobilitatem. Nec ab istorum moribus longe distant Britanni, qui genere claros in civitatibus morari ignominiæ loco existimant, rura sylvis & pascuis seclusa inhabitant, ubi opus villaticum curantes vendunt lanam & armentorum fœtus, neque turpe credunt admisceri quæstui rusticano. Chopin. *de Priv. Rust. L. 2. P. 2. C. 1.*
Est insuper hoc genus vivendi non tantum utile, sed etiam ad voluptatem animi 5
& exercitationem corporis multum conducit; nam sicuti agricultura corpora ad bellicas expeditiones reddit apta, ita etiam hæc vita pastoritia.

Appellationes pastorum tot sunt, quot 6
fere genera animalium, quæ custodiuntur, & ad pascua ducuntur; Bubulcus est custos Boum. *l. 18. §. 6.* Opilio, qui oves pascit. *l. 60. §. fin. de Leg. III.* Plaut. *in Asin. Etiam Opilio, qui pascit alienas oves, aliquam habet peculiarem, qua spem soletur suam.* Stotarius, qui equas prægnantes curat, quæ Germanis *Stutten* dicuntur, LL. Alem. *tit. 98.* Agaso, Mulio *d. l. 60. §. 1.* Sic Julianus *in l. 10. ff. fin. ff. locat.* de

de caprario meminit, dum ait, custodem caprarum non teneri judicio locati casum præstare, si sine fraude capræ a latronibus abactæ sunt. Et caprario legem Rusticam Varro dicit, ne in agro surculario capras compascat. Sunt & Suarii Pastores, sive Porcinarii, qui civitatis vel municipii cujusdam porcos in pascua publica ducunt, donati etiam olim immunitate vilium munerum, eratque Prætor Judex illorum constitutus, *l. 1. & 2. C. de Suariis;* Accedunt & Phasionarii, item Pastores anserum, commemorati a Paulo *in l. 66. ff. de*
7 *Leg. III.* Faciunt communiter duo Pastorum genera, alterum eorum, qui in publicis, alterum eorum, qui in privatis pascuis pecora pascunt. Rennemann. *in Jurispr. Rom. Germ. P. 3. Disp. 10. Corol. 1.* Sicuti & pascua vel publica sunt, vel privata, *Rubr. & tot. Tit. C. de pasc. publ. &*
8 *privat.* Berlich. *P. 2. concl. 49. n. 2.* Ita Pastores publicos plerumque constituunt Præfecti, sub clausula enim illa generali, *und anderer vöigtlichen Obrigkeit,* continetur etiam jus pastoralitium, i. e. conferendi bacillum vel virgam, vulgo *den Hirten-Stab,* vid. Knichen. *de Jure territorial. c. 4.*
9 *n. 502. seqq.* Hos vero, privatos nempe, quilibet privatus, jus pascendi habens, sibi
10 constituere potest. Quod tamen jure Saxonico non procedit, in illo enim restricta est potestas proprium constituendi pastorem, & ita dispositum, ne ulli privatorum liceat separatim pascere pecora, & singularem habere pastorem, nisi tres possideat terræ mansos (*drey Hufen Landes*) juxta *Land-Recht lib. 2. art. 54.* ibi: *Niemand mag auch einen sonderlichen Hirten haben, so er dem gemeinen Hirten seinen Lohn damit mindert, er habe denn drey Hufen Landes.*
11 Constituuntur pastores ut plurimum per locationem conductionem, qua conveniunt de præstanda pastorum opera, pro certa mercede a Domino solvenda; hinc obligatur pastor, ut operam promissam præstet, *l. 25. §. 7. ff. Locat. cond.* & Dominus, ut mercedem conventam pro opera solvat, & quidem si non aliter convenerit, quando eo in loco id fieri suevit, *l. 34. de*
12 *R. J.* Si nec regionis mos appareat, quia varius fuit, postquam illa opera est præstita, puta in fine anni. *arg. l. 15. §. 6. Locat. cond.* Et ab hac exsolutione mercedis, nec ministri Ecclesiæ sunt immunes. *Ordin. Eccles. Saxon. Art. gener. 40. Da man aber einem bestellten Hirten lohnet, sollen Pfarrer und Küster gleiche Bürden mit den Nachbarn tragen, und für ihr Vieh auch reichen und geben nach Gewohnheit des Orts, gleich andern, ohne Gefehrde.*
Si vero Rustici justa serie pecora pascunt, 13
um die Zech hüten, tunc Clerici non sunt gravandi onere pastionis, ne scilicet dignitas Ecclesiastica vilescat, & ab officii administratione impediantur. Carpzov. *Def.*
Ecclesiast. 124. Lib. 1. Deinde constituun- 14
tur per contractum innominatum, ut si quis pastorem sibi quidem obligaverit, certam mercedem tamen initio non constituerit, *arg. l. 22. ff. P. V. & §. 1. Inst. Locat. Cond.* aut certam mercedem quidem constituerit, quæ tamen non est pecunia numerata. *l. 5. §. 2. P. V.* quod fit, v. g. opilionem recipiens pro ejus opera promittit certum ovium numerum in suis, & cum suis pati pasci. *Der Schäfer mag eine gewisse Anzahl Schaafe, auf meinem Grund und Boden, nebenst meinen Schaafen weiden, und mit meinem Futter auswintern.* Hinc obligatur pastor vel opilio, ut aut operam promissam, *d. l. 5. §. 2. de P. V.* aut si detrectet, interesse præstet, *l. 7. d. t.* daturque exinde vel actio præscriptis verbis, vel condictio ejus quod datum est. *arg. l. 52. in fin. ff. de Condict. indeb.* inter-
dum etiam de dolo actio. Tertio con- 15
stituuntur per contractum societatis, quando conveniunt, ut pastor vel opilio certum numerum ovium conferat, *l. 9. 4. ff. d. t.* & eo ipso opera pastoris pensetur, Dn. Stryck. *de Cautel. Contract. Sect. 2. c. 9. §. 13.* vocaturque *das Gemenge,* ut in Electoratu Brandenburgensi, ubi constitutum, *daß hinführo nicht allein in unserer, sondern in allen Schäfereyen Unsers Churfürstenthums, mit den Schäfern auf das fünffte Haupt insgemein gesetzet werden soll.* Dn. Rhetius *in Dissert. de astutiis Opil.* Idem fere modus obtinet in Silesia, uti ejus meminit Jacob Schickfuß *in der Schlesischen Chronicke Lib. 3. p. 372.* hoc modo: *Die Schäfer-Leute sollen ums achte angenommen, und sollen einem ieden Schäfer von seiner Herrschafft auf ein iedes hundert Schaafe 6. Scheffel Korn gegeben, auch allewege auf 6. Viertel Schaafe eine Kuh gehalten werden. Dargegen soll aber der Schäfer auf Habern den Lämmern und zum Saltze den Schaafen, zu den Lichten, Scheer-Lohn und deroselben Unkosten den 8ten Gülden zu geben schuldig und verpflichtet seyn.* Nominatur alias pastor partiarius, & receditur per talem conventionem a natura locationis conductionis, *l. 52. §. 2. pro Socio.* societatisque jure dammum

damnum & lucrum pro quantitate illata cum Domino partitur, igitur opilio quintam vel aliam partem impensarum, v. g. fœni vel pabuli hyberni, salis, pecuniæ pro tonsura solvendæ &c. ferre tenetur, e contrario quintam partem lanæ vervecum, pellium recipit, quod & convenit regulæ societatis, qua partes lucri & damni debent esse proportionatæ rebus illatis, *l. 29. pr. l. 80. pro soc.* nimirum sicut se habet sors illata ad alterius sortem, ita quoque se habere debet ad lucrum vel damnum alterius; & quoniam hic contractus accedit ad naturam societatis, ergo secundum eam quoque erit regulandus, Valasc. *de Jur. Emphyt. q. 1. 30. n. 3.* Obligantur itaque ex hoc contractu pastor & Dominus æque principaliter, cum ut oves, easque nec morbosas, nec alio vitio laborantes, pro quantitate conventa conferant, tum ut uterque vel lucretur, vel damnum sentiat, Struv.
16 *Exercit. 22. §. 23.* Quibusdam in locis hujusmodi conventiones juramento confirmantur; formulam ejus refert Dn. Rhetius
17 *dict. dissert. §. 9.* *Ich N. N. lobe und schwöre dem N. N. daß ich demselben reine gesunde Schaafe ins Gemenge zu bringen, daß ich auch, so lange ich in seinem Dienst bin, treu und hold seyn will, sein Bestes wissen und fördern, Schaden und Nachtheil nach höchstem Verstande und Vermögen hindern und wehren, daß ich der Schaafe mit allem getreuen Fleiß warten, dieselbe mit Willen nicht verhüten, oder sonsten verwahrlosen und versäumen, und mich durchaus in angenommenen Schäfer-Dienst, nicht anders, denn nach unsers gnädigen Landes-Fürsten und Herrn gemeiner Schäfer-Ordnung, so mir vorgelesen, und so viel dieselbe meine Person betrifft, ohne alle Finantz, Betrug oder Vervortheilung halten, auch sonsten alles, so mir zu thun oder zu lassen gebühret, ob es schon in der Ordnung nicht begriffen, thun und lassen, auch sonsten mich getreulich, ehrlich, aufrichtig und fleissig, wie einem getreuen Diener gegen seinen Herrn eignet, und wohl anstehet, schicken und erzeigen will, so wahr als mir GOtt helffen soll durch JEsum Christum*
18 *Amen.* Notanda hic quoque venit laudabiles juxta & morali juri conveniens consuetudo, qua alicujus Pastoris operas conducere volens id Domino, cui pro tempore inservit, denunciare debet, quemadmodum jure Lubecensi statutum videtur. Mev. *P. 3. Lib. 3 tit. 8. art. 8. Wer dem andern sein Gesinde abspannet, oder ohne Noth entlauffend aufhält, der soll nach Gelegenheit und Ansehen der Person vor dem Wette gestraffet werden.* Huc facit quod in Electoratu Brandenb. sancitum legitur *in der neu revidirten Gesinde- Hirten- und Müller-Ordnung Tit. 5. pr. Wird hiermit der Obrigkeit oder den Schultzen, wie auch den Gemeinden iedes Orts, Dorffs, bey zehen Thaler Straffe, so offt hierwider gehandelt wird, aufgeleget, keinen Hirten oder Schäfer anzunehmen, der nicht gnugsame Kundschafft bringet, daß er mit gutem Willen aus seinem vorigen Dienst kommen.* Ad exemplum enim Jacobi Genes. *30. v. 26.* bona cum gratia Domini discedere, turpiter obliviscuntur, sed sæpe clam cum aliis contrahunt, & post januam (quod dicitur) valedicunt & discedunt, antequam heri de alio sibi prospexerint.

Si publicus pastor conducitur & da- 19
mnum sua culpa dederit, depascendo ex malitia aut negligentia fundum alterius, tunc damnum passus habet actionem ordinariam contra pastorem, *l. un. ff. de Furt. advers. Naut. Caup. Stabul.* item utilem adversus communitatem seu dominum, *§. ult. de Leg. Aquil. l. 9. l. ult. C. eod.* alterutra tamen contentus esse debet, *l. 3. §. ult. Naut. Caup. Stab.* Sed cur non actionem de pastu, cujus fit mentio *in l. 14. §. ult. de præscript. verbis Resp.* Hæc datur quando sua sponte animal, sine Domini aut custodis culpa, agrum vel pratum ingressum & fruges depascit; Actio Legis Aquiliæ vero, quando culpa Domini præcessit. Hillig. *in Donell. L. 15. c. 44. lit. F.* Diximus, quod Dominus 20
ad damnum depascendo datum teneatur ob culpam imputativam, secus igitur erit, si diligentiam in eligendo cum pastorem recepit, probaverit, *Cap. Innotuit X. de Elect.* Joh. Faber. *Instit. Si quadrup. paup. fecisse dic.* Item petens, ut pastor prius conveniatur, si hic solvendo est, merito auditur, Dn. Rhet. *d. dissert. §. 24.* Sed quid si plu- 21
rium proprietariorum plura animalia in prædiis alienis deprehendantur, an totidem pœnæ vel mulctæ, quot Domini? Dist. Aut omnia unius custodis negligentia eo venerunt, aut singula singulorum Dominorum socordia prodierunt. Priori casu una tantum debetur pœna, altero totidem, quot Domini propter præsumtam cujusque negligentiam. Sed si animalia ex uno in aliud atque aliud pratum subinde prodeant & pascantur, totidem pœnas quot prata exigi posse censendum est, eo nimirum in casu, ubi loci consuetudine hoc jure certa aliqua pœna recepta invenitur. Speid. *in spec. p. 603.*

22 Si pastor habeat oves scabiosas, *räudige oder Schmer-Schaafe*, quas in eis locis pascere non licet, & per has vicinis magnum damnum sit illatum, amissione earum quibusdam in terris punitur, damnumque resarcire debet, uti *in der Königlichen Pommerischen renovirten Schäfer-Ordnung* constitutum; *Und sollen fürs erste gantz keine räudige oder Schmer-Schaafe im Lande geliden werden, sondern eine iede Obrigkeit verpflichtet seyn keine Schäfer noch Schäfer-Knechte, oder Jungen aus verdächtigen Orten anzunehmen, sollen die Schäfer wenn sie den Anbruch bey zwey, drey, oder mehr Schaafen vermercken, dieselbe nicht allein alsofort abstehen und verkauffen, sondern sich auch der gantzen Schäferey ungesäumet ohnig machen; Im Fall dawider gehandelt und seinem Nachbaren, der rein Vieh hat, in Feldern, Weiden und Trifften zu nahe kommen, und muthwilligen Schaden zufügen würde, sollen die Schaafe* ad pios usus, *der Kirchen und armen Gottes-Häusern verfallen, auch da einem oder andern disfalls Schade zugefüget würde, der Verursacher solchen Schaden zu erstatten schuldig seyn, auch darüber Einhalts der Fürstlichen Pommerischen Schäfer-Ordnung de Anno 1616. gestrafet werden.* Cum hoc consentit
23 Ordin. Polit. Mechlinb. *p. 153.* Nec Pastores ovium scabiosarum *des Schmier-Viehes* in societatem aliorum recipi tradit Dn. Fritsch. *in Contin. Besold. vocab. Schmier-Vieh.*

24 Præterea Pastorum & præcipue Opilionum defraudandi studium proh dolor! hodie ita crevit, & tam variis modis ab illis exercetur, ut etiam diligentissimo Patrifamilias glaucoma objicere sciant, adeo ut quendam dixisse referant; se velle Dominum decipere, etiamsi ovi insideret.
25 Modo 1) enim Dominorum oves vendunt, vel mactant & ipsi iis vescuntur, vel cum aliis commutant, & loco sublatarum alias morbosas, quibus Dominorum signum dare sciunt, substituunt. Modo 2) dicunt oves esse mortuas, probationis loco afferunt aures, Domini signo insignitas, quas vel ab aliis, qui olim a Domino demortuarum aut mactatarum pelles emerant, sibi comparant. Modo 3) defraudant Dominum agnis, dum loco suarum demortuarum vel etiam parum utilium, Dominorum oviculas sumunt & sibi habent, qua astutia id faciant vid. Coler. *431. c. 3.* 4) Modo suarum demortuarum pelles offerunt Domino, qui videns suum signum, putat oves fuisse suas. Quomodo de hac fraude, item quando mactatarum pelles quasi mortuarum offerunt, constare possit, vid. Col. *c. 32.* 5) Modo habent instrumentum, quo oves pectunt & lanam abstrahunt, quod cum quidam opilio in tortura confiteretur, etiam productum fuit. 6) Cum dictum, quod constare possit, an sint mortuæ, aliud remedium fallendi contra excogitarunt; nempe acu certo loco in capite eas necant, deinde carnem vendunt, vel ipsi ea vescuntur. 7) Modo cutem aperiunt cultello, & postea per illud foramen extrahunt pinguedinem, *den Talch oder das Inschlit*, quem casum videre est apud Coler. *c. 16.* Item sciunt pascua corrumpere vel venenare (*die Trifften verstäncken*) ut scil. ipsorum oves pinguescant, alterius vero, qui jus compascendi habet, emacientur, qualem casum refert Amman. *in Medicina Critica Cas. 86.* ubi opilio salem pane biscocto & tosto permixtum exhibuit suis ovibus, quo factum dicebatur, ut oves postpascentes pascua aversentur, & emacientur, de quo tamen Facultas Medica Lipsiensis consulta dubitavit, cum sal & panis sit e censu naturalium, nisi charactères vel aliæ superstitiones accesserint, totumque judicium super hac re ad Pastores & Laniones remisit.

Contra horum sceleratorum malitiam 26
varia juris remedia tum ut suum quis consequi, tum ut nequitia eorum compesci possit, prodita sunt, & quidem ex furto, cum hic commissus dolus ejus formam totaliter induat (contrectat sive aufert enim Domino oves lucri faciendi gratia, *§. 1. de obl. quæ ex del. l. 1. §. ult. ff. de furt.*) indubitato agere potest, præter rei vindicationem & condictionem, actione furti, tum civili tum criminali. Deinde ejusmodi commissus dolus coërceri etiam potest actione L. Aquil. directa, qua æstimationem (quanti in diebus triginta proximis, *§. 14. 15. J. de L. Aquil.* plurimi fuerit, vel hodie qua tempore damni illati venire potuit; Anton. Matth. *de Crim. ad L. 47. Dig. t. 5. c. 3. n. 4.*) cum omni cætero damno occasione hujus læsionis emergente, *§. 10. J. d. t.* ubi Bachov. *l. 21. §. 2. l. 22. d. t.* adde Thom. *tract. de Nox. animal. c. 12. n 42.* consequimur. Pastori vero, 27
qui pecori præficitur, incumbit cura & custodia contra furta & feras, *Gen. 3. v. 39. 1. Sam. 17. v. 27.* alioqui tenetur ipse ad refusionem damni. Bonacoss. *de Serv. qu. 149.*

Land-Recht Lib. 1. Art. 48. Hinc si Opilio oves tempore autumnali vel non convenienti in locis paluſtribus, vel ubi naſcuntur herbæ ovibus nocivæ, ut piloſella, vel ranunculus &c. paſcat, & iſtæ moriantur, merito de iis tenetur tanquam artifex ex imperitia, quæ culpæ annumeratur, *l. 10. §. 5. ff. Locati.* Perez. *ad Tit. C. de ſuar. n. 5.* Paſtor ad reſtitutionem ovium conventus, ſi dicat, eas naturaliter periiſſe, quæritur, an ſit audiendus? Puto, quod non; Quia non ſufficit probare oves mortuas eſſe, eo quod mercedem accepit pro cuſtodia, qui enim officium privatum exercet, mercedem ſui laboris accipiendo, tenetur etiam de leviſſima culpa, & quoniam paſtor peritiam artis ſuæ præſtare tenetur ſecundum Pichard. *ad §. 5. Inſtit. de Leg. Aquil.* ille non excuſatur, ſi oves conduxerit ad paſcendum per inſidioſa loca, & easdem amiſerit, ſed ad reſtitutionem tenetur, quia caſum hunc præceſſit culpa, *l. 36. §. 1. ff. de rei vindic.* quod tamen ita intelligendum eſſe, notat ibidem Angel. quando ſcil. ſcienter duxerit, vel ſcire debuerit. Hinc ſi lupus oves comederit, præſtare ille damnum debet, & obnoxius eſt. Nicol. Boër. *Tr. de cuſtod. clav. p. 789. n. 13.* quia in tutiorem locum illas transferre tenebatur per *l. 34. ff. Damn. infect.* jung. Luc. de Penna ad *Tit. Cod. de deſertor. num. 4.* vel baculo & latratu canum lupum a grege arcere debebat, juxta Luc. de Penn. *d. l.* Hinc etiam Joann. Ferrat. Montan. *Lib. 6. c. 6.* hanc ſolam affert rationem, cur immunitate gaudeant ovium paſtores quoad illa onera, quæ perſonis inhærent, ne ſcilicet, dum operam muneribus collocant, lupus in gregem irruat, & damnum irrecuperabile inferat. Ergo nec ſufficit illi probare mortem vel caſum, niſi ſimul probet ipſum in culpa mortis non fuiſſe, vel caſum absque ejus culpa contigiſſe, *ex text. in l. qui mercedem. ubi Gl.* quam Paul. & alii ſequuntur, ibi *ff. locat. gloſſ. etiam in l. cum ita legatur. §. ſpecies ff. de legat. II.* Nec excuſaretur Paſtor, ſi diceret, quod lupus comederit oves, *Cap. quamvis de Reg. Jur. in 6.* tradit Alexand. *Conſil. 158. Vol. 2.* Barbatia *Conſil. 91. Vol. 3. verſ. capio quintam.* Anton. Gomez. *variar. reſol. cap. 30. num. 20.* Crotus, qui hanc ſententiam dixit valde utilem in praxi, *in tract. de teſtib. part. 9. num. 402.* Sebaſtian de Medicis *in tract. de caſ. & peric. part. 2. qu. 10. n. 3.* & licet ab hac opinione diſcedat Corneus *conſil. 136. volum. 1.* illam tamen communem concluſionem dicit Vincent. Carroccius *in tract. de Locat. cap. de Imperitia caprarii n. 3.* & Ambroſ. de Vignate *in tract. de Uſur. n. 179*

Et hanc concluſionem in tantum veram eſſe reputant præfati Doctores, ut 28
dicant, quod, etiamſi Caprarius vel Paſtor pelles mortuorum capitum ad dominum reducat, adhuc ex hoc mortem fortuitam non probet, niſi & probet caſum, mortem, vel interitum ipſarum ovium vel caprarum absque ejus culpa contigiſſe. Et quidem hæc ſententia valde juri & rationi conſona videtur, quia, ſi reductio pellis ſufficiens probatio mortis ovis reputaretur, maxima aperiretur via fraudibus & malitiis paſtorum, hi enim ſæpe interficerent oves & capras pro ipſorum victu, & de delicto & perfidia ſua, afferendo pelles ad Dominum, excuſarentur, quod utique Dd. non probant, maxime Bald. *in l. cum ita. §. ſpecies ff. de legat. 2.* Alex. *conſil. 158. Lib. 2. n. 3.* Vincent. Carroc. *ubi ſupr. n. 5.* optime Rebuff. *in l. Sylva cædua. 30. §. paſcua, verſ. & quis non debet. de verb. Signific. p. 264.* Struv. *diſſert. de Jur. Ovium. C. 4. §. 27.* Sed dubium 29
erit, qualiter Paſtor ovium mortem probare debeat? Dicendum videtur, quod clare & evidenter illam probare teneatur, *arg. text. in l. ſi creditor. C. de pignorat. action.* ibi, vel non probat manifeſtis rationibus, facit, quia in his, quæ non ſolent evenire de facili, ſine culpa, dolo, furto vel fuga eorum, qui tenentur rem cuſtodire, non ſufficit probare caſum, niſi & probetur, quod ſine culpa cuſtodis caſus evenerit, Bart. *in l. ſi quis ex argentariis. §. an vero. ff. de pact.* Ant. Gomez. *loc. ſupr. cit.* Vincent. Carr. *ubi ſupr. n. 6.* Sed his non obſtantibus in propoſita quæſtione tenendum ſentio, quod ſufficiat probare mortem ovium vel caprarum, ſeu aliarum pecudum per ſigna & conjecturas veriſimiles, e. g. quod in regione illa, ubi oves paſcebant & mortuæ dicuntur, illo anno communiter mortua fuerit tertia vel quarta pars gregum vel aliorum pecorum, quæ gregatim paſcebant. Pro qua ſententia adducunt Dd. *in l. quod ad præſens. C. de murilegul. lib. 11.* Vel ſi conſtaret de ſignis ſcabiei, vel ronnæ, vel aliarum infirmitatum, quibus mediantibus mortuas oves fuiſſe profitetur: Quod tamen intelligunt verum, dummodo conſtet, quod talis Paſtor non fuerit

fuerit in culpa, illas non curando vel non separando scabiosas ab aliis bene valentibus. *arg. text. in cap. resecandæ. 24. q. 3.* Hoc enim ex officio facere necesse habet, quia alias totus grex periret, ut inquit Juv. *Satyr. 1.*

Morbida facta pecus totum corrumpit ovile,
Ne maculet socias, est separanda grege.

Et plura in proposito tradit Cœpoll. *de Servit. rustic. cap. 9. n. 20.* Ripa *de Peste, part. 3. in. pr. vers. primum remedium.* Vel si doceret de vi hostium, vel impetu aquarum. Nicol. Boër. *in tract. de custod. clavium, num. 13. vers. 10. & in l. si quis ex argentariis. §. an nec hæredi. ff. de Edend. n. 33.* ubi dicit: Quod si libro rationum pastoris scriptum esset, quod tot oves, capræ, seu armenta in itineribus vel pascuis perierunt, tali libro fides adhibenda sit, si cum hoc concurrat probatio, quod eodem tempore etiam similis numerus ovium, (sine pastorum culpa) in regione illa periit, & hoc justissimum reputat, quia sicut creditur Duci de morte militis, eodem modo credendum est pastori de morte ovium.

30 Adverte tamen, quod non sufficeret solum pastoris juramentum ad probandum mortem ovium sine ejus culpa intervenisse, quia, cum pastor conveniatur jure actionis, & non officio judicis, non sufficit probatio per juramentum duntaxat. Mascard. *de probat. concl.*
31 *273. n. 17.* nisi damnum esset minimum, & pastor esset homo bonæ vitæ, opinionis & famæ: tali enim casu ex suo solo juramento mors ovis probatur, nisi Dominus contrarium probaverit: Et quidem justissime hoc constitutum fuit, quia durum esset nimis, si pastor de qualibet ove ex grege mortua testes teneretur adhibere. Alii tamen in casu, de quo agimus, distinguendum reputant, an oves vel capræ, vel aliud ex animantibus, quæ non gregatim pascuntur, fuerit amissum. Et primo casu locum habeat sententia superius relata circa probationem amissionis, mortis & interitus talium capitum, ex doctrinis supra proxime citatis. Secundo vero casu quando amissa, vel mortua esset vacca vel equa vel simile animal ex his quæ gregatim non pascuntur, tunc ejus mors probari debeat plene, ut in terminis notavit Bart. *in tract. de Te-*
32 *stib. n. 33.* Ego vero distinctionem supra dictam (ubi mors in sylvis saltibusve & locis campestribus contigisset) probare non auderem, etiam ubi ageretur de morte bovis, vaccæ, vel equæ, quæ gregatim non pascebat, sed totum hoc ex judicis arbitrio pendere existimo. Is enim, si probatum sit, vi tempestatis, impetu aquarum, abundantia nivium vel alia ex caussa aliorum etiam pastorum vaccas vel boves, sive equas periisse (sine culpa pastorum) eodem tempore, ex adductione corii ad Dominum & juramento pastoris, ipsum pastorem liberum pronunciabit, Naurath. *de Jure Subdit. n. 46. & 47.* In Electoratu Saxoniæ quid observetur, quando pecus a Pastore est amissum, vel ejus culpa damnum ei datum, patet *aus der Hirten-Ordnung über der Elbe bey Wittenberg de anno 1590.*

Aufs eilffte, wann sich ein Viehe oder Roß im Holtze und Felde von der Heerde abschlüge, und käme des Mittags oder Abends nicht amheim, soll es derjenige, des solches ist, alsobalden dem es gehöret, oder desselben Gesinde helffen suchen und zu rechte bringen, bey Amts-Strafe, würde es aber dem Hirten desselben Abends oder Tages, da das Vieh aussenblieben ist, nicht angezeiget, soll der Hirte darum unangelanget bleiben; Derohalben ein ieder Haus-Wirth sein Weib und Gesinde, auf ihr Vieh zu iederzeit gute Aufachtung haben sollen; würde aber das Viehe von seinem Herrn und Hirten gesucht, und nicht gefunden, und ist dem Hirten des Tages fürgetrieben, so soll der Hirte solches halb bezahlen, und die andere Helffte derjenige darben, dessen es gewesen ist, da aber ein Hirte hinterkommen, daß er das Vieh muthwillig vertrieben oder beschädiget und umbracht, er oder sein Gesinde, so soll der Hirte solch Vieh oder Roß alleine bezahlen, und vom Amte darzu ernstlichen gestrafet werden.

Und letzlichen, da ein Hirte befunden, daß ein Viehe oder Roß im Felde oder sonsten Schaden nähme oder abstünde, soll er es demjenigen anzeigen, deß es ist, und ihme zur Stätte bringen, damit ihme geglaubet werden mag, daß es ohne sein, des Hirten, Verursachen zugehe.

Exercitu vero veniente pastor tempestive Domino pecora sibi commissa offerens omni periculo liberatur, Tabor. *de Jur. Socidæ p. 50. n. 8.* 33

Si talis societas sit inita, ut unus pecora, alter vero pascendi operam præstet, damnum vel mors animalium non ad opilio- 34

nem vel paſtorem, ad quem fructuum pars pertinet, ſed ad Dominum ſpectat. Nam ſi pecora hoc caſu non communicantur, & ſoluta ſocietate ſors ad eum qui contulit, ſolum revertitur, Struv. *th. 34. ff. pro ſocio,* utique ejus ſolius etiam damnum eſt.
35 Brunnem. *ad l. 52. §. 2. ff. pro ſocio.* Si mulio per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, & hæ hominem obtriverint, culpæ nomine tenetur, vel ſi propter infirmitatem accidat; idemque obtinet in perſona ejus, qui equum, quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem retinere non potuit, cum affectare quis non debeat, in quo vel intelligit vel intelligere debet infirmitatem ſuam alii periculoſam futuram, *l. 8. §. 1. ff. ad Leg. Aquil.* præſertim ſi alius firmior retinere potuiſſet, *§. 8. Inſt. de leg. Aquil.* Hinc Bart. *ad l. 31. ff. ad L. Aquil.* notat equiſones, qui impellunt equos, teneri clamare, ut vel via decedant obvii, alioquin reos culpæ eſſe.

36 Quæri hic poſſet an factum Jacobi, *Geneſ. 30. v. 37.* quo egregio artificio ex naturæ penetralibus petito fecit, ut ex unicoloribus ovibus diverſicolores naſcerentur, ſit improbandum? Et dicendum, quod non, ex toto enim contextu apparet aſtutiam Jacobi non vitio verti, ſed potius ex inſpiratione divina id feciſſe, quod Deus hac ratione vellet rebus ejus conſulere, & Labani iniquitatem caſtigare, ſicut etiam juſſit ſpoliare Ægyptum, & hoc ipſo Hebræis dedit bona Ægyptiorum. Jacobus inſuper a Labano homine iniquo & avaro debita mercede defraudabatur, mercedem decies ei commutaverat, & dotem non annumeraverat, nec poterat laboris ſui & ſuorum pretium alia ratione extorquere, quemadmodum nec hodie famuli & miniſtri, Dominis ſufficienter requiſitis, ſed malitioſe ſolvere recuſantibus, illis aliquid ſubtrahentes, ut fures puniri ſolent, Carpz. *Praxi Crim. qu. 82. n. 60.* Dn. Rhet.
37 *d. diſſert. th. 71.* In quibusdam locis per ſtatuta Opificum prohibitum, ne filii Opilionum in eorum collegia recipiantur, quæ tamen tanquam irrationabilia in Imperio Romano-Germanico abrogata atque prohibita ſunt Receſſ. Imper. Auguſt. *de anno 1648. In der Reformation guter Policey,* ſub Rubr. *von Handwercks-Söhnen, Geſellen, und Lehr-Knaben,* verbis: *Setzen, ordnen und wollen demnach, daß die Leinweber, Barbierer, Schäfer, Müller, Zöllner, Pfeiffer, Trommeter, Bader, und ihre Kinder, ſo ſich die ehrlich und wohl gehalten haben, hinfüro in Zünfften, Gaffeln, Aemtern und Gülden keinesweges ausgeſchloſſen, ſondern wie andere redliche Handwercker aufgenommen, und darzu gezogen werden ſollen. Churfürſtl. Sächſ. Policey-Ordn. de anno 1661. tit. 21.* Quod Carpz. *Lib. 6.* 38
Reſp. 99. extendit etiam ad eum, qui filiam Opilionis in matrimonium duxit. Uti nec 39
ipſi Paſtores a teſtimonio ſunt rejiciendi, quemadmodum per Conſtitutionem Imperii *de anno 1575. ſub Tit. von Handwercks-Söhnen, Geſellen und Knechten.* in Curia provinciali Saxo-Jenenſi An. 1622. pronunciarunt; Nec ullo modo ſunt compa- 40
randi cum excoriatoribus, uti quidem non nullus in Conſultatione ad Scabinat. Jenenſ. intendit, idque multis contra opiniones in illa adductis probare voluit; Nimirum *daß ſie eben ſowol die geſtorbene Nöſſer, als ihrer einer abdeckten, und im Hertzogthum Francken, Sachſen, Coburgiſchen, theils wie auch im Marggrafthum Anſpach, Bayreuth, und anderer Oerter, die Schäfer nicht allein die geſtorbenen Schaaf-Nöſſer, ſondern auch wohl Pferde und anderes wegthun und abdecken müſten. Uberdis verrichteten die Schäfer mehr als die Feldmeiſter, dann wann dieſe ein geſtorbenes Schaaf abgezogen, ſo lieſſen ſie das Aas liegen, und giengen davon, jene aber, die Schäfer, müſten daſſelbe Aas aufhengen und wieder abnehmen, da offtermals das Ungezieffer darinnen wimmelte, dennoch müſten ſie es mit ihren Händen begreiffen, und ſich damit beſudeln, welches abſcheulich: Ja die Schäfer pflegten auch die geſtorbenen Pferde und ander Viehe, ſo etliche Tage gelegen, heimlich abzudecken, auch die Meſſer, damit ſie ſolches Aas zerlegt, bey andere wohl ungewaſchen einzuſtecken, und vor andern Leuten damit das Brod und anderes zu ſchneiden, welches ſie aber (die Abdecker) nicht im Gebrauch hätten. Weiter, wenn die Schäfer die jungen Lämmer hammelten, faſſeten ſie die Sachen mit den Zähnen an, und zögen ſie heraus, und ſcheueten ſich doch nicht, mit andern ehrlichen Leuten aus der Kanne und anderem Gefäſſe zu trincken. Deswegen im Stifft Halberſtadt, Hertzogthum Braunſchweig, und an andern Orten mehr kein Schäfers-Sohn oder Tochter in eine ehrliche Gülde oder zünfftig Hand-Werck eingelaſſen oder aufgenommen würde.* Verum hanc rem optime, licet non ex voto excoriatoris, neque etiam attentis ejusdem rationibus, deciderunt Domini Scabini

Jenen-

Jenenses *Mens. Augusti Anno 1626. J. K. Feldmeistern zu T. in der Graffschafft H.* ita respondentes: *Daß ein Schäfer vermöge der Reichs-Satzung in seinem Stande so weit besser und ehrlicher, daß seine Kinder zu ehrlichen Zünfften und Handwercken gelassen werden, und dannenhero ein* Prærogativ *vor eurer innen habe, auch deßwegen wo ihr einem Schäfer zu nahe gangen, zu depreciren und zu revociren schuldig.*

41 Notandum hic etiam venit, quod in Electoratu Saxon. Pastores teneantur vel ducere canes suos, vel iisdem impedimentum quoddam alligare, uti videre est *in der Churfürstl. Policey-Ordn.* in verbis: *Es sollen auch die Schäfer, so in unserm Wildfuhren gesessen, sie stehen zu weme sie wollen, ihre Hunde führen, oder denselben Klöppel, so fünff Viertel-Ellen lang seynd, anbinden, bey Verlust der Hunde und Strafe eines Gülden, so offt dieser unserer Ordnung nicht nachgegangen würde.* Cum quo consentit *constit. Elect. Brandenb. Jagd- und Holtz-Ordn. de anno 1622. tit. 14. von den Hunden*: *Es soll auch niemand, er sey von Adel, Bürger, Schäfer, Hirte oder Müller, seine Hunde ledig in die Heide lauffen, sondern ein ieder dem Hunde-Priegel oder Knüttel zweyer Schuh lang anbinden, oder dieselben an Stricken führen lassen.*

Notandæ hic veniunt singulares quædam leges de Pastoribus Justiniani Imperatoris *Tit. 5. in LL. Rust.* Prior sc. ut indemnis sit armentarius ab amissione bovis, si eo die, quo amiserit, indicaverit Domino; contra si non indicaverit, (2) non teneri de bove interemto a lupis, si cadaver indicet. (3) Si bos armentario mane traditus pascendus, a reliquo armento segregatus in sata vel vineas digressus fuerit, pauperiemque fecerit, eam præstato armentarius, non tamen mercede sua privatur. Mortuo bove, si armentarius sine fraude periisse juret, indemnis est: idem si luxatus exoculatusve fuerit casu. Si tamen convictus Jurejurando præstito, per duos vel tres idoneos testes: lingua mutilatus, indemnitatem bovis præstato. Alia postrema. Si armentarius baculo, quem manu gestabat vel bovem occiderit, vel membro mutilaverit, vel elufcaverit, non est extra noxam, sed damnum præstato: Si vero lapide eum petiverit, a damno liber esto. 42

CAPUT IX.

DE RE PECUARIA.

SUMMARIA.

1. *Agricultura, an pecuaria magis proficua?*
2. *Primi Parentes pecuariam vitam sectati.*
3. *Animalia sunt triplicis generis.*
4. *Aves vel sunt mansuetæ, vel feræ.*
5. *Quamdiu pro nostris habeantur?*
6. *Animalia terrestria itidem sunt vel fera, vel mansueta.*
7. *Cicurata mediam naturam obtinent.*
8. *Pecoribus legatis quid veniat?*
9. *Jumenta quæ dicantur?*
10. *Armenta quid sint?*
11. *Nomine minorum pecorum quæ veniant?*
12. *Grex quid sit?*
13. *Grege ovium legato an arietes veniant?*
14. *Jumenta sunt vel domita vel indomita.*
15. *Feræ quæ sint?*
16. *Pisces unde dicti?*
17. *Pecuariæ Partes.*
18. *Animalia quomodo pascenda?*
19. *Castratio pecorum utilis.*
20. *Pascuntur animalia vel domi, vel foris.*
21. *Variatio pretii animalium.*
22. *Pecora omnibus mobilibus pretiosiora.*
23. *Patrisfamilias cura ad pecora necessaria.*
24. *Pabuli diversitas.*
25. *Quot pecora gregem constituant?*
26. *Quid ad conservationem gregis conducat?*
27. *Aves quotuplices?*
28. *Arcanum Senecæ ad pinguefaciendum aves.*
29. *Quando pecus unius ex alterius mare concipiat quid juris?*
30. *Inscriptio ad rem pecuariam pertinens.*
31. *Vetus micandi modus exponitur.*

1 INter agriculturam & Pecuariam stat controversia, utra ex illis plus lucri conferat? Et certum est, quod pecuaria minore sumtu ac labore constet, ut propterea dictum sit pratum quasi paratum, quod paratas opes habeat. Patric. *d. Inst. Reipubl. lib. 7. c. 5.* Et Aristoteles *1. Pol. 8.* testatur pastores ignavam vitam vivere, quia victus ex mansuetis pecoribus absque labore otiose
2 viventibus provenit. Quomodo & primi parentes pecuariam vitam sectati sunt, simul contemplationi rerum vacantes, unde etiam maximas divitias acquisiverunt *Gen. 24, 36. 47.* & pass. *vid. cap. antec. in princ.* Pecuariam seu Pastoritiam Varro definit scientiam pecoris parandi & pascendi, ut fructus quam maximi ex eo capiantur. Rutcov. *Cretic. L.*
3 *1. C. & C. 5.* Animalia vero sunt triplicis generis juxta subjectum locum, in quo versantur, nempe in cœlo vel aëre, terra & aqua *l. 1. §. 3. de J. & J. l. 1. §. 1. de A. R. D.* quibus tres modi capiendi respondent, nempe venatio, piscatio & aucupium, de quibus
4 *infra.* Sunt autem aves, quæ in aëre volant *l. 16. l. 3. de A. R. D.* quibus etiam apes & cætera hujusmodi annumerat. Isid. *Lib. 12. Etym. ult.* & sunt vel mansuetæ, vel mansuefactæ, vel feræ *§. Cervos. Instit. de R. D.* Mansuetæ sive domesticæ naturæ sunt gallinæ, anseres, anates; Mansuefactæ ex feris sunt columbæ, phasani, pavones. *l. 66. de Leg. III.* Unde avibus legatis continentur etiam mansuefactæ, de columbis domesticis di-
5 cuntur *in Novel 69. c. 1. §. 1.* Et hæ tamdiu pro nostris habentur, quamdiu animum revertendi non amiserunt. *l. 5. § 6. de A. R. D.* Plures his annumerantur *in LL. Alemann. Tit. 99.* anea, i. e. anser, aneta, anas, ciconia, cornicula &c. Tales etiam sunt perdices in Chio Insula, ubi gregatim pascuntur, pastoremque ut oves sibilo evocatæ sequuntur. Busbegu. *Ep. 3.* Atque ita procul dubio intelligendus pavo mansuetus *in l. 37. de Furt.* Feræ aves sunt aquila, grus, turdus &c. quarum ipsæ quædam in vivarium vel cavium includuntur. *d. l. 66.*

6 Terrestria animalia itidem sunt vel fera vel mansueta *l. 5. de A. R. D.* Mediam
7 naturam cicurata obtinent. Ad mansueta animalia pertinent pecudes & quadrupedes, quæ collo dorsoque domantur, & gregatim pascuntur. *l. 2. l. ad L. Aquiliam* Cæpoll. *Lib. 2. de serv. Rust. c. 9. n. 2.* Medices *de Venat. in Præfat. n. 18.* Unde pecoribus legatis & quadrupedes 8 continentur, quæ gregatim pascuntur, *l. 65. §. 4. de leg. III.* & jumenta. *l. 81. §. 1. ff. eod.* Alii quadrupedum nomine proprie majora, pecudum minora pecora intelligi volunt. Gœdd. *in l. 89. de V. S.* Majora, sunt armenta vel jumenta, a Bartolo *in L. oves ff. abigeis.* grossæ bestiæ dicuntur. Jumenta a jungendo ita dicta teste Nonio Marcell. *l. 3. §. 9. de pen. leg.* quæ onera dorso 9 ferunt; unde etiam dorsuaria dicuntur, ut muli, asini, elephanti, cameli, *l. 2. in fin. ad L. Aquil. §. 1. Inst. eod.* Ulp. *d. tit. 19.* Seneca *epist. 51.* *Quamlibet viam jumenta patiuntur, quorum durata in aspero ungula est: in molli palustrique pascuo saginata cito subteruntur.* Armenta sunt, quæ armis, id est, humeris, laborem peragunt, ut boves & 10 equi. *d. l. 89. & ibi* Gœdd. Unde jumentis legatis boves non continentur. *l. 65. §. 5. de leg. III.* armentis autem legatis boves continentur, sed non oves aut capræ. *d. l. 65. §. 5.* De bobus *vide l. 3. in pr. de servit. rust. l. 1. §. 7. si quadr. l. 2. ad L. Aquil. §. 1. Inst. eod.* De equis *in d. l. 1. §. 2. si quad. d. §. 1. eod.* Boër. *decis. 218.*

Minora pecora sunt, quæ gregatim 11 pascuntur, Gœdd. *d. loc. n. 89. n. 2.* ut oves, capræ, sues. *d. §. 1. Inst. ad L. Aquil.* Grex autem continet multitudinem pe- 12 corum in numero collectorum, *l. 70. §. 3. de Usufr.* atque ita perpetuatur, si novi fœtus in locum decedentium surrogentur. *l. 21. l. 22. de Leg. 1.* quia grege legato etiam futura includuntur. Grex ovium etiam ad fundum instructum pertinet, si per eum fructus ex saltu percipiuntur. *l. 9. de Instrum. leg. l. 25. eod.* Et grege ovium legato & arietes & agni 13 debentur, non etiam ovibus legatis. *l. 51. §. 4. & 6. l. 67. §. ult. de leg. III.* Quamdiu agni dicantur, vid. *l. 60. in pr. d. l. 65. in fin. eod.* Gregis autem appellatio etiam ad majora pecora pertinet, veluti ad boves, *l. 22. de leg. 1.* non etiam ad equos, quia eorum conjunctio equitium dicitur, *l. 19. §. 1. de Instruct.* vel si pauciores, biga, triga, quadriga, *l. 65. §. 1. de leg. II. l. 58. pr. pro socio.* Et quia hæc animalia quo- 14 que efferantur si extra disciplinam hominum in solitudine vel nemore vagentur, sicut in Hungaria, Hispania, item in Germania

mania, ut in Comitatu Stolbergensi &c. feri equi, in Lycaonia feri asini, in Dardania, Borussia feri boves, in Italia feri porci, in Samothracia feræ capræ &c. Crescent. *Lib. 9. in pr.* ideo invaluit distinctio jumentorum domitorum, veluti de equis est *L. II. LL. Longob. 21.* ex quibus indomiti dicuntur, *Wilden, Feld-Pferde, das ist, Strietzen, die noch unbeseilet und nicht eingespannet seyn,* Gl. *ad Art. 24. Lib. 1. Land-Recht.*

15 Feræ sunt bestiæ, ut Leones, ursi, pantheræ, *l. 2. ad L. Aquil.* apri, *l. 29. §. 6. eod.* Item canis diverso respectu, *l. 2. §. 6. d. t.* Nam alias etiam animal domesticum est, Gl. *in princ. Inst. si quod paup.* Mohr. *lib. 1. de Venat. Lib. 1. n. 19.* Hinc fontes olim bestiis objiciebantur, *l. pen. ad L. Pomp. de parric. l. 3. §. pen. de sicar.* vel ad bestias condemnabantur, *l. 6. ad L. Jul. pecul. l. 8. de Testam.* ut scilicet cum ipsis depugnarent, *l. 1. §. 6. de postul.* Isid. *lib. 12. Etym. 2.*

16 Pisces æque ut pecus a pascendo dictæ sunt, si credimus Isidoro, *d. lib. 12. c. 6.* ubi vide illorum differentias.

17 Pecuariæ autem duæ sunt partes, nempe pecora pascere & educare, quorum hoc necessitatem alimenti continet, illud etiam voluptatem & saginam; Educare enim est sufficiendi generis curam habere, pascere vero natos cibo saginare, Non. Marcell. *c. 5.*

18 Quamvis enim generale præceptum sit Catonis, Bene pascere, cum quo convenit *Sirac. 7. v. 24.* Si tibi sunt pecora, cura illa. Quo exemplo Christus jubet Petrum pascere oves suas *Joh. ult. v. 16.* quod passim explicatur *in Jure Canon.* Tamen hic quoque differentia aliqua observatur, quia illa, quæ tantum educamus, parcius nutrimus, quam illa, quæ saginamus. Unde pecora duorum generum statuuntur ratione nutrimenti, *Fasel- und Mast-Vieh.* Quo modo porci crassati distinguuntur ab illis, qui gregatim pascuntur, quorum illi ad cibaria pertinent, hi ad hæreditatem. *Land-Recht Lib. 1. Art. 24. Faseln*, Germanicam vocem esse, ac idem denotare quod nutrire, ut propterea quidam Vasalli notationem inde petant, Gryph. *de Weichb. Sax. C. 49. n. 11.* Necesse vero est, ut animalia sufficienter alantur, quia alias macies contrahitur, quæ interdum morbo gravior est; præsertim jumenta illa, quæ laborant, etiam lautius tractanda sunt, neque bovi trituranti os obligandum, *1. Cor. 9. v. 9.* quod Romani servis suis in pistrino molentibus faciebant, Johann. Hering. *de molend. q. 4. n. 68.* Cujusmodi immisericordia etiam erga pecora improbatur *Prov. 12. v. 10.* Camer. *lib. 1. medit. 21.* quippe quæ Deus etiam feriis gaudere voluit, *Exod. 2. v. 17. & cap. 23. v. 12.* Talis est equus militaris, qui si strigosus & macilentus sit, arguit pigrum & inertem dominum; Ut propterea censoria nota notatus sit obesus quidam, qui dixerat: Egomet me curo, sed equum servus meus, Gell. *l. 4. N. A. 12.* Dembster. *in paral. lib. 2. antiq. Rom. 17.* Habet enim lex Aureliani Cæsaris: Miles equum saginarium suum comiter curet, teste Vopisco, quam explicat Covar. *lib. 4. Var. resol. 3.* Turneb. *lib. 18. c. 19.* Eodem modo etiam pecora lactantia melius curanda, quia tunc juxta Virgil. *Eclog. 4. Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ ubera.* Eadem quoque non mulgenda, cum partui vicina sunt, monet Virgil. *3. Georg. Nec tibi fœtæ more patrum niveæ implebunt mulctralia vaccæ. Sed tota in dulces consument ubera natos,* quia proles inde nata tanti fit robustior: Multo minus percutienda sunt, ne abortum faciant, quod prohibetur in LL. Alemann. *tit. 73.* sed potius bene curanda, ne inedia aut frigore (utrumque ipsis damnosum) lædantur, Crescent. *d. lib. 9. c. 61.* Quæ autem pinguedini peculiariter destinantur, non satianda, sed saginanda sunt pinguiori alimento, *Matth. 21. v. 4.* generali nomine altilia dicuntur, quæ Germanicus textus reddidit *Mast-Vieh*, ut sunt boves altiles, Varro *lib. 2. de re rust.* qui in Frisia & Germania passim in gramine optime proveniunt, porci crassati, de quibus *supra.* Vituli saginati, *Gen. 18. v. 7. Lucæ 15. v. 13.* Agni lactantes, *Gen. 27. v. 1. &c.* Ad omnia autem pecora, requiritur cura & custodia, quia nihil magis illa pinguefacit, quam oculus domini; Eoque dependet persuasio, quasi illi bene proveniant pecora, qui ea bene curat & diligit, exemplo Jacobi, *Gen. 31. v. 38. & cap. 33. v. 13. &c.*

Inservit huic rei castratio pecorum 19
tum ut magis pinguescant, Cælius *Lib. 13. c. 29. & Lib. 28. c. 25.* tum etiam ut ad labores fiant habiliores, nec fœminarum usu exagitati cunctentur, ut de equis scribit Varro *Lib. 2. c. 7.* Virg. *3. Georg.* Carpit enim vires paulatim, &c. Aristoteles etiam aliam caussam addit, quasi animal castratum plus mansuescat, quod tamen periculo non caret, Camer. *Lib. 1. Medit. histor. 96.* sicuti JCtus *in l. 38. §. 6. de Ædil. Ed.*

Ed. testatur quædam propter castrationem fieri imbecillora, licet quandoque etiam pretiosiora fiant: In lege Salica *tit. 40. §. 3. & 13.* apellatur spadare equum vel caballum. Quomodo castratio fiat, tradit
20 Crescent. *L. 9. c. 63.* Pascuntur autem Pecora vel domi vel foris *l. 12. §. 8. de Instr. leg.* illic pabulo, hic gramine; Et hoc in sylvis vel pascuis, vel in locis incultis. Sylvas æstate commodiores esse pecori, pascua prope aquam hyeme tradit Crescent. *d. L. 9. c. 61.* Quod in Italia obtinet: Nam in Germania hyeme præsertim frigidiore domi continentur, Gryph. *in Oecon. leg. C. 17. n. 172.*

21 Pretium vero pecorum hodie multum accrevisse constat ex comparatione temporum. Namque in lege Alemannorum, tempore Clotharii Regis condita, optimus bos quinque tremissibus æstimatur, qui sequitur quatuor, *tit. 78.* Tremissis autem erat tertia pars solidi, exæquans 4. denarios, ib. *tit. 6. §. 3.* Solidus enim 12. denarios sive nummos continebat, *lib. 2. LL. Longob. 22.* In Jure Saxon. *art. 51. lib. 3.* equus æstimatur 12. solidis; bos, mulus, asinus 8. porcus & sus 5. pullus equi uno, ovis octo nummis sive denariis, vitulus sex, agnus & capreolus 4. porcellus, anser & gallina fovens ova tribus, anser & anas uno, pullus gallinæ dimidio. At in Antiquiss. LL. Saxon. *tit. 18.* bos duobus solidis, vacca cum Vitulo 2½. Bos anniculus vel ovis cum agno 2. tremissibus æstimatur. Sunt autem hi solidi argentei, quorum 82. unam libram conficiunt juxta Gl. *ad art. 45. tit. 3. Land-Recht.* Ergo horum pecorum maxima vilitas nullatenus attingit illam, quam de Riga Livoniæ prodidit Joh. Angel. a Werdenhag. *de Rebusp. Hanseat. p. 3. c. ult.* ubi bos pinguis tribus thaleris venit, porcus saginatus uno. Apud Romanos quoque cum ovis decussi, bos centussi æstimaretur, *Gell. lib. 11. C. 1.* illa tribus, hic 30. Grossis argenteis nostratibus constaret. Sed hæc olim; caussam vero quod hodie pretia rerum mirum in modum creverint, tradunt, esse fortunam & opulentiam incolarum, sicuti Luheri judicium recenset Zincgrev. *Wo reiche Leute seyn, da ist allezeit Theurung.* Hinc etiam tempore pacis crescit æstimatio prædiorum, quæ belli tempore pro derelictis habentur, Arist. *5. Polit. 6.* Illud
22 quoque constat, pecora inter mobilia quidem censeri Chopin. *de privil. Rust. L. 2. P. 2. c. 1.* sed tamen omnibus aliis mobilibus esse pretiosiora & utiliora, quod etiam in executione videndum, ubi incipitur ab illa re, quæ minus est damnosa debitori, & sic primo a re mobili, postea ab animali, his deficientibus demum ad immobilia pervenitur, *l. 15. §. 2. de re Jud.* quam æquitatem etiam Joseph sequitur, *Gen. 46. v. 15. & seq.* qui patri suo immobilia promittens, monet ne mobilia sua utpote minoris damni moretur, *Gen. 45. v. 20.* Nam moventia, sua pecora nempe, secum duxit, utpote aliis mobilibus nobiliora. Patris- 23
familias vero cura & custodia ad omnia ferme pecora requiritur, quia nihil magis illa pinguefacit, quam oculus Domini; hinc in Germania Inferiori Prædia plerumque ædificata sunt, ut fundos suos ex adverso habeant, & vel a foco vel per ostium jumenta sua prospicere possint.

Pabulum autem pecorum multiplex 24
est & diversum pro eorum diversitate, in genere penus jumentorum dicitur. *l. 3. in pr. de pen. legat.* item Pabula *l. 9. C. de jure fisci l. 18. C. de curs. publ.* Germanis *Futter*, unde fodrum. Et pertinet ad sumtus familiæ, quia absque pretio comparari nequit *d. l. 9. C. de jur. fisci.* Hujus generis est fœnum, *§. 1. Inst. de usu & hab. l. 93. §. 4. de leg. III.* quod in villa urbana caute componendum est, propter periculum incendii. *l. 11. §. ult. locat.* quia fœnum ita dictum, quod ea flamma nutritatur juxta Isid. *lib. 16. orig. 9. in fin.* Dd. vulgo ad fructus naturales referunt. Illico Umm. *disp. 21. n. 4.* cum tamen hoc non minus ac frumentum sumtus & operas requirat *supr. num. 93.* Neque tamen ideo fœnum ad frumenta pertinet, Wehner. in verb. *Geweid. arg. l. 1. §. 3. de aqua pluv.* Locus unde fœnum colligitur, proprie pratum dicitur, cui veteres Romani nomen indiderunt ab eo, quod protinus si paratum nec magnum laborem culturæ desideret. Prata autem sunt, quæ secari possunt. Quandoque etiam secundo, Wehner. in verb. *Ackermann.* Pabulum quoque præbent omnis generis fructus & segetes, sive cum adhuc spicis continentur, sive cum jam excussæ sunt fruges, & frumentum a paleis separatum est. Et quidem palea & stramen proprie pecori destinantur, *d. l. 93. §. 4. de leg. II. l. 12. §. 1. de usu & hab. §. 1. Inst. eod.* quia fere alium usum non habent usque adeo, ut Isid. *d lib. 17. cap. 3.* testetur, paleam a pabulo nuncupatam, quod ea primum sola in pascendis animalibus pastus præbe-

præberetur. Ejusdem fere generis, sed melioris usus est siliqua, folliculus sive integumentum frumenti, vulgo *Kleyen*, eam pecorum pabulo gratissimam esse testatur Plin. *lib. 18.* Columell. *lib. 5. c. 19. Lucæ 25. v. 15. v.* & ibi Polycarp. Lyserum Avum meum p. m. *in Harmon. cap. 121.* Ut propterea etiam a pauperibus in cibum recipiatur *Lucæ 15.* Horat. *2. epist. 1. Vivit siliquâ & pane secundo.* De ejus virtute Virg. *1. Georg.*

Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset.

Idem videtur esse furfur, quo abundant pastores, quos Scrophipastos vocat Plaut. *in Capt. A. 4. S. 2.* qui alunt furfure sues. Fabas quoque tam bobus quam porcis utiles esse ad saginandum, certum est, sed farinam earum magis usque adeo, ut bos 15. diebus illa pinguefieri possit. Crescent. *L. 3. c. 1.* Ex omnibus vero magis pinguescunt porci, ut nec surgere possint, & in eorum clunibus mures foveas faciant. Scalig. *Exerc. 199. Sect. 2.* Eodem modo etiam alia minora legumina & frumenta pecori ad pastum prosunt, ut vicia, lupinum, ervum &c.

25 Numerus gregis arbitrarius est cuivis, pro modo sc. pascuorum & pabuli hyberni, denario tamen minor esse nequit, *l. ult. ff. de Abigeis*, in LL. Alemann. *Tit. 75.* Grex vaccarum vaccaritia dicitur, ex 12. vaccis constans, quibus unus taurus præest. Grex ovium mille vel duorum millium invenitur, *l. 25. pr. de fund. instr.* Grex porcorum quinque vel quatuor, *d. l. ult. ff. de Abig.* sed 2000. mill. tradit *Marc. 5. v. 13.* ubi tamen plures greges conjunctos fuisse colligitur ex multitudine pastorum.

26 Necessarium insuper est, ut mortalitati occurratur, quando decedentibus novi fœtus substituuntur, & sic diuturnitas gregis conservatur, *arg. l. 220. in fin. de V. S.* Virg. *4. Georg.*

Si genus immortale manet, multosque per annos,
Stat fortuna annos & avi numerantur avorum.

Semper autem videndum, ut ad fœtificandum meliora pecora eligantur, quia hic quoque obtinet versus:

Sæpe solet similis filius esse Patri.

Gl. *in l. quod si nolit. §. mancipia. de Æd. Ed.* Horat. *l. 4. Carm. 4.* Fortes creantur fortibus & bonis, est in juvencis, est in equis patrum virtus.

Quia difficile est suem debilem multos majusculos porcos alere, Xenophon *in Oecon. 23.* Menoch. *6. præs. 58.* Item Cæpolla, *de Servit. Lib. 2. c. 9. n. 19.* eligendas esse matres nobiles, quales dicit esse oves Veronicas, quæ habent lanam optimam; Sicut in Germania celebratur Misniaca, pro optimis vaccis vero apud nos habentur Frisicæ & Helveticæ, inter equos vero laudantur itidem Frisici & Danici.

Aves denique vel mansuetæ, ut sunt 27
anseres, anates, gallinæ, vel mansuefactæ, ut pavones, phasani; columbæ utiles sunt propter fructus, qui sunt pulli, ova, plumæ, ut propterea in bonis nostris computentur, *l. 5. §. 1. Fam. Hercisc.* Cæpoll. *L. 1. c. 77.* Sed id de rusticis prædiis verum est, ubi seipsas alunt. In urbanis voluptatis magis quam utilitatis causa e manu aluntur, cum plerumque impensa major sit fructibus. Quomodo ex ovis furno modice calido inclusis produci possint pulli, idque in Ægypto fieri tradit Busbequ. *Ep. 3.* Ad pinguefaciendas aves notan- 28
dum arcanum domesticum, quod refert Seneca *Epist. 122.* Nempe eas includere tenebris, ut eo melius pinguescant. Præerat illis apud Romanos servus, qui fartor dicebatur, Pignor. *de serv. fol. 276.* Gryph. *d. L. 1. c. 17. n. 232.*

Quid autem si pecus unius ex alterius 29
domini mare inscio ipso concipiat? tunc illius erit fœtus, cujus est mater, quia partus ventrem sequitur, *l. 84. §. 10. de leg 1. l. 7. C. de R. V. l. 21. C. de Agric.* Clandestina vero submissio, per quam virtus admissarii enervatur, genus quoddam furti est, Cujac. *13. obs. 16.* Subjicere hic placet le- 30
gem ad rem pecuariam pertinentem, seu antiquam inscriptionem marmoream, quæ continetur Romæ in Columnensium palatio, ad Basilicam dd. Apostolorum, quam pro raritate sua commendat Philander *ad Vitruvium Lib. 10. c 1.*

EX AUCTORITATE TURCI APRONIANI V. PRÆFECTI URBIS, RATIO DOCUIT UTILITATE SUADENTE CONSUETUDINE MICANDI SUMMOTA SUB EXAGIO POTIUS PECORA VENDERE QUAM DIGITIS CONLUDENTIBUS TRADERE, UT APPENSO PECORE CAPITE PEDIBUS ET SEVO

SEVO LACTANTE ET SUBGULARI LANIO CEDENTIBUS RELIQUA CARO CUM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDITORI SUB CONSPECTU PUBLICO FIDE PONDERIS COMPROBATA, UT QUANTUM CARO OCCISI PECORIS APPENDAT, ET EMPTOR NORIT ET VENDITOR COMMODIS OMNIBUS ET PRÆDA DAMNATA, QUAM TRIBUNUS OFFICIUM CANCELLARIUS ET SCRIBA DE PECUARIIS CAPERE CONSUEVERANT, QUÆ FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIONIS SUB GLADII PERICULO PERPETUO CUSTODIENDA MANDATUR.

31 Ad explicationem autem hujus legis pecuariæ apprime facit, quod habet Casaubonus *ad Suetonii Augustum cap. 12.* SORTIRI & MICARE, inquit, non aliter differunt, quam ut genus & species. Glossar. Micare λαγχάνειν. Sortitionis varii erant modi: MICARE de ea dicitur, quæ fit per digitos subito expansos sub certo numero. Nonnus *lib. XXXIII.* hunc morem eleganter exprimit. Describit certamen inter Cupidinem & Hymenæum, quos inducit miro jaculationis genere brabeuta Ganymede certare: Hinc dictum est dimicare, quod proprie est sorte ac micatione finem imponere controversiæ. Deinde accipi cœpit pro tollere controversiam quoquo modo: Sed quia ferro id sæpe fit, propterea pro pugnare ponitur. Græci Magistri πυκτεύειν vertunt eleganter: nam proprie dicitur de ea pugna, quæ ex rixa inter duos orta est. Fuit autem frequens apud veteres micationis usus in controversiis: nam etiam in contractibus faciendis, si de pretio aliave aliqua re non convenerit, micatione controversiam tollebant. Sic res in foro, si carnes de lanione emebantur. Quod tamen postea jure mutatum est, cautumque, ut sub exagio, hoc est, πρὸς σταθμὸν, non micatione, carnes emerentur: Varro Parmenone micandum erit cum Græco, utrum illius numerum, an ille meum sequatur. Alludit Varro non ad lusionem, ut volunt, sed ad illam, quam notavimus, consuetudinem transigendi de pretio in emtione, & id genus aliis per micationem. Atque hinc potius ortum putem proverbium: Dignus, qui cum vel in tenebris mices, quam ex lusu, quem ajunt quidam Græcis fuisse familiarem, & ab iis ἐπάλλαξιν τῶν δακτύλων appellatum. Hæc ille. Pertinet huc locus Suetonii in Claudio *c. XXI.* oblatos victoribus aureos prolata sinistra pariter cum vulgo voce digitisque numeraret. Nam digitis numerare, micare est, hoc est, digitis significare, quot aureos expectare victores deberent. Veteres enim non calculis tantum, sed digitis etiam numerabant. Eos enim fingebant varie, & figurabant nunc aperientes, nunc constringentes aut componentes inter se diversis formis, ut numeros diversos exprimerent. Buchn. *in Vocab. Mica.*

CAPUT X.

DE JURE ANIMALIUM.

SUMMARIA.

1. *Animalia juris Naturæ sunt perita.*
2. *Habent aliquod æquipollens rectæ rationi.*
3. *Ostenditur hoc exemplis.*
4. *Animalia non solo instinctu naturali ducuntur.*
5. *Ab animalibus multa in Medicina inventa.*
6. *Jus gentium & Civile personis tantum redditur.*
7. *Redditur tamen quandoque jus secundum facta brutorum.*
8. *Quotupliciter hoc fiat?*
9. *Actiones quadrupedariæ ortum a jure divino habent.*
10. *Actionis de pauperie descriptio.*
11. *Cui competat hæc actio?*
12. *Quando cesset?*
13. *Pœna illius, qui sciens habuit animal noxium.*
14. *De jure Saxonico traditio noxæ reum non liberat.*
15. *Nisi expulerit animal nocens.*
16. *Actio de pastu quæ sit?*

17. *Hujus Actionis requisita.*
18. *De jure Saxonico datur actio subsidiaria de pastu in Dominum.*
19. *Actio de pastu ad quid detur?*
20. *Formula hujus actionis.*
21. *An in frumento depasto tempus damni dati, an tempus messis sit attendendum?*
22. *De jure Saxonico committitur hoc arbitrio paganorum.*
23. *Dominus pecoris præter refusionem damni tenetur etiam emendam solvere.*
24. *An illa pro singulis pecoribus solvenda?*
25. *Actio de pastu an competat contra iter facientem.*
26. *Actio Ædilitia competit contra Dominum habentem animal ferox.*
27. *Ferox animal quod dicatur?*
28. *Condemnatio ob noxam quomodo fiat.*
29. *Pœnæ criminales animalibus irrogatæ.*
30. *In res inanimatas quandoque animadversum.*
31. *Ratio puniendi bruta defenditur.*
32. *An locustæ ob damna in agris data possint excommunicari?*
33. *Ita practicatum fuisse in Burgundia refertur.*
34. *Supplicatio pro decernenda excommunicatione.*
35. *Datus locustis Advocatus.*
36. *Adjuratio Locustarum.*
37. *Edictum excommunicationis.*
38. *Male subjungi precibus superstitiosa*
39. *Locustarum varia nomina.*
40. *Locustæ an & quomodo citari possint?*
41. *An comparere possint per procuratorem?*
42. *Judex competens in hac locustarum causa.*
43. *Excommunicationis definitio.*
44. Bann nimmt niemand den Leib.
45. *An Ecclesia maledicere possit locustis?*
46. *Miraculorum dona neminem sibi debere arrogare.*
47. *Non esse facienda mala, ut inde eveniat bonum.*
48. *Non quod perdi potest, statim etiam excommunicari potest.*
49. *Excommunicandi potestatem non esse datam ad temporalia.*
50. *Superioritas hominis in animalia.*
51. *Ab Episcopis exigi non debere, quod Deus dare recusat.*
52. *Excommunicationem locustarum non in omnibus locis Pontificiis practicari.*
53. *Fidem superstitioni non esse superstruendam.*
54. *Abusus Nominis divini.*
55. *Exercitium Artis magicæ, ne quidem in bonum finem esse licitum.*

1 Animalia Juris Naturalis esse perita Imperator Justinianus *pr. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civil.* testatur; Jus, ait, Naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam jus istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque fœminæ conjunctio, hinc liberorum procreatio, hinc educatio, sui &
2 suorum defensio. Etsi enim bruta sensu, i. e. sensu rectæ rationis careant, quin tamen æquipollens quid in iis reperiatur, negari vix poterit; Videmus siquidem bruta a singularibus aliquo modo ad universalia concludere: Ex aspectu unius hominis noscere omnes; adhæc conjungere & dividere, distinguere bonum a malo in usum vitæ suæ liberationis & parvulorum suorum. Mæstertius *de Justit. LL. Roman. L. 1. dub. 7.* Et ipsa cerebri compositio, qua ad ratiocinandum in homine anima
3 utitur, perspicitur etiam in brutis. Aliqualem rationem animalibus inesse ostendunt apes in admiranda sua politia, ubi perfectam rempublicam repræsentant; quis ignorat singularem formicarum in instituenda œconomia solertiam? quis nescit fidelem elephantum rectorum suorum defensionem, tela quoque ex horum corporibus extrahentium; quis non admiratur amorem erga parentes in ciconiis, castitatem in turturibus? Etsi enim eos actus 4
mero instinctui naturæ assignandos autumet Seldenus *d. J. N. & G. juxt. discipl. Ebræor. Libr. 1. Cap. 5.* Vix tamen eos solus naturæ instinctus operaturus est effectus, qui & ipsis hominibus, si non stuporem singularem, certe admirationem injiciunt. Ex lege itaque naturali, quæ singulis animantibus a DEO ad conservationem singularum specierum difformiter insculpta, horum actuum origo petenda. Præcipit ea illorum exercitium, si suam conservare velint speciem & societatem. Imo si illi & similes actus ex solo naturæ instinctu promanarent, vix bruta aliter agere, nec aliquid addiscere valerent, cum tamen de elephantis, equis, canibus venaticis, psittacis, accipitribus &c. contrarium quotidiana doceat experientia. Lederer *de Jure Bestial. c. 2.* Animalia etiam quid 5
analogi

analogi rationis habere ex eo patet, quod ab iis in Medicina multa monstrata sint, quæ deinde in usum hominum sunt translata. Hirundines herba Chelidonia pullis visum restituunt, notata & est hujus animalis malignitas in alia herba major, percussus enim a serpente mederi quadam sibi dicitur, sed illam homine inspectante non decerpit. Simplicius Cervæ monstravere Elaphoboscon Plin. *Lib. 25. c. 8. & lib. 8. cap. 27.* Idem scribit de Dictamno extrahendis sagittis apto Salmasius *ad Solinum cap. 19. Verbo dictamno.* Dioscor. *lib. 3. cap. 31.* Ciconia minus belle valens origano sibi medetur: Aper vero hedera. Testudo, viperam comesta, cunilæ esu ab illius venenositate sese liberat, qua si carere cogitur, veneno illo perit. Eandem plagæ apponunt ciconiæ cæteræque aves, cum vulnus acceperunt. Mustela cum serpentibus dimicatura, (ut habet Aristoteles *l. 9. de hist. animal. c. 6.*) atque etiam in murium venatu (ut vult Plinius *l. 8. c. 27.*) rutam περιφυλάξεως ἕνεκα comedit. Idem accidere lacertæ, quod testudini, Forest. Diosc. *l. 2. c. 5.* de incerto Urinar. Judicio, elegans historia testatum facit. Hæc enim cum vipera dimicans venenatis hujus morsibus medetur viresque recolligit Galega seu ruta Capraria, qua si destituitur, actum de illius vita est. Haud immerito hanc ob causam hæc ipsa herba alexipharmacis annumeratur. Anseres, anates cæteræque aquaticæ aves pro universorum morborum panacea sideritide utuntur. Elephas oleastro chamæleontis veneno occurrit. Draco vernam nauseam sylvestris lactucæ succo corrigit. Herba tritici σιτῶ dicti comesta canes lumbricis infestati sibi consulunt. Anguis hyberno situ membrana corporis obducta fœniculi succo impedimentum illud tollit, visumque acuit: quando vero squamæ ejus obtorpuere, spinis juniperi se scabit. Graculi, merulæ, perdices Lauri foliis se evacuando, fastidium omne tollunt. Brunfelsius *in proœmio herbar. c. 7.* His etiam corvus infestum Chamæleontis virus, quod ipsi quoque victori nocet, extinguit. Tragus *in præfat. c. 6.* Hippopotamus nimia crassitie laborans phlebotomiam, Ibis avis in Ægypto usum Clysterum docuit &c. Polydor. Virgil. *de Invent. rerum.*

6 Jus itaque naturale quamvis cadat in bestias, attamen jus gentium & civile per-
7 sonis tantum redditur, non tamen semper secundum facta personarum, sed etiam quandoque secundum facta brutorum. Ex quibus factis jus oritur, quod persequi solemus modis tum civilibus, tum criminalibus; Civilibus tum in Judicio 8
vel extra judicium; Actiones vero civiles, quæ ex brutorum dantur factis & eorum sunt propriæ, tres habemus, de pauperie una, altera de pastu, tertia de damno ab animali feroci juxta viam publicam dato. Hæ autem actiones qua- 9
drupedariæ & noxales non modo Gentibus frequentes fuere, sed ortum a Divino Numine habent, legibus de hoc Ebræis primitus constitutis, *Exod. 21, 28.* quæ equidem mere positivæ non facile fuerint dicendæ. Ab his Solon accepit, de quo Plutarchus *in Ejus Vita:* Scripsit, *ait,* & de pauperie a quadrupedibus data, ubi canem, qui aliquem momorderit, dedi jubet cubitorum quatuor vinculo alligatum. Ex Solone sumsit Plato *11. de leg.* ut si animal domesticum quadrupes pauperiem fecisset, eodem modo damnum resarciretur, ac si servus dedisset. Et gemina his cernere licet in legibus Wisigothor. *l. 8. t. 5. l. 5. t. 3. l. 11. 12. 15.* Longobard. *l. 1. t. 91. l. 23. 24. t. 20. l. 4. 5.* Burgundiön. *t. 18. §. 1.* Saxon. *t. 13.* Bajoarior. *l. 13. c. 1.* Adde Grot. *in flor. sp.* & Constant. *l'Empereur,* qui totum h. t. longe reddit illustriorem eleganti interpretatione sua, *ad Baba Kamma, & sing. libr. de LL. Ebræorum forensibus ac more Talmudistarum* damna revocans ad quatuor fontes, bovem, puteum, depascentem & incendium, *c. 1. §. 1.* Damna animalium latissime exponit, *§. 4. c. 2. 3. 4. & 5.* usque ad *§. 5.* Conf. & Joh. Henr. Hottinger. *in jure Hebræor. l. 48. p. 61.* Quia omnia non modo originem hujus juris indicant, sed & aliquam obligationem ad damni restitutionem supponere videntur. Quin bruta, quæ hominem necarunt, morte sublata fuisse in terrorem & exemplum, constat ex *Exod. 21. 28 & seq.* Hahn. *ad Wesenb. Tit. Si quadr. pauper.*

Est itaque actio de pauperie, qua ob 10
damnum, a quadrupede aliove animali irrationali contra naturam generis sponte commoto illatum, convenitur dominus istius animalis, ut aut animal quod nocuit dedat, aut æstimationem noxæ solvat, *l. 1. pr. & §. 19. ff. si quadr. pauper.* Pauperies commodius dicitur læsio ab animali irrationali data. Datur autem hæc actio de 11
pauperie (1) Domino rei in qua pauperies facta vel cujus interest, *l. 2. d. t.* (2) Si-

quadru-

quadrupes mansueta pauperiem fecit. (3) Ex lascivia sponte & contra naturam sui generis. (4) Adversus eum, qui tempore motæ actionis dominus est ad id, ut vel quadrupes noxæ detur, vel æstimatio damni præstetur. Juxta quod Facultas Juridica in Academia Julia *An. 1645.* respondit: *Dieweil aus der Zeugen Aussage zu vernehmen, daß Jochim Kulps Sattel-Pferd vorhin andere herunter geworffen und beschädiget, auch Heinrich Schapern unlängst aus dem Sattel gesetzet, worüber die Pferde im Gelauff den Soldaten Henning Heinen umgestossen, und er übergefahren worden: So kan dieses verursachten Unfalls halber der Knecht Heinrich Schaper nicht, sondern Jochim Kulps als Herr des schüchtern und ungehaltenen Pferdes belanget werden, also daß er solches, iedoch weiter nicht denn mit Hergebung gedachten Sattel-Pferdes oder dessen Werth, zu büssen schuldig.* Est autem actio de pauperie vel directa vel utilis, si sc. animal sit bipes *l. pen. d. t.* vel si ferum quidem naturaliter, sed per assuefactionem mansuetum seu cicuratum, *l. 5. §. 5. d. l.* Experiri autem potest quis tum demum contra dominum animalis, si animal proprio motu damnum intulerit; hinc si alia quadrupes aliam concitavit, dominus non concitatæ, sed concitantis, quippe quæ feritate quadam sua contra naturam commota pauperiem fecit, tenetur. *l. 1. §. 9. d. t.* Similiter cum arietes vel boves coiissent & alter alterum occidisset, si quidem is periisset qui aggressus erat, cessat actio, quia alter non proprio motu vel contra naturam, sed concitatus ac defensionis gratia damnum dedit; sin vero is, qui non provocaverat, occisus læsusve, competit hæc actio, *l. 1. §. 11 h. t.*

12 Cessat hæc actio, si culpa vel nostra, vel alterius animal damnum dederit, item si non lascivia, sed secundum naturam suam, vel si animal moriatur ante litem contestatam, *l. 1. §. 13. d. t.* Confer. Coler. *Decis. 168. n. 8.* Primo tamen casu locus est actioni legis Aquiliæ, quomodo responsum fuisse refert Hahn *ad Wesenb. n. 4. Thut sichs also in der That befinden, daß drey Jungen hinter einen Brüll-Ochsen hergelauffen, ihn mit Steinen geworffen, angeschrien und vergrellet, darauf sich bald begeben, daß er eine alte im Wege vorhergehende Frau nieder gestossen, davon sie den fünfften Tag hernach des Todes worden. So mag dem Herrn des Ochsens keine Schuld zugemessen werden, sondern es sind die drey Jungen, welche den Ochsen irritiret, oder an deren Statt ihre Eltern, die begehrte Artzt- und Begräbniß-Kosten, nach billiger Richterlicher Moderation zu entgelten, und darüber die Jungen, wenn sie des Alters und ziemlichen Verstandes, mit acht-tägiger Gefängniß zu belegen; V. R. W.* Plura de hac actione vid. apud Thom. *de Nox. anim. c. 1. & seqq.*

Præterea statuitur quoque secundum 13 *Constit. Crim. Carol. V.* pœna extraordinaria, eaque criminalis in eos, qui animal quod nocuit, scientes ejus ferocitatem, habuere, & non removerunt, *Peinl. Hals-Gerichts-Ordn. Art. 136. Hat einer ein Thier das sich dermassen erzeiget, oder sonsten der Art und Eigenschafft ist, dadurch zu besorgen, daß es den Leuten an Leib oder Leben Schaden thun möchte, soll der Herr desselben Thiers solch Thier von ihm thun, denn wo solch Thier iemand Schaden thät oder entleibete, soll der Herr des Thieres nach Gelegenheit und Gestalt der Sachen, und Rath der Rechts-Verständigen, oder an Enden als hernach vermeldet, gestraffet werden, um so viel destomehr, so er von dem Richter oder anderer Obrigkeit deß zuvor gewarnet würde.*

De jure Saxonico noxæ deditio reum 14 non liberat: est tamen ei similis expulsio, seu dimissio noxæ, modo ea fiat statim, postquam rescivit dominus nocentis animalis pauperiem esse factam, *Land-Recht Lib. 2. Art. 40.* ibid: *Weß Hund, Eber, Schwein, Bär, Pferd oder Ochs, oder welcherley Thier es sey, einen Menschen tödtet oder lähmet, oder ein solch Vieh das ander, sein Herr soll den Schaden gelten nach seinem rechten Wehrgelde, oder das todte Thier nach seinem Werth bessern, ob er es wieder an seine Gewehr nimmet, nachdem er es erst erfähret; Schlägt er es aber aus, und hauset noch hofet es nicht, noch etzet und träncket es nicht, so ist er unschuldig an dem Schaden, so unterwinde sichs jener vor seinen Schaden, ob er will.* Cautus sit igitur Domi- 15 nus, ne recipiat animal damno dato in suam possessionem, quia alias tenebitur ad æstimationem damni, & non poterit animal noxæ dedere; Id expulsum aut dimissum animal pertinet ad eum cui damnum illatum. Struv. *Exercit. 14. th. 4.*

Altera quæ ob factum animalis compe- 16 tit, est actio de pastu, qua dominus animalis convenitur, ut damnum depascendo datum restituat, aut animal noxæ dedat.

17 *l. 14. §. ult. de Præscr. verb.* Ut vero hæc actio locum habeat, requiritur, ut animal pascatur in alieno, *d. l. 14. §. fin. ibi,* nam neque de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur. Ideoque si commune prædium socius contra pacta conventa depascatur, communi dividundo judicio aut actione incerti civili est agendum. *l. 23 ff. comm. divid. l. 4. §. 7. ff. fin. reg.* Secundum hujus actionis requisitum est, ut damnum pastu fuerit datum: ideoque si rem meam alia comestione minuat, ut si canis carnes, equus vel bos herbam a solo separatam comederit, actioni de pauperie utili locum facit. Robert. *de Ordin. Judic. P. 4. tit. de act. de Pauper. 220. n. 4* Rectius tamen Joh. Thom. *de Nox. anim. c. 16. n. 22.* Hic recurrendum esse ad actionem subsidiariam in factum, nisi comestio facta fuerit a pecore immisso, quo casu utilis dabitur Aquiliana. Tertio requiritur, ut pecus depascat. Cujac. *ad Paul. Sent. l. 1. tit. 15.* Vocatur ideo hæc actio producto nomine actio de pastu pecoris. Pecudes sunt quadrupedes, quæ gregatim pascuntur, *l. 4. de Leg. III.* hinc bipedes etiam, si gregatim pascuntur, ut anseres, *l. 66. de legat. 3.* proprie pecudum nomine non continentur. *l. 29. §. 6. ff. ad L. Aquil.* Si tamen bipedes domesticæ, ut anseres, fundi tui gramen vel segetem depascant, utilem habemus actionem de pastu. *arg. l. pen. ff. si quadr. pauper.* Conf. *Land-Recht. L. 2. art. 40. in fin.* Nihil vero interest, ut actio de pastu competat, sive pecus depaverit immissum, sive sponte sua ingressum, modo domini culpam implicet. Nam si alius forte custos seu Opilio fuerit in culpa, alius dominus sit pecoris, ille solus tenebitur, domino existente securo, Justin. *in Legib. Georg. tit. 3. ibi.* Prædam quidem universam allegarius dato, Franc. Vivig. *Lib. 2. Decis. 280.* Thom. *d. l. n. 61.*

18 *& 71.* De jure vero Saxonico etiam actio de pastu subsidiaria in dominum datur, si pastor vel culpæ reus aufugerit, aut non fuerit solvendo. *Land-Recht Lib. 3. Art. 49. Welch Hund zu Felde geht, den soll man an Banden halten, durch daß er niemand schade. Thut er aber Schaden, dem soll der gelten, dem der Hund folget zu Felde, oder sein Herr, ob er selber, der ihn führet, deß nicht gelten mag.*

19 Condemnatur dominus, ut in actione de pauperie alternative, ut aut damnum restituat, aut noxam dedat. Paul. *l. 1. sentent. tit. 15. princ.* Meier. *Colleg. Argent. h. t. §. 18.* nisi culpa ipsius animal depaverit, quo casu condemnatur in solidum. *C. 4. X. de Injur.* Confer. *Exod 18 vers. 5.* ubi tantum ex suo agro tenetur retribuere actori. Formulam præscribit Mauserus 20
Part. 1. art. 63. P. P. Kürtzlich sagende, daß er zwey Acker allhier im Felde, zwischen N. und N. gelegen, mit Hafer bestellet gehabt, welche wachsende Früchte des Beklagten Vieh mit seinem Weiden und durch sein Treiben wider Recht und Billigkeit abgefretzet, solchen Schaden achtet der Kläger auf 8. Fl. fordert richtige Antwort, und darnach bittet er in Rechten zu erkennen, daß Beklagter schuldig, ihm die angezeigten 8. Fl. zu entrichten, mit Erstattung Schaden und Gerichts-Kosten &c. Verba *mit seinem Weiden* in casu pastus non culposi omittenda sunt. Neque vero adeo frequens est in his causis libellorum usus, plerumque res qualicunque modo defertur ad judicem, ut is præcedente prædii depasti inspectione oculari (vid. Aymo Public. *ad Consuet. Arver. tit. 28. art. 13. n. 3.* ubi statuit, Reum non posse hanc inspectionem evitare, etiamsi dicat, se stare velle juramento actoris,) statim arbitretur, quantum præstare Reus debeat Actori.

Si depastum fuerit frumentum in herba, 21
quidam tempus futuræ messis expectari debere volunt, ut sciatur, quantum ex tanto & simili frumento percipiatur. *arg. l. 3. ff. si quadr. pauper. l. 40. ad L. Aquil.* Zoes. *n. 7. si quadr. paup.* Sed rectius alii tempus damni dati attendi volunt, *arg. l. 21. pr. l. 23. §. 7. ff. ad L. Aquil.* ita ut æstimetur herba, quanti ea tempore damni dati, habita utrinque periculi & sperati eventus ratione, vendi potuisset. Berlich. *P. 2. Concl. 34. n. 62.* De jure Saxonico 22
damni æstimatio committitur arbitrio paganorum: *Land-Recht L. 2. Art. 47. Nachdem ihn die Bauern schätzen,* quod hodie interpretantur de Schulteto & Scabinis. Carpz. *P. 2. Const. 27. def. 9.*

Notari etiam meretur, quod dominus 23
pecoris in causa pastus de Jure Saxonico non tantum ad refusionem damni teneatur, sed præter eam etiam ad emendam, domino prædii depasti solvendam. *Land-Recht Lib. 2. art. 47.* in textu Latino Coler. *decis. 136. n. 3.* Emenda ista est trium solidorum, *Land-Recht d. art. 47. und darzu die That verbüssen mit drey Schillingen,* seu secundum valorem nostræ monetæ quatuor grossorum. Singuli enim solidi æstimantur sedecim nummis usualibus. Molle-

Mollerus *ad Constit. 27. part. 2. n. 1.* Berlich. *P. 2. concluf. 34. n. 49.* Et hæc, si pecus immiserit in prædium alicujus privati. Sin in pascua communia alterius villæ, (in suæ impune immittit) aut si pecus citra immissionem depaverit, pro singulis pecoribus ignoratis vel rite abactis emendam præstat sex nummorum, *d.art.47. Wer sein Vieh treibt in eine andere Flur auf gemeine Weide, wird er drum gepfändet, er giebt sechs Pfennig zu Buß.* (ubi vide Gloss.) *Ein ieglicher Mann giebt sechs Pfennig vor*
24 *ieglich sein Vieh zu Buß.* Quæ proxime recitata verba non hunc habent sensum, quod Reus pro singulis pecoribus teneatur præstare sex nummos, sed si plures domini sua ibi habeant pecora, & ea pignorentur, quod unusquisque ex illis sex tantum nummos solvat, licet plures ipsius pecudes fuerint pignoratæ. Ita enim habet textus Latinus: Sex nummi ejus emenda erit a quolibet, cujus pecora erant. Adde Gloss. German. *n. 5. in addit. in f.* Simile fere est in consuetudinibus Arvernensibus *tit. 28.* §. *5.* ubi pro qualibet custodia, i. e. pro quolibet grege una solvitur pœna, & in consuetudinibus Aurelianensibus *tit. 5. c. 10.* ubi pro universo grege solvuntur quinque solidi, nec in singula capita crescit pœna, vid. *glossam 2. add. c. 10.* quæ fundamentum hujus juris quærit *in l. illud quæsitum. 32. ff. ad L. Aquil.* ubi noxa a familia commissa habetur pro noxa unius personæ.

25 Actio de pastu tamen non competit contra iter facientem, cui de jure Feudali permissum, ut equum suum pabulare volenti liceat carpere gramina, quatenus in via stans amplecti sive attingere possit, & porrigere equo, *2. Feud. 27.* de qua re alibi actum.

26 Tertium judicium, quod ex facto animalis datur, est actio Ædilitia de damno, quo animal ferox juxta viam publicam habitum dedit. Præposuerunt eam Ædiles curules in edictis suis, quorum cura erat antiquissime vias præstare commodas &
27 tuta itinera. *l. un. ff. de via publ.* Ferox autem animal est, quodcunque nocere solet, sive secundum, sive contra generis sui naturam. Itaque prohibent Ædiles, qua vulgo iter fit, canem, verrem vel minorem aprum, lupum, ursum, pantherem, leonem ita habere, ut nocere possint. §. *fin. Inst. si quadr. paup. l. 40. & u. seqq. ff. de Ædilit. Edict.* Ampliatur prædicta Ædilitii prohibitio (1) ad bestias mansuefactas seu cicuratas, *Land-Recht Lib. 2. Art. 62. Wer hält einen schädlichen Hund, der da beisset, oder einen zahmen Wolff, oder einen Hirsch, Bären oder Affen.* Glossa Weichb. *ad Art. 21. addit. Fuchß, Luchß, Panther, Leoparden, Löwen, was die Schaden thun, den soll der gelten, der sie hält.* (2) Ad bestias allegatas, si sint tam feroces, ut vinculis tuto credi non possint, aut si vincula non sufficiant ad coërcendas eas. *l. 41. ff. de Ædil. Ed.* Gloss. Weichb. *Art. 121. n. 11.* Ibi: *Er habe sie auch wie er wolle.* Si bestia vel canis ferox non juxta viam publicam, sed in mediis forte ædibus habiti nocuerint, locum non habet hæc actio Ædilitia. Aut etiam locus iste ædium conversationi est destinatus, aut ab ea remotus, sive solitarius. Posteriori casu dominus absolvendus est ab omni actione. Sebast. Medic. *de fortuit. cas. part. 2. qu. 2. n. 14.* Recte Glossa *Land-Recht Lib. 2. art. 40. n. 4. Geschehe es aber, da einer nichts zu thun hat, und der beschädigte klagte darüber, so möchte der Herr sprechen, was woltest du in meinem Hof machen, wärest du daraus blieben, so wäre dir das nicht wiederfahren.* & Glossa Weichb. *art. 121. n. 7. Wäre aber der Hund gefesselt an einer Ketten in eines Mannes Gewehren, und thäte er Schaden, da ist derselbige schuldig an, der den Schaden empfähet.* Priori sufficit actio L. Aquiliæ, neque pœna Edicti locis, per quæ vulgo iter fit, prospicientis ad loca secreta debet extendi. *l. 1. §. 2. ff. de his qui effud.* Thomæ *de nox. anim. c. 19.*

Condemnatio pro diversitate noxæ diversa est; Si liber homo perierit, pœnæ 28
nomine in 200. solidos actio datur, si illi nocitum, quantum bonum & æquum judici videbitur condemnetur, computatis mercedibus Medico præstitis & impendiis in curationem factis nec non operis, quibus caruit læsus & cariturus est. *arg. §. 1. Inst. de Obl. quæ quas. ex del.* Cæterarum rerum quantum damnum datum factumve sit dupli. *l. 42. d. t.* Struv. *Exerc. 27. θ. 13.*

Præter hos modos noxam animalium 29
vindicandi civiles, dantur etiam pœnæ criminales, quæ vel ipsi animali, vel personæ, cui aliqua circa factum imputatur culpa, irrogantur; Cum vero animalia sensu rectæ rationis careant, sicut in principio hujus *cap.* dictum, utique etiam proprie non delinquunt, vel pœnam pati possunt, in eaque neque Jurisdictio, neque merum imperium exercetur, Jul. Clar. *Sentent. L. 5. §. fin.*

fin. qu. 99. n. 8. Land-Recht Lib. 2. art. 40. kein Vieh verburt Gewette dem Richter an ſeiner That. Attamen legimus brutis ob facta, ſpeciem inſignis beneficii habentia, in eorum gloriam ſingulares nonnunquam decretos fuiſſe honores: ita ob ſpeciem ingentis maleficii ſuppliciis ipſa ſubdita, vel ut odii facto conciliandi cauſa. Romani in honorem anſerum clangore ſuo Gallos Capitolium occupaturos prodentium, argenteum anſerem in Capitolio ponebant, atque ſingulis annis anſeres in grabatulo quam decentiſſime collocatos publice alebant; canes vero, quod non latraſſent, quaſi perfidos, ſuppliciis annuis
30 mactabant. Neque miraberis canibus diem dictum; Inanimata etiam, ſi eorum caſu cædes fuiſſet facta, finibus ejici Athenienſium Legiſlator ſanxit Draco, Samuel Petitus *L. 7. tit. 1.* Ita ſtatuam Niconis Thaſii, quæ ab inimico Niconis fuſtibus cæſa cædentem oppreſſerat; ita gladium, qui penes Sacerdotem occiſum fuit repertus, ignoto alio cædis autore in mare dejiciendo, exterminarunt. Spechan. *Cent. 1. qu. 84. n. 15.* A qua ſeveritate non longum abiit Philippicus Imperator, ſtatuam, quæ collapſa Himerium de ea cum Theodoro confabulantem occidit, obrui jubens P. Ærodus *rer. Jud. L. 3. Tit. 16. c. 3.* Et Parlamentum Toloſanum enſem, quo homo erat interfectus Anno 1540. faciens ſuſpendi, quod ridiculum alicui videri poſſit, cum propter defectum ſenſus naturaliter etiam impoſſibile ſit, res inanimatas vel pœnam ſentire, vel dolorem ſaltem. Quamvis etiam quorundam locorum conſuetudine receptum in noſtris Provinciis lapides, fuſtes, gladios ſuſpendi in foro, curia, vel alio loco publico. Non autem id fit quaſi pœnæ cauſa: ſed habentur ita ſuſpenſi aut affixi, ut homines moneantur armis ſive telis, quibus occidi poteſt homo, provide uti. Inſtrumenta alias iſta non magis occidiſſe intelliguntur, quam calceus ambulare, aut chirotheca furari. Non res ſunt quæ delinquunt, ſed qui res poſſi-
31 dent, *Novell. 17. c. 17.* In brutis vero motus eſt ſpontaneus & ſenſus, qui & criminis & ſupplicii aliquam ſuſtinere poſſunt ſpeciem. Mortem enim patiuntur, damno affecta triſtantur, occiſorem timent & nonnunquam ad ſupplicium ducta, neſcio quo præſagio, reſtitant & horrent. Attamen ad ſupplicium ducuntur, non coërcitionis cauſa, ſed ut, qui duci jubet, facinoris abominationem conteſtetur. Quæ quidem generalis eſt ratio pœnæ animalibus irrogatæ. Specialis eſt in factis obſcœnis memoriæ abolitio, *c. firmiſſime. 3. §. ex eo autem. c. mulier. 4. cauſ. 15. qu. 1.* cujus textus commendationem remiſſive habet Tiraquellus *de pœnis temperand. cauſ. 49. n. 39.* Quam non obſervant, qui equarum aut vaccarum a viris initarum capita in loco publico faciunt affigi, defenſi licet a Julio Claro *ſentent. lib. 5. §. fin. 99. num. 8.* Specialem eam rationem puto in factis obſcœnis. In atrocibus (nam ex hiſce duabus cauſis, atrocitate vel obſcœnitate facinoris, hodiernis moribus plecti ſolent animalia) abſurdum non eſt tale irrogare ſupplicium, poſt quod facinoris puniti conſervetur memoria, atque homines conſpectis noxæ reliquiis ea fugere diſcant, quæ etiam brutum non impune vident tuliſſe. Atrox factum intelligimus, cum animal hominem occidit. Sanguinem enim animarum veſtrarum, dicit DEUS *Geneſ. 9. v. 5.* requiram de manu cunctarum beſtiarum. Et *Exod. 21. verſ. 28. & ſeqq.* Bovem, qui hominem occidit, lapidari jubet ſanctiſſimus legiſlator. Quam legem, utpote ad abſterrendos homines beſtiarum more feroces latam, & in jure fundatam allegato dicto Geneſeos, etiam ultra Politiam Judaicam extendit Ludovicus Dunte *de caſib. conſcient. cap. 10. ſect. 2. p. 15.* Secundum quod Horatius Carpanus *in nov. Conſtit. Mediolan. c. homicida pr. num. 79.* animal brutum hominem occidens puniri vult, ut homicidam. Et Guido Papa *deciſ. 238.* in Burgundia ſe meminit vidiſſe quendam porcum, qui puerum occiderat, in furcis ſuſpenſum. Ab Andegavis item porcos, qui ſanguinolentos corroſerint, ſæpe ſuffigi teſtatur P. Ærodius, Quæſitor Andegavenſis, *Rerum judicat. Lib. 3. tit. 16. c. 4. & c. 1.* Ex Concilio Wormatienſi refert, juſſiſſe illud apes interfici, quæ hominem necaverant. De canibus, qui novitium Franciſcanum diſcerpſerant, & ideo Anno 1610. ex ſententia Judicum obtruncati fuere, vide apud Mornacium *ad l. 1. pr. D. ſi quadr. paup.*

Pulchra ſe hic offert quæſtio de Locu- 32
ſtis & earum excommunicatione, quam hoc modo refert Thomæ *de nox. anim. C. 27. num. 40.* An ſcil. hæ propter damna agris, pratis & vineis illata vel inferenda excommunicari poſſint? Quam quæſtionem Bartholomæus Chaſſanæus *Conſil. 1.* tractat latiſſime, & affirmative decidit. In 33
themate ſtatim narrat, eſſe in Burgundia quandam

quandam Provinciam, nomine Belnam, quæ muscis grossioribus abundet. Ideo ad Heduos, quasi Principes Burgundiæ, plerumque eam confugere, atque petere, ut per officialem sedis Episcopalis Heduensis istis animalibus præcipiatur, ut se a frugibus abstineant, &, si non pareant, ut ana-
34 thematizentur. In fine consilii processum describit. Primo fieri supplicationem pro parte Parochianorum, in quorum terra ea animalia sæviunt. Adscribam elegantissimam ejus formulam, licet adversus mures conceptam, quos scilicet eodem judicio pulsant isti Præstigiatores. Ita vero habet: Supplicant humiliter & devote, lamentabiliter queruloseque conquerendo vestri per humiles obsequiales servitores parochiani & incolæ de N. quod cum in finibus & territoriis suis nonnulla animalia immunda in formam murium urbanorum existentia, grisei coloris, a nemoribus circumvicinis exeuntia, creaturæ rationali & humanæ contraria & nociva, quæ adeo excreverunt, quod in vineis damna humano populo insupportabilia faciunt, vineas rodunt, penitus annihilant, & jam incipiunt in vineis abundantius pullulare, causabuntque famem, caristiam aliaque damna insupportabilia, inenarrabilia, sive irreparabilia, nisi per Dei mesericordiam, aut clavium Ecclesiæ potestatem & bonam provisionem vestram dictis parochianis & servitoribus & subditis vestris adversus dicta animalia per vestram dignissimam paternitatem extiterit & consultum & provisum. Hinc est, quod vos simpliciter exponunt, & exorando deprecantur, quatenus super præmissis damnis insupportabilibus salubriter eisdem consulere & providere dignemini, ne fructus naturæ divina virtute producti, vitæ humanæ destinati, per hujusmodi animalia irrationabilia perimantur in cultus divini detrimentum, militantis Ecclesiæ diminutionem, fidelium providebitis saluti. Et dictos Parochianos vestros subditos apud Altissimum perpetuos habebitis Oratores, & in percipiendis filios obedientes.

Vides illum supplicem suavissimum, qui vel solus muribus objectus sive prælectus, aut locustis, eos easve omnes sedibus suis protinus sit ejecturus atque propulsurus quam longissime, neque credo elegantiorem exarare potuisset obscurorum
35 virorum obscurissimus. Nec mora. Post insinuatam eam supplicationem, dicit Chassanæus, Advocatum distribui pro consilio accusatorum animalium, qui respondeat, prædictam anathematizationem fieri non debere, allatis rationibus non paucis. Quibus tamen non obstantibus judices & 36
officiales adjurationes facere in hunc modum: Adjuro vos limaces & vermes, & omnia animalia immunda, alimenta hominum dissipantia & corrodentia, hoc in territorio & parochiatu existentia, ut a dicto territorio & parochiatu discedatis, & ad loca, in quibus nullis nocere possitis, accedatis, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Postea sententias maledictionis & anathematizationis in ampliorem formam protendi & emitti ad Presbyteros, Capellanos &c. vicinos.
Præfatur in illis sententiis sive Edictis Epi- 37
scopus vel ejus Vicarius de misericordia & amore Dei erga genus humanum, item de Deo peccatores per animalia puniente, tum, de precibus & quereia de animalibus istis delata. Deinde suadet, ut homines peccata sua confiteantur & defleant, Dei & Deiparæ Virginis Mariæ aliorumque Patronorum opem implorent, misericordiæ divinæ confidentes. (3) Præparat se ad anathematizationem, referens ad maledictionum exempla ex Sacris atque legendis sanctorum; & ad quasdam objectiones respondens, (4) jubet, ut coram populo, dum missæ celebrantur, item in processionibus suis cum cruce seu vexillo, & aqua benedicta faciendis, item cum cereis, autoritate Episcopi & virtute SS. Trinitatis Clerici præcipiant animalibus istis utriusque sexus primo secundo & tertio, ut a vexatione & vastatione prædiorum sub pœna divinæ indignationis & æternæ maledictionis desistant intra trium horarum (vel dierum) spacium. (5) Quod si non destiterint, & præcepto huic Ecclesiastico sive divino, instigante Satana, non paruerint, tum Episcopus autoritate Episcopali ex Dei & Ecclesiæ parte, & ex parte omnium sanctorum virtute clavium ea animalia ex tunc prout ex nunc vi sui Edicti maledicit & anathematizat. (6) Jubet, ut & ipsi Clerici eam sententiam proferant sæpius & frequenter, donec appareat divinæ pietatis & misericordiæ effectus.

Mireris vecordiam hominum, qui rem 38
precibus exordiuntur non ut illis Deus exoretur, sed ut prologum quendam præmittant blasphemis suis ineptiis, aut saltem eis titulum quærant. Nimirum postquam fucatis illis precibus Deum nequicquam flecti intelligunt alia eum via aggrediuntur,

diuntur, ad incantamenta sua conversi inve illas interminationes aniles tandem desinunt, tanquam explosi utres, rem sibi bene egisse visi, cum incondito strepitu colophonem imponunt fabulæ bellissimæ. Attamen quin hæc omnia jure fiant, nullam hactenus fuisse dubitationem, intrepide asserit Chassanæus, atque in eam rem consilium conscripsit locupletissimum, & ad instar integri tractatus prolixum. Non pigebit in compendium id redigere, ut videas quanto studio rem absurdissimam defenderit JCtus. Quinque istius sui con-
39 silii fecit partes. In prima animalium, quæ oppugnaturus est, nomina evolvit, ea modo locustas, modo erucas, bruchos, scarabæos, convolvolos, & lingua vernacula hurebers appellari referens. Quæ
40 quidem mittimus. In secunda parte serias nugas agere incipit. Quærit: an locustæ realiter sive personaliter citari debeant, an verbaliter? Pro prioris affirmatione adducit, quod causa sit criminalis, quodve animalia ista neque mobilia, neque immobilia possideant, ideoque suspecta sint de fuga. Ad quod tamen dubium respondet, imo hoc ipso processu ipsorum quæri fugam, & ad hoc citari, ut fugiant. Pro negativa etiam affert, quod ista animalia sint universitas, quæ personaliter citari non possit, quodve citatio personalis locum non habeat, nisi contra delinquentem, animalia vero carentia non delinquant. Concludit citari posse ista animalia, non ut puniantur ob delicta commissa, sed ut ne damnum ulterius inferant, quamvis in parte consilii ultima, sui quasi immemor, necessariam non esse citationem statuat, tum quod pro manifesta injuria liceat, quem etiam non citatum excommunicare, tum quod super crimine notorio ferri possit sententia, nullo juris ordine servato.

41 In tertia parte quærit, an animalia illa possint comparere per procuratores? Pro negativa iterum facere, quod causa sit criminalis, & quidem citra delictum grave; scandalizari enim populum, dum hæc animalia perdant vinum, quod lætificet cor hominis: committi etiam ab eis homicidium, quod sanguinem videatur effundere, qui mercenarium fraudat mercede sua, item sacrilegium, quod pauperes sint membra Christi, quod procurator non admittatur sine mandato, nullum autem mandatum possit produci ab eo, qui nomine animalium compareat, neque sufficiat sententia & patientia eorum (si quis de ea objiciat) ad inducendum mandatum in primo termino. Pro affirmativa tamen allegat observantiam in curia sedis Episcopalis Heduensis, ubi Judex istis scarabæis constituit defensorem, ne condemnentur absentes. Quid autem defensor ille debeat proponere, & quomodo absentiam suorum clientum excusare, late in hac tertia parte exsequitur Chassanæus. Id unice agunt isti nugivenduli, ne innocentes forte scarabæi in tantum discrimen adducti fuisse videantur. Credo quod neque pulices suos aut pediculos ausint mactare, nisi accusatione prævia & instituto processu solenni.

In quarta parte disquiritur de Judice 42
competente, Laicusne ille sit, an Ecclesiasticus? Pro Laico esse, quod hic non agatur de concernentibus animam, sed de damno dato in rebus temporalibus, quod Judex Ecclesiasticus non possit judicare in causa sanguinis; convolvoli autem isti propter vim & rapinam, quam in fruges exercent, furcarum sint rei, aut, si anathematizationis processum urgeas, per hunc ipsis auferantur alimenta, & ita per indirectum causa sanguinis tractetur; item quod locus delicti potissimum sint agri Laicorum, aut Clericorum privati, quod animalia ista neque clericatum nec ordinem habeant, & ideo pro Laicis sint habenda. Contrarium tamen, quod Ecclesiasticus debeat esse Judex, verius esse ostendit Autor, quoniam majus dignum trahat ad se minus dignum, & ergo sufficiat ad fundandam Jurisdictionem Judicis Ecclesiastici, quod locustæ alicubi etiam in bonis Ecclesiæ intulerint damnum. Cumprimis ponit unum motivum, ut loquitur, quod sit responsivum ad omnia contraria, nempe: quoties mucro Ecclesiæ magis timetur, quam pœna temporalis, illum a Judice Ecclesiastico debere infligi, & animalia sæpe dicta nullam civilem pœnam timere. Addit, Pontifici, Episcopis & Judicibus Ecclesiasticis commissam esse curam gregis Dominici, gregis autem Dominici appellatione venire omnes, qui habitant terram. Omnia enim subjecta esse pedibus ejus, oves, boves &c. Prælatos ergo in suis provinciis, tanquam ministros Christi, & vivis & mortuis & insensatis imperare posse.

In quinta tandem parte cardo verti- 43
tur totius negotii. Quæritur ibi, an scarabæi

rabei five locuftæ poffint excommunicari? Omnes hic vires fuas, nec immerito, experitur Chaffanæus. Pro negativa quidem adducit, quod excommunicationis fententia non feratur, nifi in contumacem & pro peccato mortali, at in locuftas neque contumaciam cadere, neque mortale peccatum. Quod excommunicatio fit pofitio extra Ecclefiam, vel feparatio a qualibet communione, vel a quolibet actu legitimo; cum ergo ifta animalia non fint intus, nec extra poni poffe. Quod ignorans excommunicari non poffit. *c. fin. de Conftit. in 6.* Quod anathematizatio feratur in animam, *c. fi quis Presbyterorum 6. X. de reb. eccleſ. non alien.* & fit medicina animæ. *c. 1. de fentent. excomm. in 6.* Quod non feratur, nifi in Chriftianum, five qui membrum Ecclefiæ militantis fit. *c. audivimus 4. verf. in quo actum formam. cauf. 24. qu. 1.* Quod facienti licitum non imputetur id, quod inde fequitur. Factum etiam locuftarum licitum effe, tam jure divino, quam naturali. Ibi enim permiffum effe etiam fundum alterius, & vineas propria autoritate intrare, & uvas comedere, de natura etiam iftorum animalium effe, uvas pubefcentes rodere. Feciffe Deum beftias terræ juxta fpecies fuas, jumenta & omne reptile terræ in genere fuo, *Genef. 1.* & dixiffe Deum: Ecce dedi vobis omnem herbam &c. ut fint vobis in efcam & cunctis animalibus terræ, omnique volucri cœli, & univerfis, quæ moventur in terra. Ulterius quod pœna excommunicationis non imponatur, nifi lex expreffe imponat. Quod Univerfitas non poffit excommunicari. *c. Romana. 5. verf. in univerfitatem. X. de fent. excomm. in 6.* Quod docente D. Thoma maledicere rebus irrationalibus, in quantum funt creaturæ DEI, fit peccatum blafphemiæ. Quod DEUS immittere foleat ifta animalia in pœnam hominum ingratorum, qui decimas non folvunt, aut aliter funt impii. *Devt. 28. Pf. 77. Joel. 1. c. revertimini 65. cauf. 16. quæft. 1.* Hominem ergo refiftere, aut contra ftimulum calcitrare non debere. Quod fi homo punitionem poffit impedire, fequi, apud DEUM non omnia effe poffibilia, atque hominem judicem effe in propria caufa.

His tamen omnibus non attentis, affirmativam graviter tuetur Confultus: (1) autoritate Leonardi de Utino, in fermone de blafphemia dicentis, quod Ecclefia poffit maledicere creaturis irrationalibus maledicendo. (2) Pergit: arborem, quæ non afferat fructum bonum, debere excidi & in ignem conjici. *Marc. 3. Matth. 7.* Ergo multo magis deftrui poffe afferens damnum. (3) Omnem creaturam fubjectam Juris Canonici conditori, fubjici debere regulis Juris Canonici. *c. 1. X. de Conftit.* Atqui animalia irrationalia effe fubjecta homini per Pfalmiftam dicentem: Omnia fubjecifti pedibus ejus, & juberi hominem, ut fubjiciat fibi terram, & dominetur pifcibus maris, & volatilibus cœli & omnibus animantibus, quæ moventur fuper terram, *Genef. 1. Clem. un. verf. dedit. enim de reliq. & venerat. Sanct.* Effe ergo & locuftas fub jurisdictione hominis, atqui non poffe eas coërceri pœnis civilibus, reftare ergo Ecclefiafticas. Non obftare, quod par in parem non habeat imperium, homo vero poft peccatum comparatus fit brutis. Iftud enim nihil effe. (4) Omnia hominis gratia facta effe, cumprimis fructus. *l. cum igitur. 2. D. de ftat. hom. §. in pecudum. 37. J. de rer. divif.* (5) DEUM Malachiæ *c. penult.* promittere, fi homo pofuerit de fructibus fuis in horrea DEI, fe increpaturum locuftas. Si ergo homo decimas præftet, ad obfervantiam teneri ipfum Chriftum, qui ex fua promiffione remanferit obligatus. Recte agri cultores recurrere ad Epifcopos, Chrifti Vicarios, ut, quod DEUS promifit, ipfi præftent. (6) Ea potius fervanda, quæ ad vitam hominis fint neceffaria, quam quæ nocent. Atqui animalia ifta effe nociva, fructus vero prodeffe homini. (7) Etiamfi maledicere iftis animalibus peccatum effet, tamen ex duobus malis minimum effe eligendum. Majus autem malum effe perditionem fructuum, ex perditione enim ifti oriri famem, ex fame mortem & homicidium, ad quod evitandum licitum effe transgredi regulas juris Canonici. (8) Ad clamorem Populi puniri debere etiam non puniendum, ne oriatur fcandalum. (9) Experientiam aliquot annorum (1481. 1487. 1488.) docuiffe, quod animalia ifta poft anathematizationem perierint, aut a locis afflictis fe abfentarint. Addi potuiffent exempla Severini, Abbatis Pannonici, locuftas Cuculli caftelli agrum devaftantes fuis & Ecclefiæ precibus exterminantis; Bernhardi, mufcas in Oratorio Fufniaci ingredienti-

bus molestas excommunicantis; Pauli Monachi Britanni, graculos ad Abbatem agentis quasi pecudes, ob frumentum depastum puniendos; Bennonis, Osnabrugensis Episcopi, gliribus dioecesi sua interdicentis; Hilarionis denique, qui onagrum sui gregis ducem ob pomarium devastatum stare quondam jussit, & baculo tundens latera, quare, inquit, comeditis quod non seminastis? vid. Zwinger. *Theatr. Volum. 5. lib. 4. p. 1515.* Sed potiora habet Noster. (10) In delicto consummando licere, quod in summato non liceat. Ita licitam esse maledictionem locustarum ad evitanda futura mala. (11) Etiam animalia irrationalia puniri & igne comburi posse. *Levit. 20. vers. 15.* (12) Avibus aliisve animalibus fructus terrae destruentibus insidias licite parari. Nullas vero esse meliores insidias, quam anathematizationem. (13) Si tales excommunicationes intermitterentur, haesitaturos esse rusticos in fide, cum hactenus id viderint esse factum. (14) Anathematizationem illam fieri in nomine Domini, adeoque in virtute fidei. (15) Incantationes, quae alias sint prohibitae, fructuum conservandorum causa esse licitas. *l. artem. 2.* junct. *l. eorum. 4. C. de malefic.* Multo magis ergo licitam esse excommunicationem, quae nunquam sit prohibita. (16) Non deesse exempla, ubi maledictum sit creaturis irrationalibus, ut ficui, *Matth. 21. Marc. 11.* serpenti, *Genes. 2.* Babyloni, *Jerem. 1. & seq.* terrae, *Genes. 3.* diei natali & nocti conceptionis, *Job. 3. Jerem. 20.* Sodomae & Gomorrhae, *Genes. 19.* montibus Gilboa, *2. Reg. 1.* Civitati Jericho, & omnibus animalibus & bonis in ea repertis, *Jos. 6. vers. 17. 18. 19. 26.* juncto *3. Reg. 16.* Serpentem ideo timere vocem incantantis, *Psal. 57. Eccles. 12.* (17) Universitatem posse excommunicari ob delictum magnum, aut si omnes delinquant. (18) Maledici non posse animalibus secundum se, posse tamen in ordine ad hominem, propter quem facta sint. Hae sunt illae rationes, quibus de miseris locustis triumphat Belnae Patronus, tales videlicet, quae cum singulae ex meris cavillis sint consarcinatae, omnes vix mereantur responsionem, quaedam etiam (ut prima, septima, X. XVI. XVII. XVIII.) argumenta saltem posteriora impugnent, pro negativa ab ipso Chassanaeo adducta, quibus quidem ad negativam serio defendendam non indigemus, prioribus illis, ex ipsa excommunicationis natura & substantia petitis, satis muniti. Quis nescit, ab 43
ipsis Pontificiis definiri excommunicationem, quod sit censura, qua quis separatur ab Ecclesiastica fidelium communione; Zoes. *num. 29. X. de furt. excomm.* vel quod sit Christiani hominis a corpore Ecclesiae, vel saltem a perceptione Sacramentorum ejus exclusio, Canis. *in summa jur. Canon. lib. 3. tit. 23. §. 2.* *Bann schadet der Seel,* 44
und nimmt doch niemand den Leib, noch kräncket niemand am Land-Recht, am Lehn-Recht, da folge denn des Königs Acht nach Land-Recht Lib. 3. art. 63. & Weichb. *art. 5.* Applicet haec mihi quisquam ad Locustas. Abusus ille inquit Leonardus Vairus *in tractat. de Fascino Lib. 2. c. 11. p. 159.* vituperandus videtur, qui in nonnullis partibus inolevit, ubi si quando locustas & alia perniciosa animalia e campis expellere volunt, aliquem Adjutorem in judicem eligunt, coram quo duo procuratores constituuntur, ex populi parte unus, ex brutorum animalium alter. Populi procurator contra locustas vel similia animalia justitiam petit ad ea exigenda. Cui ex adverso respondet alter, non esse abigenda. Tandem servatis servandis nisi intra certum tempus abeant, contra locustas excommunicationis sententia fertur. Qui quidem modus superstitione refertus est; cum quia lis contra animalia ratione carentia agitari non potest, & cum ex terrae putredine genita sint, culpa carent: tum etiam in blasphemiae peccatum inciditur, dum Ecclesiae excommunicationi illuditur. Perinde etenim est, bruta excommunicationi velle subjicere, ac si quis canem aut lapidem baptizaret. Ita Vairus, ipse Pontificius, Ordinis S. Benedicti Canonicus Regularis & Theologiae Doctor.

Utrum Ecclesia secundum primam ra- 45
tionem maledicere possit creaturis, disputent Theologi. Potestatem eam Ecclesiae a Deo tanquam ordinariam concessam fuisse nuspiam vidi. Exempla in ratione XVI. ex sacris allata non sunt uniusmodi; De Deo quidem omnipotentiam praedicant; In hominibus dolorem quaedam arguunt & impatientiam, sacris ideo literis consignatam, ut imbecillitatem humanam in Viris etiam sanctissimis agnoscamus: quaedam ad consecrationem & devotionem pertinent. Confer. *Levit. 27. vers. 28. 29.*

Non-

Nonnullæ ibi maledictiones sunt prophe-
ticæ; nonnullæ miraculosæ & ex Heroico
Spiritu profectæ. Nullæ ad ridiculum ali-
46 quem processum Juris decantatæ; Mira-
culorum autem dona nemo temere sibi
arrogare debet, sed expectare singularem
Dei instinctum aut vocationem. Frideric.
Balduin. *de cas. consc. libr. 3. c. 3. cas. 10.*
47 *p. m. 641.* Multo minus faciendum est
malum, ut inde eveniat bonum, regula de
eligendo ex duobus malis malo minimo
48 huc parum faciente. Neque plus virium
cæteris inest rationibus. Secunda, IV. VI.
VIII. & XI. tantum hoc concludunt, perdi
posse ista animalia, modum perdendi non
definiunt, aut si quem intendunt, natura-
lem eum, non superstitiosum intendunt.
Non, quicquid perdi potest, potest etiam
excommunicari. Idoneum & capax re-
quiritur subjectum; quod alias non recipit
ad modum imprimentis, sed ad modum
49 receptivitatis suæ. Ut lepida admodum
sit sequela rationis duodecimæ ab aucupio
ad excommunicationem, abusum etiam
hujus muneris nimium quantum prodens.
Quasi excommunicandi potestas data sit
Ecclesiæ ob temporalia, ad profligandas
forte locustas, aut ad capiendos mures.
50 Quod ad superioritatem attinet, quam
homo habet in animalia bruta, quamve
tertia ratio urget, ea jurisdictionis non est,
(cum Jurisdictionis iterum objectum esse
non possit, nisi quod sit persona) sed do-
minationis, & quidem post lapsum restrictæ
51 valde & imminutæ. Profanum autem est,
ne quid gravius dicam, quod in quinta
ratione objicitur, ab Episcopo impetrari
posse, quod justissimus Deus ob justissimas
causas, (qui enim nolle posset alias?) con-
cedere non vult. Ita nempe Minister
Domino constituitur superior, & vel invito
eo dispensat, quod tamen Dominus di-
spensationi suæ reservavit, non commisit
arbitrio suorum servulorum. Ut jam ni-
hil dicam de crudo illo intellectu Scripturæ
Propheticæ, quam iterum explicabunt
52 Theologi. Exempla, quibus innititur nona
ratio, superstitiosa partim sunt & temera-
ria, partim fabulosa & fallacia, neque mo-
vere potuerunt alios populos, utut Ponti-
ficiæ Religioni addictos, ut gerras istas Si-
culas imitarentur, aut sequerentur tam fri-
volam praxin. Julius Clarus, Patritius
Alexandrinus & in Provincia Mediolanensi
Consiliarius supremus ac regens in sua
Provincia, negat, se id unquam vidisse pra-
cticari, *lib. 5. §. fin. q. 99. n. 8.* Quod si
quid summota superstitione precibus ex
vera fiducia factis effectum aliquando est,
id merito exemplum suscipimus, non ne-
gantes, Clementissimum Deum ardenti
oratione ad avertenda vel propellenda
mala facile flecti. Alias ubi preces quasi 53
actionum formulæ recitantur, satius multo
fuerit, superstitionem hominum animis
eximendo scandalum tollere de populo,
quam, quod oggannit decima tertia ratio,
Rusticorum in fide hæsitationem timere.
Miseram fidem & caducam nimis, quæ non
nisi erroribus & fabulis fovenda! quasi
perinde sit, sive quis ædificium imponat
arenæ sive petræ, quam similitudinem, licet
in diverso casu, habet Salvator, *Matth. 7.
24. & seqq.* Non quidquid fit in nomine 54
Domini, ex sincera fide proficiscitur, ut
præsupponit ratio XIV. Abusus est no-
minis Divini, ubi sanctissimum Nomen ad-
jicitur actui vitioso; Neque purgatur per
hanc actionem actus vitium, sed in novum
ille potius incidit profanati Nominis di-
vini crimen, vid. Joh. Georg. Godelmann.
de magis lib. 1. c. 6. n. 14. & cap. 8. n. 43.
Exemplum est, quod ipsum refert ratio
XV. in præstigiis & incantationibus, tam
similibus excommunicationi locustarum,
quam ovum est ovo. Esto vero, Constan- 55
tinum, nondum usque quaque orthodo-
xum, permisisse exercitium artis Magicæ
frugum conservandarum caussa *in l. eo-
rum. 4. C. de malefic.* idemque approbasse
Imperatores sequentes, dum dictam Le-
gem Codicibus suis inseri fecerint. Atta-
men Bartolus *ad d. l. 4.* eam constitutio-
nem negat procedere in foro conscientiæ;
imo nec in civili foro eandem attendi
amplius testantur novissime JCti saniores,
vid. Dn. Carpz. *in Prax. Crim. part. 1. q. 50.
n. 51. 52. 53.*

CAPUT XI.

DE PIGNORATIONE ANIMALIUM.

SUMMARIA.

1. *Pignoratio animalium LL. Romanis illicita.*
2. *Germanicæ est originis.*
3. *Hoc legibus Wisigothorum, Burgundionum & Longobardorum ostenditur.*
4. *Jus pignorandi universali consuetudine in Germania obtinet.*
5. *Ut & in Gallia, Hispania, Anglia &c.*
6. *Pignorationes olim se extendebant ad personas & res debitoris.*
7. *Quod postmodum per Pacis publicæ Ordinationem mutatum est.*
8. *Justitia pignorationis defenditur.*
9. *Pignora tamen Judici sunt offerenda.*
10. *Qui possint pignorare?*
11. *An Vasallus, Emphyteuta, Censuarius &c.*
12. *Item Famuli, Mandatarii, Saltuarii?*
13. *Quæ animalia possint pignorari?*
14. *An quævis animalia, item & Prætoris Vacca?*
15. *Pariter & equus, qui sessorem in terram dejicit, it. Militis?*
16. *Quod cessat, si militibus de pabulo non satis provisum.*
17. *Pignorari non potest Equus iter facientis juxta viam pabulans.*
18. *Pignoratio fit vel ad jus nostrum conservandum,*
19. *Vel damnum illatum resarciendum,*
20. *Vel contumaciam coërcendam.*
21. *Pignoratio fieri debet in ipso facto.*
22. *Animal captum debet includi, & illæsum conservari.*
23. *Et intra 24. horas Judici offerri.*
24. *Finis pignorationis est damni restitutio.*
25. *Si non appareat dominus animalis capti, quid faciendum?*
26. *Damnum quomodo æstimandum?*
27. *Cujus sumptibus æstimatio facienda?*
28. *Poterit & dominus damnum æstimare.*
29. *Si damnum in frumento datum, quodnam tempus inspiciendum?*
30. *Tenetur & pignoratus ad emendam.*
31. *Si pœna æstimationem pignoris absorbeat, quid juris?*
32. *Quis animali pignorato debeat alimenta præbere?*
33. *Si animal pignoratum pendente lite perierit, quid juris?*
34. *Pignorationis causa summaria.*
35. *Si pignoratio injuste facta, quid faciendum?*
36. *Remedia pignorato competentia.*
37. *Pignoratus satisdans pecus inclusum recuperat.*
38. *Privatis exturbare licet animal nocens.*
39. *Exturbatio animalis nocentis quomodo de Jure Civili fieri debeat?*
40. *Quomodo de Jure Saxonico?*

1 Pignorationem animalium legibus Justinianeis illicitam, *l. 39. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Thom. *de nox. Animal.*
2 Germanicæ esse originis ex antiquis legibus
3 satis constat; LL. enim Wisigothorum *lib. 8. tit. 3. l. 13.* continetur: Si quis Caballum aut pecus alienum in vinea, messe, prato vel horto invenerit, non expellat iratus, ne, dum de damno expellit, evertat: sed ad domum suam inclusurus adducat: & dominum caballorum vel pecorum faciat certiorem, ut præsentibus his aut vicinis eorum damnum, quod illatum fuerit, æstimetur: Leges Burgundionum *Tit. 23. l. 1. & 3.* habent: Quicunque animal de messe, vel de quolibet damno incluserit, ei vis non fiat, & *tit. 49.* agit de animalibus damnum facientibus in clausura missis. Lege Salica quoque permittitur includere animalia. *Tit. 10. l. 5. 9. & 10.* etiam Longobardorum. *Tit. 19. l. 21. tit. 24. l. 1. 2. & 6.*

Quod jus pignorandi animalia aliena, 4
universali consuetudine tam in Germania superiori, quam inferiori adhuc hodie privatis competere, testatur Feldmann. *de inclus. animal. cap. 2. sect. 24.* Uti & in illis Provinciis, ubi Germani victricia arma circumtulere, simulque suas consuetudines induxere, sicut de GALLIA testatur 5
Mornacius *ad L. 39. ff. ad L. Aquil.* de HISPANIA Azevedo *ad Constit. Hisp. Lib. 5. Tit. 17. l. 1. n. 6.* de ANGLIA Cowel. *Instit. Jur. Anglic. §. 1. Si quod paup.* de LUSITANIA Molina *de Just. & Jur. Tract. 2. disp. 697. n. 23. in fin.* de HUNGARIA & TRANSYLVANIA *Collect. Consuet. Hung. & Transsylv. P. 3. Tit. 33.* de ITALIA Ægid. Possius *in Pract. Crim. Tit. de damn. n. 20. in fin.* Ant.

Ant. Capyc. *decis. 45. n. 2.* SABAUDIA Guil. Onciacius *qq. Jur. Philos. 5. num. 6.*
6 Pignorationes autem olim in Germania non tantum ad animalia, sed latius se extendebant tam ad personas quam res, ubi ob quodvis debitum contra morosum debitorem per leges publicas pignorandi licentia fuit. vid. Recess. Imper. *de Anno 1442.*
7 *Rubric. Wie man pfänden soll.* Sed hanc Constitutionem obtinuisse ante promulgatam Pacis publicæ ordinationem, & postea publicæ tranquillitatis in Imperio conservandæ causa aliud placuisse, monet Dn. Textor. *ad Recess. Imp. de Anno 1654.*
8 *disp. 8. §. 12.* Nec de justitia pignorationis dubitandum, cum & jure permissum sit, bona sua tueri & rem suam conservare, etiam de facto, Brunnem. *ad L. 1. C. unde vi.* Jam vero per inclusionem animalium jus ejus, in cujus prædio ea fuere reperta, sic sartum tectum servatur, ut ejus rei notitiam totus populus nanciscatur, & sic præscriptio, quæ ab alio deinde objici posset, publice palamque interrupta sit, Cothman. *4. Respons. 47. n. 22.* atque Prædii Dominus in possessione libertatis defendatur. Præterea & ipse Deus vult damnum ab animali depascendo datum optume resarciri *Exod. 22. v. 5.* Et silentio prætereundum non est, per pignorationem lites celerius finiri, & sumtibus in probationem alioquin necessariam parci posse. Audler. *Tit. 3. n. 51.* Nec injusta videtur consuetudo talis obinde, quod quis sibi ipsi ferme jus dicere videatur, cum nullum dubium sit, valere statuta vel consuetudines de occupandis rebus debitoris propria autoritate, vid. Köppen. *Dec. 41. n. 12.* imo &
9 inter privatos talia pacta licita esse. Ut tamen hac licentia privatis indulta publica non labefactetur autoritas, ubivis fere locorum receptum, ut captura quidem privato arbitrio relicta sit, sed bestia capta ad locum publicum, ut ibi custodiatur, deducenda: quod & in Belgio obtinere testatur Grœnwegen *ad l. 39. ff. de L. Aquil.* Et pœnam pignoranti hoc non observanti dictandam esse, monet Mev. *ad Jus Lubec. L. 3. Tit. 11. ad Rubric. n. 12.* Quod si enim hoc non fieret, facile pignorationibus potentiorem opprimerentur illi, quibus res angusta domi est, quibus tamen, si manibus judicis res commissa sit, facilior res suas recuperandi datur ansa. Imo olim in Imperio, ubi permissa erat pignoratio, si pignora Judici non insinuata, pro spolio hoc reputabatur; qua de re ita cavetur in d. Rec. Imp. *de Anno 1442. Wäre auch, daß der Pfänder dieselben Pfände nicht in das näheste Schloß oder Stadt, da ein Gericht inne wäre, triebe, so soll man das vor einen Raub halten.* Cum itaque Pignora- 10
tio hodie quasi ordinarium remedium sit, quo libertatem agrorum nostrorum vel a prætensa servitute, vel a damno immunem vindicamus, cuilibet eam competere dicendum, vel qui verus Dominus est.
Idem asserendum de Vasallo, Emphyteuta, 11
Usufructuario, Censuario, Superficiario, Partiario; vel qui tantum jus personale habet, ut Pensionarius seu Prædii conductor, vid. Dn. Stryck. *de Jur. Pignorand. c. 2. n. 7. & seqq.*

Et quia pignoratio est modus conser- 12
vandi patrimonii, & famuli maxime commodum herile promovere, & damnum avertere tenentur, recte ab iis animalia in agris dominorum damnum dantia possunt includi, cum omne quod ex famulorum operis descendit, nobis adquiratur, Lewen. *Lib. 2. Cens. for. c. 12. n. 2.* Tacita quoque nostra voluntas intervenit, quoties pecudes in fundis nostris inventæ includuntur per eos, quibus publice ea potestas & agrorum, pratorum saltuumque cura atque inspectio data est. *arg. l. 16. §. 1. de Usu & habit.* Hos jus nostrum vocat saltuarios, *l. 12. §. 4. ff. de Instruct. vel Instrum. leg.* Germ. *Wald- Feld- und Flur-Schützen, Acker- oder Wiesen-Voigte,* de quibus *supra C. 4. hoc Lib.* De Mandatario quin pignorare possit, res caret dubio: Quod enim quis per alium facit, ipse fecisse intelligendus est, *L. si per alium. ff. Ne quis eum qui in jus voc.* Hinc in Constitutionibus Imperii in materia pignorationis dicitur, *die durch sich selbst oder die Seinen einen andern pfänden,* Ord. Cam. *p. 2. t. 22.*

Possunt autem pignorari quævis anima- 13
lia, quæ capi possunt, etiam equi & boves aratorii. *arg. Land-Recht L. 2. art. 40. & 47.* Carpzov. *P. 2. Const. 27. Def. 1.*
Item Judicis & Prætoris: *des Schuldtheis-* 14
sen Kuh. Nam in justitia expletrice ratio nulla personarum habenda est; Ut & 15
equus, qui sessoris sui impatiens eum in terram dejicit, & frugibus damnum dedit, cum affectare quisque non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alio periculosam futuram. Pariter includi possunt equi militum. *arg. l. 2. C. de Pasc. Publ.* Elect. Brandenb. *Interims-Ordnung Art. 4.* Suecica Brema-

Verdens.

Verdens. *Standt - Quartiers - Ordonnance*
16 *Art. 1. & 7.* Quod tamen cessat, si militibus de pabulo non satis provisum, vel si in expeditione sunt, cum Reipublicæ intersit non sisti equos eorum, qui istam contra hostes debent tueri, *arg. l. 31. C. locat.* Mev. *de Arrest. c. 8. n. 104.* quod etiam extenditur ad equos eorum, qui annonam & commeatum militarem, arma, tela & alia vehunt. Feldm. *d. l. c. 14. Sect. 1. & 2.* Idem dicendum de equis Legatorum Cursorumque publicorum, si a Principe nostro vel ad eum mittuntur, ne sc. impediatur legatio, uti Paulus ait *in l. 26. ff. de Judic.*
17 *l. 2. ff. de in jus voc.* Similiter nec pignorari potest equus iter facientis, qui juxta viam pascitur, *II. Feud. 27. §. fin.* ibi: Quicunque per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quanto propinquius secundum viam stans in loco amplecti potuerit ad reparationem equi sui, impune sibi equo porrigat. Licitum sit etiam ipsi uti herba & viridi sylva, & sine vastatione aliqua quilibet utatur pro sua commoditate & usu necessario: Saxones non solum hoc permittunt, ut ore suo equus quid capiat stans in via publica, sed & equitanti concedunt facultatem, ut equo descendere, & uno pede in agrum porrecto fruges demetere, easque equo suo præbere possit. *Land-Recht Lib. 2. art. 68.* Hoc tamen civiliter est intelligendum, ne longiori tempore in aliena segete pascat, & ut equus ita delassatus sit, ut refectione indigeat. Præterea pignorari non posse equum illius, qui a via publica aberravit, item quando via amissa, ea uti non est facultas, tradit Feldman. *d. tract. Cap. 17. & 18.*

18 Causæ autem, ob quas pignorationes permissæ, ad tria capita commode referri possunt, ut: vel ad jus nostrum conservandum, vel damnum illatum resarciendum, vel contumaciam alterius coërcendam spectant. Primo quando alter contra libertatem fundo nostro competentem jus aliquod vel servitutem prætendit. Notum enim est in juribus incorporalibus adquirendis patientiam alterius alteri esse loco tituli, imo & loco traditionis, *l. 1. §. ult. ff. de Serv. Rust. Præd. l. 11. §. 1. ff. de Public. in rem act.* Brunnem. *ad l. 10. ff. si serv. vind.* Pignoratio vero induit dissensum, contradictionem & dispatientiam domini contra quem præscribere volumus, *arg. l. 5. ff. de Serv. urb. Præd.* Carpz. *P. 2. C. 27. d. 3. n. 3.* Mev. *P. 1. Dec. 34. n. 7.* Hinc jus pignorandi non tantum ob turbatam jurisdictionem, Carpz. *d. l.* sed & venationem, piscationem, lignationem, aquæ ductus & similia competit. Dn. Stryck. *differt. de Jure Pignor.* Dein pignoratio- 19
nes etiam sunt permissæ sive damnum per homines vel familiam alicujus, sive per pecora fuerit datum, Mev. *P. 1 Dec. 34. n. 10.* Per homines damnum fit, si quis per agrum vel pratum alienum transeat, & segetes ac gramina proterat. Mev. *d l. n. 12.* Possunt ergo pignorari Aurigæ transeuntes extra viam per fundum alterius. Berl. *p. 2. Consl. 34. n. 11.* Item qui hortos alienos vel vineas ingrediuntur, & ibi decerpunt fructus, aut in sylvis alienis succidunt arbores: Praxis enim testatur tali casu pileos vel alias res auferri solere. Köppen. *Dec. 41. n. 8.* Cum ejusmodi transeuntes sint quasi pede fugitivo, quorum persecutio alias foret difficilis. Coler. *de Proc. Execut. P. 1. C. 3. n. 68.* Idem dicendum venit, si bestia damnum dederit, nec quoad pignorationem interest, an animal immissum fuerit ab homine, an sponte ingressum? Quoad actionem tamen multum interest; Si enim quis immiserit bestiam sine præscitu Domini, tunc non dominus bestiæ, sed ipse immittens conveniri potest. Richter. *Decis. 5. n. 22.*

Tertia causa permissæ pignorationis est 20
contumaciæ coërcitio, quæ oritur ex denegatione illarum præstationum, ad quas aliquis vel speciali jure, vel qua subditus est, obstrictus est. Speciali autem jure obstrictus est, qui certo jure contractus nobis ad certas sive annuas, sive alias præstationes est obligatus; Et hic quidem, si contumax sit in exsolvendis præstationibus debitis, pignoratio privata autoritate permissa non est, nisi forte in fuga constitutus sit debitor, *arg. l. 10. §. 16. Quæ in fraud. debit.* Si enim quis ob debitum ex contractu pignoret, incurret pœnam amissionis crediti, juxta *l. 13. ff. quod met. caus.* quem textum in praxi abrogatum non esse tradit Brunneman. *ad d. l.* Dn. Stryck. *d. differt. c. 3. n. 28.* Fallit tamen hoc I.) nisi pignorandi licentia alicui per pactum sit concessa, quod fieri potest, cum unusquisque sit rerum suarum moderator & arbiter, *l. 21. C. Mand.* & rei suæ legem dicere potest quam velit; Insuper quoque pactum de ingrediendo propria autoritate fundum alterius non penitus est illicitum per *l. 3. C. de Pign. & Hypoth.* præsertim si possessor non resistat; Contra resistentem enim

enim opus foret judicio. Klock. *Vot. Cameral. Relat.* 11. *n.* 33. Quamvis & hoc pacto conveniri possit, ut debitor pignorationi propria autoritate susceptæ resistens puniatur. Fallit II.) nisi consuetudine vel statuto receptum, ut per contractum etiam nobis obligatum pignorare liceat. Mevius *ad Jus Lubec. Proœm. qu.* 2. *n.* 42. Köppen. *Dec.* 41. *n.* 12. Qualem consuetudinem in Marchia Brandenb. observari, quod quis illum Rusticum, qui ipsi ad præstationes annuas, *zu gewissen jährlichen Pächten*, obligatus est, propria autoritate pignorare possit, tradit Dn. Stryck. *d. cap.* 3. *n.* 41. Ubi hoc etiam ad Decimarium, *Zehend-Herrn*, & Dominum Emphyteuseos extendit. Justa porro pignorandi causa est denegatio servitiorum a rusticis facta; Hi enim, si solita hactenus & a majoribus præstita servitia exhibere recusent, pignorari possunt, donec ad debitam obedientiam reducantur. Brunnem. *ad l.* 10. *n.* 7. *ff. de Jurisd.* Berl. *d. concl.* 34. *n.* 17. Pignorationi etiam locus, si quis in vectigalibus exsolvendis sit contumax. Köppen. *Dec.* 41. *n.* 16. Idem obtinet in illis, qui collectas solvere recusant, cum publice intersit collectas quam citissime exsolvi. Stryck. *d. l. n.* 47.

21 Debet autem pignoratio fieri in ipso facto, *arg. Land-Recht Lib.* 2. *Art.* 40. ibi: *Und werden des Mannes Pferde und Wagen verkümmert in der Handhafften That.* In ipso facto etiam fieri intelligitur, non tantum si in ipsa depastione, sed modo adhuc in fundo, in quo damnum dederunt, deprehendantur, Thom. *de nox. anim. c.* 24. *num.* 6. Ratio redditur in LL. Wisigoth. *Lib.* 8. *tit.* 3. *c.* 16. Si jumenta vel pecora de frugibus, priusquam expellantur, exierint, ea non licet comprehendere, quia utrum ipsa damnum fecerint, nescitur. Si tamen animalia alterius in suo fundo quis deprehenderit, & dum ea vult capere, ipsa in alium fundum aufugerint, posse istum in continenti persequendo animalia etiam in alieno fundo capere recte statuit Aymo Public. *in Consuet. Arvern. Tit.* 28. *Art.* 1. *n.* 4. Talis enim persecutio est actus privatus, per quem non violatur Jurisdictio. Thom. *d. l. n.* 11. Quare si ista pecora in via sive publica sive vicinali sint, sive per alios fundos errent, cum ad ea accedit fundi Dominus, qui damnum passus, juste ista pignorare potest, dummodo ipse viderit animalia egredi suo agro, vel quod ab aliis pro certo hic intellexerit, Feldmann. *d. tract. c.* 24. *Sect.* 2. Quando vero ad contumaciam subditorum coërcendam pignoratione opus est, in arbitrio domini pignorantis est, quamlibet rem vi jurisdictionis auferre, *§* 3. *de Satisdat. tut.*

Deinde requiritur, ut animal damnum 22
dans includatur & illæsum conservetur; ex quo apparet, non licere pignoranti pecus in agro suo deprehensum occidere, Mev. *P.* 1. *Dec.* 34. *n.* 16. Quod tamen limitatur, nisi pecora ferociora sint, quam ut capi aut pignorari queant, veluti sunt sues, anseres, quod tunc canibus ea abigi liceat, adeo ut impellenti canes impune sit, quantumvis unum & aliud animal noxam dans interficiant, *Land-Recht Lib.* 2. *Art.* 40. *Fretzet aber ein Mann seiner Nachbarn Korn ab, oder anderer ihre Saat mit Schweinen, oder mit Gänsen die man nicht pfänden mag, hetzet man sie dann mit Hunden, und beissen sie die Hunde zu todt, oder verwunden sie, man bleibt es ohn Wandel und Schaden,* vid. Carpz. *P.* 2. *C.* 27. *D.* 1.

Requiritur etiam, ut bestia pignorata in- 23
tra 24. horas judici offeratur, Thom. *d. l. c.* 24. *n.* 19. Et quidem judici loci inferiorem jurisdictionem habenti, in quo damnum datum, ut expresse sancitum *in Constit. Sax.* 7. *Part.* 2. *Es soll aber gleichwol mit der Pfändung gebührlich, und wie Landbräuchlich gebühret, und die Pfande in das Gerichte, darinn der Grund gelegen, überantwortet werden.* Pignus autem illæsum Judici offerendum est; si enim vel vulneratum, vel occisum pecus Judici offeratur, pignoratio pro justa non reputatur, Carpz. *Lib.* 1. *Resp.* 8. *n.* 6. Quod si pignorans penes se retineat pignus, pignorato tenetur ad emendam, & Judici ad mulctam. Berlich. *P.* 2. *Concl.* 34. *n.* 24. nisi ipse pignorans habeat Jurisdictionem in loco, qua casu pignus captum ipse retinere potest, nec id alteri judici tenetur offerre. Berlich. *d. l. n.* 25.
Finis autem principalis pignorationis est, 24
ut dominus capti pignoris damnum restituat, *Land-Recht Lib.* 2. *Art.* 27. *und soll darzu den Schaden gelten.* Quod antequam faciat, non recipiet pignus, nisi offerat cautionem judicio sisti, Wesenb. *ad Tit. ff. si quadr. paup. n.* 6. sive potius in casu succumbentiæ restituendo, Azevod. *in jus Hisp. Lib.* 5. *Tit.* 17. *l.* 1. *n.* 11. Si non ap- 25
pareat Dominus animalis capti, capiens petere potest, ut animal supponatur hastæ, sive publica autoritate vendatur, & sibi ex pretio satisfiat. Costa *de facti scient. & ignor. Cent.* 2. *dist.* 43. *n.* 1.

26 Damnum vero, ne pro lubitu æstimetur a pignorante, per æstimatores ad hoc a Judice deputatos determinandum, & hodie ut plurimum per Schultetum & Scabinos rusticos expeditur. Köppen. *Decis. 41. n. 28.* de quo constitutio Marchica *Tit. 49.* Rubr. *von Pfändung* ita disponit: *Auch soll der Schade auf Ansuchung dessen, so gepfändet hat, durch die Schultzen und Schöpffen oder die Aeltesten im Dorffe besichtiget und gewürdiget werden.* Ut tamen adversa pars huic actui intersit, requirit Scheplitz. *P. 4. t. 21.* Generale enim juris axioma est, ut, quoties quis ex actu aliquo lædi potest, toties ad eum sit citan-
27 dus. *arg. l. 39. ff. de adopt.* Quæritur autem hic, cujus sumtibus, si æstimatores pro opera quid desiderant, æstimatio fieri debeat? Et quamvis regulariter sumtibus petentis res expediri debeat, quod in actibus judicialibus generale esse probat Brunnem. *Cons. 136. n. 46. seqq.* tamen cum cognitio talis pignorati causam concernat, & insuper hic magis odio, quam favore dignus sit, & pignorans tantum de damno vitando agat, utique sumtus a pignorato erunt suppeditandi. Dn.
28 Stryck. *de pignor. anim. c. 5. n. 8.* Ipse quoque Dominus, in cujus fundo damnum datum est, illud æstimare potest, quo casu turbator illam æstimationem præstare, vel juramento suo illam minuere debet. Reus tamen juramentum hocce, quod actori referri non potest, evitabit, si ad probationes confugere, & damnum datum tanti non esse, quanti ab actore æstimatum est, probare velit. *Daß er sein Gewissen mit Beweis vertreten wolle.* Berl. *P. 1. dec. 88. n. 14.* Carpz. *P. 1. Const. 14. Def. 17.*

29 Quæri autem solet, quando damnum datum in frumento, quod adhuc in herba erat, an tempus damni dati, an vero futuri, ubi frumentum esset maturum, considerari debeat? Et quanquam aliqui in ea sint opinione, quod tempus messium sit expectandum, ut sciatur, quantum ex tanto & simili frumento dominus habiturus sit, *arg. l. 40. ff. ad L. Aquil.* Contrarium tamen verius est, quod scilicet inspiciendum sit damni dati tempus, ita ut damnum taxetur, quanti tempore damni dati vendi potuisset illud frumentum, cum dubius sit eventus perceptionis frumenti tempore messium; deinde, quia si frumentum ita tenerum est, ut loco herbæ sit, numero frumenti haberi non debet, ergo nec æstimatio secundum valorem frumenti, sed herbæ fieri debet. *l. 4. ff. Arbor. furtim cæs.* vid. Berlich. *P. 2. C. 34. n. 62. & seq.* Richt. *Dec. 5. n. 16.* Ad impetrandam vero damni restitutionem præcise pignoratio non requiritur, Berl. *P. 2. Concl. 34. n. 60.* cum etiam citra eam actio de pastu, & de pauperie sint in promptu, quibus ad satisfactionem compelli possit dominus animalis nocentis. Thom. *d. c. 25. num. 3.*
Præter istam damni restitutionem pigno- 30
ratus tenetur etiam ad emendam, *den gewöhnlichen Pfand-Schilling,* quæ pro diversitate locorum variat, & est unius, trium vel quatuor solidorum, interdum ad 30. & 40. grossos, Carpzov. *P. 2. C. 27. def. 5.* quandoque etiam ad duas sexagenas novas, i. e. 5. thaleros extenditur, *vor ein Hirten-Pfand,* quando totus grex pignoratur. Si autem pignorata pecora, vel alias res pignoratus redimere contumaciter neglexerit, tenetur de jure Saxonico Judicii in pœnam contumaciæ pro singulis noctibus, sive pro singulis 24. horis trinos solidos, hoc est, 4. grossos, exsolvere per dict. *Const. Electoral. 27. Part. 2.* ubi: *Dem Gerichts-Herrn von ieder Nacht, so lange das Pfand ungelöset stehen bleibet, drey Schilling Pfennige.* Carpz. *d. l.* ubi hanc sent. Lipsiens. refert: *So ist er solches übernächtiges Pfand mit drey Schilling Pfennigen, das seyn 4. Groschen von ieder Nacht, bis dasselbe gantz verstanden, benebst dem gewöhnlichen Pfand-Schilling, das seyn 16. Pfennig, zu verbüssen, und euch wegen des zugefügten Schadens Abtrag zu thun schuldig; V. R. W.* Si itaque pignus tam- 31
diu steterit, ut pœna multiplicata æstimationem pignoris absorbeat, quemadmodum pignoratus jam non admittitur ad reluitionem pignoris; Carpzov. *d. l. def. 8.* Ita e contrario neque solidum pignorationis præterea solvere tenetur: Nec ad reluendum pignus, aut præstationes absumto sive commisso pignore pro noctibus ulterioribus faciendas, potest compelli, Thom. *de nox. Animal. c. 25. n. 16.* Interim vero 32
dum pendet reluitio, is, ad cujus instantiam Pignoratio facta alimenta animali pignorato præbere debet; ita quidem, ut impensas repetere possit a Domino pecoris, id reluere volente. Azevod. *in jus Hispan. l. 5. tit. 17. l. 1. n. 7.* Quod si animal propter defectum alimentorum perierit, tenebitur includens, etiamsi jure incluserit. Quemadmodum is, qui aliquem fecit incarcerari, tenetur ad suppeditanda incarcerato alimenta, & qui fecit seque-
strari

ſtrari equum, equo ſequeſtrato. Paris de Puteo *de Syndicat. verb. carcer. n. 2.* Solet & interdum ipſe pignoratus per miniſtros ſuos quotidianum victum præbere pecoribus captis, ut onere alimentorum reſtituendorum liberetur. Thom. *d. l.*
33 *n. 17. & 23.* Si animal pignoratum pendente lite ſuper æſtimationem damni perierit, diſtinguendum erit, an legitime facta fuerit pignoratio, an non? Si legitime facta, tenetur pignorans ad conſervationem rerum pignoratarum talem diligentiam adhibere, quam in ſuis rebus præſtat. Mev. *P. 1. Dec. 34. n. 18.* Caſus igitur fortuitus juſto pignoratori non poteſt imputari. *l. 40. ff. de Pet. hæred.* Si vero minus legitime facta, tunc pignorator ſemper eſt in mora, & contra eum in litem jurari poteſt. Dn. Stryck. *dict. diſſ. C. 5. n. 23.* Quod etiam procedit in caſu, quando pignoratio quidem non eſt interdicta, non tamen ſecundum formam in pignoratione receptam facta fuerit. Gail. *de Pignor. Obſerv. 17. n. 2.*

34 Præterea cauſam pignorationis ad Proceſſum ſummarium referunt. Joh. Sigism. *in Jure Prutenico Lib. 1. tit. 12. §. 1. n. 9.* Hinc celeris debet eſſe expeditionis, nec alia ſolennia requirit, quam quæ de jure Gentium requiruntur, ut narratio facti, citatio, reſponſio, defenſio rei & ſententia. Brunnem. *in Proc. Civil. C. 1. n. 16.*

35 Si autem pignoratio injuſte ſit expedita, tunc aut injuſtitiæ cauſa latet in judice, aut in parte pignorante. Si in judice, utpote quod ille feſtinanter pignorationem decreverit, nullum eſt dubium, ipſum injuriarum teneri; Non enim permittunt jura noſtra Magiſtratui vel judici ſub fiducia Magiſtratus aliquid injurioſe agere, ſed actionem injuriarum contra ipſum concedunt. *l. Nec Magiſtratus. 30. ff. de Inj.* Unde judex, ſi præſtita cautione ſufficienti rem pignoratam dimittere nolit, injuriarum tenetur, Carpzov. *lib. 1. Reſp. 8. n. 12.* pari modo, quam ſi arreſtum prævia cautione relaxare nolit. Peck. *de jure ſiſtend. cap. 45. n. 3.* Idem eſt, ſi ab initio injuſte pignoret; Sicut enim, ſi arreſtum inique decretum, contra judicem arreſtantem actio injuriarum competit, Mev. *P. 5. Dec. 389. n. 1* non enim licitum eſt judici cum diſcrimine exiſtimationis alterius temere vagari. Gail. *de Arreſt. Imper. cap. 14. n. 1.* Ita hoc in pignoratione quoque obtinebit, ob paritatem rationis. Si a privato injuſte ſit pignoratum, minus dubium eſt ipſum etiam actione injuriarum conveniri poſſe. Mev. *d. Dec. 389.* Quod enim judex impune non facit, quomodo privato licitum dici poterit? Dn. Stryck. *d. diſſ. c. 6. n. 8. & 11.*

Præterea pignorato dantur remedia tum 36
poſſeſſoria, tum petitoria. Turbato enim in exercitio juris alicujus, vel rei incorporalis, utile interdictum Uti poſſidetis competere, expeditum eſt. *l. 8. §. 5. ff. ſi ſervit. vind.* Brunnem. *ad l. 1. ff. uti poſſid. n. 2.* Imo & Mandata manutentionis tali caſu impetrari poſſunt. Ludov. Poſt. *Tr. de Manutent. Obſ. 14. n. 1.* Et talia mandata de manutenendo petere utile eſt, ſi quis adhuc ſe in ſua poſſeſſione fundet. Poſt. *d. tr. Obſ. 5. n. 11.* Si enim ſe pro ſpoliato ſeu potius dejecto haberet, non retinendæ ſed recuperandæ poſſeſſionis remedio opus foret. Petitoria inſuper remedia dantur pignorato, & quidem in ſpecie actio Confeſſoria ipſi non deneganda, qua ſervitutem vel aliud jus ſimile in fundo, ubi paſſus erat pignorationem, ſibi competere aſſerit, &, ut cautionem de non amplius turbando præſtet, petit, de quo vid. *Tit. ff. Si ſervit. vindic.* Stryck. *d. diſſert. c. 6. num. 20.* Nec dubium eſt, quando pignoranti nulla competit poſſeſſio, pignoratus vero in poſſeſſione prætenſi juris ſit, actionem de ſpolio locum habere, & contra eum ex can. Redintegranda *C. 3. Qu. 1* poſſe agi. Mev. *P. 2. Dec. 107. in fin.* Köppen. *Dec. 41. num 20.* Quando uterque, pignorans & pignoratus, poſſeſſionem prætendat, tunc titulatam eſſe præferendam tradit Gail. *de Pignor. Obſ. 22. n. 9.* vid. Köppen. *d. Dec. 41. n. 19.*

Quando pignoratus ſatisdare paratus 37
eſt, pecus incluſum reſtitui oportet, Richter. *P. 1. C. 5. n. 14.* adeo ut injuriarum conveniri poſſit, qui, cum id a reo præſtitum ſit, pecus non dimiſit. Carpz. *Lib. 1. Tit. 1. Reſp. 8. n. 12.* Eſt & alius modus 38
coërcitionis privatæ, exturbatio ſive ejectio animalis nocentis. Jure Civili pecus 39
alienum ex agro abigere licet, ſed ut ſuum, i. e. ſine damno; Alias ex lege Aquilia abigens tenebitur, ut ſi equa prægnans percuſſa aut vehementius acta ejecerit, *l 39. §. 1 ff. ad L. Aquil.* Cum quo conſentit Lex Salica *tit. 10. l. 1.* Si quis animal aut caballum, vel quodlibet pecus in meſſe ſua invenerit, penitus eum lædere non debet. Nec ob amiſſum animal, aut poſt expulſionem deperditum expellens tenetur, etiamſi longius propulerit: Tuſchus *lit. D.*

concl. 9. n. 7. 8. Cum non teneatur, expellens ad custodiam, maxime si dominum monuerit, ut quæreret animal expulsum.

40 Tuschus *d. l. n. 8.* Jure Saxonico distinguitur, utrum animal damnum inferens sit tale, quod pignorari possit, an vero ferocius aut pernicius, quodve capere volentem non admittat. Et posteriori demum casu liberum est domino, vel abigere pecus, & illud assumtis duobus viris sequi in domum domini, quo casu Dominus pecoris perinde præter damni restitutionem tenebitur ad emendam, ac si pignoratio fuisset facta, *Land-Recht Lib. 2. Art. 47. Ist aber das Vieh also gethan, daß man es nicht pfänden mag oder eintreiben, als Pferde die wild seyn oder scheu, oder Gänse oder Schweine, so lade der, dem der Schade geschiehet, dazu zween Männer, und beweise ihnen den Schaden, und folge dem Viehe nach in seines Herren Haus, und beschuldige ihn darum, so muß er ihm den Schaden bessern, als ob er gepfändet wäre;* vel expellere per canes dominus poterit, *Land-Recht Lib. 2. Art. 40.* Berl. *P. 2. concl. 34. n. 9.* Et hic si canes pecudem vulneraverint, vel occiderint, expellens, sive is qui canes concitavit, nullatenus tenetur, *Land-Recht d. Art. 40. Fretzet aber ein Mann seiner Nachbaren Korn ab, oder anderer ihre Saat mit Schweinen oder mit Gänsen, die man nicht pfänden mag, hetzet man sie denn mit Hunden, und beissen sie die Hunde zu todte, oder verwunden sie, man bleibt es ohne Wandel und Schaden,* Thom. *de Nox. animal. c. 26. n. 6.* Non vero extendenda est præcedens juris Saxon. dispositio a canibus ad lapides, quasi Domino fundi, si canes non adsint, lapidibus petere pecora liceat. Hinc Scabini Lipsiens. eum, qui suem ita occiderat, aliquando condemnarunt ad præstationem Wehrgeldi. Hartm. Pistor. *Obs. 50.* Animalium tamen Wehrgelda hodie non frequentari, sed æstimationem eorum fieri secundum individua, tradit Thom. *d. Tract. c. 9. n. 45.*

CAPUT XII.

DE EQUIS.

SUMMARIA.

1. *Equus princeps pecudum majorum.*
2. *Autores qui de equis scripserunt.*
3. *Quidam stemmata Equorum quæsiverunt.*
4. *Caligula equum suum Consulem Romanum efficere voluit.*
5. *Virtutes Equorum.*
6. *LLatores singulari favore equos dignos judicarunt.*
7. *Equo delassato licet gramina decerpere.*
8. *Aurelianus Imp. Legem de equis bene curandis tulit.*
9. *Quidam obesus habens equum macilentum censoria nota notatus.*
10. *Cura Romanorum in delectu Equorum.*
11. *Equi debebant offerri stratoribus.*
12. *Quomodo Athenis delectus equorum habitus?*
13. *Altitudo Equi de jure Militari Danico.*
14. *Alimenta quomodo a Romanis equis militaribus fuere præstita?*
15. *Fœnum in natura erat præbendum.*
16. *Quomodo de hospitio & stabulo equitibus provisum?*
17. *Milites a pascuis arcebantur.*
18. *Diversitas nostri temporis in disciplina militari.*
19. *Equus militaris nequit ad alios usus, quam bellicos adhiberi.*
20. *Militi equus in præmium laborum conceditur.*
21. *Ejus tamen alienatio illicita.*
22. *Et potest a Magistro Equitum vindicari.*
23. *Miles de equo suo potest testari.*
24. *Per malitiam corrumpens equum quomodo puniatur?*
25. *Equus in acie amissus militi est restituendus.*
26. *Constitutio* von Wagen-Pferden.
27. *Reipublicæ magna utilitas accedit mediantibus equis per postas, s. cursum publicum.*
28. *Postas primus instituit Cyrus.*
29. *Romanorum cursus Publicus.*
30. *Veredi qui fuerint?*
31. *Item Paraveredi?*
32. *Quomodo ab invicem differant?*
33. *Parhippus quid?*
34. *Cursus publicus peragebatur etiam vehiculo.*

35. *Hisce*

35. *Hisce præerant Præpositi Mancipes, Hippocomi.*
36. *Accedebant opifices vehiculorum seu carpentarii.*
37. *Personæ, quibus concessus erat cursus publicus apud Romanos.*
38. *Usus Postarum hodiernus longe melior.*
39. *In Imperio Postarum duo genera.*
40. *Per consuetudinem etiam competunt Statibus Imperii.*
41. *Imperiales Postæ Comiti de Taxis in Feudum concessæ.*
42. *Quæ vel locantur aliis, vel propriis sumtibus sustentantur.*
43. *Quod & in statuum Postis servatur.*
44. *Idem de Hispania obtinet.*
45. *Numerus Equorum ad usum postarum.*
46. *Equi Cursorii duplicis generis.*
47. *Quinam Conductorum præferendi?*
48. *Equus si in itinere succumbat, quid juris?*
49. *Equi Cursorii bene alendi.*
50. *Non sæviendum in Equos.*
51. *Equi non nimium onerandi.*
52. *Equi ad alium usum non adhibendi.*
53. *Nec ultra stationes ducendi.*
54. *Cui itineri insistendum?*
55. *Equi Cursuales ab arrestatione liberi.*
56. *It. a Vectigalibus.*
57. *Jus insiliendi proximum Equum quid sit?*
58. *Idem apud Persas & Turcas observatur.*
59. *Hippocomi inviolabiles.*
60. *Angariæ quæ?*
61. *Distinctio operarum.*
62. *Magnam curam adhibuere LLatores circa venditionem Equi.*
63. *Hinc in quibusdam locis Judicia Equestria constituta.*
64. *Ob quodvis vitium Equi contractus non est rescindendus.*
65. *Morbus redhibitorius est, qui usum equi impedit.*
66. *Veluti si vitio intestinorum vorare non possit.*
67. *Si sit restitor.*
68. 69. *Si sit Phreneticus vel furiosus.*
70. *Fugax.*
71. *Caduco laborans morbo.*
72. *Pituitosus*, Rotzig.
73. *Suspiriosus*, Haarschlecht.
74. *Lunaticus.*
75. 76. 77. *Cæcus, cæcutiens, vel alio morbo oculorum laborans.*
78. *Qui in spatula patitur*, der den Spaat hat.
79. *Callos*, Gallen *habens.*
80. Fisteln.
81. Mit dem Wurm behafft.
82. *Scabiosus.*
83. *Qui lotium continet.*
84. Zur Rehe geritten.
85. Kern Schwinden.
86. Stein-Gallen.
87. Lahm oder contract.
88. 89. Das gebrochen oder einen Nabel-Bruch hat.
90. *Lienosus.*
91. *Surdus.*
92. *Ferox vel calcitrosus.*
93. *Retrogradus.*
94. *Qui alterum jugum non patitur.*
95. Das Netz im Leibe zerrissen.
96. *Si morbo occulto laboret.*
97. *Si in continenti aut triduo post moriatur.*
98. *Mordax.*
99. Lahm-bögig.
100. *Non ob quodvis vitium contractus rescindendus.*
101. *De jure Saxonico venditor tantum tenetur de tribus vitiis.*
102. *Vitia secundum reformationem Francofurtensem.*
103. *Vitia secundum reformationem Noribergensem.*
104. *Si Equitium venditum, & unus sit morbosus, quid juris?*
105. *Si a venditore promittatur Equus omnibus numeris absolutus, talis etiam præstandus.*
106. *Si certa natio vel progenies promissa, illa etiam præstanda.*
107. *Idem dicendum, si ad certam mensuram sit venditus,*
108. *Vel certorum annorum,*
109. *Vel si emtor certam qualitatem adjecerit.*
110. *Commendatio generalis non obligat.*
111. *Equo Phaleris & armis ornato vendito, quid obtineat?*
112. *Facta venditione* Haar um Haar, *quid obtineat?*
113. *In Judicio Redhibitorio adhibendi periti*, Pferdkündige.
114. *Si Equus venditus juxta calculationem*, Collation-Handel, *quid juris?*
115. *Si equus morbo naturali decesserit, conductor non tenetur.*

116. *Qui alias equum locare solitus fuit, tenetur & studioso ab Academia abeunti præstare.*
117. *Si talis equus damnum dederit, utique poterit pignorari.*
118. *Idem dicendum de militum equis.*
119. *De Jure Saxonico quid obtineat in equo locato?*
120. *Sumtuariæ leges de equis latæ.*
121. *Olim non cuilibet permissum equos alere.*
122. *Præcipue Pastoribus prohibitum.*
123. *Notabile quid ex Aurea Bulla de equis.*
124. *Castrator equum minus recte secans Actione L. Aquil. tenetur.*

1 CUm armentorum & pecudum majorum princeps sit equus, utpote virtutibus ornatus, usibusque humanis aptus variis, cujus laudem prædicat ipse DEUS, *Job. 39. v. 22.* Virg. *Lib. 3. Georg.* merito sibi primum locum hic vindicat. Hinc in legibus de armentis antiquis ejus, vel solius, vel primo loco fit mentio. Lex Salica *Tit. 10. l. 1.* ibi: Caballum
2 vel quodlibet pecus; Et quia insuper equi magno pretio tam ad belli, quam pacis studia emuntur, multa de iis Doctores scriptis prodidere, cum & integri Tractatus, ut Lib. Baronis Fuggeri, Bonacossæ, Camerarii, Behams *Roßteuscher-Recht &c.* de iis extent, reticeo innumeros, qui artem equi-
3 tandi & curandi equos scripsere. Nonnulli enim equos ita amarunt, ut eorum stemma & proavos quæsiverint, Lips.
4 *Cent. 3. Ep. 26.* Cajus Caligula eo stultitiæ devenit, ut equum suum Consulem Romanum efficere vellet.

5 Virtutes eorum optime expressit Buchananus *in Sylvarum libro:*

Cætera rerum opifex animalia finxit ad usus
Quæque suos: Equus ad cunctos se accommodat unus.
Plaustra trahit: Fert clitellas: Fert essedа: terram
Vomere proscindit: Dominum fert, sive natatu
Flumina, seu Fossam saltu, seu vincere cursu,
Et salebras opus: aut canibus circumdare saltus,
Aut molles glomerare gradus, aut flectere gyros,
Libera seu vacuis laudat lascivia campis.
Quod si bella vocent tremulos, vigor acer in artus,
It, Domino & socias vomit ore & naribus iras,
Vulneribusque offert generosum pectus & una
Gaudia, mærorem sumit, ponitque vicissim
Cum Domino, sortem sic officiosus in omnem,
Ut veteres nobis tam certo fœdere junctum
Crediderint, mixta coalescere posse figura.
Inque Pelethroniis Centauros edere sylvis.

Ob hos insignes usus, quos hominibus 6
præstant, LLatores Equos singulari etiam favore præ aliis animalibus dignos judicarunt. Ut: Si Equus delassatus refectione 7
indigeat, Jura Feudalia, *II. Feud. 27. in fin.* permittunt Equiti iter facienti, ut ipsi liceat herbam & viridem sylvam carpere, quatenus in via stans amplecti, sive attingere possit, & porrigere Equo, neque teneatur Domino prædii forte supervenienti pretium graminis restituere, etiamsi ipse pubulans dives, Boër. *ad Consuet. Bitur. Tit. 10. §. 4.* modo pabulatio fiat sine vastatione & ingenti fundi damno, *d. t. 27. lib. 2. Feud.* & equus sit lassus, ac refectione indigeat, nec alia suppetant media, Gothofr. *ad d. text. feud.* Extendit hoc Jus Saxonicum ad segetes. *Land Recht Lib. II. Art. 39. Erliegt einem wegfertigen Mann sein Pferd, er mag wol Korn schneiden, und ihm das zu essen geben, als fern er das gereichen mag, stehend im Wege mit einem Fusse, aber er soll es nicht von dannen führen, noch wegbringen zu seinem Nutz.* Neque contradicit sibi, dum alibi *Land Recht Lib. II. Art 39.* legem ponit: *Welch wegfertiger Mann Korn auf dem Felde fretzet, und des mit sich nirgend hinführet, der gelt den Schaden nach seinen Würden.* Loquitur enim hic textus de eo, qui pabulatur citra necessitatem, aut de eo, qui non juxta viam, sed in medio fundo. Cujus juris ratio licet forte non habetur in jure Civili, Gloss. *lat. ad text. Germ. Land-Recht Lib. 2. Art. 68.* vestigium tamen ejus est in jure Divino. *Matth. 12. v. 1. & seqq.* quod refertur *in C. discipulos 26. de Consecr. distin. 5.* Zobel. *diff. 34. n. 2.* Covarr. *Pract. quæst.*

quæst.37.n.3. Thom. *de Nox.Anim.c.15.n 24.*
8 Aurelianus Imperator in favorem Equorum talem legem tulit: Miles Equum sagi-
narium suum comiter curet, Teste Vopisco
quam explicat Covarruv. *Lib. 4. Ref. 3.*
Turneb. *Lib.18. c.19.* qui ab equite merito
in pretio habetur, quippe cui sæpe vitam
9 suam debet, Suet. *in Cæsare C. 26.* Hinc
Censoria nota notatur obesus quidam, qui
cum haberet Equum strigosum & macilentum, dixerat: Egomet me curo, sed
equum servus meus. Gell. *Lib. 4. N. A. 12.*
10 Magnam autem sollicitudinem Romani adhibebant in delectu Equorum, ne ad usum
11 bellicum essent inepti. Hinc Provinciales tenebantur equos, quos ad militiam
præstari obstricti erant, ad probandum
offerre stratoribus, certa enim ætate &
forma conferebantur, quibus probæ nomine unus solidus dabatur. *l. un. de Stratoribus.* Jacob Gothofred. *in Parat. ad l. 7.*
12 *Cod. Theodos.* Similem in modum Athenis quoque probatio equorum usurpabatur in equitum *δοκιμασίαις* invalidis nota
certa, quæ *τρυσίππιον* dicebatur, inusta.
Samuel. Petit. *ad Leges Atticas p. 550. 551.*
Gothof. *ad d. l. un. de Strator.* Idem hodieque diligenter observandum est omnibus, qui accepta pecunia publica ad parandum equitatum sunt destinati, quorum
damno stare merito debent, si ineptos &
imbelles equos coëmerint. Neque sufficiet, si certa pecuniæ summa ad singulos
equos destinata est, minore pretio quantumvis idoneum comparasse, nisi melior
habere non potuerit. Utrum autem perinde atque apud Romanos generosorum
& fortium equorum copia hoc modo haberi queat, raptis sæpe tumultuarie, ut
militibus, ita equis ad bellum; non diffi-
13 cile erit judicatu. Jure militari Danico
art. 15. cavetur: *Ein Curasierer soll mit einem starcken Pferde 16. Palmen hoch versehen seyn.*
14 Quantum ad alimenta ipsa, in Provinciis a Provincialibus annona præbebatur
tam equis, quam militibus. De hujus
militaris annonæ erogatione extant singulares tituli in Codice Theodosiano atque Justiniano. Et in oriente quidem
sancitum erat, ut ne annonæ species in
pretio a Provincialibus solverentur: in
Occidente vero per Valentinianum Imperatorem id permissum. Quod deinde
Honorius quoque concessit, singulari tamen cautione, de qua *in l. 22. C. Th. de*
15 *erogatione militaris annonæ.* De fœno peculiariter mandatum fuit, ut in specie præberetur, milites autem ipsi peterent, convectarent, deferrent, neque Provinciales
cogi possent fœnum ad oppidum deferre,
Constitutio habetur *in l. 23. C. Th. de erogat. milit. annon. & l. 8. C. Justin. eod tit.*
Spatium, intra quod petendum erat, definitur *in l. 7. & 9. C. Th. & l. 2. C. Justin.
d. t.* Nempe non amplius quam e vicesimo lapide convectare sibi paleas, & capitum; id est, pabulum jumentorum sive animalium petere milites tenebantur. Gothofr. *ad dict. leg.* Ratio autem, cur fœnum in specie præbendum esset, hæc videtur, quod capitum seu fœnum non perinde corrumpitur atque cætera annonariæ
species, quæ facile ex situ vitium contrahunt. Ne vero Provinciales militibus
corruptas species obtruderent, pretium
poterat exigi. Equitibus jam qua victum
& annonam satis prospectum: Habitatio- 16
nis causa itidem introductum fuit onus hospitii, quod munus patrimoniale erat *l. 3.
C. de muner. patrimonial.* Dominus vero
nihil præstare debebat, præterquam habitationem & stabulum. Quod si stabula
deficerent in domo, & hospes equestris
dignitatis esset, etiam pars altera ergasteriorum, quæ alias in favorem mercimonii
extra divisionis partes libera dominis
erant, stabulo deputabatur. Quo de
in l. 2. C. de metatis. Primum igitur a Domino non animalium pascua, non hominum escæ exigi poterant: quoniam eum
in finem stipendia & annonas milites accipiebant, ne Provinciales onerarent.
Adeantur *l. 5. C. de metat.* & *l. 3. C. de
erogat. milit. annonæ.* Hinc a Constantino, Theodosio M. Theodosio juniore
prohibitum, ne milites (quod malo more
faciebant) Salgamum, id est, res necessarias hominum vel animalium pastui (vid.
Gothofred. *ad l. 3. C. Theod. de Salg. hosp.
non præb. & C. Arg. ad tit. de re milit. th. 10.*)
a dominis postularent. Quod si spontanea humanitate hospiti præbebatur, impune erat per *legem 1. & 2. C. Th. de Salgamo hospitibus non præbendo.* Verum deinde id prohibitum *l. 10. C. Th. & l. 5. C.
Justin. de metat. l. un. C. Justin. de Salg. hosp.
non præbendo.* Quæ in tantum inhiberi
volunt sceleratum, uti Honorius appellat, morem, ut ipsis quoque præbentibus
impunitum esse, Imperator non patiatur,
si quid vel sponte contra præceptum suum
probati fuerint obtulisse? Porro etiam 17
a pascuis miles arcebatur. Pascua erant
vel

vel rei privatæ, sive ex rebus privatis Principis, in quibus animalia Principis pascebantur: vel publica & Civitatum: vel privatorum sive Provincialium, Possessorum & Colonorum. vid. *tit. C. Th. de pascuis.* Tam autem a publicis quàm privatorum pratis Arcadii Constitutione milites sub severissima pœna prohibentur *in l. 3. C. Th. l. 2. C. Justin. de pascuis.* Occasionem huic Constitutioni dederat lascivia militum, qui tum temporis circa Antiochiam consistebant, & de quibus querelæ ad Arcadium prolatæ fuerant forte a Curialibus Antiochenis. Ita tamen subvenit Imperator conquerentibus, ut sine læsione Provincialium interim provideant Curiales, quo pacto animalium militarium pastui aliunde consulatur (de varia lect. *l. 3. C. Th.* de pascuis, & de pratis Apamenis vid. Gothofr. *Comment.*) Speciatim de privatorum pratis agunt *l. 4. & 5. C. Th. & l. ult. C. Justin. de pascuis.* Undique vero luculenter elucescit, Imperatores illius ævi serio militum effrenem licentiam atque libidinem coërcere & Provinciales hactenus ab injuriis
18 defensos voluisse. Enim vero optandum esset, ut hac etiam parte seculum nostrum Romanas leges suas faceret, & pulcherrima imitatione in usum ubique deduceret. Sed audiamus Forstnerum *ad 4. Annal. Taciti.* Inde quoque, ait, magna cum militiæ nostræ infamia, qua amici ac hostes pari discrimine habentur, orta consuetudo, singulis civium ædibus, unum aut plures imponere, quos illi cibo, potu, lecto, nocturno lumine, & pro jumentis fœno, stramine interdum & avena sine pretio instruant. Quem morem in Italiam ex Gallia translatum Ludovici XII. temporibus Guicciardinus, *l. 4. & 10.* tradit. His adjungantur, quæ indicato loco plura & liberrimo stylo persequitur, confer. Burug. *Observat. militar. 2. 72.* De menstruo stipendio respectu singulorum equorum solvendo agit Recessus Imperii *de Anno 1500. §. 63. & Reuter-Bestallung zu Speyer de Anno 1570. §. 2. & 6.*

19 Adsignatus jam equus nequit alios ad usus quam equestres & bellicos adhiberi: ne debilior fortassis & ad equestrem militiam ineptus reddatur. Multo minus privatorum utilitatibus eum servire leges patiuntur, *arg. l. 12. §. 1. ff. l. 13. & 15. C. de re milit.* In Constitutione Imperii *Kayserl. Reuter-Bestallung de Anno 1570. Art. 12.* ita dispositum est: *Es soll keiner ein gemustert und gutgethan reisig Pferd oder Roßklepper in Wagen spannen, anders denn in Nothfällen und mit Vorwissen und Erlaubniß seines Rittmeisters, welche ihm auch ohne erhebliche Ursachen nicht soll gegeben werden.* Consentiunt cum his Jus militare Polonicum *Art. 23.* & Danicum *Art. 44.* Speciatim Valentinianus Senior *l. 9. C. Th. de re militari* vetuit, ne Regalibus eorumque Legatis ad Comitatum Imperatoris proficiscentibus milites jumenta sua suppeditent. Regales isti, docente Gothofredo, erant Francorum & Alemannorum Regiæ stirpis Principes, filii, Agnati, Regali stirpe orti. Agitur vero ibi de milite limitaneo ad Rhenum constituto, & prudenter cavetur, ne hac occasione ab obsequio militari, atque a custodia limitis abducatur. Universim etiam *l. 12. §. 1. ff. de re milit.* prohibetur equum militarem extra Provinciam duci: ne militis impediatur officium, aut absentia novis rebus occasionem præbeat. Atque hoc ex disciplina Augusti sic constitutum fuisse, Paternus JCtus scribit. Augusto enim post occupatam Rempublicam in eo consilia omnia vertebantur, ut pacem restitueret ubique, ac bellis tot imponeret magnum diem, Jani templo iterum clauso. Multum igitur eo etiam laborabat, ne quicquam turbarum in Provinciis excitari facile posset. Huic fini ex militaribus copiis Sueton. *in vita Aug. cap. 49.* legiones & auxilia provinciatim distribuit, quibus in officio provinciales continerentur. Quo autem præsens semper atque ad subita paratus miles esset, inter alia etiam equum extra Provinciam duci vetuit.

Militi equus in præmium laborum conceditur, ut etiam exauctoratus eum retinere, quin militans adhuc certis modis alienare possit; Tum scilicet, quoties aut æque idoneum aut meliorem in promptu habuerit. Alio pacto quemadmodum universim armorum, *l. 14. § 1. ff. de re milit. Schwedisch Kriegs-Recht, tit. 17. cum not.* 21
Casp. Matth. Schwartz *Maximil. II. Articuls-Brief Art. 3. & 4.* ita equorum etiam, per qualemcunque contractum fiat, alienatio illicita est. Graviter quoque punitur proprio equo in lustratione exercitus, (*auf dem Musterungs-Platze*) non instructus. *Holländisch Kriegs-Recht Art. 69.* Jure Danico *Art. 69.* diserte sancitum: *Welcher sein Pferd verkaufft und verschencket, und dagegen kein bessers übrig hat, soll seinen gantzen Rest (des Solds) verlohren haben, und ohne Paß verwiesen werden. Auch sollen*

die 20

die Officirer denen Reutern nicht zulassen, daß sie ihre Pferde vertauschen oder verkauffen.

22 Cæterum ipsa alienatio equi in extraneum & ignorantem, non autem in commilitonem hactenus robur habet, ut per Magistrum equitum equus non vindicetur. Quin tamen ob publicam utilitatem etiam equus militaris illicite alienatus vindicari possit, non dubito: cum præcipue, qui cum alio contrahit, vel sit, vel debeat esse non ignarus conditionis ejus, sive status, *l. 19. de R. J.* ibique Gothofred.

23 Illud quoque certum est, militem recte de equo suo testari, nam de cæteris armis testandi facultas competit. Burger. *Observ. militar. 47. 1. Frantzösische Articuls-Briefe num. 10.* apud Pappum. Quamvis autem equus proprius fiat militi, ex culpa tamen amissus restitui debet, & pœna arbitraria infligitur, *l. 3. §. 13. ff. de re milit.*

24 Quod si per militiam corrumpatur equus, eoque fine, ut inhabilis militiæ quis reddatur, neque cogatur ire in aciem, illum ademto equo cum infamia (non tantum sine testimonio, *ohne Paß*) jus militare Danicum *de Anno 1625. Art. 96.* exauctorari jubet. Sic olim qui filium debilitaverat, delectu per bellum indicto, ut inhabilis militiæ esset, præcepto Div. Trajani deportabatur, *l. 4. §. 12. ff. de re milit.*
25 adde Gothofred. In acie vero & sine culpa amissus aut debilitatus equus restituitur, neque invitum mutare militiam, atque ad pedites traduci fas est, *arg. l. 3. §. 1. ff. de re milit.* ubi talis militiæ mutatio in-
26 ter pœnas refertur. Singularis adhuc constitutio de jumentis vehiculorum militarium occurrit *in der Reuter-Bestallung de Anno 1570. Art. 10. Wo einer oder mehr seine Anzahl an guten Wagen-Pferden, in der Musterung nicht hätte, so soll ihm so viel an dem Wagen-Gelde durch die Commissarien abgezogen werden. Wo durch einen eines oder mehr Wagen-Pferde erlegen oder abgiengen, so soll er dieselbige alsbald wieder erstatten und zu erfüllen schuldig seyn. Welche aber von den Feinden erschossen oder umkommen würden, dieselbigen sollen denselbigen Monat für gut passiren, und hernach ohne weitern Fehl erstattet werden.* Dn. Bechmann. *Dissert. de eo quod circa Equos just. C. 1.*

27 Cum etiam per Cursum publicum, vulgo per postas, maxima utilitas Reipublicæ mediantibus Equis & vehiculis obveniat, multa de hoc apud JCtos & Historicos inveniuntur relata; Persas autem communiter Cursus publici primos autores statuunt, uti videre licet ex Xenophontis *libro de vita & disciplina Cyri Regis*, cui tam nobilis inventi gloriam adscribit. Ita
enim in VIII. narrat: Is Cyrus conside- 28
rans, quantum spacii uno die equus posset conficere, sic ut labori non succumberet, in tali isto intervallo Equilia constituit, inque iis equos & eorum curatores: Tum etiam in quoque loco virum idoneum, qui acciperet literas, & cursu ita perferret: quem nec noctu interdum intermittunt. Tametsi vero iste Xenophontis liber Josepho Scaligero, si nuda nomina & mentionem duorum triumve eventuum excipias, nihil veri contineri videtur: in hoc tamen nobis utilis est, ut de Cursus publici apud Persas ratione multa suppeditet. Nam ad mores illius gentis perpetuo Historicus respexit, tribuendo fortassis Cyro, quæ ad magni Regis laudem absolvendam factura judicabat. Accedit præcipue testimonium Herodoti, qui *lib. VIII.* tradit, equestrem cursum Persico vocabulo ἀγγαρήιον sive ἀγγαρῆον appellatum fuisse. De qua voce Hesychius & Suidas consulantur, nec non Schilt. *de Cursu Publico 1. 3.* Græcos pedestrem cursum usurpasse satis eruditi docuerunt. Inde Hemerodromi (de his multa congessit Lipsius *Centur. singul. Epist. 59.*) sive Diarii Cursores, qui per integrum diem currebant, noctu quiescentes. De equorum hanc in rem usu non vane cum Lipsio *d. l.* dubitare liceat: cum unicus apud Livium *lib. 37.* locus exstet, quo de Tiberio Sempronio Graccho refert, eum per dispositos equos probe incredibili celeritate ab Amphissa Pellam tertio die pervenisse. Add. Schilt.
de Cursu Publ. 1. 6. De Romanorum Eque- 29
stri cursu vel soli tituli utriusque codicis de cursu publico abunde testantur. Quin ante Octavium Augustum priusquam publico sumtu & cura ordinatus esset cursus, cumque soli forte privati equos lucelli causa elocarent; per dispositos equites mutatis ad celeritatem jumentis, nec non meritoria rheda longissimas vias & incredibili celeritate confectas fuisse, ex Julio Cæsare *l. 3. de B. C.* atque Suetonio *in Jul. Cæs. 57.* discimus. Duplicis autem generis equi in Cursu publico adhibebantur. Alii enim hominibus, alii sarcinis 30
ferendis destinati erant. Illos appellabant Veredos sive Cursuales, ταχυδρόμους

publicos, Gothofred. *ad l. fin. §. 21. de Muner. & hon.* quique iisdem utebantur, Veredarios, *l. 8. 14. 16. 17. 50. C. Th. l. 12. C. Just. de Curs. publ.* Veredos Festus inde vocatos arbitratur, quod rhedam duxerint, in quibus homines vehebantur. Arcadius quoque Charisius JC. *in l. 18. §. 12. ff. de Mun.* scribit: Verhedos, manifestiore originis argumento. Cæterum frequentius pro illis equis usurpantur, qui cursui publico veloci inserviunt, sive vehiculi seu rhedi. Etiam ex Martiale *Epigram. 12. 14. & 26.* nec non ex Ausonii *epist. 8.* docemur, generatim & simpliciter Veredum pro equo veteres dixisse, notissima in scholis figura. Hos autem Veredos itineri publico & viæ regiæ insistere oportebat, *l. 4. C. Th. de curs. Publ.* erantque munus Patrimoniale. *l. 18. §. 21. ff. de muner.*

31 Veredis adjungamus Paraveredos, quos Cujacius *ad tit. C. de C. P.* putat esse majores equos agminales posteriori ætati parafredos appellatos. In lege Bajuvariorum: *Parafredos donent, aut ipsi vadant, ubi eis injunctum fuerit.* Retinuerunt vocabulum illud Franci, & mutarunt in Palfredus, Pallefroys. Ei oppositus dextrarius equus, qui bellica dexteritate præmineat: cum ille ad itinera & res vehendas

32 aptus sit. Vera autem differentia Paraveredorum a Veredis hæc a Gothofredo contra Cujacium statuitur: Cum jam Constantini ævo velox cursus in publico solum itinere esset, non in viis militaribus: ideo Veredi etiam in publicis viis tantum exigebantur, atque adhibebantur. Paraveredi contra extraordinarii erant, nec usurpabantur in evectione publica; sed in via militari aut transversa, cum subita necessitate postulante, *l. 2. 9. C. Th. de C. P.* a publico itinere diverti deberet. *l. 4. C. Th. de C. P.* Quod aliter observabatur Augusti ævo, qui per militares vias cursum publicum destinarat. Suet. *in Aug. 49. De militar. viis vid. l. 3. ff. de loc. & itin. publ.* adde Dn. Schilt. *1. 7.* Eodem cum Paraveredis respectu Parangariæ etiam nomen acceperunt. Ita enim habent Basilicæ *l. 56. tit. 17. c. 11.* Angaria est transitus per viam publicam, quæ & cursum habet, Parangaria transitus per viam transfusam. vid. Schilt. *de Curs. Publ. 34.* Paraveredos vocabant quoque Agminales: quia civitatibus incumbebat certa agmina, aut greges horum equorum alere. Gothofred. *ad l. 3. C. Th. de Curs. Publ.* Aliorsum vero tendit Budæus, per agminales hic intelligens ταγματικὰς, qui diversi ab ἀγελαίοις agmen exercitus sequuntur ad convehenda impedimenta. Galli chevaux de charge & de bagage vocant. Guther. *de offic. dom. Aug. 3. 14.* Gothofred. *ad l. fin. §. 21. ff. de muner. & honor.*

Jam erant quoque Parhippi, de quibus olim non convenit inter interpretes. 33
Πάριππος apud Suidam locus erat Athenis, ita vocatus, quod equus ibi puellæ, ab Hippomane Patre ob pollutam virginitatem inclusæ, vim intulisset. Verum hic nihil ad nostros. Bartolus & Baldus existimarunt, Parhippum in jure hominem esse usurpatum præter numerum veredorum evectione permissum. Quos Gothofredus refutat *in Comment. ad l. 14. C. Th. de C. P.* Martinus *in Lexico* πάριππον interpretatur assectorem equi Unde canes πάριπποι una cum equis currentes. Hesychius: παρ' ἵππων, id est, παρὰ τῶν ἵππων præter equos. Quæ significatio ad nostrum institutum facit. Nam per Parhippum in legibus eruditiores intelligunt veredum ultra evectionis sive concessionis Principalis modum usurpatum. Quin etiam utenti hoc nomen impositum. Sic etiam definit Julianus Imperator *in l. 4. C. de Curs. Publ.* Parhippum, ait, eum videri & habendum esse, qui usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat. Meminit etiam Parhippi non semel in Epistolis Julianus: *Ducet te publicus cursus utentem vehiculo uno & Parhippo.* Alciat. *ad l. 4. C. Just. de Curs. Publ.* Crebro autem Parhippus avertarium equum, id est, saginarium sive sarcina oneratum significat; ab averta, quæ pera, mantica est, ad vestes viatorias aliave necessaria condenda, *Fell-Eisen, Mantel-Sack,* Gallice, *une malle, une valize,* Schilt. *de C. P. 3. 14.* vid. Accursium, Budæum, Alciatum & alios, qui varie vocem istam interpretati sunt. Jacobus Gothofredus *ad l. 48. C. Th. de Curs. Publ.* dudum meliora docuit. Neque igitur averta laterale equi ornamentum capitis, quo habenæ figuntur, quasi ab avertendo dicatur, quia equi per eam vertantur ad arbitrium sessoris. Quod postremum Alciato *ad l. 12. C. Just. d. l.* placuit. Nam quis credat quinquaginta aut sexaginta etiam librarum pondo ista fuisse? At avertæ pondus eous-

eousque poterat excedere, testibus *l. 57. 58. C. Th. l. 12. Just. de Curs. Publ.* Deinde averta non in equo instructo ponitur; sed in viatorio instructo ac munimento ad iter necessario, ut apparet *ex l. 47. C. Th. d. t.* De hoc Parhippo notandum, eum communi jure prohibitum fuisse, nisi Magister Officiorum vel ipse Princeps in evectione Parhippum addidisset, aliqua necessitate cogente. *l. 14. C. Th. d. t.* Videantur verba Theodorici apud Cassiodorum, *5. var. 5.*

34 Equis Romani porro aut solis cursum publicum peragebant, aut vehiculo junctis. Vehiculorum varia genera; præcipuum autem rheda erat, quæ etiam vehiculum publicum, vel simpliciter vehiculum, itemque carpentum vocatur *in l. 8. 9. 18. 20. C. Th.* Quatuor equis trahebatur: unde quadrigarum nomen. *l. 8. C. Th. d. t.* Uti vero cæteris jumentis ac animalibus; ita his quoque curantis privata
35 officia occupata. Præpositi & Mancipes, de his v. Guther. *de off. Aug. Dom. 3. 14. p. m. 635.* qui a Judicibus probabantur & provehebantur; Cum cæteri officiales non nisi a Principe probarentur, *l. 7. C. Th. de divers. officiis.* Præter hos occupabatur familia, muliones scilicet, quorum curatores a *κομέω*, nutrio, curo. Suídas: *ἱπποκόμος ὁ τῶν ἵππων ἐπιμελούμενος.* Alio sensu *ἱππίκομον* Hesychius vocat *τρυφάλειαν ἐξ ἱππείων τριχῶν τὸν λόφον ἔχουσαν.* De nostris existimat Alciatus *ad l. 13. C. d. t.* fuisse hoc munus publicum eorum, qui in id agebantur, ut de Provincialibus acceptos causa publici cursus equos cura sua
36 alerent. Hisce hippocomis accedebant opifices vehiculorum, seu carpentarii: qui juxta cum istis omnes annonam & victum e fisco consequebantur, eoque ab iis, qui cursu publico utebantur, mercedem nullam exigere poterant: Adeatur *l. 31. 37. C. Th. d. t.* & Gothofred. *in Paratit. ibid.*

37 Hæc equorum genera, hæ de iisdem constitutiones apud Romanos reperiuntur. Quorum apud nos hodie exiguus usus, postquam tota cursus publici ratio & in melius quidem mutavit. Comparantibus enim (liceat vero paulisper evagari) cursum Publicum Romanorum cum seculi nostri institutis multis modis hæc præferenda judicabuntur. Nam a Romanis quidem sive Augustum, sive Trajanum (illi Suetonius, huic Aurelius Victor cursus publici inventionem tribuunt) spectemus, sive etiam sequentes Imperatores, deprehendimus, eum in finem solummodo cursum constitutum fuisse, quo celerius pernoscerentur ac peragerentur, quæ ad Rempublicam & negotia Principum pertinebant. Post Octavium demum Imperatores Magistratibus etiam indulgebant, ut in Provincias ituri cursu publico uterentur, quo ante Augustum nihil opus erat, cum præsto haberent præstandorum mancipes, qui non omnia quidem ad iter necessaria (ut Casaubonus arbitratur, a D. Schiltero *in eruditissima Dissertatione de Cursu Publico c. 2. 2. & seqq.* solide refutatus) sed equos tantum, mulos & tabernacula de publica exhibebant. Hic vero ipse publici cursus usus, a Principibus concessus, ad publicum bonum respiciebat. Privatæ utilitatis causa tantum aberat, ut usurpare eum possent, ut ingressis semel Provinciam, nulla itinera, & ne quidem militarem expeditionem, nisi propriis jumentis expedire vel ipsis, vel officio suo, seu Collegio officialium, quod hodie forte Cancellariam militarem vocant, liceret. Exstat ea de re expressa lex Arcadii, Honorii & Theodosii Imperatorum, quæ est *XX in C. Just.* In eadem lege de cohortalinis etiam officiis (id est, de corpore cohortalium seu cohorte Ducis, vel Præsidis officialium, utque hodie loquimur, Cameralium, *Cammer - Cantzeley*, Schilter. *2. 7.*) sancitur: ne quis ex his per Provinciam suam discurrens, veredo uti conetur inposterum. Præter hos Senatui, quoties ad Imperatorem evocabatur, aut ab eodem discedebat, evectio quoque indulta, facultate omni in cæteros usus plane denegata, per *l. 54. C. Th. & l. 6. C. Just. de C. P.* Tandem legatis de diversis gentibus, Principeque non subjectis (Schilter. *2. 11.*) cursus publici usus communicatus fuit. At vero commerciorum ac privatorum hominum nulla plane habebatur ratio: idque ideo, ne fiscus aut Provinciales, quorum impensis cursus sustinebatur, nimium gravarentur. Itaque cum privati etiam tam in Oriente, quam in Occidente ausi fuissent cursu publico ad suas necessitates abuti, per *l. 44. C. Th. & l. 11. C. Just. de Curs. publ.* adeo id prohibitum, ut ne quidem impetrata evectio quicquam ipsos juvaret.

Nostra tempestate longe majore in pu- 38
blicum emolumento cursus institutus est: Cum non solum summæ potestatis negotia tam belli, quam pacis temporibus; sed commerciorum quoque conservatio ac

ac incrementa, & privatorum quorumvis negotiorum expeditio per illum ſuſtineatur. Quod eo facilius concedi potuit, poſtquam non amplius Principis aut ſubjectorum onus eſt; ſed utentium ſumptibus ſuſtentatur. Qui & invitantur commoditate, & ne in fraudem publici curſus per alios ſuas literas ac negotia procurent, ſevere prohibentur. Magna utique prudentia & æquitate: cum Reipublicæ interſit, commodo non ſubtrahi, ſine quibus curſum labefactari & affligi neceſſe eſt. Etiam ſalutare cenſeri debet, quod jure curſum inſtituendi in ſubfeudum conceſſo, hac lege, ut ſine ſumtibus Imperii Curſores & Præfecti Poſtarum alantur, (*die Poſthalter ohne Entgeld ihrer Kayſerl. Majeſtät zu beſolden und zu unterhalten.* Hornick. *c. 19. p. m. 320. 321.*) Vaſallus ad rationes diligentius ineundas, & ad ſolertiorem curam inſtigatur. add. Schilter. *de C. P. 2 12.*

39 In Imperio noſtro Poſtarum duo genera occurrunt: Imperialis nimirum, *die Reichs-Poſt,* & aliæ, quæ a Principibus & Statibus Imperii inſtituuntur. Quamvis enim Jus Poſtarum ad regalia ſeu jura Majeſtatis referatur, multumque Aula Cæſarea Poſtis Principum, Comitum ac Civitatum contradixerit: (hinc ſancitur, *daß ſolche reitende Boten, aller Orten, wo Graf Taxis, oder ſeine untergebene Poſt-Verwalter dieſelbe betreten werden, niedergeworffen, und ihnen die Pferd und Briefe abgenommen werden mögen.* Hornick. *c. 19.*) attamen conſuetudine jam recepta longo tempore fu-
40 erunt. Quam conſuetudinem illud firmat, quod ſub jure territorii, angariarum & parangariarum, ipſæ etiam Poſtæ conceſſæ intelligantur: quodque illa etiam competere ſtatibus cenſeri debeant, quæ quidem in Capitulatione Ordinibus non reſervata, ſingulari tamen conſuetudine jam tum confirmata ſunt. Cui accedit, quod ſtatibus Imperii analoga Majeſtas tribuitur, cujus vi proſpicere poſſunt ac debent ſuæ Reipublicæ utilitatibus, & præcipue curare, ne quo belli aut pacis tempore juxta cum commerciis impediantur. Quod fieri neceſſum eſſet jure hoc ipſis adempto, qui belli tamen ac pacis, qui commerciorum inſtituendorum jure gaudent. Sed deciſionem hujus controverſiæ cum Schiltero *de C. P. 1. 12.* in medio relinquentes, ei quod fieri ſolitum eſt, ac ſolet, inſiſtimus. Quod minus adhuc improbari poteſt, ſi Provinciales Poſtæ non ad eadem cum Imperiali loca accedant. Dantur itaque hodie *Land-Poſten, Neben-Poſten, Stadt-Poſten, Metzger-Poſten,* de quibus Hornick. *d. c. 19.*

Imperiales Poſtæ ordinantur a Comite 41
Lemoral de Taxis, cui a Matthia, & poſt a Ferdinando II. Imperatoribus jus iſtud in Feudum conceſſum eſt. Hic vel ipſe Præfectis Poſtarum ſolvit certam pecuniam, ut equos parent, diſpoſitosque per ſtationes certas alant, reditus autem fiant
Comitis: vel accepta pecuniæ certa ſumma 42
Præfectis concedit, ut ipſi ſuis ſumtibus talia curent ſperandis in præmium reditibus. Diſponendi tamen arbitrium penes
Comitem remanet. Hornick. *18. 9.* Sta- 43
tuum Poſtæ itidem utroque modo inſtitui ſolent. Ita Sereniſſimus Elector Brandenburgicus Præfectis ſuis in ſtipendium, utque certos equos cum ſervis alant, quotannis magnam pecuniæ ſummam exſolvit, reditus autem ærario ſuo infert. Hiſpaniarum Regi idem in uſu poſitum eſt.
Pro duobus autem tribusve equis cum 44
Curſore in ſtationibus ſingulis habendis, trecentos, quadringentos, quingentos etiam coronatos pendit; ſtationum ſpatia diſtant tribus, quatuor aut quinque milliaribus, Joh. Mackle *Reiſe-Beſchreibung durch Spanien und Engeland.* Quod inſtitutum imitandum eſt, quoties magni certique ex curſu reditus percipiuntur: ne unius privatam rem augeat, quo Principis ærarium
locupletari poteſt. Incertis nec ita affluen- 45
tibus reditibus, potius eſt, ut a Præfectis certum vectigal exigat Princeps, quam ſuo periculo nec ita magno commodo ipſe ſumptus ſuppeditet. Jam equorum numerus cum locis, per quæ currendum, determinari ſolet, unde poſtmodum nequiquam recedi debet. Sic Lipſienſis Poſtæ Præfectus hebdomadibus ſingulis curſores duos mittere Dresdam tenetur, hebdomatim ſoluto cuique in ſtipendium Joachimico, quod hodie in currus poſtales, *Poſt-Wagen,* mutatum. Interim de numero notandum, utut non minore, majore tamen licite curſum inſtitui poſſe, modo nulla inde mora publicæ neceſſitati naſcatur. Quod ſi nullus equorum certus determinatur numerus, ipſe Præfectus tot alat eam in rem, quot neceſſarii videntur, quotque ex reditibus ſine diſpendio ali queunt. Quibus ita utatur, ut Poſtam ſemper uno alterove equo inſtructam habeat, qui parati ſint præſtoque ad ſubitos caſus expediendos. Hornick. *15. 38.*

Dixi-

46 Diximus Cursum publicum hodie à privatis etiam adhiberi posse certa mercede data. Hinc duplicis generis Cursorios equos constituamus; Alios fasciculis ac literis magnorum Principum transferendis; alios in peregrinantium usus destinatos. Non tamen promiscue quemvis Præfectus admittere tenetur; si præcipue ignoti sint obscurique homines, aut periculum in mora, aut pestilentia alicubi gras-
47 setur. Præferendi quoque merito Legati ac Principum Ministri, quique functione publica occupantur. Hornick. *15. 38.* &
48 *18. 14.* De eo etiam quæsitum fuit, si quis cum cursore proficiscatur, & in itinere succumbat equus, ad quemnam damnum spectet? Respondetur, si non præcurristi subinde cursorem, haud dici potes equo abusus fuisse. Nam festinans ad modum & exemplum Cursoris, nihil facit contra legem conventionis, illiusque voluntatem: & pertinet huc *l. 5. §. 7. ff. Commod.* Plane si equum sic commodavi, ut ad bellum duceres, meum erit periculum; & cætera. Aliud vero est, si culpa intervenerit, si præcurrens ductorem tuum in perniciem equum dederis. Quid igitur? Moris est, ut tardiorem Cursoris equum admonere flagello liceat. Utrum eo jure utens & tunc præstare casum debes? Ita sane videtur: Quia non cucurristi ad modum atque exemplum ducis, & hujus equum pari exposuisti periculo. Quoniam tamen & quamdiu usus fuisti concesso jure, nihil contradicente Cursore, injuriam fecisse non crederis: *l. 55. de J. R. l. 13. §. 1. de Inj.* Contrarium dicendum, si monente hoc de periculo tamen ultra modum instigaveris. Si quis etiam nimia sarcina equum oneraverit, & equus exinde mortuus fuerit, utique pretium equi a viatore Magistro Postarum restituendum. Christin. *Vol. 5. Decis. 157.* Emeran. Ackolt. *von Post-Regal. l. 4. C. 2.*

49 Jam Romanorum equos cum nostratibus conferamus, & quousque privilegiis communibus gaudeant. Primum equi Cursores bene alendi sunt; Cujus rationem exponit Theodoricus apud Cassiodorum *5. Var. 5.* Et ideo, inquit, veluti necessariæ rei major adhibenda est cautela; qui ad continuos cursus constituti sunt, turpi macie non tabescant, jejuna tenuitas laboribus proventa succumbat, & incipiat iter fieri morosum, quod ad celeritatem
50 constat esse inventum. Porro sævitia cursorum absit, priscis aut nostris moribus haud ignota. Romani Imperatores olim equos publico cursui destinatos, non lignis vel fustibus, sed flagellis tantum agitari jusserunt, *l. 2. C. Th.* & *l. 1. C. Just. de C. P.* In virgæ vero aut flagri cuspide brevis infigi poterat aculeus, quo pigrescentes artus innocuo titillo admonerentur. Atque hoc eo, quod fustis gravior est virga seu flagro: cum non semper modus in illius admonitione adhiberi, quin facile animal enecari queat. Cui nihil obstat: quod in publicarum pœnarum inflictione fustigatio moderata, ξυλοκοπία non æque gravis pœna, atque flagellatio habetur, sive virgindemia, *l. 10. 28. ff. de pœnis.* Nam istam liberi, & quidem tenuiores homines; hanc servi tantum sumebant: ideoque propter ignominiam gravior existimabatur. Pro diversitate autem reorum varia pœna constituta, si qui contra leges in Cursuales equos sævirent. Promotus qui ad gradum aliquem jam erat evectus, publicoque fungebatur munere, plectebatur humilitate regradationis, *ex l. 2. C. Th. de C. P.* Est autem regradatio hæc καθαίρεσις, sive ordine motio; vel eorum, qui aliqua in dignitate constituti sunt, reprobatio & condemnatio. Origine verbum istud militare fuit, cumque de gradu superiore ad inferiorem rejicerentur milites, regradari dicebantur. Postea ad Ecclesiasticam disciplinam transiit, Cujacio id notante ad Novellam XLII. de depositione Anthimi. Apud Cujacium Index Reginæ habet: de Episcopis regradatis. Guther. *de off. Dom. Aug. 3. 14 p. m. 637. v. l. 18. ff. de V S.* ibi Gothofred. Promoto opponitur Munifex, qui gregarius miles erat, & deprehensus in delicto, deportabatur, *d. l 2. C. Th.* ibique Gothofr. *l. 2. C Th. de falsis monetis.* Non minus & hodie graviter puniuntur nimia sævitia in equos peccantes. Ferdinandus III. Imperator publico edicto Cursores coërcuit, præcipiendo, *daß sie sich alles Unfugs und Frevels, mit so übler Tractirung der Leute und Rosse auf den Kayserl. Posten gäntzlich und bey Leibes-Straffe enthalten sollen.* Vide integrum edictum apud Ludovicum ab Hornick. *de Regal. Postar. Jur. Cap. XVIII 22.*

Tertio illud olim hodieque salubriter 51
constitutum, ut ne equi nimium oneribus graventur. Sic rhedæ seu carpento vehiculoque mille pondo superponere, neque ultra, licebat. Carro sexcenta. Birotæ ducenta tantum. Veredo seu

equo triginta: de quo tamen videatur *l. 47. C. Th. de C. P.* Parhippo seu avertario centum librarum imponi fas erat. De his omnibus *d. l. 8. 17. 28. 47. C. Th. de C. P.* Ita enim Theodocus apud Cassiodorum *5. Var. 5.* Parhippis quin etiam non ultra quam centum libras jubemus imponi. Nimis enim absurdum est, ut a quo celeritas exigitur, magnis ponderibus opprimatur. Quæ ratio universim ad omnia publici Cursus genera vim suam porrigit. Subjicit deinde Theodoricus appositam similitudinem. Navis ipsa onere gravata pigrescit. Carinæ, quæ labores non sentiunt, repletæ gravius moventur. Qui quadrupes facere possit, qui pressus nimietate succumbit? Tandem quoque pœnam dictitat. Si quis autem a modulo definito habere repertus, duarum unciarum damno feriatur *Lege XII. C. Just. de C. P.* Averta vetatur sexaginta libras auri transire, sub pœna confiscationis: exceptis auri centenariis, quæ necessarium esset ab hippocomis in solitis sacculis reportari. Centenaria Suidas putat numismatum quantitatem esse. Hinc Alciatus ad indicatam legem intelligenda arbitratur ornamenta in modum numismatis, quæ pectoribus equorum affiguntur: quæ alibi appellantur cucumæ. Qua tamen in re, inquit, dubito: Cum non videam, qua ratione Suidas dictionem numeri generalem de auri solum quantitate intelligat. Gothofredus accipit pro ornamentis Veredorum, quæ avertis applicabantur. In eadem lege porro interdicitur, ne sella equi cum freno sexaginta libras auri (nihil mirum recente adhuc invento tam inhabilem tantique ponderis sellam cum freno fuisse) excedat. Si quis aliter fecerit, ejus sella (hinc colligimus non pertinuisse ad publicum) in frusta cædatur ac comminuatur. Severioris adhuc constitutionis necessitatem Ferdinando Imperatori cursorum malitia imposuit. In laudato enim paulo ante edicto gravissime sic queritur: *Welcher massen die hin und wieder reitende Curierer die Rosse mit Auflegung schwerer Fell-Eisen fürsetzlich krumm oder wol gar zu Boden reiten, dadurch denn offimals, aus Mangel der Rosse, Unsere selbst eigene gar nöthige Schreiben und Befehl, daran Uns, dem Heil. Römischen Reich, auch andern Unsern Erb Königreichen viel gelegen, mercklich verhindert, und niemalen zu rechter Zeit, noch an andere Orte geliefert werden.* Hinc imperat Cursoribus, *daß sie die Rosse mit den Fell-Eisen, so über 40. oder meistentheils 50. Pfund am Gewicht halten, nicht beschweren, immassen dann auch die Post-Verwalter und Knechte solche fortzuführen nicht schuldig seyn sollen.*

Præter hæc animalia uni necessitati destinata ad aliam usurpare olim nefas. Sic Veredi sive equi Cursuales ad vehicularem cursum adhiberi non debebant. *l. 4. C. Th. de C. P.* 52 Etiam prohibitum ultra stationes equum ducere; condemnatione in quadruplum animalis pretium posita, si quis vel pro una mutatione cursus Veredum superducendum, id est, ultra ducendum esse crediderit, ut verba *l. 15. C. Th. de C. P.* sonant, Julianus Imperator capitalem pœnam constituerat, *l. 14. C. Th. d. t.* Goth. *ad l. 53. C. Th. de C. P.* Itidem & hic malitiam cursorum accusat Ferdinandus, *daß sie zwo oder mehr Posten ohne Abwechselung der Rosse rennen.* Itaque hoc deinceps audentes ad se punitos remitti jubet. Qua lege tamen haud tenentur a Principe subitis casibus missi: cum imminentis ex more periculi aversio & urgens necessitas, quin ipsius Principis tacita voluntas, ultra stationes procurrentibus veniam præstet. 53

Ulterius etiam *l. 25. C. Th. l. 2. & 5. C. Just. de C. P.* vetitum ab itinere recto ac solito deviare, & secundum legem Theodosianam quidem ad quingentos passus Excipitur *l. 2. C. d. t.* Præfectus Prætorio, cui cursus publicus & proficiscendi per eum licentia, & ubi ratio exegerit, præsto sit. Iterum Ferdinandus III. indicato loco gravi pœnæ destinat sui temporis cursores, *welche die Rosse mit grossen schweren Fell-Eisen belegen, damit Berg und Thal, wider den gewöhnlichen Post-Brauch, rennen.* De cætero hodie qua vehicula moris est, ut recto quidem, non tamen publico itineri Cursores insistere teneantur, sed commodiore via proficisci possint: quæ inde & *Post-Weg, Post-Strasse*, appellatur. Hornick. *18. 12. & 13.* 54 Porro ab arrestationis vinculo equi Cursuales liberi sunt: exemplo eorum, qui commeatum & pecuniam ad exercitum vehunt, nec non militum ad bellum euntium. Hornick. *18. 23. & 24.* Ratio universalis: quod nimirum publice intersit Cursorem non in mora constitui. Quod extendendum etiam est ad veredos, quibus privati vehuntur: quoniam alias hi possent magno ex 55

mora

mora detrimento affici: qui tamen ea fiducia conduxerunt cursum, ut eo celerius quo tendunt, perveniant. Sufficit etiam equum ad cursum destinatum esse, & ad talem usum servari: licet hoc ipso tempore nemo illo utatur, ne scilicet, incidente subita necessitate, Postam destitui equis contingat. Ampliatur porro, licet Equus sit furtivus, tamen durante cursu non poterit a Domino vindicari, Ackold
56 *vom Post-Regal lib. 4. c. 3.* A vectigalibus etiam Cursuales equos pronunciant liberos, non tantum in Imperio nostro, sed quoque in Gallia & Italia. Hornick. *18. 4.* Imperiales quidem per totum Imperium: Provinciales per territorium Sta-
57 tus, a quo constituti sunt. De Privilegiis ipsorum hæc dicta sunto. Jam & Cursores tangamus. Si igitur contingat casu ac infortunio equum succumbere, proximum quemque insiliendi Cursor potestatem habet. Nam privata utilitas publicæ merito cedit. Theodosius & Valentinianus Imperatores in omnibus causis cupiunt observari, ut generaliter, si quid contra utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. *l. 4. C. de Nav. non excus.* Quantum etiam publicæ utilitatis respectu summæ liceat potestati in bona privatorum, qui obligati sunt, ut promoveant pro virili publica commoda, eruditi pridem docuerunt. De Cursoribus vid.
58 Hornick. *18. 17.* Persarum Cursoribus quondam fas erat, cujusvis equos vel naves, aut ipsos etiam homines rapere ad cursum. Hinc cum Persarum Cursores Angari dicebantur, postmodum ἀγγαρεύεσθαι idem significavit atque τὸ εἰς φορτηγίαν, καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι, adduci & compelli per vim ad bajulationem, atque aliquod hujusmodi violentum ministerium. Ἄγγαρος etiam Hesychio & Suidæ est ἐργάτης, ὑπηρέτης ἀχθοφόρος. De quibus ipsi ulterius videri possunt, juxtaque Schilt. *d. C. P. 1. 3.* Turcarum quoque Ulacidis, ut Laonicus Chalcocondylas vocat, eadem licentia data. Sic enim *lib. 9. Histor. Gent. Turc.* scribit: Si forte eques occurrit, eum dejicit, ipse equum conscendit, iterumque si alius, idem facit, & defessum equum ei tradit. Olim etiam Romanis Cursoribus hoc indultum fuisse, ex lege Constantini M. *l. 1. C. Th. de Curs. publ.* quidam colligunt, qua aratorii boves ad cursum publicum abstrahi vetantur; Et quidem summa ex ratione: ne scilicet agrorum cura interturbetur. Unde dignam judicavit Theodosius Imperator, quam, in singulare æquitatis exemplum, tituli de Cursu Publico principem faceret. Ut vero exceptio regulam firmat in casibus non exceptis, ita hinc ex indicata lege concludunt, cæteros boves non aratorios abstrahare licuisse. Quæ utcunque sunt, nunquam tamen privato ausu, verum publica fieri autoritate; nec temere frequentari, sed urgente necessitate permitti demum debebant. Præterea æquitatis non est, gratis quenquam ad onus hoc adstringi: sed potius aut compensanda interversa utilitas mercede data, aut æstimationem equi præstare oportet.

Porro adjiciamus de Cursoribus, olim 59
Hippocomos inviolabiles fuisse, ut spoliari sago non deberent, *l. 37. & 50. C. Th. & l. 13. C. Just. de Curs. Publ.* Sagum vero erat vestis militaris, quam ἐφεστρίδα Græci vocant, de qua voce Hesychius & Suidas adeundi. Non autem absimile Alciato *ad l. 13. C. de C. P.* videtur ab eo fuisse, quod vernacula Italorum simplicitas Sajum vocat. Nostris moribus itidem Cursoribus tributum, ut ne a quoquam violentur, quod nemini non manifestum est. Nititur vero jus istud magna ratione: ut ne in publicam utilitatem quidquam peccetur. Inde adeo gravioribus pœnis, & in exemplum afficiuntur, atque affici debent, qui contra publicum cursorem quidquam fuerint ausi; Satis de Cursu publico, nunc de Angariis pauca annectamus.

Vocabulum hoc de quovis cursu fre- 60
quentatum fuisse, alibi monuimus. Quanquam vero etiam velocem signabat; magis tamen ad vehicularem, eumque gravem ac tardigradum, qui Clabularis quoque dictus *l. 62. C. Th. l. 22. C. Just. de C. P.* JureConsulti & usus loquendi restrinxerunt. Schilt. *de Curs Publ. 2. & 3. 5.* Guther. *de Off. Aug. Dom. 3. 14.* qui multa habet de ipso vocabulo. De cætero sequentia tempora ad operas rusticorum accommodarunt, ad quales præstationes olim spectabat productio sive educatio equorum, Romanis consueta. Erat vero productio illa, sive cura, ut equi præstarentur, personale munus, & locum habebat, si quæ res pervehendæ, sive persequendæ essent, vel pecuniæ fiscales, sive annona, vel vestis, *l. 18. §. 3. & 4. ff. de Muner. & bonor.* Producebantur equi, id est, evocabantur, quoties & prout necessitas postulabat, secundum seriem ac numerum, Schilter. *de C. P. 3. p. 1.* & præstabantur variis casi-

bus

bus, ad quos pertinet Baſtagæ ſolicitudo. Baſtagæ ſunt onera, teſte Heſychio, βαςαγὴ, βάϛος, quod & βάςαγμα à βαςάζειν portare, vehere, & onus bajulare. Hinc baſtagarii, qui ſerviebant vecturæ rerum ad ſacrum ærarium pertinentium, quam propriis jumentis facere debebant, excepto primum decimo, *l. 4. C. Th. de Murileg.* deinde quinto animali, quod pro reparatione præbebatur, *l. 4. C. de Murileg.* Guth. *de Off. Dom. Aug.*

61 Noſtris temporibus frequentiſſimæ ſunt operæ Ruſticorum, quarum aliæ corpore & manu fiunt, aliæ animantibus & jumentis, *Hand-Dienſte und Pferde-Dienſte.* Et hæ iterum diſtinguuntur *in Pflug-Dienſte, Wagen-Dienſte, Bau-Fuhren, Wildprets-Fuhren, Holtz-Fuhren.* Qui operas tales præſtant, appellantur *Anſpanner, Pferdener, Huffner.* Regulariter autem vehiculi ruſticorum ſimul præſtantur: rarius tantum equi, aut pro ſingulis hiſce bini boves, & tum præcipue conferuntur, quando miles vel comitatus Principis transvehendus eſt, Germanice vocamus *Vorſpannere.* Schilter. *de Curſ. Publ. 3. 6.* Solent vero ab illis ſolum exigi, qui tantum agrorum poſſident, ut equos vel boves aratorios, *Zug-Vieh, Pferde und Ochſen,* alere poſſint. Beſold. *Theſaur. Pr. voc. Frohnen.* De operis ruralibus, *von Pflug-Dienſten,* ſpeciatim notandum ad illas fere pertinere frumenta, ligna, vina, & ſi quæ alia Dominis proveniant in ædes domini convehenda, agros fimo ſtercorandos, ſerendos arandos, raſtro planandos, fœnum cæterasque fruges convectandas. Retia quoque ad venandum, currus & bigæ ad quamcunque vecturam rerum neceſſariarum huc referuntur. Atque hic etiam obſervatur, ut duo plerumque ruſtici conjuncti operas præſtent. *Zweene halbe Bauren ſpannen gemeiniglich zuſammen, und ſtehen für einen.* Beſold. *Theſaur. Pract. voc. Pflug-Dienſt.* Ex eo autem quod ruſticus equos & jumenta poſſidet, neutiquam ſtatui debet, quaſi domino ad operas iisdem præſtandas adigi queat: *Daß die Häusler, Hinterſaſſen, wann ſie etwa zufällig Pferde halten, zu den Pferde-Frohnen anzuſtrengen.* Neque refert, quod reliqui ex conſuetudine forte vel ſtatuto propter fundos certos ac prædia, jumentis ſervire teneantur. Nam tunc obligatio ad poſſeſſores tantum iſtius generis prædiorum reſtringenda eſt. Richter. *Deciſ. 98. num. 19.* De cætero tamen æquum fuerit, ut non temere illis, quos *Hinterſaſſen* appellamus, equorum uſus in fraudem *der Huffner,* concedatur: ne verbi cauſa aliis elocent ad vecturas & culturam agrorum, intercipientes commoda ad hos alias ex ſimili locatione reditura. Hinc Sereniſſimus Saxoniæ Elector conſtituit in reſolut. Gravam. Provinc. *de Anno 1661. tit. Von Juſtitien-Sachen §. zum zwey und ſiebenzigſten. & §. weil zum ſieben und neunzigſten. So begehren Wir hiermit, wofern ſie deſſen (des Zug-Viehes halben) nicht befugt, daß ſie daſſelbe abſchaffen, oder doch nur zu ihrer Haushaltung gebrauchen, und ſich ſolchergeſtalt an ihrer zuſtehenden Nahrung begnügen ſollen.*

Quamvis autem *l. 1. C. Ne ruſtic. ad ull. obſeq. devoc.* conſtituatur, ne quis ex ruſticana plebe præter capitationem & annonam congruam ad ullum aliud obſequium devocetur, neque a rationali mularum Fiſcalium, vel equorum miniſterium ſubire cogatur: in terris tamen Saxonicis conſuetudine, & in Electoratu expreſſa ſanctione introductum eſt, ut ruſtici ad operas tum in genere, tum in ſpecie ad convectionem materiæ, exſtruendis ædificiis neceſſariæ adſtringantur, adeo, ut aliunde etiam ligna, lapides aliamque materiam convehere teneantur, ſi in loco exſtruendi ædificii haberi nequeant. De quibus videatur *Ordin. Provinc. de Anno 1555. Von Bau-Fuhren. §. Demnach ſetzen.* Berlich. *2. Conc. 65. 2.* Brunnem. *ad d. l. 1. C. Ne ruſt. ad ull.* Carpz. *p. 2. c. 52. def. 5.* Et hæc obligatio extenditur ad villas, granaria, ſtabula atque id genus ædificia, quæ ad feudum integrum, habitationem puta, eoque pertinentia ſpectant. Tamdiu vero jura hæc locum habent, quamdiu ſpeciali conſuetudine, transactionibus & pactis, decretis judicum ac rebus judicatis exemptio vel omnino, vel a quibusdam non parata eſt. Videantur Deciſiones Sax. *33.* ibique Philipp. *Obſ. 1.* Carpz. *p. 2. c. 52. def. 1.* Quibus etiam hoc additur, ruſticos ad certas operas, verbi cauſa, ad convehendam ædificii futuri materiam adſtrictos, non poſſe cogi, ut lapides publicarum viarum, ligna canalium cauſa convectent, vel ex dirutis ædificiis avehant congeſtam colluviem, *daß ſie Pflaſter-Steine, Holtz zu Waſſer-Röhren zuführen, oder alten Schutt wegführen.* Nam odioſa ſemper reſtringi debent. Dn. Bechman. *dict. diſſertat. de eo quod juſtum circa Equos eſt. C. 2.*

Non

62 Non minorem insuper curam adhibuere LLatores circa emtionem Equi,
63 ne scilicet quis in ea nimium lædatur. In quem finem quibusdam in locis certa Judicia Equestria, *Pferde-Gerichte*, sunt constituta, quæ lites circa venditionem Equi
64 obvenientes dijudicant. Quamvis vero quidam DD. ut Colerus *de Process. Execut. Part. II. C. 1. n. 71.* Treutl. *2. Disp. 2. th. 2.* statuant, emtorem pro omnibus vitiis internis sive non apparentibus, nec a venditore indicatis, redhibitoria actione experiri posse, tamen ob quodvis etiam levius vitium internum sive non apparens indistincte contractum retractandum menti legis non videtur consentaneum. Siquidem odiosa ac vetita bonæ fidei contractuum temeraria minimam ob causam rescissio *l. 54. de Contrah. emt. l. 8. C. de Resc. vend.* Nec rescissoriæ actiones, qualis est redhibitoria, quia contra jus Civile dantur, *l. 33. de Obl. & act.* temere aut ob res leviculas dandæ sunt, *l. 10. l. 11. de dolo*
65 *malo.* Ille igitur morbus redhibitorius est, qui usum ministeriumque equi multum impediat deterioremve reddat, ut emtori idcirco eum habere non expediat, nec ob id, si scivisset, empturus fuisset.

E numero autem morborum vitiorumve redhibitionem admittentium erunt
66 subsequentes. I.) Si equus vitio intestinorum vorare non possit. Equus enim male pabulatus male vadit, inquit Accurs. *in l. animalia. C. de curs. Publ.* adeoque redditur inutilis. Quod si tamen oris, linguæ, dentitionis vel dentium tumore aut vitiis, qui nostris *Frosch-Blätter-Schebl-Zähne, Schiever- oder Wolffs-Zähne,* impeditus pabulum recipere non possit, denegandа redhibitio, utpote quorum cura
67 facillima cuivis non ignota. II.) Restitor, qui scilicet in labore vel itinere pedem ita sistit, ut nulla verberum vehementia propelli queat: *Stetig, ständig oder wahnezeugisch. Weichb. Art. 97.* Coler. *d. l.*
68 *n. 82.* Gilhaus. *arbor. Jud. c. 3.* III.) Phreneticus malisve spiritibus captus, *der kollernd und unsinnig wird. arg. l. 1. §. 9. vers. interdum. l. 4. §. 1. de Ædil. Ed.* Colerus *de process. exec. d. l. n. 81.* Zobel. *different. jur. civil. & Saxon. 38 n. 17.* de cujus proprietatibus vide Joh. Colerum
69 *lib. 10. œconom. cap. 10.* IV.) Furiosus aut insaniens: *l. bovem. 43. §. aliquando. 6. d. t.*
70 V.) Fugax, qui facile turbatus seipsum eripit, *Repsisch: l. cum sex. 55. d. t.* quive ad fugam gradum unum atque alterum promovit & currere cœpit: *arg. d. l. 17. §. 6. d. t.* Zobel. *different. jur. civ. & Saxon. 38. n. 17.* VI.) Caduco laborans 71
morbo: quibus de caussis quia equo minus uti possumus, non sanus habetur, adeoque redhibendus est, per *l. idem Ofilius l. qui clavum 12. §. 1. h. t.* Tametsi vero hæc animi vitia videri possint, e corporis tamen vitio accidunt, & inde ad animum penetrant, ideoque ob vitia corporis cum animi vitiis conjuncta redhiberi equus potest: *d. l. ob quæ. 4. §. 1. h. t.* Meier. *Pandect. lib. 21. t. 1. th. 10.* VII.) 72
Mucosus seu pituitosus: *Rotzig oder Hauptsüchtig.* Gilhaus. *d. l.* quem describit Johan. Coler. *lib. 10. œconom. cap. 38.* VIII.) Suspiriosus, *Haarschlecht, Bauchlässig oder dämpfig.* Gilhaus. *d. l. n. 4.* 73
IX.) Lunaticus, cujus scilicet visus cum 74
revolutione lunæ crescit & decrescit: *Mohnäugig, l. bovem 43. §. 6. d. t.* Zobel. *d. l.* X.) Cœcus; A quo unquam visus 75
non est prævisus, aut talis non visus: Scio emturos caput, pedes, totius corporis dispositionem & virtutes lustrare, & speciosо impostores pulvere aut fuco transitorio faciunt lumina caliginosa, ut vitia etiam emtorem versutum latere possint. XI.) Cœcutiens, *blöden Gesichtes.* 76
XII.) Cujus oculus membrana obductus ac tectus: *Staarblind. Weichb. d. art. 97.* Matth. Coler. *d. l.* Treutl. *d. th. 2. tit. f. in fin.* XIII.) Alios id genus oculorum 77
morbos alens: *Der krancke Augen, als den Haug, oder ein Flecken auf dem Auge hat,* ut qui facile cum discrimine visus conjuncti sunt: XIV.) Qui in spatula 78
patitur: nobis *Spath:* Durand. *spec. lib. 4. partic. 3. §. de rescind. vendit. num. 9.* Caballin. *de ædilit. act. cap. 2. n. 27.* XV.) 79
Gallen, callos vocat Sichard. *C. h. tr. n. 10.* alias *Floßgallen.* Zobel. *different. jur. Civil. & Saxon. 38. n. 17.* Eosque æstimatoriis adnumerat vitiis Sichard *citato loco.* Quia verò gravia equum multum impedientia ac deteriorem reddentia sunt vitia, rectius in Catalogum redhibitoriorum referuntur à Durando *Specul. jur. lib. 4. part. 3. §. de rescind. vendit. n. 2.* vulgatum quidem habet proverbium:

Wer gute Pferde will reiten,

Muß Galln und Spath nicht meiden.

Quod tamen non de jure contractus equestris, quasi non sint vitiosa, sed de communiter accidentibus equorum his aliisve vitiis facile expositorum accipiendum.

80 XVI.) *Fisteln*, XVII.) *Mit dem Wurm be-*
81 *hafft:* Heresb. *de re rustic. loc. de Equis,*
82 XVIII.) Scabiosus *l. vel protervi. h. t.*
Matth. Coler. *d. l. n. 82.* Qui quidem
adeo sunt pestiferi, ut non conjunctos so-
lum, sed & equile inficiant, teste Joh. Coler.
lib. 10. œconom. cap. 80. 88. 89. & seqq.
83 XIX.) Qui lotium continuit: *Der das Stal-
len übertragen*, ut propterea aut strangu-
riæ morbo crucietur, aut jugulis humore
repletis perpetuo inutilis fiat, Philipp.
Camerar. *2. Meditat. histor. 92.* Patricius
lib. 3. de regn. & regis instit. tit. 2. XX.)
84 Si hausto multo aëre, aqua aut pabulo
ante venditionem morbum conceperit,
quique ita invaluerit, ac omnia membra oc-
cupaverit, ut pristinæ sanitati equus resti-
tui nequeat: *Verfangen oder die Reuge* vulgo.
85 XXI.) Pedes exanimes habens, *Kernschwin-
den, oder so das Leben aus den Füssen auf-
gezogen:* de quo Joh. Coler. *d. t. lib. 10.*
86 *œcon. cap. 70.* XXII.) *Steingallen.* XXIII.)
87 Articularius, *Lahm oder contract*, quod qui-
dem vitium etsi in oculos ut plurimum fa-
cile incidat, sæpe tamen ementis mentem
88 & visum fallere potest. XXIV.) Hernio-
89 sus: *Gebrochen.* XXV.) *Das einen Nabel-*
90 *Bruch hat.* XXVI.) Lienosus: *Miltz-
süchtig.* Lien enim si recens nati non
ejecerint, illis laborantibus dolores cre-
bros pariet: & lienosos vix quinquennium
91 excedere experientia docuit. XXVII.)
Surdus: *l. vel protervi. 3. h. t.* illo enim
vitio ministerium equi impeditur: Mejer.
92 *Pandect. d. l. h. 11.* XXVIII.) Intolerabili
ferocitate calcitrosus: *Untreu: arg. l. bo-
vem. 43. pr. h. t.* Oldendorp. *progymn.
class. 4. art. 2. pract. 2. gloss. nil ob quæ. §.
animi autem. verb. dixerunt. D. h. t.* Matth.
Coler. *de process. execut. d. l. n. 81.* Mejer.
d. l. th. 17. Calcitrosus non quidem mor-
bosus, attamen otiosus est, *d. l. ob quæ. 4. §.*
Item *Pomponius 3. h. t.* quod vitium si scili-
cet effrenate cessum dat, est maximum,
arg. d. l. 43. pr. hic. ac licet animi sit, *d. l.
4. §. 3.* Sichard. *C. h. t. n. 5.* attamen sæ-
penumero talium corpus reddit utile,
ideoque redhibitioni obnoxium: Zobel.
different. jur. civil. & Saxon. 38. num. 17.
93 XXIX.) Retrogradus, *der hinter sich läufft:*
Duran. *Spec. dict. lib. 4. partic. 3. §. de re-
scind. vendit. num. pr. 2.* Zobel. *d. loc.
n. 17.* Coler. *d. l.* Gilhaus. *arbor. judic.*
94 *cap. 3. de libellis n. 50.* XXX.) Qui alte-
rum jugum non patitur: *Speitig oder
wreith, l. 38. §. 9. h. t.* Coler. *de process.
Execut. d. l.* Zobel. *alleg. loc.* Mejer. *Pan-
dect. d. l. th. 17.* XXXI.) Si membrana 95
interioribus corporis interjecta, rupta
equus occubuerit: *Verhitzt, oder dem das
Netz im Leibe zerrissen.* Quæ quidem
lacerata non solidescit, adeoque certissima
mortis est caussa: extrorsum tamen hic
morbus non facile apparet, usque dum ex-
tinctus demum concidat: Ideo de exen-
terato periti judicabunt, num ante vendi-
tionis diem id mali sibi equus consciverit
alueritque. Adhibendi autem ejus rei
periti, *Pferd kündige*, saltem duo, qui per
juramentum morbum inspiciant, deque il-
lius initio & proprietatibus judicent:
Oldendorp. *progymn. class. 4. act. 2. pract. 3.*
Quod si ita esse agnoverint, adjudicandum
emtori pretium, ut cui sanus non est tra-
ditus occulto, eodemque incurabili infe-
ctus malo. XXXII.) Præterea si demor- 96
tui morbus fuerit occultus, & vulso equo
artis periti ex inspectione intestinorum
deprehendant illum veneficio corruptum,
aut vitium in vesica, *l. qui clavum. 12. § 4.
h. t.* aut pulmonem vel jecur marcidum:
l. qui clavum 12. §. 4. h. t. aut cor putri-
dum atque subrancidum: Dominic.
Card. Tuschus *pract. conclus. tom. 3. verb.
equus.* indeque colligant morbum vendi-
tionem antecessisse: Bald. *in l. 2. q. 2. c.
de rescind. vendit.* Abbas *in c. injustum
column. pen. de V. O.* Aret. *in §. in du-
plum. col. pen. inst. de action.* Mars. *in l.
statu liber. n. 15. ff. de quæst.* Alexand. *cons.
148. lib. 2.* Caballin. *de ædilit. act. cap. 2.
n. 26.* refundendum emtori pretium.
XXXIII.) Si in continenti aut triduo post 97
moriatur equus, & morbus sit occultus,
quia celeritas mortis morbum præcessisse
arguit, & tempore contractus morbosus
fuisse præsumitur: Joh. Andr. *in addit.
ad Speculat. in tit. de emt. & vendit. §.
nunc dicendum restat. vers. 1.* Angel. *in l.
sciendum. ff. de V. O.* Hipp. Bonacoss. *in
suo tract. de equo, quæst. 85.* Abbas *in c.
justum. de rer. permut.* Alexand. *in l. si
quis cum aliter. n. 23. 24. ff. de V. O.*
Mascard. *de probation. conclus. 633.* Tu-
schus *d. l.* Alciat. *de præsumt. 26. præs.
reg. 2. n. 10.* juxta protritum axioma:
De præsenti præsumi ad præteritum: *ex l.
ex persona C. de probat. l. 1. §. si magistra-
tus. ff. de magistrat. conven. l. si hi qui. C.
de adulter.* Everhard. *topic. legal. loc. 90.
n. 20.* Vivius *lib. 2. commun. opinion. con-
clus. 58. n. 2.* Riminald. *consil. 56. n. 26.*
Angel. *in lege in hac n. 4. ff. de condict.
tritic. l. sed mihi §. si reddita. ff. commodat.*
Sebastian.

Sebastian. Medices *de fortuit. casib. part. 2. Quæst. 10. n. 24.* Matth. Stephan. *dialect. jur. lib. 2. loc. 87. n. 6.* redhibendum emtori pretium venditori accessiones. Cynus, Sichard. Bald. & alii *in l. 1. C. h. t.* Caballin. *d. ædilit. act. cap. 2. n. 26.* Treutl. *d. l. th. 2. lib. 6.* Gilhauf. *d. l. n. 2.* Modo culpa emtoris ejus familiæ vel procuratoris non sit demortuus: *arg. l. quod si nolit. 31. §. 11. l. si hominem 47. §. 1. l. si tamen 48. pr. h. t.* aut Medici vel Mareschalci aliter non judicaverint; quibus standum est tanquam in arte peritis, juxta rescriptum Gordiani Imp. *in l. semel. C. de re militar.* Dd. & Bartholus *in procem. Digestor. &* Barthol. *in l. 1. de ventr. inspic.* Mascard. *de conclus. 633. n. 4.* Si enim alimentis pabuli aut potus, ceu mediis ad vitæ sustentationem necessariis, denegatis, aut non oportune subministratis, aut hippiatro omnino nullo vel culpa emtoris inepto adhibito: vel equum male tractando, morti occasionem dederit, ante litis contestationem mortuus pro vivo habendus, & ea solum præstanda ob morbum, quæ, si viveret, præstarentur: Lite autem contestata qualiter mortuus sit, arbitrio judicis definiendum: *arg. d. l. 31. §. 11. & 13.* Nec tenebitur venditor, si equus comederet herbas venenatas: vel quia a nimio itinere oppressus fuerit: Alexand. *in d. l. si quis cum aliter. colum. fin. 24. ff. de V. O.* Rip. *in tract. de peste in ult. part. 83. n. 186.* Bald. *in l. 1. col. penult. n. 12. C. de ædilit. act.* Angel. Aretin. *in §. in duplum. n. 10. Inst. de action.* Marsil. *in l. statu liber. n. 16 ff. de quæstion.*
98 Mascard. *d. l. n. 4.* XXXIV.) Mordax.
99 Mejer. *Pandect. d. lib. 21. th. 17.* XXXV.) *Lahmbögig oder der sich verböget.* Comilium morborum vitiorumve idem esto judicium.

100 Ne tamen contra *l. 54. ff. de contrah. emt.* ob quodvis internum vitium contractus retractetur, eligerunt sibi quædam Respublicæ certa vitia, quæ, etsi de iis in emtione specialiter non sit cautum, neque
101 expresse exemta, sunt præstanda. Ita de jure Saxonico non nisi de tribus vitiis internis equi regulariter venditor redhibitoria tenetur, *Weichbild. Art. 97. ibique Gloss.* quæ sunt: *1. Stetig. 2. Staarblind. 3. Haarschlecht.* i. e. retrogadus, cœcitate latente vel invisibili laborans, & suspiriosus sive asthmaticus. Christ. Phil. Richter. *Decis. 95. n. 30.* qui plurimis hoc confirmat præjudiciis, sæpiusque pronunciari, *daß nach Sächsischen Rechten kein Verkäuffer das verkauffte Pferd weiter als für diese drey Mängel, daß nemlich nicht stetig, nicht staarblind und nicht haarschlecht sey, zu gewähren schuldig,* & porro quamquam Equus phreneticus seu lunaticus venditus fuerit, ob id tamen emtorem experiri non posse, aliquo confirmat præjudicio. Quod tamen a multis improbatur, cum hac ratione omnes equi lunatici *kollerige Pferde* Saxoniæ inducantur. Juxta Reformationem reipublicæ 102
Francofurtensis *P. II. tit. 9. §. 4.* quatuor vitia sunt exemta. *1. Geraubt oder gestohlen,* quia rei furtivæ nullum est commercium *l. 34. §. 3. ff de contr. emt. 2. Haarschlechtig. 3. Stetig. 4. Hauptsiech als Mohnäugig oder Rotzig.*

Ex reformatione Noribergensi *Lib. 4.* 103
tit. 16. §. 1. venditor de tribus tenetur vitiis, si equus sit, *Rotzig, Räudig und Haarschlechtig.*

Quod si igitur Equitium, *eine Koppel,* 104
oder ein Zug Pferde, venierit, & unus morbosus sit, an infecti solum, vel omnium fiet redhibito? Et videndum, num confuse unum pro omnibus pretium simul sit constitutum, & ejusdem officii caussa omnes coëmti sint, tunc quia una est venditio, propter unius morbum alii redhiberi possunt, *arg. l. 34. ubi Gloss. l. Labeo 64. §. 1. de Ædil. Ed.* Nisi utriusque consensu unicus ille restituatur solus: *arg. l. si plura 36. d. t.* quo casu non solum restituendum pretium æstimatione facta pro rata equi redhibiti: *d. l. Labeo. ubi Gloss. d. t.* sed & id quod cæteri, quos retinet, eo sunt depreciati: *gloss. in simili in d. l. si plura pr. h. t.* Nam vel unicus sæpe omnem boliam spectabilem ac vendibilem facit. Cuilibet vero equorum suo constituto pretio, quia plures sunt venditiones, propter unius morbum alii non redhibentur, etiamsi ex pretio singulorum una collecta sit summa: *l. 38. §. cum autem. d. t.* nisi emtorem alios sine isto non emturum, vel venditorem hunc sine aliis non venditurum fuisse, affinitas rerum vel personarum suadeat: puta, si non nisi omnes habere expediat, nec sine magno incommodo separari possint: *arg. l. cum ejusdem. l. seq. d. t.* Rovenstr. *Medit. Ædil. Lib. 1. c. 4.*

Si a venditore promittatur Equus omni- 105
bus numeris absolutus, talem etiam præstabit, & emtor examinabit in corporis & animi integritate, ut sit (1) *Jn guten Jahren,*

ren, vester Natur, wohlfressend, gesund und aufrichtig. (2) *Schön von* Taille, *dürr und beschnidten von Kopff, gespitzt von Ohren, gut von Augen und scharffen Gesicht, Schwanen-hälsig, wohl von der Hand gehend, und den Hals kümmend, von Höhe, Haupt und Gliedern wohl proportioniret, weit in der Brust, breit von Creutz und über den Leib spaltrückig, starck und dickleibig, kurtz und wohl angericht, rein und mager von Schenckeln, Schwantz-vest, groß und hochl. von Huf.* (3) *Vor Actionen flüchtig, muthreich, edlen Schritts und Ganges, wohl überschlagend, hoch und wohltrabend, gewandt, auf der Schulen zugeritten, frischen Mundes, leichtes Zaums, sich wohl in den Zaum gebend.* (4) *Gut von Haar und Zeichen.* Si itaque his promissis equus non respondeat, utique poterit redhiberi, *l. 19. pr. & §. 3. l. 38. §. 10. ff. de Ædil. Ed.* Behams *Roßteuscher-Recht Cas. 38.*

106 Cum etiam ementis equum intersit scire nationem & progeniem, hinc est, quod illa in venditione pronuncianda, & promissa servanda, *arg. l. 31. §. 21. de Ædil. Ed.* verbi gratia: si Hungaricum aut Danicum addixerit, qui tamen viliore ortus sit progenie, aliusve nationis, quam emens voluit, Donel. *13. comm. Jur. Civil. C. 3.* Ac olim quidem Parthi, Lydi, Argivi, Numidæ, Suevi, Agrigentini, Patavini, Lucenses, Austuri, Veredi, Cappadoces, Verones, Romani in deliciis habiti: teste Francisc. Patricio *l. 3. tit. 2. de regn. & reg. institut.*

Inter modernos excellunt cursu & celeritate Hispani, Neapolitani, Sarmatici, Peloponesiaci, Turcici, Thessalici: Corpore autem vastiore & laboribus rusticis atque admissuræ accommodatiores Frisii, Batavi, Morini, Heresb. *de Re Rust. Lib. 3. de Equis.* Joh. Colerus *lib. 20. œconom. cap. 4.* commendat hac tempestate Geldricos, Rugianos, Helveticos, Danicos, Hispanicos, Tartaricos, Turcicos, Neapolitanos, Polonicos, Hungaricos, Pomeranos.

107 Consimiliter si ad mensuram vel certum palmorum numerum equus tempore contractus forte absens venierit, & mensura promissa deficiat, nec tempus mensurandi & referendi adjectum sit, quo alias convento & elapso emtor mensuræ renunciasse videtur, *l. qui fundum de contrah. emt.* Maranta *prax. aur. part. 4. dist. 4. num. 64.*

Vel si certorum annorum, qui tamen dictos annos aliquo intervallo aut nondum 108
attigerit, aut excesserit, eaque propter emtoris usui non sit accommodus, in caussa redhibitionis erit. Ante annum enim tertium laboribus exantlandis infirmior: post septimum senescere, post sextum decimum inutilis ætatis esse dicitur. Varro *Lib. 2. c. 7. Rei Rust.* Ideo ætatis rationem habere multum expedit. Juventutis vero annos dentes optime demonstrant, Arist. *Lib. 6. Hist. animal. c. 22.* Sic pullus protrudens quatuor primores dentes, supra duos & infra duos, quos lactantes vocant, triginta mensium erit, in principio quarti anni protrudunt alteros quatuor dentes prope lactantes, & ostendere se etiam incipiunt Canini sive Columellares, quinto anno incipiunt protrudere ultimos dentes, sexto æquant omnes, & principio septimi habent omnes æquatos, ultra nihil certi cognosci potest. Vid. Maderi *Equestria L. 1. c. 7.*

Porro vendito equo veteratore pro 109
equuleo, *arg. l. præcipiunt de Æd. Ed.* Indomito pro obsequioso: aut imperito ac inepto pro docto, *das zugeritten und Zaum-recht, d. l. 19. §. 4. d. t.* vel militari, *auf Soldatisch gewandt*, aut vectuario, *Kutschen-Wagen- oder Karren-Pferd*, aut Venatorio, *Jagd-Roß*, aut itinerario, *reisiges Pferd*, si qualitatem, quam amasse, & emisse intelligitur venditor non præstitit, & equus dictis operis non sit aptus aut sufficiens, rescindetur contractus.

Item si fœcundam aut ventrem gestantem, *ein belasten Mutter-Pferd*, vendidit, quæ tamen sterilis vel non talis sit, aut si impotentem pro admissario, *einen Bescheler*, redditio locum inveniet: quod illius præcipuum munus sit concipere ac tueri conceptum & pullos producere, hujus autem generare, *arg. l. quæritur. §. 1. d. t.*

Commendatio tamen generalis ad nu- 110
dam laudem Equi pertinens, ut equum frugi, bonum, dicto audientem esse &c. non est obligatoria *l. 43. pr. ff. de contrah. emt. l. 37. de dol. mal.* Majer. *Pand. lib. 21. Tit. 1. §. 23.* Modo intuitu commendationis pluris non sit venditus, *l. ea quæ pr. ff. de contrah. vend.* aut in specie quid dictum non sit, hoc enim vim promissionis, vel quasi obtinet, Gloss. *in d. l. 19. pr. d. t.* veluti si Gradarium, *einen Zelter*, aut Veredum, *einen Kloppfer*, vendendo dixerit, qui tamen non talis, vel succussor sit, *hart trabend:*

trabend: dummodo non sit manifeste falsum, atque ita in promptu, ut cerni posset ab emtore id ita non esse, *l. 43. §. 1. de contrah. emt.* Rövenstr. *Medit. Ædil. L. 1. cap. 5.*

111 Equo phaleris, armis, sella, fræno & consimilibus ornato, *mit Sattel und Zeug*, vendendi non itineris caussa ducto & vendito, illis autem non exceptis, sed postmodum male præstitis vel detractis, in diebus LX. ornamentorum non restitutorum nomine de Equo redhibendo, vel ornamentis restituendis ex emto agendi emtori datur optio, *l. 38. pr. & §. 11. & 12. d. t.* quæ quidem ex emto actio personalis est, & perpetua, Caballin. *de ædil. act. c. 2. n. 39.* Sichard. *prælect. C. h. n. 8.* Illud enim in dubio huic contractui cohæret, & adnumeratur, quod tempore contractus demonstratur; Intuitu enim accessionum plerumque res ipsas principales emimus *l. 34. pr. ff. de contrah. emt.* A. Gomes.

112 *tom. 2. C. 2. n. 15.* Facta venditione, *Haar um Haar, sonder Nachspruch oder Wandel*, si morbum alter celaverit qui postmodum innotescat, non obstante pacto dissolvendus erit contractus propter dolum consulto reticentis, *l. 14. §. 1 de Ædil. Edict.* Caball. *de Ædil. act.* qui præcepto Ædilium palam recte & specifice dicere & emtorem certiorem facere debuit, quid in Equo vitii morbive sit, *l. 1. §. 1. l. 38. pr. d. t.* Quilibet enim rei suæ qualitatem manifestare debet, alias est in dolo, *l. fin. C. de Litig.* nec prosunt fallenti verba captiosa & generalia, *l. 1. in fin. ff. de Act. emt.* nec pactum ne de evictione teneatur, *l. 6. §. 9. act. emt.*

113 Quando autem propter vitium redhibendus est equus, adhibendi sunt ejus rei periti, *Pferd-kündige*, ut sunt Mareschalli, Hippiatri, Equisones, qui de qualitate equi & vitii ex conventionis legibus, consuetudine loci, aliisque circumstantiis judicare debent, num ille redhiberi debeat, nec ne; in jure enim regulare est, quod in sua professione perito sit credendum juxta Dd. communiter, *in l. antiqui d. si pars hæred. pet.* Everh. *Topic. loc. 95. ab author. n. 1.* Standum igitur in hujus loci quæstionibus, tum de genere vitii, an, aut quale sit, quo Equus affligitur: tum etiam quanto, cum veniit, ejus intuitu minoris sit, peritorum in hac arte judicio, *l. 1. ff. de Ventr. inspic. & Dd. ibid.* saltem duorum juratorum, *arg. l. semel C. de re milit.*

Si hac lege (id quod aliquando contin- 114
git) equus sit venditus, ut emtor pro uno clavo solari solvat thalerum: pro altero duos: pro tertio quatuor; pro quarto octo: pro quinto sedecim; pro sexto triginta duos & ita deinceps, in proportione dupla usque ad trigesimum secundum clavum inclusive juxta calculationem, *eines Collation-Handels*, ex regula proportionis per duplum factæ, an validus erit contractus? & dicendum jure divino & humano contractus ille prohibitus ceu impossibilis, justi pretii dimidium longe excedens, iniquus & nullus reddito equo abolendus, ut ne quidem emtor ad interesse teneatur, uti responsum ad partem in consimili apposita calculatione refert Forster. *de Domino cap. 8. n. 153.*

Conductor denique Equi non tenetur, 115
si is morbo naturali decesserit, vel etiam casu fortuito mortuus fuerit, Besold. *P. 3. Cons. 120. Da in dem Wirths-Haus in dem Stall ein Pferd von einer Natter gestochen, und vergiffiet worden.* Quamvis conductor equi mortis periculum in se suscipiat, non tamen tenetur, si decedat equus morbo naturali, Besold. *Contin. voce Pferd.*

Si quis equum pro certa mercede lo- 116
care est solitus, tunc eundem studioso ab Academia recedenti etiam invitus locare tenetur. Lauterb. *ad Tit. Locat. §. 1. n. 4.* Sed quid si talis equus sive imperitia, sive 117
infirmitate equitantis studiosi retineri non potuit, quo minus frugibus prope viam satis noceret; Numne sisti atque includi poterit, donec de damno satisfactum? Et nullus ambigo jure pignorari posse, cum affectare quisque non debet in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alii periculosam futuram, *l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Et sibi imputet, quod vitiosum Equum elegerit. *arg. l. 5. §. 6. in ff. de O. & A.* Nec obstat quod Elb. Leoninus *Cons. 36. n. 1.* tradit, in Studiosis imperitiam vel omissionem diligentiæ circa equos non puniri, quia agit de eo qui Studioso locavit equum, & sic conditionem ejus cum quo contraxit, scire debuit, nec ergo audiendus, si queratur, quod studiosus non diligenter observaverit aut curaverit Equum, atque per imperitiam ei nocuerit. *arg. l. 19. ff. de R. J.* Hinc cautelæ loco contractui lex adjicienda, ut sc. studiosus exactissimam diligentiam in se recipiat. Feldmann. *de inclus. animal. c. 11. §. 1.*

118 Si milites in hybernis sint, atque demenso publice constituto non contenti cum equis suis vel reipubl. vel privatos depascant fundos, tunc jure eorum Equi capiuntur, & includi aut alligari queunt. *arg. l. 2. C. de Pasc. publ.* Chassan. *ad Consv. Burg. Rubr. 1. §. 6.* Mev. *de Arrest. C. 8. n. 105.* Fruuntur enim milites stipendio publico, ad quod singuli cives in tributum vocantur, quare populi patrimonium non diminuere, sed tueri debent.

119 Jure Saxonico *Lib. 3. Land-Recht art. 12.* cavetur: si quis ultra constitutos dies equum vel vestimentum retinuerit, ac propterea accusetur, ipsum statim ad restitutionem, & si quidquam damni dederit, ad pretium seu æstimationem obligari. Quod si equus conduci solitus est, isque retinetur ultra tempus locationis, quamdiu non reposcitur a locatore, videtur eodem pretio denuo conductus: Dd. *ad §. 7. Instit. de obl. quæ ex delict. nasc.* Equo Imperatoris privato insidere nefas, Vopisc. *in Aurel.* quemadmodum nec in Sella Regia sedere tali licitum erat. Spartian. *in Hadrian.* Quod utrumque non in Romanis solum Imperatoribus servatum, sed & in aliis Regibus & Principibus. Hinc apud Auctorem Aruch legimus inter triginta Regis Judæorum prærogativas, quibus Regia Majestas illi asserebatur, etiam duas istas: Nemo Regis Equo vehitur; nemo ejus sella sedet. Casaub. *ad Spartian.*

120 Sumtuarias denique leges Imperatores nostri ad equos etiam & horum quidem ornamenta porrigi voluere. Itaque in Constitutione Imperii, Reformation *guter Policey de Anno 1577. tit. 14. §. 1.* modus certus impositus, in quarum postrema hæc leguntur: *Nachdem auch ein überflüßiger Unkosten in Pferd-Zeugen befunden, so soll hinfürter keiniger Zeuge über 3. Fl. werth, ausserhalb was zu der Wehr dienet, auch Meßing und gelbe Zeuge führen, er sey denn Ritter, auch kein Graf, Herr, Ritter oder Knecht, keine Zeuge von Sammet, seiden Tüchern, noch etwas von Gold oder Silber daran führen, allein hierinnen Churfürsten, Fürsten und Fürstmäßigen ausgenommen, welche Jhren Churfürstl. und Fürstl. Stand nach, für sich ihre Leib-Pferde und Diener, so sie in ihren Marställen haben, in solchen Zeugen sich halten mögen.*

Non inutile fuerit hoc loco mentionem fecisse Constitutionum Valentiniani senioris & Honorii Imperatorum, quos Theodosius in Codice suo, sub titulum, *Quibus equorum usus concessus est, aut denegatus,* collegit. In iis per Italiæ Urbicarias, & Italiæ in specie sic dictæ regiones, possessoribus omnibus atque colonis equi habendi vel equæ copia, & eorundem utendorum facultas adimitur. Hocque ea ex ratione, ut Urbicariæ regiones ab omni crimine atque assiduis abactorum rapinis, quibus inquietabantur, quietæ essent, & omnes latronum conatus conquiescerent. Jam tum enim temporis Suburbanitas a latronibus & abigeis infestabatur, ut apparet ex *C. Th. de his, qui latrones vel aliis criminibus reos occultaverint, nec non ex sequentibus duobus titulis.* Præter indolem vero gentis ad abigeatum præcipue incendebant tot armenta, quibus illæ regiones abundabant. Goth. *ad l. 1. C. Th. Quib. equor. us. conc.* Et latrociniis quidem atque abacturis patrandis opportuni maxime equi erant, tum ad irruptiones faciendas, tum ut prædam seque ipsos celerius subducerent. Nemini vero equorum usus interdicebatur, præterquam privatis possessoribus & colonis: illis cumprimis, qui indicatorum criminum præ cæteris suspecti erant. Quales ovium ac pecudum Pastores, sive ex re privata Principis, sive aliorum essent: item Suarii, actores & procuratores Senatorum *l. 2. & 3. C. Th. Quib. eq. usus concess.* Istis autem in locis equo vehi his tantummodo licebat, quos ab hujusmodi sceleris suspicione locus aut dignitas vindicaverat, uti Valentinianus Imperator constituit *in l. 3. C. Th. d. t.* Excipiebantur itaque Senatores, Honorati ii, qui Provincias administrabant, Veterani & Decuriones. 121

Pastoribus pecuariis autem cumprimis habendi equini pecoris licentiam denegavit, quod suopte ingenio (utpote a consuetudine humana magis alieni, totosque dies & annos inter pecora in agris atque sylvis transigentes) ad facinora isthæc proniores essent; & in regionibus illis magno viverent numero, nec minore infamia latrocinii & abigeatus laborarent *l. 2. & ult. C. Th. d. t.* Hinc Provinciales quoque, ob corruptos illorum mores & sceleratam vitam vetabantur, ne filios suos pastoribus nutriendos committerent. Quod edocet titulus *C. Th. Ne Pastoribus dentur filii nutriendi.* 122

Gotho-

Gothofred. *ad d. t.* Prudentissimo utique consilio, ne sub magistris tam pravis detorquerentur teneræ indoles, & elementa quasi flagitiorum statim haurirent. Suariis postea per *l. 3. C. Th. quib. equor. usus concess.* equorum usus indultus fuit, severissima tamen conditione, ut scilicet equis quidem uterentur, verum ad periculum suum pertinere cognoscerent, si quid in his regionibus sceleris esset admissum. Quod quidem privilegium plus odii quam gratiæ habet: cum ad custodiam aliorum hoc pacto adstringantur suarii, qui tamen in officiis occupati non poterant prohibendis sceleribus animum attendere. Itaque Gothofredus non immerito accusare iniquitatis videtur: nisi eo confugias, ut dicas, idcirco id fecisse Imperatorem, quo magis ipsi continerentur in officio & formidine supplicii, ne quisquam id patraret, enixius & omni sollicitudine præcaverent. Quod præstari a suariis eo facilius poterat, quo plures haud dubie & per regiones istas dissipati, mature animadvertere insidias, ac sociorum ope frangere impetum, propterea equorum subsidio fugientes persequi valebant.

123 In Aurea Bulla *c. 29.* hoc de equis sancitum legimus: dum Princeps aliquis Equo vel alteri bestiæ insidens feuda sua ab Imperatore vel rege recipit, Equus ille seu bestia, cujuscunque speciei sit, debetur superiori Mareschallo, id est, duci Saxoniæ, si præsens fuerit: Alioquin illi de Pappenheim, ejus Vice-Mareschallo, aut illo absente, Imperialis sive Regalis Curiæ Mareschallo.

Ultimo denique notandum Castratorem Equi, si ex ejus imperitia Equus non bene sectus, & inde mortuus fuerit, actione Legis Aquiliæ teneri per *l. 8. & 9. ff de L. Aquil.* Qua actione pulsatum memini Castratorem quendam, quod scilicet sævum cervinum nimis calidum vulneri infudisset, indeque equus mortuus fuisset. Ipse tamen probabat se rite officio suo functum fuisse; *Nach Bind- und Umwerffung des Thiers klammert* (1) *er die* Testiculos *vermittelst zweyer Höltzer fest zusammen,* (2) *Thäte er am Holtze her einen scharffen und richtigen Schnidt mit seinem darzu führenden Messer, was nun* (3) *an des gerissenen Füllens oder Pferde-Bauch noch bleibet, solches überführe der Wallacher mit einem glüenden Eisen, wann vorher* (4) *er in solche Wunde das beym Feuer recht warm gemachte Hirschen-Unschlitt gegossen hätte:* Accedebat quod dominus Equi, postquam septem dies Equus ægrotaverat, nullam curam adhibuerat, nec Castratori id denunciaverat. Quo probato merito erat absolvendus. 124

CAPUT XIII.

DE BOBUS, ITEM DE VACCIS FERREIS.

SUMMARIA.

1. *Sub bovis vocabulo etiam vacca intelligitur.*
2. *Boves non minus quam Equi privilegiis suis gaudent, sunt & Agricolis utiliores ipsis Equis.*
3. *Non possunt pignore capi.*
4. *Boves aratorii non debebant cursui publico adhiberi.*
5. *Uti nec ad vecturam impedimentorum bellicorum.*
6. *Ægyptii pro numine Bovem colebant.*
7. *Lege Attica prohibitum mactari Bovem.*
8. *Herculis Boves æquiparati Erycis Regno.*
9. *Centum boves in sponsalitium munus dati.*
10. *Magister bubulcorum.*
11. *Boves quomodo distinguantur?*
12. *Æstimatio bovis.*
13. *Iracundia bovis.*
14. *Contra eum, qui panno rubro Taurum in fugam egerit, datur actio in factum.*
15. *Exempla furoris Taurorum.*
16. *Boves ad armenta pertinent.*
17. *An taurus pignorari possit?*
18. *An Dominus Tauri noxæ deditione liberetur?*
19. *Bos cornupeta an redhiberi possit?*
20. *Si alicui nocuerit, quid obtineat de Jure Civili.*
21. *Quid de Jure Saxon.*

22. *Puni-*

22. *Punitur insuper qui sciens habet animal tale.*
23. *Præjudicium de hac re.*
24. *Venditor bovis morbidi pretium exigere non potest.*
25. *Appellatione Boum etiam Tauræ veniunt.*
26. *Uti & Vituli & Vitulæ.*
27. *Contractus Socidæ.*
28. *Eiserne Kühe.*
29. *Qualis hic contractus?*
30. *Cautela pro tali conductore.*
31. *Contractus, in quo paciscitur dimidia pars pecorum, improbatur.*
32. *Abigeatus Crimen quomodo hodie puniatur?*

1 BOvis Vocabulum apud Latinos
utrumque sexum notat, vaccamque
comprehendit. Liv. *L. 1. c. 7. inde*
cum actæ boves quædam, & rursus: *ibi tum*
primum bove eximia capta de grege. Quan-
quam strictius sumto vocabulo ad mares
referri soleat, sic tamen ut eo verbo bo-
vem castratum, & integrum intelligamus,
l. 43. pr. ff. de Ædil. Ed. Majorem vero
Boves in Re Oeconomica utilitatem præ-
stant, quam ipsi Equi: longe enim minori
sumtu aluntur, omnes tamen labores in
agricultura obvenientes cum iis peragun-
tur, & tandem senio confecti saginantur
& magno pretio venduntur, quod in
equis cessat: Hinc de iis in Ordinatione
Provinciali Würtenbergica *Tit. 83.* opti-
me cautum: *Damit auch das Fleisch desto*
fürderlicher und mit Nutz der armen Leu-
te erzogen werden möge, Wir aber befinden,
daß an viel Orten unsers Hertzogthums, da
vor Zeiten Zug-Ochsen gewesen, dieselben
in Abgang kommen, und an derselben Stelle
Roß gebrauchet seyn, welches eine grosse Be-
schwerde, und unsern Unterthanen hoch
nachtheilig ist, denn die Roß werden mit
grossen Kosten erhalten, und so die abgangen,
entstehet dem, der sie verleuret, nicht ein
kleiner Schade: So aber jemand einen jun-
gen Stier oder Ochsen anspannet, den vier,
fünff oder sechs Jahr fähret, wird dem ar-
men Mann seine Arbeit geschaffet, und
nichts desto weniger der Ochse je länger je
besser, und in höhern Werth, mag zulezt sein
baar Geld daraus bringen, und mit halben
Kosten einen andern erziehen oder kauffen,
da ihm sonst ein alt abgetrieben Roß wenig
oder gar nichts gelten wird; Hier nun ist
unsere ernstliche Meynung und Befehl, unse-
re Amtleute wollen sich der Roß, und wie
viel iedes Orts seyn, auch ob nicht dieselben
der End, doch Uns an der Reiß und Frohn,
so viel möglich, unnachtheilig abgestellet, und
Ochsen an ihre Statt erhalten werden möch-
ten, erkundigen, und mit Rath der Gerichte
dann handeln, und so fern an einigem Ort
Weide für die Ochsen, da die Roß gemei-
niglich, oder zum wenigsten in Anzahl zu
verbieten, wenn und wie sie das finden, Uns
eigentlich anzeigen, Bescheid darauf zu
empfahen, damit der gemeine Nutz geför-
dert, und mit der Zeit das Rind-Fleisch desto
stattlicher in unserm Hertzogthum erhalten
werden möchte. Non minus autem Bo- 2
ves, quam equi, privilegiis suis gaudent,
nec in generali obligatione veniunt Boves
aratorii *l. 76. quæ res pign.* Mozz. *de Sub-*
dist. pign. n. 29. Neque pignori capi aut 3
executioni mandari debent. *d. l. 7. l. 8.*
Auth. Agricultores. Idem cautum erat
LL. Longobardicis *21. C. 6. & 8.* Ne
quis caballos domitos, aut boves, aut vac-
cas jugo domitos pignoret sine jussione
Regis; Sanxit & Constantinus, ne boves 4
aratorii etiam deficientibus iis, qui cursui
publico destinati sunt, ab iis, qui iter fa-
ciunt, abstrahantur. *l. 1. C. Th. de Curs. Publ.*
Quod & ad vecturam bellicorum impedi- 5
mentorum & tormentorum æneorum pro-
duci potest. Ægyptii sub nomine Apis 6
pro numine bovem colebant, quos Israe-
litæ in deserto pessimo exemplo imitati
sunt. Lege Attica nefas fuit mactari bo- 7
vem, ut Ælianus *lib. 5.* auctor est. Ma-
ctatum tamen in fœdere sanciendo affir-
mat Rupert. *in Enchir. Pomp. p. 433.* Ro-
mani ut & aliæ gentes eos Diis immola-
bant. Memoriæ insuper proditum, quod 8
bovem, quem vix decem viri domarent, sa-
cerdos sola aure prehensum ad aram duxe-
rit. Mira etiam ejusdem pecoris fuisse
incensum cupiditate Erycen, Siciliæ Re-
gem, ex eo patet, quod, cum in luctæ cer-
tamen cum Hercule descendisset, hinc
Herculis boves, illinc Erycis Regnum præ-
mia victori proposita fuerunt. Dictat in- 9
super Homerica Ilias, Antenoris filium
Sphidamantem, centum boves sponsali-
tium munus socero suo dedisse. Faustu- 10
lum taceo, Regiorum bubulcorum apud
Latinos magistrum, de quo Halyc. *Antiq.*
L. 1. Ejusmodi munus etiam tempore
Regum Israelitarum non minimum fuisse
sacræ exhibent literæ. Boves autem ita 11
distinguuntur: Camuri Boves sunt, qui
conversa introrsus cornua habent, quibus
contrarii

contrarii Patuli (Plauto Patales) qui cornua diversa habent. Lævi, quorum cornua terram spectant; His contrarii Licini, qui cornua sursum versum reflexa habent. Junius Philargyrus *ad III. Georg. vers. 55.*

12 In lege Alemannorum, tempore Clotharii Regis condita, optimus bos quinque tremissibus æstimatur, qui sequitur quatuor, *tit. 78.* Tremissis autem erat tertia pars solidi, exæquans quatuor denarios; apud Romanos bos centussi æstimabatur, hoc est, triginta grossis nostratibus. De Riga Livoniæ tradit Werdenh. *de Rebuspubl. Hanseat. p. 1. c. ult.* bovem ibidem pinguem tribus thaleris, porcum sagina-
13 tum uno venire. Iracundum hoc est animal, quare nec colorem rubrum magis,
14 quam gallus Numidicus ferre potest, unde contra eum qui banno rubro taurum fugaverit, & in rabiem egerit, furti vel in factum actio datur, Senec. *Lib. 3. de Ira c. 29.* Taurum color rubicundus excitat.
15 Referebatur mihi cum Romæ essem, Papam aliquando per pratum, quod est penes Molem Adriani lectica, uti solet, rubra vectum, ibique taurum quendam eximiæ magnitudinis hoc colore irritatum in eum irruisse, cui sese ex Satellitio Helvetius quidam opposuit, & bipenni avertit bestiam, pro hoc egregio præstito officio jussus ut aliquid peteret, nihil aliud quam Barilium seu semiamphoram vini poposcit. Dn. Feldmann. *in Jur. Georg. c. 19.* refert, se Serdami in lapide sepulchrali vidisse excisam historiam mulieris in aëre parientis, ruptis visceribus ictu tauri, qui cornibus eam in sublime miserit.

16 Boves ad armenta pertinent; armenta autem sunt, quæ armis, id est humeris laborem peragunt, ut boves & Equi, *l. 89. de V. S.* Unde jumentis legatis boves non continentur, *l. 65. §. 5. de Leg. III.* Jumenta enim a jungendo dicta, quæ onera dorso ferunt, unde etiam dorsuaria dicuntur, ut muli, asini, elephantes, cameli, *l. 2. in fin. ad L. Aquil.* Armentis autem legatis boves continentur, sed non oves & capræ, quæ gregem constituunt, *d. l. 65. §. 5.* Gœdd. *ad l. 89. de V. S.* Boves tamen quandoque inter gregem numerantur, quoties plures boves a patrefamilias non ad arandum, sed pascendum emittuntur, *arg. l. 22. ff. de leg. 1.* Carpz. *Pract. Crim. P. 2. Qu. 81. n. 28.*

17 An taurus pignorari possit, si in alieno agro deprehendatur, donec de damno satisfactum, non videtur adeo expeditum. Videndum, an pauci habeant tauros, an vero plures, aut cuncti istius loci incolæ? Priori casu si gratis taurum meum sinam aliorum inire vaccas, hi illum includere nequeunt, quanquam eorum agris damnum dederit; quo pertinet istud Groningæ jactari solitum de eo, qui omnia manu agit & nihil pensi habet. It per omne veluti Drenthinus taurus: Nam in Drenthia ex ratione memorata taurus includi non potest, quod universi inde commodum sentiant, quare & incommodum æquo animo ferre debent singuli. *arg. l. 10. ff. de R. J.* Usu id etiam in quibusdam locis Thuringiæ, ut & Episcopatus Monasteriensis observatur. Non gratis, si taurus unicus cæterorum vaccas ineat, jure includi potest, nam incommodi malique aliquid interdum assit, boni si obtigit quid, ait Plautus *Amphitr. Act. 2. sc. 2.* Quando non in usum alicujus universitatis, vel civitatis, aut pagi taurum unus alterve pascit, quilibet suum taurum tunc custodire debet, licet admissarius non sit, nec lucrum inde sentiat animalis istius dominus, & si in alieno grassetur fundo, includi aut sisti poterit, quia imputare sibi quis debet, quod animal semetipsum eripiens habuerit, *arg. l. 41. l. 43. de Ædil. Edict.*

Nova hic exoritur quæstio: num hoc 18
casu noxæ deditione dominus tauri liberetur, an vero damnum tauri pretio, ubi majus fuerit, resarcire debeat? Et magis puto dati damni habendam rationem, quia tunc satisfacit noxæ dedendo animal ejus dominus, quando id commota feritate nocuit, nec inde commodum accepit, *l. 1. §. 4. ff. si quadrup. paup.* Gramen autem depastum in tauri alimentum, atque adeo in rem domini versum. Sed finge hæc aliter, ista feritas tauri non tam est commota quam naturalis, unde noxæ dedendo dominus non liberatur, *arg. d. l. 1. §. 10.* junct. *l. 40. & seq. ff. de Ædil. Edict.* Atque ita vult usus, quem penes arbitrium est, & vis & norma judicandi, *arg. l. 37. ff. de legib.* His cunctis non obstat, quod impossibilium nulla sit obligatio: nam eo ipso, quod in se recepit aut taurum alere bono universitatis, aut pecudum suarum numero eum habere voluit, professus quasi est custodiam a se præstari posse, *arg. l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Commendare ergo eum debuisset bubulco, ut cum armentis eum pasceret; aut in stabulo domi

domi suæ eum retinuisset, quod postremum facit Abbatissa Metelensis in territorio Monasteriensi, cui a vaccarum dominis, ad quorum desiderium admissarius ille taurus a carcere quoties vacca ineunda mittitur, in annos singulos ideo vehes stercoris aut fimi datur, Feldmann. *d. l.*
19 Inter vitia boum merito refertur, si sint cornupetæ, *l. 1. §. 4. si quad. paup.* ob quod vitium etiam redhiberi possunt. *l. 43. pr. de Ædil. Ed.*
20 Sed si alicui nocuerint, de Jure Civili domino convento liberum est, aut bovem pro noxa dare, aut damni æstimationem solvere: quam electionem dominus conventus non perdit ob possessionem bovis, sed solum ob scientiam. *l. 1. ff. Si quadr. pauper.* Matth. Coler. *P. 1. Dec 168.*
21 Sed de jure Saxonico aliter res se habet, ubi Dominus bovis dictam electionem statim eo ipso amittit, si post damnum datum reperiatur bovem possidere. Ideoque oportet dominum cautum esse, ne recipiat animal damno dato in suam possessionem. *Land-Recht L. 2. Art. 40.*
22 Præterea & sanctio Carolina puniri jubet eum, qui sciens animal ad nocendum proclive retinet, & sic damnum, quod occidendo animal istud præcavere potuisset, non avertit, Ord. Crim. *Art. 136.* quod ipsum in foro quoque Saxonico
23 quotidie practicatur, quale Responsum Prætori & Scabinis Freibergensibus datum refert Carpzov. *in Pract. Crim. P. 3. Q. 131. n. 22. Hat Hansen Börners Rammel-Ochs am 25. Junii frühe gegen 6. Uhr das Vieh-Mägdlein von 12. Jahren, Lorentz Franckens, eines Fleischhauers Tochter, auf der Weide erstossen und umgebracht: Da nun Hans Börner nach geschehener That solchen Ochsen mit seinem andern Viehe hinwiederum in seinen Stall treiben, und ihn allda anbinden lassen, alßo, daß er sich des Ochsens wieder angemasset, &c. So ist er den Schaden mit einem halben Wehr-Gelde, so er des entleibten Mägdleins Vater zu erlegen schuldig, zu verbüssen verpflichtet, und mag hierüber, daß er den Ochsen beyzeiten nicht abgeschaffet, ungeachtet er doch wohl gewust, daß er stössig gewesen, willkührlich entweder um vier neue Schock, oder ein vierzehen Tage lang mit Gefängniß in Straffe genommen werden, und ist hierüber die in dieser Sachen aufgewendete Unkosten auf vorhergehende Liquidation und richterliche Ermässigung zu erstatten, sowol auch den Ochsen abthun zu lassen schuldig, damit fernerer Schade verhindert werden möge; V. R. W. Mense Julio, Anno 1626.*

Unde etiam expeditum est, quod venditor bovis, qui postea mactatus & dissectus reperiatur morbidus & vitiosus, ita ut ejus caro sine periculo comedi nequeat, pretium exigere non possit, quin & solutum emtori restituere teneatur, si vitium aut morbum sciverit, Matth. Coler. *Part. 2. Dec. 228. n. 2.* At quid si morbus aut vitium venditori fuerit incognitum? Certe, nec tum ipsi pretium exigere licebit: Quia venditor tenetur redhibitoria non tantum in casu scientiæ vitii; sed etiam quando ignoravit ea, quæ ædiles jubent præstari. *l. 1. §. 1. ff. de ædil. edict.* Sicut autem morbus vel vitium hominis, quod usum ministeriumve ejus impedit, redhibitioni locum dat, *l. 1. §. 5. d. t. vers. Proinde si quid tale.* ita & jumentum sanum præstari oportet, morbidum autem & vitiosum redhiberi valet, *l. 38. §. 1. ff de Ædil. Ed.* quodque præjudicio illustrat Carpz. *P. 2. Const. 34. def. 15. Hat einer dem andern ein Rind um zehendhalb alte Schock abgekaufft; ob nun wol darbey der Gewehr halben nichts gedacht worden, da aber dennoch das verkauffte Rind, als es geschlachtet und besichtiget worden, untüchtig gewesen. So wäre der Käuffer desselben Verkäuffern zu bezahlen nicht schuldig; V. R. W.* 24

Porro appellatione *Rinder*, sive boum, quoque tauræ comprehenduntur, uti in principio indigitatum. Sic vaccas steriles dici existimabant hac de causa, quod non magis, quam tauri pariant. Festus *d. V. S. lit. T. verb. Taurus.* Nascuntur non raro in Frisiis, si uno tempore vacca diversi sexus fœtum ventre gestet, tunc enim vis generandi cuncta ita cadit in masculinum, ut sequior & debilior ea prorsus destituatur, idque ex ordine nascendi mox intelligimus; quod si enim taurus prior in lucem edatur, tunc quæ sequitur, vitula sterilis est. Sicambri & Menapii *Qveen* dicunt voce Anglicana & notante reginam, quod specie pulchra & corpore pinguedine conspicuo sunt, unde & Batavis *Muntige Köyen*, quasi *Uytmuntende.* Atque hæ reginæ quasi vaccarum censentur, quia Veneris expertes: nam & juvencas, si plus temporis ab ea abstinuerit, amplius augeri constat. Aristot. *8. Histor. animal. 7.* Hinc Vestophali aliique nonnulli populi Juvencas semel tantum enixas & vitulas grandiores 25

Stärcken

Stärcken vocant, quod grandes habeant vires.

26 Vitulas & vitulos vocabulo generali, *Rinder*, venire quis dubitet? Hoc a viridi ætate dictos ait Isidorus *12. orig. 1.* Vernaculum *Kalb*, vel *Kalf*, an a *Khalf*, quod quasi dimidiatam pecudem tunc ego habeam, id sane videtur, licet majores nostri ante nummum inventum tres vitulos pro una vacca permutabant. Nam & hodie infantes puerosque animi causa dimidiatos homines appellamus, non precium tunc spectantes, propter quod in rerum permutationibus aliud obtinebat. Non refragabor, si purum putumque dixeris, esse vernaculum verbum aut a *Kallen* tractum, hoc enim nobis cum Græcis, qui *καλεῖν* habent, est vocare. Abrah. von der Mile *L. 1. Ling Belg. c. 27. p. 37.* Hoc autem animal semper sonum ore edit, vocatque ubi solum est. Feldmann. *d. l. 1. §. 6. & 7.*

27 Referri quoque huc meretur contractus Socidæ, quando vaccæ vel alia pecora alicui locantur pro viliori mercede, sed ut conductor periculum mortis in se recipiat, quod genus bestiarum ea propter ap-
28 pellari solet *eisern Vieh, eiserne Kühe*, non enim pereunt ipsi domino, sed conductor semper ad restitutionem aliarum ejusdem
29 bonitatis & æstimationis obligatur. Contractum hunc pro societate habent haud pauci, dum Socidam Italis idem, quod societatem, esse dicunt. Læl. Zæch. *Tr. de Usur. c. 7. n. 7.* Alii contractum innominatum dicunt. Vid. Tabor. *de Jure Socidæ.* Sed nil vetat, quo minus ad locationem referamus cum pacto de recipiendo periculo. Sicut enim in immobilium conductione conductor omne periculum pacto in se recipere potest, quare
30 non idem in locatione animalium? Ne vero hic fœnus quoddam improbum delitescat, cavendum, potius merces proportionata quadantenus periculo esse debet, ne lædatur nimium conductor. Videri de hac re poterunt Rauchbar. *P. 2. Qu. 29.* Moler. *ad Const. Elect. P. 3. Const. 33.* Richter. *P. 2. Dec. 81* Tabor. *cit. loc.* Carpz. *P. 2. Const. 37. Def. 14.* Hunc contractum apud Saxones & alios hodie usitatissimum, ac usu & consuetudine approbatum esse testatur Struv. *de Admodiation. θ. 3.*

Ipse Conductor ejusmodi ferrearum vaccarum ad minimum sibi pacto prospiciat, ut in casum morbi universalis, *wenn unter dem Viehe ein allgemeines Sterben entstehen solte*, locator partem periculi recipiat, sic enim & ipse locator similem casum experiri necessum habuisset. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. Sect. 2. c. 9. §. 36.* vid. *cap. sequens. n. 46.*

Non absimilis huic contractui est ille, 31
quem hodie cives & alii nonnulli cum rusticis, vel rustici inter se contrahunt, paciscendo de dimidia parte fructuum vel pecorum pro pecunia vel frumento mutuo data, quem nostri vocant, *zum halben setzen, und das Vieh um den halben Theil zusammen setzen*, qui contractus cum non minus debitoribus rusticis sit damnosus & onerosus, creditoribus vero supra modum usurarum licitarum lucrosus, & in perniciem rusticorum & agriculturæ, atque præjudicium & damnum dominorum vergat, multasque fallacias & fraudes contineat, merito severe est prohibendus & exstirpandus, uti quoque in Duc. Megapolitano in ordinatione provinciali sub Titulo: *Von Gewerb und Handthierung der Bauern mit den Bürgern in den Städten &c.* est prohibitus hisce verbis: *Alldieweil auch etliche Bauers-Leute mit den Bürgern in Städten zu halben zu säen, und das Vieh um die Helffte zusammen zu setzen pflegen, daraus ihnen gemeiniglich Schade und Verderb erfolget, so ordnen und wollen Wir, daß hinführo keiner aus den Städten mit den Bauern, auch kein Bauer mit dem andern, ohne Vorwissen und Bewilligung eines ieden Obrigkeit, zu halben säen, und das Vieh um die Helffte zusammen setzen sollen.*

Cum etiam in his terris boves alia- 32
que animalia ex pascuis sæpius abiguntur, pauca de hoc crimine subjicere lubet. Est autem Abigeatus crimen extraordinarium, quo quis pecudes, & quidem minimum unum Elephantem, Camelum, Equum, Equam, Bovem, Vaccam, Mulum, duos vel tres asinos, porcos quatuor vel quinque, decem capras, aut oves, sive uno actu sive pluribus, studio & industria de pascuis vel armentis furando committit; Non vero præcise exigitur, ut eodem temporis momento abegerit plura pecora, v. gr. Oves, porcos, sed etiam is, qui sæpius abegerit, licet semper unum vel alterum pecus subripuerit, itaque ita abigendi studium quasi artem exercuerit, abigeus est. *l. 3. §. 2. l. 1. §. 1. ff. de Abig.* Illud requiritur in hoc crimine, ut de grege, armento, ex pascuis aut stabulo pecus abactum sit; Cæterum si quis boves aber-

aberrantes, vel equos in solitudine relictos abegerit, non est abigeus, sed fur potius. Anth. Matth. *in l. 48. ff. tit. 8. c. 1.* Pœna hujus criminis jure Rom. varia est pro modo admissi: Nonnulli ad gladium, (i. e. ex mente Hadriani quidem ad ludum gladiatorium, ex mente Justiniani autem ad ultimum supplicium gladio irrogandum, sublatis quippe ludis gladiatoriis, *l. un. C. de Gladiat. penit. toll.* Cujac. *13. Observ. 1.* Wesenb. *ad h. t. §. 18.*) ad bestias, vel in metallum damnantur, nimirum qui cum gladio abigunt, *l. 1. pr. §. 3. l. 2. h.* & effractione, *l. fin. §. 1. h. t.* Item qui majora animalia, equos vel boves, & durissime puniuntur, ubi frequentius est id genus maleficii, *l. 1. pr. h. t.* Nonnulli opere publico, relegatione, ordinis ademtione coërcentur, ut qui neque gladio abegerunt, neque majora animalia, *d. l. 1. §. 3. d. t.* Item receptores abigeorum, *l. fin. §. ult. h. t.* Struv. *ad Tit. ff. de Abig. Syntagm. J. C. §. 95. & 96.* hodie perinde ut fures puniuntur. Carpz. *in Prax. Crim. quæst. 86. n. 38.* Ubi sequens responsum Scabin. Lipſ. subnectit. *Hat M. L. in Guten bekannt und gestanden, daß er Friedrich von Haken 56. Schaafe, das Stück auf einen Thaler geachtet, von der Weyde getrieben und gestohlen, damit er denn zu Rogast in eurem Amte angetroffen, und zu Hafft gebracht worden. Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet, oder nachmals erkundigen würdet, daß solche Schaafe alle, oder doch so viel, daß sie über fünff Soliden, das seyn fünff Gülden Ungarisch des besten Goldes, austragen thäten, gewiß und in Wahrheit verlohren, und der Gefangne würde auf seinem gethanen Bekänntniß vor Gericht freywillig verharren, oder des sonsten, wie recht, überwiesen, so möchte er von wegen solcher begangenen und bekannten Stücken mit dem Strange vom Leben zum Tode gestraffet werden; V. R. W.* Ad requisitionem Quæstoris *in Beltzig, Anno 1582.* Cum hoc consentit *Pfaltzgräfische Ordnung Art. 48. Setzen, ordnen und wollen hiermit, daß ein ieglicher, so an Pferden, Kühen, Rindern und Schaafen oder Schweinen zwantzig Gülden werth, es geschehe in zweyen oder dreyen malen im Felde auf der Weyde, oder in beschlossenen Städten und Flecken, auch offnen Dörffern, fürsetzlich bey Tag oder Nacht, stehlen und abtreiben würde, daß derselbe gleich andern Dieben mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet werden solle.*

CAPUT XIV.

DE OVIBUS.

SUMMARIA.

1. *Res familiaris olim constabat agricultura & pecuaria.*
2. *Veteres ovibus præ cæteris studuere.*
3. *Utilitas ovium.*
4. *Lana præstantissimis mercibus annumerata.*
5. *Ovis vocabulo quid veniat?*
6. *Quæ oves ad fœtificandum eligendæ?*
7. *Prisca lex ad augmentum ovium spectans.*
8. *Usufructu pecorum constituto, quid obtineat?*
9. *Fundo cum pecoribus legato quid veniat?*
10. *Usu vero Ovium relicto quid ad usuarium spectet?*
11. *Ovibus legatis arietes & agni non continentur.*
12. *Ovium tamen grege legato utrumque continetur?*
13. *Ad gregem constituendum quot oves requirantur?*
14. *Ovillum pecus multis morbis obnoxium.*
15. *Sanitas ovium quomodo cognoscenda?*
16. *Servitutem pascendi habens non debet uti pascuis cum pecoribus morbosis.*
17. *Propter metum infectionis potest fieri ovium morbidarum expulsio ex Civitate.*
18. *Quod extenditur ad inhonestam mulierem.*
19. *Quomodo Lanii puniendi, qui per pascua agunt oves morbosas & earum carnes vendunt.*
20. *Nec oves scabiosas* (Schmer-Vieh) *pascere licet in locis, ubi* Rein-Vieh.
21. *Si oves scabiosæ vel pecudes morbosæ pro sanis venditæ fuerint, redhiberi possunt.*
22. *Modo emtor probet vitium fuisse ante venditionem.*

23. *Præ-*

23. *Præjudiciis hoc illustratur.*
24. *Si venditor vitium nesciverit, ad interesse non tenetur.*
25. *Si plures oves venditæ, & una sit morbosa, an omnes redhiberi possint?*
26. *Prædium ovile quid?*
27. *Ovile extruere cuilibet licet.*
28. *Nisi jure Provinciali prohibitum.*
29. *Nec de loco ad locum transferre licet.*
30. *An ex uno ovili duo possint constitui?*
31. *Si quis ultra decennium possederit ovile, in possessorio merito defenditur.*
32. *Qui per legitimum tempus mille oves pavit, postea non potest plures pascere.*
33. *Si generaliter alicui Jus pascendi concessum, possunt & illa pecora pasci, quæ tempore concessionis non adfuerunt.*
34. *Si alicui concessa potestas pascendi oves, non potest boves & vaccas pascere.*
35. *Qui habet jus pascendi ex uno ovili, in pluribus locis non potest novum ovile exstruere in alio loco.*
36. *Qui habet jus compascui, non potest omnia pecora undecunque quæsita pascere.*
37. *Dominus Civitatis vel pagi quomodo cum ovibus pascuis debeat uti?*
38. *Quomodo alii incolæ.*
39. *Lanii an possint pecudes sub proprio pastore agere, & simul quasdam sub pastore Civitatis.*
40. *Oves ad Geradam pertinent.*
41. *Ad geradam Cognatarum pertinent tantum oves, quæ uxoris fuere propriæ.*
42. *Quod intelligendum tantum de Niftelgerada Nobilium.*
43. *Ad Viduarum Nobilium Geradam non pertinent oves sub pacto retrovenditionis venditæ.*
44. *Ad Geradam pertinent non tantum oves, sed & fœtus ovium fœmininus.*
45. *Si oves ante divisionem decesserint, ad quem periculum spectet?*
46. *Oves ferreæ quæ sint?*
47. *Periculum earum solus conductor sustinet.*
48. *Electio est penes Conductorem, an oves, an vero pretium earum restituere velit?*
49. *Oves extantes locator vindicare potest.*
50. *Quæ locatio ovium sit licita?*
51. *Dispositio cratium*, der Hortenschlag, *quomodo instituenda?*
52. *Agni quando inter oves computentur?*
53. *Oves mediante lana hominibus egregium præstant usum.*
54. *Lana quomodo differat?*
55. *Quænam Lana apud veteres fuerit in pretio?*
56. *Quænam hodie æstimetur?*
57. *Ratio bonitatis Lanæ Anglicanæ redditur.*
58. *Ratione ætatis ovium lana variat.*
59. *Ad lanam bonam producendam cura ovium multum facit.*
60. *Differt & lana ratione coloris.*
61. *Lana est vel pura, vel non pura.*
62. *Item in tractatam & intractatam dividitur.*
63. *Lana percipitur per tonsuram.*
64. *Quomodo ea instituenda?*
65. *Lana inter fructus industriales refertur.*
66. *Ad optimam lanam producendam cura ovium multum facit.*
67. *Lanæ usum Minerva docuit.*
68. *Apud Romanos Matronæ lanam tractarunt.*
69. *Lanificium textrina & coactione absolvitur.*
70. *Coactilia quæ?*
71. *Ars discretoria.*
72. *Ars concretoria.*
73. *Utilitas Lanificii in Republ.*
74. *Lana cui adquiratur?*
75. *Lanificium pertinet ad specificationem.*
76. *Vestimentum an ad specificatorem, an vero dominum lanæ pertineat?*
77. *Lanam nondum detonsam emere prohibitum.*
78. *Nisi fiat justo pretio & sine fraude.*
79. *Lanam ad exteros exportari & propolium exercere prohibitum olim erat.*
80. *Nobilibus permissum lanam vendere pro lubitu.*
81. *Fraudes quæ circa venditionem lanæ occurrere solent.*
82. *Lana detonsa ad quos hæredes pertineat?*
83. *Quænam lana ad Geradam spectet?*

1 PRimævæ mortalitatis Patrumfamilias,
2 ut agricultura pecuariaque res familiaris constabat, ita ovibus præ cæteris studuere, nisi quæ de armentis aratro aptabant. Cui sententiæ præter sacras literas profanos quoque accessisse, ex Varrone discimus. Primo enim ipsa mansuetudine domantibus obnoxium pecus, mox lacte & 3
lana, cibi velaminumque indigis placuit, quibus principio frugalitatis, simplicitati sufficit,

ſuffecit, provectior poſt ſolertia utriſque pretium fecit. Nunc Caſei lactiſque abundantia non ſolum agreſtes ſaturat, ſed elegantium etiam menſas jucundis & nu-
4 meroſis dapibus exonerare cœpit. At vellere jam olim magna cura impenſa, ut & vino oleoque inſuccare, detergere, diducere Romanos non piguerit, quo cultius proveniret, antequam ovibus demeretur, & præſtantiſſimis ſemper mercibus lana accenſebatur, quod univerſum ferme genus humanum ab aëris injuria tueatur. Hinc Owen. *L. 2. Epig. 193.*

Seu caro, ſeu corium, fœtus, fimus, alea, chorda,
Lanave, lacve deeſt, omnia præſtat ovis.

5 Ovis vocabulum marem ſignificat & fœminam, quo nomine etiam agni veniunt, qui eorum fœtus ſunt. *§. 37. J. de R. D.* Sic tamen, ut bini agni unius ovis loco habeantur, etiam cui vetuſtate dentes abſunt binæ pro ſingulis. Varro *de R. R. L. 2.* Ex ovibus maſculi tantum caſtrantur, & tunc nobis *Hammel* audiunt, integri vero *Böcke*, vel *Schaaf-Böcke*, ut ab hirco diſtinguantur, appellantur. Oves Bartholo dicuntur animalia minuta *in l. 3. Oves. ff. de Abig.* & veniunt appellatione pecorum. *l. 2. ff. §. fin. ff. ad L. Aquil. §. 1. Inſt. de L. Aquil. l. 12. §. 2. ff. de uſu & habit.* Nec obſtat *§. 4. Inſt. de uſu & habit.* ubi oves a pecoribus diſtingui videntur in verbis pecorum vel ovium; Etenim res erit clara ſi (omiſſa correctione Cujacii, qui pro vel legi vult veluti) ſtatuamus cum Joh. Thomæ *de Nox. animal. C. 12. n. 35.* particulam vel non diſtinguere oves & pecora tanquam res ſpecie diverſas, ſed legatum uſus ovium a legato uſus pecorum, ſeu eſſe notam novi exempli ſive caſus; Aliud enim eſt legatum ovium, aliud autem pecorum. Cæterum inter ſe differunt oves & grex ovium; hoc amplius, illud ſtrictius eſt interpretandum, veluti ovium grege legato cujusvis generis oves continentur. *arg. l. 79. ff. de Leg. III.* Paul. *lib. 3. Sent. Tit. 6.* Quemadmodum quoque Germanica vox *Schaafnöſſer* eſt generalis, & complectitur ſub ſe *alte Hammel, Zeit-Hammel, Kälber, Jährlinge,* qui tamen omnes excluduntur per vocabulum *Schaafe*, uti pronunciarunt in Curia Provinciali Saxon. *in Term. Ægid. Anno 1622.* Præterea agni ovium appellatione non veniunt, quod enim ſtatutum eſt de his, in illis locum non habet per *l. ſervis legatis. §. ovibus. ff. de Leg. III.* ibique Gloſſ. Hoc tamen hodie minus obſervari, ſed Geradæ plenæ cum ovibus fœminini generis ejusdem quoque generis agnus adjudicari teſtatur Matth. Weſenb. *Conſ. 349. n. 5.* Oves decem conſtituere gregem patet *ex l. fin. ff. de Abig. §. 18. Inſt. de R. D.* Alex. *in l. Prætor. de vi bonor. raptor.* Inde quæſtio oritur, an grege ovium legato, ſi totus deinde grex ad unam perveniat, illa una debeatur? Dubitandi anſam præbet, quod grex legatus ſit, qui in una ove conſiſtere nequit; unde videtur illa non deberi, cum interitu rei legatum ipſum extinguatur. *l. 22. de Leg. 1. l. 3 ff. de Abig.* Sed reſpondetur per *§. Si grex legatus. Inſtit. de Legat.* quod Legatum univerſitatis ſive auctum ſive diminutum fuerit, ſive ante ſive poſt mortem teſtatoris, ad legatarium pertineat. Unde legatum gregis non extinguitur, ſi perveniat ad unum tantum caput, *l. 22. ff. de legat. 1.* ſed illam unam ovem, quæ reliqua eſt, legatarius petere poteſt actione in rem, cum legato grege, & ſic quodam toto ſingulæ quoque ejus partes legatæ cenſeantur, argumento a toto ad partes ducto. Videatur Schneidwin. *ad d. §. Si grex legatus. Inſtit. de Legat.* Illud autem procedit ſaltem in legato proprietatis, non vero uſusfructus; Namque uſufructu gregis legato atque ita deminuto, ut grex amplius dici nequeat, uſusfructus quoque extinguitur. *l. fin. ff. quib. mod. uſusfr. extingu.* ex hac ratione, quod uſusfructus ſit jus in corpore, quo ſublato & iſtud perire neceſſe eſt. *l. 2. ff. de uſufr.* Ludwell. *ad §. 18. Inſtit. de legat.* Conf. Chriſtoph. Phil. Richter. *Tr. de Signif. Adverb. voc. gregatim.* Cum uſusfructus non ita amplius ſit gregis uti proprietas, quæ ſingulis rebus quaſi inhæret, juxta Dn. Struv. *in notis ad Tract. Anton. Matth. de ſucceſſionibus cap. 9. th. 13.* Idem quoque dicitur grex, licet per ſubſtitutionem aliarum pecudum totus poſtmodum renovetur. *l. 13. pr. ff. de pignorib.* Grex enim ipſe ſubſtantiam non mutat, quod ſubſtituta ei alia ſint capita. *l. 76. ff. de judic. & l. 22. ff. de leg. 1.* Non abs re hic quoque notandum eſſe exiſtimo, quod ſi quis dixerit: Dono tibi gregem meum, aliena etiam capita, quæ ſunt ex numero gregis, contineri, quia nomen gregis eſt univerſale, *l. grege autem legato. ff. de Leg. II.* & diſpoſitio univerſalis per dictionem Meum non reſtringitur. *l. Marcellus. ff. de R. V.* Quæ res tamen aliter

sese habet in dispositione generali, quia illa restringitur; veluti si quis dixerit: Dono omnes servos meos, tunc ii, qui non sunt donatoris, in donatione non continentur. *l. servos. de Leg. III.* vid. Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. Part. 2. Lib. 13. Tit. 23. n. 29.* Dn. Struv. *dissert. de Jur. Ovium. sect. 1. §. 3. & 4.*

6 Respiciendum autem est Patrisfamilias, ut ad fœtificandum meliores oves sibi eligat, juxta illud Horatii:

Fortes creantur fortibus & bonis.

Quales commendat oves Veronicas ob lanam optimam Cæpoll. *L. 2. de Servit. c. 9. n. 19.* qua de causa apud nos æstimantur Misniacæ & Rhenanæ, laudantur etiam oves Africæ & Campaniæ, quod bis quotannis pariant. Camer. *1. Medit. 5.*

7 Ut grex quoque conservaretur & augeretur, prisca lege statutum, ne e grege centum capita habente intonsam & nondum effœtam mactarent. Athæn. *L. 9. c. 5.* Eoque pertinet proverbium Tiberii Cæsaris apud Suet. *c. 22.* Boni Pastoris est tondere pecus, non deglubere. Semperque novi fœtus substituendi ad conservandam diuturnitatem gregis. *arg. l. 220. ff. de V. S.*

8 Idem observandum fere, si ususfructus pecorum alteri constituatur, proprietate penes Dominum manente, *§. 2. J. de Usufr.* Fœtus equidem pecorum ad usufructuarium pertinet, *l. 70. in pr. & §. 1. de usufr.* qui etiam finito usufructu nihil amplius restituit, quam accepit, *l. 62. in fin. l. 68. de Usufr.* Quid autem, si durante usufructu moriatur pecus, cujus id damnum erit? Inspiciendum quid actum sit, quia pacta dant legem contractui. *l. 1. depos.* Aut enim singulorum pecorum ususfructus constitutus est, aut certi alicujus gregis. Si illud, tunc, si quidem æstimato datum est pecus, eo mortuo pretium æstimatum ab usufructuario solvendum erit, *d. §. 2. ibi: si moriatur. Inst. de usufr.* quia æstimatio transfert periculum in accipientem. *l. 3. pro empt. l. 7. de publ. in rem. l. 1. §. 1. de æstim. act.* Sin minus, perit pecus suo Domino, ad quem etiam caro & corium mortui pecoris pertinet, *l. 30. quib. mod. usufr.* si modo casus fortuitus absque culpa fructuarii contigit, Treut. *1. d. 15. th. 11. in fin.* neque per famem aut inediam interiit: Eoque casu non tenetur fructuarius ex partu quicquam substituere. *l. 70. §. 3. de usufr.* At si gregis ususfructus constitutus sit, is finito usufructu eodem numero restituendus, quo datus est. *d. l. 62. l. 68. de usufr.* Licet enim incrementa pecorum augeant gregem. *l. 22. de Leg. 1.* Itaque agni ovium loco habentur, cum ad tonsuram venerint. *l. 60. in pr. de leg. 3. l. 65. §. 4. eod.* Si fundus cum instrumentis seu pecoribus legatus, & fundus possit sustinere suo gramine tantum mille oves; testator autem comparavit duo millia ovium: hæc legato cessura cum Labeone Jabolenus *in l. 2. pr. de instr. vel instrum. leg.* Nec enim quærendum est, quid debuisset parari pecoris instrumenti fundi causa, sed quid paratum esset. *d. l. 25. pr.* Barth. *in leg. cum quæretur. §. lana de Leg. III.* Cum instrumentum omne legatum esset excepto pecore vel ovibus, etiam pastores, opiliones, ovilia quoque legato non continentur per *d. l. 25. §. 2. de instr. vel instruct. leg.* 9

Pecorum vel ovium usu legato neque lacte, neque agnis, neque lana utetur usuarius. *§. 4. Inst. de usu & habit.* Modicus 10
tamen lactis usus conceditur, neque enim tam stricte interpretandæ sunt voluntates defunctorum. *l. 12. §. 2. de usu & habit.* Bald. *in hunc text.* Seb. Medic. *Tractat. de acquir. possess. n. 183. seq.* Usuarius igitur ad stercorandum agrum suum pecoribus duntaxat uti potest. Cum enim lac, lana & agni ad fructus pertineant, qui non competunt usuario, & nihil restet utilitatis quam stercoratio, ideo solum hæc usuario relinquitur. Faber. *Ration. ad d. text.*

Ovibus legatis agni arietesque non con- 11
tinentur. Ovium vero grege legato 12
utrumque continetur. Paul. *Lib. 3. Sent. tit. 6. §. 74.* Grex autem continet mul- 13
titudinem pecorum in unum collectorum, *l. 70. §. 3. de Usufr.* ad quem in ovibus ad minimum decem requirunt. *l. ult de Abig.*
Ovillum pecus mollissimum esse, & ovem 14
& hominem iisdem fere totidemque tentari morbis, communis testatur experientia, quorum plurimi enumerantur, pestis nempe, febris, morbus comitialis, rabies, asthma, tussis, Dyspnœa, lienis affectus, profluvium ventris, argema, strumæ, tumor ventris, mentigo, sacer ignis, scabies &c.
Et Petrus Crescentiensis illarum sanitatem 15
certis cognosci signis docuit; Namque si aperiantur earum oculi, & venæ sint rubicundæ & subtiles, sanas easdem esse ait; Insanas vero sin albæ vel rubicundæ & crassæ simul apparuerint.

Hinc

16 Hinc observatu dignum est: eum, qui servitutem pascendi habet, non debere uti pascuis cum pecoribus morbosis: ne & alia pecora contagione morbosi pecoris pereant, *arg. l. 13. pr. ubi* Dd. *ff. de action empt.* Carpz. *P. 2. C. 41. D. 8.* Quo spectat elegans distichon:

Morbida facta pecus totum corrumpit ovile:
Ne maculet socias, est separanda grege.

Unde & beatus Hieronymus scribit: Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ovis a caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrefiant, intereant, *Canon. resecandæ 16. caus. 24. quæst. 3.* Eodem facit textus *in can. penult. vers. sicut ex una ove morbida &c. distinct. 45. in l. 2. pr. c. de summa Trinit. l. Julianus pr. cum ibi not. ff.*
17 *de act. emt.* Et Barth. Cæpolla *Tr. de Servit. Rustic. Præd. per authentic. furfur. quod præstitum ab his, in fin.* dicit, quod, ubicunque sit hujusmodi infectionis timor, possit illarum ovium fieri expulsio
18 etiam de Civitate. Hinc quoque infert, quod si aliqua inhonesta mulier veniat in viciniam, possint vicini ipsam expellere, quod idem de Leprosis &c. monet Gloss. *in cap. 1. vers. expellam de usuris in 6to.* jung. eund. Cæpoll. *in l. Ædiles §. Prædius ff. de Ædil. Edict.*

19 Exinde Lanii, qui studio per pascua agunt oves morbosas, earumque carnes vendunt, atque ita non modo pascua corrumpunt, sed & homines contagionis gravant timore, pro circumstantiis usque ad relegationem puniri possunt, prout Scabini Jenens. responderunt: *Haben vor abgewichenen 14. Tagen sich zween Metzger zu L. B. G. V. H. W. freventlicher Weise in andere Herrschafften Bocklichte (oder gantz Frantzösische) Schaafe eingekaufft, damit des Wohlgebohrnen Herrn Heinrichen des Jüngern, und der Zeit ältesten Reussen Herrn von Plauen &c. Vieh und Schafftrifften übertrieben, auch gemeldte untüchtige Schaafe nach L. gebracht, daselbst solche geschlachtet, und das Fleisch unbeschauet unter die Bürger verkaufft, denen es ietziger Zeit, so dasselbe verspeiset, einen grossen Eckel und Widerwillen bringet. Ob nun wol gedachter H. W. darmit sich entschuldiget, daßer auf dem Felde das dickköpffigte Schaaf erschlagen wollen, B G. aber ihm gewehret, mit Vorwenden, daß er in willens, die Schaafe Abends, daß es niemand gewahr würde, in die Stadt zu bringen: Und daß derselbe auf der Herrn Reussen einem Vorwerck den Weg auf Neuendorff, und hernach durchs Kohsala übers Gehäge in Thier-Garten die Schaafe getrieben, geweidet, und Abends in die Stadt gebracht, auch das eine unreine Schaaf mit dem dick zerschwollenen Kopffe schon gestochen gehabt, ehe er des andern Tages frühe zu ihm kommen. Demnach dieweil er die andern 5. Schaafe geschlachtet und ausgearbeitet, auch an den Beinen befunden, daß sie unrein, welches Fleisch gleichwol, wie vom ersten, iedes Pfund vor 6. Pf. verkaufft worden, und er den Gewinn von berührten 6. Schaafen zur Helffte bekommen, alles nach mehrern Jnhalt beydes der absonderlichen Verhör und Confrontation; So sind beyde verhaffte Metzger über das ausgestandene Gefängniß noch ferner straffbar, und nicht allein die an Urtheil-Gelde, Bothen-Lohn und dergleichen verursachte Unkosten zu erstetzen schuldig; Sondern es ist auch B. G. mit Verweisung auf N. Jahr, oder 40. Reichs-Thaler Geld-Busse zu milden Sachen anzuwenden, willkührlich zu belegen; V. R. W.* Pariter Facultas Juridica Wittebergensis pœnam carceris dictavit lanioni oves variolis infectas, *Böckigte Schaafe*, mactanti & carnes earum vendenti. P. P. *Daß Hans Schwartzburger wegen seiner Begünstigung 14. Tage lang mit Gefängniß oder um zwey neue Schock zu bestraffen, sowol die verursachte Unkosten zu erstatten schuldig, er könte und wolte denn, nach vorhergehender scharffer Verwarnung, von der schweren Straffe des Meineydes, vermittelst Eydes sich reinigen, und daß die in der Woche vor Martini 1690. bey Gottfried Krahm zu Wolckwitz geschlachtete und in Leipzig verkauffte 26. Schafe nicht Böckigt gewesen, oder wenigstens er Schwartzburger damals, als er die Schaafe geschlachtet, und das Fleisch davon verkauffet, solches nicht gewust, schwören, so ist er mit der zuerkannten Straffe zwar zu verschonen, nichts destoweniger aber die verursachten Unkosten zu erstatten verbunden,* die *15. Junii 1691.*

Idem dicendum venit de ovibus scabiosis, *Schmier-Vieh*, quas in locis, ubi *rein Vieh*, pascere non licet. *Ord. Polit.* Mechlinb. 20
p. 153. ubi dicitur: *Weiln eine gemeine Klage ist, daß etliche auf dem Lande Schmier- und unreine Schaafe halten, dadurch die Trifft und Weide also vergifftet und beschmeist, und daß solches ie länger ie weiter, von einem Ort auf den andern kommt, und der Nachbarn gesunde Schaafe durch die*

die unsaubern untüchtig gemacht werden. Als befehlen Wir gnädig, es wolle ein ieder, der ietzo Schmier-Schaafe hält, selber bedencken, daß es dem gemeinen Nutzen zuträglicher, daß reine und nicht Schmier-Schaafe gehalten werden, dieweil die Wolle von denselben nicht so gut, als von den reinen Schaafen, das Fleisch auch unsauber und ungesund, und die Schmier-Schaafe ihrer Kranckheit halber nicht so lange stehen sollen als die andern, und derowegen zum förderlichsten die hinweg thun und abschaffen. In Pomerania si pastor habet oves scabiosas, & per has vicinis damnum sit illatum, amissione earum punitur. *Königl. Pommerische renovirte Schäfer-Ordnung.* Imo

21 si ejusmodi oves scabiosæ aut jecoris morbosi pro sanis venditæ fuerint, redhiberi possunt, *l. 38. §. 5. ff. de Ædil. Ed.* Quotiescunque enim in materia vel in qualitatibus rei erratur, emtor ad redhibendum, & quandoque ad interesse agere potest contra venditorem, qui cum sciret vel scire deberet, non ex ea materia, vel non ejus qualitatis rem esse, Struv. *S. J. C. Exerc. XXII. th. 10. per l. 45. l. 57. ff. de contrah. emt. & l. 21. pr. §. 2. ff. de act. emt.* hinc & tenetur omnino venditor actione redhibitoria ad restitutionem pretii, si oves vendiderit vitiosas, v. g. scabiosas aut jecoris morbosi, (*räudige oder faule Schaafe*) Joh. Wilhelm Rœvenstrunck *Meditat. ædilit. Lib. 1. c. 1. n. 10.* etiamsi venditor ignoras-

22 set vitium. Ut autem obtineat emtor, necesse est ut probet vitium vel morbum fuisse in re ante contractam venditionem, Gomez. *Tom. 2. c. 2. variar. Resol. n. 49. Col. 1. pr.* Hæc vero probatio haud aliter fieri potest, quam accedente opilionis judicio; Tunc enim tempus contractus inspiciendum, & postea quanto tempore animal vitio aliquo seu morbo laborare possit, donec ex eo moriatur, judicandum. Et hoc ita factum est in caussa *H. St. und H. K.* ubi emtor contra venditorem probavit oves ante contractum fuisse vitiosas, testantibus tribus opilionibus, & primo quidem: *Ehe und zuvor die Schaafe stürben, müsten sie die Fäule zum wenigsten 14. oder 15. Wochen bey sich tragen.* Altero autem ita: *zwischen* Johannis *und* Bartholomæi *haben sie die Fäule gefressen, und das wuste er als ein Schäfer aus der Erfahrung.* Et tertio denique: *Ein Viertel-Jahr zum wenigsten müsten die Schaafe die Fäule in ihrem Leibe tragen, ehe sie stürben.* Quibus tandem accessit servi cujusdam opilionis testimonium, hoc asserentis: *Ein Schaaf könne 21. Wochen die Fäule wohl tragen, ehe man es an ihm spühren könne.*

Hunc itaque in modum, ab emtore pro- 23
batione facta, Dn. JCti Giessenses pro eo, & quidem ita pronunciarunt: *In Con- und Reconvention-Sachen H. St. Klägers und Nachbeklagten an einem, entgegen, und wider H. K. Vorbeklagten, und Nachklägern am andern Theil, wird hiermit vor Recht erkannt, daß erstlich* in puncto conventionis *Nachbeklagter die noch lebende und übrige Schaafe, zusamt dero abgestorbenen Fellen, wiederum anzunehmen, und den Vorklägern die ihme ausgezahlte funfzig Spanische Thaler zusamt darvon gebührenden Interesse, wie auch alle durch die verkauften Schaafe verursachten Kosten und Schaden, also viel dessen kan liquidiret werden, zu erstatten, zu verdammen sey, also denn Vorbeklagter und Nachkläger hiermit absolviret und entlediget, Vorkläger und Nachbeklagter zu deme, wie vorstehet, schuldig hiermit erkläret und verdammet wird, die aufgelauffenen Gerichts-Kosten aber werden aus hierzu bewegenden Ursachen gegen einander compensiret und verglichen; V. R. W.*

In eadem caussa Marpurgenses transmissis postea ad eosdem actis Giessensibus fuere contrarii, & emtori hoc onus probandi, quod venditor sibi oves pro sanis ac obdurantibus vendiderit, (*er habe sie ihme vor Halt- und Wehr-Vieh verkaufft*) sequenti modo adjudicantes: *Als ihr uns die in eurer Sachen wider H. K. Z. L. aus Fürstl. Hessischer Cantzeley zu Darmstadt etlicher verfaulten Schaafe und Hämmel halben ergangenen* Acta *und Gerichts-Handelung zugeschickt, und euch der Rechte darüber zu belehren gebeten habt, so haben wir demnach dieselben mit Fleiß verlesen und erwogen, geruhen darauf vor Recht, daß gedachter H. K. nochmals, wie Recht, zu beweisen schuldig sey, daß ihr ihme das Schaaf-Viehe vor Halt- und Wehr-Viehe verkaufft habt, und woferne er solches nicht thun könte, und würde er, H. K. euch das bishero vorenthaltene Kauff-Geld, wie auch davon von Zeit an Verzugs gebührendes Interesse zu bezahlen, durch Urthel und Recht zu verdammen, uns ihr von seiner gegen euch angestellten Reconvention-Klage zu absolviren und zu erledigen seyd, da er aber solches beweisen könte und würde, so wäre er von der gegen ihn angestellten Convention-Klage zu entbinden, und ihr wäret ihm alle verursachte Kosten und Schäden zu erstatten anzuweisen; V. R. W.*

Sed ab hac Marpurgensium sententia recte discesserunt Dn. JCti Jenenses, ad Consultat. *H. St. M. Decembr. Anno 1618.* Giessensium opinionem hoc modo confirmantes: *Als ihr uns die* Acta primæ instantiæ *samt dem* Appellation-Libell *in Sachen euch Appellanten an einem, wider H. K. Z. L. Appellanten andern Theils, zugeschickte Acten U. E. der R. Z. B. Geb. Demnach erachten wir solchen gemäß in den Rechten gegründet. Wenn gleich eure 200. Hammel und Schaaf-Vieh H. K. um Martini 1617. gekaufft, und bey solcher Handlung vor Halt- und Wehr-Viehe, das da rein sey und nicht faul, sondern sich halte und wehre, daß man sich des Hinfallens nicht zu befahren, keine Wehnung geschehen. Demnach dieweil bewiesen, daß, ehe vier Wochen nach geschlossenem Kauffe verflossen, allbereit eure Stücke angefangen an der Fäule hinzufallen, welchen Mangel der Käuffer bey dem Contrahiren nicht spüren können, und die abgehörten Schäfer eydlich berichtet, daß die abgestorbenen Stücke die Fäulung bey sich getragen, ehe H. K. dieselben gekaufft, so ist in voriger Instantz wohl gesprochen, und habt ihr* in prosecutione appellationis, *wann nicht das Gegentheil bewiesen wird, eines bessern Urtheils euch nicht zu versehen; V. R. W.*

24 Supra monitum est, ad interesse etiam quandoque teneri venditorem, & hoc ita se habet, si sciverit rem venditam esse vitiosam; Sin vero in justa fuerit ignorantia venditor, rei nomine, non ratione interesse tenetur, *l. 45. ff. de contrah. emt.* ut scilicet rescissa emtione ipse solum pretium restituat, ipsique res reddatur, vid. Dn. Struv. *Exercit. XXIII. th. 10.* Probandum autem ab emtore erit, venditorem scivisse tale vitium, uti Borgn. Cavalcan. *P. 2. Dec. 7. n. 12. seqq.* cum ibi citatis existimat. Et hoc probato, tenetur venditor omnia damna, expensas & interesse reficere, Plot. *in l. 9. n. 551. verf. vasa. C. unde vi.*

25 Adjicere hic libet quæstionem: An, si pluribus ovibus venditis, una solum earum sit morbosa, omnes reliquæ redhiberi possint? Affirm. emtor enim non tenetur reliquas non morbosas retinere pro rata pretii, *arg. l. 34. l. 38. §. ult. & l. 64. §. 1. ff. de ædil. edict.* junge Bald. *in l. 4. C. de ædil. action. Col. 2. verf. sed pone.* Nec quicquam nos movet, quod Paris *Conf. 64. n. 69. Vol. 1.* adducat dictas leges in contrarium, Dn. Struv. *d. differt. de Jur. Ovium. Sect. 2. c. 1.*

Prædium ovile vero dicitur, *eine Schäferey.* Hoc autem quid importet, optime explicat Paul. Matth. Wehner. *in Pract. Observ. p. 583.* in verbis: *Eine Schäferey heist nicht allein eine Scheure oder Stallung, darein die Schaafe gestellet werden, sondern es wird das alles Scheuren, Stall, Schaafe, Wiesen und Weyde, damit die Schaafe müssen unterhalten werden, mit einem Worte eine Schäferey genennet.* 26

Quamvis vero jure communi cuivis licitum sit in fundo suo aliquid extruere, & rem sive conditionem suam etiam cum alterius detrimento facere meliorem, *l. 24. §. fin. & l. 26. ff. de damn. infect.* (cujus tamen rei vide limitationes apud Hieron. Scharff. *Cent. 3. Consil. 16. n. 3. &* Gail. *Lib. 2. Obs. 69.*) Indeque omnino sequatur, quod in extructione ovilis idem obtineat, nec prohibeatur quis tantum alere ovium numerum, quantum ipsi lubeat, uti hoc confirmatum est Responsis Lips. & Wittebergensium, quæ exhibet Georg. Beat. *in publ. sent. defin. Saxon. in Casib. variis Tit. 27.* Juribus tamen Provincialibus multorum locorum id minime licitum, sed quod extructionem ovilis attinet, eadem nemini, nisi ex antiqua consuetudine jus tale docere possit, conceditur; nec etiam domino loci, nisi sibi ab initio nascentis regni sive territorii, quando facta est inter se & universitatem terminorum divisio, hoc reservarit, uti tradit Sesse *Dec. 74. n. 29.* Id quoque de Jure Saxonico testantur Coler. *P. 1. Dec. 218.* Carpzov. *P. 2. Dec. 206. n. 11.* Berl. *P. 2. Conclus. 49. n. 12.* Idem obtinere tradit in Ducatu Würtenbergico Christophorus Besold. *in Commentar. über die Fürstl. Würtenberg. Landes-Ordn. Tit. von Weid- und Schaaf-Ordn. n. 2.* Et de Marchia Brandenburgensi Joach. Scheplitz. *ad Consuetud. Brandenb. Part. IV. Tit. 20. §. 1.* Neque ibidem ovilia ex urbibus & pagis in alium commodiorem locum sine consensu vicini transferre licitum est, uti *c. l.* per hunc expressum textum constat: *Obwol zu Recht versehen, daß ein ieder, welcher eine Schäferey-Gerechtigkeit an einem Orte hat, es sey in einer Stadt oder Dorffe, Macht habe, dieselbe aus der Stadt oder Dorffe seiner Gelegenheit nach aufzubauen, und zu transferiren: So wird doch solches Inhalt einer sonderlichen Bewilligung auf dem Lande in der Marck Brandenburg nicht gehalten, und*

27 (margin: 27 at "Quamvis"; 28 at "Juribus tamen Provincialibus"; 29 at "Neque ibidem")

und muß keiner von Adel eine Schäferey aus der Stadt oder Dorffe an einen andern und gelegenern Ort im Holtze vor der Stadt oder ausserhalb des Dorffes ohne Bewilligung seiner Benachbarten aufbauen und transferiren.

Sic quoque in Bavaria illi, qui prædia ovilia jam antiquitus possederunt, sub privatione juris pascendi, vel pro qualitate delicti sub graviori pœna majorem gregem in sylvis & agris quam ab hominum memoria pascere consueverunt, nec pascere, nec nova ovilia constituere valent. vid. Jus Forest. Rom. Bavar. *Art. 35.* Verba autem illa antiquitus & ab hominum memoria ex Wehn. *in suis observ. ad verb. Alters, von Alters,* ad minimum de 40. vel 50. annis accipienda esse refert Sebast. Khraiser. *ad c. l. Jur. For.* junct. Meichsn. *in Dec. Cam. T. 2. P. 2. Dec. 4. n. 8.*

30 Sed quæritur: quid juris, si duo fratres Nobiles in pago quodam possideant ovilia, & deinceps horum unus moriatur relictis filiis duobus vel pluribus, quorum quilibet deinde ovilis illius particeps esse vult, an cuilibet proprium ovile & singularem pastorem alere licitum est? Casum hunc ita decisum esse: *Daß die Brüder entweder die Schäferey müssen gemein haben, und die Nutzung theilen, oder sie müsten einem allein die Schäferey gönnen, und darum kavelen:* Nec hoc concedi, *daß ieder Brüder wolle seinen Antheil Schaafe sonderlich hüten lassen, oder darauf einen eigenen Kost-Knecht oder Pacht-Schäfer halten, denn auf solchen Fall würden viel Schäfer und Hirten,* testatur Scheplitz. *d. t.*

31 Quid vero, si quis in suo fundo exstruxisset ovile, idque ultra decennium absque ullius contradictione possederit, num postmodum vicini hoc impugnare possunt? Ad hanc facti speciem Responsa diversa JCtorum exhibet Joach. Schepl. *c. l.* Nimirum Francofurtensium. *Seyd ihr eurem Bericht nach über 10. Jahr lang in geruhigem Besitz der Schäferey gewesen, so werdet ihr bey solchem Besitz so lange erhalten, bis euer Vetter* in petitorio *euch daraus durchs Recht entsetzete; V. R. W.* Et Brandenburg. *Ist N. auf den zu N. gelegenen Æckern und Feldern zwey Schäfereyen zu halten befugt gewesen, da er denn solche Lehn-Gerechtigkeit zum halben Theil auf euch vererbet, und ihr eine Schäferey zu eurer, mit Wissen und Duldung eures Vettern N. aufbauen lassen, und 15 Jahr über im geruhigen Besitz gehabt, so ist gemeldter euer Vetter euch darüber Jntracht zu thun nicht befugt; V. R. W.* Illud porro indubitati juris

32 est, quod is, cui servitus pascendi oves competit, ea ita uti debeat, prout in constitutione servitutis conventum, seu servitus illa præscripta est, *arg. l. 1. §. 6. ff. depos. l. 11 §. 1. ff. de Serv. Præd. Urb.* Ex quo infertur, si quis per legitimum tempus ad præscriptionem necessarium in alieno fundo mille oves pavit, & non ultra, licet postea grex ille crescat & augeatur, quod plures oves quam mille ibi pascere non possit, *l. 1 § 18. ff. de aqua quot. æst.* ibique Brunn. *n. 13.* idque per regulam vulgarem, qua dicitur tantum præscriptum censeri, quantum fuit possessum, *arg. l. 1. §. 4. ff. de Itin. actuque priv.* Berl. *p. 2. Concl. 49. n. 10.* Mev. *P. 7. Dec. 119.* Cuivis enim bono patrisfamilias cognitum est, quod agris & pascuis longe gravior pastus sit ovium quam aliorum pecorum, Mev. *P. 8. Dec. 275. n. 8.* Quid autem juris, si alicui ab 33
alio jus pascendi oves fundo generaliter conceditur sine determinatione certæ quantitatis, possuntne & illa pecora, quæ tempore concessionis non adfuerunt, ibidem pasci? Hoc licitum esse ob generalitatem verborum, statuit Brunn. *Cent. 5. Dec. 100. n. 2. propter l. 39. ff. de Pact.* secundum quam pacta obscura contra eos explicanda sunt, qui mentem suam clarius exprimere potuerunt; Et concessum in genere recipit augmentum & diminutionem.

Deinde si quis alicui potestatem conces- 34
sit pascendi oves, quod is etiam in illo genere uti debeat servitute pascendi, non in alio, adeoque boves & vaccas pascere nequeat, Dither. *in Cont. Besold. voc. Hirten.* Cæpoll. *de Serv. Rust. præd. c. 9. n. 17.*

Ulterius infertur: quod is, qui jus pa- 35
scendi ex uno ovili in pluribus locis aut pagis habet, non possit novum ovile extruere in illo loco, ubi antea nullum fuit, Col. *P. 1. Dec. 218. n. 1.* Si tamen servitus pascendi generaliter & simpliciter constituta, vel præscripta fuerit: tunc ea cum omni pecore cujuscunque generis usurpari & exerceri potest, *l. 13. ff. de Servit. Urb. Præd. l. 13. §. ult. ff. de Servit. præd. rust.*

An autem is, qui habet jus compascuo- 36
rum, tantum pecoris in fundum alterius pellere potest quantum libet, quæstionis est? Et videtur dicendum, quod non possit: Quatenus enim jus compascuorum prædio debetur, eatenus eodem uti potest, nec licet ipsi omnia pecora undecunque quæsita pascere in communibus agris, sed quæ ad prædium illud, cujus intuitu habet, pertinent, *welches er in seinem Guthe ausfüttern oder auswintern kan,* Mev. *P. 5. D. 251.*
Idem quoque dicendum de communibus 37

pascuis civitatum & pagorum, iis enim Dominus secundum quosdam, licet jurisdictionem habeat, non aliter uti potest, quam uti alius incola, Wehner. *in Obs. Pract. verb. Weydgang.* §. *unde & Dominus.* Brunnem. *ad l. 17. ff. de S. R. P. n. 4.* Frid. Müller. *in Pract. Civ. March. Ref. 116. n. 6.* Et quamvis pascuis uti possit, si ut habitator & incola illius loci spectetur (*wann einer von Adel in seinem Dorffe wohnet, oder daselbst ein Schloß hat*) moderate tamen uti debet pecudum numero pro arbitrio boni viri, & juxta territorii pascuorumque qualitatem, ne subditi vel vicini hac in re lædantur. Tusch. *Pract. Concl. lit. P.* Berl. *P. 2. Conclus. 49. n. 12.* Et quamvis sint, qui hac in re dominis multum concedant ob jurisdictionem, tamen cum Manzio. *Qu. Pal. 14.* recte statuimus, eundem exinde nullum habere dominium in pascuis illius territorii, in quo jurisdictione utitur; cum pascua publica regulariter sint communitatum, non vero Dominorum Jurisdictionem habentium, Covarr. *Pract. qu. c. 37.* & insuper argumentum a jurisdictione ad proprietatem non valeat, nec ei, qui proprietatem habet, competat etiam jus pascendi, Keller. *de offic. jurid. Pol. L. 2. c. 15.* Mynsing. *Resp. 11. n. 18. Dec. 4.* & Wehn. *Pr. Obs. verb. Weydgang.* Hinc notanter dicitur *in der Würtenb. Landes-Ordn. in const. Nov. 10. §. 5. Daß Jhre Fürstl. Durchl. sich erböthig machen, Jhre eigene Schäfereyen dergestalt anzustellen, daß die Gemein-Weyden nicht überschlagen oder verderbet werden, mit dem Anerbiethen, daß kein Schäfer zu Herbst-Zeiten nach Martini und im Frühlinge nach* Cathedra Petri *mit denen Schaafen auf den Weyden sich finden lassen solle.* vid. Georg. Lud. Länderspür *in Comment. über die Fürstl. Würtenb. Landes-Ordn. p. 268. n. 6. seqq.*

38 Quia etiam agris & pascuis longe gravior est pastus ovium quam aliorum pecorum, Mev. *P. 8. D. 275. n. 8.* Ideoque Superior Magistratus libertatem & pecora pascendi jus ad certum ovium numerum restringere ac limitare potest; quippe quum sæpissime hoc publica subditorum suadeat utilitas, & ut plurimum pascuorum qualitas libertatem haud circumscriptam hac in re prohibeat. Si in plerisque Saxoniæ locis hic oves alendi modus pro quantitate agrorum & pratorum est determinatus, terræ sc. possidenti mansum octo habere oves est permissum, uti hoc expresse patet ex Constitutionibus Provincialibus Saxonicis, cumprimis autem ex illa Saxo-Gothana sub *Tit. 21.* ita habente: *An denen Orten, welche Schaafe zu halten hergebracht und berechtiget, mögen auf eine iede Hufe achte, und also auf und ab, nachdem ein ieder viel oder wenig Äcker hat, mehr aber nicht, bey Verlierung der übrigen, halten, es wäre denn, daß eine oder die andere Gemeinde sonderbare Trifft-Gerechtigkeit hätte, und dahero von den Einwohnern auf eine Hufe mehr Schaafe gehalten werden können.* Et ordin. Provinc. Bavarica *Lib. 3. Tit. 14. art. 4. rubr. Wiewol ein ieder Bauersmann &c.* hoc constituit: *Wo die Bauren forthin Schaafe haben wollen, das doch keinem, denn alleine auf seines Guthes Grunde, und denen, die es von Alters im Gebrauch hergebracht hätten, gestattet soll werden, darinnen soll man die Maaß halten, nemlich daß ein Hof vier und zwantzig, eine Hufe zwölffe, und ein Löhner oder Söldner, der zu bauen hat, acht Schaafe, oder so viel ieder über Winter bey seinem Gut ausbringen kan, iedoch daß keiner den Sommer auf die Weyde Schaafe hinzukauffe oder um Geld zu ihm nehme; Aber ein Söldner, der nicht zu bauen hat, mag vier Schaafe und nicht mehr haben, und sollen die jungen Lämmer, so von solchen Schaafen herkommen, allemal über das andere Jahr in die bestimmte Anzahl gerechnet, und für Schaafe gezehlet werden; Welcher aber das überfahren würde, dem sollen dieselben Schaafe durch seine Gerichts-Obrigkeit zur Strafe unnachläßlich genommen werden:* Quid circa hanc rem moris sit in Silesia, refert Jacob Schickfuss in *Chron. Siles. Lib. 3. p. m. 496.* hoc modo: *Die Bauren an den Dörffern sollen nicht mehr denn auf eine Hufe über Winter 25. Schaafe halten, iedoch mit des Herrn Willen; die Schultzen aber und Freyen, welche Briefe auf ihre Hufen haben, darinnen eine Schaaf-Trifft benennet ist, die sollen nicht mehr auf eine Hufe über Winters als 100. Schaafe halten, es wäre denn daß einer mit was mehrern befreyet wäre, und solches mit richtigen Briefen beweisen könnte, der soll solches billig geniessen.*

Quandoque fit, ut Collegium Laniorum 39
in civitate aliqua singulari oves alendi gaudeat jure; in quæstionem ergo deducitur, an præter id etiam possint uti juribus universitatis, & utroque modo, ut scilicet lanii & cives sive incolæ istius loci sint spectandi. v. g. *In der Metzger zu Eschwegen uhralten Ordnung so An. 1570. aufgerichtet, ist enthalten, daß denen Metzgern daselbst verstattet 4.*

Pferche

Pferche allda vor der Stadt zu halten, iedoch daß sie vor Jacobi nicht zu Felde schlagen, noch in einem Pferche über 150. Stück Schaaf-Viehs, auch über Winter keine Schaafe und Zucht-Viehe halten solten. Am 18. Augusti aber hat bey Ihrer Fürstl. Gn. Landgraf Moritzen zu Hessen die gemeine Bürgerschafft zu Eschwegen gnädigst erhalten, gegen jährlicher Entrichtung 150. Gülden eine Schäferey zu halten, und sich deren zu gebrauchen, und solten diejenigen so Schaafe zu halten Willens, sich angeben und einschreiben lassen. Controvertitur itaque, an & lanii hujus universitatis essent participes. Hæc res in Scabinatu Jenensi *Mens. Novembr. Anno 1630.* ita est decisa: *Erscheinet daraus allenthalben so viel, daß die Metzger von der Sambt-Schäferey der Bürgerschafft zu Eschwegen nicht auszuschliessen, und keiner* Præscription *oder Verjährung bedürfftig, es würde denn die hohe Landes Fürstl. Obrigkeit die Anno 1615. geschehene gnädige Verstattung also erklären, daß die Metzger darunter nicht begriffen, auf welchem Fall sie sich an den 4. Pferchen begnügen zu lassen schuldig, und werden alsdenn von der obangezogenen Sambt-Schäferey billig abgewiesen; V. R. W.* Struv. *d. dissert. de Jure Ovium. Sect. 3. c. 1.*

40 Oves de jure Saxonico communiter ad Geradam, non vero ad Sponsalitiam largitatem, nec domestica cibaria pertinent, Struv. *de sign. rer. Gerad.* Quod dilucide confirmatur responso a Scabinatu Jen. *An. 1625. M. Mart.* hoc modo dato: *Dieweil vermöge G. von S. zu K. Seel. Eheberedung* sub dato *am 16. Febr. An. 1601. nach dessen Tode seiner hinterlassenen Wittwen vor die Morgen-Gab und Mußtheil von euch, als Lehn-Folgern 1000. Fl. Geldes gesetzet, welches in Abtretung des versicherten Ritter-Guths baar hinaus zu geben: So behaltet ihr dargegen, was sonsten zur Morgen-Gab und Mußtheil gehöret, nicht unbillig.* (Res enim succedit in locum pretii, *als wann die Morgen-Gabe und Mußtheil von den Lehns-Folgern gekaufft sey*) *Ob aber wol in gemeldter Eheberedung des Viehes insgemein gedacht; so geben doch die darinnen angezogenen Umstände so viel Nachrichtung, daß solches Viehe alleine von Rindviehe ausser Ochsen, und von andern Viehe, welches zur Morgen-Gab und Mußtheil gehörig, zu verstehen, dahero ihr euch als Lehns-Erben der Schaafe nicht anzumassen; sondern demnach die Wittwe solcher Gerade-Stücken sich begeben, so sind sie unter die Landes-Erben auszutheilen &c.* Quod tamen intelligendum saltem de ovibus fœminini generis, exceptis tam castratis quam incastratis arietibus, *Land-Recht, Lib. 1. Art. 24.*

Bene autem hoc loco attendenda est distinctio inter Geradam seu plenam (*die volle Gerade,*) & Cognatarum, (*die Niffel-Gerade.*) Illa post mortem mariti uxori vel ejusdem filiæ regulariter jure Saxon. plene debetur, & omnes, nisi statuto vel consuetudine alicujus loci aliter sit dispositum, sub se comprehendit oves. vid. Weichb. *Art. 23. in text. verb. Nun höret und vernehmet, was zu der Gerade gehöret, da gehören zu alle weibliche Kleidung, Gänse, Endten, Schaafe &c. Land-Recht. Lib. 1. Art. 24. in verb. So nimmt sie auch alles, was zu der Gerade gehöret, das sind alle Schaafe &c.* Non attento, utrum hæ propriæ mulieris, an vero mariti fuerint. vid. Matth. Berlich. *P. 3. Concl 28. n. 31. sqq.* Carpz. *P. 2. Const. 14. Def. 22.* & Matth. Wesenbec. *Cons. 285. qu. 9. n. 54.* Nec regulariter illæ, quæ mercede locatæ sunt, excluduntur. vid. Goldbeck. *de Jur. Gerad. fol. 56. n. 19. & fol. 159. n. 29.* Quod tamen restringitur aliterque se habet, si locator ita contraxerit, ut in suo sit positum arbitrio, vel oves vel certum quoddam pro iisdem accipere pretium; uti putarunt Domini Scabini Jenenses, eoque modo *M. April. Anno 1631. H. O. von T. zu S. Erben* responderunt: *Ist euer Vater, H. O. von T. Seel. am 6. Decembr. nächst abgewichenen Jahres verstorben, und hat unter andern auch etliche eiserne Schaafe, iedes Stück um 25. Groschen angeschlagen, an unterschiedlichen Oertern aussenstehende hinterlassen, welche er dergestalt auf drey Jahr lang um Zinß ausgethan, daß ihme von iedem Noß 3. Groschen 6. Pfennige an statt 1. Pfund VVolle jährlich gegeben werde, und bey Endung und Ausgangs solcher drey Jahr ihme freystehen solte, ob er wieder andere Schaafe nehmen, oder vor iedes Stück 25. Groschen gewarten wolte. Ob nun wol eures Vaters sel. VVittwe eure Stief-Mutter solche, und benamentlich diejenigen, so weibliches Geschlechts, in ihre Gerade ziehen will: so sind doch dieselben gestalten Sachen nach zum Erbe gehörig, und werden euch billig abgefolget; V. R. VV.*

Hæc vero, nempe Cognatarum Gerada, 41 illas saltem oves ad proximam cognatam defert, quas uxor ad maritum intulit, & quæ ipsius fuerunt propriæ, per Gloss. *in cap. 56. Lehn-Recht* verb. *Auf daß ihr nun eigent-*

eigentlich wisset, was zu der Gerade gehöret, so mercket: zu der Gerade gehören alle Schaafe, die die Frau hat, da sie ihren Mann nahm, und die nimmt auch ihre Niffiel; hat aber der Mann selber Schaafe gezeuget, die nimmt die Niffiel nicht, sondern nach dem Tode des Mannes so nimmt sie das Weib, denn das Weib nimmt alle Schaafe ohne Unterscheid, aber nicht die Niffiel. Prout etiam ad consultationem *Clauß und Hans Ziegern zu Zimmern Mens. Augusti 1621.* responderunt Domini Scabini Jenenses: *Ist eure Mutter Margaretha Wölffin unlängsten verstorben, und hat nach sich verlassen ihren Ehemann Valten Ziegen, und vier Söhne, aber keine Tochter. Ob nun wol ihre Niffiel 18. Schaafe, welche nicht von eurer Mutter herkommen, sondern dieselben euer Vater in seinem währenden Ehestande erworben, zu den Gerade-Stücken begehret; So seyn doch dieselbe hierzu gestalten Sachen nach nicht gehörig, dahero von der Obrigkeit die Niffiel von solcher Schaafe Forderung abzuweisen V. R. W.* Confer. Hartm. Pistor. *Lib. 1. qu. 32. n. 9.* & Andr. Goldbeck. *de Gerad. cap. 2. n. 11.* Notandum autem hic est, quod olim Scabini Magdeburgenses in hoc Lipsiensibus & aliis jura Saxon. sequentibus fuerint contrarii, cum plenæ, tum cognatorum Geradæ omnes indistinctè adjudicantes oves, sive per maritum, sive per uxorem illæ comparatæ fuerint. Quam vero contrariam observantiam in dicto Archiepiscopatu Magdeburgensi per legem Provincialem *A. 1657. d. 22. Dec.* rejectam esse deducit Dn. Joh. Christoph. Herold. *Tr. de Jur. Repræsentat. cap. 5. Conclus. 9. n. 4.* verba ibidem *des Ertz-Stiffts Magdeb. Land-Tages-Abschieds zu Halla* expresse allegans: Quamvis autem præterea sint, quibus scrupulum moveat Gloss. German. *in cap. 24.* ubi considerat eadem, utrum maritus proprium pastorem habuerit, necne, in verbis: *Die Frau nimmt alle des Mannes Schaafe zur Gerade; hätte aber der Mann sonderliche Schaafe, oder einen sonderlichen Schaaf-Hirten, der sein wäre, dieselben gehören ihrer Niffiel nicht, ob sein Weib stürbe, sondern was die Frau selbsten an Schaafen gehabt, das allein erbet sie auf ihre nächste Gespinnen, als andere Weiber und Mägde, welche Eigenschafft hätten.* Ex quo inferre volunt, cognatam eas tantum oves consequi, quas uxor sub proprio pastore habuerit; illas vero, quæ ovibus mariti immistæ fuerint, ad ipsam non pertinere, quantumvis uxoris propriæ fuerint, usu tamen obtinere notum est, quod reprobata hac distinctione omnes oves, quæ uxoris fuerunt propriæ, non attento, utrum in ovilibus sive prædiis mariti existant, vel elocatæ reperiantur, nec ne, ad cognatam pertineant; Et in hanc sententiam responsum est teste fratre Hartmann. Pistor. *Lib. 1. q. 32. num. 10.* a Modestino Pistoris *Mens. Dec. Anno 1557.* Distinctionem illam non veram Glossam, sed saltem apostillam, a Practico quodam adjectam esse existimante.

Cæterum non præter rem Niffiel-Ge- 42
rada distingui solet in Geradam Nobilium & plebejarum secundum Goldbeck. *Tr. de Jur. Gerad. cap. 2. n. 21.* & Carpz. *P. 2. c. 14. Def. 24.* jung. D. Richt. *Urtheil des Hof-Gerichts zu Wittenberg. Sect. 1. Membr. 1. p. 146. sq.* ita ut inter ignobiles cognatas oves uxoris propriæ &c. ad Geradam non pertineant, sed tantum inter Nobiles. Quæ distinctio etiam hactenus in Scabinatu Jenensi observata, & juxta eum *Mich. Schwartz zu Dultewitz M. Maj. An. 1631.* ita responsum fuit: *Eure Schwieger lässet sich in Gerade-Forderung an den Kleidern, welche euer Weib hinterlassen, billig besättigen,* (rusticæ enim parum in his terris accipiunt) *und seyd ihr derselben, was an Schaafen, Kälbern oder Betten, es habe gleich ihre Tochter in währendem Ehestande dieselben gezeuget oder nicht, als Gerade-Stücken abfolgen zu lassen unverbunden; Es könte und wolte denn eure Schwieger-Mutter, daß ihr ein mehrers aus einer sonderbaren dieses Orts beständigen Gewohnheit zur Gerade gebühre, wie Recht, darthun, und beweisen, damit wäre sie, und ihr mit eurem Gegen-Beweis zuläßlich. Da nun gleich eures verstorbenen Weibes Mutter ausführet und beybringet, daß in dem Fürstl. Amte C. auch unter Bauers-Leuten ein mehrers als die Kleider, der Gerade halben abzufolgen sey: So werden doch darunter die Kälber und Kühe, desgleichen die von euch gezeugten Schaafe nicht begriffen.*

Ad Geradam vero viduarum Nobilium 43
non sunt referendæ oves cum pacto retrovenditionis venditæ; In quam sententiam quoque ivisse Dominos Scabinos Hallens. dicit Dn. Joh. Christoph. Herold. *d. Tr. de Jur. Repræsent. Cap. 1. Conclus. 2. n. 77. M. Octobr. Anno 1614. An Jobst von Gottfürden zu Lodersleben* ita respondisse referens: *Ist eine Adeliche Weibes-Person etwa 8. Tage nach ihres Junckers und Ehewirths Tode auch verblichen, und hat hinter ihr 2. Söhne und eine Tochter verlassen, da sie denn*

denn gleich dasjenige, so sie ein Morgen-Gab und Mußtheil dahero, weil sie ihren Juncker überlebet, zu fordern gehabt, würcklich empfangen und in ihre Gewehr bekommen, (welches doch aus eurem Berichte eigentlich nicht zu vernehmen, auch ihr vielleicht vor dem dreyßigsten nach besagtem ihres Junckers Tode nicht gebühret, oder nicht gefolget worden.) so wäre dennoch solches alles ietzo nach ihrem Absterben nicht mehr vor Morgen-Gab und Mußtheil, sondern vor Erbe zu achten, und derowegen auf ihre nachgelassenen Söhne und Töchter zu gleichem Antheil verfället, und dieweil auch der Verstorbene von Adel noch bey seinem Leben die Schäferey einem andern von Adel wiederkäufflich verkaufft, so können solche Schaafe zur Gerade nicht gerechnet werden, weniger den Töchtern alleine zukommen, sondern es wird die Zeit des Wiederkauffs dem Käuffer billig ausgehalten, und haben alsdenn die gesamten Erben die Schäferey wiederum an sich zu lösen, und gehet dieselbe gleichergestalt in gleiche Theilung; V. R. W.

Ab hac Viduarum Nobilium Gerada excluduntur etiam oves illæ, quas lanii macello destinatas habent per Gloss. *in art. 23.* Weichbild. *n. 25.*

44 De jure Saxonico quoque non tantum oves, sed etiam fœtus ovium ante divisionem procreatus utensilium nomine ad mulierem pertinet, *Art. 20. Lib. 1.* Est enim regulare, ut fœtus pecoris ejus fiat, ad quem pecus ipsum pertinet, *§. 19. Inst. de R. D. l. unic. §. fœtus d. rei uxor. act.* Quod tamen non absolute de omnibus agnis intelligendum, de Jure namque Saxon. agnæ tantum ad Geradam, agni vero ad hæreditatem pertinent, uti Matth. Wesenbec. *Cons. 349. num. 5. seq.* in verbis: *Daraus zu schlüssen, wie es auch also gehalten, und in Schöppenstühlen gesprochen wird, das die Lämmer, so weiblich seyn, mit andern Schaafen der Gerade folgen, die männlichen aber mit den Schöpsen zum Erbe gehören, und gleichwie disfalls unter den Schöpsen die männlichen Lämmer gerechnet werden, ungeachtet, daß darvon ausdrücklich in Sächsischen Rechten nicht versehen, also müssen auch* e contrario *die weiblichen Lämmer zu den Schaafen gehören, und geschlagen werden, wie denn auch also täglich erkannt und gesprochen wird.*

45 Sed quid si oves interim, antequam divisio ineatur, decesserint, ad quem periculum earum spectabit? Cum oves bonorum utensilium nomine ad uxorem pertineant, sine hæsitatione statuendum, periculum earum uxorem sustinere debere, cum regulariter periculum rei ad Dominum rei pertinere soleat, *l. 6. l. 9. C. de Pign. act.* Idque etiam satis probatur ex ipsis verbis textus in *d. art. 20.* dum ibi disponitur, mulieres eas saltem res, quæ divisionis tempore extant, *das denn da ist,* utensilium nomine percipere, concordat *art. 76. Lib. 3.* Hartm. Pistor. *Lib. 1. Qu. 24.*

46 Frequentissima cum apud Saxones, tum & alios hæc est locationis species, quando certus alicui datur ovium numerus, hoc pacto, ut si quæ istarum pereant, conductor vel alias in illarum locum substituat, vel æstimationem illarum præstet, Dn. Struv. *S. J. C. Exerc. 24. th. 14.* eaque appellatur ab Italis conventio socidæ vel soccidæ, ut & soccidiæ, & oves istæ dicuntur ferreæ, (*eiserne Schaafe*) quasi immortales, eo quod locatoribus nunquam moriantur. Dan. Moller. *P. 3. Constit. Elect. 33 n. 10. itique* Carpzov. *Constit. 37. def. 19.*

47 Namque in locum demortuarum aliæ debent substitui, vel æstimato præstari, & hoc modo semper salvæ existimantur, quia Dominus nullum damnum neque ullum periculum sentit, sed solus conductor jure conventionis illud sustinere tenetur. Christoph. Philipp. Richter. *Tr. de Jur. & privil. credit. cap. 2. m. 1. n. 23. & seqq.* Add. Besold. *Thes. Pract. l. E.* Atque ita responsum *Mens. Jul. Anno 1629. An den Schaafmeister zu Rastenburg; So ist der Rath* (locator) *wegen den von den Soldaten weggenommenen 150. Schaafen Eisern Vieh, den Verlust tragen zu helffen, unverbunden.*

Quamvis autem oves istæ ferreæ plerumque æstimari soleant, illud tamen non ideo fit, ut illarum dominium in conductorem transferatur, quoniam emtionem non facit, sed ut ipsius saltem, nec locatoris periculo sint, & hic præterea relevetur ab onere probandi earum specierum, quæ culpa conductoris diminutæ aut deperditæ sunt. Rauchbar. *P. 2. qu. 29. n. 25. seq.*

48 Ex quibus nullo colligimus negotio, Locatorem non nisi in casum rei extinctæ posse instituere actionem emti venditi; quoniam extra hunc, re scil. adhuc existente, electio manet apud conductorem, ac in ejusdem positum est arbitrio, velitne oves in natura, an vero pretium pro iisdem conventum locatori restituere; nisi in contractu ad ultimum expresse se obligaverit. Quod Dnn. JCti Jenenses sequenti confir-

confirmarunt Responso: *Als ihr Uns berichtet, welcher gestalt euer Vater seel.* Sempronius *von* Cajo *zu Laulingen ein Guth und zugehörige Schäferey auf drey Jahr gepachtet; Nach dessen Tode* Cajus *bey Wiederannehmung des Guths das zu Beschlagung der Schäferey übergebene eiserne Vieh nicht* in natura *wieder annehmen, sondern dem Taxa nach mit Gelde bezahlet haben wollen, auch sich deßhalben an eures Vaters seeligen Verlassenschafft, ohne euers, als dazumal noch unmündigen, Vormundes zuziehen, bezahlet gemacht, nach mehrerm Jnhalt eures Berichts; Worüber ihr euch denn des Rechten, ob die* electio *bey* Cajo, *und nicht vielmehr bey eurem Vater oder dessen Erben gestanden, das Schaaf-Vieh* in natura, *oder dessen Werth zu erstatten, zu berichten gebeten. Demnach sprechen wir vor Recht: Ob wol dafür gehalten werden möchte, als ob die* Restitutio *des Viehes* in natura in obligatione *alleine sey, der Werth aber nur* ad cautelam & favorem creditoris alternative *hinzugesetzet sey, in welchem Fall die Wahl beym* Creditore *stehet, nach bewährter Rechts-Lehrer Meynung: zumalen aber im gegenwärtigen* Contractu *das eisserne Viehe in gewissen Tax angeschlagen worden, dahero und weil die* æstimatio venditionem *importiret, der Verpachter das* Pretium actione emti venditi, translata in se proprietate, *zu fordern befugt: Dieweil aber dennoch der VVerth des eisern Viehes nicht* in casum rei extinctæ, *noch* ad præstandum impossibilis *bedinget, in welchen Fällen dieselbe auch ohne ausdrückliche Bedingung* ex officio judicis *præstiret werden muß, auch* ex obligatione *nirgends erscheinet, daß solche* Alternatio *dem* Creditori *zum besten und mehrerer Versicherung angesehen sey, darneben die Worte* in obligatione *klar, daß* res ipsæ *ohngeachtet der Taxation wieder gegeben werden sollen und mögen. So erscheinet dahero, daß die Electiondem Pachter alleine zustehe, und derselbe euch den hieraus entstandenen Schaden zu gelten schuldig, V. R. W.* De æstimatione an & quando periculum rei tantum, vel etiam Dominium transferatur, vide Bartol. *in l. 1. ff. de æstim. act. & in l. 3. & l. 54. ff. locat.* Distinguit vero Salicet. *in l. 1. in fin. C. pro soc.* inter æstimationem primam tempore contractus Socidæ, & secundam tempore mortis ovium factam, hanc, non illam inspici debere affirmans, ut salva sit conscientia, quia cursu temporis pecora fiant deteriora. Jason. *in l. 11. C. de pact.* Hinc quoque accedit diversitas inter oves locatas adhuc extantes, & inter illarum non amplius existentium æstimationem. Licet enim oves ita locari soleant, ut conductor omne periculum in se suscipiat, & in locum demortuarum vel consumtarum alias species substituere, vel æstimationem præstare teneatur, quæ alias etiam loco rei succedit, & quemadmodum res ipsa, ita quoque pretium ab eo, qui jus in re habet, peti potest, *l. 21. ff. de hæred. vel action. vend.* & expresse in jure nostro cautum sit, rem, quæ in locum alterius surrogatur, ejusdem esse effectus cum illa, in cujus locum surrogata est, *l. 10. §. 2. ff. Si quis cautionibus. & ibi* Gothofred. *l. 28. §. 2. ff. de condition. & demonstrat.* Longe tamen diversa est ratio illarum specierum, quas locator conductori tradidit; & illarum, quæ in locum demortuarum vel consumtarum surrogantur, vel quarum æstimationem aut pretium solvere tenetur conductor; Indeque nullum est dubium, quin locator oves suas apud Conductorem adhuc extantes vindicare possit, & per consequens eidem prælationis competat privilegium, uti *in Ordinat. Judic. Elect. Sax. Tit. 42. in pr.* expressa hæc habentur verba: *Es wäre dasselbe noch unverwendet vorhanden, soll es dem Gläubiger bleiben.* Et ita quoque Scabini Jenenses *Mens. Februar. Anno 1648. W. S. R. Z. H. C.* in concursu creditorum *C. R.* responderunt: Quod tamen secus se habet, si non amplius extent, nec de æstimatione vel aliis capitibus surrogatis affirmari potest per *l. 48. §. ult. ff. de furt.* ibique in notis Gothofred. & hoc casu locatores inter simplices vel Chirographarios creditores sunt referendi, sicut in caussa allegata hic fuit pronunciatum. 49

50 Quæstio inde oritur, an locatio ovium pro certo pretio cum promissione restitutionis earundem vel illarum valoris sit licita, & quando usuraria subsit pravitas? Hanc Joh. Petr. Actolinus *Ref. XI.* cum citatis Autoribus ibidem in hanc sententiam, tam Theologis quam Jureconsultis innumeris ita decidit, quod, etiamsi locationes ovium pro quodam precio convento in annuis libris, scilicet duabus casei pro singula ove, & cum promissione restituendi oves vel illarum valorem, sustineantur in utroque foro ratione duorum vel trium contra-

contractuum, qui censeantur inter partes in una & eadem scriptura celebrati; primus nempe locationis & conductionis; alter capitalis; & tertius lucri certi assecurationis; Cum videatur inter ipsos contrahentes conventum, ut cum ex singula ove possit locator percipere fructus annuos valoris unius ducatoni juxta vulgarem & experientia comprobatam aestimationem, contentus nihilominus esse debeat de duabus libris casei, & residuum remittere conductori, idque praeprimis ob susceptum periculum & tum Capitalis tum etiam lucri, quod licitam esse tradunt dicti Autores assecurationem. Haec tamen solum vera sint & procedant, quando constet tempore contractus vere & realiter extitisse oves apud ipsum venditorem sive conductorem; Namque illarum non probata existentia, nec venditio nec subsecuta locatio sustineri ullo modo possint tanquam contractus, qui rei interventum de necessitate requirant, *l. 15. ff. locat.* sed resolvantur in pravitatem usurariam omni jure prohibitam, uti in puncto tradit Azor. *Instit. Moral. P. 3. Lib. 7. cap. 9. in fin.* D. Struv. *d. dissert. de Jure Ovium Sect. 2. Cap. 2. vid. Cap. antecedens, n. 27.*

51 Non minus etiam ovium proventus consistit in stercoratione agrorum, *in dem Hortenschlag*, vocatur etiam *der güldene Fuß*, in qua opiliones Dominis in dispositione vel collocatione cratium stercorariarum saepe imponunt. Multum enim refert, an in longum vel latum vimineas illas crates collocent, an intendant, vel extendant, an quadratus modus, sive longus, cuneatus & rotundus, semicirculi, vel arcus, vel etiam plurium angulorum exhibeat, an plures crates superinducant, quod manifestum dolum detegit Klockius *de Ærario c. 4. num. 22.*

52 Inter oves autem quae pascuntur, non computantur agni, nisi in secundo demum anno. Brunnem. *ad l. 17. ff. de Servit. Rust.* Ord. Bavar. *L. 3. Tit. 14. art. 4. rubr. Wie viel ein Bauersmann*, verb. *Und sollen die jungen Lämmer, so von solchen Schaafen herkommen, allemal über das andere Jahr in die bestimmte Anzahl gerechnet und für Schaafe gezehlet werden.* Casp. Manzius *Decis. Palat. 27. n. 10.* Qui & Neoburgi ita judicatum memorat, quod apud vicinos populos ea consuetudo vigeret; cui adstipulatur textus expressus *in l. 60. ff. de Leg. III.* agnos sc. censeri, qui minores anniculis sint. In quibusdam locis ovium numero esse videntur, cum ad tonsuram venerint; Tonsurae autem plerumque non subjiciuntur, quamdiu denticulari tantum existunt, ne prius primi illi duo genuini ac eminuli dentes nati fuerint, quod anno secundo contigit. Fritsch. *de Jur. Compascuandi, θ. 14.*

Non tantum autem oves quoad victum, 53 sed etiam mediante lana quoad amictum insignem usum praestant hominibus, quae per commercia per totum circumfertur orbem; Lana autem pro diversitate lo- 54 corum, in quibus pecus pascitur, item curae & aetatis ovium, mirum in modum variat: *Nachdem die VVeyde und das Land ist, nachdem sind die Schaafe und ihre VVolle;* Idcirco ubi tenera sunt pascua & montana, ibi optimi etiam generis oves, nec deterioris conditionis est lana; E contrario in locis palustribus & uliginosis hirsuta & horrida nascitur lana, quaeque pilo propior est, quam lanae, qualem lanam Istricam & Liburnicam fuisse describit Plin. *Lib. 8. Cap. 48.* Inter praestantio- 55 res vero lanas veteribus recensebatur lana Apula, & imprimis Tarentina, quae circa Tarentum Canusiumque nascebatur, & ut eo melior esset, ac minus inquinaretur, oves pellibus integebantur, inde Horatio *l. 3. Ode. 5.* pellitae nuncupatae. Confer. Varro *L. 2. de Re Rust. c. 2. & 11.* Scaliger. *in conject. in Varron. de Lat. Ling. p. 129.* Proxima post Tarentinam erat Parmensis, quam Altina sequebatur; illa ex Gallia Cispadanae Colonia, haec ex Altino Venetae regionis Municipio, de quibus Martial. *lib. 14. Epigr. 155.*

Velleribus primis Apulia, Parma secundis
Nobilis: Altinum tertia laudat ovis.

In Asia maxme praedicabantur vellere Milesia, Laodicena & alia, de quibus Plinius *d. L. 8 c. 48.* in Graecia autem extolli a veteribus solebant Attica, item vicina Megarensia. Hodie vero primas 56 tribuunt partes lanae Hispanicae, inprimis ea celebratur, quae e Segovia effertur: *Die Segovische VVolle wird vor die beste gehalten, davon ohngefehr 11 biß 12000. Ballen alle Jahr geschoren werden: Dann folget die von Sorea, welche in der Tugend und Preiß der Segovischen nächst folget*, de qua consulatur *Becher im Politischen* Discurs *von Auf- und Abnehmen der Städte. P. 4. p. 738.* Post Hispanicam praecipua boni- 57 tas

tas est lanæ Anglicanæ. Ut enim oves Anglicanæ nostras Germanicas magnitudine ac pinguedine superant; sic melior etiam illorum lana. Cujus rationem reddunt, tum quod pabulis alantur minus lætis, læta enim opiliones fugere jubet Virg. *Lib. 3. Georg. v. 386.* tum quod ea regione oves vix bibant, sed ad sitim extinguendam cœlesti fere rore sint contentæ, Voss. *d. c. 70. p. 1101.* Quibus alia adhuc adjicitur a Becman. *in Histor. Georg. c. 5. p. 121.* quod Angli lac agnis non subducant, ut in Germania contingit, sed ejus usum continuum ipsis concedant. Anglicanam vero lanam excipit Germanica, & præcipue Misniaca; ejus Centenarius interdum 50. florenis venditur; sua laus quoque debetur lanæ Marchicæ, item & Polonicæ.

58 Porro ratione ætatis ovium bonitas æque ac copia lanæ variat. Siquidem optimam & plurimam producere lanam anno quarto usque ad annum octavum, observatum fuit Columellæ *de Re Rust. 66. 12. p. 421.* Eo enim tempore, cum ad ἀκμὴν suam pervenisse credantur, maxime etiam vigere, & feracissimæ lanarum deprehenduntur. Post annum vero octavum proventus lanæ sensim deficere videtur. *Denn was von Schaafen über acht Jahr ist, nimmt schon an VVachsthum abe, und wächset auch die VVolle sparsam aus solchem Vieh,* qua de re pluribus consulendus est Colerus *Oeconom. Lib. 12.* & Joh. Wilhelm Wuntsch. *Memorial. Oecon. P. I. Requis. 15.*

59 §. *1.* A quibus etiam docetur, quantum ad lanam opilionum cura faciat, & quomodo oves curandæ sint & alendæ, præcipue tempore hyberno & tempore admissionis arietum, ut eo subtilior lana percipiatur lætiorque ejus proventus existat. Hoc enim certum est, quo molliora & delicatiora sunt pabula, quoque sæpius eadem hyberno tempore ovibus præbentur; eo molliorem, subtiliorem & largiorem ex

60 iis nasci lanam. Ulterius ratione coloris lana differt; Præterquam enim quod lanæ tingantur, natura etiam diversicolores existunt, adeo, ut quibus nominibus nativa illa diversitas exprimenda sit, aliquot modis Plinio deficere videatur, *d. Lib. 8. Natur. Hist. c. 48.* Sed lanæ tamen albæ cæterorum colorum ferme omnium lanis prælatæ fuerunt: imprimis prisci illi pastores lanitii albi tam studiosi memorantur fuisse, ut sedulo caverint, ne qua fuscarum pecudum exuviæ candidæ lanæ miscerentur, ceu annotavit Barthius *lib. 5. advers. c. 22. p. 252.* Præter ea, ratione tractationis & 61
ab accidenti, lana dividitur in puram & ab omnibus sordibus expurgatam, quæ etiam lana pura dicitur; & non puram, quæ in specie solox appellatur, Adrian. Turneb. *lib. 29. advers. c. 1. circa fin. & c. 18.* Item 62
in lanam rudem dividitur & intractatam, quæ nullo adhuc modo hominum industriam experta est, neque in filum & glomum aliquem redacta, vid. Barth. *lib. 38. advers. c. 3. p. 1720.* & in factam sive tractatam, de qua mox plura sequentur.

Lana vero ab ovibus per tonsuram per- 63
cipitur, olim etiam per vulsuram, quæ tondendi consuetudo Hebræis etiam frequens, qui & ob summos lanæ usus tonsuræ tempore convivium celebrabant, ut Absalomum & Nabalem fecisse legimus, *2. Sam. 13. v. 23.* & *1. Sam. 25. v. 7.* De tonsuræ tempore & modo late agit Varro *Lib. 2. de Re Rust. c. 11.* aliique rei pecuariæ Scriptores. Ex quibus hæc notanda: 64
Primo quod tonsuræ tempus plerumque inter æquinoctium vernum & solstitium instituatur, cum sudare inceperint oves; a quo sudore recens lana tonsa succida appellata est. Dies vero ad tonsuram sumuntur sereni a quarta ad decimam horam, quoniam ex observatione Varronis sole calidiore tonsa ex sudore ejus lana fit melior, ponderosior, & colore meliore. In quibusdam locis oves bis tondentur, nempe ad initium Maji, aut finiente Aprili prima, & circa Septembris initium, teste Heresbachio, secunda usurpatur tonsura, hinc est quod aliæ dicantur *Einschürige;* aliæ *Zweyschürige.* In Hispania oves semel tantum tondentur, idque fit sub initium Mensis Augusti. Modum vero tondendi ibi solitum, cum singularis sit, huc referre ex Bechers *d. tract. P. 4. p. 738.* non pigebit: *Es wird eine Schäferey zusammen geführet, und denn in drey Vertheilungen geschoren, erstens oben auf dem Rücken, und auf der Seiten des Schaafes, allwo sie die meiste VVolle geben, und solche geschorne VVolle wird* Prima *genennet, die von dem Bauche,* Secunda, *aber die von Haupt, Beinen und Schweiff* Tertia, *welche denn in ihren VVäschereyen, die alle nächst den Rivieren seyn, iede a parte gewaschen, und auf Hauffen gelegt werden, darauf sie denn alle in kleine Hauffen getheilet, in wollene oder leinene Säcklein genähet, welche alsdenn Ballen genennet, und zusammen gedrucket und gepresset werden.* Lanam inter fructus, & 65

quidem

quidem industriales esse recensendam, ex eo liquet, cum ad lanam bonæ notæ & copiosam producendam plurimum conferre pastorum curam & industriam constet;
66 Siquidem experientia testatur, quod si oves, præsertim hyberno tempore, non recte alantur, nec sufficiens ipsis pabulum præbeatur, lanæ plane corrumpantur, atque pereant, *daß zu Winters-Zeit die Wolle auf der Haut erstirbet, und hernach bey herannahender Sommers-Zeit ihnen hinwegfället, welches dann insonderheit von Hunger und wenigem Futter herrühret:* Sequitur hinc necessario, lanam ovillam, imo aliorum pecorum, inter fructus industriales referendam esse, Menoch. *d. A. J. Q. Lib. 2. Cas. 210. n. 26.*

67 Lanæ usum vero vel lanificium Minervam monstrasse, colorasse, & telam fecisse, perhibetur a Rosin. *Lib. 2. Antiq. Roman. c. 9. p. 286.*

68 Neque etiam honestissimæ olim Matronæ sibi turpe duxerunt lanam facere, vid. Barth. *Lib. 4. Advers. c. 12. p. 181.* Sic de Octavio Augusto memorat Suetonius *in vita ejus cap. 64.* Filiam *inquiens* & neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret: Inde fœminæ *in l. 12. §. 5. & 6. & l. 16. §. 2. ff. de Instr. vel instrum. leg. add. l. 27. pr. ff. de pecul.* lanificæ dicuntur, & uxor lanipenda JCto Pomponio *in l. 31. p. 2. ff. de donat. inter vir. & uxor.* appellatur, quæ totius lanificii curam gerit, & lanearum vestium textoribus lanam pendit & distribuit. Hotoman. *in Comment. verb. Jur.*

69 Lanificium autem textrina absolvitur & coactione. Non enim ex lanis textilia solum fiunt, sed coactilia etiam, quæ coactilia sub legatis vestibus contineri autor est Ulpianus *in l. 25. §. 1. d. aur. & arg. leg.*
70 Coactilia autem sunt tegumenta e lanis vel etiam e pilis coactis, quæ a compluribus quoque seculis vocata fuerunt feltra vel filtra, *Germ. Filtze,* ut sunt pilei, vestimenta pluviæ arcendæ apta, chirothecæ, tibialia &c. Confer. Voss. *de Orig. Idolol. Lib. 3. cap. 70.* Lips. *Lib. 3. d. Mil. Rom. Dial. 6.*
71 Petr. Faber. *Lib. 1. Semestr. c. 11.* In frequentiori autem usu textrina est, quæ duabus partibus constat, discretoria & concretoria. Klock. *de Ærar. lib. 2. c. 6. n. 4.* Ad discretoriam omnis præparatio lanæ ad texturam pertinet, quæ consistit tum in separando, tum in carendo sive
72 carminando. Ars vero concretoria ipsa textura constat, & filorum conglomerationem implicationemque staminis & subtegminis involvit, inde confecti panni variis coloribus imbuuntur. vid. Cœl. Calcagninus *l. 3. Epist. 1* Garçon. *in Piazza Univers. Discurs. 102.* Magnam 73
vero ex lanificio utilitatem in Rempubl. redundare ex eo liquet: Quod Lovanii Anno 1330. tria vel quatuor millia textrinorum in ea urbe fuerint: Quolibet textrino non minus triginta aut quadraginta homines exigente, qui lanam præpararent, qui carminarent, qui nerent, fullonicam aliasque tales operas exercerent. Sicque ex solo illo genere ad centum sexaginta millia in una urbe degere oportuit. Lipsius *in descript. Lovan. Lib. 2. c. 2. & 11.* Qui plura de vario lanæ usu in societate civili cupit, adeat *Dissert.* Ursini *de Lana c. 2.* Nobis tantum id, quod circa lanam justum est, perspicere licet.

Cum igitur, uti jam supra indigitatum, 74
lana species sit fructuum industrialium; Hillig. *in Donell. enucl. Lib. 4. c. 25. tit. f.* Hinc absque dubio non tantum vero domino, sed etiam b. f. possessori pecorum adquiritur. *l. 48. §. 2. de A. R. D.* Percipitur vero lana cum tondetur. *l. 4. §. 19. ff. de Usurp. & usucap. l. 78. ff. d. R. V.* Quod etiam in ovibus furtivis procedit, ita ut lana ex iis detonsa tanquam fructus earum statim b. f. emtoris fiat, quod disertis verbis Paulus tradit in *d. l. 4. §. 19. ff. de Usurp. & usucap.* Lana *inquit* ovium furtivarum, siquidem apud furem detonsa est, usucapi non potest, si vero apud b. f. emtorem, contra, quoniam in fructu est, nec usucapi debet, sed statim emtoris fit. Idem quoque habetur *in l. 48. §. 2. ff. d. A. R. D. add l. 48. §. 6. ff. de furt.* Licet enim oves surreptæ neque b. f. emtoris sint, neque unquam ejus nullo modo fieri possint, *§. 2. Instit. de Usucap.* tamen cum lana non pars ovium existat, neque eadem qualitate, qua oves, imbuta sit, vel vitio ejusmodi reali laboret, longe etiam alia ejus conditio statuitur. Sed si lana ovium surreptarum apud furem detonsa fuerit, vel ejus hæredem, tunc extra conditionem usucapiendi ponitur, cum perinde ac oves ipsæ res furtiva sit, utpote invito Domino suo animo lucri faciendi contrectata per *d. leg.*

Quia vero lanæ contextio species est 75
specificationis, *§. 25. J. de R. D. l. 7. § 7. ff. de A. R. D.* Et si quis ex lana vesti-

mentum fecerit: Et vestis expresse species vocatur, *l. 2. C. de Murileg. l. 4. C. de*
76 *Vestib. Holos.* Quæri solet, utrius vestimentum illud laneum sit, num specificatoris, an vero Domini lanæ? Hic autem duo casus distinguendi sunt: aut enim aliquis ex lana aliena vestimentum fecit bona fide aut mala fide. Priori casu quando quis ex aliena lana bona fide pannum sive vestimentum confecit, illud ad specificatorem sive textorem pertinet, quia ex decisione Justiniani, *d. §. 25. J. d. R. D.* junct. *l. 7. §. 7. ff. d. A. R. D.* earum specierum, quæ ad pristinam suam rudem materiam reduci nequeunt, proprietas artifici vel specificatori acquiritur. In harum autem numero nova species lanea est, vel vestimentum: ea enim uti lana esse desiit, quam primum contexi cœpit, *d. l. 70. §. 3. & 12. d. Leg. III.* sic etiam nunquam iterum ad eam reverti potest. Licet enim in fila sua resolvatur; eadem tamen non amplius videntur esse, quæ ante texturam fuerunt; neque ad aliam speciem exinde conficiendam adeo apta censentur, prout antea judicabantur, Menoch. *l. 4. Præsumt. 171. n. 5.* Donell. *lib. 8. Comment. c. 17. lit. G.* Cum igitur in specie lanea forma potentior sit materia, eamque superet; autor etiam formæ, qui textor est, lanæ Domino præferendus erit. Quod si vero textor ille lucrum exinde sentiat, secundum naturalem æquitatem Domino lanæ adversus eum succurrendum est. Ubi etiam a LL. ipsi accommodatur actio in factum adversus specificatorem in quantum hic cum illius damno fuerit locupletior factus. In omnibus enim istis casibus, in quibus neque ad exhibendum, neque in rem actio locum habet, in factum actio necessaria est, *l. 23. §. 5. ff. de R. V.*

Si quis vero dolo malo, sciens lanam alienam esse speciem novam, ex ea sive vestimentum fecerit, eam sibi non adquirit, sed ad Dominum lanæ pertinet: quia quod ex re nostra fit, nostrum esse verius est, prout concludit JCtus in *l. 12. §. 3. ff. ad exhibend.* Et licet lana hoc modo contexta non amplius existere dicatur, sed interiisse; neque eam specificator possidet: tamen cum dolo eam possidere desierit, pro possessore merito habetur; adeo ut contra ipsum utilis rei vindicatio locum habere possit, cujus præparatoria est ad exhibendum actio, quæ semper datur re mala fide consumta, *d. l. 9. §. 2. & 3. ad exhibend.* Multo vero magis id obtinet in lana furtim surrepta: ex hac enim licet vestimentum factum fuerit, tamen qualitas ejus non immutatur, sed potius vitium illud reale una cum lana in vestimentum transit; ita ut ipsum vestimentum habeatur pro furtivo, secundum *l. 4. §. 20. ff. de Usurp. & Usucap.* Cum igitur vestimentum illud furtivum sit: nullo etiam modo, ne per usucapionem quidem, quamdiu eo vitio laborat, acquiri potest: Sed illud tanquam rem suam dominus lanæ vindicandi potestatem habet, Ursinus *d. Dissert. de Lana c. 3.*

Quandoque ab opulentioribus pecu- 77
nia mutuo datur opilionibus vel aliis indigentioribus ruricolis, ut solutionem iterum in lana faciant, quod regulariter Constitutionibus Imperii prohibitum, *Ordin. Polit. de Anno 1548. Tit. von Verkauffung der Früchte im Felde, & de Anno 1577. tit 19.* ubi hæc verba: *Nachdem nicht ohne grosse verderbliche Beschwerden des armen gemeinen Volcks befunden, daß demselben durch etliche eigennützige, geitzige Leute, im Schein der Kauffmannschafft auf ihre Saamen so noch im Felde stehen, auch den Wein an den Stöcken und andere ihre Früchte, Arbeit und Viehe Geld oder ein anders hinaus geliehen oder gegeben, dadurch dieselbe arme nothdürfftige Leute, was sie gar härtiglich erarbeiten, näher denn sich sonst nach gemeinen gewöhnlichen Kauff gebühret, zu geben verursachet, und gedrungen worden.* Hic quamvis non expresse lana memoratur, tamen implicite ejus mentio injicitur & continetur sub verbo *Vieh;* Nam qui pecuniam dat mutuo intuitu pecoris, *auf Vieh Geld ausleihet*, non ipsum pecus respicit, sed fructus ex pecore percipiendos, imprimis vero lanam ovium, omnium fructuum pretiosissimam. Ejuscemodi vero mutuum, quale ibi proponitur labe usurariæ pravitatis, merito infame judicatur, nec impune relinquendum; uti etiam præter arbitrariam pœnam jacturam sive damnum sortis, mutuo datæ comitem habet, ceu expresse sancitum reperitur *in fin. d. t. 19. So wollen wir hiermit ernstlich, daß solcher Ausleiher die Haupt-Summa verlohren und darzu von der Obrigkeit, ob auch gleich der arme Mann nicht klaget*, ex officio *nach Gestalt und Gelegenheit der Sachen an Ehre und Guth gestrafet werden soll.* Cæterum si 78
sine fraude & dolo malo mutuum cum iis contrahatur, quantumvis solutio non aliter,

aliter, quam in lana justo pretio æstimata fieri debeat, uti nulla tum iniquitas subest, nulla maligna spes & intentio, sed ex mera beneficentia & laudabili miseris gratificandi studio proficiscitur; ita nec culpandum illud est: sed potius pro ratione locorum, temporum hominumque ruri degentium, qui variis sæpe calamitatibus ad incitas redacti aliorum subsidio indigent, ut celebretur frequenteturque, illorum pariter ac Reip. maxime interest. Id quod etiam innuitur *d. tit. 19. §. Hierauf setzen und ordnen wir.* Eoque tutius etiam ac facilius illud admittendum est, si expresse caveatur, ut creditor lanam pro pretio legitimo, sive a Magistratu publice constituto, quod nonnullis in locis anniversario tempore fieri solet, & pretio conventionali contradistinguitur *nach demjenigen Schlag, so die Obrigkeit des Ortes alsdann würde gesetzet und publiciret haben,* accipere teneatur. Conf. G. Ludwig. Lindenspur *in Comm. über die Fürstl. Würtenb. Landes-Ordn. tit. Wie auf Früchte und Wein geliehen werden möge. n. 2. vers. 6.*

79 Cum autem per lanificium magna Reipublicæ commoda obveniant, non minor in iis regionibus, ubi optima lana provenit, est adhibita cura, ne ad exteros exportetur, vel propolium exerceatur, hinc in Recessibus Imp. *von dem Wollen-Kauff* & *Franckf. Policey-Ordn. de An. 1577. Tit. 21. seqq.* Item *von dem Wüllen-Tücher-Handwerck und Verkauffung der Tücher.* Recess. Imper. *de Anno 1500. & Anno 1535.* Item *Policey-Ordnung zu Augspurg, de Anno 1548.* ubi inter alia ita: *Nachdem auch in Teutscher Nation gute Tücher gemacht werden, daß man fremder Nation Tücher wohl entrathen kan, und das Geld, so für dieselben fremden Tücher gegeben, in Teutscher Nation behalten werden möchte: So wollen Wir denen Obrigkeiten hiermit auferleget und befohlen haben, in dem gute Ordnung vorzunehmen, damit die Wollen-Weber an Wollen nicht Mangel leiden, sondern dieselbe um einen ziemlichen Kauff bekommen mögen, und die Wolle nicht also mit grossem Hauffen in fremde Nation verführet werde.* Et in Ducatu Würtenbergico laudabiliter sic ordinatum est: *Daß diejenigen, so den Märckten weit entsessen, und nicht Gelegenheit haben, ihre Wolle im öffentlichen Kauff feil zu tragen, solches in die Amt-Städte, da das Tücher-Handwerck am gängigsten ist, dem Bürgermeister zu wissen machen; und wenn man daselbsten solcher Wollen innerhalb 14 Tagen nicht begehret, selbige alsdenn erst in andere Wege, in und ausserhalb des Hertzogthums vertreiben möge. Es soll auch am offenen Marckte keinem Ausländischen, vor 12. Uhren, und ehe die Unterthanen zu ihrem Hausbrauch eingekaufft, Wollen zu kauffen erlaubt seyn, bey Confiscirung der Wollen und des Kauff-Geldes, und wo ein Fremder nach 12. Uhren alle Wolle kauffte, und ein Einwohner einen Theil begehrte, so soll vom Käuffer ihme ein Viertel-Theil, und was darunter ist, unverweigert gestattet, und zugelassen werden.*

Ad quorum castra maxime quoque transit Jus Saxonicum Electorale, siquidem hoc mandatum *wegen des Vor- und Aufkauffs der Wolle* tertia vice *in der Churfürstl. Sächs. Landes-Ordn.* invenimus repetitum. *So ordnen, wollen und befehlen Wir hiermit vor Uns &c. in Krafft dieses offenen Mandats, daß hinführo alle solche und dergleichen eingerissene Mißbräuche und vortheilhafftige* Monopolia *in Unsern Landen gäntzlich abgeschafft seyn sollen. Insonderheit, daß hinführo alle Bürger und Bauern, so zu verkauffen haben, dieselbe in die nächst angelegenen Städte zu feilem Kauff führen oder tragen, und den Tuchmachern und andern unverdächtigen Personen, so sie zu ihrer Nothdurfft bedürffen, und nicht ihres Vortheils halben ferner verkauffen, um gleichmäßige Bezahlung zukommen lassen sollen.* Et paulo inferius: *Dieweil auch sonderlich geklaget wird, daß sich nicht allein die Fremden, die des Handwercks nicht seyn, solches schädlichen Verkauffs der Bauer-Wolle befleißigen, sondern auch etliche Tuchmacher selbst von andern Geld aufnehmen, die Wolle in ihren Namen kauffen, und zu ihren auch anderer Leute Vortheil verwenden, auch etliche des Handwercks grosse Anzahl Wolle einkauffen, die beste ausschiessen, dieselbe ausserhalb Landes verhandeln, und die geringste im Lande lassen. So gebiethen und befehlen Wir hiermit allen und ieden Unsern Räthen in Städten, daß sie darauf Achtung geben, und da sie dasselbe also befinden, die Verbrecher mit gebührlicher Strafe belegen.* Ejusmodi lanæ propolis acriter quoque & iisdem fere verbis interdicitur *im Torgauischen Ausschreiben pag. 264.* Nec non *in der Churfürstl. Erledigung derer* in Anno 1653. *und* 1657. *bey gehaltenen Landes-Zusammenkünfften von der Landschafft des*

Churfürstenthums Sachsen in Justitien-Sachen übergebenen Gebrechen fol. 46. 50. & 60. Egregii quoque Privilegii a Sereniss. Elect. Brandenburg. Joh. Sigismundo pannificis in Marchia, contra propolas lanæ Anno 1611. concessi, partem non inconcinne ex Scheplitz. *ad Consuet. March. P. 4. T. 6. §. 5. n. 11.* huc referimus: *Als Uns hiebevor zum offtermal unsere liebe Getreuen die Tuchmacher oder Wollen-Weber aller und jeder unser Haupt- und kleinen Städten der gantzen Marck und Chur zu Brandenburg ersuchet, und gantz beschwerlicher Weise zu erkennen gegeben, wie sich fremde und ausländische Kauffleute unterstehen etliche verdorbene Handwercker und Lediggänger in unsern Landen zu bestellen, und denselbigen ansehnliche Summen-Geldes zuzufertigen, damit sie die Wolle hin und wieder in unserm Churfürstenthum und Landen aufkauffen, die beste Wolle ausschiessen und ausser Landes verführen, die grobe untüchtige Wolle aber den Wüllen-Webern dieser Lande in Säcken verkauffen, und sie damit betrügen &c. Also auch daß sie, ehe die Schaafe abgenommen, nach der Wolle lauffen, reiten, fahren, dieselbe bestellen, und mit ihrem eigenen Gewichte an sich bringen, und den armen Tuchmachern dieselbe oft einen Stein drey oder vier Silber-Groschen theurer verkauffen. &c. Zu dem soll das Verkauffen der Wollen auch eines Theils von Amt-Schreibern, Befehlhabern, Bauren und Schäfern auf Dörffern und andern unbesessenen ledigen Gesellen gebraucht werden, und sich dieselbe gleichergestalt unterstehen die Wolle auf dem Lande hin und wieder in Flecken und Dörffern aufzukauffen, und ausserhalb der freyen Jahrmärckte an sich zu bringen. Wann dann &c. so sollen anfänglich unsere Land-Reuter den Einwohnern, Pfarrherrn, Schultzen, Bauren und Schäfern in Flecken und Dörffern in unserm Lande jährlich vor der Schaar-Zeit bey Meidung unserer schweren Strafe und Ungnade ernstlich ankündigen und gebiethen, hinfüro ihre Wolle ausserhalb der freyen Jahrmärckte niemand anders als allein denen, welche dieselbe selbst verarbeiten, zukommen zu lassen, oder die VVolle dem alten Gebrauch nach, in die Städte auf die Wochen-Märckte zu führen, und allda den Wollen-Webern und nicht den Vorkäuffern, noch andern, bey Verlust der Wolle und Geldes, zu verkauffen.*

Ab hac tamen obligatione exemti sunt tam in Saxonico quam Brandenburgensi Electoratu Comites, Barones & Nobiles, uti in illo expresse excipiuntur per verba allegati Mandati: *Wiewol Wir denen Prælaten, Grafen, Herren, und denen von der Ritterschafft dieser Lande einigen ungewöhnlichen Zwang an gewisse Städte oder Oerter in Verkauffung ihrer Wolle, die sie auf ihren Ritter-Güthern erwerben, wider alt Herkommen und ihrer Freyheit, aufzulegen nicht gemeynet seyn.* Et in hoc, Brandenburgensi scilicet, hisce Privilegii per allegat. Scheplitz adducti verbis: *Doch mögen die von Adel ihre eigene Wolle ihres Gefallens verkauffen, aber keine Bauer-Pfarrherr- oder Schäfer-Wolle darunter mischen.* Addita tamen in utrisque hac limitatione; *daß, da sich die Tuchmacher in einer oder der andern Stadt, sämmtliche oder einer alleine bey denen Grafen, Herren und denen von Adel angeben und die Wolle um baare Bezahlung in dem Werth, was sie iedesmal nach Gelegenheit der Zeit gelten wird, annehmen wolte, ihnen dieselbe vor andern ausländischen gegönnet, und gelassen werde.* 80

Circa venditionem etiam lanæ multæ fraudes occurrere solent, præterquam enim quod lana solox & impura pro pura & bona supponatur, circa eandem etiam falsa quantitate emtores decipiuntur. Ut enim pondus ejus excrescat, lapides arenamque lanæ miscent & in culeos immittunt, vel cellæ subterraneæ important, quo sine dubio pondus augetur, uti experimento comprobat Franc. Baco de Verulamio *Histor. Natur. Cent. 1. Exper. 76.* Nempe quod quantitas lanæ laxius constricta, & in puteum profundum demissa, suspensaque trium circiter ulnarum interstitio ab aqua, per noctem tempore hyberno augescat pondere ad quintam partem. Præterquam enim quod tali casu emtori redhibitoria actio contra venditorem competit, *l. 1. ff. de Ædil. Ed.* poterit etiam criminis stellionatus postulari. *l. 3. §. 1. versic. Sed & si quis ff. Stellionat.* Contra justitiam enim est, rem corruptam & vitium habentem, in qualitate vel quantitate, vendere eo pretio, quo venderetur, si omni defectu careret. Leonhard. Less. *de Just. & Jur. Lib. 2. cap. 21. dub. 11. n. 82.* Menoch. *d. A. J. Q. cas. 382.* 81

82 Si Vasallus mortuus fuerit sine liberis, uti fructus omnes separatos, ita quoque & lanam detonsam ad hæredes transmittit allodiales; quod si vero ea nondum detonsa fuerit, tunc circa eam æque ac circa alios fructus pendentes lucrandos distinguendum erit: num Vasallus post mensem Augustum & ante Calendas Martii, an vero post Calendas Martii & ante Calendas Septembris mortuus fuerit: Illo enim casu lana ex ovibus percipienda ad Successorem Feudalem pertinet, hoc vero eam hæredes Vasalli defuncti detondere possunt, qui etiam priori in casu impensas in oves factas sibi salvas retinent secundum textum *II. Feud. 28. §. his consequenter. & §. Si Vasallus.* Carpz. *P. 3. Const. 32. Def. 9. n. 9.* conf. tamen Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 15. qu. 14.* Ita Collegium Jurid. Jenens. Consulenti *J. M. Z M. Mens. Jul. Ann 1674.* *Ist* Mense Januarii *dieses 1634sten Jahres im Churfürstenthum Sachsen einer von Adel gestorben, welcher nach sich verlassen seine Lehn- und Land-Erben, und auf den Lehn-Güthern ansehnliche Schäfereyen, nach Absterben des Vetters aber die VVolle von denen Schaafen noch unabgenommen befunden, und von denen Lehnfolgern hernachmals* in Mense Majo, *und also zu gebührender Zeit, jedoch zwar nach vorbeschehener Erbtheilung, eingehoben worden, welche sich auf ein ziemlich hohes belauffen thät, deswegen zwischen denen Land- und Lehns-Erben Streit vorgefallen, welchem Theil dieselbe zuständig seyn möchte: So ist solche bey des Vettern tödtlichem Hintritt von denen Schaafen in denen Ritter-Güttern unabgenommene Wolle denen Söhnen, als Lehnfolgern, nicht allein zuständig, sondern sie seynd dieselbe VVolle mit denen Schwestern und Land-Erben* pro rata *zu theilen schuldig; V. R. VV.*

83 Pariter lana quoad Geradam bene est distinguenda in tonsam tempore mortis mariti, & nondum detonsam. Hæc quin ad Geradam pertineat nullum est dubium, cum accessorium sequatur principale, *l. 178. ff. de Reg. Jur.* & quod gestatur fundamenti, in quo inest, caussam sequatur, *l. 44. ff. de R. V. §. 29. seq. & §. 37. Instit. d. rer. divis. l. 7. § ult. & l. 9. ff. de acqu. rer. dom.* Illa vero tonsa non ad Geradam, sed hæreditatem pertinet; sicuti enim fructus pendentes pars fundi sunt, *l. 44. ff. de R. V.* postquam vero decerpti sunt & separati a fundo, non amplius ejus pars sunt, sed per se censentur, Wesenbec. *ad §. 35. seq. Instit. de rer. divis.* Sic etiam lana ovibus adempta non amplius est pars rei, h. c. pecoris, sed res mobilis & inanimata, *l. 39. ff. d. V. q.* Quod etiam præter hæc confirmat D. Zobelii *Urtheil im Sachsen-Spiegel* verb. *Dennoch aber die zuvor abgeschorne oder abgeschnidtene VVolle gehöret nicht zur Gerade, sondern zum Erben.* Et Rothschitz. *in Pract. cap. von Gerade, fol. 152. vers. Aber die abgeschorne VVolle gehöret zum Erbe.* add. Matth. Wensenb. *Cons. 254. qu. 1. n. 6. sqq.*

CAPUT XV.

DE CAPRIS.

SUMMARIA.

1. *Capris apud Ægyptios honor habitus.*
2. *Caussa hujus rei.*
3. *Apud Græcos capra ex alia caussa magnifiebat.*
4. *Cur Satyrus pro Numine habitus?*
5. *Caper a carpendo dictus.*
6. *Caprarum morsus arbori exitialis.*
7. *Hinc legibus plurium locorum prohibitum capras pascere.*
8. *Capræ summopere egent Pastore.*
9. *Fœtus Caprarum hœdi.*
10. *Hircorum societas Equis utilis.*
11. *Grex caprarum quantus esse debeat?*
12. *Historia de Gaberio, Equite Romano.*
13. *In venditione caprarum quomodo Romani stipulati fuerint?*
14 *Pili Caprarum quem usum præstent?*
15. *Quomodo tractentur hi pili?*
16. *Si Vetula Juvenem in capro advehi curaverit, qua pœna afficiatur?*

1 Apud Ægyptios magno cultu capras atque hircos esse affectos, caprarios quin etiam plurimi factos refert
2 Herodotus; Qui honor ex eximio cultu proficiscebatur, qua Panem, qui ex homine
3 & capro constabat, venerabantur. Apud Græcos etiam magni capra fiebat; sed longe diversa ratione, nam ut Pausanias refert, cum circa capræ ortum (sunt autem quædam stellæ, quæ juxta Ovidii sententiam Kalend. Maji se videndas præbent) fere aliqua calamitas vineas vastaret: Corinthii æneam capram in foro collocarunt,
4 cui divinos honores tribuebant, eandemque auro exornabant, ne cœlestis Capra vineis noceret. Eusebius scribens de bestiis, quas Ægyptii venerabantur, inter cætera dicit, propterea apud eos Panem atque Satyros numina habita, quod ii humanæ prolis incremento essent maxime appositi, ut ex eorum simulachris hircina forma cum genitali membro arrecto propositis patet. Hircum enim semper ad coitum paratum dicunt, Satyrique omnium salacissimi credebantur, Vincent. Chartar. *de diis Gentil. p. 96.*

5 Capros a carpendo dictos, quia carpunt virgulta, tradit Isidorus *Lib. 12. c. 1.* Antiquitus ob hoc in lege locationis fundi excipi solebat: Ne colonus capra natum in fundo pascet, Varro *de Re Rust. lib. 2. c. 3.* Accedit, quod morsus earum exitialis arbori dicatur Plinio. *8. Hist. Nat. 50.*
6 Varroni *de R. R. L. 1.* Quædam enim pecudes culturæ sunt inimicæ ac veneno,
7 ut istæ capræ; His ex causis legibus plurium locorum incolæ prohibentur capras pascere, ut in Electoratu Saxoniæ, & in Colonensi Archidiocœsi. *Polit. Ordin. de die 3. Novembr. 1595.* Item Ordinatione *Ducis Saxoniæ Ernesti, Anno 1644.* publicata *Cap. 5. Von Trifften. Wiewol man guten Fug und Ursach hätte von wegen des mercklichen Schadens, so in Wäldern, Höltzern und Gärten die Ziegen thun, in den Wald-Aemtern dieselben gantz abzuschaffen, dieweil aber der Arme, so keine Kühe zu halten vermögens, die Kinderlein durch solche Ziegen ernehren kan, so soll solchen armen Leuten gegönnet seyn, bis daß sich die Zeiten bessern, und sie eine Kuh zu halten vermögens, etwas von Ziegen zu halten, doch nicht über zwey, und soll der Hirt die Böcke, so viel deren nöthig, halten; und die jungen Ziegen, wenn die abgestossen, wegthun; dem aber, so eine Kuh schaffen kan, soll keine Ziege ferner gestattet werden.* Cum hoc consentit *Gräfl. Stollberg. Land-Ordnung* de Anno 1643. Tit. *Von den Ziegen 22. Nachdem unsere Vorfahren vor vielen Jahren die Ziegen und Böcke bey Strafe 10. Fl. nicht zu halten, denjenigen so eine Kuhe zu halten vermögende seyn, diejenigen so aber des Vermögens nicht, nur zwo Ziegen zu halten, befohlen, befinden aber daß daraus nicht wenig geschritten werde, daß wir wol Ursach hätten es bey solchem Geboth in allem verbleiben zu lassen. Weiln aber die Zeiten itzo zu schwer, daß vielen unsern Unterthanen unmüglich fallen thut, eine Kuhe zu halten. So wollen wir geschehen lassen, daß biß zu ferner unser Verordnung und biß die Zeiten sich etwas bessern, unsere Unterthanen etwas von Ziegen halten, iedoch daß selbe vor den verordneten Hirten getrieben, und ausser dem Gehöltze gehütet werden, bey Verlust der Ziegen, welcher doch, da es aus Verwahrlosung des Hirtens geschicht, dem Eigenthums Herren von demselben wieder erstattet werden soll. vid.* Klock. *de Ærar. lib. 2. c. 2. n. 70. ibique* Peller. *in Annot.* Atque hujusmodi leges valere, ex Alberico de Rosate docet Nic. Boër. *ad Consuet. Bitur. tit. 10. §. 7.* Ubi autem 8
Capras pascere licet, summopere egent pastore, qui eas contineat in via aut loco pastui earum destinato, quia facilius in alienum agrum, etiamsi editior aut vallo munitus, transiliunt. De ejusmodi Caprario negligente conqueritur Sannazarus *in sua Arcadia:*

Dimmi Caprar novello & non t'irascere;
Quella tua gregge ch' è cotanto istrania,
Chi te la die si follemente pascere?

Fœtus Caprarum hœdi sunt *§. 37. J.* 9
de R. D. Mares integri dicuntur hirci, quando autem castrati, vocantur capri; Animalia hæc salacissima sunt, uti quoque Isidoro observatum *d. l. c. 1.* atque ideo non tantum pessime olent, sed & iracunda.
Eorum societas equis creditur utilis esse, 10
quapropter sæpe in stabulis magnatum eos cernimus prope equos alligatos. Feldm.
de inclus. anim. c. 19. n. 11. Satis magnum 11
gregem caprarum putant esse circiter quinquagenas, cum in magnis facile pestilen-

pestilentia existat, quod usu venit Gaberio
12 Equiti Romano. Is enim cum suburbanum mille jugerum haberet, & a caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbem, X. sibi in dies singulos denarios singulos dare audisset, coëgit mille caprarum, sperans se capturum de prædio in dies singulos denarios mille, tantum enim fefellit, ut brevi omnes amiserit morbo, hinc etiam in venditione nemo sanas promittebat, nunquam enim sine febri sunt, itaque stipulabantur
13 sic: Illas capras hodie recte esse & bibere posse, habereque recte licere, hæc spondesne? Varro *d. c. 3. Lib. 2.* Sed hæc de Italia sunt intelligenda, in Germania enim capræ sunt sanissimæ.

14 Præterea capras pilos monstrare ad usum nauticum & ad bellica tormenta, & ad fabrilia vasa, docet Varro *Lib. 2. de*
15 *Re Rust. c. 11.* Imo in nonnullis locis ex eorum pilis panni conficiuntur præstantissimi. Joh. Joach. Becher *im Politischen Discurs von Auf- und Abnehmen der Städte P. 2. c. 6. p. 133. Das was wir in Teutschland Camel-Haare nennen, ist das wenigste, sondern meistentheils von Ziegen und Böcken; In Türckey und Persien wird es ihnen an dem Leibe abgesponnen, und damit ein grosser Handel getrieben.* Quod posterius etiam confirmat magni ille in politicis judicii Augerius Busbequius *de Legat. Turcic. epist. 1. p. 91.* cujus verba, cum haud parum ad rem nostram facere, mentemque Jurisconsulti maxime illustrare videantur, huc inserere placet: Vidimus item capras illas, ex quarum vellere sive pilo (ne de lana caprina mihi controversia sit) pannus ille texitur, quem Cymatilem sive undulatum vocant. Est earum tenuissimus mireque nitens pilus, ad terram usque propendens. Hunc non tondent, sed depectunt caprarii, non multum pulchritudine cedentem serico. Capræ sæpe in fluminibus lavantur, gramine pascuntur per eos campos exili & sicco; quod ad lanæ tenuitatem multum conferre certum est. Nam constat alio translatis non manere eandem, sed una cum pabulo mutari, totasque ita degenerare capras, ut vix agnoscantur. Deductum ex hujusmodi vellere ab ejus regionis mulieribus filum Ancyram portatur Galatiæ urbem, ubi & texitur & tingitur. Hucusque Busbequius. Hisce ferme gemina sive de iisdem, sive de vicinis Iconii capris tradit Petrus Bellonius *l. 2. Observat. rer. memorabil. c. 112.* Ejus regionis, ait, capræ tenui adeo lana sunt vestitæ, ut sericum ipsum tenuitate provocet, candore nivem, majores non sunt nostris arietibus, nec ut oves tondentur, sed velluntur: carnes non minus suaves vervecinis, nihil ferinum redolent. Tenuissimi elegantissimique panni sive undulati, sive non undulati ex hujusmodi caprarum lana texuntur. Neque omittenda hic sunt, quæ ex Callysthene Olynthio de Lyciis capris refert Ælianus *lib. 16. Histor. animal. C. 30.* nempe eas in Lycia densissimo & prolixissimo hirsutas esse pilo, ut muliebres crines implexi ab eis dependere videantur, easdemque tanquam oves tonderi. Qui pili caprarum cum ita sese habeant, eundemque usum, quem lana, præbeant, haud mirum etiam, quod ad lanam a JCto relati fuerint. Ursin. *d. Diss. de lana C. 1. n. 25. seqq.*

Si vetula juvenem diabolo mediante in 16
capra sibi advehi curaverit, quæ quamvis sit vectura diabolica & magicæ artis exercitium, ut mortis supplicium locum habeat: attamen cum potius amoris causa, quam nocendi animo factum sit, satis eam puniri fustigatione Scabini Lipsienses arbitrati fuere. Carpz. *P. 2. Decis. 186. Et P. 4. Const. 2. Def. 9. Hat die gefangene A P. bekannt und gestanden, daß sie durch Zauberey, indem sie Kräuter gekochet und gewisse Wort darzu gesprochen, Urban Volcken, einen Bauersmann, vom Dorffe hinein in ihr Haus auf dem Bocke holen lassen, zu dem Ende, daß er ihres Willens mit ihr pflegen solte, so aber er, als er zu ihr gebracht worden, nicht thun wollen, hätte sich ausser diesem niemals der Zauberey befliessen, noch iemand dadurch Schaden gethan, &c. So wird sie ihrer Verbrechung wegen mit Staupen Schlägen des Landes ewig billig verwiesen; V. R. W.* versus *Sittichenbach, M. Majo 1621.*

CAPUT XVI.

DE PORCIS.

SUMMARIA.

1. *Olim porcus Cereri erat sacer.*
2. *Agricolationem monstrasse credebatur.*
3. *Porci effigies inter signa militaria.*
4. *In fœderibus olim porca immolabatur.*
5. *Formula Immolationis.*
6. *Porcorum Utilitas.*
7. *Quinquaginta sapores ex porcis.*
8. *Utrum sues pecudum numero comprehendantur.*
9. *Porcus subtilissimus Alchymista.*
10. *Porci pascuis & pratis damnum inferunt.*
11. *Uti etiam in Civitatibus comestione & arrosione.*
12. *Homines a Porcis occisi.*
13. *Porci Antoniani.*
14. *Verres Ædilibus fuit aper minor.*
15. *Verres domesticus quibusdam locis pignorari non potest.*
16. *Glandes pertinent ad Dominum Foresti.*
17. *Glandis nomine quid veniat?*
18. *Veteres glandibus vescebantur.*
19. *Quod de glandibus ex fago & castaneis, non ex quercu intelligendum.*
20. *Succuli non veniunt appellatione porcorum.*
21. *Si porcus venditus laniis laboret, redhibitioni non erit locus.*
22. *Porci saginati de jure Saxonico ad Comestibila pertinent.*
23. *Suarii & Porcinarii apud Romanos, qui fuerint.*
24. *Fori Suarii cura pertinebat ad Præfectum Urbis.*
25. *Privilegia Suariorum.*

1 OLim porcus Cereri erat sacer, quia
2 terram rostro invertendo agricolationem monstrasse credebatur.
3 Erasm. *Chil. 1. Cent. 7. Prov. 24.* Item Festo *lib. 24. p. 371.* docente, Porci effigies inter militaria signa quintum locum obti-
4 nuit, quia confecto bello inter quos pax fieret, cæsa porca fœdus firmari solebat. Tangit hunc morem Suetonius *in Claudio Cap. 25.* Cum Regibus, inquiens, fœdus in foro icit, porca cæsa ac veterum Fecialium Præfatione adhibita. Ea præfatio qualis fuerit, ex Liv. *L. 1. c. 24.* illucescit, ubi vide item & formulam illam Fecialis
5 in feriendo. SI PRIOR DEFEXIT PUBLICO CONSILIO DOLO MALO UT ILLO DIE JUPITER POPULUM ROMANUM SIC FERITO UT EGO HUNC PORCUM HODIE FERIAM: TANTOQUE MAGIS FERITO QUANTO MAGIS POTES POLLESQUE. Ubi id dixit, Porcum saxo silice percussit.

6 Porci autem vel sues non minimam Prædiis afferunt utilitatem, quod passim per Germaniam, & præcipue Holsatiam perspicere licet, ubi reperiuntur Nobiles quidam ita divites, ut solum uno anno ex saginatione porcorum summam 4000. thalerorum confecerint. Sprenger. *in Statuum Imp. delineat. p. 375.* Et Unam Hassiæ sylvam *Reinhardswald*, si glandis copia suppetat, annuatim 200000. suibus saginandis sufficere, & lucrum inde proveniens ad 30000. florenorum summam ascendere refert Conr. Dietericus *in Eccles. Tom. 1. conc. 4. super cap. 2. fol. 220.* Neque alio 7
ex animali numerosior materia eduliorum, quinquaginta prope sapores, cum cæteris singuli, Plin. *Lib. 8. Hist. Nat.* Quas Principum extraneorum mensas pernæ Westphalicæ (quæ a Gallis Moguntinenses, les jambons de Mayence vocantur perperam) non intrant? Cibus tam delicatus, ut famem apud saturos inveniat. Klock. *de Ærar. lib. 11. c. 4. n. 25.*

Dubitatum olim fuit, utrum sues pecu- 8
dum numero comprehendantur? Sabinianis hoc negantibus, forte ex hac ratione, quod sues non pariter, ac Equi, Boves, Oves, &c. tam gramine pascantur, quam glandibus radiculis bulbis, vel lumbricis effossis. Arist. *Histor. animal. lib. 8. c. 6.* ibi: Sue excepto, qui minime herbæ appetens est, sed radicum maxime ex omnibus animalibus. add. Hotom. *ad pr. Inst. de L. Aquil.* Quam tamen ob rem por- 9
cum Paracelsus subtilissimum Alchymistam vocat, quod ex aliorum animalium stercore adhuc producere queat Chylum, Mœbius *in disp. de Chylificat. θ. 7.* vel quod

quod lacte, lana, fimo, onera gestando,
trahendo, non inserviant usibus patrisfa-
milias, sed carne tantum & adipe rem fa-
miliarem augeant. Imperator tamen *§. 1.*
Inst. de L. Aquil. ex sententia Martiani
l. 65. §. 4. de Leg. III. sive potius Labeo-
nis *l. 1. §. fin. ff. ad L. Aquil.* pecudum
numero adscribit, quia sues utilitatem ali-
quam adferunt per fœtum, *arg. §. 37. de*
rer. divis. & gregatim pascuntur, suarium,
vel subulcum sive porculatorem suum ha-
bent, quod patet ex historia de Gergese-
norum suibus, quorum greges dæmones
invasere permittente Jesu, & egere præci-
pites, cui adstipulatur Homerus *Lib. 13.*
Odyss. qui testatur sues quoque sua na-
tura, & semper sub cura pastorum pastos
10 fuisse. Non equidem est dubium porcos
pascuis & pratis non minimum damnum
inferre, qui rostro omnia volvunt & re-
volvunt. Brunnem. *Vol. 1. Consil 14. n. 65.*
nisi injecto ori annulo æreo coërceantur;
Hinc Ordinatione Forestali Bavarica
Art. 10. præcipitur: Ne quis sues in Syl-
vas circa Festum purificationis Mariæ abs-
que annulis immittat; unde etiam pro-
verbium, Annulus aureus in naribus suis
mulier pulchra & fatua. Proverb. *cap. 11.*
Dissentit quidem quoad nemora & loca
inculta Ernest. Coth. *Vol. 3. Resp. 49. n. 184.*
suesque defendit, quod damnum fundis
illatum bonitate sua compensent, quod
oculi rusticorum dicantur, quodve aliis
quoque melioris conditionis hominibus
gratus cibus sint ac suavis. Quæ quidem
laudes ei, qui a suibus alienis damnum est
passus, vix satisfacient. Unde sues pa-
scere in pratis & vinetis omni tempore
prohibetur *in Consuet. Aurelian. Tit. 5. c. 5.*
11 & Arvernens. *Tit. 28. Art. 24.* Quia etiam
in Civitatibus & pagis commestione & ar-
rosione præ aliis animalibus solent no-
cere, Jure Saxonico cavetur, *niemand soll*
sein Vieh zu Hause lassen, das dem Hirten
folgen mag, ohne Sauen, so saugende Ferckel
haben, die soll man doch also bewahren, daß
12 *sie niemand Schaden thun.* Exemplum
de porco admordente faciem & brachia
infantuli vid. ap. Colerum *Decis. 168.*
n. 12. Et Guido Papa *decis. 238.* in Bur-
gundia se meminit vidisse quendam por-
cum, qui puerum occiderat in furcis su-
13 spensum. Aliud apud Mornacium *ad*
l. 40. verb. Verrem. ff. de Ædil. Ed. de por-
cis Antonianis infantulum expositum Lu-
tetiæ Parisiorum discerpentibus, quapro-
pter accedente etiam pestis periculo por-
cos illos circa annum 1562. urbe ejectos
fuisse refert, postquam excursus eorum
per vias toleratus fuerat per tempus haud
exiguum. Sues isti fuere duodecim in-
stituti ab Antonio fundatore hujus Or-
dinis, & Privilegio eo gaudebant, ut in
quamcunque devenirent domum, a patre-
familias laute exciperentur & saginaren-
tur. Proverbium hinc ortum notat Scha-
ræus *Sprachen-Schule p. 230. Er läufft her-*
um wie eine Antonius-Sau. Inter alia 14
animalia ferocia Ædiles prohibebant ver-
rem vel minorem aprum, qua vulgo iter
fit, ita habere, ut nocere possit. *§. fin. Inst.*
si quadr. paup. l. 40. & seqq. ff. de Ædil. Ed.
Et quamvis Verrem communiter pro sue
domestico accipiant P. Jacob. Aurel.
Pract. Tit. 149. n. 18. Tamen hoc loco
verres nihil aliud est Ædilibus quam aper
minor, cujus mentionem faciunt Ædiles,
quod major ob nimiam ferociam conti-
neri difficilius potuerit. Thom. *de Noxa*
Animal. c. 19. n. 5. Verrem vero dome- 15
sticum (qui, ut Glossa Latina *ad text. Land-*
Recht L. 2. Art. 62. definit, est porcus cum
testiculis) quem quis in usum universita-
tis pascit, ob damnum datum non includi,
sed abigi tantum posse de Jure Georgico,
Præfect. Hammon. Art. 31. tradit Feldm.
de Inclus. animal. C. 19. §. 14.

Optima porcorum esca sunt glandes. 16
Glandis vero nomine non tantum ex 17
quercu, ilice fagove, sed ex omnibus arbo-
ribus fructus intelliguntur. *l. un. ff. de*
Gland. Leg. l. 236. §. 1. ff. de V. S. Intellige
in interdicto de glande legenda omnes fru-
ctus in arboribus natos voce glandis signi-
ficari, cum in omnibus eadem ratio sit.
Fornerius *ad d. l. 236. §. 1.* Alias proprie
glandem ferunt robur, quercus, esculus,
cerrus, ilex, suber. Plinius *Lib. 16. Histor.*
Nat. c. 5. Quia harum arborum fructus
putamen aut testam habent, nec pone il-
las cadunt, si motæ, uti poma & pyra, sed
excuti debent, & longe a stirpe cadunt.
Imo hodie nobis glans dicitur tantum fru-
ctus fagi aut quercus. Quod itaque scripsit 18
Freinsh. *ad Phædri Fab. 56. 5.* Veteres
etiam glandibus, cum fruges nondum essent
repertæ, vesci solitos, nec hodie esse, qui
abhorreant, id verum omnino crediderim
de fageis & castaneis. Quamvis & fageos
fructus naturæ inimicos prædicet Thom.
Bartholin. *in actis Medicis & Philos. Haf-*
niens. Anni 1673. Vol. 2. §. 57. ubi refert,
virginem quandam nobilem ex esu ejus-
modi fructuum in febrim incidisse, eos-
que

19 que delirium inducere. Cæterum glandibus e quercu, nobis proprie sic dictis, nemo facile dixerit eos pro cibo usos fuisse, cum inimicus & naturæ is maxime sit adversus humanæ. Nam Francisc. Mezerey *en l'histoire de France dans la vie de Francois I. pag. 477. & 478.* narrat, quod cum Anno MDXXIIX. natura vices suas non absolvisset, & cæteris imperitaret æstas, tanta frugum inopia inde evenerit, ut coacti fuerint mortales e glandibus conficere panem, *de quelle mauaise nourriture,* inquit *s' engendra une nouvelle maladie fort contagieuse, qui depeschoit son homme en peu d' heures, d' ou elle fut dite Trousse galand, & si quelqun en eschappoit elle luy arrachoit tout le poil, & les ongles, & luy lassoit une langoureuse foiblesse six semaines courants avec un si grand degout des viandes qu' il ne pouvoit rien avaler que par force.* Hinc colligere promtum, nimis esse calidum atque siccum hoc alimentum, neque ideo convenire naturæ humanæ. Quod & inde erudimur, quod nec glans ad porcorum prosit saginam, nisi quoque eodem tempore in sylvis & saltibus copia certi generis vermium adsit quos vorant, ut calor e pasta glande temperetur, quosque studiose rostro quærunt, ut ideo istud a provida natura datum esse videri possit. Solent tamen miselli, uti rustici & tenuissimæ sortis homines, nonnunquam miscere e robore glandem siligini, sed an ideo inter mortalium cibos hos quis numeret, quod dura in rebus egestas id nonnullos facere cogit? Neque credendum, quod orbe novo cœloque recenti homines glandibus e robore aut quercu vesci fuerint soliti, sed de fageis, uti etiamnum fit, id capiendum, etiamque de juglandibus, castaneis & amygdalis: atque sic intelligendus Plinius *Proœm. lib. 16. hist. nat. & lib. 5. c. 58.* & Juvenal. *satyr. 6. 10.*

Et sæpe horridior glandem ructante marito.

Hæ enim minus nocent. Feldm. *de inclus. Animal. c. 48. sect. 21.*

Si in magna copia proveniunt glandes, vocatur *volle Mast,* alias *halbe Mast, Spreng-Mast,* pertinentque ad eum, qui habet Jus Foresti vel ad dominum sylvæ, quia in eis magna domini utilitas versatur, & hujusmodi fructus sunt pars sylvæ. Gail. *lib. 2. Obs. 68. n. 1.* qua de causa etiam in quibusdam locis quintum caput habet dominus pro pastu. Gryph. *Oecon. Leg. L. 1. c. 39. §. 104.* In Saginatione porcorum 20 succuli & porci minores non continentur appellatione aliorum porcorum, si tempore saginæ alicui permissum hos in sylva pascere, tunc enim non alios quam altiles in eam mittere potest, uti in supremo Marchiæ Brandenb. Tribunali die Mercurii post Oculi 1595. judicatum inter Rohreos Mejenburgenses & eorum socios. Ratio est, quia, qui plures pecudes egit in sylvam, quam licuit, servitutem quidem non amittit, non autem conceditur plus quam pactum est in servitute habere: uti Marcianus ait *in L. 11. pr. ff. qvemadm. servit. amitt.* Feldm. *d. C. 19. §. 15.* Vide plura de glandis legendæ potestate in *Cap. de Sylvis.*

Si porcus venditus laniis laboret, *wann* 21 *es finnig ist,* quos lanio ex apertione palati & inspectione linguæ facile deprehendit, redhibitioni non erit locus. Frantzk. *ad Tit. de Ædil. Ed. n. 56.* Sed imputet sibi emtor, quod non viderit vitium exterius, aut tamen videre debuerit ac nihilominus pecus emerit, non est enim necessaria demonstratio aut admonitio in rebus visibilibus, *l. 1. §. 1. de Ædil. Ed.* Carpz. *P. 2. c. 34. def. 16.* Dissentit. Esbach. *ad h. l.*

De Jure Saxonico ad comestibilia, quæ 22 inter viduam Nobilem & defuncti mariti hæredes dividi debent, etiam pertinent porci saginati, *Mast-Schweine, Libr. 1. Land-Recht Art. 24.* Etsi vero interpretes Juris Sax. id communiter restringant ad porcos saginatos, qui jam tempore obitus mariti mactati & in partes divisi fuere. Berlich. *P. 3. Concl. 48. n. 27.* Attamen fundamento hæc restrictio destituitur, quin potius expresse adversatur, *dicto Art. 24. in pr. vers. Zur Morgengabe gehören alle Feld-Pferde, Rinder, Ziegen und Schweine, gemästete Schweine aber gehören zu dem Mußtheil,* Carpz. *P. 3. Const. 35. Def. 2.*

Apud Romanos Suarii & Porcinarii 23 erant; illi suillam carnem a collatoribus suscipiebant ad victum Civium Romanorum, hi vero porcos pascendos agebant in pascua publica, unde textus *in l. 1. de Suar.* non est intelligendus de custodibus porcorum privatis, sed publicis, quod indicat verbum urbis æternæ. Itaque Suarii & Porcinarii tenebantur popularibus affatim suillam præbere, quandoque gratis; nam ut scribit Vopiscus in Aureliano, oleum, panis & porcina caro populo Romano sæpe gratis præbebatur, raro vinum, reliqua pecora in macello vendebantur a lanionibus.

Cœpit

Cœpit & a Suariis vendi porcina sub exagio, id est trutina, atque id a Præfecto quodam Urbis institutum refertur *in l. 4. C. Theod. de Suar.* ut Suariis æstimandi licentia denegetur, pondusque porcorum trutinæ examine, non oculorum libertate
24 quæratur. Hinc est quod ad curam Præfecti Urbis pertineret, ut omnis caro justo pretio venderetur, & ideo forum suarium & cæterorum pecorum sub ejus cura fuisse tradit Ulpianus, *in l. 1. §. Cura carnis ff. de Off. Præf. Urb.* Porro suariis miscebantur vaccarii & caprarii, quos artem habere dicit Ulpianus & tanquam artifices, si peccaverint, teneri ex imperitia quæ culpæ annumeratur, *l. 10. §. 5. ff Locat. l. 18. §. de Bubulco. ff. de Instruct. vel Instr. leg.* Cogebantur autem hi quintum animal præbere ad augendum gregem Principis, quoties illius diminutio & interemtio contingebat. *arg. l. 4. de Murileg.* Quia vero Suarii pervigilem laborem po- 25
puli Romani commodis exhibebant, ideo ipsis indultum, ne sordidis muneribus subjacerent, *L. 1. de Suar.* Itemque concessum his & quibuscunque ex corpore suariorum, sive agant in judicio, sive conveniantur, ut coram urbis Prætore lis ventiletur & peragatur, *l. 2. C. de Suar.* Perez. *ad h. t.*

CAPUT XVII.

DE CANIBUS ET FELIBUS.

SUMMARIA.

1. *Canes ad hominum commoditates nati.*
2. *In quibus canes præ cæteris animalibus excellant?*
3. *Canes in honore habiti.*
4. *Canum Usus triplex.*
5. *Canis Custos.*
6. *Varia genera Canum.*
7. *Quomodo canes ad venandum institui debeant remissive.*
8. *Canes an feræ sint naturæ?*
9. *Si canis damnum dederit, habemus actionem in factum contra dominum.*
10. *Quod non obtinet, si quis a Cane alligato ex incogitantia vel lascivia fuerit læsus.*
11. *Pœna illius, qui habebat canem ferocientem.*
12. *De jure Saxon. quomodo puniatur, cujus canis damnum dedit.*
13. *Quid obtineat si canis sit rabiosus?*
14. *Baldus JCtus a cane rabido admorsus.*
15. *Datur & actio de pauperie de damnis a Cane datis.*
16. *Possunt & canes damnum dantes interfici.*
17. *Occisio tamen debet fieri defensionis causa.*
18. *Interficiuntur & canes feris insidiantes.*
19. *Si quis ex ore canis vel lupi pecudem eripuit, an priori Domino restituere teneatur.*
20. *Interficiens canem an fiat infamis?*
21. *Pretium tamen canis absque necessitate necati solvere tenetur.*
22. *Injuria fit Viro Nobili, ejus cane venatico ademto vel necato.*
23. *Gestatio canis qualis olim pœna?*
24. *Supplicium de canibus sumtum.*
25. *Feles animalia maxime necessaria.*
26. *Pœna occidentis felem apud Ægyptios capitalis.*
27. *Arabes pro Deo felem habebant.*
28. *Feles an pecudum numero veniant?*
29. *Feles feræ ad venationem inferiorem pertinent.*
30. *Si damnum a fele datum, competit contra istius dominum actio de pauperie.*
31. *Possunt & feles damnum dantes occidi.*
32. *Per feles pestis circumfertur.*
33. *Eorum pili hominibus noxii.*
34. *Canes & Feles pertinent ad hæredem.*

1 CUm Canes tum fidelitate in defendendo domino, tum in custodienda re familiari, tum etiam in venatione egregiam operam præstent, merito Cicero scripsit eos ad hominum commo-
2 ditates natos. Animalis vero hujus natura quatuor rebus excellit. Olfactus sensu animalibus cæteris canes præeunt, quo discernunt & utilia sibi & noxia; deinde cicures & mansueti cum hominibus degunt, tum etiam domum custodiunt. Et postremo supra omnium reliquorum ingenium eorum vitam fortissime tuentur ac propugnant, a quibus bene accipiuntur. Athenæus *Lib. 13.*

Deipnoſoph.302. in fin. Sed tamen, ut idem auctor docet, vorax valde eſt, unde quod domi negatur, apud vicinos quærit, niſi cor caninum habeant, hoc enim habentem fugiunt canes. Plin. *lib. 28. Hiſtor. Natur. cap. 5.* Extat de Canum fidelitate Phalæcion non inelegans Jacobi Micylli, cujus initium eſt:

Inter quadrupedes canis fidelis,
Inter quadrupedes canis Patronum
Cognoſcit, veneratur & tuetur.

3 A quibusdam canes in honore habiti, ſicut Gunnartus Rex Sueciæ, qui devicta Norwegia pro locum tenente canem præpoſuit, conſtitutisque conſiliariis, qui nomine ejus jus dicerent. Zeil. *Cent. 5. Ep. 2.* Andreas Doria Dux Genuenſis canem habuit ſemper comitem nomine Roldan, cui inſerviebant duo famuli, & eſcam ipſi argenteis patinis præbebant, proventusque annuus ejus erat 509. coronatorum. Epitaphium hujus refert Limn. *in J. P. L. 6.*
4 *c. 6. n. 89.* Canes vero potiſſimum ad triplicem uſum adhibentur, vel ad voluptatem, vel ad cuſtodiam, vel ad venationem, Iſid. *Lib. 12. Etym. 2.* Camerar. *Lib. 1. Me-*
5 *dit. 24.* Cuſtodem validum & ferocem eſſe oportet, ut etiam fures & feras abigere poſſit. Creſcent. *lib 9. c. 78.* Ut moloſſi, de quibus Virg. *Lib. 3. Georg. Nunquam cuſtodibus illis nocturnum ſtabulis furem, incurſusque luporum horrebis.* ſicuti eo nomine Canes Anglici commendan-
6 tur. Tales ſunt in Codice Legum Germanicarum & in legibus Bojar. *tit. 19.* Canis paſtoralis Segutius, Urſatitius, Porcaritius, Ductor *Leith-Hund*, Villaticus qui curtem defendit, qui lupum mordet, qui taurum prendit &c. de quibus vide *Gloſſ. Lindenbr.* Venaticorum quoque canum plures ſunt differentiæ, alii exploratores *d. C. 12. §. 12. ff. de Inſtr. leg.* qui in leg. Salica *Tit. 6. Art 3.* argutarii, in LL. Bojoar. *Spür-Hunde* appellantur, alii invaſores, acceptores, Veltres *Winde.* Lindenb. *d. l.* alii liberatores &c. Seneca ita conjungit, in cane ſagacitas prima eſt, ſi inveſtigare debet feras, curſus ſi conſequi,
7 audacia ſi mordere & invadere. Quomodo ad venandum inſtitui debeant propria ars eſt, tradidit eam inter Veteres Xenophon de venatione, Nemeſianus, inter recentiores Jacobus de Fovillou, *en la Venerie.* Nicol. Spadoni *nella Caccia dello ſciop.* Baron von Hochbergs *Adeli-*
8 *ches Land-Leben L. 12. P. II.* Canem animal domeſticum cenſet Gloſſ. *ad Princ. Inſt. Si quadr. pauper.* Quod de Catellis, qui ſunt in deliciis dominorum, intelligendum, ſicut ita diſtinguit Eraſm. *Chil. 3. Cent. 3. Prov. 71.* Nam alias canis feram naturam habet. *l. 2. §. 2. ad L. Aquil.* Maxime validus & robuſtus ad venationem aptus. *l. 44. ff. de R. D. Land-Recht Lib. 2. Art. 62.* Quam etiam infeſtus ſit homini, maxime fame exaſperatus, arguunt exempla crudelia apud Camer. *L. 1. Med. Hiſtor 38.* Unde Romæ de cane olim lata Lex Feſulania, de qua Treutl.
i. d. 18. §. 3. Et ſi canis damnum dede- 9
rit, actionem in factum contra dominum ex Ædil. Edicto habemus. *l. 40. & ſeq. de Ædil. Ed. d. Art. 62.* Quia ſcilicet in catena continendus eſt, aut ſaltem in copula, Gryph. *Oecon. leg. Lib. 1. c. 18. n. 64.*
Si igitur ex laſcivia vel incogitantia a 10
cane alligato quis fuerit læſus, nullam habet actionem. *l. 2. in f. ff. ſi quadr. paup.* Majoris cautionis ergo canibus, qui ad fores allegati erant, & oſtiarii dicebantur, ſuper inſcripta erat formula CAVE CAVE CANEM. Hillig. *in Donel.*
Enucl. L. 15. c. 44. Lit. D. De cane feroce 11
Legibus Georg. Juſtin. Imper. Tit. 9. & hoc cavebatur, ſi quis haberet canem robuſtum & ferocientem adverſus ſimiles ſibi canes, atque hunc adverſus imbecilliorem concitando ſic irritarit, ut graviter hunc lædi contingat & mori, noxam domino canis præſtet, ac duodecim pla-
gas accipiat. De jure Saxonico, qui ha- 12
bet canem ferocem dato ab ipſo damno ad æſtimationem tenetur, arbitrarieque punitur, etiamſi a ſe canem excludat: dummodo probari poſſit, quod usque in diem damni dati eum tenuerit. Matth. Coler. *P. 1. deciſ. 168. n. 5.* per text. *in art. 62. Land-Recht.* Quod præjudicio confirmat. Carpzov. *in Prax. Crim. P. 3. Quæſt. 131. n. 23. Hat Hans Schmidts zu Roda thörichter Hund, den er auf geſchehene Verwarnung nicht abgeſchaffet, noch weggethan, einen Knaben von 8. Jahren jämmerlich erbiſſen und umgebracht, ingleichen Jnhalts der gerichtlichen Beſichtigung Hanſen Harniſchens Sohn und Tochter gantz übel gebiſſen und beſchädiget, und nachdem bemeldter Hans Schmidt hierüber vernommen worden, hat er geſtändig ſeyn müſſen, daß der Hund angeregte Schäden obbenamten Perſonen zugefüget, darzu er dann, weil er den Hund nicht beſſer verwahret, oder auf Verwarnung zu Tode*

ſchlagen

schlagen lassen, selbst Ursach geben. So ist er, unangesehen er sich des Hundes nicht wiederum angemaßt, des erbissenen Knabens nächsten Freunden ein gantz Währ-Geld zu erlegen, sowol den andern beyden beschädigten Personen das aufgewendete Artzt-Lohn wieder zu erstatten, wie dann auch die Unkosten auf vorhergehende Liquidation und richterliche Ermässigung zu entrichten schuldig, und mag hierüber willkührlichen entweder ein vier Wochen lang mit Gefängniß oder um eine ziemliche Geld-Busse, seinem Vermögen nach, iedoch daß sich dieselbe über zehen neue Schock nicht erstrecke, in Straffe genommen werden; V. R. W.

13 Quando vero absque ullius culpa canis rabiosus in gregem irruit, ac oves dilacerat, pro damno casuali habetur, quare nec opilio hoc casu ad æstimationem pecorum tenebitur, nisi ipsius culpa ac negligentia casum præcesserit. Carpz. *P. 2. Const. 26. def. 16.* Verba sentent. *Ist ein thörichter Hund bey nächtlicher Weile in eure Schäferey kommen, und hat in die 40. Stück Schaaf-Vieh beschädiget und zerrissen, derer auch viel thöricht worden und gestorben &c. So mag Jacob Wigandt, euer ietziger Schaaf-Meister, angeregte Schaafe gestalten Sachen nach zu bezahlen nicht ge-*
14 *drungen werden; V. R. W.* Cavendum igitur vehementer a morsu canis rabidi, quod cum non observavit Celebris ille JCtus Baldus, a catello circa labia admorsus, non absque rabie post 4. menses mortuus est. Schorer *in Medic. Peregrin. p. 157.* Ubi tradit hepatem canis istius rabidi, qui momordit (si intra 24. horas possit haberi) cum vino coctum optimam esse medici-
15 nam contra hoc malum. Quin etiam actionem de pauperie directam competere de damnis a cane datis, tradit Thom. *de Nox. Anim. Cap. 3. n. 25.* v. gr. si carnes vel uvas ex vinea alterius comederit.

16 Licet vero canes gramina nisi contra sui generis naturam, & cum magno suo malo depascant, ideoque depascendo non noceant, attamen se pascendo damnum sæpe nobis dant, unde quamvis capi ob eorum perniciem nequeant, interfici tamen possunt. *arg. l. 32. pr. l. 29. §. 1. ff. de L. Aquil.* Feldm. *de inclus. Animal. c. 22. sect. 1.* Quod & ad morsum eorum evi-
17 tandum permissum est. Hoc tamen ita intelligendum, ut vulneratio vel occisio fiat propter metum instantis periculi vel damni, quasi per defensionem. *Land-Recht Lib. 3. Art. 48.* & Weichb. *Art. 121. Schlägt auch ein Mann einen Hund zu Tode, oder ander Thier, als es ihme schaden will, er bleibet ohne Wandel.* Sed & si committentibus duobus canibus, unius dominus alterum gladio, baculo aut lapide petierit & læserit, securus erit. *Leg. Georg. Justin. Tit. 6. §. 8.* Neque magis injuria intelligetur fecisse, quam qui orto incendio suarum ædium defendendarum causa vicini ædificium dissipavit. *l. 3. §. 7. ff. de incend. ruin. naufr.* Quid quod hominem etiam occidere licet tam ob defensionem personæ, *l. 3. D. de Just. & Jur. l. 2. cum seqq. C. ad L. Corn. de Sicar.* Ordin. Carol. *Art. 150. pr.* quam ut quidam volunt rerum. *p. l. 1. C. unde vi. l. 4. §. 1. l. 52. §. 1. D. ad L. Aquil. l. 6. verb. de Sent. Excom. in 6to. l. 2. X. de Homic.* Non aliter autem excusatur, qui canem nociturum peremit, quam si damnum aliter evitare non potuerit, *d. l. 3. §. 7. in fin.* ibi: cum alias non posset. *ff. de Incend. ruin. naufr. Land-Recht Lib. 3. Art. 48. gewehrt es auf den Heiligen.* Ex hoc etiam fundamento, 18
quia ruri feris insidiantur, a saltuariis nisi baculos in collo gestent, solent internecioni tradi, vel domini eorum puniri, quod & Legibus Provincialibus multorum locorum comprobatum reperitur Mand. Elect. Saxon. *Vom Büchsentragen de An. 1629. Jmmassen Wir ein solches durchaus in Unserm Churfürstenthum und Landen zu halten hiermit anbefehlen, daß sie keine Hunde mit sich auf die Felder nehmen, sondern denselben Klöppel, fünff Viertel Ellen lang, anhängen, und derer allein zu Bewahrung ihrer Heerden und Häuser gebrauchen; da aber Unsere Hege-Reuter die Hunde in Feldern antreffen würden, die sollen sie in die Dörffer jagen, und wem sie zuständig, gewisse Erkundigung einziehen, damit die Ubertreter durch Unsere Schösser, darunter sie gehörig, mit gebührlicher Straffe, von welcher eine Helffte Uns zu berechnen, die andere dem Hege-Reuter, so sie ertappet, gefolget werden soll, angesehen, und unnachlässig beleget werden.* Cum quo consentit Constitutio Elect. Brandenb. *in der Jagd- und Haltz-Ordnung de Anno 1622. tit. 14. Von den Hunden. Es soll auch niemand, er sey von Adel, Bürger, Schäfer, Hirte oder Müller, seine Hunde ledig in die Heyde lauffen, sondern ein ieder den Hunden Prügel oder Knüttel zweyer Schuhe lang anbin-*

anbinden, oder dieſelben an Stricken führen laſſen. Da aber einer oder mehr ſolches nicht thäte, und von unſern Ober- und Hof-Jägermeiſter, auch Ober-Holtz-Förſtern, nebſt unſern Hauptleuten, auch Amt- und Holtz-Schreibern, Haſen-Hegern und Puſch-Läuffern, oder dero Dienern betroffen würde, dem ſollen alſofort die Hunde erſchoſſen werden, und er darzu 12. Silber-Groſchen, welche halb der Herrſchafft, und die andere Helffte dem, der es anzeiget, zukommen ſollen, zur Straffe verfallen ſeyn. Idem etiam obtinet de Jure Friſ. Orient. Embdan. *Transact. ad art. 9. Anno 1662.* In Inſula Wangeroga, ne fugentur cuniculi, incolæ nulli permittitur habere canem: *Edict. Comitis Oldenb.* Anton. Güntheri *die 18. Maji 1612.*

19 Quæri ſolet, ſi canis vel lupus accepit pecudem, & quidam tertius eripuit ex ore illorum, an teneatur reſtituere priori domino? Quod quamvis difficile ſit lupo agnum eripere, attamen dicendum, noſtrum manere, quamdiu recipi poſſit id, quod ereptum eſt, *l. 44. ff. de A. R. D.* Cæpoll. *de Servit. L. 2. c. 21. num. 6.*

20 Interficiens canem ſive caſu, ſive ex neceſſitate, non fit infamis, licet in nonnullis locis apud Opifices, *bey denen geſchenckten Handwercken*, abuſu ita obſervetur. Knipſchild. *de Jur. & Privil. Civit.*
21 *Lib. 5. cap. 2. num. 75.* Exſolvendum tamen pretium canis absque neceſſitate necati ſecundum æſtimationem domini, niſi is, qui damnum dedit, juramento minoraverit, *Land-Recht Lib. 3. Art. 51.* tenebiturque cædens pœna extraordinaria, quale exemplum refert Carpz. *P. 4. Conſtit. 37. def. 8.* ubi interficiens canem voluptuarium ſexagenam novam pœnæ loco ſol-
22 vere coactus fuit. Injuriam inſuper viro nobili fieri venatico cane ademto vel cæſo, tradit Arn. Ferron. *in Conſuet. Burdig. L. 2.*
23 *tit. 11. §. 1.* Ignominioſa autem apud veteres Francos & Suevos erat canum geſtatio, ut ſi quis Nobilis Miniſterialis vel colonus coram ſuo judice pro hujusmodi exceſſibus reus inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniretur ad confuſionis ſuæ ignominiam, Nobilis canem, Miniſterialis ſellam, Ruſticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogeretur. Ita Fridericus Barbaroſſa condemnavit Hermannum Comitem, Palatinum Rheni, & decem ejusdem ſocios, quod ſe in Italia abſente prædationibus & incendiis pacem publicam turbaſſent, per integrum milliare Germanicum canem portare. Otto Friſingenſis *L. 2. Cap. 28.*
Canem autem a Nobilibus perſonis ideo 24
portatum fuiſſe cenſet Joh. Pflugius, quem Camerar. *2. Horar. Succiſiv. cap. 95.* allegat, ut eos officii neglecti admoneret, quod erat excubare in aula, Regem cuſtodire & defendere. De canibus, qui novitium Franciſcanum diſcerpſerant, & ideo Anno 1610. ex ſententia Judicum obtruncati fuere, vide apud Monarcium ad *l. 1. pr. ff. ſi quadr. paup.* hoc exemplum adducentem tanquam ſingulare, quod, licet Plinius Leones viderit ſuſpenſos in Africa, idemque propter atrocius admiſſum fuerit obſervatum in aliis animalibus, vetuſtas tamen in canes nihil tale ſtatuerit ob fidem & cæteras eorum virtutes. Feles denique eſſe animalia ma- 25
xime neceſſaria ex eo patet, quod domos noſtras a gliribus & muribus tutas reddunt. Apud Ægyptios ſi quis eas nolens 26
volens occidiſſet, crimen non niſi capite luebatur. Diodor. *Biblioth lib. 2.* Arabes 27
pro Deo habebant felem auream, ſive quod hoc animal ritu naturæ numeros Lunæ oſtendat, & lunaribus incrementis oculos quoque grandiores habeat, ſive quod ab Æſopo traditum, puellam fuiſſe felem, tam præſtanti corpore, ut Veneris invidiam in ſe concitarit, adeo ut formæ majeſtatem ipſi abſtulerit, novamque indiderit, nec tamen deformem, utpote quæ vegeta atque agilis ſit, Leonique ſimillima, uti ex Calcagnino & Eraſmo narrat Henr. Salmuth. *in not. ad Panciroll. lib. 2. memorab. c. 1. p. 34.* etiamque vernacule in ſuum opus, vulgo *Froſch-Meuſler* dictum, tranſtulit ſive Georg. Rolhagen ſive alius, qui murium ranarumque bella conſcripſit. Præterea dubio careat fe- 28
les pecudum numero non contineri *arg. 6. 65. §. 4. ff. de Leg. III.* Germani tamen vocabulum *Vieh* latius uſurpant, pro quovis animali domeſtico, & *Thier*, quod a Græco Θὴρ deducitur, pro fera beſtia, ut in verſione Bibliorum Germanica Lutheri *Geneſ. 1. v. 24. 25.* ubi in margine notatur: *Vieh was zahm, Thier was wild iſt.* Ita gallinas, anſeres & ſimiles aves domeſticas appellant *Feder-Vieh*; & de eo cui res anguſta domi in proverbio eſt: *Hund und Katze iſt ſein beſtes Vieh.* Apud nos equidem in Germa- 29
nia

nia feles feræ in Sylvis reperiuntur, quæ ad venationem inferiorem spectant, uti infra *in Cap. de Venat.* dictum.

30 Quia autem Feles tacito gradu non tantum alieno pecori, sed & aviculis, quin & columbis & pullis gallinarum insidiantur, sed etiam ex vicinis ædibus in hortos coëunt, & varie eis nocent; Hinc actio de pauperie contra istorum animalium dominos prodita, nam de cane, a quo rectissime Glossa *ad pr. ff. si quadrup. paup.* argumentatur, id traditum est, *arg. l. 1. §. 5. l. 2. §. 1. ff. eod.* Thom. *de nox. Anim. Cap. 3. num. 25.* Si enim per rem tuam mihi damnum datum est, tunc demum non teneris si nulla ope occurri abs te potuit noxiæ, *l. 24. §. 8. ff. de damn. infect.* hoc autem quod a fele tua datur, non casu fortuito, nec vi divina contigit, sed tua culpa, quod eam non melius aut pascas, aut mansuefacias, ut non vagetur extra tuam domum, scire enim debes, quod animal hoc, si audimus Accursium *ad pr. Instit. si quadrup. pauper. verb. contra natur.* & Paul. Castrens. *ad L. 1. pr. 1. 2. & ad l. 2. num. 1. ff. eod.* neque ferum plane est, neque mansuetum, sed tertium atque medium genus constituit.

31 Quia vero feles perniciores sunt multis animalibus, & se prehendi nulla ratione sinant, neque ideo capi aut includi possint, iisdem ex causis, ob quas bipedes queunt occidi, eas quoque necare fas erit, cum eædem, imo fortiores rationes hic adsint, quam in gallinis, anseribus, & anatibus, cur ergo non idem jus in hoc animali statui debet. *arg. l. 32. pr. ff. ad L. Aquil.* Dn. Feldmann. *de inclus. Animal. Cap. 22. Sect. 3.* ubi addit, quod feles etiam mansuetæ & domesticæ facile in libertatem naturalem se recipiant, nisi optime eas nutriveris. Quod si non feceris, & deinde occidantur ab alio, non magis hic eo nomine tibi tenebitur, quam si hirundinem, quæ in domo tua nidum fecit araneasque captare solet, ego occidam, quod in ædes meas involet & stercore suo mihi molesta sit; aliamve feram bestiam necaverim. Hoc enim nomine felis extra prædium domini sui semper veniet, quoties damnum ab ea patior. *arg. l. 1. §. 5. ff. si quadrup. paup.* Si tu iterum noxiam metuere debeas propter cæsam a me felem, aliam tibi para, eamque doceas abstinere ab ejusmodi rebus, & si damnum ideo sentis, quod antea hoc non feceris, id culpa tua accidit, ergo est, quod tibi non mihi, qui damno prospexi meo, imputes, *l. 26. ff. de damn. inf. arg. l 203. ff. de R. J.*

Per feles etiam pestem circumferri tradit Zacchias *lib. 3. Quæst. Medico-Legal tit. 3. quæst. 4. n. 8.* Quis ergo vetabit hoc animal tam exitiosum occidere, si horror mentem nostram tanti mali occupet? 32

Est hæc bestia quoque & alio nomine mala, quod per lasciviam volutando se per herbas & olera non tantum his noceat, ne surgere possint, sed quoque esui earum obstet, quippe cum facile ita pili istius animalis herbis misceantur, quos pro veneno haberi notum est. Zacchias *d. tit. 2. quæstion. 4. num. 30.* Feldmann. *d. l. num. 24. 25. 26.* 33

Notandum denique Canes & Feles pertinere ad hæredem; quicquid enim est in hæreditate quod neque ad Geradam, neque ad Morgengabam, neque ad cibaria pertinet, illud hæres accipit, inter quod etiam Canes & Feles referuntur. *Was alsdenn der Mann nach sich hat gelassen, das nicht Lehn ist, und das nicht zur Gerade, Morgengabe und Mußtheil gehöret, woran das ist, folget dem Erben, als nemlich alles Geld, Silber und Gold und Gewand, das zu weiblicher Zierde nicht gemacht, &c. Hüner, Tauben, Hunde, Katzen, &c.* Weichb. *Art. 29.* Rothschiltz. *Tractat. von der Mitgifft, Leib-Geding &c. Art. 25.* Sicut nec numellæ seu Corollaria Catellorum ad bona utensilia uxoris vel Geradam referuntur. Carpz. *P. 2. Constit. 14. def. 42.* Ita Scabini Lips. in causa *der Bucherischen Erben zu Leipzig, An. 1615.* verb. sentent. *Daß die ungepollirten Granaten Chrystallin Stück und der Hunde Hals-Bänder mit Silber beschlagen zur Gerade nicht gehörig, sondern den Erben billig verbleiben.* 34

CAPUT XVIII.

DE ANSERIBUS.

SUMMARIA.

1. *Animalia suppliciis subdita.*
2. *Ut & ipsis honores decreti.*
3. *Romani argenteum anserem in Capitolio posuerunt.*
4. *Anseres Antiquis Germanis Ganzæ dicti.*
5. *Anseres vel domestici vel feri.*
6. *Anseres nocent segetibus.*
7. *Anseres damnum dantes in multis locis licet occidere.*
8. *Melius tamen est dominum monere antea, ut eos custodiat.*
9. *In terra Aurelianensi unum, aut si viginti fuerint, duo licet occidere.*
10. *De jure Saxonico liberum est domino eos abigere, & sequi in domum domini.*
11. *Vel expellere per Canes.*
12. *An necessario requiratur, ut in ipso agro momorderint?*
13. *Non licet talia animalia veneno tollere.*
14. *Hæc omnia locum habent in anatibus.*
15. *Quid de iis Juris in Drenthia?*
16. *Avibus legatis anseres etiam veniunt.*
17. *Et lana legata lana anserina etiam debetur.*
18. *Ob anserem ereptum, quæ actiones competant?*
19. *Quid de his juris in Helvetia?*

1 QUemadmodum ob ingentia malefi-
cia Bruta suppliciis nonnunquam
2 subdita legimus; ita quandoque
ob facta speciem insignis beneficii haben-
tia singulares decreti quibusdam fuere ho-
3 nores. Romani in honorem anserum,
clangore suo Gallos Capitolium occupaturos prodentium, argenteum anserem in Capitolio ponebant, atque singulis annis anseres in gratabulo quam decentissime collocatos publice alebant, canes vero, quod non latrassent, quasi perfidos suppliciis annuis mactabant. Ærod. *rer. Judicat. lib. 3. tit. 16 c. 1.* Unde pene in superstitionem Ægyptiorum, bestias avesque colentium, Roma deciderat, cum anseri solennia celebraret. Augustin. *de Civit.*
4 *Dei Lib. 2. c. 22.* Anser jam olim a Germanis Ganza fuit appellatus, Plin. *l. 10 Hist. Nat. c. 22.* Candidi ibi, verum minores
5 Ganzæ vocantur. Anseres autem sunt vel domestici, vel feri. *§. 16. Inst de R. Div.*
6 Virgilio *Lib. 1. Georg* dicitur improbus an-
7 ser, quod segetibus valde noceat. Hinc etiam in multis locis prædiorum dominis permissum est, si in agro vel horto suo anseres deprehendant, eos occidere, Paul. Voët. *ad §. 1. Inst. si quadr. paup. n. 4.* nec refert, an ager frugibus satus, nec ne? nam satis in gramine eos deprehendi. Stercus enim anserinum valde ei noxium, efficitque ne revirescat. Columell. *L. 2. c. 15.*

8 Nonnullibi vero, antequam occidi possunt anseres, domino semel nunciandum est, ut eos custodia sua coërceat. Feldmann. *de Inclus. animal. c. 21. §. 1. & 4.* Sicuti fecit is, qui ex anseribus in agro suo repertis uni schedulam appendit hisce literis: *Kommen sie wieder, so kommen sie*
nicht wieder. In terra Aurelianensi & Ar- 9
vernensi, si anseres aliaque volatilia damnum in alieno agro faciant, unum, aut si viginti fuerint vel plura, duo ex his configere fas est, & ibi mortua deferre, non comedere, aut in viam conjicere. vid. Consu. Aurel. *tit. 5. c. 15.* & Arvern. *Tit. 28.*
Art. 24. Jure Saxonico si anseres damnum 10
dederint, liberum est domino, vel abigere, & illos assumtis duobus viris sequi in domum domini, quo casu dominus anserum perinde præter damni restitutionem tenebitur ad emendam, ac si pignoratio fuisset facta. *Land-Recht Lib. 2. Art. 47. Ist aber das Vieh also gethan, daß man es nicht pfänden mag, oder eintreiben, als Pferde, die wild seyn, oder scheu, oder Gänse, oder Schweine, so lade der, dem der Schade geschiehet, darzu zween Mann, und beweise ihnen den Schaden* (monstrando eis damnum) *und folge dem Viehe nach in seines Herrn Haus, und beschuldige ihn darum, so muß er ihme den Schaden bessern, als ob es*
gepfändet wäre. Vel expellere per canes, 11
Land-Recht L. 2. Art. 40. Gloss. Lat. *ad Text. Germ. Lib. 2. Art. 47. lit. c.* Berlich. *P. 2. Concl. 34. n. 9.* Et hic si canes pecudem vulneraverint vel occiderint, expellens sive is, qui canes concitavit, nullatenus

tenus tenetur. *Land-Recht Lib. 2. Art. 40. Frätzet aber ein Mann seiner Nachbarn Korn ab, oder anderer ihre Saat, mit Schweinen oder mit Gänsen, die man nicht pfänden mag, hetzet man sie denn mit Hunden, und beissen sie die Hunde zu Tode, oder verwunden sie, man bleibt es ohne Wandel und*
12 *Schaden.* An vero id requiratur, ut canes in ipso agro momorderint? quod sentire videtur Glossa Weichb. *Art. 121. n. 8. Lieff aber der Hund dem Viehe nach auf die Gassen auswendig des Mannes Trauf, des Hundes Wirth soll den Schaden gelten auf Recht.* An potius domino fundi permittendum animalia in alterius fundum effugientia canibus adhuc persequi, & ibi occidere? Quod de anseribus statuit Glossa Latina *ad Text. Germ. Land Recht Lib. 2. Art. 40. lit. n.* Posterius non obscure confirmat doctrina Bartholi *ad l. 23. § quod ait. n. 5. ff. ad L. Jul. de Adult.* Si statutum permittat lædere ingredientem possessionem, licitam esse ingressoris in fugam conjecti persecutionem & oppressionem. Quemadmodum pater, cui filiam in adulterio deprehensam domi suæ, aut in domo generi occidere conceditur, *l. 22. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.* impune etiam occidat profugientem, & in fuga deprehensam extra domum. *l. 23. §. f. ff. ad L. Jul. de adult.* Et adhuc magis in terminis, Claud. Bertazolig. *in addit. ad Cons.* Barth. Bertazol. *l. 1. Cons. 117. lit. a.* & Aymo Publicius *ad Consuet. Arvern. tit. 28. Art. 1. n. 4.* docent, si statutum permittat, animalia in fundo suo reperta propria autoritate interficere, licere etiam ea interficere extra fundum fugientia, modo fiat in continenti, & initium occisionis ita (Bertazoligius dicere forte voluit persecutionis) factum fuerit in ipso fundo. Verum illa *lex 23. de adult.* in qua potissimum radicantur hæc paradoxa, nihil habet de filia extra domum occisa, fugisse potest filia e conclavi in conclave. Potest se abdidisse in angulo, quoniam & a patre persecutore omnes rimulas excutiente post aliquot horarum spatium, maxime si amplæ fuerint ædes, tandem est deprehensa. Tutissimi media via incedemus, aut canes in anseres in fundo existentes irruerunt, & eosdem extra fundum profugientes sponte, & sine ulteriori concitatione fuere persecuti, aut postquam abstinuere persecutione, ad novam domini instigationem anseres jam fundo ejectos impetivere. Priori casu interfectis anseribus dominum fundi excusabimus. Posteriori minime. Bene Olradus *in addit. ad Spec. Lib. 3. Practic. 1. tit. de accusat. §. fin. ad verb. intra certum. pag. 18. col. 1. vers. elegans Olradi.* Quando aliquid inchoatur sine culpa, si deducatur ad statum ex sui natura punibilem, puniri inchoantem si persistat, cum sine facti difficultate & juris pœna desistere potuisset, *arg. l. 4. §. 2. ff. de Bon. Libert.* Nec extendenda est præcedens Juris Saxonici dispositio a canibus ad lapides, quasi domino fundi, si canes non adsint, lapidibus anseres pellere liceat. Recte Scabini Lipsienses eum, qui suem ita occiderat, aliquando condemnarunt ad præstationem Wehrgeldi. Hartmann. Pistor. *Observ. 80.* Hic videmus, quomodo consuetudines & statuta localia a Jure Civili recesserint; ibi enim animal alienum ex agro abigere licet, sed ut suum, i. e. sine damno, alias ex *L. Aquilia* abigens tenebitur, *l. 39. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Justinian. *Leg. Georg. Tit. 4. §. 1. & 2.* Thom. *de Noxia animal. C. 26.* Nec 13
permissum est veneno ejusmodi animalia tollere, Manso ad Modest. Pistor. *Resp. 1. n. 8.* quia hac ratione dominus duplici pœna plecteretur, si ab esu occisorum ipsi esset abstinendum; Atque ideo mores in quibusdam locis volunt, ut is, qui in agro suo alienas volucres occidit, eas in prædium vicini, ad quem pertinent, projiciat, vel saltem ex suo fundo ejiciat, LL. Transysal. *Tit. 16. Art. 6.* aut in proxima arbore sepeve suspendat, LL. Ruræmund. *P. 2. Tit. 6. §. 6. art. 11.*

In anatibus hæc omnia pari ratione 14
locum habent, quarum & stercus gramini exitiosum. In Drenthia si quis anates a 15
die divo Johanni sacro ad Calendas VIIbris in suis fundis deprehendit, non tantum eas occidere, sed & sibi servare potest, quod improbum & insatiabile quoque sit animal, & ea tempestate spicis jam grana habentibus valde noceant. *Edict. Ord. Drenth. P. P. 24. Febr. 1663.* Avibus lega- 16
tis anseres & Phasiani, & gallinæ, & aviaria debebuntur, Phasionarii autem & Pastores anserum non continentur, nisi id testator expressit, *l. 66. ff de Leg. III.* Paul. *recept. sent. Lib. 3. c. 6. §. 76.* Lana vero 17
Legata etiam leporinam lanam, & anserinam & caprinam contineri certum est, *l. 70. § 9.* Ob anserem vel gallinam surreptam 18
datur furti actio, si scilicet ea animalia quis lucrandi animo detinet, *§. 16. Inst. de Rer. div.* & hoc exigit ratio justitiæ, quæ non ex quantitate, sed ex suis regulis

debet æstimari. Vinn. *ad d.* §. alias actio ad exhibendum & Rei vindicatio locum habet. Harp. *ad h.* §.

19 In Helvetia tamen anseres vicinis vel familiaribus furtim auferre, pro furto non haberi, sed esse familiaritatis indicium, modo illi, quorum anser fuerat, ad convivium, in quo anser surreptus apponitur, invitentur, tradit Gesnerus *de Avibus sub voce Anser. lit. H.*

CAPUT XIX.

DE GALLINIS.

SUMMARIA.

1. *Masculinum includit fœmininum.*
2. *Quod in gallinis secus est.*
3. *Gallinarum tria genera.*
4. *Mansuetæ Gallinæ apprehensione non adquiruntur.*
5. *Gallinam detinens qua actione conveniri possit?*
6. *Ob Gallinam ereptam quidam ultimo supplicio affecti.*
7. *Etiam pro ovo erepto judicium patet.*
8. *Hodie ob gallinam ereptam vix criminaliter agi potest.*
9. *Gallina in agro alieno damnum dans de Jure Civili non potest occidi.*
10. *Quid de iis, de jure Saxonico, proditum.*
11. *De Jure Jheverano & Marcano occidi possunt.*
12. *Quæ omnia etiam ad Gallinas Indicas extenduntur.*
13. *Gallorum certamina Græcis & Romanis cognita.*
14. *Sponsiones de iis non illicitæ.*
15. *Problema ludicrum de Gallo Gallinaceo.*
16. *Galli Gallinacei utilitas.*
17. *In pœna parricidii cur Gallus Gallinaceus culeo insuatur.*
18. *Ex solutione gallinæ an jurisdictio colligatur?*
19. *An Nobiles in Gallinis & anseribus jus retractus habeant?*
20. *In Ægypto quomodo pulli animentur?*

1 Quamvis masculinum alias includat fœmininum, illique præferatur:
2 Attamen gallinarum, quam gallinaceorum nomen frequentius in Jure pro genere usurpari animadvertimus, *l. 5. §. 6. ff. de A. R. D.* ibique Gothofr. nimirum quod in hoc genere fœminæ semper plures propter partum alantur, mares perpauci, quod unus fœminis multis sufficiat. Gesn. *de Avib. Lib. 3.*
3 Gallinarum tria genera Varro *Lib. 3. c. 9.* constituit: Villaticas, Rusticas & Africanas. Columell. *Lib. 8. Cap. 2.* Cohortales, Rusticas & Africanas: Villaticas uterque & cohortales appellant, quas ali ubique, tum in urbe tum in villa, videmus. Rusticas vero & sylvestres eas vocant, quas Justinianus §. *15. Inst. de R. D.* feras nominat, quæ ab aucupibus capiuntur, & in servitute non
4 fœtant. Hotom. *ad d.* §. Mansuetæ igitur gallinæ apprehensione non acquiruntur, sed primi domini manent, quocunque locorum veniant, etiamsi illius conspectum penitus evaserint, nec animum redeundi habuerint, *d. §. 16. l. 56. §. 6. d. A. R. D.* Ratio est, quia occupatio in iis duntaxat locum habet, quæ nullius sunt, ut sunt feræ; item mansuefacta, quando animum revertendi deposuerint; quod autem jam alicujus est, sine facto suo ad alium transferri non potest, nec debet, *l. 11 ff. de R. J.* Unde fit, quod qui gallinam invito domino 5
intercipit, aut tantum detinet sciens, actione ad exhibendum & rei vindicatione, vel si lucrandi animo id facit, etiam furti conveniri possit, *l. 8. §. 1. fam. hercisc. l. 37. de furt.* Seb. Med. *de Venat. P. 2. qu. 39.* Justitia enim & in re modica non quantitatem, sed qualitatem facti respicit. Ti- 6
berius Cæsar militem ob pavonem, Pescennius Niger ob gallinaceum, Carolus Burgundus ob gallinam ereptam ultimo supplicio affecerunt. Arumæus *Disc. Acad. 23. th. 8.* tunc enim non attenditur quantitas rei ablatæ, ubi severitatis exemplum propter publicam utilitatem requiritur. Imo pro ovo erepto judicium patet. 7
Ilico Umm. *Disp. 1. n. 15.* & pro uno nummo datur actio Gl. *in l. id est. ff. de dolo malo,* quia pauperi unus nummus est pretiosior, quam

quam diviti centum. Quod pro qualitate personarum intelligendum est, si illæ sint pauperes & miserabiles, Parth. *Litig. C. 3. n. 34.* tunc enim ipsis justitia deneganda non est. Alioquin stultissimus sit, qui propter rem modicam in judicio contendendum putet, scil. propter sumtum, cum una citatio hodie amplius quam gallina constet. Quam etiam extra judicium petiisse operæ pretium non est. Parth. *Lit. d. c. 3. n. 12.* Id enim vitium litigatorum proprium est, litem movere, si vel asinus canem momorderit. Plin. *in Præf. Nat. Hist.*

8 Hodie etiam ob gallinam ereptam furti quis criminaliter agere vix poterit, cum res furto ablata ad duos aureos Ungaricos & dimidium non accedat, uti Dd. communiter attestantur, quos sequitur Wesenb. *in paratit. ff. de Furt. n. 10.* ubi subjicit, quod actiones, quæ infamiam aut graviorem pœnam irrogant, non debeant ex parvis causis

9 dari. Schultz. *ad §. 16. de R. D.* Si gallinæ in agro vicini damnum dederint, de Jure Civili non potuerunt occidi, ibi enim animal alienum ex agro abigere licet, sed ut suum, i. e. sine damno, alias ex lege Aquilia abigens tenebitur, *l. 39. §. 1. ff. ad L. Aquil.* & si non poterunt includi, donec de damno satisfiat, habemus actionem utilem de pastu, *arg. l. pen. ff. si quadr. paup. Land-Recht L. 2.*

10 *Art. 40. in fin.* De Jure Saxonico si gallinæ noceant, captis alæ possunt præcidi. Weichb. *Art. 120. Fliegen auch Hüner in eines andern Mannes Haus, und thun sie ihm Schaden, er mag sie begreiffen, und ihnen Fittiche abhauen, und mag sie wieder heim senden.* Ipsæ tamen occidi non debent, Gloss. Weichb. *d. Art. 120 num. 12.* quamvis Wehrgeldum, quod pro occisis præstabatur, olim valde fuerit exiguum. *Land-Recht L. 3. Art. 51. Das Huhn* (in Latino textu ponitur pullus) *gilt man mit einem halben Pfennig, die Brüt-Henne mit dreyen Pfennigen.* Thom. *de nox. animal. c. 26. num. 14.* Poterit etiam dominus, cui damnum est datum, gallinas abigere, & illas assumtis duobus viris sequi in domum domini, quo casu dominus gallinarum perinde præter damni restitutionem tenebitur ad emendam, ac si pignoratio fuisset facta, *Land-Recht Lib. 2. Art. 47. Ist aber das Vieh so gethan, daß man es nicht pfänden mag &c.* Licet quoque gallinas expellere per canes, & si quædam vulneratæ vel occisæ fuerint, expellens, qui canes concitavit, nullatenus tenetur. *Land Recht Lib. 2. Art. 40.* Vid. supr. *cap. 18. de Anser.*

De Jure Jheverano gallinæ si agris, vel 11
hortis noceant, occidi possunt, quæ tamen, si necatæ sint, non domino, sed pauperibus cedunt. Idem obtinere etiam de Jure Marcano tradit Feldm. *de inclus. animat. C. 21. Sect. 9.* ubi simul refert quandam legem Georgicam Marcanam ludicram; Eum nempe, cujus agro nocent gallinæ, nudatis pedum plantis debere insistere acutis duobus pedamentis, quæ in sepe sunt, & se inclinando inter pedes ictum intendere.

Quod de gallinis jam jam dictum, illud 12
etiam in Gallinis Indicis, *Jndianische* vel *Kalikutische Hüner*, locum habet. Gesner. *de Avibus Lib. 3.* Gallopavum appellat, etsi enim gallinacei generis potius sit, quam pavonini, habet tamen pavonibus communem caudæ explicationem; dicuntur Germanis etiam *Welsche Hüner.* Nam *Welsch* ipsis peregrinum est. Besold. *Thesaur. Pract. Lit. W.* Hæc animalia cum voracissima sint, eorumque stercus ob calorem, qui ei inest, urat etiam herbas, utut ubique locorum reperta jure sisti, includi aut necari possint, prout lex aut mos regionis fert, cum tamen non facile volent, sed agi se sinant facilius quam anseres, laudandus magis erit, qui cum posset occidere, eos tamen maluit servare atque includere, *arg. l. 1. §. 3. ff. de peric. & commod. rei vend.* His animalibus apud Westophalos, qui *Schruten* a sono quem voce edunt, ea appellant, dari custos solet, qui ea pascat & a satis arceat. Feldm. *d. C. Sect. 7.* Gal- 13
lus Marti sacra avis est; est enim pugnax. Hinc Pergamis, ut Plinius auctor, itemque Athenis, ut Ælianus refert, publice edi concertantium Gallorum spectacula solent. Cum enim Themistocles Atheniensium contra Barbaros duceret exercitum, & gallos non ignaviter pugnantes animadvertisset, exercitum confirmavit his verbis ad milites usus: At hi neque pro patria, neque pro penatibus, neque pro sepulchris majorum atque libertate, neque pro pueris mala sustinent: sed ut ne vincantur, neuter cedit alteri. Quæ cum dixisset, Atheniensibus animum auxit, itaque id factum, quod eis fuisset incitamentum ad virtutem, ad similium factorum monumentum servari voluerunt, Gellius *ex Ælian. lib. 2. variorum.* Avium lanistæ a Colu- 14
mella dicuntur, qui gallos parant instruuntque ad certamen, qui mos apud Anglos servatur, ubi præparant gallos gallinaceos pugnæ quasi gladiatoriæ, fiunt sponsiones

pretii non parvi, dum unusquisque pecuniam largam deponit, quam aufert dominus victoris gallinacei. Et Ejusmodi ſponſiones licitas eſſe dubium non eſt, cum non ſint de re illicita, ſed potius honeſta & animi ſpectatorum ad victoriam hoc modo incitentur. *arg. l. 3. ff. de Aleat. l. 63. l. 99. l. 129. de V. O.* Hahn. *ad Weſenb.*
15 *Tit. de Aleat. n. 4.* In quadam celebri Academia tale problema aliquando fuit propoſitum: Gallus gallinaceus Coridonis, qui dum aſſidue verſatur in granario Amyntæ, albæ Damonis Gallinæ ad ovum enitendum gratas fert ſuppetias: At nigra Licidæ gallina ovo huic incumbens & incubans pullum excludit. Quæritur, quis ex iſtis quatuor editi pulli dominus ſit? Quæ ſubtilitas intenditur, ſi pullum nullius eſſe ex jure ejusque interpretibus oſtendere ſatagas, forte quia neuter poteſt, quid ſuum ſit, quid alienum, diſcernere: Tabor. *de Confrontat. in præfat.* Quanquam Grotius *Lib. 2. c. 2. de Jur. Bell. & Pacis,* concludere videatur utriusque eſſe parentis.

16 Præter familiarem uſum, quem gallus in villam fert, dum gallinas plenas facit, & culinam dapibus opulentat, magno adjumento patrifamilias eſſe conſuevit cantu ſuo, quo ad operas familiam revocat, monetque, ut abſterſo ab oculis ſomno expergiſcantur. Tempeſtates item prænunciat, ſi noctu citius canat, quam ſolet, & ſi tempore pluvio cantat, ſerenitatem inſtantem pollicetur. Veteres Germani bellicis curribus ſingulis ſingulos gallos alligabant, ac iis in caſtris vice horologii utebantur; nam cum ſtatis noctis horis vigilias commutabant, hoc indice noctis intervalla diſcriminabant; Galli enim noctu tribus vicibus cantant, quod veteres gallicinium appellabant. Buchn. *in hoc voc.*

17 In pœna parricidii parricidæ una cum gallo gallinaceo, cane, vipera & ſimia culeo inſuuntur, & in mare ſive flumen projiciuntur, *l. 9. ff. ad L. Pompej. de Parric.* gallus vero additur, quod pugnax ſit, & viperæ inimicus, quæ cum eo inſuta eſt, vel quod gallus vigil cantu ſuo non permittat parricidam ſomno cruciatum lenire: Vel ut cantu intercluſo audito a navibus prætereuntibus, quilibet invitetur ad conſpiciendum atrociſſimum ſupplicium. Carpz. *Pract. Crim. P. 1. 90. n. 9.*

Ex ſolutione gallinæ, dictæ *Rauch-Hun,* 18
ob rem cenſualem jurisdictionem nonnulli colligunt, quod ſcil. gallinæ in altum volent, & ibi requieſcant, & per hoc altitudinem juris & merum imperium denotent. Huſan. *de hom. propr. C. 6. num. 64.* Ac in ſpecie *von Rauch-Hünern* Mundus *de muneribus cap. 2. n. 433.* tradit, quod ſolvantur in ſignum ſubjectionis, jurisdictionis ac dominii, quod tamen non aliter procedit, quam ſi conſuetudo id importet, & alia adminicula adſint, ut recte obſervat Cothm. *Conſ. 47. n. 126. & 162.* cum etiam ab hominibus propriis in recognitionem juris, *des Haupt-Rechts,* ſolvantur gallinæ, *Haupt-Hüner.* Wehn. *in verb. Faſtnacht-Hüner.* Præterea dantur *Graß-Hüner,* ut permisſum ſit gramen in ſylvis recenter cæſis ſecare. Klock. *de Ærar. l. 2. c. 2. n. 70.* *Erndte-Hüner,* meſſis tempore, Wehn. *p. 108.* Item *Garten-Hüner, Pfingſt-Hüner, Sommer-Hüner, Herbſt-Hüner, Zinß-Hüner, Hirten-Hüner, Lauben Hüner, Leib Hüner, Wald-Hüner &c.* Beſold. *A lauct.* voc *Hennen.* Gallinagium autem vel Gallinium erat præſtatio gallinarum vel cenſus ex gallinis. Du Freſne *in Gloſſar.*

In Gallinis, anſeribus, ovis, vitulis &c. 19
Nobiles aliique domini jus aliquod retractus ſibi vindicare non poſſunt, niſi ſpeciali conſuetudine vel ſtatuto expreſſe permittatur, Reinking. *de Retract. 90 3. n. 121.*
In Ægypto non, uti nos ſolemus, ova gal- 20
linis incubanda ſubjiciunt, ſed per certos homines menſibus Martio, Aprili, Majo, multo ſtercore fimoque congeſto ingentem veluti furnum conſtituunt, in quem tot ova conferunt, ut ſingulis vicibus, quæ ſemper unius & viginti dierum ſpacio finiuntur, ad quadraginta millia pullorum ſolis & ſtercoris putreſcentis vapore animent, atque edant; tales furnos quinque aut ſex Cairus habet, aliæ vero urbes pagique multo plures. Fuhrerus *in Itiner. p 30.* Hujus rei jam olim Ariſtoteles *Hiſtor. Animal. Lib. 6. cap. 2.* mentionem facit. Incubitu (inquit) avium fœtum excludi naturæ ratio eſt. Non tamen ita ſolum ova operiuntur, ſed etiam ſponte in terra, ut in Ægypto obruto fimo, pullos procreant. Eoque pertinet ſarcaſmus Hadriani Cæſaris apud Vopiſcum: Nihil opto illis (Ægyptiis) niſi ut ſuis pullis alantur.

CAPUT

CAPUT XX.

DE COLUMBIS.

SUMMARIA.

1. *Columbarum natura fera.*
2. *Nostræ manent, quamdiu animum revertendi habent.*
3. *Quando animum illum deposuisse censeantur?*
4. *Apud Ebræos columbarum aucupium 30. stadiis a Columbariis prohibitum.*
5. *Columbas capiens etiam in foro Saxonico furtum committit.*
6. *Columbas capientis ridicula excusatio.*
7. *Constitutionibus quibusdam Provincialibus prohibitum columbas capere.*
8. *In Belgio licitum columbas capere.*
9. *Si quis vetitis artibus columbas averterit, tenetur in factum, item & furti actione.*
10. *Imo in animæ judicio obligatus est ad restitutionem, & insuper puniendus.*
11. *Si columbus vicini columbam meam abduxerit, tunc vicinus tenetur eam restituere.*
12. *De moribus Galliæ columbæ haud fiunt occupantium.*
13. *Si Accipiter columbam sustulit, & vicinus ex unguibus ejus surripit, tenetur eam restituere.*
14. *Quæ actiones competant contra dominum Columbarum, agrum alienum vel granarium involantium.*
15. *Quomodo consulendum tali casu domino agri?*
16. *Dominus Jurisdictionis in quibusdam locis numerum columbarum definire solet.*
17. *Historia de Milite Anselmo.*
18. *In Gallia secundum quantitatem agrorum numerus columbarum determinatur.*
19. *Quod & in Hollandia obtinet.*
20. *Item in Saxonia.*
21. *In quibusdam locis tempore sationis columbas includere oportet.*
22. *Dominus loci nonnunquam sibi solus columbarium arrogat, vel alteri in feudum concedit.*
23. *Qui habet jus, ut Columbas habeat, illæ ab agrorum dominis non possunt occidi.*
24. *Columbarium ad æmulationem ædificans potest prohiberi.*
25. *Commodum columbarum pertinet ad usufructuarium.*
26. *Columbarium potest locari.*
27. *Conductor quomodo columbarium constituere debeat?*
28. *Columbæ ferreæ,* eiserne Tauben.
29. *Columbaria quomodo multiplicentur?*
30. *Columbarum utilitas.*
31. *Pretium columbarum.*
32. *Columbæ internunciæ in magnis rebus sæpe fuere.*

1 Columbarum quoque feram naturam esse, Imperator pronunciat. *l. 15. Inst. de R. D. L. 5. §. 5. ff. de A. R. D.* licet enim evolare soleant vel revolare, quia tamen hoc non faciunt natura sua, sed ex consuetudine potius quadam, non magis quam & cervi, qui ipsi abire & redire solent, & indubitato tamen feræ naturæ sunt, mansueta animalia quis dicere
2 poterit? *d. l. 5. & §. 15. d. t.* Cicura vero hæc animalia eousque nostra esse intelliguntur, donec animum revertendi habeant. Ut enim illæ feræ, quarum dominium corpore occupato acquiritur & tenetur, eousque nostræ manent, donec facilis est illorum persecutio & recuperatio: Ita hæ, quarum animus quasi occupatus tenetur, eousque manent, donec animus ille abeundi & redeundi durat, & ideo in familiæ herciscundæ judicium veniunt. Et si quis per insidias & inescationes eas apprehendat, furti actione tenetur *l. 8. §. 1. Famil. hercisc.* Animum autem illum deposuisse, non ex uno 3
aut altero actu colligendum est, sed arbitrio Judicis ex circumstantiis multis simul junctis æstimandum est, videlicet si consuetis temporibus per plures vices non revertantur, vel visis domesticis nihilominus avolent. Frantz. *ad §. 15. Inst. de R. D.* Apud Ebræos olim 4
prohibitum, non ex lege sacra ipsis Civili, aut naturali, sed jure per majorum scita superinducto, columbarum aucupium intra 30. stadia, quæ Rabbinis hic 4. milliaria, aut secundum non neminem intra spacia amplora, a columbariis. Selden. *de Jur. N. & G. Lib. 6. c. 12.*

De

5 De Foro Saxonico etiam is, qui columbas alienas capit, furtum committit & arbitrarie punitur; etsi enim *Art. 118.* Weichb. generaliter dicatur, quod columbæ, quæ foras in campum evolant, fiant communes, ita ut capi queant; attamen hoc ipsum non aliter accipi debet, quam si animum redeundi deposuerint, quod ex eo, si horis & diebus consuetis non revertantur, colligitur, prout hoc præjudicio illustrat Carpz. *P. 4. Const. 36. Def. 5.* verb. sentent. *Habt ihr eine ziemliche Anzahl Tauben so zu Felde fliegen, und wieder heim kommen, und es hat sich euer Nachbar unterstanden etliche Paar davon in seinem Tauben-Schlage mit List aufzufangen &c. So ist er euch dieselbige wiederum auszuworten schuldig, und mag hierüber ein zween Tage lang mit*
6 *Gefängniß gestraffet werden.* Matth. Abele *in Metamorph. Judic. Seltsame Gerichts-Händeln Part. 2. Cas. 9.* ejusmodi casum enarrat: Quendam vicinum suum accusasse, quod columbas suas laqueis sive retibus positis cepisset, implorasse etiam judicis officium, ut ille æstimationem illarum debeat præstare. Vicinus non negavit, dixitque eas sponte in laqueos involasse, ideoque cepisse commiseratione commotus quia vicinus columbis suis nullum præberet pabulum, & ne fame interirent, interfecisse. Quæ excusatio tamen fundamen-
7 tum in jure non habet. Constitutiones Provinciales etiam tales capiendi modos prohibent, vide *Gothaische revidirte Lands-Ordnung tit. 24.* Item *Altenb. Lands-Ordnung tit. 18. So soll auch niemand Tauben-Schläge halten, die man zuziehen kan, noch darein Schlingen oder Schleiffen legen, andern ihre Tauben abzufangen, bey Straffe eines Gülden, so es geschiehet, und solche Schläge sollen in Städten und Dörffern, jährlich öffters unversehens besichtiget, und*
8 *die Ubertreter gestraffet werden.* In Belgio multarum Civitatum consuetudine seu conniventia licet columbas mansuetas capere, & pro captura pretium redemtionis exigere, quasi nonnihil de consuetudine revertendi deseruerint, si ad alias transvolent & capiantur. Cypr. Regn. *in*
9 *Cens. Belg. ad §. 15. Inst. de R. D.* Si quis columbas, quæ ex columbariis nostris avolant & revolant, vetitis rationibus averterit, ita ut animum revertendi abjiciant, dubium non est, quin in factum actione teneatur, & captarum nomine etiam furti. *lib. 8. §. 1. Fam. hercisc.* Vinn. *ad §. 15. Institut. de R. D.* Adducere vero alias si cumino pascantur, vel setosi hirci & ladani liquore alæ tangantur, tradit Columella. Item Cuminum cum terra figulina miscent, adduntque legumina quædam & salem, ac sub alis columbarum alligant, huncque odorem columbæ alienæ sequuntur: Nonnulli sanguinem humanum cum pisis integris in vase figulino per quadrantem horæ circumagunt, deinde sanguinem manu columbis illiniunt, & ipsa edenda objiciunt, ut hoc remedio adhibito alias alliciant. Gesn. *de Avib. L. 3. Tit. de Columb.* Eum quoque, qui tali 10
arte vel fraude columbas deducat, ab alterius columbario atque ad proprium attrahat, teneri ad columbarum restitutionem etiam in animæ judicio, esseque in foro judiciali puniendum, statuit Sebast. Medices *de Venat. & Aucup. P. 2. Q. 37.* Et licet alias capiens columbas de Columbario alterius actione furti conveniri non poteest, si pœnituerit, & columbas relaxaverit; non tamen locum habere pœnitentiam, si arte aliqua quis usus fuerit, tradit Cæpoll. *de Servit. Lib. 1. c. 77.*

Quod si columbus vicini columbam 11
meam abduceret, an tenetur vicinus mihi istam restituere? videtur quod non, quia animum revertendi deposuit, & cum eo cohabitare incepit. *§. 15. Inst. de R. D. l. 5. §. 5. ff. de A. R. D.* Verum restituenda est, quia non sua sponte animum mutavit, sed quasi persuasionibus columbi abducta, hicque impedimentum reversionis, separa columbum ab ea & include eum, videbis eo absente eam statim pristinum columbarium repetere, nisi forte longum tempus fuerit præterlapsum; hinc apparet nondum mutasse animum, & in tali casu comparatur mansuetis animalibus, quæ ubicunque sunt, manent dominorum. *§. 16. Inst. de Rer. div.* Dn. Müller. *dissert. de Jur. Columb. Cap. 3. §. 3.*

De Moribus etiam Galliæ animalia, 12
quæ ex consuetudine abire & redire solent, ut columbæ, dominorum esse non desinunt, nec fiunt occupantium, quamvis custodiam evaserint, & deseruerint animum revertendi, quod maxime in Falconibus & Accipitribus observatur. Vin. *ad d. §. 15. de R. D.*

Hinc si Accipiter ex area vel ex agro 13
columbam sustulit, vicinus autem videns surripit eam, vel per clamorem, vel per alium modum, ex ore istius, quæstio est, an teneatur restituere istam priori Domino? Videtur esse accipientis, & non

non teneri, quia columba poteſtatem domini evaſit, & ſic nullius facta, quæ enim ſunt nullius, occupanti cedunt *§. 12. Inſtit. de Rer. Diviſ.* & niſi per clamorem falconem deterruiſſet, ut iſtam dimiſiſſet, nullus accepiſſet. Verum reſtituere debere ſtatuunt, tamdiu enim columba Domini manet, quamdiu poſſit recuperari, per elegantiſſ. *l. Pomponius 44. ff. de Acq. Rer. Dom.* in qua lege etiam caſus: Ubi lupi porcos paſtori eripuerunt, per vicini vero ſui canes recuperati, & lupis extorti.

14 Quid de columbis granarium tuum involantibus, aut agrum, ſi in granario frumentum abſumſerint, fiet? utilem actionem de paſtu tribuit Struv. *Exerc. 14. θ. 3.* Si in agro ſegetem. Harpr. *ad pr. n. 11. 12. & ſeqq. J. ſi quadr.* Coſtanus *quæſt. 17.* negant ullam tibi competere actionem. 1) Siquidem damnum cum commodo ſit penſandum, *l. 1. §. fin. D. de aqu. & aqu. pluv. arc.* ſtercus autem columbarum, utpote calidiſſimum & fervidiſſimum, agris valde eſſe utile & præſtantiſſimum haberi, cum modice ſparſum terram fermentet. Ipſas columbas vermes ſeminibus infeſtos & frugum noxiarum grana avidiſſime comedere, veluti milium & lolium, quibus infeſtentur agri. Ideo victum columbarum innocentem dici, *C. non omnis. 30. Cauſ. 2. qu. 7.* Neque columbas grana vi roſtrorum aut unguibus eruere, ſed ea demum colligere, quæ terra non operiantur, ideoque germinare non poſſint. 2) Columbarum etiam naturam feram eſſe, & victum earum ubique naturalem. *§. 15. Inſt. de rer. div.* 3) Neque vero columbarum dominum receptatorem dici poſſe furum, cum furtum ſine furandi affectu non committatur. Hæc ſunt illa argumenta, quibus columbas & earum dominum defendit Harprecht & Zobelius *p. 4. Diff. 10. n. 4.* columbas in alieno repertas non ita ſtatuens interficere licere, ut alia volatilia: Quam ſententiam etiam confirmant Pirrhus Anglebermeus *ad Conſuet. Aurel. tit. 5. c. 15.* & Nicolaus Boërius *in Conſuet. Bituric. tit. 10. §. 5.* addens, in Regno Franciæ talem conſuetudinem eſſe generalem, quod columbæ in alieno repertæ non poſſint occidi. Ultimum argumentum & quod inde ſequitur, dominum columbarum actione furti nec manifeſti *ex §. 4. inf. J. de oblig. quæ ex del.* non teneri, ambabus manibus largimur. Cætera leviora videntur quam ut dominum abſolvere ab omni actione poſſint. 1) Ita enim neque de ovium paſtu competeret actio, ſi cogendus eſſet fundi dominus, ut rem ſuam perderet & ſtercus acciperet pro ſolatio, ut loquuntur Imperatores *in l. in omnibus. 7. c. de curſ. publ.* Et unde noverunt prædicti Doctores, tantum ſimi eo ipſo tempore in agrum a columbis emitti, quo abſumta grana penſentur? Relinquenda potius hæc omnis cura ruſtico, quomodo is agrum ſuum reddere fœcundum, & a nocivis animalibus vel herbis purgare velit. Non concedet ille, eminentia ex glebis granula, & non ex omni parte ſepulta, germen ideo emittere non poſſe. Negabit, columbas curare vermes, ubi gratior ſuppetierit victus: Certe, ait Aymo Publicius *in conſuet. Arvern. tit. 28. art. 1. n. 5.* quod victus columbarum non eſt nocivus, iſtud non eſt verum tempore ſeminum, teſte experientia rerum magiſtra. Quis enim adeo ſimplex erit, qui poſſit negare, quod comeſto ſemine non tollatur fructus, qui ab eodem procedere debet; ideo dictum illud *c. 30. cauſ. 2. q. 7.* eſt intelligendum, quomodo ſemina jam fecerunt radicem. Hactenus Publicius quidem, quod de victu columbarum innocente dicitur, non ſatis videtur intellexiſſe. Perpetuam iſtius canonis cenſeo eſſe veritatem, non temporalem ſaltem. Comparat ibi Auguſtinus columbam cum corvo, corvi, inquit, de morte paſcuntur. Hoc columba non habet, de frugibus terræ vivit, innocens ejus victus eſt. Habes verba Auguſtini, columbas a crudelitate & cæde abſolventis, non ab infeſtatione agrorum, quorum frugibus iminere etiam columbas diſerte fatetur Divinus Doctor: Quodſi invaſiones iſtæ columbarum adeo proficuæ forent agris, quid opus fuiſſet Ordinatione Würtenbergica, quam idem allegat Speidelius *D. 1.* *daß ein ieder ſeine Tauben in den dreyen Saaten allewege drey Wochen einſperren ſoll, bey Gebot eines Pfundes und fünff Schillinge Heller.* Et Ordinatione Provinciali Divorum Principum Friderici Wilhelmi & Johannis *anno 1589.* emiſſa, ubi *artic. 81.* cavetur: *Dieweil ein groſſer Mißbrauch vermerckt in dem, daß die Perſonen, welche wenig oder gar nichts ausſäen, viel Tauben halten, und damit ihre Nachbarn, uff ihrem Acker beſchwehren, ſo wollen Wir, daß hinfürder auf eine Hufe Landes nicht mehr denn acht Paar Tauben*

zu halten verstattet werden, bey Pœn *eines Malter Habers, welche der Gerichts - Herr iedes Orts von den Verbrechern einbringen solle.* Non ut in actione de pauperie ita de pastu requiritur, ut animal nocens fuerit mansuetum, cum, quod hic datur damnum, secundum generis naturam detur: sed ad actionem utilem sufficit, si animal depascens sit in alicujus dominio, uti esse columbas inficias non ibunt ipsi dissentientes, *d. §. pavonum 15. J. de rer. divis.* Concludo, ex ratione juris actionem de pastu utilem dari quidem de columbis fundum invadentibus aut granarium, nisi quis hic, quia pastus non est nisi in fundo, malit actionem in factum. At eas actiones rarissime hodie exerceri, tum quod, ubi in agro damnum datum fuerit, fere ignoretur quantum & a qua columba datum fuerit, & cujus ea sit columba, tum quod, ubi in granario, argui videatur posse aliqua culpa domini, granarium suum non munientis, aut non diligentius reficientis, tradit Thom. *de*
15 *nox. animal. C. 16. n. 51. & seq.* Consuetudo itaque inspicienda erit, vel si statutum sit, ut in ducatu Würtenbergico, in eoque prohibitum extat, ne quis certo & præfixo tempore seminum, eoque non attento, eas domi non retinuerit, ac ita agris vicini damnum illatum sit, juri rationique arbitror convenire, licere colonis seminibus agrorum suorum tuendis illas impune retibus capere, vel sclopetis petere, cum aliter nec arceri, nec apprehendi, nec expelli queant, vide Speidel. *Spec. sub voce Taube.* Hinc quando leges prohibent, ne sclopetis columbæ petantur, uti in Clivia & Marca factum, ratio prohibitionis videtur esse, ne sub specie necandi columbas venationi dediti cives & rustici feris bestiis insidientur. Si vero quis absque bombarda aliove telo, seu posito laqueo aut hamo ceperit agrum recens satum depascentes, jure suo utitur, nec in pœnam incidit, nisi consuetudo aliter suadeat, cum pro re nostra tuenda permissum nobis sit talem modum adhibere quem desiderat, quod nobis nociturum, aut jam damnum afferre paratum, *arg. l. 29. §. 1. ff. ad L. Aquil.* quodque ego propter alienam utilitatem non cogar incommodum aliquod pati. *arg. l. 26. ff. de damn. infect.*

16 In quibusdam locis ille, ad quem jurisdictio loci spectat, certum numerum alendi columbas cuique assignare solet, ne multitudo nocumento potius sit, quam emolumento, & ipsis, nec non vicinis;
Veluti de milite quodam Anselmo, colum- 17
bas plurimas nutrire solito, refert Heisterbach. *Histor. memor. lib. 10. c. 57.* Ei dictum, nutriendo illas graviter peccare, eo quod sata & granaria læderent proximorum, & cum eas obtestaretur, si Dei voluntas esset, ut secum manerent; sin minus, præcepit ejusdem nomine, ut illico recederent, quod factum, & nunquam reversas fuisse subjicit, fides sit penes autorem.
Sic curia Gallica columbarum, earumque 18
cellularum cavatarum finiit numerum, secundum quantitatem prædiorum confinium, ex quibus facile enutrirentur, Chopin. *de Doman. tit. 22. n. 8.* Knich. *de Jur. Super. c. 4. n. 316.* Et in Celtica Parisiensi Gallia nemini permissum habere columbas, nisi possideat quinquaginta agri jugera. Mornac. *ad l. 39. ff. ad L. Aquil.*
Apud Hollandos in agro Delfensi Placito 19
Ordinum etiam interdictum, ne quis columbas alat, nisi qui duodecim jugera possidet, quorum sex censeri fueverunt, sanctione adjecta, ut prima vice sex aureis, altera duodecim mulctetur, qui contra fecerit, & columbaria destruantur, tertiaque vice arbitrio judicis puniatur, Placit. *15. Febr. 1664.* Feldm. *de inclus. animal.*
c. 21. sect. 13. Ordinatione Saxo-Vina- 20
riensi *de An. 1689. Art. 81.* sancitum, ut ille, qui habet integram houbam, non plura quam octo paria columbarum teneat; qui vero nec dimidiam houbam possidet, illi sub certa pœna columbas alere prohibitum. Idem statuit allegata Ordin. Altenb. *Tit. 81. So wollen Wir, daß hinfürder aut eine Hufe Landes nicht mehr denn acht Paar Tauben sollen gehalten werden; welche aber keine halbe Hufe Landes im Felde haben, denen sollen Tauben zu halten nicht verstattet werden bey* Pœn *eines Malter Habers, welches der Gerichts - Herr iedes Orts von denen Verbrechern einbringen solle,* add. *Fürstl. Sächs. Gothaische revidirte Landes - Ordnung Anno 1653. p. 2. Tit. 24.* ubi eadem verba habentur, modo quod in fine pœna aliter statuta sit, *Wer aber darwider handelt, soll nicht allein der Tauben verlustig seyn, sondern auch ein halb Malter Haber zur Strafe geben &c.* Visitationem vero hanc columbariorum potius ad Inferiorem quam Superiorem Jurisdictionem pertinere tradit Knich. *de Jur. Superior. C. 4. n. 253. Gemein - Ordnung zu L. Es soll weder Bauer oder Köbler zu*

L. nicht

L. nicht mehr denn 6. Paar Tauben ausflie-
gen lassen, bey Strafe von einer Tauben 30.
Pfenning zu bezahlen, Dieth. *in add. ad*
21 *Besold.* voc. *Tauben-Häuser.* In quibus-
dam locis, ut tempore sationis, subditi co-
lumbas includant, mandata extant, uti su-
22 pra indigitatum: Nonnunquam etiam Do-
minus Superior loci sibi solus columba-
rium arrogat, vel illud in Feudum vel Em-
phytevsin aliis concedit, Costan. *quæst. 17.*
Idem consuetudine Burgundiæ obtentum
adstruit Chassanæus *in Consuet. ne quis Co-*
lumbarium exstruat, Rubr. 13. n. 1. fol. 198.
§. 9. vers. Sans licence du Signeur.
23 Quando autem jure alicui datum est, ut
columbas possit habere, quas mittat in
agros, tunc nullo jure ab horum dominis
occidi aut capi queunt, veluti moribus id
alibi introductum, ut, qui Equestris Ordi-
nis sunt aut Nobiles, columbas rus pastum
evolare sinant. Hoc in casu ratione co-
lumbarum jus pascendi in agro alieno istis
videtur quasi constitutum, *arg. l. 4. ff. de*
S.P.R. junct. *l. 3. ibi: quam servitutem poni*
posse. ff. eod. Joh. Deckher. *Lib. 2. diss. ult.*
n. 3. Feldm. *de inclus. anim. C. 21. sect. 13.*
24 Illud etiam observandum, quoties æmula-
tionis invidiæve caussa columbarium fie-
ret, prohiberi ædificantem posse, *l. 1. ff.*
de aqua pluv. arc. l. in fundo. ff. de
R. V. quod etiam pertinet ad pistrinum
& alia ædificia ad æmulationem alterius
facta, v. g. si quis ædes altius tollat ob vi-
dendas moniales aut pulchram uxorem vi-
25 cini, Costan. *Quæst. 17.* Si quis habeat
usumfructum fundi, utique & columba-
rum commodo uti poterit, dummodo
finito usufructu domino proprietatis eun-
dem numerum columbarum restituat, *l. 62.*
26 *§. 1. ff. de Usufr.* Quia itaque ex co-
lumbariis fructus percipi possunt, sequi-
tur etiam, quod possint locari. Negu-
27 sant. *de Pignor. Part. 5. membr. 5.* Tene-
tur vero Conductor rem locatam resti-
tuere in eodem statu, in quo illam accepit,
alias tenetur ad interesse, *l. Dominus. 55.*
§. 2. ff. Locat. Cond. Itaque si adfuit co-
lumbarium columbis refertum, tot paria
restituere tenetur, quot adfuerunt tem-
pore locationis, & si indemnitatem pro-
misit, licet sine culpa sua avolaverint, vel
casu fortuito id contigerit, vel ab avibus
rapacibus captæ fuerint, tamen non excu-
satur, casus enim fortuitus non liberat de-
bitorem generis, *l. incendium 11. C. si cer-*
28 *tum petatur.* Sicuti talis est conductor,
qui non tenetur illas ipsas reddere, sed
tantummodo in genere, sive numerum ea-
rum implere. Uti enim habentur oves
& vaccæ ferreæ (*eiserne Schaafe oder Kühe*)
ubi in locum demortuarum Conductor
alias substituere debet, Dn. Struv. *Jurispr.*
lib. 3. tit. 15. aph. 13. ita etiam columbas
ferreas (*eiserne Tauben*) habere possumus.
Columbaria autem ut multiplicentur, opus 29
est reponere in illis columbas novas juve-
nes, non assuefactas aliis columbariis.
Vid. Francisc. Nigri Cyriaci *Controv. Fo-*
rens. 219. n. 16.

Prædiorum denique Dominis utilissima 30
est columbarum possessio, cum ob alias
caussas, tum vel maxime ob commodita-
tem stercoris atque pullorum; reddunt
enim columbæ vectigal magnum suis pos-
sessoribus, & quum duos vel tres tantum
menses hyemis nutriantur sub tecto, reli-
quo anni tempore sua industria ex agris
quæritant sibi pabulum; Nam & octies
anno pullos educat, si est bona matrix,
& pretiis eorum domini complent arcam, 31
sicut eximius autor M. Varro nobis affir-
mat, qui prodidit etiam illis severioribus
suis temporibus paria singula millibus sin-
gulis sestertiorum solita venire. Nam
nostri pudet seculi, si credere volumus, in-
veniri, qui quaternis millibus nummorum
binas aves mercentur. Columella.

Columbæ etiam internunciæ in rebus 32
magnis sæpe fuere, quod ornate descri-
psit Plinius *Lib. 10. c. 37.* de obsidione
Mutinensi loquens; Quid, *inquit*, val-
lum & vigil, obsidio atque etiam retia
amne prætenta profuere Antonio, per
cœlum eunte nuncio; Loquitur hic Pli-
nius de Hirtio, qui ad Decium Brutum
Mutinæ ab Antonio obsessum literas per
columbas misit, quas fame diu vexatas
atque confectas e loco mœnibus vicino
expulit, ut statim ad escam, a Decio rerum
conscio paratam, volarent; harum pennis
affixas epistolas Decius accepit ac per-
legit. Ejusdem fere argumenti est, quod
apud Sabellicum *Lib. VI. C. VI.* reperitur.
Sultanum etiam ejusmodi avem Ptolo-
maidem obsidione Gallorum ac Veneto-
rum cinctam ablegasse, literis quibus in-
structa volucris erat significantibus, se post
triduum cum manu selecta armataque ad-
futurum. Verum spe sua dejectus est
Sultanus; Veneti enim, ut conspexere
columbam, horrendo militari clamore
perterritam præcipitem dederunt, literis
Sultani spoliarunt, & aliis postea, quæ
fictæ erant, suppositis effecerunt, ut despe-

rato auxiliorum adventu, tertium ante diem se suaque omnia hosti dederent. Columbam quoque, cum Godofredus Bullionæus Hierosolymas obsessas teneret, a Barbaris in urbem cum epistola missam, ab accipitre in terram prope Bullionæi castra deturbatam fuisse, literasque sub alis reconditas habuissé refert Æmilius *L. IV.* De Jani Dauzæ columba, quam ex obsessa Leyda dimisit, insignis ille Philologus orbi literato notissimus, Heinsius, hoc epigramma confecit:

Martius ingentem glomerato milite Leydam
Cinxerat, & vasto robore miles Iber;
Terra solumque, inquit, mea sunt; Via nulla salutis,
Nulla patet puppi semita, nulla viro.
Dausa meus, medio spe libertatis in hoste,
Liber, & invicto pectore tutus erat.
Ille polus, dixit, Dominum non novit Iberum,
Et tua tota mihi, Jupiter, aula vacat.
Hinc quoque fas nobis patriæ sperare salutem:
Ille mihi minor hac fugiendus erat.
Quid patriæ non præstat amor, qui falleret hostem
Dauza virum nequit mittere, misit avem.

CAPUT XXI.

DE APIBUS.

SUMMARIA.

1. *Apes animalia politica.*
2. *Earum reverentia in Regem.*
3. *Regis forma.*
4. *Earum natura fera.*
5. *Si omnes ex alveo evolarunt, nullius sunt.*
6. *Quod secus est, si quædam in alveo relictæ.*
7. *Apes fiunt occupantium.*
8. *Nisi Constitutione quadam aut consuetudine aliud sit introductum.*
9. *De Jure Justin. quamdiu apes nostræ maneant?*
10. *Cautela, quomodo quis dominium apum probare possit?*
11. *Examen si evolaverit, cedit occupanti.*
12. *Quid hoc casu de Jure Sax. obtineat?*
13. *In nonnullis locis jus habendi Apiarium ad solum spectat Principem.*
14. *Apes Pascuis noxiæ.*
15. *Apes noxiæ postulatæ.*
16. *Apum multitudo pecoribus nocet.*
17. *Apiaria ne sint nimis sibi propinqua.*
18. *Bella inter se gerunt.*
19. *Apes sibi mella præripiunt.*
20. *Item alvearia vicina expilant.*
21. *Apibus in fundo meo collocatis possum manum injicere.*
22. *In quibusdam locis illi, qui absque Domini consensu alveos collocant, certa pœna afficiuntur.*
23. *Furtum apum quomodo puniatur?*
24. *Pœna hujus criminis ad mortem usque potest extendi.*
25. *Damnum inferens apibus quomodo puniatur?*
26. *Apes habens rapaces ad interesse potest puniri.*
27. *Apes, quæ mel ex favis alienis eripiunt, non statim sunt apes rapaces.*
28. *Fructus apum quotuplices?*
29. *Quidam ex apibus divites facti.*
30. *Abundantia mellis in Polonia.*
31. *Vectigal & Collecta ratione mellis.*
32. *Mulsum apud Romanos vini appellatione non veniebat.*
33. *Ex usu Mulsi quidam senectutem longam adepti.*
34. *Mulsum in Triumphis Militibus datum.*
35. *Mulsum quomodo factum?*
36. *Cera quid sit?*
37. *Accipitur in Jure pro Epistolis & pugillaribus.*
38. *Ceræ frequens usus in sigillis.*
39. *In bene constitutis Rebuspublicis non cujusvis coloris cera in imprimendo sigillo uti licet.*
40. *In Imperio Romano cera rubra uti privatis non licet.*
41. *Apes morti adjudicatæ.*
42. *Apes Viris doctis assimilantur.*

1 APes animalia esse politica, & perfectam rempublicam repræsentare
2 perhibent. Maxima illis reveren-
3 tia in regem, cui semper (inquit Plinius) forma est egregia & duplo cæteris major, ingressus celsior, in fronte macula quadam quasi diademate candicans: Mira plebis circa eum obedientia, cum procedit, una est totum examen circaque eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur, & se quæque proxima cupit esse, & in officio conspici gaudet, pulchrumque du-
4 cit pro eo occumbere. De natura illarum inter Philosophos dubitatio erat, feræne an cicures sint, an medii generis? de quo vide Varronem *L. 3. c. 16.* Plin. *Lib. 7. cap. 56.* Arist. *Lib. 5. Histor. anim. c. 21.* Justinianus tamen Imperator illas feræ esse naturæ *ex l. 5. §. 2. ff. de A. R. D.* dicit *§. 14. Inst. de R. D.* quia namque vagantur & liberæ feruntur, & sæpe loca seu alvearia sua mutant, item feritatem aculeis suis homines lædendo, & contactum suum fugiendo satis demonstrant. Qua de caussa nec, si in arbore alicujus consederint, favosque effecerint, is magis quam alias aves ibidem nidificantes, suas dicere, aut præ extraneo meliore jure illas includendi, seu mel collectum eximendi facultatem sibi asserere, multoque minus eximentem furti arguere potest, *d. l. 5. §. 3. l. 26. de furtis.* Tametsi re integra ingressu fundi sui ipsum prohibere eidem concessum sit, *d. §. d. l. 5. §. 3.* Quodsi dominus arboris apes incluserit aut de consuetudine arborem signaverit, protinus illius erunt, sicut & nova soboles ibidem nata indistincte quidem, quamdiu in alveo sunt: quando vero evolaverunt, quousque illorum persecutio non est difficilis, *d. l. 5. §. 4.* non minus ac ciconiæ, quæ nidos in fastigiis domuum ædificarunt, domuum domi-
5 norum erunt. Quod tamen tunc procedere videtur, si examine facto omnes evo-
6 larint: Alias enim, si quibusdam in alveis relictis, pars victus caussa evolet, secus erit,
7 *arg. d. §. & d. l. 5. § 4.* Naturali itaque modo acquirendi dominii fiunt occupantium, & quamvis Principes occupationem ferarum subditis suis non amplius permittant, sed sibi venationem seu facultatem occupandi feras in nullius dominio existentes non sine rationibus propriam fecerint, aut illud inferioribus ex gratia concedant: Jus tamen includendi apes integrum atque liberum hactenus subditis reliquerunt, non enim jus insectorum, qualia sunt apes, *die Biene ist ein wilder Wurm,* Weichb. *Art. 120.* ibique Gloss. ademtum esse subditis constat, ideoque eæ hodienum occupanti cedunt; neque respectu earum furtum fieri potest. Atque sic Scabini Lipsienses *Anno 1663.* ad requisitionem Hieron. *von Mingwitz* pronunciarunt: *Obgleich gemeldter Frantz einen Schwarm in euren Gerichten zu Brissen aus einer Eiche hinter dem Pfarr-Hofe genommen, und weggetragen. Dieweil aber dennoch aus eurer Frage nicht zu befinden, daß ihr solche Bienen gefaßt, und in euer Gewehr bracht, so hat auch an solchen wilden und nicht gefaßten Bienen, vermöge der Rechte, kein Diebstahl begangen werden können, und demnach wird der Gefangene seines Gefängnisses auf einen gewöhnlichen Urfrieden billig entlediget; V. R. W.* Berlich. *P. 5. Concl. 50. n. 10.* Philipp. *in Usu Pract. Inst. Ecloga 5.* Secus est, si 8
constitutione, statuto aut consuetudine aliud sit introductum, ut si apes ad jus venandi pertineant, quod jus probandum est, cum naturalis præsumtio sit pro subditis. *l. 19. C. de Episc. & Cler.* & illa præsumtio potentior est, quæ jure communi inhæret, quam quæ speciali. Cravett. *Cons. 258.* Equidem Noe Meurer *Von Forstlicher Oberherrlichkeit und Gerechtigkeit, P. 2. rubr. von Eigenschafft der Jmmen* ait: *und giebts der gemeine Gebrauch und Erfahrung, daß die Jmmen, wie andere Thiere, in Forst gehörig Wild, niemand auch keinem Unterthanen, ohne des Forst-Herren Wissen und Bewilligen, die auszuhauen,* cum quo consentit Caroli Quarti Imper. *Zeidler-Ordnung de Anno 1350. §. 14. Es ist auch recht auf unserm und des Reichs Walde bey Nürnberg gelegen, und als fern der Bien-Kreiß gerichtet, daß niemand keinen Schwarm aufheben noch sich unterwinden soll, denn ein geerbter Zeidler, und soll auch ieder Zeidler von seinen Güthern geben sein Honig-Geld Uns und dem Reiche, als es von Alters an Uns herkommen ist, oder dem, der es von Uns und dem Reich innen hat.* Num vero universalis illa sit consuetudo uti Noe Meurer *de loco* innuit, cum multis in locis inclusio apium in naturali suo statu relicta adhuc conspiciatur, merito dubitat D. Petr. Müller *in dissert. de Jur. Apum. C. 2. th. 4.*

De Jure Justinianeo apes tamdiu no- 9
stræ sunt, donec nostra custodia coërceantur; Sin autem consuetudinem & animum

mum revertendi seu revolandi deposuerint, vel custodiam evaserint, & oculos nostros effugerint, vel ita sint in conspectu, ut difficilis sit earum persecutio, nostræ esse desinunt, & rursus occupantis fiunt, *d.* §. *14.* ita tamen, ut si dominus apium eas evolare viderit, & insecutus fuerit illas, neutiquam amittat, *l. 1.* §. *4. de A. R. D.* Nec si alius prævenerit & ceperit, illius fiunt, sed domino restituere tenetur, *d. l. 5.* §. *4. verf. donec in conspectu.*

10 Ut autem de præventione eo melius constare queat, dominus facere potest signum in arbore, ex quo apparet, quod dominium & possessionem apum & mellis acceperit, Joh. Bajard. *in add. ad Jul. Clar. tit. 5.* §. *fructum. n. 9.*

11 Si vero nova illa soboles inscio & ignorante domino emigraverit, tunc illa occupantis erit, licet vel maxime dominus postea eam viderit, & ex suis alveis evolasse probare possit. Schneidw. *ad* §. *apum. 14. Instit. de R. D.* quia semel ejus dominium evasit, & in naturalem libertatem se recepit, ideoque merito occupantis efficitur. §. *12. verf. quicquid. de R. D.*

12 De Jure Saxonico dubium videtur, num examen apum evolans ad vicinum, huic acquiratur, ut capiens non teneatur domino persequenti eas restituere, annon potius standum sit juri communi, & saltem dominus fundi propior sit persequente, saltem ad hoc, ut prohibere possit persequentem ab ingressu fundi sui? Posterius nonnulli adstruunt, nec admittere volunt differentiam inter jus Saxonicum & Civile propter verba in text. *Weichb. art. 119. ibi: Fleucht ein Bienen-Schwarm aus eines Mannes Haus oder Hof zu seinem Nachbar, er ist den Schwarm näher zu behalten, denn jener, der ihm nachfolget, denn die Biene ist ein wilder Wurm.* Inde Matth. Berl. *P. 5. concl. 50.* dicit, dominum fundi propiorem esse persequente, non ratione adquisitionis, sed quod prohibere persequentem ab ingressu fundi sui possit. Strauch. *dissert. 6. θ. 18.* add. Schultz. *Synops. Inst. ad Tit. de R. Div. Lit. L.* Verum Carpz. *P. 4. c. 36. d. 4.* prius, sc. examen apum evolans ad vicinum ipsi statim adquiri, asserit, & in practica fori Saxonici illud observari, atque ita pronunciatum. D. Christ. Thomas. *in annotat. pract. ad Strauch. dissert. 6. θ. 28.* tres quæstiones format: Prima est, an apes meæ victus caussa evolantes, a vicino, qui in campo suo aut horto eas deprehendit, includi possint aut occupari, & hanc negat Berlich. *d. l. n. 17.* Neque est differentia inter Jus Saxonicum & Civile. Secunda est, an examen apum ad vicinum evolans, a vicino possit occupari, verusque dominus ab ingressione fundi arceri? quam affirmat Carpz. *c. l.* in quo casu diversitas est jurium Civilis & Saxonici; nam de jure Civili vicinus meus tenetur pati, ut ego recipiendæ feræ meæ bestiæ gratia ipsius fundum ingrediar. vid. Locam. *quæst. Justin. 122.* Tertia est, an hoc altero casu ipso jure acquirantur apes vicino, an vero opus sit occupatione, ita ut si tertius eas occupet, & a tertio apes sint acquisitæ? Ea negatur, sc. apes non ipso jure acquiri vicino, sed mediante occupatione, ac dominum apum posse eas rursus sibi subjicere, nisi a vicino prohibeatur, aut apes jam ab alio sunt iterum occupatæ per inclusionem in alveum, quod idem facere potest tertius, in quo rursus inter Jus Saxonicum & Civile differentia. D. Müller. *d. l.* In nonnullis locis jus ha- 13
bendi apiarium ad solum spectat Principem, vel eum, cui a Superiore jus illud est concessum. *Zeidler-Ordnung* Caroli IV. Imper. *n. 5. Es soll auch auf dem ehe genanten Reichswald niemand keine Bienen haben, denn alleine geerbte Zeidler, ohn der Stromer und der Forst-Meister.* Item *das Zeidel-Guth zu Schwäig, ist der vier Zeidel-Mutter eine, und ist vor Lehn und Eigenschafft 24. Maaß Honig vor Alters davon gerichtet worden,* Diether. *ad Besoldum* vocab. *Zeidel-Gerichte.* Vid. *Churfürstl. Brandenb. Forst-Ordnung. Tit. 22. von Beuten, Zeidlern &c.* Nec 14
mirum apes Principis prohibitione contineri, cum illæ etiam appellatione noxiorum animalium a pascuis prohibitorum veniant, quod pulchre demonstrat Dn. Decker, amicus meus æstimandus, *Lib. 2. Dissert. fin. per totum,* cujus verba lubet subjicere: Ingenue fateor *(inquit)* ad novam hanc quæstionem admiratione paululum obstupui apibus noxiæ postulatis. Occurrebat M. Varro *L. 3. de R. R. c. 16.* eas minime maleficas, quod nullius opes vellicantes faciant deterius. *Et paulo post:* Verum re penitius examinata, cognovi, quod inter homines & inter apes evenire, hominem homini lupum

pum, apes apibus noxias, ab inimico confinio hoc malum est, inimicum fit, si damnosum est, damnosum fit varie: ut nunc mirum non sit, apes Principis prohi-
16 bitione contineri. Cujus apiarium in pascua admiseris, plura scias aere permissa, quæ pascuis, pecoribus & apibus tuis nocebunt, a plurium admissione major pestis ingruet.

Principio sedes apibus statioque petenda:
Quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neque oves hædique petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.

Quæ est ista statio? apiarium est, quanto illud in majora spatia excurrit, tanto angustius pascitant cæterorum apes & pecudes, nam per totum apiarium suggestus alveorum extensus a latere, & tergo opereque tectorio adversus cœli injurias muniatur necessum est, in hoc munimen solo pascuo in cespites longe lateque eruto consurgente. Arcet præterea Poëta ab hoc florifero apum territorio oves, hœdos & buculam; Inter hæc animalia & apes alternatur noxa. Si integræ fragrent apibus herbæ, & in illis argenteæ roris gemmæ tuto adlubescant, aliis animalibus gratissimæ subtrahentur lubentiæ, quibus contra camporum libertate passim aperta, aut per inania volitabunt apes, aut pecudes densa fugient apum agmina, horrisono bombo florum herbarumque delicias circumsonantia, & fulmineo metuenda spiculo, aut pastoris bubulcive prudentia alio procul cogentur, ne pabulis insistentem hostem gravioris tepidi & in morsum hiantis afflatu turbent, ac in bella inopina vulneraque lacessant. An dum hæc omnia fiunt, Actorum jura & commoda negabis minui? an damnum non est evidens? Pergit Maro:

-- Ubi pulsam hyemem sol aureus egit
Sub terras, cœlumque æstiva luce reclusit.
Illæ continuo saltus sylvasque peragrant,
Purpureosque metunt flores, & flumina libant,
Summa leves, hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem nidosque fovent: hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.

Expende singula: florum messem, progeniem & mella. Operantur *inquit* Plinius *histor. natur. lib. 11. c. 8.* intra LX. passus, & subinde consumtis in proximo floribus speculatores ad pabula ulteriora mittunt, noctu deprehensæ in expeditione excubant supinæ, ut alas a rore protegant: Videsne animalculi indefessum laborem? intra proxima non subsidet, in longinqua rura fertur, ut redituro sæpe sol nimium brevis sit. Quanto precor spatio peregrinantem hunc volatum metieris: magnum sane est, quod ab aurora inceptum nox terminat, totum igitur illud pascuorum æquor non vastum satis, quo spatiantur Actorum apes. Et certe sentient plus 17
æquo contractum, si exteræ gentis statio proximet. Notum est multitudine pastionem extenuari, aut quod visu quotidianum impediri; Videas unam jam floribus immersam, alia circum ejusdem loci odora mœnia raucum pulsante tympanum, protinus, si extraneam agnoscat, evolare nonnunquam in quietiores sedes, 18
nonnunquam in duellum, videas sæpius plures unius alvei cives, alienigenis fragrantia tempe præoccupantibus usque adeo offendi, ut extemplo nuncium hostis in patriam irruentis mittant regi, ocyus ille jubet cæteras alveo morantes marito quodam murmure conciere.

Tum trepidæ inter se coëunt pennisque coruscant
Spiculaque exacuunt rostris, aptantque lacertos
Et circa Regem, atque ipsa ad Prætoria densa
Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostem.

Nec

Nec segnius alterius partis Rex de suarum discrimine certior acuit Martem, & cum exercitu mirum in modum æstuante advolat, nec mora

- - Concurritur æthere in alto,
Fit sonitus magnum mistæ glomerantur in orbem
Præcipitesque cadunt non densior aëre grando.
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis,
Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore versant
Usque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut hos
Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit.

Quod & Plinii testimonio certum est. Aliis *inquit L. 11 c. 17.* sæpe dimicant caussis, easque acies contrarias Imperatores instruunt, maxima rixa & in convehendis floribus exorta & suos quibusque convocantibus. O quantum cerneres hostiles has agrorum depopulationes, immanes pugnas & exitiosa funera deplorari! Mellis operi & spei non minus injuria est confinio suo alveorum pluralitas. Sive enim apes succum ex floribus hauriant, qui protinus mel fiat: Sive collecta in hunc saporem mixtura quadam & proprietate spiritus sui mutent: Sive ex tenerrimis virentium florentiumque decerpta fermento quodam diversis in unum coalitis conditura, & dispositione in hanc qualitatem vertantur, sive ex aëre veniat, vel quia sit Cœli sudor, vel quædam siderum saliva, vel aëris se purgantis succus, ad quæ Maro alludit:

- - aërei mellis cœlestia dona.

Illud experimentis verum scimus, succum illum fronde & pabulis potum in uterculos apum congeri. Constat & hoc Poëtæ verum esse:

Illum adeo placuisse apibus mirabere modum
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In venerem solvunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verum ipsæ foliis gnatos scabiosus & herbis
Ore legunt.

Audiamus modo mira apicolarum te- 19
stimonia: apem non diu immorari floribus, quos alia prior, ore per totam beneolentium foliorum teneritatem circumacto, avidius delibavit, sed actu tum avolare in signum rei non repertæ, quam prior illa præsumsit. Flores ab aliis bene depastos in sequentem demum diem forte novo delicio cœlestis roris delibutos multo largius degustari, florum folia crebris apum vestigiis lævigata & longiore exhausta succu, visa apibus non ejus esse dulcedinis, quæ fuerat aurora puniceis jam per roseta & violaria lusitantibus radiis alveos in roscidas herbarum epulas exciente. Compertum quoque apes ex intactis floribus plus floris cruribus aggerere, & plus mellis in ventriculos transmisisse, quam ex illis, queis aliæ prius
multum diuque incubuerunt: Hæc si ita 20
sint, quæ apud Varronem, Virgilium & Plinium Columellam non invenies, procul dubio Actorum apibus, favos progeniem ac mel in foliis ore lecturis, impedimentum & damnum dabit vicina nimis alieni apiarii statio. Aliud malum multi testes addunt, tanto amore habendi apes, ut in confines impetum faciant, rapinæ proposito. Irrumpunt aditus, primisque trucidatis spoliant cellas liquido melle distentas. Unde alia quoque caussa, & justissima quidem, animat spoliatas in prælia, in cladem, in domini exitium. Atque sic pro actoribus a suprema Brabantiæ Curia in caussa appellationis judicatum me-
morat laudatissimus Autor *d. l.* Apibus 21
ergo in fundo nostro collocatis, alveis manum recte injicimus ipsi: Licet enim aliis actionibus mihi consultum sit, nihil tamen est, quare cum illis non concurrat retentio, *d. dissert. ult. n. 7.*

Drenthiæ Ordinum decreto, condito 22
16. Februar. 1648. pœna 6. Stuf. constituta est in exteros, qui sine consensu cunctorum incolarum alicujus pagi in ejus saltibus aut campis apum alveos collocatos habent. Hollandis tamen permissum est in agro Brabantico, qui Belgis fœderatis paret, apes pascere, & in eo alveos exponere,

nere, Placit. Ordin. General. *28. Mart. 1664.* Feldm. *Jur. Georg. C. 21. Sect. 14.*

23 Apum inclusarum furtum fieri de Jure Civili, dubium non est, quia tunc amplius non sunt res communes, sed res alienæ, quæ invito domino contrectantur, *arg. §. 1. Inst. de Obl. quæ ex delict.* Idem dicendum etiam de eo, qui malis & vetitis artibus apes averterit, furtum illud committere. Ludw. *ad §. 4. Inst. de R. D.* De Jure Elect. Sax. *P. 4. C. 36.* fures apum & favorum perinde ac reliqui fures puniuntur. Ita Scabini Lipsienses responderunt: *Hat nun bemeldte Inquisitin in gutem bekannt und gestanden, daß sie bey Nacht, als ihr Mann geschlafen, über die Wand gestiegen, die zween Bienen-Stöcke ausgeschnidten und das Honig daraus genommen, dahero solche Bienen-Stöcke so auf 5. Thaler geschätzet, dermassen verderbet, daß sie sich schwerlich wieder erholen werden, wie denn auch das Honig allein, so bey Inquisitin gefunden, 18. Groschen werth gewesen &c. So wird sie wegen solches begangenen und bekannten Diebstahls mit zeitlicher Landes-Verweisung billig in Strafe genommen; V. R. W.*

24 Nec dubitandum, fures apum & favorum, si furtum magnum & quinque solidos excedens fuerit, pœna capitis puniri posse: Equidem existimat Carpzov. *P. 4. C. 36. D. 2. ut & in Pract. Crim. P. 2. quæst. 81. n. 54.* etiamsi furtum sit magnum, fures apum & favorum laqueo non esse puniendos, cum æstimatio apum & favorum respici & considerari debeat, quæ tamen semper incerta sit, & veritas nunquam explorari possit, ac ita judicatum refert. Verum quando ejusmodi fur fatetur, se tot aureos pro melle accepisse, & dominus apum jurato dicat, quod alveos tanti habuerit, si vendidisset, quare non pari cum aliis furibus pœna debet affici? Dn. Müller. *d. diss. c. 3. θ. 2.* Si enim pœna laquei statuta in fures aliarum ferarum justa est, quare non ea in fures apum statuta legitima sit non solum quando in ipsis apibus, sed etiam in earum favis fit & melle, Const. Elect. Sax. *P. 4.* Jacob de Bellovis. *in Pract. Crim. c. 20. n. 52.* Aut. Consult. Sax. *Tom. 2. qu. 30.*

25 Damnum inferens apibus alienis, v. g. si occidat eas minuatve, tenetur domino ad interesse actione legis Aquil. per *l. 49. pr. ff. ad L. Aquil.* in qua dicitur, quod apibus alienis fumo facto fugatis vel necatis, actione in factum teneatur is, qui hoc fecit, quia magis caussam mortis præstitisse videtur, quam occidisse, Brunnem. *ad d. l. 49. de L. Aqu.* Cœpoll. *de Servit. L. 1. c. 53.* Quin & judex hoc casu pœnam arbitrariam delinquenti tuto imponere, aut saltem mulctam pecuniariam ab eo exigere possit, non dubitandum, Carpzov. *P. 4. c. 36. D. 3.* & ita refert responsum Scabinor. *de anno 1620.* *Hat* H. H. *in nächst verschiedenem Martio, als die Sonne warm geschienen, und ein schöner warmer Tag gewesen, eine Schüssel mit Honig, unter welches, wie vermuthlich, auch andere Sachen vermischet, in seinen Garten gesatzt, und als seiner Nachbarn Bienen dieses gerochen, häuffig zugeflogen, und sich angehänget, hat er viel derselbigen mit einem Span zerdrucket und umgebracht, immittelst aber seine eigenen Bienen, damit sie nicht gleichfalls herzufliegen möchten, in seiner Schowren verwahret, und mit Tüchern bedecket, und als solches durch seine Nachbarn gerüget worden, hat er zu seinem Behelff nur dieses angeführet, er hätte sie vor Raub-Bienen gehalten, welche den Seinigen ihr Honig entführen wollen &c. So ist vorbemeldter* H. H. *seinen Nachbarn den Abgang der Bienen, und daher rührenden Schaden, so viel ein ieder bescheinigen wird, zu erstatten schuldig, und mag willkührlichen entweder ein, drey oder vier Tage lang mit Gefängniß, oder um eine ziemliche Geld-Busse, seinem Vermögen nach, iedoch, daß sich dieselbige über ein Silber-Schock nicht erstrecket, in Strafe genommen werden; V. R. W.* Adde Quintilianum *Declam. 13.* qua pauper diviti intendit litem damni injuria dati, ob apes suas veneno interfectas.

Ex quibus sequitur, quod qui facit, 26 quo rapaces sint apes propriæ, *Raub-Bienen machet*, ut furentur alveos aliorum, vel qui sciens tales habet, vicinis vel aliis, si probatum sit illatum damnum, ad interesse teneatur & arbitrarie puniri possit: & ita judicatum contra ludimoderatorem quendam, cujus apes alienos favos expilaverant. Ex sola autem expilatione & 27 ablatione mellis non statim concludendum est rapaces esse apes, sed necesse est ut alia indicia contra dominum apum concurrant. Naturale enim est, apes vegetas & fortiores impetum facere in alvearia imbecilliora, & iis mel eripere, Caspar Höfflers *Bienen-Kunst cap. 2. §. 12. Bienen, die man speisen muß, denen gehet*

täglich abe, ſie erfrieren, ſie erſauffen, wenn ſie die Koſt aus dem Geſchirr im Stock hinaufholen, fället der Weiſel hinunter ins Honig, ſo iſt es um den gantzen Stock geſchehen. Riechen andere Bienen (der Raub-Bienen zu geſchweigen) das warme Honig im Stocke, ſo thun ſie Einfall, werden ſie nicht gantz dadurch hingerichtet, ſo können ſie ſich doch nicht recht nehren. & lib. 2. c. 2. §. 64. Starcke, friſche Bienen nehmen den ſchwachen das Honig, wo ſie ſolche antreffen, es ſey in deinem oder meinem Garten.

28 Fructus apum eſt examen, mel & cera *l. 10. de Inſtrum. leg.* quorum hæc non plene percipiuntur, niſi ipſæ fumo necen-
29 tur, *l. ſi quis fumo. ad L. Aquil.* Alicubi earum tanta copia eſt, ut domini exinde diteſcant. Qualis Corycius Senex apud Virg. 4. *Georg.*

> *- - Cui pauca relicti*
> *Jugera ruris erant, nec fertilis illa Juvencis.*

Ex quibus cum floridos hortos præparaſſet, cœpit apibus fœtis atque examine multo primus abundare, ſpumantia cogere
30 preſſis mella favis. In Polonia & Lithuania cura earum frequens eſt in ſylvis ad mulſi confectionem, & ut ad vicinos exteros transferatur mel & cera. Et tanta ibi eſt mellis abundantia, ut paſſim & libere in rupibus concavisque arboribus id inveniatur, etiam quandoque ab apum examinibus deſtitutum. Joh. Ludw. Gothofr. *in Archontol. Coſmic. L. 7. n. 14.*
31 Ex quo Rex Poloniæ magnum vectigal percipit. Klock. *de Ærar. L. 2. C. 7. n. 2.* Sicut & in Germania in quibusdam locis Collecta ratione mellis ſolvitur. Caroli IV. Imper. *Zeidler-Ordn. §. 14. verbis: Und ſoll auch ieder Zeidler von ſeinem Gute geben ſein Honig-Geld Uns und dem Reiche, als es von Alters an Uns herkommen iſt, oder dem der es vor Uns und dem Reiche innen hat.* Vid. Wemdtle *de Decim. p. 75.*
32 Apud Romanos ex melle & vino potio conficiebatur, mulſumque dicebatur, quod vini appellatione non veniebat. Ulpian. *in l. 9. pr. ff. de trit. vino vel oleo leg.* Item *l. 5. §. 1. de R. V.* Si ex melle meo
33 & vino tuo mulſum factum ſit. Legimus autem multos ſenectutem longam mulſi tantum intinctu toleraſſe, nec præterea cibo aliquo celebri, pellionis exemplo, quem centeſimum annum excedentem quum interrogaret Auguſtus, quanam ratione maxime vigorem illum animi corporisque cuſtodiſſet, reſpondit: Intus
mulſo, foris oleo: Mulſum namque 34
veteres Romani in deliciis habebant, & in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur.

> *Sed ſpectatores vos nunc ne miremini,*
> *Quod non triumpho, pervulgatum eſt, nihil moror,*
> *Veruntamen accipitur mulſo milites.*

Mulſum vero ex pluvia aqua fieri ſoli- 35
tum ex Galeni *lib. 4. tuendæ ſanitatis* annotat Cælius *l. 23. c. ult.* Sed & vino vetere factum ad appetentiam & aviditatem cibo revocandam, auctor eſt Plin. *lib. 22. de natura mellis.* Vide etiam de hoc Petrum Crinitum *de honeſta diſcipl. lib. 4. c. 8.* ubi tradit, veteres mulſo etiam in ſacris uſos. Qui plura de mulſo, cera & apibus quærit, adeat Baron. de Hochbergs *Adeliches Land-Leben, Tit. de Apibus.*

Cera autem eſt, quod melle ex favis 36
expreſſo ſupereſt. Cera etiam pro Epi- 37
ſtolis & pugillaribus ſæpiſſime veteribus accipitur, Juven.

> *Nonne libet medio ceras implere capaces?*

Hinc cera prima, ſecunda, ima, Svet. *in Cæſ. Q.* Pædium, *inquit*, ex quadrante hæredem inſtituit, reliquos in ima cera, hoc eſt, in extrema parte teſtamenti. Hinc cera prima eſt teſtamenti inſtitutio, ut ſcribit Alciat. *lib. 4. Parerg. C. 6.* CeReæ tabellæ vero, ut ait Alex. ab Alex. *Lib. 2. C. 30. Gen. dier.* erant ceræ illitæ, in quibus monumenta literis nonnunquam mandabantur, aliquando duplices, plerumque triplices, aut quintuplices colore diverſæ; *& paulo poſt:* In triplicibus Epiſtolas, in quintuplicibus honores & Magiſtratus, in duplicibus ſiquid eſſet arcanum & ſubticendum, interioresque animi notas magis adnotabant.
Eſt & Ceræ frequens uſus in ſigillis, & 38
pertinet huc, quod in nonnullis bene conſtitutis Rebuspublicis receptum eſt, ut non cuivis promiſcue cujusvis coloris cera

cera in imprimendo sigillo uti liceat, & pro singulari beneficio Principis habeatur, si quid tale speciatim concedatur, scribit Johannes Tilius, *de reb. Gal. lib. 2.* His solis Regibus competit, ut cera alba obsignent diplomata, Principes vero reliqui obsignant aliis coloribus, ut nominatim ostendunt privilegia duo Renato Siciliæ Regi posterisque ejus recta linea descensuris a Ludovico XI. Rege 23. Januarii Anno 1468. & Mense Majo 1469. attributa, ut alba cera liceret ipsis obsignare in regnis Hierosolymorum, Siciliæ & ditionibus aliis tum in Gallia, tum extra Galliam, &c. Aliter vero Bodinus *de Rep. lib. 1. c. 8.* qui discrimen facit inter leges perpetuas & edicta temporaria, atque illas cera viridi ac sericeis vinculis purpurei ac viridis coloris muniri, adhæc vero nec sericeos funiculos, nec ceram viridem, sed flavam adhiberi scribit. Eique adstipulatur Cardinus Bretius, *lib. 2. de suprema Regis auctoritate*, qui dubitare faciunt de fide Tilii, ceram albam pro flava reponentis.

40 Disputatum refert Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. Lib. 2. c. 21. n. 13. seqq.* in Imperio Romano hodie an liceret unicuique, & nobilibus præsertim promiscue quibusvis rubra cera uti. Sane enim fuit aliquando certus aliquis selectus color, quem in promiscuos usus transire noluerunt Principes, sibi vel solis, vel suæ familiæ, vel etiam præcipuis post se Magistratibus eum reservantes. Ita Neronem interdixisse usum Amethystini & Tyrii coloris, refert Svetonius *in ejus vita c. 32.* Ita usum purpuræ Princeps sibi suæque domui receperat, quod videretur eminentiæ ejus adversari eodem cultu privatos, quo Principem, conspici, *l. 3. & 4. C. de vestib. holoser.* Ad eundem modum etiam in subscriptionibus nominum certa tinctura utebantur Imperatores, quæ sacrum encaustum dicebatur, confectum ex decocti muricis & triti conchylii ardore, eoque ex constitutione Leonis *in L. 6. C. de divers. rescript.* solis Imperatoribus uti licebat, cæteris omnibus ejus usu, imo & confectione, sub bonorum proscriptione & pœna capitali interdictum. Pari modo prasinum colorem magni semper æstimatum fuisse apud Turcas, tum & Græcos Imperatores, notat Wilhelmus Schickardus *in proœm. ad Tarich Persicum.*

Sed enim prohibitio talis ceræ ru- 41
bræ cum nulla omnino extet in Imperio Romano, usum ejus cuivis licitum esse ex vulgari sequitur JCtorum axiomate, quibus permissa esse censentur omnia quæ non sunt prohibita. Aug. Barbosa *in Axiom. lib. 14. c. 25.* Subest tamen alia ratio, quæ de prohibitione aut re saltem per consuetudinem illicita haud vanam præbet conjecturam. Solent enim hodieque Imperatores singularis beneficii & privilegii nomine usum ceræ rubræ expertis verbis concedere, & hanc potestatem etiam Comitibus Palatinis a se creatis aliquando conferre, quod certe frustra fieret, si cuivis promiscue usus ille permissus esset. Privilegium enim aliquid aliud operari debet, *l. fin. C. de inoff. testam.* Nec privilegium dici posset, si cæteris omnibus idem jus competeret jure communi & sine speciali concessione. Ut maxime igitur denegatus ceræ rubræ usus non possit ad legem aliquam expressam prohibitivam referri, sufficit, per concessionem privilegii tacite subinnui, reliquis omnibus, quibus privilegium tale aut etiam consuetudo non adsistit, interdictum eum esse, nec posse uti eo quenquam, nisi ex concessione aut consuetudine recepta & inveterata, se ejus esse compotem probaverit. Ex hoc principio respondit Collegium Facultatis Juridicæ Lipsiensis *Mens. Septembr. 1679. Ob nun wol Titius anführen möchte, daß einem ieden, mit was vor Wachse er siegeln wolte, und also auch des rothen Wachses sich hierbey zu bedienen, in Ansehung solches nirgend ausdrücklich verboten, freystehe, gestalt er sich denn auch eine geraume Zeit hero solches gebrauchet; Dennoch aber, und dieweil in dem mit überschickten Extract der erneuerten Tax-Rolle derer Kayserl. Privilegien die rothe Wachs-Freyheit ausdrücklich mit enthalten, und aus unterschiedenen von Römischer Kayserl. Maj. allergnädigst ertheilten Adel-Briefen zu ersehen, daß die Freyheit, mit rothem Wachs zu siegeln, einem und dem andern absonderlich vergönnet worden, daraus denn abzunehmen, daß, ungeachtet ein ausdrücklich Gesetze disfalls nicht vorhanden, ein ieder, so dergleichen* Privilegium *nicht vorzulegen hat, solches sich nicht alsofort zu gebrauchen befugt, &c. und er, (Titius) also disfalls keine Possess vor sich anziehen mag. So ist er auch bey sogestalten Sachen sich des Siegelns mit rothem Wachse zu enthalten,*

oder so er dessen befugt zu seyn vermeynet, einen gewissen Titulum *beyzubringen schuldig; V. R. W.* Ad eundem respondit Collegium Juridicum Wittenbergense ad Sempronium *Mens. Septembr. 1679. Wenn nun gleich Titius sich auf die* Possess vel quasi, *in welcher er sich befindet, beziehen will, auch ferner vorgeben möchte, daß mit rothem Wachse zu siegeln niemals verboten worden; Dennoch aber, und dieweil durch eine vor langer Zeit eingeführte Gewohnheit der Gebrauch des rothen Wachses allein denen Standes-Personen, und die in einer Hoheit sich befinden, nachmals auch denenjenigen, welchen es durch ein sonderliches* Privilegium *verstattet worden, zukömmt, gestalt denn solches von Käyserl. Maj. in den ertheilten Comitiven und Adels-Briefen absonderlich vergönnt zu werden pflegt, und sonst niemand dessen zu gebrauchen befugt, dahero auch die* Possess *alleine ohne vorgehendem* Titulo *kein Befugniß operiren kan; So ist der Landes-Fürst Titium dahin, daß er wegen gebrauchten rothen Wachses den* Titulum *seiner vorgeschützten* Possess *beybringe, anzuhalten wohl befugt; V. R. W.*

Apes quoque, ficuti & canes, por- 41
cos &c. morti adjudicatas recte tradit Ant. Matth. *in Proleg. de Crim. c. 2. n. 1.* non ideo, quod crimen cadat in bestias, sed ut tantum oculis hominum subducantur, & ut intelligant homines quantopere a cædibus sit abstinendum. Sic P. Ærodius, Quæstor Andegavens. *Rerum Judicatarum L. 3. tit. 16. c. 1.* ex Concilio Wormatiensi refert, jussisse illud apes interfici,
quæ hominem necaverant. Notandum 42
etiam venit, quod cum viri egregii & docti non nisi præmiis & honoribus alantur, tritum illud recte applicetur, *gelehrte Leute und Bienen müssen wohl in acht genommen werden, daß sie bleiben*, Carpzov. *P. 2. Dec. 198. 12.*

JURIS

JURIS GEORGICI
LIBER TERTIUS,

CAPUT I.
DE PERTINENTIIS PRÆDIORUM.

SUMMARIA.

1. *Transitio ad Librum tertium.*
2. *Prædia quoad pertinentias variant.*
3. *Pertinere verbum late patet.*
4. *Pertinentiarum vocabulo quid veniat?*
5. *Pertinentiæ sunt vel remotæ, vel proximæ.*
6. *Prædio vendito cum pertinentiis, cui Jurisdictio, Pagi, Molendina &c. ex consuetudine cohærent, & hæc vendita esse censentur.*
7. *Secus se res habet, si fundum particularem cum omnibus pertinentiis vendat.*
8. *Investitus de castro cum pertinentiis, investitus censetur esse de omnibus bonis ad Castrum pertinentibus.*
9. *Apprehensa possessione Prædii, an etiam possessio de pertinentiis sit capta?*
10. *Concessa cum Prædio jurisdictione omnimoda, non tantum mixtum, sed & merum imperium concessum intelligitur.*
11. *Idem dicendum, si simpliciter concessa sit Jurisdictio.*
12. *Prædio vendito venit omne, quod terra continetur.*
13. *Item fructus pendentes.*
14. *Ut & fructus a venditore post venditionem percepti.*
15. *Quid in retrovenditione obtineat?*
16. *Si fructus locati sint, cuinam debeatur pensio?*
17. *Prædio cum pertinentiis & juribus vendito, etiam debentur instrumenta authentica.*
18. *An etiam Inventarium?*
19. *Prædio cum Inventario vendito quid veniat?*
20. *Ad pertinentias Prædiorum olim spectabant adscriptitii?*
21. *Prædio vendito debentur & stramenta & sterculinium.*
22. *Item & Servitutes.*
23. *Fundo vendito, an iter per fundum, qui in dominio alienantis manet, debeatur?*
24. *Prædio in feudum concesso, pertinent etiam ad Vasallum tam incrementa naturalia quam industrialia.*
25. *Thesaurus in fundo Feudali repertus ad quem pertineat?*
26. *Pertinentias Prædii feudalis dominus Vasallo indicare debet.*
27. *Interdum & Vasallus tenetur ad rerum feudalium demonstrationem.*
28. *Extra hunc casum is qui asserit esse pertinens, id probabit.*
29. *Nisi sit in possessione.*
30. *Quando pertinentiæ præsumantur?*
31. *Ædibus venditis quid veniat?*
32. *An etiam hortus, qui diu ad ædes pertinuit?*
33. *Si in venditione dictum,* was Erd- Nied- und Nagel-feste, *quid emtori cedat?*
34. *Ad pertinentias Prædiorum etiam spectant dotes prædiorum.*
35. *Clausula in Emtione observanda.*
36. *Exprimendum specifice, quid nomine pertinentiarum debeat intelligi?*
37. *Formula quomodo Pertinentiæ Prædii sint exprimendæ?*
38. *Plenior expressio pertinentiarum.*
39. *Prædio* samt aller und ieder seiner Zugehörung, *legato quid veniat?*
40. *Responsum Scabinorum Lipsiensium.*

1 SAlutato jam in *Lib. II.* Domino Prædii, visisque Personis & animalibus præcipuis ad Prædium pertinentibus; jamjam *Lib. III.* ad pertinentia inanimata progredimur, quæ pro diversitate & amplitudine Prædiorum mirum in modum variant. Ad quædam enim Jurisdictio, Pagi, Agri, 2 Horti, Vineæ, Prata, Pascua, Sylvæ, Piscinæ, Tabernæ Vinariæ, Cerevisiariæ, Molendina, Furni &c. pertinent; ad quædam una vel altera species horum recensitorum tantum; De quibus pertinentiis præcipuis *sequentibus Capitibus* agetur.

3 Pertinere verbum latiſſimum eſt, comprehendens omne jus tam ratione proprietatis quam poſſeſſionis: Sive jure Communi, ſive ſpeciali ex privilegio, uſu vel conſuetudine, ſive etiam ex delegato competat, & quia res debita eſt. Stuck. *Conſil.* 27. *n.* 858. Gryph. *de Inſul. C.* 26. *n.* 46. Imo pertinere ad aliquem cenſetur non tam quod jam competit, ſed & quod ſpe poteſt competere. Barboſ. *L.* 14. *m.* 32. *Ax.* 1.

4 Pertinentias autem alicujus Prædii *Zugehörung eines Guths*, non facit cohærentia *l.* 245. *de V. S.* ſed natura, aut ars, vel lex aut conſuetudo, Speidel. voc. *Pertinenz.* vel voluntas & deſtinatio Patrisfamilias, *l.* 17. §. 7. *de Act. Emt. l.* 60. *l.* 242. §. *fin. de V. S.* Gail. 2. *Obſ.* 62. eaque in actum deducta, *l.* 17. §. 5. *ff. de A. E.* quam deſtinationem ſemel factam eſſe ſufficit. Interdum deſtinatio præſumitur *l.* 38. §. 2. *inf. l.* 17. §. 3. *de A. E.* Addi etiam cauſſis effectricibus pertinentiarum poteſt præſcriptio 30. annorum 2. *Feud.* 26. Weſenb. *Conſ.* 129.

5 Pertinentias communiter dividunt in proximas & remotas; ad illas referunt, ſine quibus res principalis vix ſubſiſtere poteſt, ut fortalitio vel caſtro munito bellicæ machinæ & tormenta fuſilia, Bombardæ, Colubrinæ, Sclopi Majores, Baſiliſci, Salamandræ, Crocodilli, archibuſi, trabuchelli, Baliſtæ, *Geſchütz, Artollerie und* Munition *auf der Feſtung*, quæ omnia armorum nomine comprehenduntur. Alciat. *l.* 41. *de Verb. S.* Remotæ pertinentiæ dicuntur, ſine quibus res principalis ſubſiſtere poteſt, ut ſunt: Molendina, Furni, paſcua, nemora, prædia adjacentia. Menoch. *Lib.* 4. *Præſumt.* 154. *n.* 21. Knichen. *de Veſtit. Pact. P.* 2. *c.* 4. *n.* 7. & 39.

6 Prædio itaque vendito cum pertinentiis, cui territorium, jus Patronatus, merum imperium, Juriſdictio, pagi, molendina, cauponæ &c. ex privilegio vel conſuetudine cohærent. vid. Gail. 2. *Obſ.* 62. Beſold. 5. *Conſ.* 212. *n.* 17. Klock. *Tom.* 1. *Conſ.* 45. *n.* 10. Bachov. *ad Treutl. Vol.* 1. *d.* 3. *th.* 6. *lit. f.* Etiam hæ partes & jura tanquam pertinentia vendita cenſentur, & cum prædio in emtorem tranſeunt, Franzk. *de act. emt. n.* 233. Menoch. 3. *Præſumt.* 9. *n.* 43. Finckelth. *de Jure Patron. c.* 5. *n.* 11. Idque moribus German. dubium non habere ait Mevius *II. Dec.* 314. Niſi nominatim ſint exceptæ, Mev. *P.* 2.
7 *Dec.* 96. Quid autem ſi Dominus Prædii tantum ædes particulares vel fundum ad prædium pertinentem vendat? tum vero ſecus eſt, licet dicat cum omnibus juribus & pertinentiis, Mantica *de tac. & amb. conv. t.* 16. *n.* 29. Jus enim Territorii, juriſdictio & ſimilia jura non rebus particularibus ad prædium pertinentibus, ſed prædio, quatenus conſideratur ut univerſitas, adhærent, Gail. Beſold. *dd. ll.*

Et ſi quis inveſtitus de Caſtro aliquo 8
cum pertinentiis, ea natura atque proprietas eſt, ut quis intelligatur inveſtitus de omnibus omnino bonis etiam particularibus, ſitis intra limites vel fines illius Caſtri, Brunnem. *Conſ.* 162. *n.* 169. & Hering. *de Jur. Burger. C.* 1. *n.* 410. Caſtri, ait, ſignificationi æquipollet in ſua quidem ſpecie vox *d' une Maiſon*, ſiquidem in ruſticis loquimur, quia in urbanis adſtrictior eſt ſignificatio ex natura rei ipſius & materia rei ſubjectæ: Sed in agris, appellatione *d' une Maiſon* cui agri ſubſunt ex communiter accidentibus, ea pronunciatione non ſolum ædificia & Cortis & Prætorium, ſed etiam territorium, & agrorum univerſitas ex qua componitur, intelligitur, item Pagi, Molendina, pedagia & talia.

Quæri etiam ſolet inter Doctores, an 9
apprehenſa poſſeſſione caſtri vel prædii etiam bona ad prædium pertinentia, ut villæ, pagi, juriſdictio, ſervitutes apprehenſæ cenſeantur? his negantibus; illis vero affirmantibus. Controverſiam hanc plerique ita conciliant, ut ſi reliquæ villæ fundi &c. ſub illo cujus poſſeſſionem quis apprehendit contineantur tanquam partes ſub toto, affirmantium ſententia vera ſit, ſin minus vera ſit ſententia negantium. Roſenth. *Cap.* 6. *Concl.* 16. Vultej. *de Feud. L.* 1. *c.* 10. *n.* 12. Weſenb. *Conſil.* 1. *L.* 1. *n.* 51. Alioquin caſtro vel prædio conceſſo juriſdictio illico ſimul data non intelligitur, ut poſt Barth. docent Scipio Gentil. 3. *de Juriſd.* 23. Borch. *de Feud. c.* 6. *n. fin.* Finckelth. *D.* 3. *Controv.* 11.

Conceſſa autem cum prædio juriſdi- 10
ctione omnimoda, non ſolum mixtum imperium, ſed etiam merum conceſſum eſſe non ambigendum. *arg. l.* 7. §. *fin. ff. de off. Proc.* Finckelth. *d. l. controv.* 11.

Sed quid ſi ſimpliciter cum Prædio 11
concedatur juriſdictio, nunquid ſub genarali voce etiam merum imperium continebitur? Putem, modo alteri exinde non oriatur præjudicium; Atqui autem imperium merum eget ſpeciali conceſſione *lib.* 1. *de Off. ejus.* idque potiſſimum eſt quod Finckelth. *D.* 3. *Controv.* 12. Struv.

S. J. F.

S. J. F. C. 6. th. 8. dissentientes urgent. At vero id intelligi oportet, si imperium merum seorsim & principaliter spectetur, cæteroquin conjunctim & in consequentiam Prædii in possessorem una transferri nihil vetat. *arg. l. 20. §. 1. de Acq. rer. Dom.* Et eam sententiam tuetur etiam Carpzov. *Pr. Crim. quæst. 109. n. 89.* Et *P. 2. C. 40. D. 6.* Dn. Berger. *de Pertinent. th. 21.*

12 Prædio itaque vendito illud omne venit, quicquid terra intra se tenet *l. 17. pr. de Act. emt.* Igitur prædio aut fundo sive legato, sive vendito, etiam arbores innatæ & cætera coalita cedunt, *arg. l. 26. §. 2. l. 36. §. 1. de A. R. D. l. 12. §. 11. de Instr. vel*
13 *instrum. leg.* Et fructus in eo pendentes *l. 25. ff. l. 13. l. 16. C. de Act. Emt.* utpote qui pars fundi videntur, *l. 44. de R. V.* Nec 1) interest maturi sint, nec ne. *l. 13. §. 10. de A. E.* Nec 2) licet sint industriales, qui ex re prævia hominis industria nascuntur, puta fruges & legumina. Igitur perperam venditor in vendita aliquot jugera postero die immittet, qui maturam satis messem falce succiderent. Certe LL. generaliter loquuntur, & ratio universalis militat, quod omnes fructus pendentes pars fundi habeantur & in terra radices agant, & succum omneque emolumentum ex fundo habeant, eique immobiliter cohæreant. *l. 11. §. 1. de act. emt. l. 21. l. 33. de C. E.* Neque 3) tametsi pars fructuum ad colonum spectet, qui actione personali saltem experietur adversus venditorem. Neque id cum Trentacinquio *3. V. R. tit. de emt. vend. resol. 6. n. 4.* in fructibus pendentibus de brevi colligendis limitem. Sed nec 4) etsi venditor pretium obtulit *arg. l. 13. C. de act. emt.* aliter ac Baldus *in d. l. 13. n. 7.* Salicetus *ibid. n. 2.* & alii. Utut emtor fructus petens usuras pretii non soluti præstare teneatur *d. l. 13.* usuras, inquam, nihil præterea. Nec enim salva æquitate moræ pœna longius trahi potest, ut insuper fructibus quoque rei emtæ, cujus totum periculum emtor sustinet, ei carendum sit: Neque habet venditor, quod conqueratur, quasi cogatur fundum colere, quia non tenetur nisi de fructibus perceptis, quos si neglexisset percipere, nihil ei imputari posset, *l. 21. de hæred. vend.* Magna insuper inter venditorem & emtorem est diversitas; cum enim ille pretii, quod in genere consistit & perire nequit, nullum periculum sustineat, antequam ei solvatur, sicut emtor rei nondum traditæ sustinere cogitur, merito ob moram in amplius quam usuras non condemnatur. eleg. Mudæus *in l. 13. §. 10. de act. emt. n. 7. seqq.*

Neque minus fructus post venditio- 14
nem a venditore jam percepti fundo vendito accedunt, tum quia diserte exceptio saltem fit in perceptione facta ante venditionem, *l. 2. C. de Act. Emt.* tum quia ita in genere *in d. l. 13. C. eod.* scriptum est, fructus post perfectum jure contractum emtoris personam spectare, *add. l. 16. C. eod.* Nec possis has leges ad perceptionem, quæ si post traditionem rei facta, restringere; Videlicet perfecta venditio statim dicitur ac de re & pretio consensum est, & in hoc consummationi, quæ fit traditione, opponitur, & alias quæstio esset indubitabilis & Domitiana, nec digna, ut toties super illa Imperatores fuissent consulti; Facit. *l. 13. §. 18. & 22. de act. emt.*
Sed quid si emtio contracta sit sub pacto 15
de retrovendendo, num & in venditore reemente idem juris erit? Interesse putem, num pacto simpliciter tantum convenerit de retrovendendo, an eodem, vel diverso pretio simul expresso; Priori casu, quia ante constitutionem pretii & factum revenditionis res revendita dici nequit, & venditor emtorem præcise ad revendendum cogere non potest; judicio emti fructus nulli deberi possunt, utpote qui non per se petuntur, sed ut accessiones simul cum re vendita transeunt: Posteriori ab initio statim ratione autoris primi vera venditio censetur quoad venditorem sub conditione quasi, ubi is elapso tempore adjecto vel pro arbitrio suo pretium conventum solverit, suspensa. Unde oblato pretio quemadmodum venditio purificatur, ita non saltem emtor ad præcisam rei traditionem tenetur, verum etiam periculum statim redimentis est, eumque fructus pendentes & separati sequuntur *per text. in l. 2. C. de pact. inter emt. & vend.* Alia caussa est fundi in dotem dati, divortio facto & sub lege retrovenditionis distracti ob onera matrimonii sustinenda, ubi æquum est, ut pro rata præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit, & maritus onera illius sustinuit, fructuum divisio fiat; Quo pertinet *l. 7. §. 7. solut. matrimon.* Aliter alii. Covarruv. *J. U. R. 15. n. 6.* Vincent. *de Franch. Decis. 79. n. 1.* Zoannet. *in d l. 2. C. de pact. int. emt. n. 134. seqq.* Berlich. *2. concl. 2. n. 67.* Carpzov. *5. R. 29. n. 11. seqq.* D. Berger *d. dissert. de Pertinent. n. 5. & 6.*

Sed

16 Sed quæritur, si fructus locati sint, cuinam debebitur pensio? Distinguendi hic veniunt fructus; Aut enim sunt naturales, qui semel tantum in anno percipiuntur, quales sunt messis & vindemia, aut Civiles, qui quotidie colliguntur, quales sunt ædium locatarum, navis, operarum servilium &c. Quod priores fructus attinet, aut illi sunt uniformes seu unius generis, qui simul & semel colliguntur in anno, puta messis seu frumenti, aut difformes sive disparis generis, qui successive maturescunt & colliguntur, puta in agro, cujus pars vineam habet, alia pratum est, in alia seritur; Priori casu, si tempore venditionis pendeant, pensio loco fructuum debebitur emtori, *l. 78. de usufr. l. fin. de jure fisci*, sin sint percepti, venditoris manet, utut maxime illius solvendæ dies nondum venerit, *l. 5. C. de act. emt.* non obstante *d. l. f. in fin. de jure fisci*; quandoquidem ibi res a fisco emta est, ubi, quia emtor non ita, uti quando a privato emtum est, colonum expellere potest, in compensationem quasi damni inde emergentis emtori hoc privilegium datur, ut percipiat pensionem, cujus dies post venditionem cedit, licet fructus antea percepti fuerint. Posteriori casu, si difformes & successivi sint, pro rata temporis pensio inter venditorem & emtorem dividenda est; idque indistincte, sive pro usu cujusque partis fundi distincta, sive pro omnibus omnis generis fructibus una constituta, item sive nondum, sive pridem ante venditionem soluta sit. Hactenus de fructibus naturalibus; Sequuntur civiles; Quemadmodum autem hi tempus successivum habent, & quotidie deberi incipiunt, ita pensio de iisdem debita pro rata temporis dividitur usque in id tempus, quo res vendita venditori, postea vero emtori cedat, *l. 62. de R. V.* non obstat *l. 13. §. 11. de act. emt.* Resp. opponi *d. §. 11. præcedenti §. 10.* & in facto, quod illic venditor ipse fundum excoluerit, hic vero alteri locaverit, & in jure, quod illic regulariter fructus pendentes licet maturi & mox colligendi emtori, hic autem pensiones statim etiam solvendæ venditori cedant, nisi utrobique aliud inter contrahentes convenerit. Conf. Costal. *in d. l. 13. §. 10. in fin.*

17 Prædio cum pertinentiis & juribus vendito, etiam debentur instrumenta Authentica ad illud pertinentia, nisi ratione evictionis vel aliam justam causam venditor retinendi habeat. *l. 48. l. 52. pr. de Act. Emt. l. 4. §. 3. fam hercisc. l. 24. C. de Fidej.* Carpz. *P. 2. C. 33. D. 18.* Num etiam inventarium? 18
Negat Dn. Schilterus *Exerc. ad ff. 3. th. 130.* nisi eo casu, quo ipse venditor initio simul inventarium tradiderat, atque sic conventionem facto proprio declaraverat, de quo tamen forte itidem suppositis regulis pertinentiarum a distinctione dubitari queat. Vendito enim prædio cum inventario, in- 19
strumenta, pecora, frumenta aliaque ad cultum agrorum, sustentationem famulitii & instructionem fundi necessaria, *Schiff und Geschirr, Viehe und Saamen- Getreydig zu Bereitung und Bestellung der Aecker*, simul vendita censeri, non item mobilia & frumenta, quæ non ad culturam fundi & agrorum, sed ad venditionem destinata in prædio asservantur, Carpzovius tradit *5. R. 26.* Igitur destinatio satis perspicua est, consequenter nec opus expressione inventarii. Pone casale distinctum in plura prædia, eaque separatim diversis colonis locata, pone item magnum nemus, quo omnes coloni, necessitate cujuslibet prædii exigente, uti consueverunt, pone tandem unum ex prædiis vendi finibus demonstratis, intra quos nemus non includebatur, quæritur, an veniat usus nemoris pro necessitate prædii distracti? Ait Socinus Sen. *in l. 1. de reb. dub. n. 7.* ex facto consultus. *add. l. 1. l. 20. § 7. de instr. vel instrum. leg. l. 91. §. 3.* quem Mantica laudat. *d. L. 4. tit. 16. n. 11. seqq.* D. Berger. *d. Differt. 6. 10.*

Ad pertinentias Prædiorum olim & 20
spectabant Adscriptitii, qui ab illis prædiis, quibus semel erant assignati, nulla Dominorum pactione poterant divelli, *l. 2. C. de Agricol.* ubi Constant. Imper. Si quis prædium (ait) vendere voluerit, vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non possit: Qui enim colonos utiles credunt, aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi prædium sibi prodesse desperant. Quin etiam datis aut venditis colonis, aut donatio venditiove non valebit, aut etiam agri, quibus addicti sunt, dati venditique existimantur: Et, si quid horum nomine tributi aut vectigalis debetur, solvendum erit, ut Valentin. rescripsit: Quisquis ex desertis agris veluti vagos servos ex liberalitate nostra fuerit consecutus pro fiscalibus pensitationibus, ad integram terræ possessionem, ex qua videlicet servi manare videntur, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos observari volumus, qui

qui ex hujusmodi fundis servos ad possessiones suas transire permiserint. Tanta enim est horum cum fundis suis conglutinatio, ut ne ab eo quidem, qui ipsos conglutinavit, dissolvi queat. Cum satis inhumanum sit, terram, quæ ab initio adscriptitios habebat, suis quodammodo membris defraudari, & colonos in aliis terris demorantes dominos terræ maximis damnis afficere. Connan. *L. 2. c. 10. n. 5.*

21 Prædio vendito debentur & stramenta & sterculinium agri stercorandi causa comparatum, sive in stabulo jaceat, sive acervus sit, *l. 17. §. 2. de act. Emt.* Carpz. *P. 2. 33. 19.* item servi, *a. l. 12. § 37. de instr. vel instrum. leg. l. 7. C. de agricol.*

22 Servitutes fundo vendito debitæ cum ipso fundo in emtorem transeunt, *l. 12. ff. comm. præd. l. 20. §. 1. de acq. rer. Dom.* indicari tamen debent, ne per ignorantiam non utendo amittantur, *l. 66. § 1. de contrah. emt.* si fundo vendito nullæ debeantur, venditor etiam nullas præstare tenetur, etiamsi optimum maximum dixerit, *l. 90. l. 169. de V. S.* nisi in specie fundo hanc vel illam servitutem deberi affirmaverit, *l. pen. de evict. l. 66. pr. de contrah. emt.* Gomez. *tom. 2. C. 2. num. 45. in fin.*

23 Sed an, fundo vendito, iter per fundum, qui in dominio alienantis manet, debebitur? Resp. deberi, si aliunde aditum non habeat, *l. 40. §. 1. de contr. emt. l. 1. si usufruct. pet.* alias non, licet sua intersit iter aliunde habere, *d. l. 66. pr. de contrah. emt.* Faciunt *l. 36. de S. P. U. l. 12. pr. de religios. l. 11. §. 1. comm. præd. l. 14. in fin. quemadm. servit. l. 3. §. fin. de S. P. R.* quibus collatis illico apparet, isthæc perperam ad casum sepulchri vel ultimas voluntates coarctari apud Cæpollam *de Servit. c. 38. num. 3.* Mollerum *de different. Contract. & ultim. volunt. diff. 35.* Tantum abest, ut cum Fulgosio, Castrensi, Cravetta aliisque apud Manticam *15. de tacit. & ambig. conveni. 9. n. 20.* facere possis, qui simpliciter negant, adeo ut nec servitutem itineris novo emtoris pretio constituendam existiment. Plane cautius agunt, qui fundum emunt cum accessibus & egressibus suis, quibus quidem verbis non solum facultatem personalem eundi, quod Boërio videtur, *decis. 322 n. 6.* sed servitutem ipsam constitui vult idem Mantica *lib. 4. tit. 16. num. 24.*

24 Prædio in Feudum concesso, pertinent ad Vasallum etiam accessiones prædii Feudalis & incrementa tam naturalia, si Feudale prædium non sit limitatum, *l. 16. pr. de A. R. D.* nec Dominus in concessione ejus aliquid sibi reservaverit, *2 F. 4.* quam industrialia, circa quæ tamen distingue *ex 2. F. 8. 2. F. 28.* Vid. Ludw. *Synops. 1. F. c. 15.* adeo quidem, ut ratione istiusmodi incrementorum Vasallus nec nova investitura opus habeat, nec majora Domino servitia præstare teneatur, *a. l. f. C. de alluv.* Schrad. *p. 5. C. 6. n. 26.* An & thesaurus 25
in fundo feudali repertus? Sunt, qui statuunt, ab ipso Vasallo, vel data opera a tertio inventum totum vasalli esse; ab alio vero forte dividi inter vasallum & inventorem debere, *arg. §. 40. J. de rer. div. l. 63. de acqu. rer. Dom. l un. C. de thesaur. l. 67. de V. R.* Rosenthal. *c. 5. concl. 93.* Christin. *5. decis. 21. n. 19.* Struv. *S. J. F. c. 12. n. 5.* Aliter Bonacina, qui inventori Vasallo tres partes dat, duas ut inventori, tertiam ut Condomino. Verius videtur, indistincte sive a Vasallo, sive a tertio, & vicissim sive forte, sive data opera inventum, ad Vasallum totum non pertinere, sed uti alias in fundo alieno repertum inter Dominum & Vasallum dividendum esse. Vid. Finckelth. D. *Feud. 3. contr. 18. Conf. D. 4. Contr. 20.* Neque secus jure Saxonico, ut ex Carpzovio *P. 2. c. 53. D. 6. 7.* colligere est, non obstante, quod *ex lib. 1. Land-Recht Art. 35.* proferri solet, utpote quod de venis metallicis & auri argentique fodinis accipi oportet, *d. const. 53. p. 2.* ibique Carpz. *d. 4.* Plane moribus locorum quorundam thesauros etiam a Dominis in propriis fundis licite repertos, perinde ut alia ἀδέσποτα, ad Principem pertinere tradunt H. Grotius *2. de J. B. & P. 8. §. 7.* Christin. *5. decis. 16. n. ult.* Arnisæus *de Jure Majest. c. 6. n. 23.*

Pertinentias autem Prædii Feudalis 26
Vasallo justa ex causa ignoranti Dominus indicare debet. *arg. l. 48. ff. de Act. Emt.* Borchold. *de Feud. c. 8. n. 118.* *Wenn ein Lehnmann nicht eigentliche und gründliche Nachricht hat, was unter das Lehn gehörig, so ist der Lehn-Herr verbunden, auf des Lehn-Manns Begehren das Leben und die Lehen-Stück, und derselben Zugehörungen, Gräntzen und was eigentlich unter das Leben begriffen und darein gehörig, nahmhafft zu machen, und ein sonderbares Verzeugniß der Lehn-Güther und Stück zu übergeben.* Diether. *in contin. Besold. voc. Zugehörung.* Knipschilt. *de Obl. Domini in*

in Vasallum p. 33. Besold. *P. 4. Cons. 180.*
27 *n. 39.* Vice versa Vasallus tenetur ad pertinentiarum & rerum feudalium demonstrationem domino, quando dubium est, quam rem nomine feudi vasallus a Domino possideat, vel qui sint fines illius rei, aut alias domini intereft, ut res feudales diligenter enumerentur & describantur. *Gl. in c. un. §. pen. verb. nisi requisitus. de probib. Feud. al. per Frider.* Zas. *p. 7. n. 52.* Intrigliol. *qu. 68.* Nec distinguimus inter feuda universitatis, regni, ducatus, &c. & particularia sive rerum singularium. Eoque enim in illis, ac in his, singulorum locorum & pertinentiarum demonstrationem dominus potest exigere, Rosenthal. *d. c. 8. concl. 32. n. 8.* Diss. Jacobin. de S. Georg. *verb. dictique Vasalli promiserunt. n. 28.* Verum, si vasallus ignoret res feudales vel partem earum, puta in facto antiquo, vel quod in locum alterius successit, juramento se purgare potest, *Gloss. in l. 2. §. in exigendis, verb. jurata fide. C. quand. & quibus quarta pars deb.* Neque propterea omnia bona ejus præsumuntur esse feudalia, qui sciens res feudales eas indicare recusat, cum captis pignoribus vel aliis remediis ad confitendum cogi possit, *arg. l. certum. 6. §. 1. de confess.* Rosenth. *d. conclus. 32. in fin.* Laud. *in d. c. unic. n. 7. de vas. qui contra const. Lothar.* Diss. Blanc. *lib. 4. c. 1. n. 103.* Curt. Jun. *p. 2. qu. 6. n. 40.* Nic. Everhard. *in loc. ab emphyt. ad feud. n. 7.* Peregrin. *cons. 17. n. 14.*
28 *vol 2.* Alias recepti juris est pertinentias esse facti, & ideo quoties aliquis asserat esse pertinens, probabit. Klock. *Tom. III.*
29 *Cons. 157. n. 44.* Nisi possideat, *arg. l. 14. ff. de Prob.* Schilt. *Exerc. 30. §. 130.*
30 Quandoque pertinentiæ etiam præsumuntur. Gail. *L. 2. Obs. 62. & 63.* Suttinger. *Obs. 64. n. 1.* Pertinens vero bonum exinde non probatur, quod una cum aliis bonis ab una persona possideatur, & tributum ex omnibus bonis simul solvatur. Richter. *P. 4. C. 23. n. 9. & 12.* Nec pertinentiarum appellatione veniunt, quæ sunt diversa a re principali. Sed potius de pertinentiis aliquid non esse colligitur ex quantitate pretii & valoris rei. Berlich. *P. 3. Decis. 191. n. 26 & 36.*

31 Ædibus venditis vel legatis ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium vel propter ædes habentur, ut puta puteal, *l. 13. §. f. de act. emt.* i. e. quo puteus operitur *l. 14.* funes, labra, salientes, fistulæ quoque, quæ salientibus junguntur, quamvis longe excurrant extra ædificium; Ædium sunt item canales *l. 15.* granaria etiam, quæ ex tabulis fieri solent, si stipites eorum in terra defossi sint, & tegulæ detractæ ut reponerentur, *l. 18. pr. §. 1. eod.* nec non specularia affixa & pegmata, sive in ædificio posita sint, sive ad tempus detracta. *l. 12. §. 25. de instr. vel instrum. leg.* Surd. *dec. 134.* Castella plumbea, epitonia fistulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamvis non sint affixa, ædibus cedunt, *l. 17. §. 8.* item sigilla, columnæ & personæ, ex quarum rostris aqua salire solet. *d. l. 17. §. 9. de act. emt.* feræ, claustra, claves, *d. l. 17. pr. eod.* quia per eas facultas ingrediendi & possidendi demum conceditur. *l. 74. de contr. emt.* Quæritur, an vendita domo cornisotti, qui ædium parietibus sunt appositi, ad emtorem pertineant? Negat Cæphall. *Cons. 92.* Sed contra eum affirmativam tuetur Mantic. *4. de tac. & amb. conv. 15. n. 42.* Porro 32
ædibus venditis debetur & hortus, qui diu ad ædes pertinuit, *so von Alters her beym Hause gewesen,* aut illarum causa, ut amœniores ac salubriores sint, comparatus fuit, ad quem aditus sit per domum, atque sic pro domus additamento habetur, *l. 91. §. 5. de leg. 3. l. 52 §. f. de act. emt. C. J. A. d. th. 13.* Mantic. *d. t. 15. n. 30.* Richter. *decis. 37. n. 23.* Schilt. *Exerc. ff. 30. th. 127.* item *Brunnen-Ketten, Seil und Eimer. l. 40. §. f. d. C. E. V. arg. l. 13. §. f. II. seqq. l. 17. §. 8. de act. emt.* Thessaur. *1. qu. 84.* Cæpoll. *de Serv. c. 47.* Wehn. voce *Nagelfest.* Nunquid autem imagines ædibus cedant, disquiritur? Communis opinio est non cedere, sed remanere venditoris, cum eæ pars ædium non sint, neque ad usum necessarium spectent, *arg. l. 5. §. 2. ad exhib.* & eorum, quæ Cicero tradit *2. de orat.* An domo legata domuncula etiam juncta, *die Bude,* quæ juxta ædes sita erat, legata intelligatur, vid. Mev. *P. 7. Dec. 373.*

Si in venditione ædium dictum sit, ut 33
hodie plerumque fieri solet, quod omne fixum, *was Erd- Nied- und Nagel-fest ist,* Galli dicunt, *tout ce, qui tient a fer & a Clou,* vel omnia affixa terræ, muris & parietibus emtori cedere debent, Prothyrum indistincte cum imaginibus, tabulis & lychnis affixis ad emtorem pertinebit. Ex quo apparet, clausulam illam non abundantem, sed maxime utilem esse; Neque minus prædictæ res emtori cedent, si ita infixæ sint, ut partes ædium videantur, nec facile salvæ & integræ separari & amoveri queant,

queant, ob præsumtionem destinationis perpetuæ. *arg. l. 17. §. 3. de A. E. l. 21. l. 26. pr. de Instr. vel instrum. leg.* Vid. *l. 3. §. 1. de trit. vin. & ol. leg.*

34 Ad pertinentias denique Prædiorum pertinent & dotes Prædiorum, de quibus supra *Lib. 1. C. 43. n. 6.*

35 In genere vero utilis erit clausula, *nebst alle dem, was zu diesem Guthe gebrauchet ist:* Tum enim omne venditum simul intelligetur, quod etiam ad commoditatem & jucunditatem ibi habuit Paterfamilias. *l. 12. §. 17. de Instr. leg.* Dn. Stryck. *de cautel. contr. sect. 2. c. 8. §. 21.* Imo in juribus prædio cohærentibus adhuc amplior illa Clausula: *Mit allen Zubehörungen, Rechten und Gerechtigkeiten, so wie ich mich derselben gebrauchet, von Rechts wegen gebrauchen sollen, können oder mögen.* Hoc casu enim etiam illa jura, quibus antecessor usus non est, uti tamen potuit, transeunt in emtorem.

36 Cum vero sæpissime gravis controversia inter contrahentes oriri soleat, quid sub nomine pertinentiarum veniat, inde omnino necessarium est, ut clare & specifice exprimatur, quid nomine pertinentiarum debeat intelligi. Regulariter enim, qui pertinens quippiam dicit, hoc probare debet. Rosenth. *de Feud. C. 12. concl. 15. n. 65.* Cæphal. *Vol 2. Cons. 250. n. 13.* præcipue si non sit in possessione, sed ab alio hoc ut pertinens petat. Knich. *de Sax. non prov. jur. C. 5. n. 124.* Alciat. *Cons. 10. n. 7.*

37 Quapropter cautus quisque sit, monet Stryck. *d. l. §. 20.* ut pro ratione rei venditæ omnia illa nominatim exprimat, quæ ullo modo eo pertinere possunt; in expressis enim postea non est opus conjecturis, an simul vendita, vel non; Exemplum ejusmodi expressarum pertinentiarum suppeditat Reusner. *Vol. 1. Cons. 22. n. 62. Bekennen öffentlich und thun kund, daß Wir zu ewigem Kauff verkaufft haben, und verkauffen in Macht dieses Briefs Unser und Unsers Stiffts Vesten und Schloß Thungen, und das Dorff davor gelegen, mit allen andern Höfen, Güthern, Leuten, wo die gesessen seyn, mit Gülden, Zinsen, Diensten, mit Wassern, Weyden, Wäldern, und gemeiniglich mit allen seinen Zugehörungen, die in dem Gemärckte gelegen seyn, auch mit Burg-Güthern, Burg Lehen und Mann-Lehen, die zu dem Schloß gehörig, mit allen andern Freyheiten, Herrschafften, Rechten und Gewohnheiten, als Wir und Unser Stifft die hergebracht und gehabt haben, nichts ausgeschlossen ohne Gefehrde.*

Plenior sequens pertinentiarum in casu feudi nobilis venditi expressio est: *Wir verkauffen ihm unsern Ritter-Sitz, mit hoher, niederer und aller anderer Jurisdiction, Gerichten, Gerichtbarkeiten, Zöllen, Geleitleiten, Ungelten, Mannschafft, Reise, Steuern, Diensten, Fällen, Hand-Lohnen, Haupt-Rechten, Nach-Steuern,* Jure Patronatus *oder Kirch-Lehn, und allen andern Herrlichkeiten, Freyheiten, Dienstbarkeiten, Zu- und Eingehörungen, auch Rechten und Gerechtigkeiten, es sey an Leuten, Häusern, Schenck-Stätten, Höfen, Güthern, Eigenthumen, Erbschafften, Zehenden, Nutzungen, Zinsen, Gülten, Aeckern, Wiesen, Wein-Gärten, Wäldern, Feldern, mit allen Trifften, Hütungen, Jagden, hohen und niedrigen, mit Hunden, Pürschen und Netzen, ingleichen Weyden, Weyd-Gängen, Fischereyen in allen Flüssen, Seen und Wässern, Voigten, Gerichts-Zwängen, Bannen, Freveln, Bethen, Ungelten, Azungen, Satzungen, Büssen, Besserungen, Büschen, Bergen, Schlichten, Reinen, Steinen, Marckungen, Brüchen, Holtz-Rechten, Mühlen, Mühl-Stätten, Wasser-Läuffen, Auen, Wiesen, In- und Ausgängen im Wasser, auf dem Lande, ob und unter der Erden benannts und unbenannts, besuchts und unbesuchts, gantz nichts davon ausgenommen.* Quæ alias Fundi pertinentiæ sint, exponit Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 16.* 38

Legato Prædio cum pertinentiis, *samt aller und ieder seiner Zugehörung,* quid veniat, optime exponit Philipp. *in Usu Pract. Instit. Lib. 2. Eclog. 85.* Quare, *inquit,* fundo sive Prædio instructo legato continentur omnia, quæ in fundo collata sunt, sive quæ ibi habuit Paterfamilias, ut instructior esset. *d. l. 12. §. 27. & 37.* Jac. Menoch. *de Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 154. n. 14.* Sigism. Finckelth. Sen. *Obs. 27. n. 19.* Carpzov. *P. 3. Const. 13. Def. 22. num. 4.* Perez. *in C. de V. S. n. 1.* Fr. Barry *lib. 9. tit. 12. n. 10.* Matth. Wesenb. *ad §. si quis ancillas. 17. n. 6. Inst. de Legat.* Adeo, ut comprehendantur in hoc legato etiam ea, quæ ad instructionem fundi sunt destinata, licet nondum fundo attributa, *l. item Legato. 49. §. fin.* ibi: vel destinata, *ff. de legat. III. l. 78. §. fin.* ibi: etiam ea quæ tunc non sunt, quæ esse solent, *ff. eod.* Finckelth. *d. loc.* Id enim alias in quolibet Legato generis regulare est. *l. 21. ff. de* 39

de Legat. 1. *l.* 19. *ff. de Instruct. vel Instrument. leg.* A. Faber *de Variis nummarior. debitor. solut.* c. 21. *pag.* 293. Finckelth. *d. l. n.* 20. Si modo extent. Surd. *Decis.* 201. *in fin.* Brunnem. *ad l.* 2. *C. de V. S. in f.* Exceptis tantummodo eo repositis, ut venirent, aut in alium usum, quam fundi, converterentur, atque ita ad tempus tantum ibi sint, *l.* 1. *de V. S. d. l.* 12. §. 29. & *seq.* Mantic. *Conjectur. lib.* 9. *tit.* 2. *n.* 20.
40 Carpz. *d. const.* 13. *def.* 23. *n.* 4. Atque ita pronunciarunt Scabini Lipsienses in causa *Hansen Schildbachs zu Willitzgrün*, *M. Nov. Anno* 1633. *Hat euer Vetter, Hans Schildbach der ältere, am* 24. *Maj.* 1631. *einen letzten Willen aufgerichtet, und darinnen euch sein halbes Guth zu Willitzgrün, zusamt aller und ieder seiner Zugehörung, wie es damalen gestanden und gelegen, vermacht und zugewendet &c. So gebühret euch, Inhalts berührter Verordnung, neben dem halben Guthe und denen darzu gehörigen Beeten und unbesäeten Aeckern, Wiesen und Gärten, auch die Helffte alles darinnen verhandenen Vorraths an Schiff, Geschirr, Pferden, Kühen und anderm Viehe, Heu, Strohe, Tischen, Bäncken, Span-Betten und dergleichen, wie auch die Helffte des Getreides, so viel man zur Brötung und Saat oder sonst in der Haushaltung bedürfftig, des andern Getreidigs aber, so man zur Brötung und Haushaltung nicht benöthiget, sondern zum feilen Kauffe da lieget und aufgeschüttet worden, habet ihr euch nicht anzumassen, sondern es hat solches der Testator auf seine beyde Schwestern ab intestato bracht und verfället; V. R. W.*

CAPUT II.

DE REGALIBUS PRÆDIORUM.

SUMMARIA.

1. *Prærogativa Nobilium Germaniæ participat aliquid de Regalibus.*
2. *Nobilibus Immediatis competunt ea jura, quæ cæteris Statibus Immediatis.*
3. *In aliis Regnis ne Principibus quidem talia Jura tribuuntur.*
4. *Imperator Otto primus Regalia privatis concessit.*
5. *Quam consuetudinem Successores ejus secuti.*
6. *Regalia etiam præscriptione adquiruntur;*
7. *Non alia tamen quam immemoriali.*
8. *Regalia considerantur vel ut qualitates Principi competentes,*
9. *Vel ut jura separabilia, extraneo etiam competentia.*
10. *Regalia priori modo considerata, non sunt in commercio inferiorum.*
11. *Talis etiam absque Imperatoris consensu ea non potest alteri tribuere.*
12. *Castro concesso cum territorio non comprehenduntur Regalia.*
13. *Quamvis dictum in concessione, cum omni jure quod Princeps ibi habeat.*
14. *Vel venditum sit cum pertinentiis.*
15. *Extenditur porro, licet concessio facta cum omni imperio & omni Jure.*
16. *Quæ ad Regalia minora referantur?*
17. *Quandoque nova formantur Regalia.*
18. *Iniquum solo Regalium nomine ejusmodi emolumenta Subditis auferre.*
19. *Præjudicium hac de re Facultatis Wittebergensis.*
20. *Domus Excoriatorum,* Cavillereyen, *an inter regalia sint referendæ?*

1 Singularis certe prærogativa Nobilibus Germaniæ præ aliis Nationibus ex eo accedit, quod in multis locis ratione Prædiorum suorum de Regalibus aliquid participant; Non quidem de illis quæ majora vocant, & personam & dignitatem Principis ad administrationem Reipublicæ concernunt, ut Collatio dignitatum Regalium, Potestas ferendi leges, Jus Belli & Pacis. Sed tamen Regalia minora ipsis passim videmus concessa, ut sunt Jus Foresti, Jus venandi, Piscandi, Aucupandi, Jus Vectigalium, Jus Collectandi, Jurisdictio summa in causis Ecclesiasticis & Secularibus, Jus cudendi monetam, ut de Nobilibus in Franconia *von Schaumburg* testatur Diether. *ad Besold. sub voce Regale.* vid. Baronis de Hochberg *Agriculturam Curiosam novam Lib.* 1. *cap. von Regalien der Land-Güther.* Et hoc de Nobilibus 2
imme-

immediatis Imperii nullum habet dubium, quibus omnia, quæ de immediatis dici possunt, competunt; Ut sunt Jus Austregarum, Fœderum, mittendi Legatos &c. Vid. supra *Lib. 1. cap. 24.*

3 Non ultima sane laus & præeminentia Ordinis Equestris Germaniæ hæc est, cum in Gallia & plurimis aliis Regnis hæc jura nec Principibus competant, quibus ne quidem Jus Gladii seu Jurisdictio Superior concessa.

4 Originem hujus rei in Germania ad Othonem primum referunt; Postquam enim dictus Imperator Civitates Imperii ordinasset, tunc privatos etiam homines præcipuo beneficio sibi complectendos sive ad utilitatem, sive ad dignitatem putavit: Siquidem more a Francis accepto fortissimum quemque militiæ suæ adscribere, eosque, qui strenuam sibi fidelemque operam navassent, regalibus insignire instituit. Erant autem tunc temporis Regalia dignitates & prædia, quæ Rex benemeritis ad arbitrium concedebat; Dignitates, ut Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valvasores & Valvasini. Prædia, ut Vectigalia, telonia, portus, ripatica, pedatica, monetæ, piscariæ, molendina, salinæ, fluminum usus & omnis proficiscens ex illis proventus, & quæ generis erant ejusmodi.

5 Et hanc consuetudinem successores ejus in Imperio non solum non omiserunt, sed etiam multis partibus adauxerunt, sive ut gratiam Præfectis suis ac militibus pro opera in bellis egregie navata referrent, sive ut eos sibi potissimum clientes devincirent, quorum virtute eam regionem continere in fide possent. Sigon. *Lib. 7. an. 973.* Thom. Frantz. *de Orig. Feud. th. 26.*

6 Regalia insuper, præcipue minora, præter infeudationem aliosque cum Principibus initos contractus, per præscriptionem immemorialem adquiri posse, dubium non habet, tanto enim tempore neglecta a Principe ab eo censentur habita pro derelicto, Cravetta *Consil. 380. n. 5.* & tanti temporis præscriptio æquiparatur privilegio a Principe concesso, Mynf. *1. Observ. 13.* Brunnem. *ad l. 3. ff. de Itin. actuque priv.* Et quamvis hæc regalia usurpentur longo vel longissimo tempore, per inferiores ta-
7 men non præscribuntur, sed requiritur tantum tempus, de cujus initio memoria non extat inter homines, *l. 36. §. Præterea. X. de Verb. signif.* Recess. Imp. August. *Anno 1548. §. Wann auch ein Ausgezegener. & §. wo aber innerhalb Menschen Gedencken.* In quo Jus Saxon. nihil quicquam differt a Jure Communi. Carpz. *P. 2. C. 3. def. 24.* Ita Scabini Lipsienses in causa M. W. ab U. *Mens. Jul. An. 1628.* verb. sentent. *Obwol die Zoll-Gerechtigkeit ein sonderbares Regal-Stück ist, und demnach ohne sonderliche Concession durch die gemeine Verjährung der 30. Jahr, Jahr und Tag, auch nach Sachsen-Recht nicht erlanget werden mag, da ihr aber dennoch wie zu Recht darthun und erweisen möchtet, daß ihr und eure Vorfahren über Menschen Gedencken zu iederzeit ohne einiges Menschen Hinderung und Einhalt euch dieser Gerechtigkeit gebrauchet, und von den Durchreisenden einen gewissen Zoll gefordert und eingenommen hättet &c. So würdet ihr darbey billig gelassen, und es möchte euch nunmehr solche Gerechtigkeit mit Bestande nicht entzogen werden; V. R. W.*

Regalia autem duplici modo considerantur, uno ut qualitates Supremo territorii Domino competentes. 8 Altero ut Jura separabilia, & extraneo etiam competentia, 9 Meichsner. *Decis. 156. num. 5.* Priori modo considerata sunt jura ei, qui superiorem non recognoscit, competentia, ad salutem & decus Reipublicæ tuendum. Nec enim Imperatori soli, sed omnibus aliis Regibus & Rebuspublicis liberis, qui Superiorem non recognoscunt, competit Majestas. Hinc certum est, si 10
ejusmodi jura ab alio sint quæsita, proprie non esse Regalia, quippe quæ non sunt in commercio inferiorum. Et quando dicitur de consuetudine privatis concedi Regalia, accipiendum de locatione & permissu emolumentorum, non de ipsis Regalibus. Regalia equidem in inferiorem transfundi nequeunt, quod ossibus Principis inhæreant. Sic licet Princeps concedat inferiori jurisdictionem omnigenam, altam & infimam, nec non venationes, ob id tamen in vasallo non sunt regalia proprie dicta, territorio illinita, sed tanquam commoda loci concessi ipsis accedunt, illæsis Juribus status, & sic salva superioritate. Ita Andr. Knichen. *de Jur. territor. c. 1. n. 125. seq.* Matth. Stephan. *de Jurisdict. l. 2. part. 1. c. 7. num. 22. seqq.* Et quando ea jure feudi conceduntur, non conceduntur quatenus Regalia, sed ut privilegia, vel etiam ut usum solum & delatam quis habeat administrationem ejus, quod

quod jure superioritatis Principibus competit. Unde etiam non quævis regalia subditis conferri possunt, sed illa solum, quorum potest esse usus absque Majestate, vel superioritate competente. Struv. *S. J. Feud. 6. n. 13.* Carol. Molinæus *ad consuet. Paris. t. 1. §. 1. gl. 5. n. 55. 56.* Et sic illa verba debent intelligi de jure, quod habet in re concessa tanquam Dominus ejus, non autem tanquam Dux, vel Rex, aut Princeps. Petr. Ant. de Petra *de potest. Princ. c. 21. n. 36.* Dn. Ziegler. *de Jure Maj. L. 1. c. 3. n. 18. & L. 6. c. 1. n. 16. & c. 6. n. 5.* Quandocunque igitur una, duæ aut plures Jurium Regalium particulæ Civitati aut Privato solum concessæ vel acquisitæ sunt, hæ amisso nomine Regalium in nomen ac speciem privilegii transeunt. Ziegler. Sen. *ad Prax. Calv. Concl 1. §. 1.* Civitas *in limit. n. 24. & 25.* Maurit. *Posit. Jur. Feud. Contr. Dec. 6. Aph. 11.*

11 Hinc statuunt Dd. communiter, quod is, cui Regalia concessa sunt, alii cuiquam vicissim absque concedentis Imperatoris consensu tribuere non possit. Bocerus *de Regalibus c. 4. n. 14.* Peregrin. *de Jur. Fisc. c. 2. n. 101.* Cum enim Regalia sint Imperatoris Jura propria, atque alii non suo jure, sed beneficio alieno, concedentis scilicet, ea possideant, patet inde, quod hi Regalia sua transferre, quæ beneficio Imperatoris habent, ad alios non possint. *per l. 5. ff. de Jurisd. l. 1. in pr. & l. ult. ff. de Off. ejus, cui mand. est Jurisdict.*

12 Si alicui generaliter Castrum cum territorio concessum est, tali concessione Regalia non comprehenduntur. *C. per translationem. de Offic. delegat.* Sichard. *in l. quoties. n. 9. C. famil. hercisc.* Gœden. *consil. 23. c. 8.* Mynsing. *consil. 39. n. 6. & 7.* Wesenb. *Consil. 32. n. 11. & seqq. Consil. 45. n. 37. & seqq. consil. 93. n. 13.* Atque est hæc sententia receptissima, eamque ab omnibus teneri asserit Molin. *in Consuetud. Paris. tit. 1. gloss. 5. n. 55.* testatur Afflict. *decis. 122. n. 3.* decisione Senatus Neapolitani comprobatam esse, fundaturque hac ratione, quod in generalem concessionem ea, quæ specialiter & nominatim concedi debent, non veniant. *l. Obligationi generali. ff. de pignorib. l. filius famil. ff. de donat. c. cum in generali. de offic. vic. in 6. c. in generali. de reg. jur. in 6.*

Qualia sunt ea, in quibus concedendis Princeps se solet difficilem reddere. Sylvan. *consil. 56. n. 24.* Cravett. *consil. 172. n. 4.* Schrader. *d. consil. 1. n. 319.* Et quæ cum gravi præjudicio conjuncta sunt, Alexand. & Jason. *n. 15. & 16. in l. Titius. Digest. de lib. & posthum.* Tiraquell. *in tractat. de legib. connubial. gloss. 1. n. 111.* Schrader. *d. consil. 1. n. 320.* item ea, quæ magni momenti esse censentur (cujusmodi cumprimis Regalia esse constat) ideoque speciali nota digna. *C. fin. de Prætond. c. cum clerici. de Verb. signif.* Cravett. *Consil. 895. n. 21.* Pro omissis & neglectis habentur ea, quæ speciali nota sunt digna, si nominatim & expresse eorum non fiat mentio. *l. item apud latronem. §. ait Prætor. de jurejur. l. eos. C. de Aquæduct.* Menoch. *de Adipisc. Possess. remed. 4. n. 834.* Afflict. *111. n. 9.* Alex. *Consil. 104. in fin. lib. 1.* Cephal. *Consil. 332. n. 10.* Cravett. *Consil. 880. n. 19.* Et generalissima etiam concessione regalia non contineri, asserit Roland. a Vall. *consil. 1. n. 103. vol. 2.* Boer. *dec. 50. n. 13.* Pruckman. *ad rubric. Quæ sint reg. cap. 5. n. 15.* Claud. Seyssel. *tit. qui feud. dar. poss. part. 1. v. Unde verum est.* ubi ait, regalia non censeri concessa per quæcunque verba generalia, nisi hoc exprimatur per textum *in d. c. per translationem. de Offic. leg.* & addit, id ibidem tradi per Dd. & maxime per Modern. pluresque alios Dd. simul pro hac sententia allegat.

Pertinet huc etiam, quod, etiamsi castrum concedatur additis his generalissimis sive universalibus verbis: Cum omni Jure quod Princeps ibi habet, tamen jus Regale non censeatur concessum, nisi probetur quale jus concedens eo loco habuerit, & an regale sit. Schrader. *d. consil. 1. n. 78.* Ubi plures alios pro hac sententia allegat. Molin. *in Consuet. Paris. Tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 53.* 13

Extendunt hoc assertum, licet Castrum venditum sit cum pertinentiis, tamen non contineri Regalia, quamvis vero lata sit pertinentiarum appellatio. *l. verbum illud. ff. de V. S.* attamen ut aliquid de pertinentiis esse dicatur, in specie id probari debet, Pruckman. *consil. 2. n. 51. lib. 2.* Ægyd. Boss. *de Regal. n. 40.* allegans simul Jacob. de S. Georg. Alexandr. *de Immol.* & tam excellentes & exorbitantes res sint, ut generalissimis etiam & universalibus verbis non contineantur, si non alia concurrant, ut supra ostensum est. Et pertinentiarum appellatione ea non comprehendi tenet Afflictus *in c. un. verb. Flumina. n. 7. quæ sint regal.* dum dicit, castro cum pertinentiis concesso non veniunt

niunt flumina, Mynſing. *reſp. 39. num. 7.* Knich. *de jur. territor. c. 1. n. 245.* Rebuff. *in d. l.* verbum illud pertinere *verſ. decimo quarto* verba cum pertinentiis *in fin. Author.* voti Cameralis, quod eſt apud Gilman. *rer. judicatar. lib. 1. deciſ. 13. n. 10. & 11.* in verbis: Sed non ea, quæ ſuperioritatem & regalia reſpiciunt. Roſenth. *d. concluſ. 14. n. 1.* ubi tradit in conceſſione generali appellatione pertinentiarum non venire regalia, etiamſi concedens uſus ſit his univerſalibus verbis: Cum omnimoda jurisdictione, vel, cum omnibus juribus & pertinentiis.

14 Accedit his quod tradit Sichardus *in l. quoties. n. 9. C. famil. hercisc.* ubi ait: Vendita alicui villa cum omnibus pertinentiis non cenſeri alicui vendita regalia, additque generalem rationem, quod ea in generali locutione non contineantur, niſi ſpecialiter ſint expreſſa, ideoque ob generalem hanc rationem idem dicendum eſt in conceſſione, quod in venditione, neque aliter accipiendum eſt, quod docet Afflict. *in c. 1. in princ. n. 7. de capitan. qui cur. domin. vend.* dum de venditione domus cum pertinentiis loquitur; idque eo verius eſt, quod idem Afflict. *in d. cap. un. in verb. Flumina. n. 7.* de conceſſione cum pertinentiis facta ita loquatur, ut neget flumina, quæ de regalibus ſunt, ea contineri, eaque ratione, collatione hujus loci cum eo, quod de venditione *d. c. 1. in princ. n. 7.* facta apparet, eum nullum conſtituere diſcrimen ratione pertinentiarum inter venditionem & conceſſionem. Sixtin. *de Regal. L. 1. c. 5. ſeqq.*

15 Extenditur porro ſuperius aſſertum, quod conceſſione etiam Caſtri per Supremum Principem facta cum omni imperio, etiam cum clauſula, omni jure, nullo reſervato, non veniunt nec tranſeunt Regalia, nec alia reſervata Regiæ Majeſtati in ſignum ſupremæ poteſtatis, ſed ſolum ea, quæ poſſunt convenire illi, cui fit conceſſio, ſeu cuilibet inferiori & Domino particulari Caſtri. Nam duplex jus habet Rex in Caſtro vel re conceſſa, unum ut Dominus ſpecialis & utilis ipſius Caſtri, & illud cenſetur transferre; aliud tanquam Rex, qui habet Dominium directum & jus Regium univerſaliter in toto Regno, & de iſto jure Regio nihil transfertur. Ratio duplex eſt: Prima, quia hujusmodi Regalia ſunt de juribus Coronæ, & illi annexa ac inſeparabilia, nec ſunt in commercio ita, quod non ſint alienabilia. Luc. de Penna *in l. 2. de jure Reipubl.* Seſſe. *Deciſ. Aragon. 175. num. 3.* Secunda ratio, quia licet aliquo modo concedi poſſint, tamen non veniunt ſub quibuscunque verbis generalibus, niſi ſpecialiter concedantur, idem Seſſe. *d. l. n. 5.* Barboſ. *L. 16. c. 20. Axiom. 4.* Præterea ad Rega- 16
lia Minora, quæ privatis ſolent concedi, referunt in quibusdam locis jus habendi Molendina, Furnos Bannales, Torcularia Bannalia, columbaria, uti de Burgundia teſtatur Chaſſan. *Rubr. 13. n. 1.* Item Apiaria, vid. *ſupra Lib. 2. c. 21. n. 13.*

Nonnunquam etiam Principes nova 17
ſibi formant Regalia, & ſubditis uſum eorum interdicunt, atque ex ſolo eo nomine, quod Regalia ſint & dicantur, incapaces faciunt, aut poſſeſſionis titulum exquirunt. Etſi enim contra vulgarem regulam, qua nemo poſſeſſionis titulum edere tenetur, *l. 11. C. de Petit. hæred.* in Vaſallo aliud receptum ſit, atque is, ut titulum ſuæ poſſeſſionis indicet, cogi, aut ſi non fecerit, expelli a Domino poſſit, Hartm. Piſtoris *part. 2. quæſt. 46.* Atta- 18
men, quia non ſola infeudatione, ſed aliis etiam modis regalia iſtiusmodi, non quidem ut regalia, ſed ut alia emolumenta, acquiruntur, perquam iniquum erit, Principem ſolo regalium nomine ſubditis eadem auferre. Ziegler. *de Juribus Majeſt. Lib. 1. cap. 3. n. 19.*

Atque ſic reſpondit Facultas Juridica 19
Wittenbergenſis *an Bürgermeiſter und Rath zu J. M.* Januar. 1672. *Wenn nun gleich vorgeſchützet wird, daß der Städte Cavillereyen unter die Regalien eines Landes-Fürſten gehören, und dergleichen keine anderer Geſtalt, als* titulo infeudationis & inveſtituræ, *bey einem Unterthanen ſeyn, viel weniger von ihm beſitzt werden könne, von euch aber, daß ſolches geſchehen, nicht beygebracht worden. Dennoch aber und* 20
dieweil die Cavillerey-Gerechtigkeit in denen Fürſtenthümern und Landen Teutſcher Nation vor ein Regale niemals gehalten worden, die Regalia auch, da ſie gleich darunter zu rechnen wären, nicht nur titulo infeudationis & inveſtituræ, *ſondern auch* præſcriptione *von denen Unterthanen* acquiriret *werden mögen, und ihr beyzubringen getrauet, daß ihr von undencklichen Jahren* in juſta & quieta poſſeſſione *der Cavillerey geweſen, dieſelbe von 160. Jahren her, aus dem gemeinen Fiſco im baulichen Weſen*

Wesen erhalten, die Scharff-Richter angenommen, und nach Befinden abgesetzet, sonsten aber damit niemals anders als mit einem Bono Allodiali *gebahret; so erscheinet dannenhero allenthalben so viel, daß ihr nebenst den Innungs-Meistern* restitutionem in integrum *zu suchen wohl befugt, und bey denselben billig zu hören; V. R. W.*

CAPUT III.

DE JURISDICTIONE PRÆDIORUM.

SUMMARIA.

1. *Jurisdictio ad Regalia refertur.*
2. *Princeps origo omnis Jurisdictionis.*
3. *Fluit ab eo per concessionem, refluit per appellationem.*
4. *A quo tam personalis, quam patrimonialis derivatur.*
5. *Dividitur in Ecclesiasticam & secularem.*
6. *Ecclesiastica Jurisdictio quæ?*
7. *Jurisdictio Ecclesiastica exercetur apud Principes protestantes in Consistoriis.*
8. *Concessa a Principe omnigena Jurisdictione non venit Ecclesiastica.*
9. *Nobilibus Immediatis competit Jurisdictio Ecclesiastica.*
10. *Jurisdictio est vel Superior, vel Inferior.*
11. *Quidam de moderna jurisdictionis forma male ex LL. Romanis judicant.*
12. *Quatenus Jus Justinianæum pro Jure communi hodie habeatur?*
13. *Superior Jurisdictio de Jure Communi quæ?*
14. *Quæ inferior?*
15. *Hæ jurisdictiones non sunt confundendæ.*
16. *Judex Superior potest irrequisito Judice inferiori Subditos citare.*
17. *De Jure Saxonico, qui casus ad superiorem?*
18. *Qui ad inferiorem pertineant Jurisdictionem?*
19. *Constitutio Electoralis Saxonica,* was zu Ober- und Erb-Gerichten gehöret.
20. *Quod ex præjudicio Lipsiensium clarius patescit.*
21. *Prædio concesso cum omnimoda Jurisdictione tunc Superior & Inferior competit.*
22. *Concesso Prædio in genere cum Jurisdictione, an etiam veniat Superior?*
23. *Jurisdictio hodie an cumulative, an privative a Principe intelligatur concessa?*
24. *Subditi Nobilium delinquentes in Præfecturis Electoralibus Sax. debent sisti coram Præfectis.*
25. *Ad quod vice versa Quæstores obligati non sunt.*
26. *Nisi ipsis placuerit.*
27. *Vel sit Subditus alicujus Nobilis, qui in ditione Domini sui crimen commisit.*
28. *Ad Judicium recte constituendum præter Judicem requiruntur & Assessores;*
29. *Item & Actuarius.*
30. *Debet propria manu Acta conscribere.*
31. *Debet esse Notarius Publicus.*
32. *Debet Juramentum præstare in præsentia Subditorum.*
33. *An Dominus Prædii possit Judicis & Actuarii officio simul fungi?*
34. *Quod procedit partibus non contradicentibus.*
35. *Dominus Prædii, an sibi, vel uxori, vel liberis possit jus dicere?*
36. *Quid obtineat in Familia Conductitia?*
37. *An Fœmina possit esse Judex?*
38. *An jurisdictio dividi possit?*
39. *Mulctæ & pœnæ sunt fructus Jurisdictionis.*
40. *Detestanda vox cujusdam Judicis.*

1 Merito Jurisdictio ad Regalia refertur. Struv. *S. J. Feud. C. 6. A. 16.*
2 Princeps enim est fons & origo
3 omnis Jurisdictionis; A quo fluit per concessionem, & refluit per appellationem, sicut flumen ad mare: Unde Principi unusquisque, qui jurisdictionem sibi adscribit, eam ferre acceptam tenetur.

Cum vero Princeps omnibus imperare, 4
& quibusvis in locis jurisdictionem exercere non possit ipse, ideoque alios in partes vocare, & Jurisdictionem illis tam Personalem, quam Patrimonialem concedere solet,

solet, quos etiam imperio armare oportet, ut Jus in volentes possint reddere subditos, &, si nolint, adigere. Dn. Ziegler. *de*
5 *Jure Maj. Lib. 1. cap. 27. §. 2.* Dividitur generaliter hodie Jurisdictio in Ecclesia-
6 sticam & Secularem. Ecclesiastica est jus & potestas quædam statuendi de religione & cultu divino, Summo Magistratui jure Superioritatis competens; Apud Pontificios hanc sibi Episcopi vindicant; Apud Evangelicos vero pragmatica Imperii Sanctione Jurisdictio Ecclesiastica suspensa, per Pacificationem religiosam *de Anno 1555.* & ita ad territoriorum Dominos Jure Superioritatis jus Sacrorum rediit, uti plenius & clarius cautum per Pacif. Osnabrugens. *de Anno 1648. Artic. V. §. Jus Diœcesanum, his verbis:* Jus Diœcesanum & tota Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes & Status, eorumque Subditos tam inter Catholicos & Augustanæ Confessioni addictos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis Status usque ad Compositionem Christianam dissidii Religionis SUSPENSA ESTO, & intra terminos TERRITORII cujusque jus Diœcesanum & Jurisdictio Ecclesiastica se contineat.

7 Et hæc Jurisdictio Ecclesiastica in Provinciis Principum Protestantium in Consistoriis exerceri solet, quibus caussæ ejusmodi delegatæ. Conf. Carpz. *Jurispr. Ec-*
8 *cles. Lib. 3. Def. 1. seqq.* Illis vero, quibus Feuda rursus a Principibus conceduntur, uti nec alia Jura Episcopalia, ita nec Jurisdictio Ecclesiastica conceditur: Unde licet Nobilibus omnigena Jurisdictio fuerit tributa, non tamen Jurisdictionis Ecclesiasticæ aut aliorum Episcopalium Jurium sunt participes. Struv. *S. J. Feud. C. 6.*
9 *Aph. 17. n. 6.* Nobiles tamen immediate Imperio subjecti habent Jus liberum circa religionem & Jurisdictionem Ecclesiasticam, Instrum. Pacis Osnabrug. Monaster. *Art. 5. §. 10.* ut & nonnulli alii Nobiles, quibus Jurisdictio Ecclesiastica vel per præscriptionem immemorialem, vel aliis modis est quæsita.

10 Secularis Jurisdictio per universam Germaniam dispescitur in Superiorem & inferiorem; Varias distinctiones Jurisdictionis ex jure Romano petitas, ut in jurisdictionem simplicem, mixtum & merum imperium; in ordinariam & extraordinariam; Propriam, mandatam & prorogatam; voluntariam & contentiosam hic omittimus, Lectorem ad latiora Interpretum volumina remittentes.

Cum igitur Jurisdictionis hodie in Germania longe alia sit facies quam olim apud Romanos, & tam multiplex, ut non saltem pro civitatum, sed fere pro prædiorum & pagorum numero, imo vel in uno pago plures jurisdictiones reperire licet sæpissime; Ideoque modernas de jurisdictione controversias, ex solo jure Romano componere velle, absurdum æque est, quam si lanam ab asino quærere velis, Knichen. *Epist. Dedic. de jure territor.* Carpzov. *Prax. Crim. quæst. 109. n. 6.* Et Mevius *P. 4. Decis. 290.* perniciosos vocat illos JCtos, qui de moderna Jurisdictionis forma ex LL. Romanis censent & disputant. Postquam enim in Germaniam penetrarunt Jura Romana, non mutata jurisdictionis inter Germanos receptæ facies, sed potius retenta, & quæ illi deesse videbantur, ex Jure Romano tantum petita; Verum equidem est, Jus Justinianeum in 12
publicis Imperii legibus, consensu omnium Statuum latis, pro jure communi haberi. *Ord. Cam.* Ferd. I. Imp. *Part. 1. T. 13. §. 1. Die Beysitzer sollen nicht nach eigenem Gutdüncken, sondern auf des Reichs gemeine Rechte Urthel fassen.* Idem constitutum *in der Reichs-Hof-Raths-Ordn. Tit. 7.* Hoc non tamen ita intelligendum, quasi solis LL. Romanis vivendum esset in Germania, & quicquid olim Majorum moribus inductum, hoc penitus sit explosum; Nusquam enim fere textus in Imperii Constitutionibus reperitur; ubi non jus Commune vel Cæsareum & recepti mores sibi jungantur: Exemplum *in Const. Crim. art. 140.* Et in præfatione *d. Const. Crim.* junguntur hæc sibi invicem: *Den gemeinen Rechten, Billigkeit und löblichen hergebrachten Gebräuchen gemäß.* Imo ibi expresse Principibus reservatur *ihre alte wohlhergebrachte rechtmäßige und billige Gebräuche*, Dn. Strycl. *in Usu Moderno Dig. discurs. prælim. n. 25.*

Superior itaque Jurisdictio de jure com- 13
muni nihil aliud est, quam ipsa jurisdictio criminalis, seu potestas de Criminibus quibuscunque cognoscendi, eaque puniendi, & dicitur jus Gladii, convenitque de Jure communi cum mero imperio; ad quod spectat jus animadvertendi in facinorosos, sine distinctione, quale & quantum fuerit delictum. *l. 3. §. Merum est Imperium. ff. de*

de Jurisd. Unde nec Jus mulctandi jurisdictioni Civili cohæret, nisi hoc expresse appareat concessum *L. 2. & fin. C. de Mod. mulctar.* Multo magis vero stupra, falsa, illata verbera fustibus vel alia ratione, non ad inferiorem, sed superiorem jurisdictionem seu merum imperium pertinent, cum hæc crimina publica sint, & publicis Legibus vindicentur, ut Lege Julia de Adulteriis, Lege Cornelia de falsis, & Lege Julia de vi publica. *L. 1. ff. de Publ. Judic.* Unde etiam pœnæ leviores, quæ interdum propter talia delicta infliguntur, ad Jurisdictionem criminalem spectant, ut mulctatio, carceratio, relegatio. Obrecht. *de Jurisdict. c. 7. th. 25. seqq.* Hahn. ad Wesenb. *Tit. de jurisdict. n. 6. vers. sex gradus. in fin.*

14 Ad inferiorem Jurisdictionem in locis, ubi jus commune receptum, pertinent ea quæ mixti sunt imperii, ut cognitiones in causis civilibus, non tamen jus mulctandi & puniendi, nisi quatenus hoc ad tuitionem Jurisdictionis civilis contra contumaces necessarium, quia sine coercitione Jurisdictio nulla est. *l. fin. C. de Offic. ej. cui mand. jurisd.* Hillig. *in Donell. lib. 17. cap. 8. lit. qq.* Struv. *Syntagm. ff. tit. de Jurisdict. th. 77.* Dn. Stryck. *in Usu Modern. Pand. de Jurisd. §. 8.* Quamvis multis in locis, ut & in Ducatu Brunsvicensi, moribus aliud sit introductum, ubi etiam delicta leviora, quæ pœnam corporis afflictivam vel relegationem non inferunt, ad Jurisdictionem inferiorem pertinent. Hahn. *ad Wesenb. d. l. n. 8. circa fin.*

15 Sæpissime etiam accidit, ut in una eademque civitate, pago, vel prædio, unus superiorem, alius inferiorem habeat Jurisdictionem, ideoque eæ non sunt confundendæ, nec judex inferior, *der Erb-Richter*, ea expedire potest, quæ ad Altam Jurisdictionem pertinent, sicuti nec Judici Supremo, *dem Ober-Richter*, actus jurisdictioni Bassæ reservatos expedire licet, nisi simul Bassa jurisdictio ei competat.

16 Judex tamen Superior in casibus ad Altam Jurisdictionem pertinentibus, subditos illius loci, in quo alius quispiam habet Jurisdictionem Bassam, eo irrequisito citare potest; Ex quo & illud sequitur, Judicem Superiorem in criminalibus delinquentem propria autoritate in territorio, ubi alius inferiorem habet jurisdictionem, prehendere & captivum ducere posse, Carpz. *in Prax. Crim. Q. 109. n. 80. & 84.* Quia vero de quibusdam casibus DD. quatenus ad Superiorem vel Bassam Jurisdictionem pertineant, anxie disputant, ideoque totam rem Judicis arbitrio relinquendam esse, recte censet Carpzov. *d. qu. 109. n. 24.* Ante omnia vero consuetudo cujusque loci est attendenda, cum ex peculiari quandoque observantia & consuetudine alicujus loci ad Inferiorem referantur Jurisdictionem ea, quæ alibi ad Jurisdictionem Supremam pertinent, Wehner. *in Observ. Pract.* voc. *Zent.* In foro 17
Saxonico pariter Jurisdictio dividitur etiam in has duas species, Superiorem sc. & Inferiorem; ad Superiorem pertinent illi casus: qui pœnam corporis afflictivam vel relegationem important, appellatur *Ober-Gerichte, Peinliche Gerichte, Blutban*, spectant itaque ad Superiorem Jurisdictionem omnes casus, qui in jure Civili ad merum imperium, partim etiam ad mixtum referuntur. Inferior seu Bassa 18
Jurisdictio, *Erb-Nieder-oder Unter-Gerichte*, de Jure Saxonico est facultas cognoscendi de caussis civilibus & delictis minoribus, ut sunt: Injuriæ, quæ non criminaliter vindicantur, verberationes citra vulnerationem &c. Coler. *de Proc. Execut. P. 2. c. 1.* Communiter autem hujus Judicis pœna ultra 8. dierum carcerationem vel 10. thalerorum mulctam non extenditur, Bechm. *in Comment. Pandect. Theor. Pract. Exerc. 6. ad L. 2. n. 29.*

In Ditionibus Electoratus Sax. certa 19
extat Constitutio Provincialis de An. 1543. & postea repetita Anno 1555. *sub tit. Was zu Ober- und Erb-Gericht gehöret*, ex qua differentias has perspicere haud difficile videtur. Referuntur enim ibidem casus principaliores, unde de reliquis æquum judicium quis ferre poterit, de Jurisdictione autem Alta seu Suprema ita loquitur: *Was hohe Brüche seynd, welcher Strafe Hals, Hand, und andere Leibes-Strafe, oder auch Verweisung betrifft*, Item *Mord, Zetergeschrey, als ob einer den andern morden, oder ein Weib, oder eine Magd nothzögen wolte, Straffe der Wunden die offen oder erstlich Beulen sind, und darnach aufbrechen und Wunden werden, stossen, treten oder werffen, davon ein Mensch stirbet oder gelähmet wird*, it. *Haus-Fried brechen, Thüren oder Fenster freventlicher Weise beschädigen, oder ausschlagen und werffen: Ob jemand hohe und befreyte Personen, die im Regiment seyn,*

seyn, schülte und injurirte, ic. *Ob einer an befreyten Oertern einen schmähete, als auf dem Schlosse, Rathhause oder in der Kirchen*, ic. *todte Cörper aufheben, unsinnige Leute durch die Freunde oder aus Richterlichem Amte verwahren lassen, und gezogen Schwerd oder Waffen, damit einer den andern verwundet, gelähmet oder erwürget. Alle solche und dergleichen, auch höhere und grössere Brüche und Mißhandlunge, oder Schmäh-Klagen, wenn jemand zu seinen Ehren peinlich angeklaget wird, sollen in die Ober-Gerichte gehören, und durch dieselben gerüget und gestrafet werden.*

De jurisdictione vero inferiore seu Bassa ita habent Ordd. Prov. *Was aber kleinere und geringere Fälle sind, die sollen in die Erb-Gerichte gerüget, und durch dieselbigen gestraft und gerechtfertiget werden: Als nemlich Haare rauffen, Schläge, die nicht tödtlich sind, noch Lähmbde bringen, daraus auch keine Wunde wird, als braun und blau, Nasen-Bluten, Maulschellen, Zähn-Bluten, so die nicht wackeln, auch andere Blutrünsten mit Nägeln gekratzt, oder sonst verletzt, daraus keine Wunde noch Lähmbde erfolget, schlechte Lügen strafen, schlechte Wort, die ausserhalb hohen und befreyten Personen und Oerter geschehen, unzüchtig muthwillig Geschrey, Messerzüge, wenn niemand dadurch beschädigt wird, Messer und verbotene Waffen tragen, verbotene Waar feil haben, oder verbotene Spiel spielen, Deube, die unter dreyen Schillingen (das ist, weniger denn 4. Groschen) werth seyn, und alle Bürgerliche Sachen, die nicht von peinlichen Sachen herfliessen, als Schülde, Gülde, Schäden, Pfändung, Güthere liegend, stehend und fahrend, beweglich oder unbeweglich, die betreffen viel oder wenig.*

20 Clarius patescit ex Responso Scabinorum Lipsiensium *Mens. Febr. Anno 1620.* quid in hisce terris Altæ vel Bassæ sit jurisdictionis, quod refert Carpzov. *in Prax. Crim. Q. 109. n. 31. Als ihr uns Copien zweyer Urthel, und eines Churfürstlichen Sächsischen gnädigsten Befehls, mit* lit. A. B. *signiret, beneben einer Frage zugeschicket, und euch zu berichten gebeten habet, was eigentlich zu den Ober- und Nieder-Gerichten gehörig sey: Demnach sprechen wir Churfürstl. Sächsische Schöppen zu Leipzig darauf vor Recht: Daß diejenigen, welchen die Ober- und Hals-Gerichte zustehen, ungefährlich folgende Ubelthaten und Mißhandelungen zu strafen und rechtfertigen befugt, nemlich Ketzerey, Zauberey, Teufels-Segen und Wahrsagen, Gotteslästerung, Kirchen-Ehe- und Land-Frieden-Bruch, Mord, Todtschlag, Nothzucht, Blut-Schande, Mord-Brand, Vergiftung, Sodomiterey und Unkeuschheit mit unvernünfftigen Thieren, Abtreibung der Leibes-Früchte, unmenschliche Vermischung mit verstorbenen Weibes-Personen, Kuplerey ehlicher und lediger Personen, Entführung der Jungfrauen und Wittwen, Verlobung und Heyrath mit zweyen Weibern, Aufruhr, Verrätherey, Meineyd, wissentliche Beherbergung geächtigter Ubelthäter oder Mißhändler, Verursachung eines Auflauffs oder Zwietrachts, Verhetzung der Gemeine wider ihre Herrschafft, Absage oder Vehden, und Steckung der Brand-Zeichen, Deube, die 3. Schilling (das ist, 4. Groschen) oder mehr werth seyn, Verhelung und Mitgeniessung des Diebstahls, Abschneidung und Verderbung männlicher Glieder und Weibs-Brüste, Rath und Hülffe wider die Obrigkeit oder Erb-Herren, Verkauffung der Leute und VVegführung derselben wider ihren VVillen, Aufgrabung und Spolirung der Todten, Bestehlung der gerechtfertigten Missethäter an dem Galgen oder auf dem Rade, und Abnehmung derselben von den Gerichten, Beraubung der Pflüge, Mühlen und Bienen-Stöcke, Suchung eines andern mit gewapneter Hand, in dem Seinen, zu dem Ende, ihn zu übergeben oder zu tödten, Haus-Fried-Bruch, freventliche Beschädigung der Thüren und Ausschlagung oder Auswerffung der Fenster, Schmähung an befreyten Oertern, als Schlössern, Rathhäusern oder Kirchen, auf dem Marckte oder Land-Strassen, Erdichtung schändlicher Schmäh-Schriften, und wann man dieselbigen anschläget, oder die findet und andern offenbahret, Schmähungen die peinlichen geklaget werden, und Injurien hoher und befreyter Personen, die im Regiment seyn, Fertigung falscher und schändlicher Briefe, Siegel und Petschafft, und Verfälschung der Briefe mit Auslöschung oder anderer Gestalt, auch ungebührlicher Eröffnung der Briefe, und Offenbarung des Inhalts eines Briefes, so desjenigen, deme es zustehet, Gegentheil gethan wird, Verkauffung oder Versetzung eines Dinges, so zweyen geschicht, falsches Gezeugniß, und wenn ein Richter oder Zeuge zu eines Nutz zu rathen, oder Gezeugen corrum-*

corrumpiret werden, Zubereitung falscher Müntze, derselben wissentliche Ausgabe, Schmeltzung, Geringerung und Beschneidung, sie sey groß oder klein, falsche Gewicht oder Maas, so zu kauffen und verkauffen gebraucht wird, Zerhauung oder Auswerffung der Maal-Bäume und Maal-Steine, Uffetzung neues Zolles, Abstechung und Vergrabung der Teiche, Theuermachung des Korns, und andern Geträidigs, Aufhebung todter Cörper, Verwahrung unsinniger Leute durch die Freunde oder aus Richterlichem Amte, Zerbrechung der Stadt- und Schloß-Mauren, und Verderbung eines Ackers, so bey nächtlicher Weile vorgenommen, Hand-Anlegung an die Eltern. Und wird unter des Ober-Richters Strafe ferner gezogen, wenn sich iemands für einen Fürsten, Grafen, Freyherrn, Ritter oder eines würdigen Standes ausgiebet, auch einer Kunst Meister, der er doch nicht ist, betrüglich rühmet, und wenn einer seinen Namen, VVappen, Gemerck oder Zeichen, dem andern zu Schaden verändert, und da ein Amtmann um Gifft, Gaben oder Verheissung willen etwas thut, das nicht recht ist, oder das lässet, was er hätte thun sollen, wie denn auch heimlich Gifft und Gabe darum gegeben, daß er zu einem Amtmann erkohren und erwählet worden. Hierüber gebühret ihm zu rechtfertigen die Kämpffer, Fleisch und offene VVunden, it. die VVunden, so erstlich Beulen seyn, und darnach aufbrechen und VVunden werden, gezogene Messer oder Waffen, damit einer den andern verwundet, gelähmt oder erwürget, Mord und Zetter-Geschrey, wenn einer den andern morden, oder ein Weib oder eine Magd nothzüchtigen wolte, Haussuchung, wenn iemand den andern gefänglich einsetzet und hält, stossen, treten, braun und blau werffen, Schwächung der Jungfrauen, Beschlaffung der Wittwen, schlechte Hurerey, und da dieselbe mit gefangenen in anbefohlenen Custodien, oder mit wahnwitzigen sinnlosen Weibes Personen begangen. Alle solche und dergleichen Brüche und Mißhandlungen, neben der scharffen und peinlichen Frage, Verbietung einer Stadt und Dorffs, gehören in die Ober-Gerichte, und werden durch sie gerüget, wie denn auch die Folger und Helffer oberzehleter Missethaten, so dazu Beystand gethan, von ihnen gestraft werden.

Was aber kleinere und geringere Fälle seyn, als nemlichen Haar rauffen, Schläge die nicht tödtlich sind, noch Lähmbde bringen, daraus auch keine Wunde wird, wenn sie gleich zerschwollen, auch braun und blau, Nasenblut, Maulschellen, Zahnbluten, so die nicht wackeln, auch ander Blutrünsten mit Nägeln gekratzet, oder sonst verletzet, daraus keine Gefährlichkeit des Todes, Lähmbde, Fleisch-Kampfer noch öffentliche Wunden entstehen, schlechte Lügen-Strafe, schlechte Schmäh-Worte, die nicht an freyen Orten oder hohen befreyeten Personen geschehen, und peinlichen nicht geklaget werden, unzüchtig muthwillig Geschrey, Messerzüge, wenn niemand dadurch beschädigt wird, Messer, Armbrust, Schwerd, oder andere verbothene Waffen tragen, in einer Stadt oder auf einem Dorffe verbothene Waar feil haben, verbothene Spiele spielen, einen, der grosse und schwere Brüche, Ubelthat und Mißhandlung gethan, zu dem Ende gefänglich setzen und halten, auf daß er ihn demjenigen, welchem das Ober- und Hals-Gerichte zuständig, überantworten möge; Da einer den Gerichten ungehorsam wird, oder daselbst etwas bewilliget, und solchem nicht nachkömmt, Diebstahl unter 3. Schillinge, schlechte Hurerey, wenn beyde Personen, so dieselbe begangen, nachmals einander ehlichen, oder auch Braut und Bräutigam vor der Priesterlichen Copulation sich zusammen finden. Jngleichen alle Bürgerliche Sachen, als Schulde, Gülde, Schäden, Pfändung, Güther liegend, stehend und fahrend, beweglich oder unbeweglich, sie betreffen viel oder wenig. Diese Fälle und Sachen alle werden in die Erb-Gerichte gerüget, und durch dieselbe gerechtfertiget, iedoch was die Sachen, Geld-Bussen oder Abtrag anreichen thut, so von peinlichen Sachen herfliessen, welches geschicht, wenn eine peinliche Sache mit Zulassung der Gerichte und Bewilligung des verletzten klagenden Parts, oder aus andern Ursachen bürglich würde, oder aber, daß sich ein Mord-Lähmbde, oder anders, nicht aus Vorsatz oder Arglist, sondern aus solchem Unfleiß und Verwahrlosung zutrüge, daß sie zu Recht zu einem Bürgerlichen Abtrag gelassen würde. Solche Fälle, ob sie wol zu Geld-Bussen gereichen, so werden sie doch gleichwol durch die Ober-Gerichte gestraft, und wird von ihnen die Strafe eingehoben.

Und ist schließlich hiebey in acht zu nehmen, wann ein Amt oder Gerichts-Herr durch sonderliche Vorbehaltung, Begnadung, Verschreibung, oder Verwerte, beständige Verjährung es also gehalten und herbracht,

und etliche Fälle, so in die Ober-Gerichte gehörig, als Erb-Gerichte, oder hinwiederum etliche, so unter Erb-Gerichte zu rechnen, als Ober-Gerichte erlanget und geübt, daß es dabey billig verbleibe, und ein ieder bey solcher erlangten hergebrachter und unverbrüchlichen geübten Gerechtigkeit nochmals gelassen werde; Alles V. R. W. Ad consultationem Senatus *in Thumb, Mens. Febr. Anno 1620.*

21 Si itaque alicui Prædium sit concessum cum omnimoda Jurisdictione, vel *mit Gerichten, Obrist und Unterst*, vel *hoher und niederer Gerichtsbarkeit*, it. *mit allen Gerichten, aller Gerichtsbarkeit,* dubium non est, quin Jurisdictio Superior & Inferior alicui sit concessa. Knichen *de Vestiturar. Pact. P. 2. c. 1. n. 48.*

22 Sed quæritur, si alicui in Feudum datum sit Prædium in genere cum Jurisdictione, *mit den Gerichten*, an concessa etiam alicui intelligatur Jurisdictio Superior? Affirmat Carpzov. *d. quæst. 109. n. 90.* Sunt enim beneficia Principis latissime intelligenda; & sibi ipsi imputet Princeps, quod legem contractus non præscripserit apertiorem, ideoque contra ipsum fit interpretatio *l. 39. ff. de Pact. l. fin. C. de Dot. promiss.* Accedit, quod hodie appellatio Jurisdictionis videatur esse generalis. Const. Frider. Ænob. *de Pac. Constant. in Princ. ibi.* Nos Romanorum in Jurisdictione, tam in causis Criminalibus, quam in causis pecuniariis. Esbach *ad Carpzov. P. 1. C. 40. def. 6.* Ita Scabini Lipf. *Mens. Novembr. 1597. Haben nur höchstgemeldte Jhro Churfürstliche Gnaden Jhn auch mit den Gerichten auf vorerwähnte Güther in gemein belieben, nach mehrerm Jnhalt der Uns übersendeten* Copey *des Lehn-Briefs und eurer Frage: So ist oft gedachter Ober-Forst-Meister, und nunmehr seine Erben, sich zugleich der Ober- und Erb-Gerichte zu gebrauchen wohl befugt;* Dissent. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. C. 6. Aph. 18. num. 4.*

23 Porro inter Dd. quæri solet, an Princeps investiendo aliquem cum Jurisdictione, illam cumulative conferat, ut concurrere cum Jurisdictionis Domino possit in ejus exercitio, an, uti loquuntur, privative, ut scil. Principis Jurisdictio ibi sit suspensa? Communis sententia est privative concessam esse Jurisdictionem, non cumulative, Knichen. *de Vest. Pact. P. 3. C. 2. n. 155.* Verum licet Princeps concedens Jurisdictionem eam non exerceat simul in prædiis vel pagis ejus, cui per Investituram Feudalem ibi concessit Jurisdictionem, nec in Principis sit arbitrio, Jurisdictionem in locis, in quibus alii Jurisdictionem attribuit, exercere: non tamen Jurisdictionem, quæ vi Superioritatis territorialis competit, abdicavit, sed eam appellatione, denegatione justitiæ vel alia ratione ad ipsum caussa delata, exercet ita, ut tunc vigore illius omnia peragat suo in Territorio, quæ ad Jurisdictionem spectant, adeoque & subditos ejus, cui concessit Jurisdictionem, immediate citare possit, Frantzk. *L. 1. Resol. 18.* Rauchb. *1. quæst. 13. n. 12.* dissent. Carpzov. *1. C. 16. D. 21.* Convenientius igitur Moderni JCti statuunt, quod nec privative, nec cumulative, sed subordinate concedatur Jurisdictio, quæ subordinatio cessat, quando ipse Princeps caussa ad ipsum delata jus dicit, Struv. *Synt. Jur. Feud. C. 6. Aph. 18.* Quamdiu igitur Nobiles justitiam debito modo administrant, Princeps nullo modo in exercitio jurisdictionis eos poterit turbare, vel caussas ad se vocare. Dn. Stryck. *in Usu Modern. Pand. ad Tit. de Jurisdict. §. 26.*

Subordinatam insuper a Principibus in 24
hisce terris Vasallis esse Jurisdictionem concessam, ex eo patet, quod, quamvis remissiones delinquentium non amplius sint necessitatis, sed voluntatis, Carpz. *in Prax. Crim. Quæst. 110. n. 56* attamen Nobiles & Civitates, quibus Jurisdictio omnimoda concessa, obstricti sint, eos, qui in Præfecturis Electoris vel Ducum Saxon. deliquerunt, & in Ditionibus Nobilium vel Civitatum deprehensi fuerint, Quæstori petenti remittere. E contrario
Quæstores non sunt obligati, subditos 25
suos, si alibi deliquerint, alii Magistratui
sistere: Nisi ipsis placuerit, vel sit subdi 26
tus alicujus Nobilis, qui in Domini sui di- 27
tione crimen commisit, & in Præfectura quadam Electorali vel Ducali Sax. deprehensus fuerit, hi enim facta requisitione & solutis expensis Dominis suis extradendi sunt. *Erledigung der Landes-Gebrechen, Tit. von Justitien-Sachen, §. 45. & 46. Altenburg. Achts-Process. §. 24. seqq.*

Ut autem Judicium rite constituatur, 28
necesse est, ut præter Judicem adhibeantur Assessores, quos Jura Saxonica Scabinos *Schöppen* vocant. *Land-Recht Lib. 3. Art. 6.* Ordin. Process. Jud. Elect. Sax. *hisce verbis: Und nicht alleine solche Ge-*

richte &c. mit ehrlichen, aufrichtigen unbescholtenen, untadelhafften, und nach iedes Orts Gelegenheit qualificirten, auch darzu sonderlich geschwornen Personen besetzen, tit. 2. §. Also versehen Wir Uns &c.

29 Præterea & Actuarium adhiberi necessum est in judicio, cujus operæ adeo necessariæ sunt, ut ob defectum illius Acta in judicio vitium nullitatis incurrant, & jure haud subsistant. Ord. Cam. *p. 1. Tit. 59.* Ord. Crim. Car. V. Imp. *tit. 1.* Ord. Proc. Jud. Elect. Sax. *tit. 2.*

30 Requiritur vero (I) ut Actuarius propria manu inserere debeat actis, quæ in judicio veniunt consignanda, *d.* Ord. Proc. Jud. *dict. tit. 2. §. Also versehen VVir Uns.* vers. *und nicht gestatten, daß ohne Unterscheid, einer und der andere von ihren Dienern, die darzu nicht bestellet &c. eines und das andere zu registriren und einzuzeichnen*
31 *sich unterstehen möge.* (II) Ut sit Notarius Publicus, *d. Ord. Proc.* verb. *Sondern auch denselben einen tüchtigen, geschickten* Notarium, *der den* Procesß *und andere vorfallende Gerichts-Sachen* legaliter *dirigiren*
32 *könne, zuordnen.* (III) Debet initio officii sui juramentum præstare, & quidem in præsentia subditorum, *sæpe allegat. Ord. Proc. circa fin. vers. VVollen VVir.* verb. *bey Antretung ihrer Bestallung im Beyseyn der Unterthanen iedesmal vereydet.* Carpz. *in Proc. Tit. 2. Art. 4.*

33 An Dominus Prædii, cui Jurisdictio concessa, possit Judicis & Actuarii officio simul fungi? quæri solet. Et regulariter negatur, quoniam quis duplici muneri præesse non potest, nec eodem tempore duorum sustinere personam. Et Judicis non est Acta facere, sed Acta observare, & secundum ea judicare, Mev. *P. 1. Dec. 120. n. 2. per 6. ff. de offic. Præs.* Ea enim, quæ ad officium Actuarii & Notarii Judicii spectant, nec per Assessorem nec per Judicem, etiamsi Notarius sit Publicus, expediri possunt. Carpz. *in Proc. tit. 2. Art. 4. §. 4. num. 48.* Berlich. *P. 1. Conclus. 8.*
34 *num. 44. & 48.* Negandum equidem non est, Dominum Prædii Jurisdictione præditum, in negotiis Civilibus & minoribus, partibus insuper non contradicentibus, posse absque ope Actuarii jus dicere. In caussis vero Criminalibus, quæ famam vel pœnam sanguinis concernunt, majori circumspectione & cautione opus est, quod optime Cicero *in Oratione pro Cæcinna* indigitat; Omnia Judicia (*inquit*) aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum caussa reperta sunt: Quorum alterum levius, propterea quod & minus lædit, & persæpe disceptatore domestico dijudicatur, alterum est vehementissimum, quod & ad graviores res pertinet, & non honorariam operam amici, sed severitatem Judicis ac vim requirit.

Domino Prædii jurisdictionem habenti, 35
sibi, vel uxori, vel liberis jus dicere posse, interdictum. *L. 10. ff. h. t.* An id hodie secus se habeat, ubi Patrimonialis est Jurisdictio, disceptant. Fatendum sane, si extraneus suspecti Judicis exceptionem opposuerit, quæ sine dubio & illi, qui Jure feudi Jurisdictionem habet, opponi potest, Thom. Carleval. *de Jud. & for. comp. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 2. n. 794.* non posse Patrem esse filii judicem. Sed quid si actor consentiat, de quo casu intelligunt *l. 77. ff. de Judic.* an uxor vel liberi inviti agnoscere teneantur Jurisdictionem Parentis? Negant hoc ea propter, cum concessio Jurisdictionis respiciat tantum subditos; Atqui vero hoc nomine nec uxor, nec liberi venire poterunt; Non uxor, quia dignitatis maritalis socia; *l. Fœminæ. 8. ff. de Senat.* Non liberi, quia ejusdem dignitatis participes *l. 5. ff. eod.* Modest. Pistor. *P. 4. qu. 169. n. 3.* Schubhard. *de Austreg. cap. 3. n. 103.* Berl. *P. 1. concl. 11. n. 19.* Verum, quam jurisdictionem par in parem habet, illam Pater habet in uxorem & liberos. Atqui vero ille regulariter nullam habet, nisi se ejus jurisdictioni subjecerit. *L. Est receptum 14. ff. h. t.* Subjectio vero illa & contrahendo & delinquendo contingit, tacite accedente legis autoritate. Ergo uxor & liberi, non quod per se Jurisdictioni subjecti, sed quod ibi contraxerint vel deliquerint, forum inviti sortientur. De contractibus vero alibi locorum initis hic forum non sortiuntur, sed ibi conveniendi, ubi forum Parentis. Quapropter de filio homicida juste supplicium sumet Pater, quod patrem Nobilem contra Fiscalem ante annos non multos obtinuisse meminit Dn. Stryck. *in Usu Mod. Pand. de Jurisdict. §. 29.* ubi addit: idem ipsi licere vi Jurisdictionis in uxorem adulteram, prævio processu & petita sententia a JCtorum Collegio ante 14 annos in Facul-

tate

tate Francofurt. responsum. Quamvis dissentiat Myler. *in Gamol. Princip. c. 22.* ubi Principi jus supplicio afficiendi filium id meritum denegat: Verum rationes parum concludere inspectio docebit, & solum hoc, Reatum excludere omnem dignitatem & delictum, non delinquentis personam hic attendi, suffecerit illis refutandis. vid. Schultes. *in add. ad Modest. Pistor. d. q. 169. n. 6.* Carpzov. *P. 4. Const. 43. Def. 11. n. 7.*

36 Multo magis hoc procedit in familia Nobilium conductitia. Quamvis enim tales famuli subditorum numero non sint, & eapropter regulariter apud Dominum, cui operas locarunt, forum non sortiantur; Vigore contractus vel delicti tamen non poterunt declinare Jurisdictionem Domini sui, quia hoc intuitu omnes extranei forum sortiuntur coram quocunque judice; Cur non ergo & servi conductitii ex eodem capite tenerentur. Quodsi vero sub jurisdictione Domini nec contraxerit, nec deliquerit, ibi forum sortitur, ubi alias Domicilium habet; & si contra eum aliquid statuendum a judice Domicilii, non opus est antea ejus implorare Dominum. Dn. Stryck. *d. l. n. 30.* ubi hac de re Responsum Facultatis Francofurt. subjungit.

37 Fœminas moribus a judicandi munere repelli testatur Paul. *in l. 12. §. 2. in fin. ff. de Judic.* subjecta ratione: Non quia non habent judicium, sed quia receptum est ut Civilibus officiis non fungantur, conf. *l. 2. ff. de R. J.* quo ipso fatetur JCtus nullam rationem naturalem excludere fœminas, sed meram consuetudinem civilem, quam contrariis moribus inverti potuisse, in confesso est, vid. *c. 4. X. de Arbitr.* Quapropter, ubi non personæ, sed prædio cohæret Jurisdictio, fœminas ejus capaces esse, extra dubium est; Unde quoties Successio feudorum ad ipsas devolvitur, plenissimum Jurisdictionis exercitium, tam in Civilibus, quam in Criminalibus consequuntur, vid. Carpzov. *de Jur. Fœmin. singular. Dec. 9. Pos. 1. n. 34.*

38 Quando plures hæredes habent jurisdictionem communem in uno Prædio, sciendum veram & communem esse conclusionem, quod Jurisdictio in sua substantia est indivisibilis, cum pro parte explicari non possit, nec sit dare semijurisdictionem. Est enim quiddam incorporale, quod in mente consistit, & incorporalia non veniunt dividenda, facit & *text. in l. Imperator. Titius. ff. ad municip.* Ubi expresse dicitur, quod Magistratuum officium sit individuum. Ideo erit Jurisdictio penes omnes hæredes in solidum; ea enim, quæ individua sunt, transeunt ad hæredes in solidum. *l. hæredes. §. an ea. ff. famil. herc. & l. 2. §. ex his. ff. de V. O.* Hanc tamen conclusionem limitate procedere statuendum (1) quoad substantiam Jurisdictionis, quæ est individua: usus vero & exercitium Jurisdictionis dividi potest. (2) Quoad commoditatem dividi poterit Jurisdictio. (3) Per territoria & regiones Jurisdictio dividi potest. (4) Per adjudicationem uni cohæredum jurisdictio assignari potest, & tunc non dicitur proprie dividi, sed potius consolidari, & remanere in persona illius tantum. Vid. supra *Lib. 1. c. 39. n. 34. & 35.*

Mulctarum & pœnarum compendia 39
fructus sunt Jurisdictionis. Rosenth. *c. 5. Conclus. 63.* Speidel. voc. *Frevel und Bussen.* Æquum enim est, ut commodum & fructus perveniant ad eum, qui laborem & operam impendit. In hisce terris ipso legis jussu Judici Superiori addicuntur. *Ord. Prov. de Anno 1555. Tit. Was zu Ober- und Erb-Gerichten gehöret.* In verb. final. *was aber Sachen seyn, Geld-Bussen oder Abtrag belangende, so von peinlichen Sachen herrühren, als wenn eine peinliche Sache mit Zulassung der Gerichte, und Verwilligung des verletzten klagenden Parts, oder aus andern Ursachen bürglich würde, oder aber, da sich ein Mord, Lähmbde, oder anders nicht aus Verwahrlosung zutrüge, daß sie zu Rechte zu einen bürgerlichen Abtrag gelassen wird, solche Fälle, ob sie gleich zu Geld-Bussen gereichen, sollen sie doch durch die Ober-Gerichte gestraft, und die Strafen eingenommen werden.* Prout & in prædicta sententia ita pronunciavere Scabini, vers. *Jedoch was die Sachen.* Minime 40
vero approbanda est illa vox cujusdam Judicis: *Es haben dieses Jahr über die Brüche oder Geld-Bussen, GOtt sey Lob und Danck, ein Ehrliches getragen.* vid. Carpz. *Prax. Crim. Qu. 109. n. 42.*

CAP.

CAPUT IV.
DE JURE PATRONATUS.

SUMMARIA.

1. *Inter nobiliora Jura Prædiorum refertur & Jus Patronatus.*
2. *Privatis ipso etiam Jure Pontificio concessum.*
3. *Quod & concessionibus Imperatorum confirmatum.*
4. *Jus Patronatus dividitur in Regium & vulgare.*
5. *Quomodo Jus Patronatus differat a Jure Episcopali?*
6. *Jus Patronatus adquiritur per fundationem Ecclesiæ.*
7. *Item per ædificationem.*
8. *Per dotationem.*
9. *Per Præscriptionem.*
10. *Per Concessionem Principis.*
11. *Ordo, qui in Ecclesiis August. Confessionis in vocandis Ministris observari soleat?*
12. *Nominatio, Vocatio & Præsentatio fit a Patrono.*
13. *Ordinatio vero & Confirmatio ad Episcopum pertinet.*
14. *Nominatio quæ?*
15. *Vocatio quæ sit?*
16. *Item Præsentatio?*
17. *Ordinatio quomodo fiat?*
18. *Quomodo confirmatio seu investitura?*
19. *Nominatio sit libera.*
20. *Nisi quadam lege vel consuetudine ad certas personas sit adstricta.*
21. *Ad vocationem non tantum Patroni, sed etiam populi consensus necessarius.*
22. *Quando Patronus aliam quam Ecclesia fovet Religionem, tunc debet vocari Pastor, qui cum Ecclesia eandem profitetur fidem.*
23. *Consensus Populi debet esse liber.*
24. *Quomodo consensus Populi exploretur?*
25. *Patronus in vocatione Pastoris habet vocem deliberativam & decisivam.*
26. *Si populus caussam dissentiendi nullam habeat, tunc nihilominus novus Pastor vocatur.*
27. *Novus Pastor in suggestu populo a Patrono debet sisti.*
28. *Ad quod permissio Superintendentis requiritur.*
29. *Ad Munus Ecclesiasticum nemo pecunia vel fraude debet se ingerere.*
30. *Vel cum hac conditione tantum, ut relicti Pastoris viduam vel filiam ducat.*
31. *Aliter dicendum, si per accidens hoc fiat, & vocatus Minister sit habilis & idoneus ad Munus Ecclesiasticum.*
32. *Præsentatio substituti etiam pertinet ad Patronum.*
33. *Ut & Præceptorum & Ministrorum Scholæ.*
34. *Absque præsentatione Episcopus neminem potest instituere.*
35. *Si plures habeant jus Patronatus, & inter se discordent, quid juris?*
36. *Patronus una cum Superintendente Actum præsentationis expedire debet.*
37. *Nisi hoc in casu Episcopus dispensaverit.*
38. *Præsentatus coram Episcopo debet præsens esse.*
39. *Ex sufficienti caussa quandoque absens confirmari poterit.*
40. *Ordinatio quid sit?*
41. *Solet Novo Pastori testimonium confirmationis tradi.*
42. *Investitura quid sit?*
43. *Patronus vocationem Ministri Ecclesiæ ad certum tempus non restringere potest.*
44. *Nec semel vocatum rursus ab officio removere.*
45. *Si Patronus in præsentando moram commiserit, Episcopus ex officio potest instituere Ministros Ecclesiæ.*
46. *Jus Patronatus quomodo ad alios transferri possit.*
47. *Transfertur Jus Patronatus donatione.*
48. *Item emtione venditione Universitatis, quæ jus Patronatus annexum habuit.*
49. *Cessione Universitatis.*
50. *Successione a testato vel ab intestato.*
51. *Quomodo ad Successorem singularem transferatur?*
52. *Jus patronatus an transeat ad Conductorem?*
53. *Confiscatione Bonorum etiam transfertur.*
54. *Debitor qui bonis cessit, an ipse vel ejus Creditores possint pastorem vocare?*
55. *Privatur quis jure patronatus pro una vice, quando indignum præsentavit.*
56. *Vel quando tempus præterlabi passus est.*

57. Qui-

57. *Quibus modis in totum amittatur Jus patronatus?*
58. *Commoda quæ debeantur patrono?*
59. *Competit ei honor in processione & Sessione.*
60. *Debet ejus fieri mentio in precibus publicis.*
61. *Habet jus sepulturæ in Ecclesia a se fundata.*
62. *Ad incitas redacto debentur alimenta.*
63. *Patronus non debet jura Episcopalia usurpare.*
64. *Patronus tenetur Ecclesiam defendere.*
65. *Debet curare, ne reditus Ecclesiæ in alios usus convertantur.*
66. *Tenetur etiam Ecclesiam collapsam reædificare.*
67. *Si dos Ecclesiæ bello vel alio casu fortuito sit perdita, quid obtineat?*
68. *Quomodo probetur Juris patronatus possessio?*
69. *Jus patronatus & protectionis quomodo differant?*

1 2 MErito inter nobiliora jura & Pertinentias Prædiorum refertur Jus Patronatus, Privatis etiam propter fundationem, vel ædificationem, vel dotationem Ecclesiæ ipso jure Pontificio concessum, potestatemque continens unum vel plures ad Rectoratum seu Pastoratum Ecclesiæ vacantis legitime nominandi & præsentandi. Quod qua ratione ita constitutum primum sit, nostrum non est multis hic disceptare, neque utrum jure, an ex æquitate potius Laicis competat, prolixius examinare. Notum est, post seculum tertium plurimas tum a Christianis Impp. ipsis, tum ab aliis extrui cœpisse Basilicas, data scilicet in hanc rem a Constantino Imp. licentia, ut scribit *c. futurum 15. c. 12. q. 1.* Melchiades Papa. De voluntate enim Constantini dubitare nos non sinunt *l. 1. C. de SS. Eccles.* & Eusebius, *l. 2. de vit. Constant.* neque de facto insequente Historici alii. Cum igitur non Principes tantum Ecclesiæ ita subvenirent, sed privati etiam in suis fundis templa exædificarent, eademque magnificis dotibus cohonestarent, æquum visum fuit, eos aliquid juris inde retinere, quod ipsorum pietatis & singularis in Ecclesiam voluntatis perpetuum esset monumentum, ut loquitur Franciscus Duarenus, *de sacr. Eccles. minist. ac benef. l. 5. c. 4.*

3 Accesserunt deinceps Juris Patronatus Laicis concessi confirmationes Justiniani, *Novell. 57. Novell. 67. c. 2: Nov. 123. c. 18.* Concilii Toletani *IX. c. decernimus 32. caus. 16. qu. 7.* Caroli Magni, Ludovici Pii & Imperatorum, quod & fundatum in Ordinatione Ecclesiastica Elect. Saxon. *sub Rubric. Vom Beruf und Annehmung der Kirchen-Diener.* Carpz. *in Jurispr. Constit. l. 1. Def. 13.* Finckelthaus *de jure patr. c. 1. n. 5. seq.* Car. Molinæus *ad SCt. Franc. contr. abus. pap. num. 34.*

Dividitur autem Jus Patronatus in Regium & vulgare; Jus Patronatus Regium est potestas illa, quæ Principi circa Sacra competit, ut scil. Ecclesia recte se habeat, & contra hostes externos salva & incolumis præstetur. Dn. Zieglerus *de Jur. Maj. Lib. 1. c. 12. §. 30.* 4

Jus Patronatus vulgare describitur, quod sit jus præsentandi instituendum Episcopo ad munus Ecclesiæ vacans, Patrono certis ex causis competens. Lancellot. *in Instit. Jur. Can. Lib. 1. Tit. 28. in princ.*

Ex quibus etiam apparet multum differre Jus Patronatus hoc a jure Episcopali, quod a solo exercetur Episcopo, vel Principe, aut Statu Imperii Evangelico, ad quem per transactionem Passaviensem jura Episcopi devoluta sunt per confirmationem, ordinationem ac institutionem ejus, qui a Patrono fuit præsentatus; Ideoque præsentatio a Patrono facta per se Jus Episcopale non est, sed ordinatio & institutio per Episcopum subsecuta. 5

Adquiritur Jus Patronatus I.) per fundationem, seu fundi ad erigendam Ecclesiam assignationem, *c. 25. h. t.* licet Fundator id juris sibi non reservaverit. Rochus de Curte *de Jure Patr. verbo, Ecclesiam fundavit. n. 12. p. 278.* Mascard. *c. 959. n. 32.* Finck. *C. 4. n. 50.* Sanch. *d. l. 2. c. 3. dub. 48. n. 5.* Sed si Ecclesia collegiata sit, reservatio expressa est necessaria per tradita Molin. *tr. 2. dr. 75. n. 8.* Et præterea Pontificis consensus necessarius vel præscriptio, ut jus patronatus in Ecclesia collegiata adquiratur. Concil. Trident. *Sess. 25. c. 9. de Reform.* Ant. Faber. *de Reg. Relig. l. 3. c. 7. n. 5. seq.* 6

II.) Per Ædificationem Ecclesiæ novæ, *Nov. 123. c. 18. c. 33. C. 16. q. 7.* imo & reædificationem. Panorm. *in c. 3. n. 8.* Menoch. *l. 3. præs. 90. n. 6.* Klock. *Cons. 149. n. 99. vol. 3. c. 43. n. 32. vol. 1.* ita ut qui 7

prius Patronus erat, jus per destructionem amittat, si alius ædificet *per l. 98. §. 8. ff. de Solut.. l. 21. ff. quib. mod. Ususfruct. amitt.* Finck. *c. 4. n. 79. & seq.*

8 III.) Per dotationem, i. e. sufficientem annuorum redituum & censuum, judicio Episcopi a Patrono factam assignationem, *c. 30. C. 16. q. 7.* Canis. *c. 3. n. 11.* Finck. *d. c. 4. n. 63.* Modica dos non sufficit, Gail. *2. obs. 88. §. 11. §. 1.* Debet etiam dotatio perennis esse. Weberus *de jure Patron. §. 22.* Et notandum quamlibet causarum harum sufficere, Sanchez. *d. c. 3. dub. 48. n. 4.* hinc si unus ædificet, alter dotet, hi in jure hoc concurrunt. Finckelth. *d. c. 4. n. 74.* Nam possunt Ecclesiæ alicujus plures esse patroni, qui unicum jus patronatus habent indivisum, & hoc est penes universos, non singulos. Weberus *de jure patr. §. 26.* ubi pluralitatem patronorum Ecclesiæ minus expedire tradit. Semper autem in illis causis requiritur consensus Episcopi, *c. 25. X. h. t.* qui tamen ex fundatione præsumitur. Mascard. *concl. 959. n. 32.*

9 IV.) Clericus vel Laicus jus Patronatus adquirere potest præscriptione. *c. 11. h. t.* Klock. *vol. 1. Cons. 51. n. 53.* Sed id diversimode: Nam contra alium Laicum, qui habuit jus Patronatus, præscribitur 10. vel 20. annis. Klock. *Vol. 1. C. 51. n. 54.* Contra Ecclesiam vero 40. annis tum demum præscribitur, cum non constat certo de libertate Ecclesiæ, & qui in possessione Patronatus est, est Parochianus, Covarruv. *in Cap. Possessor. P. 2. §. 10. n. 2.* & Molina *tr. 2. de J. & J. d. 75. n. 7.* licet indefinite id affirmet Finckelth. *d. tr. c. 4. n. 96. & seq.* quin, præscriptione nondum completa, si præsentatio tamen ab eo facta, qui bona fide in possessione vel quasi est, tenet præsentationem. Panorm. *in c. 7. n. 3. & 7. d. t.* Carpzov. *l. 1. def. 21.* Finckelth. *c. 6. n. 23.* Nam quasi possessio juris Patronatus etiam uno actu adquiritur, si scilicet institutio per Episcopum secuta, *c. consultationibus. 18. X de jure Patron.* Ant. Faber, *de reg. relig. l. 3. c. 8. n. 5.*

10 V.) Per privilegium concessum a Principe vel alio, qui jus concedendi habet, v. g. Statu Imperii, ut ex Rec. Imperii de Anno 1555. probat Finckelth. *d. c. 4. num. 108.*

11 In Ecclesiis Augustanæ Confessionis hodie in vocandis ministris hic ordo observatur, & consistit in Nominatione Pastorum, Vocatione eorum, Præsentatione, Ordinatione & Institutione; quæ tamen ab invicem probe distingui oportet: Nam 12
Nominatio, Vocatio & Præsentatio Patrono jure Patronatus; Ordinatio vero 13
& Institutio, seu Confirmatio, ab Episcopo, seu Consistoriis expeditur. *Cap. fin. X. hoc. tit.*

Præcedit enim (1) Nominatio certæ 14
personæ, quam Patronus Ecclesiæ sive Populo, qui pars Ecclesiæ est, in suggestu ad videndum & audiendum sistit. Sequi- 15
tur hanc (2) Vocatio, dum Ecclesiæ Patronus nominato & approbato literas vocationis transmittit, ut futurus sit illius loci Pastor. Hinc (3) succedit Præsenta- 16
tio, quando Patronus nominatum & vocatum cum literis vocationis ad Episcopum vel Consistorium ad examen & explorationem eruditionis atque morum ablegat. Qua præmissa (4) fit Ordinatio pro more 17
Ecclesiæ, adhibitis precibus solennibus manuumque impositione. Et tum (5) 18
Pastor novus ab Episcopo seu Superintendente instituitur & investitur, estque hæc investitura actus ultimus, quo Electio novi Pastoris & Ministri Ecclesiæ perficitur, isque in possessionem actualem officii sui mittitur & confirmatur. Ordin. Eccles. Elect. Saxon. *sub tit. Vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. Zum vierdten: So iemand das* Jus Patronatus *oder Collatur zu einiger oder mehr Pfarren, Prædicaturen, Diaconat, oder Subdiaconat hätte, soll ihnen hiermit unbenommen seyn, wann solche Kirchen-Dienste sich entlediget, daß sie nach tüchtigen Personen trachten, und dieselbigen zu nominiren haben, doch also, daß solche Personen, so dermassen nominiret, zuvor unserm Consistorio, dahin die Pfarr gehörig, zur Probe und Examen præsentiret und gestellet, und da dieselbigen, wie die Ordnung ausweiset, qualificiret und tüchtig befunden, daß sie in der Lehre rein, auch mit nothwendigen Gaben zu lehren von GOtt begnadet, eines erbaren Christlichen Lebens und Wandels, darzu mit gnugsamer Urkund und Testimoniis erfunden, auch wie andere unsere Kirchen-Diener gebührlich nachfolgende Promission erstattet, so sollen sie von unsern Consistorialien mit Bericht, wie sie in der Lehre geschickt und rein befunden, an unsern Synodum zur Confirmation verschrieben werden.*

Nominatio autem, quam Præsentatio- 19
nem vocant, Imperator vero Justinianus Nominationem *in Nov. 123 C. 18.* debet

esse

esse libera sine determinatione familiæ & generis personarum. Ordin. Polit. Provinc. *de An. 1612. Tit. von Consistorial-Sachen n. 1. v. Ihrer vielen Einhalt an ihrem* Jure Patronatus *geschehe, mit Aufdringung solcher Personen &c.* junct. vers. *Nun befinden wir.* in verb. *Und keinem Patrono oder Collatori an seinen Rechten, ietzo angezogener oder anderer massen hinderlich zu*
20 *seyn &c.* Aliud tamen obtinet, si consuetudine aut lege Provinciali nominatio novi Pastoris ad filios indigenarum & stipendiarios fuerit restricta, quod & vult Sereniss. Elect. Saxon. *in Articulo Generali 1. vor der Ordination §. wollen wir hiermit,* & Synodale decretum §. *Gleichwie wir:* ibi: *Auch unsere Stipendiaten und Lands-Kinder vor andere gleich uns in Acht nehmen wollen.*

21 Non vero Democratice, nec etiam Monarchice, ut vult Bellarminus *Lib. 1. de Pontif. c. 5. 9. ac seq.* Sed Aristocratice gubernari debet Ecclesia. Reink. *de Reg. Sec. & Eccles.* Quantumvis enim cura vocationis ad solum Patronum & potestatem politicam spectet, ipsa tamen vocatio totius Ecclesiæ munus est, quæ ex triplici statu constat, Ecclesiastico nempe, Politico & Populari: quare non modo secularis Magistratus, sed etiam Cleri ac Populi, omniumque Parochianorum, *der Eingepfarrten,* tam Ecclesiæ Matris, quam Filiæ, *eingepfarrte Dorffschafften und Filiale,* consensus ad vocationes accedat necesse est. Johan. Gerhard. *in loco de minister. Ecclesiast. sect. 7. in pr.* Hocque probatur *C. nulla. dist. 62. C. Cleris. dist. 63.* Nec abnuunt decreta Conciliorum, veluti patet ex Concilio Antiocheno *in Can. 23.* qui extat *in Can. Epist. 8. quæst. 1.* Concilio Carthaginensi *III. C. 22. C. nullus. distinct. 24.* Hilar. *in Epist. ad Constant. Aug.* Ambros. *Ep. 82.* Chrysost. *de Sacerd. lib. 4.* Ita Apostolum Matthiam quoque, Diaconos septem & Presbyteros Ecclesiæ suffragiis Christianorum, & consensu universi cœtus ad ministerium fuisse vocatos legimus *in Actis Apost. C. 1. 6. 13. & Cap. 14.* Quo & tandem respiciunt verba Ordin. Eccles. Elect. Sax. sub Tit. *vom Examine aller Kirchen-Diener, circa fin. fol. 95. §. Also ist auch,* ibi: *daß keiner Kirchen wider ihren Willen ein Kirchen-Diener aufgedrungen werde.* Et in Ordin. Polit. *de Anno 1612. von Consistorial-Sachen. num. 1.* ibi: *und sonsten die Eingepfarrten seiner* *Lehre, Lebens und Wandels erhebliches anzuziehen.* Carpz. *jurispr. Consist. Def. 27.*

Quando Patronus aliam ab Ecclesia, 22
cui Pastor præficiendus est, foveat confessionem fidei, tunc debet non suæ Confessioni addictum Candidatum, sed eum, qui cum Ecclesia eandem profitetur fidem, vocare & præsentare, per ea quæ traduntur in Rec. Imp. *de Anno 1555. §. Als auch den Ständen &c.* Conf. Ant. Faber *in tr. de Reg. & Relig. lib. 3. c. 10.* & ibi Dn. Ahasver. Fritschius. Quando autem 23
Cleri & populi consensus requiritur, id de libero ac spontaneo consensu, non de eo, qui per minas elicitur, aut per promissiones, subornationes, corruptiones, persuasiones & alias artes illicitas, intelligendum; quemadmodum de talibus rebus sæpe querimoniæ audiuntur: nam bonas leges habemus, sed iis non semper vivimus; Respectus hominum & effectus sæpe hic abripit Patronos, ex quo Respectu sæpe Despectus nascitur. Nam sicut personarum desponsatarum consensus liberrimus esse debet, adeo ut etiam minor metus impediat, habita ratione personæ, cui metus infertur, *c. cum locum. 14. X. de Sponsal. l. 3. ff. ex quibus causis majores.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Eccl. d. 29. n. 10.* Menoch. *lib. 2. Arb. qu. casu 135. n. 3.* & inter Pastorem & Ecclesiam sit quasi connubium quoddam, certe consensus utriusque liber esse debet, non vero variis artibus extortus; quodsi vero ipse Patronus Pastorem instituat, anathemate feritur. *c. præterea. 4. & c. relatum. X. h. t.* Brunnem. *de Jure Eccles. Lib. 2. C. 8. n. 19.*

Quamvis vero jus ministros vocandi 24
apud totam sit Ecclesiam, non tamen ipsum exercitium apud eam, sed apud hos esse solet, qui Ecclesiam repræsentant. Finckelth. *de Jur. Patr. C. 6. n. 79.* Ut sunt (1) Optimates singulorum ordinum, quorum arbitrio populus stare solet: quo de modo verba Ordin. Eccles. accipienda, in Rubrica *vom Examine aller Kirchen-Diener. §. Also ist auch.* vers. *darauf nochmals der Superintendens die Pfarr-Kinder befragen soll: Ob sie ihn zum Pfarrer oder Kirchen-Diener Lehr und Lebens, seiner Sprache halber oder in andere Wege, leiden mögen oder nicht &c. fol. 95. circa fin.* (2) Vel præfecti Ecclesiæ, quos vulgo appellitant *die Kirch-Väter.* (3) Quin & populi seu plebis nomine quibusdam in locis saltem Magistratus plebem repræsentantis consensus & sententia exploratur, hac

hac in re enim quorumque locorum consuetudines honestæ attenduntur, nec cum scandalo Ecclesiæ in iis facile quidquam est innovandum, *arg. C. 25. X. de Jur. Patr.* Populi autem consensus non præjudicat juri Patronatus, nec potest hujus dissensus vocationem novi Pastoris a Patrono electi sine justa ac sufficienti causa
25 impedire vel remorari. Patronus namque vocem deliberativam & decisivam in electione habet, electionem autoritate sua confirmat, electumque vocat & Consistorio præsentat, ex quo demum Juris Patronatus exercitium dependet, *cap. 25. X. de Jur. Patron.*

26 Quod si ergo causam dissentiendi nullam vel non sufficientem populus habeat, nequaquam electionem Patroni impedire, vel obesse potest, quo minus minister electus a Patrono præsentetur, *wenn sie wider des* Candidati Ministerii *Lehre*, *Leben und Wandel nichts erhebliches einzuwenden haben.* Deficiente namque causa dissensus justa & probabili, non minus consentiente tota Ecclesia præsentatus vocari censetur, ac si populus expresse in personam ejus consensisset. Carpzov. *d. l. Def. 31. & 32.*

27 Salubriter etiam constitutum, ut electus a Patrono in suggestu ad videndum & audiendum populo sistatur, Rittershus. *ad Novel. Part. 1. c. 7. n. 36.* ne scil. Auditoribus Pastor obtrudatur, qui nihil solide, nihil in tempore & ordine, sed confuse omnia proponit, quive morum ac vitæ integritate non polleat, vel submisse nimis loquatur, ut vix percipi a populo queat, hinc prius ad concionem, quam vulgo δοκιμαστικὴν appellitant, *die Prob-Predigt,*
28 permissione tamen Superintendentis admittendus, quo a Populo audiatur, ejusque dona innotescant, quod & provisum in Ordinatione Ecclesiastica Elect. Sax. sub tit. *vom Examine aller Kirchen-Diener* §. *also soll auch.* in verbis: *Welche ihn in der Kirchen, da er fürstehen soll, zuvor öffentliche Predigten, da es allbereit nicht geschehen, thun lassen, darauf nochmals der Superintendens die Pfarr-Kinder befragen soll, ob sie ihn zum Pfarrer oder Kirchen-Diener, Lehr und Lebens, seiner Sprache halber, oder in andere Wege leiden mögen oder nicht.*

29 Nemo vero admittendus ad munus Ecclesiasticum sine legitima vocatione, *Jerem. 14. v. 14. Hebr. 5. v. 4.* multo minus, qui fraudibus, pecuniis aliisve malis artibus se ingerere studet. *Ordin. Eccles. Sax.* sub rubr. *vom Beruff- und Annehmung der Kirchen-Diener* §. *3. vers. daß aus Gunst und Freundschafft von wegen Verwandniß, oder um Geschenck und Gaben willen, untüchtige Personen durch allerley Wege und Praticken mit ewigem unwiederbringlichen Schaden und Nachtheil vieler Seelen der Kirchen aufgedrungen werden.*

Minime etiam probari potest, ut Eccle- 30
sia illi tantum committatur, qui relictam viduam aut filiam Pastoris duxerit, etiamsi ei conjugium hoc non arriserit, nec ipse ad functionem illam satis aptus sit. Balduin. *de casib. Conscient. Lib. 4. c. 5. cas. 9.* Si 31
tamen per accidens eveniat, ut vocatus ad ministerium sit habilis & idoneus, in quem etiam tota consentiat Ecclesia; Et ut viduæ vel filiæ defuncti Antecessoris liber relinquatur consensus ad matrimonium, idque etiam successor suo consensu libero approbet, probat Finckelth. *de jure Patron. C. 6. n. 38.*

Non tantum autem Pastorem, sed & sub- 32
stitutum, ob chronicum morbum Pastoris petente id Pastore, præsentabit Patronus, quem maxime idoneum viderit ad munus substituti, eique spem faciat de successione, de quo Carpz. *d. lib. 1. Def. 17. & seq.* & ea requisita, quæ in vocatione Ministri usurpantur, etiam in vocatione substituti observanda, scil. nominatio, vocatio, præsentatio, Ordinatio, Investitura, Carpz. *l. 1. def. 27. seqq.*

Exercetur quoque Jus Patronatus in 33
Vocatione & Præsentatione Præceptorum & Ministrorum Scholæ, quod manifeste sancitum *in Ordin. Elect. Eccles.* sub Rubr. *Schul-Ordn. p. 193.* § *Demnach so offt und viel ein Schulmeister oder Collaborator von dem Stadt-Erb-oder Gerichts-Herren iedes Orts ihrem Herkommen nach dem Consistorio nominiret und præsentiret.*

Quia vero Præsentatio essentiale & pri- 34
marium Patroni habetur officium, ac de forma substantiali institutionis novi Pastoris sit, qua neglecta totus corruit actus, ideoque præcise requiritur, ut confirmationem, ordinationem & investituram Ministri Ecclesiæ vocati præcedat. Reinck. *de R. S. & Eccles. Lib. 3. Clas. 1.* Ordinat. Eccles. Sax. sub Rubr. *Vom Beruff der Kirchen-Diener. §. 4. c. 9. n. 63.* Nec parum honoris defertur Patrono ex præsentatione, quia præsentans patronus majori fungitur prærogativa, quam Episcopus con-

firmans & instituens præsentatum, qui ad voluntatem præsentantis instituitur; potest enim Patronus Episcopo præsentare quem vult: modo sit idoneus: Sed non potest Episcopus, quem forte ipse vult, instituere. Carpz. *lib. 1. def. 43.*

35 Quod si plures habeant jus Patronatus, tunc omnium consensus requiritur ad exercendum jus Patronatus, scil. ad præsentandum, & nemo præteriri debet, licet respectu aliorum compatronorum minus ad Ecclesiam contulerit, & sic hactenus observanda est proportio Arithmetica, sed in honore & processione potest Geometrica observari. Weber *de Jur. Patron.* §. *27.* Sed si omnes compatroni non convenerint, sed inter se discordent, distinguendum; nam aut plures id habent ut Collegium, aut ut singuli; illo casu requiritur major & sanior pars respectu totius Collegii, *C. 3. X. h. t.* Hoc casu sufficit major pars, non omnium compatronorum, sed respectu alterius simul præsentandi, v. gr. Si quinque sint Patroni, quorum duo Petrum volunt præsentare, sed tres reliqui & singuli alium atque alium, Petrus videtur præsentandus solus. Panorm. *in d. c. 3. num. 13.* Si autem plane convenire non possint, post terminum lapsum ipse Episcopus Ecclesiæ providere potest, si possit fieri sine scandalo, & Compatroni sibi invicem cedere nolint, *d. c. 3. c. 12. & C. 27. h. t.* Finckelth. *d. c. 6. n. 10.* Weber. *de Jur. Patron. posit. 53.* Si autem Patronorum vota paria, ambo possunt præsentari, relicta Superiori facultate eligendi quem velit. Brunnem. *in Jur. Eccles. L. 2. C. 8. n. 18.* Alii hic admittunt judicium sortis. Bald. *de Cas. Conscient. Lib. 4. C. 5. 6.*

Alii denique pro convenientissimo remedio suadent, ut ex conventione vicibus alternis præsentent, ut scil. hac vice hic, alter alia vice præsentet, *Clem. s. h. t.* quæ alternatio dicitur, qua multæ lites sepultæ. Carpz. *Def. 45.*

36 Non solus tamen Patronus, sed una cum ipso Superintendens diœceseos actum præsentationis expedire, ac novum Pastorem vel Ministrum Ecclesiæ ad examinandum, ordinandum, confirmandum ac investiendum Episcopo vel Consistorio præsentare debet. *d. Ord. Eccles. vom Examine der*
37 *Kirchen-Diener.* §. *Also auch.* Per id tamen facultas dispensandi ademta haud est Episcopo, quo minus præsentationi solius Patroni annuere, ab eoque præsentatum confirmare possit. Quia scil. Superintendentis consensus ad ipsam præsentationis existentiam non requiritur, sed propterea ipsum adhibere necesse est, quo de concione δοκιμαστικῇ a Præsentato legitime habita, & non minus de Parochianorum voluntate & assensu, quam ipsius etiam præsentandi vita & moribus constet. De hisce ergo si aliunde appareat, & Episcopus fuerit certioratus, cur non præsentatus ad functionem Ecclesiasticam confirmaretur. Carpz. *D. 47.* Præsentatus au- 38
tem coram Episcopo vel in Consistorio præsens esse debet: nec confirmatur absens per literas, per text. *in Can. 32. Caus. 19. Q. 7. Cap. 24. & 29. X. de Jur. Patron. Ordin. Eccles. Elect. sub Rubric. vom Beruff der Kirchen-Diener* §. *4. & seqq. & sub Rubric. vom Examine der Kirchen-Diener.* Idque ipsum innuit vocula præsentationis, dum nimirum Episcopo Patronus aliquem realiter & corporaliter sistit & offert, ut oculis ipsum videre, doctrinam ejus per examen explorare, & prout eum deprehendit eruditione instructum vel confirmare, vel rejicere possit.

Absens tamen quandoque confirmari 39
poterit præsentatus, si justa & sufficiens causa præsentiam personæ impediat, ut belli, vel pestis, & de ejus eruditione & qualitatibus jam tum Episcopo vel Consistorio constet. Aloys. Riccius, *P. 4. Dec. 116.* Interdum etiam examen Superintendenti committitur, ut si præsentatus ab eo idoneus fuerit repertus, confirmetur. Quibus tamen casibus, cessante impedimento, Pastor confirmatus in Consistorio ad subscriptionem formulæ Concordiæ, & præstationem juramenti religionis sistere se debet, Carpz. *D. 49. & 50.*

Post præsentationem succedit ordina- 40
tio & confirmatio, quæ expeditur ab Episcopo vel Consistoriis, *cap. fin. X. de Jur. Patr.* Est autem Ordinatio publica & solennis legitimæ vocationis confirmatio, per quam ministerium Ecclesiasticum vocato ceu idoneo ad hanc functionem commendatur, ad quod per preces & impositionem manuum consecratur, de legitima vocatione certior redditur, & officii sui publice in totius Ecclesiæ conspectu solenniter & graviter admonetur. Balduin. *de Cas. Conscient. Lib. 4. cap. 6.*

Solet & novo pastori Ordinationis & 41
Confirmationis testimonium, & quidem in Originali, tradi, quod & necessarium est:

Et in Concilio Milevitano *can. 14.* cautum, ut quicunque ab Epiſcopis ordinantur, literas accipiant ab Ordinatoribus ſuis manu eorundem ſubſcriptas, continentes Conſulem & diem, ut nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriatur, Balduin. *de Inſtit. Miniſtr. c. 8.*

42 Ultimo tandem ſequitur Inveſtitura; Eſtque actus Eccleſiaſticus ſolennis, quo perſona ad Miniſterium legitime vocata & ordinata gregi, cui præficienda eſt, per Superintendentem ſiſtitur, in Eccleſiam ſuam inſtituitur, & in poſſeſſionem officii ſui actualem deducitur, & quidem palam ac publice, ut omnis evitetur ſuſpicio. *Can. 1. Quæſt. 2. Cap. un. X. de Inſt. in 6to.* Coraſ. *de Sacerdot. P. 4. C. 1. n. 15.* Stephan. *de Jurisdict. Lib. 3. P. 1. c. 16. n. 4.* Etſi vero inveſtitura hæc de ſubſtantia Miniſterii non ſit, teſte Nicolao Papa *Can. 1. Diſtinct. 23.* Gerhard. *de Miniſt. Eccleſ. ſect. 14. §. 170.* nequaquam tamen omitti debet, vel ſaltem propter ſolennitatem, qua literæ confirmationis publice prælеguntur, Paſtor novus toti Eccleſiæ ſiſtitur & introducitur, cui actui conjungi ſolent feriæ adhortationes, quibus tum novus miniſter, tum auditores officii ſui admonentur, ac ſtipulata manu ad ſedulam illius executionem obligantur: adduntur & feriæ preces, quibus officium Miniſtri Deo commendatur. Gerhard. *dict. loco.* Sunt certe hæc omnia tanta ac talia, quæ absque religione & pietate omitti haud debent. Quo & facit Ordinatio Eccleſiaſt. ſub Rubr. *gemeine Form und Weiſe, auf welche ein neuer Kirchen-Diener ordiniret, und durch den Superintendenten ſeiner ihme verordneten Kirchen commendiret und inveſtiret werden ſoll. fol. 100.* Carpzov. *def. 54.*

43 Præterea Patronus vocationem Mini-
ſtri Eccleſiæ minime ad certum tempus re-
44 ſtringere, nec ſemel vocatum vi juris Patronatus ab officio rurſus removere poteſt, ſed pertinet hoc ad Epiſcopum & Conſiſtoria Eccleſiaſtica, in quibus Judicia de Miniſtris Eccleſiarum eorumque remotione exercentur. Duaren. *de Benefic. L. 5. c. 4. verſ. quamvis autem.* Sicut enim jus inſtituendi, ita & jus deſtituendi ad ſolum Epiſcopum ſpectat. *Nov. 15. c. 1. n. 1.* Et remotio Miniſtrorum ſit actus Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, quam Epiſcopus, non Patronus, exercet, *C. 13. X. de Jur. Patr.* Finckelth. *de Jur. Patr. c. 6. n. 75.* Ex quo etiam patet, Patronum ſive Collatorem Sacris ſe immiſcere, & cultum divinum pro lubitu haud diſponere poſſe, cum hæc omnia pertineant ad jura Epiſcopalia. Carpz. *def. 41. & 69.*

Si Patronus in præſentando moram 45
commiſerit, & intra quadrimeſtre neminem Epiſcopo præſentaverit, tunc Epiſcopus ex officio poteſt inſtituere Miniſtros Eccleſiæ, *C. 3. in fin. Cap. 27. X. de Jur. Patr.* ſi ſcilicet Patronus ſit Laicus: ſi ſit Clericus, tempus ſex menſium ipſi conceditur: *Nov. 123. C. 1. Cap. un. de Jur. Patr. in 6to.* Sed quadrimeſtre ſpatium apud nos adeo ſtricte non obſervatur ob annum gratiæ, quem habet vidua & liberi, Carpz. *def. 15. n. 7.* quamvis ob annum gratiæ præſentatio ſuſpendi non debeat, ſed mature proſpiciendum Eccleſiæ: Et poſſet vel inſtitutio differri, vel extra ordinem per collectationem parochialium interim novo Paſtori provideri potius, quam ut Eccleſia tamdiu paſtore careat. Brunnem. *de Jur. Eccleſ. L. II. c. 8. n. 2.* Inſtitutio autem Sacerdotis facta ab Epiſcopo in Eccleſia Patronata ſine præſentatione Patroni eſt ipſo jure nulla. *C. 14. X. S. t.* Panorm. *in cap. 8. & 9. n. 6.*

Jus Patronatus acquiſitum variis modis 46
ad alios transferri poteſt, *Gl. in C. ſecundum. 13. X. de Jure Patronatus,* nimirum Donatione, modo fiat cum conſenſu Epiſcopi, Roch. de Curt. *in verb. ipſe vel is. n. 1.* quia Eccleſiæ intereſt Patronos non 47
mutare, adeoque etiam Epiſcopi conſenſus neceſſario requiri debet. Lambert. *de Jur. Patron. l. 1. part. 1. quæſt. 11. artic. 5.* Rol. a Valle *Conſil. 47. vol. 1. n. 41.* Em- 48
ptione venditione univerſitatis, feudi vel caſtri, quod Juris Patronatus dignitatem adnexam habet, & cum omnibus pertinentiis venditur, modo alias ex conſuetudine cum feudi pertinentiis conferri poſſit. *C. de Jure 16. &c. C. cum ſeculum. 13. extr. de Jure Patron.* Jus enim Patronatus ſeparatim & per ſe vendi non poteſt. *C. de Jure. 16. cum ſecul. 13. C quia Clerici. 6. extra de Jure Patron.* Hinc etiam in tali caſu literas inveſtiturarum hujusmodi Jus Patronatus probare videmus, Eberh. *Conſil. 124. n. 1. & ſeq. l. modicis. 24. in fine de contrah. emt. l. quædam. 62. de legat. 2.* extendunt hoc nonnulli, jus Patronatus tranſire cum univerſitate bonorum in emtorem, licet expreſſe hujus juris ſimul venditi non fiat mentio. Tuſch. *Concl. 612. n. 4. tit. 1.* Præſertim cum hoc jus hodie etiam certo pretio æſtimari ſoleat. Finckelth.

49 ckelth. *c. 5. num. 17.* Cessione vel alienatione universitatis, *C. illud. 8. in pr. C. cum pastoral. 11. C. praeterea. 25. extr. de*
50 *Jur. Patron.* Tam successione ex testamento, quam ab intestato. Roch. de Curt. *verb. ipse vel is, quaest. 6. n. 15. C. 2. & 2. C. quoniam in quibusdam. C. cum seculum extr. de Jure Patron. C. 2. Clem. Cap. 2. de Jure Patron.* distinguendum igitur hic est inter successorem universalem & singularem. In Universalem seu haeredem transit etiam extraneum. Nam licet Jus Patronatus sit jus annexum Spirituali rei, in haeredem tamen transit, ut pars haereditatis, *c. 3. in pr. h. t. c. 35. & seq. C. 16. 9. 7.* Finckelth. *d. tr. c. 5. n. 66.* In fideicommissarium tamen universalem plerique tradunt jus Patronatus non transire, quia hoc jus ad honorem potius spectat, quam ad commodum pecuniarium, & quia nec jus sepulturae. *l. 42. §. 1. ff. ad Trebell.* nec jus Patroni civile in libertum in fideicommissarium transit. *l. 55. pr. ff. ad Trebell.* Peregrinus *de Fideicomm. art. 6. n. 37.* & quos allegat Finck. *d. tr. c. 5. n. 72.* Sanchetz. *L. 2. c. 3. dub. 94.* Borell. *t. 1. decis.*
51 *tit. 32. n. 63.* In successorem singularem non transit separatim sine re cui adhaeret, nec per legatum, nisi in clericum aut Compatronum. Borell. *d. 32. n. 114.* nec per pactum inter vivos *per c. 6. & 16. h. t.* Panorm. *in c. 13. h. t. n. 6. in c. 14. n. 14.*

52 De Conductore an in eum transeat cum universitate, lis est; Communiter distinguunt inter locationem ad longum tempus & ad modicum, ut illo casu ad Conductorem transeat, non hoc casu. Panorm. *in c. 7. n. 5.* Berlich. *Decis. 166.* & quos allegat Finckelth. *d. tr. c. 5. n. 25.* Sed indistincte in Conductorem transire volunt Finckelth. *d. c. 5. num. 23. & observ. 3.* & Carpz. *c. 37. def. 22.* Verum cum non tam commodum, quam honorem spectet, & ad firmam concedere *in d. c. 7.* procul dubio non de locatione simplici accipiendum, & cum conductor Domino invisum praesentare possit, verior communior sententia retinenda. Ad Usufructuarium tamen transire volunt hoc jus, ut tradunt Dd. relati a Wammes. *c. 435. n. 1.*

53 In confiscatione bonorum etiam jus Patronatus confiscari volunt Panorm. *c. 10. n. 3. dub. 87.* & quos recenset Wam-
54 mes. *c. 480. n. 1.* Quando autem Patronus cessit bonis, an possit ille ipse praesentare Pastorem, an vero Creditores, quibus cessa sunt bona? Et sane cum Carpzov. *in Jurisprud. Eccles. lib. 1. D. 44.* puto, debitorem ipsum debere praesentare, quia adhuc est Dominus bonorum, quibus annexum est Jus Patronatus, & praesentare non pertinet ad fructus aestimabiles; alias rationes proponit Carpz. *d. l.* Et quanta esset confusio, si Creditores concurrentes diversarum dignitatum, confessionum, &c. in unam personam deberent consentire, quod etiam de Creditoribus immissis intelligo. Nam eo casu Debitor habet adhuc facultatem redimendi & liberandi praedium. Si ergo interim ab immisso Creditore praesentatus & vocatus esset Pastor, resoluto jure dantis resolvendum esset jus accipientis, quod hoc in casu oppido absurdum. Brunnem. *de Jur. Eccles. L. 2. c. 8. n. 14. 15. & 16.*

Privatur praeterea quis actu exercendi 55
hoc jus vel pro una hac vice tantum, salvo tamen jure in futuris casibus, quando indignum praesentavit. *C. 29. X. h. t. & arg. C. cum in cunctis. §. fin. X. de Elect.* Borell. *d. t. 32. n. 28.* Vel quando tempus prae- 56
terlabi passus est, *c. 27. h. t.* quod est quatuor mensium, si Patronus Laicus, vel sex Mensium, si Patronus Clericus, per *Cap. 22. & 27. X. h.* quod tempus non a die vocationis officii, sed notitiae currit. Finckelth. *in tr. de Jur. Patr. C. 6. n. 58.* Carpzov. *Jurispr. Eccl. L. 1. def. 15.* Vel totum 57
amittitur destructione Ecclesiae, (1) si eam reaedificare nolit, (2) dote ademta, (3) Sententia, (4) Caede Clerici ejus Ecclesiae. *c. 12. X. de poenis.* (5) Praescriptione *c. 11. X. de Praescript.* non quidem longi aut longissimi temporis, quia officium suum Ecclesiae praestare non tenetur nisi imploratus, & videtur esse res merae facultatis, an suo Jure uti velit, Balbus *de Praescript. p. 4. quint. quaest. pr. 1. qu. 23.* sed immemoriali, qua Ecclesia suam libertatem recuperat. Ant. Faber. *d. tr. de Relig. reg. l. 3. c. 8. n. 8. & 9.* Menoch. *Cons. 701. n. 105.* (6) Confiscatione omnium bonorum. (7) Resignatione. *c. 14. h. t.* (8) Abusu, sed hoc causa cognita, si abusus sit gravis & cum dolo conjunctus. Huc refertur, si Patronus venales habuerit Parochias, & plus licitantem praesentet, quod sane Simoniam sapit. Dn. Stryck. *in not. ad Brunnem. Jus Eccles. L. 2. c. 8. n. 28.* (9) Unione Ecclesiae patronatae cum collegiata, facta cum consensu Patroni &c. Weber. *de Jure Patron. posit. 90.* Brunnem. *de Jur. Eccl. L. 2. c. 8. n. 28.* Quia etiam natu- 58
ralis ratio suadet, ut illi, a quo beneficium rece-

recepimus, iterum beneficium referamus, *leg. si in sortem. §. libertus. ff. de condict. indebiti*, e re erit, pauca hic subjicere, quæ commoda Patronus in remunerationis lo-
59 cum sentire debeat. Debetur itaque Patrono non solummodo honor competens in processione & sessione; Quod de primo atque eximio loco interpretatur Carpz.
60 *L. 1. d. 55. n. 10.* Et quod in precibus Publicis Ecclesiæ Patroni specialiter debeat
61 fieri mentio. Carpzov. *l. 2. def. 259.* Item
62 Jus sepulturæ, sed & ad incitas redacto cum uxore, filiis atque necessariis famulis alimentatio. *Cap. 25. extr de Jure Patron.* Joach. Steph. *lib. 4. de Jurisdict. cap. 13. C. quicunque fidelium. 30. vers. ipsi aut filii eorum. C. seg. 16. q. 7.* adeo, ut etiam pro dignitate Patroni alimenta mittenda sint in ipsius habitationem sumtibus Ecclesiæ. Lambert. *artic. 10. quæst. 3 pr. n. 4.* Coler. *de alim. lib. 1. Cap 13. n. 79.* Si enim ipsi in casu paupertatis ea, sine quibus commode vivere non potest, ab Ecclesia denegantur, tunc Judicem Ecclesiasticum implorare potest, Citad. *artic. 4. p. 6. n. 3. quæst. 259.* ut ipsi necessaria alimenta porrigantur. Sed quando Patronus in tali necessitudine intelligatur constitutus, ita ut pauper dicatur, & alimentandus sit ab Ecclesia, Judicis arbitrio relinquendum esse putat *Unrath de Jure Patr. Th. 4. n. 2. memb. 2.* Bene tamen inspiciendum, an deductis Ministrorum Ecclesiæ alimentis adhuc aliquid supersit, de quo ratione alimentorum citra præjudicium Clericorum Patrono aliquid superesse possit. *arg. leg. si quis a liberis. §. de alimentis 25.* ubi, quamdiu liberto supersit, & Patrono desit. *ff. de agnosc. lib.* Martin. Coler. *de Aliment. L. 1. c. 15. n. 48.* Ratione paupertatis autem cessante, alimenta Patrono juste denegari possunt. *C. quicunque fideliter. 30. vers. redacti fuerint ad inopiam. X. de Jur. Patr.*
63 Nimis autem nonnulli Patroni Jus Patronatus extendunt, & Jura Episcopalia usurpant, ac cum hoc confundunt, *v. gr.* Jurisdictionem in personas Ecclesiasticas sibi tribuunt, vel reversales poscunt, aut certam formam Sacrorum præscribunt; Alii vero ex avaritia bona Ecclesiastica administrant, & ad se rapiunt. Quos perstringit Brunnem. *de Jur. Eccles. L. 2. c. 8. §. 30.* vid. Dn. Stryck. *ad d. loc.* Ibi: *Schutz und Schirm giebt keine Obrigkeit.* Carpz. *L. 1. def. 13.* Ubi laudatus Dn. Stryck. de Marchia & Pomerania refert, quod Patronis ibidem competat jus removendi vocatum Pastorem, modo hoc prævio Processu, & quidem in Consistorio ventilando, fiat.
Postquam itaque Patroni in Ecclesia fun- 64
data, ædificata atque dotata vigore Juris Patronatus tum honorem in præsentando, tum alia commoda consequuntur, oneribus pro defendenda Ecclesia subeundis se subtrahere non debent, juxta regulam: Incommoda cujusque rei sequuntur eum, quem sequuntur commoda. *C. qui sentit. onus. de reg. Juris in 6. l. secundum naturam 10. de reg. juris. leg. unic. §. pro secundo 4. C. de caduc. tollend.* in tantum, ut potius Ecclesiam ejusque bona pro viribus contra omnes hostiles conatus defendere quam
maxime nitantur, *C. filiis 16. q. 7.* atque 65
curent, ut reditus Ecclesiæ non in alios, quam sint constituti, convertantur usus, *arg. C. Cura pastorali 11. extr. de jure Patron. Cap. 1. in verbis: Vicarios decenter tractare. in Clem. de jure Patron.* Lambert.
pag. 3. 97. n. 5. Potissimum etiam Eccle- 66
siam collapsam Patronus reædificet, alias Jure suo Patronatus cadit, & illud reædificans cum consensu Episcopi sibi acquirit, *l. qui res. §. aream. ff. de solut. C. quæris d. Consecrat. dist. 4.* Peccius *de Eccl. repar. cap. 341. n. 1. & seqq.* nisi prior ille Dominus etiam ex suis bonis, fundis, prædiis & reditibus dotem Ecclesiæ constituerit. Eo enim casu, uti superius dictum, Jus Patronatus apud eundem manet, adeoque ille, qui Ecclesiam ex suo reficit, Compatronus fit. Roch. de Curt. *verb. construxit. quæst. 8.* Peccius *cap. 34. n. 2.*

Sed quid si dos Ecclesiæ bello, furto, incendio aut alio casu fortuito absque culpa Patroni adeo sit deperdita, ut Ministris Ecclesiæ de dote amplius alimenta necessaria erogari non possint, an eo casu Patronus de novo de sufficienti dote prospicere debeat? Negatur. Ratio est, quia actus ultra intentionem non obligat. *leg. omnis. 19. ff. de reb. cred. l. fin. C. ne uxor*
pro marito. Sed quia impium est eos, qui 67
curas animarum habent, necessariis alimentis destitui. Ideoque hoc casu, si ærarium non habeat unde vivant Pastores, Parochiani in subsidium tenentur, ipsisque alimentandi onus imponitur. Sigismund. Finckelthaus *de Jure Patron. c. 4. n. 95.* Constituunt enim hi non modo Ecclesiam. *l. Jubemus 14. in princ. C. de SS. Eccl.* sed & ipsorum interesse ac commodum maximopere in eo versatur, ut parochus bono ac pleno stipendio donatus curam animarum haud impeditus gerat.

gerat. Et hoc casu ad Magistratum, ceu nutritium Dei, Ecclesiæ maximopere cura hæc pertinere debet. Theod. Reinking. *de regim. Eccl. lib. 3. Class. 1. cap. 8.* Leder. *de jur. Patron. §. 11. & 12.*

68 Probatur Juris Patronatus possessio etiam ex unica præsentatione, secuta tamen institutione; Joseph. Mascard. *de prob. Concl. 968. n. 6.* quia quando agitur de Jure Patronatus, novissimus attenditur status, cujus probatio probatur per novissimos actus, Anth. Faber. *in Cod. lib. 6. tit. 1. defin. 5. n. 3.* quæ possessio tamen actoris non relevat, si petitorium intentatur. Non enim sequitur, possidet: Ergo est Dominus. Paul. de Citad. *in tr. de jure Patron. part. 6. q. 17.* Secus si agitur possessorio solo, vel petitorio & possessorio simul. Quare conducit actori potius agere possessorio solo, vel petitorio & possessorio simul. Mascard. *de Prob. d. l.* Quod & ultimus actus possessionis in materia Juris Patronatus præcipue attendendus, & pro eo pronunciandum, donec in petitorio causa aliter deducta, late responso quodam probat Dn. Stryck. *in addit. ad Brunnem. jus Eccles. L. 2. C. 8. §. 8.*

A Jure Patronatus differt plurimum jus 69 Protectionis, seu Advocatiæ, quod ab Ecclesiis videtur ortum, dum Ecclesiæ & Monasteria affectabant protectionem potentioris contra injurias laicorum, quod quidem videtur *in jure Canonico* prohibitum *in Cap. 2. de Reb. Eccles. non alien. in 6.* sed mansit tamen in Germania illud Jus, quod etiam continebat inspectionem redituum Ecclesiasticorum, de quo pluribus Klock. *Vol. 1. c. 37. n. 4.* Differunt & in eo, quod Patronus habeat præter jus defensionis potestatem præsentandi aliquem ad Ecclesiasticum beneficium, Protector vero eo careat. Et quod Patronus inops alimentari debeat, Protectori vero nulla debentur alimenta. Finsterwald. *lib. 2. Obs. 72. n. 7.*

CAPUT V.

DE PAGIS.

SUMMARIA.

1. *Pagi inter præcipuas pertinentias prædiorum recensentur.*
2. *Pagus sumitur vel pro parte Regionis;*
3. *Vel pro Villis, muris portisque carentibus.*
4. *Veteres Germani Pagatim habitabant.*
5. *In Pagis hodie aut sparsim, aut conjunctim domus collocantur.*
6. *Pagus quomodo differat a Civitate?*
7. *Quomodo a Vico?*
8. *Quomodo a Mercatu?*
9. *Pagi in Germania Urbibus antiquiores.*
10. *Tempore Carolingorum Civitates in Germania paucæ.*
11. *Tempore Henrici Aucupis frequentiores ædificatæ.*
12. *Pagus quid sit?*
13. *Pagorum varia conditio in Germania.*
14. *Pagi liberi & Immediati.*
15. *Pagi in Saxon. dividuntur* in Amts-Dörffer und Gerichts-Dörffer.
16. Gemeinschaffts-Dörffer *qui sint?*
17. *Judicia Paganica cur constituta?*
18. *Judicia Paganica antiquorum Germanorum.*
19. *Quomodo ea constituta fuerint?*
20. *Hodiernus Pagorum status per Germaniam.*
21. *Jurisdictio quomodo hodie in Pagis Nobilium exerceatur?*
22. *Quomodo in pagis immediatæ Principis jurisdictioni subjacentibus.*
23. *Scultetus quis sit?*
24. *A quo constituatur?*
25. *Quandoque plures Sculteti constituuntur in uno pago.*
26. *Quomodo hodie fiat constitutio?*
27. *Quando subditi unius Pagi pro parte sint sub Præfectura Principis, pro parte vero sub Vasallo, quomodo debeat fieri constitutio Sculteti?*
28. *Sculteti Hæreditarii qui?*
29. *Sculteti Officium in quo consistat?*
30. *In quibusdam locis Scultetis certa instructio solet præscribi.*
31. *Eorum juramentum.*
32. *Scabinorum Officium.*
33. *Adjunguntur nonnullibi Scultetis quidam, dicti* Heimbürgen.
34. *Eorum officium.*
35. *Quandoque plures adjunguntur Scultetis, dicti* Vier-Männer.
36. *Sculteti communiter nullam habent jurisdictionem.*

37. *Umbra tamen jurisdictionis remansit.*
38. *Quomodo Sculteti mulctare possint suæ Conditionis homines?*
39. *In quibusdam locis Sculteti aliquam habent jurisdictionem.*
40. *An testamentum coram Sculteto & Scabinis conditum subsistat?*
41. *Ordinationes Paganicæ quæ?*
42. *Quis possit Ordinationem Paganicam præscribere?*
43. *Capita Ordinationis Paganicæ præcipua.*
44. *Transgressores ejus quomodo puniantur?*
45. *Bona communia Pagorum quæ sint?*
46. *Ad quem usum impendenda?*
47. *Illorum libera dispositio Rusticis non est relinquenda.*
48. *Pagi possunt statuta condere, restitui in integrum, consuetudines suas habere, districtus, It.* Dorff-Fluren.
49. *Quorum debet fieri certa descriptio in libro, dicto* Flur-Buch.
50. *Inspectio Agrorum,* Flur-Beziehung, *quotannis fieri debet.*
51. *Ut hæc inspectio rite fiat, quæ requirantur?*
52. *Effectus districtus agrorum.*
53. *In Pagis regulariter jus Braxandi & Opificia exercendi est prohibitum.*
54. *Jus Braxandi in quibusdam Germaniæ Pagis permissum.*
55. *Commercia exercere & negotiatio Pagis interdicta.*
56. *Nisi specialiter hoc ipsis sit concessum, vel consuetudine introductum.*
57. *Idem de Opificiis sentiendum.*
58. *Encænia quæ sint?*
59. *De his certæ Ordinationes promulgatæ.*
60. *Encæniorum tempus in quibusdam locis ad unius tantum diei spatium restrictum.*
61. *Ordinationes sumtuariæ in rusticorum conviviis.*
62. *Item in eorum compotationibus.*
63. *Quando conis ludere ipsis permissum?*

1 CUm inter præcipuas pertinentias prædiorum recenseantur & Pagi, merito de his ante alias erit agen-
2 dum. Vocabulum autem Pagi in duplici significatu sumitur, latissime scil. pro parte Regionis, atque ut Regio in Pagos, sic pagi in villas, Oppida & Burgos distributi erant. Bignon. *ad Marculf. form.* Ita Jul. Cæsar *Lib. 1. de Bello Gall.* Pagum Tigurinum nominat. Omnis enim Helvetia in quatuor pagos, i. e. districtus divisa fuit. Et Austria in diplomate Ottonis III. dicitur Pagus Bojoariæ, Charta Ludovici II. Regis apud Guilimannum *de Rebus Helvet. Lib. 1. c. 2.* Curtim nostram Turegum in pago Turgaugensi, &
3 Pagellum Uraniæ. Dein stricte notat vicum seu villas muris portisque carentes, Germ. *Ein Dorff,* sicuti Ulpianus videtur vocem pagi accipere *in l. 4. de Censibus,* ubi dicitur, forma censuali esse cautum, ut ager sic in censum referatur nomen fundi cujusque, & in qua Civitate, & in quo pago sit, & quos duos vicinos proximos
4 habeat. Villarum igitur intuitu pagi vocantur, qui vulgari hominum conventu pagatim incoluntur instar pagorum Polonicorum. Cromer. *Polon. Lib. 1.* Tacit. *de Mor. German.* junctas sedes *inquit,* incolebant sicut fontis aut campi, vel nemoris occasio admonuit. Quisque suam domum certo spatio circumdedit, vel propter incendii periculum, vel propter barbariem ædificandique imperitiam. In 5
pagis autem hodie vel sparsim amplius spatiis locantur domus, aut sedibus conjunctis habitatur. Et differt a Civitate, vico, 6
& mercatu; a Civitate differt, quod Civitas sit societas hominum ad vitam commodius degendam intra muros degens, quæ certis juribus ac privilegiis Civium propriis gaudet: Pagus vero sit congregatio hominum ruricolarum, in loco nullis muris aut vallis munito habitantium, juribus civitatum carens. A vico vero 7
differt, quod pagus ex pluribus constet vicis absque munitione & muro, vicus vero nil aliud sit quam locus publicus, ædificiis utrinque cinctus, per quem incolæ transeunt, Germanice *eine Gasse,* Knipschild. *de jur. Civ. Imper. L. 1. c. 1. n. 37.* quamvis improprie vicus nonnullis pro pago accipiatur. Mercatus est Germ. 8
Marck-Flecken, quæ forum Civilem & criminalem Jurisdictionem, ejusque signa propria habet, *welches eigene Gerichte, Stock und Galgen hat,* Besold. *Thes. Pract.* Verb. *Marck-Flecken,* quibus caret pagus.

Pagi vero urbibus in Germania multo 9
antiquiores sunt. Tempore enim Carolingorum Civitates in Germania in exiguo 10
numero fuerunt; Hungaris autem in 11
Germaniam irrumpentibus & imperio a Francis

Francis ad Saxones devoluto, civitates frequentiores ædificari cœperunt; Henricus enim Auceps Imp. oppida in Germania hinc inde noviter condere & munire incepit, translatoque nono quoque viro ex agro & pagis in prædicta oppida, tertiam quoque partem omnium frugum illorum in ædibus a se exstructis reservare jussit, ut in bello nihil alicui rerum deficeret, omniaque rebus & viris plena essent. Lehman. *Chron. Spirens. L. 5. c. 1.* Hoc exemplum Henrici Aucupis in bello cum Henetis gesto, *im Wendischen Kriege*, secutus est Albertus Ursus Ascanius, itemque alii Principes in bello Hussitico, quæ bella multis Civitatibus in hisce regionibus ori-
12 ginem dedere. Potest autem dici pagus congregatio hominum sedibus conjunctis ruris colendi gratia habitantium, sive est locus ex paucis vel pluribus ædificiis plerumque sine muris & portis consistens, jureque civitatis carens. Dn. Fritsch. *de Pag. Germ. C. 3. num. 1.*

13 Pagorum vero Germaniæ varia est con-
14 ditio. Quidam pagi sunt liberi, & immediati, & vocantur *freye Reichs-Dörffer*, quos innuit instrumentum Pacis Germ. *art. 5. §. 2. ibi:* Ut & Communitatibus & Pagis immediatis. Horum conditionem describit Goldastus *in Epist. dedic. Der Reichs-Handlung*, qui etiam nomina addit: *Es sind freye Reichs-Dörffer, Süffelheim, Galramstein, Gamb, Ulechles auf der Leut-Kirchner Heyde &c. und andere so mit hohen und niedern Gerichten begabt, und allein Käyserl. Majestät ohne*
15 *Mittel unterworffen.* In Saxonia & alibi Pagi quidam dicuntur *Amts-Dörffer*, quorum incolæ immediate subjacent Jurisdictioni Præfectorum Principis; Alii *Gerichts-Dörffer, Edelmanns-Dörffer*, in quibus Nobiles vel alii jurisdictionem tam superiorem vel inferiorem habent.
16 Præterea ratione condominii pluribus dominis in loco competentis pagi quidam dicuntur *Gemeinschaffts-Dörffer, so drey, vier oder mehr Herrisch sind*, Knich. *de Superior. Territ. c. 4. n. 56.*

17 Quia de Pagorum habitatoribus rusticis, scil. & eorum prædiis alibi dictum, ideoque de eorum Judiciis hoc loco agendum. Judicia autem Paganica (*Dorff-Gerichte, Feld-Gerichte*) ideo constituta putantur, quod maximopere Rusticorum intersit, sibi in Pagis jus reddi, nec subinde ad urbem trahi, ne agricultura impediatur. Auth. *Agri cultores. C. quæ res pign. oblig. poss. rubr. Cod. de Rust. ad null. obseq. revoc.* And. Knich. *de Superior. territor. C. 4. n. 458.* Unde & citatio dicitur nulla, quando vocatur multitudo rusticorum, quod turbentur in agri cultione *Nov. 80. §. Si vero aliqui.* Neviz. *Cons. 61. n. 24.* Diversa au- 18
tem fuere judicia paganica apud antiquos Germanos ab hodiernis, illa tamen hodie maximam partem in desuetudinem abierunt, de quibus vid. Schifordegker. *Lib. 3. Tract. Jur. 23. quæst. 2.* ubi tractat de Judicio Paganico in Silesia, vulgo *drey Ding* dicto; *Ding* enim olim judicium sonabat. *Land-Recht. Lib. 1. art. 12.* Ad quod constituendum tres partes fuisse requisitas traditur. Primarum partium 19
erat Advocatus Provincialis, qui in judicio præsidere dicebatur. Secundarum partium erat Scultetus, qui ab Advocato Provinciali constituebatur, cujus Minister intelligebatur. Tertiarum vero partium erat dominus villæ, in cujus pago judicium exercebatur, qui judicio tantum adsidebat. Pari ratione emolumenta jurisdictionis, quam exercebat Advocatus Provincialis, in villis in tres partes distribuebantur, sic ut Advocatus Provincialis, Scultetus & dominus villæ in percipiendo hujusmodi fructus concurrerent, & quilibet eorum tertium denarium ferret. Sed, mutato superiobus Seculis Reipublicæ 20
Germanicæ statu, Judicia Paganica etiam mutationem passa sunt: cum enim Duces, Comites aliique Illustris conditionis viri ab Imperatoribus terras & provincias, quarum antea Rectores & Præfecti erant, hæreditario titulo ac jure cum omnimoda Jurisdictione (quam hodie Superioritatem Territorialem vocant) obtinuere, successu temporis Principes illi Nobilibus ac Vasallis suis castra, oppida, villas & pagos cum jurisdictione per investituram concessere, alios autem pagos, castra & villas sub immediata jurisdictione sua retinuere. Unde pagi, uti supra dictum, duplicis sunt generis; Quidam dicuntur *Gerichts-Dörffer*, alii *Amts-Dörffer*. 21
In illis Nobiles & Domini Jurisdictionales non amplius per Sculletos & Scabinos Jurisdictionem exercent, sed vel ipsi Judicio præsunt, *wann Gerichts-Tag gehalten wird*, vel illud certo Officiali, quem *Gerichts-Verwalter* vocant, committunt. Coram quo etiam ipsorum Nobilium causæ adversus subditos suos ventilantur ac diju-

dijudicantur. Usu tamen receptum, ut exerceatur talis conveniendi modus: non quidem sub ea qualitate, ut ipse Nobilis Processum dirigat, neque etiam ut ipsi Sculteti & Scabini sententiam ferant, sed tantum ut judicium isti constituant, & Notarius juratus præsto sit, qui Acta conscribat, & ad Collegium Juridicum dijudicanda transmittat. Dn. Ziegler. *in Dicast. Concl. 12. §. 31.* Zasius *in l. qui jurisdictioni. n 13. ff. de Jurisdict.* Ubi testatur hanc generalem in Romano Imperio consuetudinem extare. Quando autem criminale Judicium instituitur, Actuario vel Notario Judicii Scultetus & Scabini necessario adhiberi debent. Plura quæ ad constitutionem Judicii requiruntur,
22 vide supra *Lib. 3. c. 3 n. 28. seqq.* In Pagis vero, qui immediate Principis Jurisdictioni subjacent, illa per Quæstores & Præfectos in domibus ad id destinatis,
23 *Amt-Häuser*, exercetur. In Pagis porro considerandus venit Scultetus, qui est Præfectus rusticorum, a Magistratu vel Domino Jurisdictionali constitutus, ut plebem paganam repræsentans, vel solus, vel cum Adjunctis *Schöpffen oder Heimbürgen* ea curet ac peragat, quæ tam domini quam communitatis nomine expe-
24 dienda sunt. Dependet autem constituendi jus Scultetum ab illo, qui habet Jurisdictionem; Rationem adfert Andr. Knichen. *de Superior. Territ. c. 4. n. 561.* quod Jurisdictio sine Sculteto & Scabinis aliisque ministris commode explicari nequeat. *arg. l. 2. de Jurisdict. C. præterea.*
25 *de Off. deleg.* Quando autem Subditi pagani plures dominos recognoscunt, *wenn das Dorff zwey, drey, oder mehr Herrig ist*, qui singulatim jurisdictionem in eos exercent, tunc quilibet dominus Jurisdictionalis suis Subditis Scultetum præponit, unde accidit, in uno Pago quandoque tres vel quatuor Scultetos
26 reperiri. In hisce terris communiter pagi distinguuntur *in Amts-Dörffer* & *Edelmanns-Dörffer*; Illis per Præfectos *durch die Schösser* vi Jurisdictionis Superioris sui, cui subditi Pagani immediate subjacent, præponuntur, *werden von den Schössern zum Schultzen-Amt erwehlet und confirmiret.* In his autem Sculteti non a Præfectis, sed ab iis, *die mit Ober- und Unter-Gerichten über das Dorff be-*
27 *liehen*, constitui solent. Si subditi unius Pagi pro parte sint sub Præfectura Principis, pro parte vero sub jurisdictione Vasalli, dicendum videtur, hoc casu in constitutione Sculteti concurrere debere Præfectum & Vasallum, nisi forte subditorum *der Gerichts-Unterthanen* numerus sit exiguus, & major pars ad se trahat minorem, ita ut illius ratio non habeatur. Quare consuetudo cujusque loci respicienda, juxta quam Scultetum a solo Præfecto Jurisdictionali alicubi electum fuisse refert Fritsch. *de Pagis Germ. c. 9. n. 3.*

Dantur insuper Sculteti hæreditarii, 28
Erb- und Lehn-Schultzen, quorum Prædiis annexum est hoc officium, ita ut simul cum prædio in feudum detur, & ad quemcunque possessorem transeat; Quales in Circulo Electorali Saxonico 29
inveniuntur quam plurimi. Sculteti autem officium in hisce potissimum consistit:

I. Curet, ut Ordinatio pagana, vulgo *die Dorff-Ordnung*, ab omnibus ac singulis recte servetur, ejusque transgressores puniantur.

II. Ut inter paganos omnia ordine ac decenter gerantur.

III. Rixæ, verbera, pugnæ evitentur, ac incolæ pagi quiete ac pacifice inter se vivant.

IV. Delicta omnia Magistratui indicentur.

V. Delinquentes & refractarii capiantur, & Magistratui ad pœnam tradantur.

VI. Domus & habitacula rusticorum, ob præcavenda incendiorum damna, certo anni tempore visitentur.

VII. Universitatis Agrorum, *des Dorff-Fluhrs*, fines & limites quotannis inspiciantur, turbatique restituantur.

VIII. Ut incolæ domino operas, decimas aliaque, quæ debent, præstent.

IX. Nec agri ac prata per malitiam hominum deteriora reddantur.

X. Ut viduis, pupillis, ac pauperibus prospiciatur.

XI. Ne per Zingaros, validos mendicantes, otiosos, vagabundos, similisque farinæ homines paganis damna inferantur.

XII. Ut plebs ab ipso convocato certo tempore & loco compareat, & mandata domini sui audiat.

XIII. Ut domini jussa & Mandata ab omnibus juste perficiantur.

Ut

30 Ut igitur Sculteτis constet, quid muneris demandati ratio postulet, in nonnullis locis a Superiore certa norma seu instructio solet præscribi, ad quam observandam juramento adstringuntur. *Fürstl. Sachsen Gothaische Schultheissen - Ordnung*
31 *de Anno 1652.* Formula autem juramenti talis est: *Ihr sollet geloben und schwören, allem demjenigen, was in ietzo euch vorgelesenen Puncten enthalten, bey aufgetragener eurer Verrichtung, bestem euren Vermögen nach, treulich sonder Gefährde und Ansehen der Personen, nachzukommen. Hierauf folget nach gethanen Hand-Gelöbniß der Eyd: Was mir anietzo zu geloben und zu schwören vorgehalten worden, ich auch wohl verstanden, und darauf allbereit angelobet habe, das will ich nach bestem meinen Verstand, Wissen und Vermögen stets, fest und unverbrüchlich, auch getreulich halten. So wahr mir GOtt helffe, durch JEsum Christum unsern HErrn,*
32 *Amen.* Sculteτis adjungi solent Scabini *Schöpffen*, a Jure inveniendo olim dicti, *Land-Recht. Lib. 1. art. 62. Daß sie das Recht oder Urtheil finden oder schöpffen.* Et nihil aliud erant, quam Assessores Judicii, quod hodienum in quibusdam locis, ubi Judicia quæ Scabinatus vocantur, videre licet. Sed in Pagis Scabinis, uti etiam Sculteτis juris dicendi potestas valde
33 imminuta est. Sculteτis nonnullibi etiam quidam adjunguntur, dicti *Heimbürgen,*
34 *Vorsteher der Gemeinde:* Quorum officium est defendere plebem, quam repræsentant. Unde si quid Universitatis nomine peragendum aut concludendum est, eorum consensus adesse debet, & quando communi nomine universitatis paganæ aliquid per literas expeditur, hæc formula fere observatur: *Wir Schultheiß, Vorsteher, Heimbürgen* vel *und gantze Gemeinde zu* N. vid. Besold. voce *Heimbürgen.*

35 Quando communitas est ampla, præter Sculteτum duo adjuncti, quatuor vel plures Viri alii, quos *Vier-Männer* appel-
36 lant, eliguntur. Præterea Sculteti communiter nullam habent Jurisdictionem, cum tantum sint ministri atque executores eorum, qui Jurisdictione pollent. Berlich. *P. 1. Dec. 93.* Illosque, licet in banco sedeant, omnia tamen ex jussu Nobilium ac Superiorum disponere, tra-
37 dit Carpzov. *Lib. 1. Resp. 99.* Umbra tamen quædam Jurisdictionis apud eos remansisse videtur, dum homines suæ communitatis mulctare eis permissum, in tribus scilicet solidis, aut etiam in una 38
vel altera amphora cerevisiæ. *Sächsisches Land-Recht. Lib. 3. Art. 64. §. fin.* ubi dicitur: *Wettet man um 6. Pf. die werden den Bauren zu vertrincken gegeben.* Coler. *de Proc. Exec. P. 2. c. 1. num. 12.* Non- 39
nullis etiam in locis Sculteti aliquam Jurisdictionem habent. Tabor. *de Testament. Principi oblato. C. 5. §. 6.* Quod etiam in Bavaria obtinere refert Wig. Hund. *im Bäyrischen Stamm-Buch. P. 2. p. 401.* Ibi: *Dorff-Gericht ist nicht soviel als Hof-Marck-Gerichte, welches die Nieder-Gerichtliche Obrigkeit durchaus begreiffet, laut der Bäyerischen Landes-Enderung. Das ist allein um übermäyen, überegen und dergleichen geringe Sachen, hat auch nicht höherer als um 72. Pfennig zu strafen.*

Unde facile deciditur quæstio, An co- 40
ram Sculteto & Scabinis Testamentum publica fide fieri possit? Si enim cum Berlichio supra laudato, quem sequitur Richter. *P. 1. Decis. 28. n. 4.* præsupponas, Sculτetos tales nullam omnino Jurisdictionem Gloss. *Latii, Land-Recht. L. 3. Art. 3. Lit. D.* adeoque nec Actuarium & Acta habere, quæstio recte negatur *per l. 19.* Ibi: Actis cujuscunque judicis. Præjudicium tale adfert Richter. *d. l. Obwol zween Gerichts-Schöppen bey Aufrichtung eures Bruders Testaments gewesen, und der Dorff-Schultheiß es besiegelt, dennoch dieweil den Schöppen vom Fürstlich Sächsischen Amte oder dem Gerichte nicht befohlen, sich hierzu gebrauchen zu lassen, und ein Dorff-Schultheiß das Testament, welches nur von zwey Zeugen aufgerichtet, hernach mit Aufdrückung seines Petschaffts nicht kräftig machen oder confirmiren kan &c.* Unde singulari cautela hic opus esse tradunt, nempe ut superior Magistratus prius adeatur qui Sculteto & Scabinis hoc specialiter injungat, ut Testamentum publica fide recipiant, idque omne Notarius ad id adhibitus diligenter annotet. Finckelthaus *disp. 3. quæst. 4. in fin.* Carpzov. *p. 3. C. 3. Def. 21.* Si vero alicubi Sculteτum jurisdictionem demandatam atque etiam judicii Actuarium habere contingat, vel saltim Pastor loci ad hoc munus adhibeatur, uti Tabor *citato loco* statuit, non indistincte negandum esse tale testamentum valere tradit Dn. Fritsch. *d. tr. c. 12. n. 11.* Facit, quod jura rusticis hac in parte ob eorum simpli-

simplicitatem plus indulgeant, *l. ult. C. de Testament. add.* Carpz. *P. 3. C. 3. def. 21.* Ubi ait: Non inficior valide quem testari coram Sculteto & Scabinis paganis, quibus specialiter Jurisdictio concessa & demandata fuit, quos Domini ac Nobiles ad Testamenti factionem ablegavere. Cum quo consentit Dn. Struckius *in Usu Modern. Dig. ad Tit. de Jurisdict. §. 9.* Concessa Jurisdictione Sculteti, testamenta coram ipsis condita subsistere tradit Tabor. *d. l. C. 5. §. 6.* quod ibi extra controversiam, ubi Jure Feudi aliquis Scultetus constitutus, *wenn er mit dem Schultzen-Gericht belehnet ist.* Horum Jurisdictio propria, illorum magis delegata
41 dicenda. Stryck. *d. l.* Ut Pagani eo melius in officiis retineantur, tuendi inter eos boni ordinis gratia, quibusdam in Pagis certæ Ordinationes sunt introductæ,
42 quæ *Dorff-Ordnungen* dicuntur; Potestas autem ordinationem paganicam Rusticis præscribendi non est penes eum, qui in pago jurisdictionem habet, multo minus penes Scultetum, aut ipsam communitatem Rusticanam, sed penes eum, qui superior dominus est. Scilicet vigore superioritatis territorialis ejusmodi Ordinationes condi, vel confirmari solent. Et fit confirmatio illa plerumque a Præfecto vel Quæstore, rarius a Curia Princi-
43 pis. Fritsch. *d. l. c. 14.* Illius vero præcipua capita hæc esse solent:

I. De reditibus communiter colligendis, ac rationibus coram Præfecto, *dem Gerichts-Beamten,* reddendis.

II. De Ordine in coquenda & vendenda cerevisia servando.

III. De conventibus communitatis instituendis, eorum forma ac modo.

IV. De agris & pratis contra eorum violatores custodiendis, damnisque præcavendis.

V. De pastura pecorum exercenda.

VI. De pace & quiete inter paganos & vicinos tuenda.

VII. De modo mulctandi eos, qui contra ordinationem delinquunt.

44 Ubi sciendum, quod, licet Scultetus & Rusticorum Præfecti seu Pagorum Magistri, *Bauer-Meister,* regulariter aliqua Jurisdictione non sint armati, umbra tamen quædam Jurisdictionis, uti *supra* dictum, apud eos remansisse videatur, dum homines suæ Communitatis Ordinationes transgredientes mulctare eis permissum, in tribus scil. solidis, aut etiam in una vel altera amphora cerevisiæ, nonnunquam etiam plus vel minus, pro modo delicti, *und solch Straf-Bier wird hernach in der Gemeinde oder in Gerichten vertruncken.* vid. Matth. Coler. *de Process. Execut. P. 2. C. 1. n. 12. Land-Recht. Lib. 3. Art. 46. §. fin.* Coler. *decis. 161. n. 31.*

Quemadmodum etiam Universitates Ci- 45
vicæ quædam bona habere solent communia, quæ specialem usum, ad quem destinatæ, præbent illis, qui in eis vivunt, *§. 6. Inst. de Rer. div.* sic universitates paganicæ, *die Dorffschafften, Dorff-Gemeinden,* nonnullis in locis ejusmodi bona possident, quæ sunt in patrimonio pagi, & quorum usus non est singulis in pago plerumque viventibus communis. Sunt autem res illæ agri, prata, sylvæ, piscinæ, pascua &c. Horum reditus, qui quandoque ducentos, trecentos &c. florenos quotannis excedunt, colligere solent Curatores plebis, *der Gemeinde Vorsteher.* Et si quid im- 46
pendendum in communem pagi utilitatem, *v. g.* ad persequendam litem, tuenda communia pagi ædificia, jura &c. id ex fisco seu ærario pagano desumitur. Cavendum autem est, ne communitati 47
rusticanæ libera dispositio de reditibus istis relinquatur; accidit enim reditus tales vel per luxuriam rusticorum quandoque consumi, vel alio modo male impendi. Unde salubri consilio quibusdam in locis institutum, ut Scultetus & Curatores pagi Officiali a Superiore constituto quotannis justam rationem accepti & expensi reddant. Fritsch. *d. l. c. 18. §. 1. & 2.*

Cæterum Pagos posse Statuta condere, 48
& suas consuetudines habere, itemque restitui in integrum, dubium non habet argumento eorum quæ dicta sunt *ad cap. 13. n. 19. supra Lib. 1.* seseque ad voluntariam collectationem obstringere possunt. Faust. *de Ærar. Class. 3. Ord. 94.* Solent & Pagi plerumque suos habere agrorum districtus, *ihre gewisse Fluhren und Bezircke.* Nimirum publicæ interest cujuslibet civitatis aut pagi agros certo districtu comprehendi & a vicinis disterminari ad præcavendum lites & confusiones jurisdictionum, que nunquam non inter confines oriri solent.

Cum

49 Cumprimis necessaria est publica descriptio universitatis agrorum ac limitum in libro, quem vocant *das Fluhr-Buch.*

50 Ne autem limites ac termini Universitatis paganicæ agrorum turbentur, utile est quotannis eos inspici, quod dicunt *das Fluhr-und Gräntz-Beziehen.* vid. Ordin. Provinc. Sax. Magdeb. *cap. 32. von Vereinung und Versteinung der Felder.* Ord. Prov. Sax. Gothana *part. 2. c. 3. tit. 25.*

51 Ut vero visitatio & inspectio terminorum districtus Pagani recte instituatur, necesse est, ut 1) visitatio non privata, sed publica Universitatis, vel etiam Magistratus autoritate fiat; 2) in præsentia vicinorum, *der Benachbarten und Angräntzenden,* cumprimis si dubium aliquod inter confines oriatur, 3) adhibitis certis agri mensoribus ac viris terminalibus, *mit Zuziehung geschworner Feld-Messer, Stein-Setzer.* Peracta inspectio *der Fluhr-Begang* in libro publico diligenter adnotanda, ut eo certior probationis fides in futurum haberi possit. *Ordin. Prov. Goth.*

52 *d. tit. §. Und damit.* Quod effectus *des Fluhr-Rechts* attinet, sciendum, quod juxta multorum locorum mores ac consuetudines Jurisdictio fere terminetur finibus districtus, *so weit einer Stadt oder eines Dorffs Fluhr gehet.* Proprie autem loquendo aliud est *der Fluhr*, aliud *die Gerichte*, quemadmodum differentia est inter signa & lapides jurisdictionis terminum notantes, & inter ipsos districtus agrorum pagi terminos, *zwischen Gerichts-Steinen und Fluhr-Steinen.* Quod venationes domino jurisdictionali competentes plerumque non districtus agrorum, *des Fluhrs*, sed jurisdictionis finibus, *den Gerichts-Gräntzen so weit sich solche erstrecken*, includantur; Pascua publica civitatis vel pagi regulariter finibus agrorum universitatis finiantur, ac præsumtio juris sit, *daß die Trifft, Huth und Weide sich weiter nicht denn bis zu Ende des Fluhrs erstrecken.* Secundum locorum statuta alia ac diversa sunt jura & onera universitatis agrorum paganicæ, alia universitatis civicæ. vid. D. Fritsch. *in Tract. de Jur. Universitat. agror. c. 8. §. 6. & 7.*

53 Præterea in Saxonia nostra Electorali & plurimis Germaniæ locis jus Braxandi, Commercia & Opificia in Pagis exercendi regulariter est prohibitum, nisi aliud consuetudine sit introductum. *Erledigung der Lands-Gebrechen de Anno 1661. Tit. von Justitien-Sachen §. Und aber:* ibi: *Unsere in GOtt ruhende Vorfahren gantz reifflich und weißlich erwogen, auch ihre Ordnungen mehrentheils dahin gerichtet, daß ein Stand bey dem andern hinkommen, und weiln Handthierungen, Kauffmannschafften, und Handwercke zu treiben, desgleichen maltzen, brauen und schencken eigentlich denen Bürgern in Städten zu Erhaltung des Bürgerlichen Standes aus sonderbaren erheblichen Ursachen geeignet, auch derselben Wesen und Wohlstand darauf gleichsam gewidmet und gegründet. Die Prælaten, Grafen, Herren und von Adel, sowol unsere Aemter und andere Gerichts-Herrn, Bauren und Dorffschafften sich solcher Bürgerlichen Handthierung enthalten, und zum Verderb unserer Städte nicht Ursach geben, dahero Standes- und Adeliche Personen ihrer Ritter-Solden und Güther, und die Bauren ihres Pflügens und Acker-Wercks warten, und also ein ieder seiner Vorfahren Fußstapffen nachfolgen sollen, damit unter Standes-Personen, Adel, Bürgern und Bauren ein Unterscheid zu finden sey; Gestalt Uns denn auch, als dem regierenden Chur- und Landes-Fürsten, ieden Stand und Unterthanen in seinem Wesen, Wohlstand und Nahrung zu schützen und handzuhaben oblieget.*

Sciendum tamen est, quod in quibus- 54
dam Germaniæ Pagis jus Braxandi plane vel liberum, vel certo modo restrictum sit. Sic in plerisque Comitatus Schwartzburgici & Stolbergici pagis ruricolæ Jus Braxandi, a Superiori jure privilegii ac specialis concessionis, habent.

Quod porro negotiationem & com- 55
mercia, *Handel und Wandel,* attinet, ea ob supra allatam rationem rusticanis ubique fere prohibita deprehenduntur per supra allegatam Revelationem Gravaminum Elector. Saxon. *Tit. von Justitien-Sachen. §. und aber.* Idem sancitum legitur in Ordin. Polit. Saxo-Gothan. *P. 2. tit. 12.* Ubi dicitur: *Weil Handthierung, Kauffmannschafft und Handwercke zu treiben, desgleichen Maltzen, Schencken und Brauen eigentlich denen Bürgern in den Städten gebühret, so sollen die von der Ritterschafft, sowol unsere Aemter und andere Gerichts-Herren, Bauren und Dorffschafften derselben Geschäffte hinführo müßig gehen, und die von der Ritterschafft ihrer Güther, und die Bauren ihres Pflügens und Acker-Wercks*


warten,

warten, und alſo ein ieder ſeiner Vorfahren Fußſtapffen nachfolgen, damit unter Adel, Bürger und Bauren, ein Unterſcheid zu finden ſey, doch ſeynd hierinnen ausgeſchloſſen, welche von unſern Vorfahren, oder Uns Brauens und Schenckens, oder auch ein und der anderen Handthierung wegen privilegiret, oder dergleichen durch die Verträge in Land-Gebrechen befugt. Concordat Ord. Polit. Anhalt. *Tit. Von Brauen, Schencken.* ibi: *Damit zwiſchen denen von der Ritterſchafft, Bürgern und Bauern ein Unterſchied zu finden ſey, und alſo ein Stand neben dem andern ſeine Nahrung haben und in ſeinen Würden und Weſen bleiben und erhalten werden möge, ſo ordnen, ſetzen und wollen Wir, daß hinfüro der von der Ritterſchafft in ihren Gräntzen, Dörffern, Gerichten und Güthern vor ſich ſelbſt anders nicht, denn ſo viel einem ieden vor ſeine Haushaltung von nöthen, brauen, und ſonſt keinerley Bier ausſchencken ſollen.* Item *Wollen Wir, daß die Bauers-Leute, oder die Gemeinden auf den Dörffern gantz und gar ſich des Maltzens und Bier-Brauens enthalten ſollen, auſſerhalb der Erndten-Zeit, da dem Bauers-Mann vor ſich und ſein Geſinde zur Nothdurfft zu brauen erlaubt ſeyn ſoll &c.* Et Ordinatio Polit. Mechlinburg. *Tit. 29.* ibi: *Dieweil Brauen, Schencken, Kauffmannſchafft und Handwercke treiben, und dergleichen Handel zur Bürgerlichen Nahrung gehörig, dadurch auch die Städte erhalten werden müſſen, darum ordnen und wollen Wir, daß die auf dem Lande ſich ſolcher Bürgerlichen Handthierung ſollen äuſern, der Adeliche Stand ſich ſeinem Adelichen Weſen und Wandel nach von ſeinem Ritter-Sold und Ritter-Güthern unterhalten, der Bauers-Mann ſich ſeines Pfluges und ſeines Ackerwercks nähren, und ſonderlich Bier zu brauen und zu verpfennigen oder Handwercke auf den Dörffern zu treiben enthalten ſollen, damit ein ieglicher ſeiner Nahrung ſo ihm gebühret, warte.* Vid. etiam Ordin. Polit. Würtenb. *tit. 61.*
56 *Von Gewerben in Dörffern.* Alicubi tamen negotiandi libertas etiam Ruſticis permiſſa, quorum mentio fit ſupra in allegata Ordin. Pol. Saxo-Goth. *P. 2. tit. 12. Doch ſind hierinnen ausgeſchloſſen welche von Unſern Vorfahren oder Uns Brauens und Schenckens, oder auch ein und der andern Handthierung wegen privilegiret.* Sic in ſuperiori Comitatu Schwartzburgico pagorum prope Sylvam Thuringicam ſitorum, dicti *die Wald-Dörffer*, incolæ, cum ob Sylvas & Montes, agricultura vel plane deficiat, vel admodum exigua ſit, permiſſu Magiſtratus negotiationes libere exercent, varias merces cumprimis ex ligno confectas, *Wald-Waaren*, Hamburgum, Amſtelodamum & in alia loca transportantes, & vel pecuniam, vel merces alias, *v. g.* aromata, piſces areſactas &c. inde reportantes. Quoſdam etiam Pagos Jus Mercatuum, *Jahr-Märckte*, obtinuiſſe conſtat. Pariter quibuſdam 57
pagis opificia exercere, linteones aliosque artifices habere permittitur: Nimirum in hac re ejusque loci conſuetudines, quæ pro diverſa conditione locorum variant, reſpiciendæ ſunt. Fritſch. *d. tr. c. 19.*

Cæterum generaliter in omnibus fere 58
pagis & vicis Encænia, *die Kirmeſſen*, celebrantur, quæ ſunt dies Feſti initiales dedicationis templi. Polyd. Virgil. *de Invent. rer. L. 5. c. 7. & cap. 13.* Quæ dedicationes templorum in primitiva Eccleſia bonum & pium habuerunt initium. Convenit enim olim Eccleſia, Deoque gratias egit pro Miniſterio Evangelii, verbi ſcil. & Sacramentorum, & rogavit Dominum, ut illud incorruptum conſervare atque ad poſteritatem transmittere dignaretur; Cum autem progreſſu temporis multi abuſus inducerentur, & Populus crapulæ in dedicationibus Templorum indulgeret, in quibusdam locis Encænia penitus ſunt prohibita. *Würtenb. Lands-Ordnung, tit. 103. daß alle Gaſtereyen und Zuſammen-Lauffen der Kirch-Weihen fürder abſeyn ſollen.* Nonnullibi, ut in hiſce terris, abuſus ſaltem Encæniorum ſublati. Die enim Encæniorum ſolenni horis matutinis Sacra peraguntur, & concio ad populum habetur, deinde per unum vel alterum diem vicinus vicinum vel amicus amicum ad prandium vel cœnam invitat. Hinc Elector Bavariæ 59
certam ordinationem Encæniorum, *eine Kirch-Tag-Ordnung*, promulgavit, quæ habetur in Ordinatione Politica *Lib. 3. tit. 7.* ubi multi abuſus ſublati: In qui- 60
busdam etiam locis encæniorum tempus ad unius tantum diei ſpatium reſtrictum eſt, Ordinatio Polit. Saxo-Gothana *Part. 2. tit. 15.* ubi de encæniorum celebratione ita cavetur: *Es ſollen die Kirmeſſen in der Wochen auf den Dienſtag, der doch kein*

Feſt-Tag

TOTIUS TERRITORII DIVISI FACIES.



Fest-Tag oder Fest-Abend sey, geleget, auch solches Tages Vormittage die Kirch meß-Predigt verrichtet, und von einem Bauren der Kirchmeß hält, seinen Gästen mehr nicht, als vier Essen gespeiset, und des andern Tages nur ein Früh-Stück gegeben werden, bey Straf zwey oder auch wohl mehr Gülden. Alibi per totam provinciam uno & eodem die encænia habentur. Fritsch. *de Pag. cap. 21. n. 3.*

61 Cum etiam Rusticani sæpius in Nuptialibus aut Baptismalibus conviviis instruendis expensarum modum excedant, per Ordinationes sumtuarias nonnunquam eis repagulum objici solet. vid. Ord. Polit. Würtenberg. *Tit. 100. Von Hochzeiten und Schenckungen. & tit. 101. Von Tauff-Suppen*, ubi *die Tauff-Mähler gäntzlich verbothen seyn.* Ordin. Polit. Saxon. Elector. *de Anno 1573. Tit. Ubermäßige Kleidung und Zehrung*, ubi cavetur *daß ein Bauers-Mann hinfürder zu einer Hochzeit über drey Tische Volcks, und zu einer Kirchmeß oder Kind-Tauffen nicht mehr denn zu einem Tisch Volcks laden, und keine Mahlzeit über 4. Gerichte geben, noch länger denn einen Tag Hochzeit halten solle.* Vid. Ordin. Saxo-Gothana *Tit. Von Hochzeiten und Kind-Tauffen.*

62 In quibusdam Pagis usu receptum, certis anni temporibus rusticanam plebem convenire, & potando diem consumere, quod vocant *das Pfingst-oder Gemeine Bier trincken;* Et quia hac occasione varie peccatur, in Electoratu Saxoniæ de hoc provisum: *Da die Gerichts-Herren wollen den Bauern das Pfingst - und andere gemeine Biere erlauben, sollen sie ihnen nicht gestatten, acht, zehen oder zwölff Viertel Biers ihres Gefallens einzulegen, sondern ihnen eine gewisse Anzahl nach der Gemeine des Volcks vergönnen, und gebiethen, daß sie dasselbe friedlich, züchtig und bescheiden nach den Feyer-Tagen austrincken, bey aufgesetzter Geld-Strafe, da von iemand ein greulicher Fluch oder unzüchtige Rede gehöret würde.* Ordin. Polit. *de Anno 1580. Tit. 44. §. Und da sie.* add. General-Articul *von der* Communion *§. Wann die.*

In ejusmodi, ut & encæniorum solennibus rusticis equidem conis ludere permissum. Ordinat. Polit. Saxo-Gothana. *P. 2. Tit. 15. vers. ult.* ibi: *Es sollen auch bey dem Kirmessen die gesellige Kugel-Plätze, so zur Kurtzweile angefangen, den Gemeinden auf den Dörffern nachgelassen seyn, doch daß einer darauf über einen Groschen nicht verspiele, noch Fremde oder Nachbarn wider dero Willen dazu ziehe.* In diebus sacris vel dominicis ac Festis solennibus iidem & alii ludi multis in locis permissi sunt, qui tamen merito prohiberentur, cum nunquam sine aliqua Sabbati profanatione exerceantur. Osiander *de Sabbato.* Fritsch. *d. loc. c. 21.* 63

CAPUT VI.

DE AGRIS.

SUMMARIA.

1. *Ager ab agendo dictus.*
2. *Ager quid sit?*
3. *Quid sub se comprehendat?*
4. *Ager divisus quid?*
5. *Ager assignatus.*
6. *Ager arcifinius.*
7. *Ager Purus.*
8. *Ager Novalis.*
9. *Ager subsecivus.*
10. *Ager Alluvius.*
11. *Ager Farrarius.*
12. *Ager Arvus.*
13. *Ager Tutelatus.*
14. *Quomodo veteres agros limitibus incluserunt?*
15. *Versus agrorum qui fuerint?*
16. *Schema hujus rei.*
17. *Considerantur agri vel in universum, vel ut singuli.*
18. *Universitas agrorum*, Stadt- oder Dorff-Fluhr, *quid?*
19. *Districtus universitatis certis limitibus sunt includendi.*
20. *Ad quod requiruntur jurati Agrimensores.*
21. *Descriptio universitatis agrorum*, das Fluhr-Buch, *debet rite fieri.*
22. *Romani formas agrorum tabulis æneis inscribebant.*

23. *Qui aliquid in eis mutaverat, L. Jul. Peculatus tenebatur.*
24. *Forma librorum Censualium quæ fuerit?*
25. *Quomodo descriptio agrorum,* das Fluhr-Buch, *hodie debeat fieri?*
26. *Ejus renovatio est necessaria.*
27. *Ichnographia agrorum in controversiis limitum valde utilis.*
28. *Limites agrorum frequenter sunt visitandi.*
29. *Ad visitationem agrorum quæ requirantur?*
30. *Territorium, jurisdictio & districtus agrorum universitatis quomodo differant?*
31. *Lapides terminales districtus & Territorii seu Jurisdictionis sunt diversi.*
32. *Moribus tamen multorum locorum jurisdictio terminatur finibus districtus.*
33. *Quod & in Venatione servatur.*
34. *Pascua includuntur finibus agrorum.*
35. *Hinc si vicinus jus pascendi in alieno districtu sibi vindicare velit, incumbit ei probatio.*
36. *Huba quid sit?*
37. *Mansus quid?*
38. *Pretium agrorum pro eorum fertilitate variat.*
39. *Ager optimus dicitur, qui fert fructum centuplum.*
40. *Agrorum fertilitas in Germania.*
41. *Florente Republica crescit pretium agrorum.*
42. *Bonitas agrorum est vel intrinseca vel extrinseca.*
43. *Agro vendito ad mensuram, ripæ fluminum & viæ publicæ non veniunt in mensura.*
44. *Vasallus si agrum a saxis & nemoribus purgaverit, finito Feudo impensas repetere potest.*
45. *An agrum in vineam redigere liceat?*
46. *Agrum contra feras sepimento munire prohibitum non est.*
47. *Ubi tamen nonnulli consensum Superioris requirunt.*
48. *Pœna de Jure Saxon. ejus qui arando partem vicini agri occupat.*
49. *De Jure Civili quid hac de re constitutum?*
50. *Numa inspectores agrorum constituit.*
51. *Hoc officium in Ducatu Wurtenbergico tenent* Feld-Stützler *dicti.*
52. *Solent itidem Custodes agrorum sive Camparii in quibusdam locis constitui.*
53. *Eorum Officium.*
54. *Damnorum Campestrium punitione & executione probatur jurisdictio.*
55. *Fructus agrorum dividuntur in frumenta & legumina.*
56. *Legumina quæ sint?*
57. *Frumenta quæ?*
58. *In taxatione Prædiorum quomodo frumentum æstimetur?*
59. *Frumenti copia utilis Reipublicæ, ideoque exportatio prohibenda.*
60. *An lex vel statutum de non exportando frumento ferri possit?*
61. *An talis lex justa sit & obliget?*
62. *Quid tali casu frumenti nomine veniat?*
63. *An & farina?*
64. *An panem exportare liceat?*
65. *Item an hordeum & avenam?*
66. *Ut & Milium, Panicum & Oryzam.*
67. *Legumina hac lege vel statuto non continentur.*
68. *Certa frumenti taxa Reipublicæ necessaria.*
69. *Quodnam justum taxationis pretium?*
70. *An Princeps præcise teneatur justum frumenti pretium constituere?*
71. *An possit eam taxam imponere quæ, fuit tempore abundantiæ.*
72. *Res, quæ in agris relinquebantur apud Hebræos veteres.*

1 AGer teste Varrone ab agendo
nomen accepit, quia semper
aliud in eo fructus capiendi causa
2 fit, & agitur, estque omnis locus ad culturam aptus, modo sit sine villa; quod
enim in urbe est area, id extra urbem est
3 ager. Et sub se continet arvum, arbustum, vinetum, plantarium, pomaria, oliveta, salicta, loca venatoria, alvearia,
aucupatoria, piscinam, vivaria, Vall. *6. Eleg. c. 41.* Referuntur a Grotio *de Jur. P. & Bell. L. 2. c. 3. §. 16.* tria agrorum genera; Docent nos (*inquit*) mensores tria esse agrorum genera, Divisum & assi-
gnatum, quem limitatum vocat JCtus 4
Florentinus *l. 16. ff. de A. R. D.* quia ma-
nufactos limites pro finibus habet. Assi- 5
gnatum per universitatem sive mensura
compre-

comprehensum, puta per centurias &
6 jugera. Et arcifinium, qui inde dictus
docente Varrone, quod fines habeat ar-
cendis hostibus idoneos i. e. naturales, ut
sunt flumina & montes, qui etiam agri
occupatorii dicuntur. Quales fines
etiam Germania nostra agnoscit; sic
etiam Tacitus de ea commemorat *c. 1. de
Morib. German. n. 1.* Germania a Sarma-
tis mutuo metu & montibus separatur.
Et hanc agrorum speciem in dubio præ-
sumi in Rebus Publicis tradit Pufendorf.
7 *de jur. Nat. & G. L. 4. c. 7. §. 11.* Deinde
dantur & aliæ species agrorum, ut est ager
purus, qui neque sacer, neque sanctus,
neque religiosus est, sed ab omnibus hu-
jusmodi nominibus vacare videtur, *l. 2.
§. 4. ff. de Rel. & sumt. fun.* & hic opponi-
tur monumento, quod innuit *l. 9. C. d. t.*
8 Porro est ager novalis, qui est terra præ-
scissa, quæ anno cessavit, *Brach-Feld*, prout
describitur *in l. 30. §. 2. ff. de V. S.* Vall. *L. 6.
Eleg. c. 42.* Sequitur ager restibilis, qui re-
stituitur & reseritur quotannis. Varro
9 *L. 4. de Ling. Lat.* Occurrit etiam ager
subsecivus, qui assignari propter incom-
moditatem non poterat, Calvin. *in Lex.*
10 *sub hac voce.* Datur quoque ager allu-
vius, quem paulatim fluvius in agrum re-
digit, sive qui alluvione factus est. Cal-
11 vin. *d. l.* Deinde est ager farrarius, qui
fruges producit, far enim apud veteres de
omnibus frugibus dicebatur. *arg. l. 58. ff.*
12 *de Usufr.* Arvus autem ager describitur,
quod sit locus qui aratus, nondum satus
13 est. Varro *L. 1. de Re Rust. c. 24.* Ager
tutelatus est, unde ligna in reparationem
publicorum vel mœnium vel balneorum
distrahebantur. Dn. Stryck. *Dissert. de Agris
desert. C. 1. n. 13. seqq.*
14 Antiqui autem mensuras agrorum nor-
malibus longitudinibus, ut scribit Hyge-
nus, id est, limitibus includere consueve-
runt, primum duos limites maximos con-
stituerunt; unum, qui ab Oriente in
Occidentem dirigeret, hunc appellarunt
Duodecimanum, ideo quod inprimis ab
eo terra tota metienda in duas dividere-
tur partes; Decumanus postea dictus est.
Alterum a Meridiano ad Septentrionem;
quem Cardinem nominaverunt a mundi
cardine, cui in terra responderet. Reli-
quos limites fecerunt angustiores, & qui
spectabant in Orientem, Prorsos, qui ad
Meridiem, Transversos appellaverunt.
Omnis ergo hujus directionis longitudo
rationalis Limes est appellatus. Fuerunt
aliæ limitum denominationes; sed de dua-
bus sufficiet dicere. Alii dicti Actuarii,
alii Linearii. Actuarius est limes, qui pri-
mus actus est ab eo quintus quisque, quem
si numeres cum primo, sextus erit. Quo-
niam sex limites claudunt quinque Cen-
turias: reliqui medii limites Linearii ap-
pellati sunt, ab Italis proprio nomine Sub-
runcivi. Decumano maximo latitudo fuit
ex Divi Augusti constitutione pedum 40.
Cardini maximo 20. Actuariis autem pe-
dum 8. Quæ latitudo non solum men-
suræ, sed & publici itineris causa data est.
Unde Flaccus scripsit: Limites in Agris
Divisis & Assignatis pervios semper opor-
tuisse tam itineribus quam mensuris agen-
dis. Aymus *de jur. Alluvion. Lib. 1. c. 17.
n. 33. seqq.* Ut autem clarius hæc ad oculum
pateant, schema hujus rei ex doctissimi Wil-
helmi Gœsii *antiquit. agrar. p. 120.* subji-
cere visum in ænea *Tab. II.*

Sulcus vero in agris dicebatur versus a 15
fronte seu capite ad finem perductus, *eine
Furche.* Columell. *Lib. 2. Cap. 2.* Sed neque
in media parte versus consistat, detque re-
quiem in summa, Plin. *L. 18. c. 19.* in arando
versum peragi oportet, non strigare in actu
sæpius. Hinc in Militia quoque versus
die Reige dicitur ordo, qui directo a fronte
in tergum pertinet. Nam qui a latere ad
latus dirigitur, Jugum *das Glied* dicitur, ut
ex Æliano discimus. Buchn. *ad voc. versus
verb. grat.*

Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
	e	e	e	e	e	
Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
	d	d	d	d	d	
Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
Jugum	c	c	c	c	c	
Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
Jugum	b	b	b	b	b	Jugum
	o	o	o	o	o	
Jugum	a	a	a	a	a	Jugum

17 Conſiderantur autem agri vel in uni-
18 verſum, vel ut ſinguli; In univerſum conſiderati, nihil aliud ſunt quam *eine Stadt- oder Dorff-Fluhr*, qui eſt diſtrictus vel univerſitas agrorum, intra fines civitatis vel pagi, jurisdictione munita, vid. *l. 239. §. 8. d. V. S.* Quo ſenſu apud Livium ſæpe legitur, Samnitium agrum devaſtatum; Samnites agrum Romanum ingreſſos, Annibalem Capuanum agrum occupaſſe. Non tantum enim Civitates & oppida ſuos habent agrorum diſtrictus, *ihre gewiſſe Fluhr und Bezircke*, verum & Pagi, imo interdum etiam Prædia. Dicitur vero *Fluhr* quandoque etiam *Weichbild*, unde Wehner. *Obſ. Pract. h. verb. ait: Weichbild* idem eſt quod *Fluhr, Marck, Zwing, Bann;* videtur autem vox *Weichbild* ſæpius prædicari *von Stadt-Fluhren*, rarius *von Dorff-Fluhren;* quamvis hæc vox varias habeat ſignificationes. Gryph. *tract. de Weichbild. Sax. c. 1.*

19 Ut vero agrorum hujus vel illius Univerſitatis clauſura ac diſterminatio recte fiat: Neceſſe eſt, ut a vicinis certis limitibus diſtinguatur, unde etiam Superior Magiſtratus civibus ac ſubditis ſuis injungere poteſt, ut diſtrictus cujusque certis terminis & limitibus claudatur. Vid. Ordinat. Provinc. Magdeburg. *cap. 32.* Ordinat. Saxo-Gothana *P. 3. c. 3. tit. 25.* ubi ita cavetur: *So ordnen Wir, daß man zuförderſt alle und iede Fluhren, welche zuvorhero etwan noch nicht vereinet, verſteinet, oder vermachet ſeyn, an Feldern Wieſen und Gehöltzen nochmals in Beyſeyn beyderſeits Nachbarn, und mit Vorwiſſen dero Gerichts-Herren förderlichſt durch die geſchworne Stein-Setzer, deren iedes Orts zween zu wehlen, verſteinen und vermaalen, auch zu ſolchem Verreinen beyde Theile den Platz geben, und die Steine auf gleiche Unko-
20 ſten verſchaffen.* Requiruntur porro ad diſtrictum cujusdam Civitatis vel pagi recte deſcribendum, ut ejus quantitas per juratos Agrimenſores inquiratur & delineetur.
21 Dein etiam, ut nomen hujus vel illius agri poſſeſſoris, & an civis, incola aut extraneus ſit, notetur. Iſta deſcriptio Univerſitatis agrorum dicitur *Fluhr-Buch*, maximeque neceſſaria eſt, ſi dominium vel poſſeſſio hujus vel illius agri a vicino vel alio dubia reddatur, tunc ex inſpectione tabularum conſtare poteſt, quis olim domi-
22 nus vel poſſeſſor ejus fuerit. Hinc Romani agrorum adſignatorum limitatorumque formas, modum cujusque centuriæ ac limitum complectentes, æneis tabulis ad æternitatem fixis, tollendæ in poſterum omnis controverſiæ cauſa, inſcribere ſolebant. Siculus Flaccus *Lib. 1. de condit. agror.* Alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typon, quod, ut ſupra diximus, una res eſt forma. Higenus *lib. 1. de limit.* Omnes ſignificationes, *ait*, & formas æneis tabulis inſcribemus. Data, aſſignata, conceſſa, excepta, reddita, commutata pro ſuo veteri poſſeſſore. Ex his enim tabulis controverſiæ de agrorum modo finibusque decidebantur. Et 23
qui tabulam æneam legis formamve agrorum continentem refixerit, vel quid inde immutaverit, lege Julia peculatus tenebatur. *l. 8. ff. ad leg. Jul. Pecul.* Briſſon. *in ſelect. antiq. L. 4. c. 5.* Conveniunt 24
autem iſti libri vel tabulæ cum forma Cenſuali, de qua *lex 4. princ. ff. de Cenſib.* ubi JCtus ait: Forma cenſuali ita cavetur, ut agri ſic in cenſum referantur. Nomen fundi cujusque, & in qua Civitate, & quo pago ſit, & quos duos proximos vicinos habeat, quot jugerum ſit &c. Plenius autem formam ejus deſcribit 25
D. a Seckendorff *in addit. des teutſchen Fürſten-Staats p. 46.* ubi ait: *Die gemeine Art iſt, daß ſolche Fluhr-Bücher eben wie die Lehn- oder Erb-Bücher, pflegen gemacht zu ſeyn, nemlich es ſtehet eines Einwohners Namen nach dem andern darinnen, und bey iedem iſt zu finden, was er vor Güther habe, wie viel Hufen, Acker oder Morgen, neben wem ſie liegen, wem ſie Lehn- oder gültbar ſind, und dergleichen.* Et quia poſſeſſores & domi- 26
nia agrorum quotidie mutantur, neceſſarium eſt, ut ejusmodi tabulæ quandoque renoventur. Ad vitandam hanc confuſionem tale Conſilium ſuppeditat prælaudatus Dn. a Seckendorff. *citat. loc.* *Es gehet aber der Vorſchlag ingemein und hauptſächlich dahin, man ſolle die Fluhr oder Marckung nach ihrer natürlichen unveränderlichen Gelegenheit, und nach Acker und Ruthen-Maaß, nicht aber nach bloſſer Ordnung der Perſonen oder Namen der Jnwohner und Beſitzer beſchreiben, auch die Aecker oder Morgen alle mit einem gewiſſen* numero *in der Beſchrei-* 27
bung bemercken, und wo möglich, einen Grund-Riß verfertigen, qualis Ichnographia in controverſiis limitum valde eſt neceſſaria. Ad præcavendam etiam 28

incer-

incertitudinem tam agrorum quam limi-
tum utile est frequentius agros ac limites
districtus inspici & visitari, quod etiam in
multis locis, a Magistratu Superiore sub
certa pœna subditis injungitur. Vid.
Ordin. Prov. Magdeburg. *c. 32.* Item
Ordin. Provinc. Saxo-Gothan. *P. 2. c. 3.*
29 *Tit. 25.* Ut vero visitatio & inspectio ter-
minorum recte instituatur, fieri debet
1) Publica Magistratus, cui jurisdictio in
districto competit, autoritate. 2) In
præsentia vicinorum. 3) Adhibitis Agri-
mensoribus Publicis, vel ab utraque parte
electis. 4) Actusque inspectionis vel vi-
sitationis diligenter annotandus, ac libro
publico, *dem Fluhr- und Gräntz-Buche*
30 inserendus. Præterea quamvis Territo-
rium, jurisdictio & districtus agrorum
universitatis diversa sint, sicuti & lapides
terminales Civitatis alicujus, districtum
31 & bannum, sive ut vocant, Marcam divi-
dentes *Fluhr-Steine*, diversi sint a lapidi-
bus territorialibus & jurisdictionis, *Land-
Gräntzen und Gerichts-Steine.* Otting.
32 *de Finibus L. 1. C. 2. n. 9.* Nihilominus
tamen juxta multorum locorum mores
jurisdictio fere terminatur finibus distri-
ctus. Quicquid igitur intra fines desi-
gnatur, illi territorio ac finibus velut sepi-
mento inclusum dicitur, & jurisdictioni
quoque suppositum esse censetur. Knich.
33 *de sublim. Territ. Jur. c. 3. n. 93.* A
jurisdictione plerumque dependent etiam
venationes, quæ jurisdictionis fructus
dicuntur, Klock. *Cons. 29. n. 60. & 62.*
nisi aliud publica sanctione vel consuetu-
34 dine introductum sit. Similiter pascua
publica Civitatis vel pagi ordinarie ac
regulariter finibus agrorum universitatis
includuntur, ac præsumtio juris est, *daß
die Trifft und Weide sich weiter nicht
denn bis zu Ende des Fluhrs erstrecke.*
35 Quando igitur vicinus ultra terminos di-
strictus sui pascendi jus sibi in alieno di-
strictu vendicare velit, ut quandoque vel
propter ignorantiam finium, vel ex dolo
& malitia fieri solet, tunc probatio vi-
cino incumbit pascuorum fines latiores
esse limitibus *des Fluhrs.* Probari autem
potest vel per lapides, *durch die Weyde
und Huth-Steine,* jus agendi & pascendi
jumenta connotantes, si ultra lapides ter-
minales positi reperiantur, vel per lon-
gissimi temporis usum ac quietam posses-
sionem, vel aliis modis. Dn. Fritsch.
36 *de Districtu Univers. c. 1. & seqq.* Distin-
guuntur in hisce Regionibus Districtus
agrorum Universitatis *die Fluhren* ple-
rumque in Hubas, Huba vero vel Hoba
etiam certam agrorum quantitatem sub
se continet, & iterum distinguitur in
jugera, *in Acker oder Morgen,* jugerum
vero est mensura agrestis, quæ pro varie-
tate locorum 120, 200. vel etiam 300.
perticas quadratas (quarum una 15. vel 16.
pedes longa) continet, una Huba vero
15. 20. 30. jugera sub se comprehendit,
jugerum autem talis ruris modus, qui uno
jugo boum in die exarari potest. Plin.
L. 18. c. 3. In largitione quadam Ar-
nulphi Imperatoris Hobæ duæ accipiun-
tur instar fundi seu prædii, Knichen.
*de vestit. Pact. P. 2. C. 3. n. 35. Vid. Lib. 1.
cap. 2.* hujus tract. Sic mansus etiam in 37
diplomatibus vetustis pro agro certi modi
seu mensuræ sumitur, aliquando fundus
est, qui duobus bobus ad laborandum
sufficit: Ortum esse hoc vocabulum
Zasius tradit a Germanico *Mans-Mat,*
quod in quibusdam locis prata dimensa
significat. In Gallia pro prædio rustico,
unde quis se & familiam suam tueri satis
commode potest, ac præter ea censum
& vectigal Domino referre. Bengeus &
Pinson. *de Benef. Eccles. Tit. de Dot.
Constitut. §. 1. n. 31.*

In emtione agrorum pretia eorum dif- 38
ferunt, quæ pro fertilitate mirum in mo-
dum inter se variant, hinc in regione
fertili carius venduntur, quam sterili.
Agrum optimum esse, qui fert fructum 39
centuplum, constat *Luc. 8.* quippe quem
Beda perfectum vocat, quia denarius in
se multiplicatus centenarium producit.
Beust. *Dom. Sexag.* Meminit & frumenti
cujusdam Isid. *Lib. 17. c. 3.* quod ideo cen-
tenum dictum, quia incrementum cente-
simum profert. Ita Isaac, in terra Palæ-
stina serens, fructum centuplum retulit
Genes. 26, 12. De regione Babylonis
admodum ferace scribit Herodotus *Lib. 1.*
quod nusquam non ad ducenta reddat.
Ubi autem bonitate sese ipsa vincit,
etiam ad tricena. In Germania optimus 40
ager non plus duodenis communiter fru-
ctus fert. Later. *de Consil. lib. 3. c. 6. n. 69.*
Quamvis nonnunquam in Thuringia,
quæ bonitate soli egregia est, agri trice-
simos & plures referant. Cure. *in Annal.
Siles. Part. 2. Tit. de Ubert. Siles.* Sicut 41
autem diversitas locorum secundum eorum
bonitatem pretia agrorum variat, ita
etiam in florentibus Regionibus caræ sunt

poſſeſſiones, in miſeris & deſolatis viles. Ariſt. 5. *Polit. 6.* Tempore pacis, ait, creſcit æſtimatio agrorum, qui belli tempore quaſi pro derelictis habentur. Ita ſub Auguſto Cæſare agri pretioſi fuerunt. Svet. *c. 41.* Quia ſcilicet ſub illo Imperium florentiſſimum fuit. Flor. *L. 1. c. 1.* & *ult.* Ut ſignum ſit publicæ opulentiæ, ubi agri ſunt in precio, vilitas vero paupertatis indicium. Gryph. *in Oecon. Leg.*
42 *Lib. 1. c. 6. n. 51.* Valor igitur agrorum dupliciter conſideratur, vel a bonitate intrinſeca, vel ab extrinſeca, ut ſi forte ager ſit vicinus, aut habeat bonos vicinos, quæ dicitur extrinſeca bonitas, augetur pretium agrorum. Sichardus *ad l.*
43 *Si vero reditum. C. de Donat.* Si ager venditus ſit ad menſuram, tum ripæ fluminum & viæ publicæ non menſurabuntur, quæ enim ſunt intra fines, & non ſunt talis qualitatis & rationis, quanquam contractus accedat, non veniunt in menſura, & erunt gratuita. *Arg. l. Id quod. ff. de peric. & com. rei vend.* Par. de Puteo
44 *de Redintegr. Feud. c. 93.* Si ager ita fuerit ſaxoſus, ut propter ſaxa coli non potuerit, & Vaſallus ſaxa levari vel ejici curaverit, aut nemora, quæ ibi erant, exſtirpaverit, finito vel omiſſo feudo citra culpam vel delictum, illum meliorationis impenſas repetere poſſe certum eſt, tum *per textus l. 39. ff. de hæred. petit. ibique Gloſſ. l. 3. ff. de Impenſ. in res dotal. fact.* Tum quia per illas impenſas & rei qualitas mutatur, & bonitas augetur, perpetuaque utilitas conciliatur. Illæ autem impenſæ, quæ feudo finito durant, perpetuamque utilitatem reſpiciunt, repeti poſſunt. Dn. Stryck. *in Exam. Jur. Feud.*
45 *C. 23. qu. 19.* Agrum in vineam redigere privato pro lubitu non licet, cum hac ratione publicum facile inopia frumenti laborare poſſet. In Ducatu Würtenbergico hac de re conſtitutum, ut hoc non niſi conſulto demum Principe fiat, ſi autem hoc quis proprio motu fecerit, quod tunc pœnam 10. fl. incurrat. Vid. *Lands-Ordnung des Hertzogthums Würtenberg, Tit. Mit was fürohin neue Wein-Garten gereutet werden ſollen. §. 1. & 2.*
46 Contra feras tamen agrum, ne ſegeti noceant, ſepimento munire prohibitum non eſt, etſi hoc modo Dominis, qui jus venandi habent, noceatur, tum quia ædificandi libertas regulariter jure gentium cuilibet libera eſſe debet, *l. 8. & ibi DD. C. de Serv. & aqua.* tum quod quilibet ſit rerum ſuarum moderator & arbiter. *l. in re mandat. C. Mandat.* Rauchbar. *P. 2. quæſt. 27. n. 20.*

Quod tamen nonnulli limitant, ut 47
fiat cum conſenſu Superioris, cui Jus Foreſti ac venationis competit. Ordin. Foreſt. Hohenloica *Tit. II.* ubi *von Verzäunung der Güther* hæc leguntur: *Dieweil unſere Vor-Eltern den armen Unterthanen zugelaſſen, ihre erbauete Güther zu verzäunen, zu vergraben und zu verhägen, ſo wollen wir ihnen ebenmäßig gnädiglich zugeben und vergönnen, daß ein ieder ſeine Felder, Aecker, Wein-Gärten und Wieſen zum beſten vergraben und verhägen möge, doch daß dieſelben nicht alſo gemacht, daß damit das Wildpret gefangen oder beſchädiget werde, ſonderlich aber ſollen diejenigen, ſo ihre Güther mit Zaun-Stecken vermachen wollen, dieſelben zum wenigſten ſechs oder ſieben Schuh hoch, aber nicht ſpitzig machen, oder Lücken darinn laſſen, oder ſonſten alſo machen, wenn das Wildpret dadurch, oder hinüber ſpringet, daß es folgends gefangen, geſtacht, oder todt geſchlagen werden möge, derohalben auch ein ſolcher ſich zuförderſt bey unſern Forſt-Meiſtern oder Forſt-Knechten Beſcheids erholen, wie er ſolchen Zaun ſetzen oder machen, den er auch hernach beſichtiget, und da er befunden würde, daß er des Wildprets halber ſchädlich oder gefährlich geſetzet, ſoches abſchaffen ſolte, wo ſichs denn fügete, daß ein Wildpret in einen Zaun-Stecken ſpringt, oder ſonſt in andre Wege beſchädiget, oder niederliegen würde, ſo ſoll daſſelbe iederzeit unſerm Forſt-Meiſter und Forſt-Knechten angezeiget werden, und ſolches von der Wahlſtatt nicht hinweg gethan werden, ſie haben es denn geſehen, damit ein iedweder beſchwerlichen Verdachts halber geſichert ſey.* Hiſce add. Noë Meurer. *Tract. vom Jagd-und Forſt-Recht. P. 2. rubr. wie die Zäune zu Beſchützung der Früchte und Bau-Güther wider das Wildpret zu machen,* ubi ita ſcribit: *Dieſe Frage iſt zu beyden Theil faſt diſputirlich, und alſo beſchaffen, daß mir was endliches darinnen zu decidiren beſchwerlich. Denn erſtlich iſt es* Juris, *und ſagen die Rechte, daß ein ieder ſich desjenigen nach ſeinen guten Willen gebrauchen, ſein Eigenthum erhalten und beſſern möge, l. 21. C. mandat. ſie auch ſolches, wie dann ein ieder, ſo ein Erb-Beſtändniß zu thun ſchuldig. arg. d. t. l. de jur. Emphyt. ſo trifft es auch den gemeinen Nutzen an,*

an, wo man ob den Früchten und den Bau-Leuten hält, denn durch solch wachsen die Nahrung der Menschen erhalten wird; hinwiederum mag auch der Forst-Herr sich lassen in viel Wege beschweren und sagen, wenn die Bau-Güther so gar vermacht, daß das Wildpret seine Nahrung nicht mehr haben möge; item, *es trägt sich auch zu, daß die Bau-Leute die Zäune vorsetzlich oben spitzen, darauf Rube-Laub und anders legen, der Ursachen, daß das Wildpret darnach springet, sich also selber steche und umbringe, so macht man etwan zwischen den Zäunen Lücken, verhütet und fahet also das Wildpret, so es bey Nacht hineingehet. Wie nun der Sachen zu helffen, oder hierinnen ein gut Mittel zu finden, wäre vielleicht zuförderst darauf zu sehen, ob ein liegend Guth vor Alters erbauet worden oder nicht; Dann, ist es verzäunet Guth gewesen, soll es billig noch bey dem alten Herkommen bleiben und gelassen werden; wenn aber ein Guth nie verzäunet worden, sondern im freyen Felde und zu seiner Zeit in der gemeinen Weyde gelegen, so wäre drum* a simili *zu schlüssen, daß wie keiner zu Schmählerung der gemeinen Weide ihm selber ein Guth beschliessen, mit einem Zaun zum Garten-Recht machen könnte, daß auch also dem Wildpret seine Nahrung nicht zu nehmen; gesetzet aber, daß gleich vor Alters ein Feld-oder Acker nicht verzäunet gewesen, so sage ich doch, und halte davor, daß die Gerechtigkeit des Jagens wie eine iede andere Servitut nicht zum Uberfluß, sondern Nothdurfft zu verstehen.* l. ergo in fin. de servit. rust. præd. *wollen sich nun die Herren ihres Gewissenss erinnern, so ist nicht vonnöthen, daß sie also Hauffen- und Heerde-weise ihre wilde Kühe hegen, sondern es ist genug, daß sie sich zu ihrer Lust an weniger Wildprets genügen lassen, denn also daraus folgen wird, daß des Wildprets seine bessere Nahrung ohne des Armen Schaden wohl in denen Wäldern zu finden, und die Früchte denen Armen und gemeinen Nutz, welcher sonderer Personen Nutz in alle Wege vorzusetzen,* l. utilitas. C. de primipilo Lib. 12. *mögen erhalten werden. Hinwiederum wo die Bau-Leute und Unterthanen gefährlich, wie oben gemeldet, handeln, die Zaun-Stecken-Spitzen erhöhen, das Wildpret ätzen und stellen wollen, hierinnen wird ein ieder Forst-Herr den Ubertreter selber nach Gestalt der Sachen wol zu strafen wissen, und nicht von eines wegen das ein gantz Dorff und Gemeinde entgelten lassen. So ist auch dieses hierinn ein Mittel, daß die Bau-Leute etlicher massen hegen, und ziemliche Zäune machen, die Felder nicht gar offen lassen, zu dem mögen sie etwan das Wildpret nach Gelegenheit mit Scheuchen und kleinen Hunden vertreiben, oder durch ihre Bestellte verwahren und verhüten lassen. Beschlüßlich aber gebe ich diesen Punct, als den Armen zum höchsten beschwerlich, iedem Forst-Herrn selbst auf sein Gewissen, sich also hierinnen zu halten, wie er das gegen GOtt getraue zu verantworten, und daß die armen Unterthanen dennoch auch bleiben können.* Hactenus Meurer. *d. l.* videatur etiam *Churfürstl. Sächsische Landes-Ordnung, de Anno 1573. tit. Abscheuchung des Wildprets vom Geträydig,* ubi ita cavetur: *Nachdem dieß Articuls halber von Unserer Regierung mancherley Klagens vorgefallen, und noch, so haben Wir den Leuten, so innerhalb und an Unser Wild-Bahne gesessen, gnädiglich nachgelassen, daß sie mit kleinen Hunden, die nicht Jagd-Hunde seyn, das Wildpret abscheuchen, und thun Uns dazu gnädiglich erbiethen, welcher hierüber vom Wildpret beschädiget, und Uns solches anzeigen und bescheinen wird, daß VVir Uns gegen denselben gnädiglich erzeigen wollen.*

Jure Saxonico is, qui arando vicini agrum dolo occupat, vel sibi aliquam partem vendicat, solum punitur in tribus solidis, & viciſſim agrum & partem, quam arando sic occupavit, ei restituere tenetur. *Lib. 3. Art. 86.* 48

A quo differt jus commune, ubi pœna dupli in hoc est constituta, quia non solum restituere tenetur id, quod sic arando occupavit, sed tantundem de proprio. *l. si constiterit. 4. C. finium regundor.* 49

Ne etiam agri magno Reipublicæ detrimento inculti relinquerentur, Romæ Numa Pompilius Inspectores constituit, qui agros circuirent, & tam bene quam male cultos in tabella notatos ad Regem deferrent, a quo diligentes laudabantur, segnes coloni objurgabantur, mulctaque ad agros melius colendos accendebantur, Halicarn. *Lib. 2.* quod munus postea ad censores transiit, qui otiosos observabant & ab iis victus rationem exigebant. Lauterb. 50

terb. *l. 1. c. 7. & lib. 4. c. 3.* quod si hodie contra otiosos observaretur, multis consuleretur, ne vel palam clanculumve ad cessiones bonorum prolaberentur, Gryph. *in Oecon. Leg. Lib. 2. c. 19. n. 27.*

51 Simile in Ducatu Würtenbergico officium gerunt *die Feld-Stützler*, qui ad id sunt constituti, ut provideant, ne agri, horti, vineæ male colantur. Ordin. polit. Würtenberg. *Tit. von Feld-Stützlern*, Wehner. *ad hanc vocem.*

52 Cum vero agrorum fructus rapacitati hominum pateant, in quibusdam locis certi camparii vel agrorum custodes solent constitui, quos *Fluhr- oder Feld-Schützen* appellant. Ordin. Saxo-Gothan. *P. 2. c. 3. tit. 27.* ubi ita disponitur: *Dieweil die Feld- und Garten-Dieberey fast gemein ist, und niemand das Seinige allda behalten kan, auch durch Wiesen, Aecker und Gärten unnöthiger Weise ungebührliche Wege gemachet werden, aber billig dahin zu sehen ist, wie daß denselben Stehlen und schädlichen Beginnen aufs beste gesteuret und ieder bey dem Seinigen erhalten werden möge: Als wollen Wir, daß man bey allen Städten, Flecken und Dörffern unserer Fürstenthüme und Lande darauf bedacht sey, damit ein oder mehr geschworne Schützen geordnet werden.*

53 Eorum officium præcipuum est 1) Cognitionem habere limitum ac agrorum. 2) Vigilanter præcavere, ne interdiu vel noctu in agris furta committantur. 3) Ne quis præter necessitatem per alterius agrum eat vel agat, damnaque fructibus inferat. Ut in re illicita deprehensos pignoret, ac magistratui, cujus jurisdictioni agri isti subjacent, pignora offerat, ut in factum inquirere, ac delictum punire possit. vid. dict. ordinatio *citat. loc.* ibi: *Die Fluhr-Schützen sollen bey Antretung ihrer Dienste ernstlich befehliget werden, auf solche Feld- und Garten-Diebe und diejenigen, die sonsten in Feldern Schaden thun, zu Tag und Nacht gute Aufsicht zu haben, und niemand hierinnen nachzusehen, sondern diejenigen, welche über der That betreten werden, alsobalden zu pfänden, und die Pfände zum Wahrzeichen in die Gerichte, alldar ihnen hingegen zu ihrer Pfand Gebühr geholffen werden soll, nebst umständlichen Bericht, wie es um den verübten Diebstahl oder Schaden be-*
54 *wandt, einzulieffern.* Notandum denique, damnorum campestrium punitione & executione ex parte exigentis & imponentis doceri jurisdictionem. Knichen *de sublimi territ. jur. C. 3. n. 369. & c. 4. n. 633.* Besold. *Thes. Pract.* verb. *Hirten-Staab.*

Præcipua denique emolumenta agro- 55
rum sunt fructus, qui dividuntur in duo genera, legumina scil. & frumenta. Le- 56
gumina sunt, quæ siliqua continentur, Germ. *Hülsen-Früchte*; Et ad ea referuntur 1) Pisum, *Erbsen*, 2) Cicer vel Erebinthus, *Ziesser Erbsen*, 3) Phasiolus, *Faseln oder Welsche Bohnen*, 4) Faba, *gemeine Bohnen*, 5) Lupinus, *Feige-Bohnen*, 6) Ervum, *Erven*, 7) Lens, *Linsen*, 8.) Vicia, *Wicken*, Vid. Tabernæmontani, *Kräuter-Buch*, *L. 2. Sect. 4.*

Frumenta *Korn-Früchte oder Getreyde* 57
sunt omnes fruges quæ granum habent, inter quas primas tenet triticum *der Weitzen*, quod quandoque in jure nostro solum frumenti nomine venit, *l. 50. §. fin. ff. Mandat. l. 11. C. de suscept.* & tunc reliquis speciebus, & maxime hordeo contradistingui solet. Wissenb. *ad. l. 77. ff. de V. S.* Sequitur 2) Hordeum, *Gersten*, 3) Secale, aliis Briza vel Farrago, *Rocken*, 4) Zea Columellæ ador vel semen adoreum, Accursio *ad l. 94. de V. obl.* spelta, *Speltz- oder Dünckel-Korn.* 5) Avena, *Hafer*, per quam tamen non intellige avenam sylvestrem, *den wilden Hafer*, quæ per se succrescit, non seritur, & a Plinio *lib. 18. c. 17.* inter vitia frumenti refertur, cujus etiam meminit JCtus *in l. 27. §. 14. ff. ad L. Aquil.* Hering. *de Molend. quæst. 55. n. 21.* add. Gothofr. *ad d. l. 27. §. 14. Lit. A.* 6) Milium, *Hirsen*, & 7) Panicum, *Pfenich oder Fuchs-Schwantz*, expresse a Plinio *lib. 18. c. 7.* frumentis accensita, dum nullum frumentum ponderosius esse, aut quod coquendo magis crescat, quam milium & panicum, asserit. 8) Oriza vel Pisum, *Reiß*, quamvis & hæc species a pluribus inter legumina relata sit. Tabernæmont. *im Kräuter-Buch. Lib. 1. sect. 7. c. 26.* 9) Papaver, *Mon- oder Mäy-Saamen*, conf. Stuckii *Antiquit. Convival. Lib. 2. f. 166.* 10) Sesama, *Lein-Dotter*, de qua ita Plinius disserit: Omnium satorum fructus aut spicis continetur, ut tritici, hordei, muniturque vallo aristarum quadruplici, aut includitur siliquis, ut leguminum, aut vasculis, ut sesamæ & papaveris. Milium ac panicum tantum pro inclusis & parvis avibus exposita sunt, indefensa quippe membranis continentur.

Distin-

Distinguitur etiam moribus nostris frumentum in durius & mollius, *in hart und weich Geträydig.* Wehn. *in Obs. pract. pag. 165. 166. hart Geträydig* continet triticum, siliginem, hordeum & ciceres; *weich Korn* comprehendit avenam. Hinc in taxatione prædii alicujus *in dem Anschlag eines Guths*, in singulos modios tritici, siliginis, hordei & cicerum *hartes Geträyds* annuatim quinque thaleri & 6. argentei computantur; Viginti quatuor modiorum ad æstimationem relatorum pretium est 150. Joachimicorum. At pro tot modiis avenæ, vulgo *weich Korn oder Geträydig*, dimidia pars 75. Joachimicorum æstimantur.

59 Cum & ad vitam conservandam si ulla res necessario requiritur, sane de frumento quam maxime id dicendum erit. Panem enim si hominibus adimas, proh quanta miseria inde orietur, cum dimidia fere victualium pars tunc videatur esse ablata; Curabit itaque bonus Princeps, ut frumenti copia in provincia quam regit, deprehendatur, caritasque annonæ sollicite evitetur, quæ quidem ex variis causis, præcipue vero per exportationem & venditionem ad quosvis nascitur. Exportationem vero avertat Princeps tum privative coëmendo publice abundantem frumenti copiam, tum positive, legem de prohibita ejus exportatione ferendo. Marquard. *de Jur. Mercat. L. 4. c. 7. n. 41.*

60 Ubi initio quæritur: An & Magistratus municipalis statutum de non exportando frumento condere possit? Quod omnino affirmandum videtur, quoniam tum Princeps ipsi potestatem disponendi de rebus ad communem municipii utilitatem spectantibus concessit, etiam de hoc statuto condendo, quatenus per id publica utilitas procuratur, potestatem dedisse videtur. Ampliamus dicta, ut tale statutum ne quidem expressa Principis approbatione opus habeat, quia administrationem bonorum communium, non vero decisionem causarum forensium concernit. Brunnem. *Repetit. paratit.* Wesenb. *ad tit. de LL. qu. 6. & in comm. ad l. 9. ff. de J. & J. n. 2.* conf. Hect. Capyc. Latro *consult. 67.*

61 *n. 7. & 8.* Quicquid hujus sit, sive Princeps, sive alius quidam Magistratus similem legem ferat, an ea justa sit & obiliget? porro disquiritur; pro negativa illud affertur, quod per eam videatur fraus fieri juri Gentium, juxta quod commerciorum usus liber esse debet. At per hanc prohibitionem Monopolium quoddam injustum induci, adeoque & tale statutum justitia destitui. Respondet ad hanc objectionem Knichen *de Jure subl. territ. c. 4. n. 364. seqq.* procedere dicta de libertate commerciorum, quod nimirum venditionem ac emtorem rerum venalium turbare non debeamus, si abundantia rerum dominetur, non vero si penuria earum laboremus &c. Quæ responsio ad Magistratum municipalem accommodata tolerari forte possit. Hic enim non pro lubitu potestatem statuta condendi a Principe accepisse præsumitur, sed pro utilitate tantum municipii, quæ non videtur urgere talem legem, si abundantia frumenti adsit, quamvis & hoc in casu dici possit, prudentis magistratus esse, ut utilitati civitatis suæ non tantum de præsenti, sed & in futurum per hoc statutum prospiciat. At quod Principem concernit, certe ex aliis principiis hæc lis dirimenda esse videtur; Princeps enim similem exportationem etiam in maxime abundanti frumenti copia juste prohibere poterit. Quemadmodum enim cuilibet liberum est statuere quid acquirere velit, vel non, adeoque ego tertium cogere non possum, ut res meas emat, quibus ego abundo, & ipse iis opus habet: vid. Grot. *de jure B. & P. lib. 2. cap. 2. §. 20.* ita ex natura relatorum nec alter me adigere poterit, ut ipsi res meas, quibus ipse indiget, ego vero abundo, vendam. vid. Dn. Ziegler. *in not. ad. d. Grot. cap. §. 19.* conf. & Henniges *ibid.* qui & ipse prohibitionem venditionis frumentariæ ad tempus penuriæ cum Grotio restringit, sed, cum quilibet sit justus rerum suarum moderator & arbiter, & in hoc casu potestas mihi relinquetur statuendi, quid ex abundantia mea alteri vendere velim, vel non. Quod si itaque Princeps extraneum ad emendum sibi frumentum nolit admittere, nequaquam per hoc injuria ipsum afficiet, ob quam, si & alter summa potestate polleat, bellum deneganti frumentum inferre possit, quod videtur voluisse Grotius *d. l. §. 19.* Quamvis enim jus naturæ me obliget, ut alteri indigenti opem feram ex abundantia mea, tamen 1) & obligatio hæc imperfecta est (quæ uti in foro civili non parit actionem, ita nec in foro Gentium eadem non adimpleta bellum mihi permittit,) & 2) alteri potestas non danda est, ut ipse sibi potestatem sumat judicandi, quid ex rebus meis abundans sit, quid

quid necessarium, & denique 3. non præsumitur tanta esse tertii indigentia, cum commercia ubivis pateant, ut aliunde facile sibi id, quod a me petit, frumentum comparare possit. Quod ergo deturbata commerciorum libertate opponebatur, huc non quadrat, cum nemo ex isto juris Gentium capite, quod libertatem commerciorum commendat, ita obligetur, ut cuivis id desideranti res suas vendat, aut alterum res proprias vendere volentem intra suam Civitatem admittat, sed ad hoc tantum, ut commercia in universum non prohibeat; Vide quæ eleganter circa hanc materiam adduxit Dn. Ziegler. *in dissertat. de jure Commerciorum* §. *22.* & *23.* Monopolium autem quamvis forte per talem legem inducatur, tamen nec omne monopolium illicitum est, nec hoc inter illicita referri poterit. Dn. Thomas. *dissert. de Jure circa frument. c. 2. n. 44. seqq.*

62 Quæstio hic oritur, si lex vel statutum exportationem frumenti sub pœna prohibeat, quid nomine frumenti comprehen-
63 datur? Maxima lis est de farina, an illius extractio in simili lege prohibita censeatur, vel non? dubitandi pro negativa ratio potissima affertur, quod statuti verba proprie & stricte sint accipienda, præprimis si versemur in materia odiosa, qualis præsens omnino esse videtur, dum & libertas ante hanc prohibitionem pro lubitu frumentum vendendi & emendi per hanc legem restringatur, & simul pœna contravenientibus irrogetur. Jam vero & libertatis restrictio & pœnarum materia odiosa est, & hinc frumentum, utpote sub cujus voce non continetur farina, ad farinam extendi nequaquam poterit. Verum hoc non obstante affirmativa quæstionis nobis arridet cum Surdo *decis. 139.* Marquardo *de Jure mercaturæ lib. 2. c. 1. n. 37.* Ripa *de peste cap. 5. n. 45.* & *seqq.* ac Hect. Capyc. Latrone *Consil. 158. n. 24. seqq.* Thomas. *d. diss. c. 2. n. 66.* Vi verborum equidem in dicto casu non intelligi prohibitam exportationem farinæ, rationem tamen & mentem statuentium fuisse, ut providerent, ne annonæ caritas ex frumenti exportatione proveniat. Quæ ratio cum etiam in exportatione farinæ locum sibi vendicet, merito statutum tale ad exportationes farinæ extendi poterit. vid. Rip. *d. l. n. 47.* conf. Grotius *de Jure B.* & *P. lib. 2. c. 16.* §. *20. sect. 2.* pro qua sententia ulterius confirmanda conducit apprime communis Dd. opinio, qua concludunt, in statutis si prohibita sit venditio materiæ, materiatum etiam vendi non posse; atque hinc si extractio v. gr. lignorum prohibeatur, & de navibus ac triremibus idem dicendum esse. vid. Hect. Capyc. Latro *d. l. n. 30. 31. 40. seqq.* Jam quod Principium istud supra nobis oppositum concernit: Statuta non recipere interpretationem extensivam, illud ex falsa hypothesi videtur promanasse, quasi scilicet omne statutum, præprimis jus commune restringens vel corrigens, odiosum sit, & propterea juxta regulam communem restringendum; Defendunt hanc sententiam post alios Gailius *2. obs. 33.* maxime *n. 9.* & *10.* & Hartm. Pistor. *lib. 1. qu. 16. n. 18.* statuentes: In statutis a jure communi recedentibus verba potissimum respicienda esse, & ab iis ne latum quidem unguem recedendum, eademque aliquando quidem, si absurdum verba crude accepta premat restringi, non vero unquam extendi posse, quamvis identitas rationis adsit. Sed ad hæc sciendum, non omnem juris communis correctionem pro odiosa habendam esse, quoniam Princeps, aut iste cui potestas hæc a Principe concessa, ut plurimum in ista correctione æquitatem aut præsentem Reipublicæ utilitatem, quæ pro diversitate temporum maxime variare solet, præ oculis habeant. Ex hac itaque ratione statuta talia magis favorabilibus, quam odiosis erunt annumeranda, & propterea recensita opinio de statutorum restrictiva interpretatione pluribus displicuit, prout videre est apud Ripam & Latronem *dd. ll.* quibus adde & Baldum *tract. de statutis, sub voce interpretatio, f. m. 934.* & Treutl. *Vol. 1. Disp. 1. Th. 10. lit. E.* ubi non male asserit, regulariter in statutis interpretandis idem quod in legibus esse faciendum, hoc est: Pro diversitate rationis interpretationem qua extensivam qua restrictivam iis accommodari posse.

Decidi nunc facile ex dictis altera quæ- 64
stio poterit, an frumenti exportatione prohibita, panem exportare liceat? quod similiter cum Surdo *d. decis. 139.* & Ripa *d. l. n. 52.* negamus, cum & hic identitas rationis militet, & maxima fraus statuto fieri possit, si panis exportatio permittatur. *arg. l. 30. ff. d. LL.* Sed an licebit hor- 65
deum, avenam & speltam exportare? conjungit has tres frumenti species Ripa *d. l.*

d. l. n. 75. dicitque eas in statuto non contineri, quamvis alias nomine frumenti veniant, quia frumentum in stricta acceptione iisdem contradistinguatur, *l. 9. C. de suscept. Præposit. lib. 10.* strictum vero significatum esse communem, & propterea statutum istud juxta communem loquendi usum intelligendum esse. Idem quoad hordeum sentit Nicol. Rodrig. Fermosinus, JCtus Hispanus, *Tract. 2. crim. ad cap. quod olim. 12. X. de Jud. qu. 1. n. 14.* At, si penitius rem intuearis, & quæstionem hanc tam ex verbis Statuti, quam ex mente autoris terminare velis, contrarium videtur verius. Verba enim quod concernit, non possumus Ripæ, & illis, quos ipse secutus est, Imolæ, Alexandro &c. concedere postulatum illud, frumenti acceptionem strictiorem esse magis communem ac propriam, reclamat enim & *l. 77. de V. S.* & quotidiana experientia, juxta quas vox frumenti *des Getreydes und der Korn-Früchte* æque de avena, hordeo ac spelta, quam tritico forte vel secali prædicatur. Inverto ergo decisionem Ripæ, & infero: Hordeum, avena & spelta, comprehenduntur in statuto, quia juxta communem loquendi usum fructuum species sunt. Mentem legislatoris si aspicias, constat illam fuisse, ut annonæ caritatem evitaret: pro Ripæ opinione etiam afferri illud posset, nos ad panem coquendum, aut victum humanum, his frumenti generibus uti non solere, sed solum ad pabula equorum aliorumque animalium. Verum negamus hoc assertum, nam ex hordeo panem coqui solere, exemplum Christi, panes quinque hordeaceos populo distribuentis, abunde docet. Deinde victus humanus & annona non solum in pane consistit, sed & in aliis rebus, vino v. g. aut oleo, quæ certe panis non sunt. Similiter itaque & dictæ frumentorum species ad pultem aut cerevisiam coquendam adhibentur. vid. Stuck. *antiquitat. conviv. l. 2. f. m. 166.* & per consequens, si ipsarum exportatio admittatur, facile per hoc factum annona gravari poterit, quod contra mentem statuentium erat.

66 Movet hæc ultima ratio, ut milium, panicum & oryza Statuto contineri arbitrer, quamvis non soleamus ex his speciebus panem præparare (conf. tamen, quæ de panico affert Stuck. *d. l.*) nisi forte quis eadem ex eo capite rejicere velit, quod hæ species non juxta communem loquendi usum, (secundum quem frumentum absolute positum pro analogato hujus generis nobiliori, & eo, quod aristam habet, accipitur) sub frumenti *des Getreydes* nomine veniant, & inde legislatorem de significatu vero quidem, sed eruditis solum proprio, probabiliter non cogitasse contendat, ubi quidem interpretationi Authenticæ hanc litem dirimendam relinquo. Ultimo an dictum Statu- 67
tum de leguminum exportatione intelligi debeat? quæritur. Negamus cum Ripa & Fermosino *dd. ll.* tum quod frumenti appellatione legumina non contineantur: *l. 77. d. V. S.* tum quod eorum usus primarius in pabulis bestiarum consistat; quæ rationes tamen a se non erunt separandæ; illud obiter noto, non recte eundem Ripam *d. l. n. 55.* asserere: quod in eo Statuto, quod tritici exportationem prohibet, legumina contineantur, quia tritici vox legumina sub se comprehendat. Notatus quippe jam hic Ripæ error a Wissenbachio est *ad l. 77. d. V. S. 16.* Dn. Thomas. *dict. dissertat. de jur. circa Frument. I. C. 2.*

Expedit insuper Reipublicæ certam fru- 68
menti taxam præscribere, quæ cura olim ad Præfectum Urbis spectabat. *l. 1. C. de frument. Urb.* Constant. Dinner. *de Justo ver. pret. qu. 3. n. 2.* Subsecutis temporibus & tempore Friderici I. quid obtinuerit, docet ejusdem Constitutio *II. Feud. 27. de Pac. tenend. §. 4.* Post natalem sanctæ Mariæ unusquisque Comes septem boni testimonii viros sibi eligat, & de qualibet Provincia cum ipsis sagaciter disponat, & quanto pretio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter provideat. Quicunque vero contra deliberationem ipsius intra anni terminum altius modium & carius vendere præsumserit, tanquam violator pacis habeatur, & totidem viginti libras Comiti exsolvat, quanti modios sive maldios altius vendidisse convictus fuerit. Quin & alio, tempore officium hoc Episcopis urbis impositum non solum de Jure Civili, *l. C. de Episc. audient.* sed & de Canonico, *C. I. X. de emt. & vend.* Hodie taxatio- 69
nem frumenti ad Magistratum Politicum spectare dubium non habet; illud autem quæri solet, quodnam sit justum taxationis a Magistratu faciendæ pretium? Et respondetur, illud tum ex eo, quomodo communiter vendi solet, statui debere, tum si Magistratus usum attendere nolit,

ipsum pro arbitrio, ad circumstantias tamen certas accommodato, determinare posse. Enumeravit has circumstantias Sereniss. Elector. Saxon. Joh. Georg. I. *in der Tax-Ordnung de Anno 1623.* quæ reperitur in corpore Jur. Saxon. *So viel nun anfänglich den Getreyde-Kauff betrifft, hätten Wir zwar nichts liebers gesehen, als daß Wir vor allen Dingen die* Taxation *der lieben Feld-Früchte, nach deren An- und Einkauff sich mehrentheils die* Pretia *andrer Dinge reguliren, gleichsam* pro fundamento *hätten setzen können. Nachdem aber Unsere hierinnen gebrauchte* Commissarii *in allen Crayssen einhellig befunden, daß es nicht allein des unterschiedlichen Maasses, sondern auch nach Gelegenheit der Land-Art und Zufuhre aus denen benachbarten Orten zu Wasser und Lande, wie nicht weniger der Güte des Getreydes allgemeinen, oder auch einem ieglichen Crayß einen besondern Anschlag zu machen fast unmöglich, ja auch wegen steigenden und fallenden Getreydig-Kauffs nicht wohl dienlichen oder rathsam seyn wollen: So haben Wir ein solches dahin stellen müssen, iedoch mit solcher ausdrücklichen Versehung und Befehlich, daß iedes Orts Obrigkeit ihren Pflichten nach solche Ordonantz mache, daß nach Gelegenheit der Zeit das Getreydig um billigen Werth verkaufft, zu offenem feilen Marckt gebracht, auf die Vorkäuffere und andere eigennützige Leute, so das Getreyde im Lande hin und wieder heimlich besprechen, abführen, aufschütten, und hernach ihren unchristlichen Wucher und Schinderey damit treiben, ein ernstes Einsehen gehabt, und mit Exequirung der darauf gesetzten Strafen unnachläßig wider sie verfahren werde;* ubi non tantum Serenissimus Legislator ad varietatem mensurarum oculum convertere jubet, sed & ad impensas in advectionem ex remotis locis factas; porro ad fertilitatem loci, frumentique abundantiam, item ad præstantiam ejusdem (sic triticum hordeo regulariter præstantius) ac bonitatem, inde pessime agunt Magistratus, qui culpa sua corruptum frumentum subditis ad id compulsis eodem pretio vendunt quam integrum. Perez. *ad tit. eod. de Cond. in publ. horr. n. 7.* Brunnem. *ad l. 1. ejusd. tit. n. 6.* notandum, quod & aliquando ex natura loci, *nach Gelegenheit der Land-Art*, eam accipe-
70 re solent. Ex dictis jam facile decidi poterit altera quæstio: An Princeps, si jubeat tempore caristiæ frumentum a subditis, qui eo abundant, vendi, justum pretium debeat statuere, an vero sufficiat injustum? h. e. an illis, qui frumento abundant, juste imponatur, ut illud viliori, quam communiter vendi solet, pretio vendant? vid. Excell. Dn. Stryck. *disput. de Dardanar. C. 3. § 13.* Ad quam quidem in genere consideratam affertur distinctio inter pretium justum absolute consideratum, & respective, cum respectu nimirum illius temporis, quo pretium statuitur. Quæ distinctio ita applicari solet, ut dicatur: Pretium istud vilius, quamvis injustum videatur respectu istius temporis, quo alias & citra impositionem Principis carius vendi solet communiter frumentum, esse tamen justum, si absolute spectetur, & quatenus a Principe statutum est. Breviter: Distinctionis hujus sensus eo redit: Taxam hanc esse injustam, si naturale pretium consideres; justam, si legitimum; sed aliis judicandum relinquo, an hæc distinctio litem tollat, sententiasque dissentientium conciliare possit? Mihi sane, cum ex Molina *n. 96. seqq.* præsupposuerim, & Principem & quemvis Magistratum, in pretio statuendo circumstantias illas, quibus justum naturale determinatur, adspicere debere, conf. Dn. Stryck. *d. l. n. 22.* atque adeo ex hac hypothesi justum, naturale & legitimum vix videantur sibi opponi invicem posse, potius eorum arridet opinio, qui negant, vilius pretium quam communiter venditur, juste a Principe dictari posse, tum ob rationem jam dictam, quia ita justum naturale violaretur, si ob solam abundantiam, quæ tamen in se spectata nihil iniquitatis secum fert, non solum quis cogeretur vendere, sed & vilius vendere quam alii Cives: tum alias ob causas, ab Excellent. Dn. Stryck. *d. l. n. 14. & 15.* recensitas. Nec obstat assertioni nostræ *l. 27. §. 3. ff. de Usufr.* ubi inter alia onera ab usufructuario ferenda recensetur, quod & ille debeat fructus, qui ob transitum exercitus vel municipio conferuntur, præstare, additurque ibidem, solere possessores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere; ex quo colligit Gothofredus *in Not. ad d. l. tit. F.* pretium frumenti vilius constitui posse a Magistratu, non modo famis, sed & quovis tempore; Subtilius glossa marginalis: Vendere aliquem viliori pretio res suas aliquando cogi posse. Quod si enim textum penitius

tius inspicias, patebit, propositum JCti ibi esse, ut ostendat, onera realia ac publica ab usufructuario ferenda esse, cum hæc, respectu ad perceptionem fructuum habito, imponi soleant. Vid. Sebastiani Nævii *Systema ad d. l. 24.* (*quæ ipsi est 34.*) *§. 13. H. d. usufr. f. m.* & Brunnem. *in comm. ibid.* quod ergo de addictione fructuum pro viliori pretio ibi habetur, ad ea referendum est, quæ extraordinarie a Principe & per modum tributi, proportione tamen observata, imponi solent, cujus tributi vicem in hoc casu pretium, qua vilius est, subit, idque *arg. l. 3. pr. ff. ad. l. Jul. de Ann. l. 8. ff. de municip. & l. 5. ff. de Admin. rer. ad civit. pertin.* probatur, ubi Decuriones ab hoc onere per privilegium immunes esse jubentur. Et hoc itaque casu irregulari nequaquam cum Gothofredo regula quædam formanda erit, sed dicendum potius cum glossa exceptionem ibi ob specialem causam a regula communi contineri *in l. 2. §. 4. & ad l. Rhod. de jactu.* qua etiam vilioris pretii patroni pro se utuntur. Vid. Dn. Stryck. *d. l. §. 16* illud solum dicitur, quod in computatione damni & lucri merces servatæ æstimari debeant, quanti emtæ sint, quamvis pluris vendi potuerint, quoniam detrimenti, non lucri, fiat præstatio, ac sufficere debeat Dominis, si amissarum mercium pretium, quo illas compararunt, reciperent, cum hoc modo lucrum sibi casu interceptum esse æquo ferre possint animo. Vid. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Ex. 20. th. 19.* Otiosum ergo esset ad hunc textum respondere, nisi prius inde fiat Argumentum, sic concludens: Principem posse tempore annonæ iis, qui copia frumenti abundant, vilius pretium dictare, quam communiter vendi solet, quod quomodo fieri possit, nondum video. Illud interim ambabus concedo manibus, si Dardanarius sit iste, qui eum in finem comparavit sibi annonæ abundantiam, ut tempore caritatis eandem carius vendere possit, non injuste facere Magistratum, si eundem cogat, ut viliori pretio, quam communiter comparari solet, illud vendat, vid. Dn. Stryck. *d. l. n. 23.* aut etiam plane donet, exemplo Caroli Flandriæ Comitis, qui Tamardum e gratiosissimis aulicis alendis a fisco egentibus præfecit, ipse cum loculis in vulgus prodibat, circum templa obambulans stipemque sua manu mendicis promens; Dardanariorum, eorumque, quia annonam flagellabant & clausis horreis frumentum supprimebant, nequitiam compressit apertis conditoriis, triticoque in egenos distributo. Qua popularitate adeo carus subjectis fuit, ut cæsi a sceleratis hominibus corpus pro se quisque tanquam sanctas reliquias veneraretur, osculaque ferrent, denique capillorum aliquid barbæque, atque adeo unguium & vestimentorum domestica religione asservarent colerentque, uti ex Paulo Æmilio refert Forstnerus *ad IV. ann. Taciti verbis Pacem exuere &c. p. m. 397. edit. in 8.* At in talibus casibus propter abundantiam solam Dardanariis vile pretium non imponitur, sed quod injuste abundantiam hanc sibi comparaverint, adeoque vilitas ista justa quidem erit, at non qua pretium est (in hoc enim solum æqualitas inter rem & rem sive pecuniam & mercem absque respectu personæ requiritur) verum qua pœna, h. e. dum vendenti in pœnam detentionis aut injustæ comparationis tantum detrahitur, quantum alias communi pretio spectato carius rem suam vendere poterat. Thomas. *d. l. n. 102. seqq.*

Non absimilis ab antecedente est illa 71
quæstio: An Magistratus tempore caritatis frumento eam taxam communiter imponere possit, qua fuit venditum tempore abundantiæ? quam ex iisdem principiis negamus, cum in pretio rerum harum vel augendo vel minuendo maxime circumstantia sterilitatis ac abundantiæ attendi debeat. Vid. Molina *Disput. 364. n. 3.* Utrique tamen Decisioni illud objici a quibusdam solet, si utroque tempore eodem pretio vendatur frumentum, vel divites cogantur etiam viliori adhuc id vendere, bono illud communi expedire, ut nimirum pauperes non graventur, sed commode illud emere possint. Sed frustra hæc dicuntur: Ita enim utilitas publica a Principe curanda est, ut honestas quoque servetur, neque ex illa utilitate injuriam patiantur privati, ac Dominium eminens, per quod damnum privatis ex publico compensandum infertur, tum demum vires suas exerit, si aliter res tractari nequeat, sed necessitas summa adsit. At pauperibus alio, & multo meliori remedio sine ullius injuria subveniri potest, si eleemosynæ ipsis dentur, quibus victualia sibi emere queant, uti Carolum Flandriæ Comitem fecisse supra relatum est, aut ex horreis publicis panis inter eos more Romanorum distribuatur. Reliquas hujus

Taxationis iniquitates apud Molinam *d. l.* videndas omittimus. His accedit, quod tantum absit, ut publica per ejusmodi legem procuretur utilitas, ut potius eadem quam maxime impediatur. Ammianus Marcellinus equidem *l. 22. c. 32.* Juliani institutum maxime eo nomine reprehendit, qui popularitatis studio, cum divites pretia rerum per avaritiam auxissent, convocatis agricolis, opificibus, cauponibus &c. persuadere voluit, ut æquitati animum accommodarent, legemque de pretio frumenti viliori sancivit, & eam suo exemplo firmavit, obnitentibus tamen senatoribus, ac suum frumentum occultantibus, quod factum quamvis extollat Libanius *tom. 2. edit. Paris. Orat. 10. p. 306.* Ammiani tamen judicium verum fuisse Socrates *Lib. 3. Hist. Eccles. c. 17.* docet, ostendens Julianum popularitatis studio ultra, quam oportebat fieri, minuisse rerum pretia, non considerantem, quid tempori conveniret, & quod multitudo militum provincialibus molesta copias civitatum absumeret. Hinc factum esse, ut caupones & negotiatores metu L. Julianæ foro abstinerent, rerumque inopia, cui obviam ibatur, ultro eveniret. Cautus propterea Tiberius, qui cum sævitiam annonæ incusante plebe Romana pretium frumento, quod emtor penderet, vilius statuisset, simul venditoribus prospexit, ne a venditione victualium absterrerentur, dum binos nummos se additurum negotiatoribus in singulos modios constituit. vid. Tacitus *Annal. II. c. 87.* Dn. Thomas. *citat. loc. n. 117.* quem videat qui plura de frumento cupit, ut & Vincent. Contarrenum *de Frumentaria Romanorum largitione.*

72 Huic de Agris materiæ lubet quædam adjicere de rebus in agris relictis Hebræorum veterum, quod thema in peculiari *dissertatione* pertractavit Dn. Dassovius, Prof. Witteberg. celeb. Tria autem dona apud Hebræos veteres relinquebantur de frugibus in agris, videlicet spicilegium & oblivioni datus manipulus vel culmus, & angulus agri. Spicilegium vocabatur, quod excidebat e falce tempore Messis, aut quod excidebat e manu, cum colligerentur spicæ; nam si tres simul exciderent, pertinebant ad patremfamilias. Quod autem cadebat post falcem, vel post manum, licet unica esset spica, non pertinebat ad spicilegium; Interim si quis spicas evelleret, & aliqua ex manu excideret, ad spicilegium referebatur, Levit. *19, v. 9. & 10. & c. 23, v. 22.* Ruth. *c. 2, v. 2. 7. 15.* Non autem vocabatur manipulus oblivioni datus, nisi ab omnibus, nempe a Patrefamilias & ejus operariis, esset neglectus, & nisi in agro ejus non recordarentur; Nam si in urbe recordarentur, tamen habebatur pro oblivioni dato. Ita quoque si manipulus ab uno loco agri in alium deportatus esset, & relictus, dicebatur oblivioni dari.

Imagines autem manipulorum æri incisæ ut rectius intelligantur, observetur, quod si juxta figuram primam homo colligens manipulos inciperet ab Oriente, tum manipulus *lit. A.* signatus, utut relictus esset, non erat oblivioni datus. Jacob Kaphel. *fol. 2. p. 2.* ubi: Si obligatus (dicit) esset homo manipuli in initio lineæ, tendentis ab Oriente in Occidentem, non erat oblivioni datus, quia lineæ se respiciebant, & numerabantur quoque ab Aquilone in Austrum, sicut ab Oriente in Occidentem, & fieri poterat, ut numeratus esset iste manipulus procedendo ab Aquilone ad Austrum, ita non erat oblivioni datus. Nam non dicebatur manipulus oblivioni dari, nisi eo loco, unde inceperant colligere, & ulterius antrorsus relinqueretur. Jam vero manipulus *lit. A.* signatus non erat relictus procedendo a loco collectionis & ulterius, quia erat primus istius ordinis manipulus: idem judicium de aliis manipulis ejusdem lineæ, in qua erat manipulus *lit. A.* notatus, ferri potest.

Nec in Figura II. si manipulus *B.* relictus esset, dicebatur oblivioni dari: Si enim paterfamilias & ejus operarius inciperent a media linea, & prætermitterent manipulum unum in loco, ubi inceperant, qui erat manipulus solitarius in medio relictus, ut hic respiceret ad Aquilonem, ille respiceret ad Austrum, non erat oblivioni datus, sed vocabatur a tergo illorum relictus, quia manipulus relictus erat in loco, ubi inceperant, quia ambo sibi invicem innitebantur, ut uterque arbitraretur alterum visurum esse istum manipulum. Etiam poterat numerari hic manipulus ab oriente in occidentem, quia respiciebat lineam signatam literis *C. D.* hinc colligitur non haberi manipulum medium neglectum pro manipulo oblivioni dato.

FIGURA I.

Si manipulus A *relictus esset, reliquis sublatis, non erat oblivioni datus.*



FIG. II.

Nec si manipulus B. *relictus esset, erat oblivioni datus.*




FIG. III.

Sed si manipulus B *relictus esset, sublatis manipulis* A *&* C. *erat manipulus præteritus & obliv. datus, sed manip.* D *&* E *non erant obliv. dati.*



FIG. IV.

Ita quoque si manipulus A. *relictus esset, non erat oblivioni datus, sed manipuli* B. *et* C. *relicti dicebantur oblivioni dari.*




FIG. V.

Si inter tres ordines areolarum frugibus consitarum esset Olea media A *relicta & non excussa, non vocabatur oblivioni data, sed abscondita.*




FIG. VI.

Arbores in quincuncem positæ.
vid cap. 7 § 81.



Si vero in Figura III. aliquis inciperet ab initio lineæ colligere manipulos, & oblivisceretur manipulorum quorundam ante & retro; is qui ante eum relictus erat, non dicebatur oblivioni dari, qui retro vero, erat oblivioni datus, *v. g.* si inciperet a litera *A.* & oblivisceretur manipuli positi litera *B.* & acciperet manipulum, qui erat in puncto *C.* clarum erat, quod præteriisset manipulum in puncto *B.* & ille esset oblivioni datus, & præteriisset illum, quia dicitur: non redibis, Deuter. *24, 19.* Quod autem ante illum erat, seu ante hominem colligentem, non erat oblivioni datum, *v. g.* Si reliquisset duos manipulos, positos in puncto *D. E.* & rediisset retrorsum, ac incepisset a linea secunda, signata puncto *F.* & præteriisset eos iterum, nihilo tamen minus non erant oblivioni dati, quia numerabantur similiter ab oriente in occidentem, & respiciebant ordinem lineæ manipulorum, tendentis ab oriente in occidentem; & quomodo hac ratione poterant eos oblivioni dare?

Figura IV. exhibet manipulos duos oblivioni datos, & unum relictum quidem, sed non oblivioni datum, *v. g.* Si Ruben & Simeon inciperent a media linea a puncto *A* versus aquilonem & austrum procedendo, tunc manipulus *A* non erat oblivioni datus, quia erat a tergo relictus, ut explicatum est in Fig. II. & manipuli *B. C.* erant oblivioni dati, quia erant ante faciem illorum, & præterierant illos, dum hic præteriret manipulum *B.* versus austrum, & iste manipulum *C.* versus aquilonem, & obliviscerentur, & erant isti manipuli oblivioni dati vi legis Deuter. *24, 19.* ne revertaris ad accipiendum illum manipulum.

Quæ autem de olea relicta & abscondita manipulorum figuris annectuntur in Figur. V. non quidem ad res in agris, sed potius in arboribus relictas pertinent: Quia vero olea media non dicebatur oblivioni data, si non reliquarum instar excussa esset, hinc conveniebat cum manipulis in medio ordine relictis quidem, sed non oblivioni datis. Fit autem solius oleæ mentio, quia olea erat in pretio, intelligitur autem quævis arbor, ita ut de omnibus arboribus, si ita essent collocatæ, idem formandum sit judicium, ut non habeantur pro oblivioni datis, sed pro absconditis, etiam si in quolibet ordine ne quidem tres, sed duæ tantum arbores compareant. Qui plura hac de re cupit, adeat dissertationem de rebus in agris relictis Hebræorum Dn. Theodor. Dassovii, Rerum Rabinicarum Interpretis Celeberrimi. Lubet adjicere Ichnographiam hac de re confectam.

CAPUT VII.

DE HORTIS.

SUMMARIA.

1. *Prædium absque horto vix dici poterit perfectum.*
2. *Eorum antiquitas & utilitas.*
3. *Reges qui horti culturæ dediti.*
4. *Hortus olim dicebatur omnis villa.*
5. *Postea horti nomen illis agris mansit, qui sepiri solebant.*
6. *Horti quo sensu dicantur?*
7. *Horti quo tempore in urbibus apud Græcos haberi cœperint?*
8. *Græcorum horti non ita exculti quam nostri hodierno tempore.*
9. *Quod & de Romanorum hortis dicendum venit.*
10. *Qui tantum ædificiorum & tabularum magnificentia erant nobiles.*
11. *Nostro tempore in hortis voluptas utilitati est conjuncta.*
12. *Ad Hortum præparandum ante omnia loci natura inspicienda.*
13. *Autores, qui de Hortorum cultura, scripserunt.*
14. *Hortus quid sit?*
15. *Dividitur in Urbanum & Rusticum.*
16. *Hortus urbanus quis?*
17. *Hortus Rusticus quis?*
18. *Solum horti secundum Crescentiensem quomodo esse debeat?*
19. *An Princeps Subditos ad horti culturam cogere possit?*
20. *Qui in locum demortuarum arborum alias non substituunt, relevatione ab oneribus non sunt digni.*

21. *Pomi appellatione quid veniat?*
22. *Fructus hortorum naturales, an industriales?*
23. *Quæ loca sepimento possint includi,* die Garten - Recht haben.
24. *Quod jus quandoque pactis adquiritur.*
25. *Hortum ad pratum reducere Domino prohibitum non est.*
26. *Quod usufructuario non licet.*
27. *Cuilibet permissum hortum sepimento includere.*
28. *Sepem ultra fines positum privata autoritate intercidere licet.*
29. *Tutius tamen est hac de re Magistratum adire.*
30. *Ad sepimentum commune reficiendum vicinus sub pœna cogi poterit.*
31. *Teneturque de damno horto alterius illato.*
32. *Hortum proprium sepimento non muniens, pecora irruentia pignorare non potest.*
33. *Ad hortum muniendum foveam facere non licet.*
34. *Domum in horto suo ædificare licitum.*
35. *Civis in horto suo suburbano domum habens non potest in eam habitandi gratia absque præscitu Magistratus recipere quem velit.*
36. *Domum destruere, & in hortum redigere prohibitum.*
37. *In Divisione hæreditatis ad quem spectet hortus in medio duarum domuum situs?*
38. *Domo legata cui continetur hortus, legatarius aditum ad hortum hæredibus præstare tenetur.*
39. *Fructus decidentes in hortum vicini ad quem spectent?*
40. *Quid hac de re de Jure Civili obtineat?*
41. *Quid de Jure Saxonico?*
42. *Mores Belgii hac in re.*
43. *Si rami vel arbores vicino molestias creent, an ipsi recidere liceat?*
44. *An dolia, quibus flores nutriuntur, sint ædium?*
45. *Ædibus legatis, debentur etiam viridaria.*
46. *Florum pretium hodie maximum.*
47. *Tempus quandoque pretium florum auget.*
48. *Negotiatio florum improbatur.*
49. *Pretiosum jentaculum.*
50. *Commercium florum justum pretium excedens a Principe restringendum.*
51. *An emtor florum enorme pretium solvens possit agere ad rescissionem contractus?*
52. *Ut in horto alterius pomum decerpere vel cœnare liceat, servitus imponi non potest.*
53. *Mos prandendi & cœnandi veterum.*
54. *An iter facienti hortum alterius ingredi & pomum decerpere liceat?*
55. *Poma & pira lucrifaciendi causa auferens furti tenetur.*
56. *Quæ pœna ad mortem usque potest extendi.*
57. *Arborum furtim cæsarum pœna de Jure Civili.*
58. *Delicti hujus pœna de Jure Saxonico.*
59. *Flores & herbas furentes etiam furti pœna subjacent.*
60. *Qui itidem suspendii pœna possunt plecti.*
61. *Vi rapiens herbas & plantas gladii pœna afficitur, ejusque corpus rotæ imponitur.*
62. *Si quis non lucri, sed tantum damni faciendi causa, frutices & plantas florum auferat, vel evellat, extraordinarie punitur.*
63. *Florem fœtidum mulieris naribus admovens injuriam committit.*
64. *Item matricariam puellæ naribus admovens.*
65. *Vel serviam ex virginis sinu extrahens.*
66. *Multo magis sertum detrahens.*
67. *An virgini vi stupratæ sertum portare liceat?*
68. *Herbis venenosis aliquem necans morte punitur.*
69. *Item qui herbis partum animatum abigit.*
70. *Vel phyltrum dans mulieri, ex quo illa moriatur?*
71. *Herbæ venenatæ & vim pellendi habentes in officinis vendi prohibitæ.*
72. *Ad furta hortorum minuenda custodes multis in locis solent constitui.*
73. *Fructus hortorum mortuo vasallo ad quem spectent?*
74. *An horti malorum aurantiorum ad hæredem mobiliarem pertineant?*
75. *Fructibus hortorum Gabella tempore necessitatis imponi potest.*
76. *In causas sterilitatis nostrorum temporum inquiritur.*

77. *In locatione Horti pomarii an ob sterilitatem conductori pensio sit remittenda?*

78. *Si Vasallus Emphyteuta & Usufructuarius Arborem fructiferam incidat, quid juris?*

79. *Arborem ponens quomodo agat contra servitutem?*

80. *Horti pensiles certo modo prohibiti.*

81. *In hortis pomariis Romani arbores in formam quincuncis ponebant.*

1 PRædium bene excultum, & omnibus
partibus absolutum, sine horto vix
2 dici poterit. Ut enim ejus usus
antiquissimus, ipse namque Deus, mundi
Creator, Hortum Paradisi plantavit, eumque Adamo protoplastæ ad colendum ac
custodiendum dedit, ita ejus utilitas &
amœnitas longe maxima & apud veteres
3 autores decantatissima est. Magni etiam
Reges ac Principes Hortorum cultura
delectati fuere. De se ipso testatur Regum Sapientissimus Salomon *Ecclesiast. cap. 2.* Cujus Regalis horti formam &
modum describit Pet. de Crescentiis *Lib. 8. de re Rust.* Diocletianus Cæsar imperio
se abdicabat, & rei Rusticæ in serendis
oleribus indulgebat. Aurelianus Imper.
Palatio Hortos prætulit. Plinius *Lib. 19. c. 4.* Antiquitas *ait* nihil prius hortorum
cura mirata est. Inde Hesperidum horti,
ac Regum Adonis & Alcioni, itemque
pensiles, sive illos Semiramis, sive Assyriæ
4 Rex Cyrus fecit. Hortus autem juxta
Festum apud antiquos dicebatur omnis
villa, quod ibi, qui arma capere possent,
orirentur, quod ex XII. tabulis Plinius
Lib. 19. c. 4. confirmat. In XII. *ait* tabulis
legum nostrarum nusquam nominatur
Villa, semper in significatione ea Hortus.
5 Invento igitur villæ vocabulo, horti nomen illis agris mansit, qui sepiri solebant,
& domo vel villæ proximi erant, arboribus
oleribusque plantandis ac serendis apti.
Olus enim est omnis herba sativa, quæ in
usu cibario consistit, ab alendo dicta, quod
oleribus alerentur homines ante frugum
usum. Gœdd. *ad l. 198. de V. S.* Sic
hortus in singulari & plurali pro hortis
olitoriis sumebatur.

6 Postea horti in plurali pro loco arboribus consito & voluptatis amœnitatisque
gratia parato accipiebantur, comprehendebantque villas cum hortis, piscinis,
nemoribus, fontibus &c. Plinius *d. l.*
Jam quidem, *inquit*, hortorum nomine
in ipsa urbe delicias agros villasque possident. Sic horti Cæsaris ad Tyberim,
7 horti Marcellæ celebrantur. Epicuri
ætate horti primum in urbibus apud
Græcos haberi cœperunt, referente Plinio
Lib. 19. c. 4. Primus ille est (de Epicuro
loquitur) qui ut otii Magister hortorum
usum Athenis instituit. De quo plura
vide apud Rapinum *in dissert. de Cult. Hortens. c. 1.* Illud autem perspicuum est 8
Græcos Romanosque versatos olim in
magna ignorantia deliciarum earum, quæ
jam locum habent in hortorum nostrorum cultura, quarum nullum propemodum extat apud eos vestigium. De Græcis res est manifesta, si consulatur Homerus, qui in describendis Alcinoi hortis,
quibus nihil habebant heroica tempora
magis in ea parte sumtuosum, ita tenuis
& modicus est, ut vel ipsi licentiæ, quam
dabat fabula, parcere videatur, pro constituendo horto Summi Principis, qui
nihil habere videtur accommodatum ad
splendorem & magnificentiam Rege dignam. Sileo de loci angustiis, quem
τέτραγυον facit. Nihil dico de parcitate
fontium, quorum unum statuit tantum
& alterum: Nihil de arborum fructiferarum paucitate, ut patet ex ipsa descriptione Horti *Septimo Odysseæ*, Pyri, Punicæ mali & pomi nitidum fructum ferentes, & dulces ficus, & olivæ florentes.
Nulla autem apparet pulvillorum circumscriptio, nulla decentia, positi sine arte
flores, nullus ordo, confusa omnia: quibus nihil prope addidit de suo ipse
Eustathius, magnus alioquin in cæteris
Homeri amplificator. Ex quo perspicuum est, quam rudis erat in eo Græcia,
quæ tamen Magistra fuit olim elegantiarum cæterarum. Nihil dicam de Hesiodo, qui in eo, in quo versabatur, Argumento, de terræ cultu, ne verbum quidem fecit unum de ea ruris elegantia,
quam quærimus. Cumque profiteatur
id unum propemodum, ut bene moratæ
gravitatis quandam quasi disciplinam tradat: nullam morum, nullam temporum
nostrorum in ea parte concinnitatem
expressit. Extant in postremis Græciæ
temporibus apud Heliodorum, qui de
Theagenis & Charicleæ; Achillem Tatium, qui de Clitophontis & Leucippæ:
& Eustathium, qui de Ismenes & Ismeniæ
scripserunt amoribus, descriptiones Hor-

torum, ubi nulla apparet nota varietatis & decentiæ illius, qua se commendavit ætas nostra, in universæ disciplinæ Hortensis amplitudine.

9 Non Major hortorum fuit elegantia apud Romanos, quorum vita uti habuit plus severitatis & disciplinæ quam Græcorum: ita serior longe fuit apud eos hortorum cultus: qui, ut declarat Plinius, ei primum terræ cultioni vacare cœperunt, quam vitæ necessitas postulabat. Et ut omittam dicere de primis Regum & Consulum temporibus, quibus, ut monet Plinius *lib. 19.* Ager pauperis hortus dicebatur, cujus cultus pertinebat ad curam matrisfamilias, quæ postulabatur negligentiæ, ubi hortus esset indiligens: quis Catonem ferendum putet, qui caules & brassicas prædicabat pro deliciis hortorum sui temporis? Adeo videlicet sine nitore & cultu Romæ per id tempus res erat hortensis. Neque existimandum est, Republica opulentiori, qualis fuit post excisam Carthaginem, nitoris accessionem factam huic cultioni, ut intelligi potest ex scriptoribus emendatioris seculi. Nam Tibullus in describendis ad Cynthiam ruris deliciis vix recedit ab agricultura duriori, summaque oblectationis illius, quæ ruri percipitur, statuit in pomis & vitibus conserendis. Ita ille *Elegia prima libri primi:*

Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manu.

Mox redit ad boves & arationem, unde vix emergit, tam in eo durus, quam nitidus & elegans in cæteris. Extant apud Virgilium, scriptorem ut nemo negat politissimum, hortorum descriptiones multæ, Altera est horti Coryciani ad amnem Galesum, *quarto Georgicor.* altera in Moreto, tertia in Hortuli laudibus, quod carmen Virgilio tribui solet ab eruditis: quanta tamen ubique simplicitas, ætate quam non simplici? Quod locum facit conjecturæ de illa satis probabili, cur impetrare non potuerit a seipso, ut de hortis, quæ materia sese offerebat in Georgicis, non tractaret. Sic autem sentio: Sub hæc tempora, quibus scripsit Virgilius, ut horti non erant hujus amœnitatis & elegantiæ, cujus nunc sunt, ita eum non potuisse justum opus edere de re hortensi, valde diversum a Georgicis, quibus plurima complexus est, præsertim libro secundo, quæ pertinebant ad hortorum rationem, ubi e tantis, quæ retulit, flores rerum modo secutus, ut observatum a Plinio *in prœmio libri 14.* nihil omisit eorum, quæ respicere poterant ornatum in ea parte: quo delectu facto fieri potuit, ut cæterarum partium tenuitate deterreretur, ne artis suæ faceret periculum in materia non necessaria. Non enim per id tempus res hortensis discrepabat multum ab agricultura communi; cujus amœnitatem propemodum delibaverat universam. De Ovidio, magno quantumvis fabulatore & Scriptore satis libero, par judicium fieri debet; Nam in describendo, ad Aventinum, Pomonæ horto *14. Metamorphoseon*, tam tenuiter & parce copiosus est, ut ab ingenio suo destitutus esse videatur. Proferre possum hoc loco Testimonium Tullii ipsius, judicis deliciarum hortensium sane quidem non inexperti. Quanquam multis verbis, tamen nihil dicit, quod comparabile sit elegantia hortorum nostrorum, in describendo, *Secundo de legibus*, Fibreno suo amœnissimaque insula illa, præ qua magnificas villas, pavimenta marmorea, & laqueata tecta cæterarum ferre non poterat Atticus: ridebatque ductus aquarum, tubos, Euriposque villarum aliarum, cum venerat ad Fibrenum. Par eademque ratio est cæterorum scriptorum illius ætatis, quæ tam diligens erat in omni genere deliciarum, quasi locus non fuerit huic elegantiæ apud populum deliciis ingenii jam prorsus occupatum, qui vel negligens fuit istius suavitatis, vel in ea quærenda parandaque non usus ingenio, testis Palladius, qui in horti sui descriptione, quæ est libro tertio, multa disputat satis diligenter & accurate de porris, cepis & caulibus. Omitto Varronem & Columellam, cæterosque hortorum descriptores Latinos, qui ne norunt quidem partem ullam decentissimæ illius concinnitatis, quam assecuta est ætas nostra in hortorum descriptione: credo, quod utilitate & proventu voluptatem eam omnem, quæ ex agro percipi solet, metiebantur, quales describit agricolas sui temporis *Politicorum Sexto* Aristoteles, utilitatis suæ magis quam honoris cupidos. At sermo tam multus est apud scriptores augustæ ætatis de hortorum magnificentia, qua se, quemadmodum accipimus, tanto-

tantopere commendaverant apud suos Pompejus, Lucullus, Lamia, Mæcenas, Salustius, cæterique in Republica Optimates. Nihil enim per id tempus fuit Romæ celebre magis, atque patricium. Unde liquet, quam sine causa populus Romanus negligentiæ postuletur in ea parte, in qua tot habet monumenta splendoris & magnificentiæ. Erant re vera apud populum gentium victorem horti, supra quam dici potest, celebres & sumptuosi; non nego: Nam fortunæ Romanæ opulentia, & ipse luxus tot opibus orbis terrarum superati dives & affluens, incredibilem magnificentiam induxerat in mores universæ civitatis: Sed non tam hortorum decenti partitione, justaque florum & arborum descriptione, cultuque eleganti continebatur luxus is, quam piscinarum ædificiorumque molitionibus, cæterisque sumptibus immodicis, qui nullo modo pertinebant ad ornandi colendique ruris rationem.

Nam proditum a Varrone, Hortos Luculli, cujus villa erat in Tusculano, non floribus fructibusque, sed tabulis, fuisse insignes. Assentitur Varroni Plinius *libro 18.* qui villam Luculli caruisse agro profitetur: sed erat profusæ in ædificiis luxuriæ, quemadmodum *libro 2.* testatur Paterculus, indulserat plus æquo cupiditati suæ in extruenda per immanes sumptus domo: cujus magnificentia ipsi Tullio, *libro tertio de Legibus*, in ea re parum alioquin temperanti, digna videbatur reprehensione, quod, contra quam patiebatur temporum disciplina, corrumpendæ civitati valere posset tam perversæ cupiditatis exemplum. Et quamvis excuset magnificentiam suosque sumptus exemplo vicinorum duorum, equitis alterius, alterius vero libertini, qui licet tenuioris ordinis sumptus fecerant, in villarum suarum ædificiis, propemodum pares suis: tamen excusatio justa non videbatur in eo, cujus moderatione cupiditas aliorum debebat emendari. Villam alteram habuit in Campania ad montem Misenum, Tusci Siculique maris prospectu amœnissimam, quæ deinde tempore consequenti pertinuit ad Tiberium, ut testatur Phœdrus & Tacitus *libro sexto Annalium*, mox ad Claudium Imperatorem, qui, ut memorat Tacitus, inhiabat hortis Tiberii, quos a Lucullo habitos insigni magnificentia excolebat. De illis autem ita Plutarchus: Ex quo etiam nunc tanta accessione facta ad luxum, horti Lucculliani inter sumptuosissimas res Imperatoris habentur. Sic ajunt Pomponium Atticum villam habuisse in colle Quirinali Pamphilianam, cujus amœnitas non ædificio, sed sylva constabat: Quemadmodum meminit *in ejus vita* Cornelius Nepos. Sive columnarum ordine frequentissimo hæc sylva ornata esset, ut fieri solebat id temporis, quod monet Horatius *Lib. 2. Sat. 10.*

Et varias inter nutritus sylva columnas,

sive naturali pulchritudine & arborum 10
proceritate umbrosiori commendabilis videretur. De cæteris hujus villæ partibus silentium per se loquitur: nam si quid habuisset dignum commendatione, non fuisset præteritum a scriptore tam diligenti, in quo laudet Atticum.

Cum autem hortorum nomine apud Romanos villæ molitio universæ significetur, ut patet tum *ex libro tertio officiorum* de hortis Syracusanis, quos Canius vendidit Pythio; tum ex hortis Crassipedis *in Epistolarum ad Atticum libro quarto*, ubi Tullius quasi in diversorio cœnare cogitabat, aliisque hortis compluribus, de quibus mentio frequens est apud Tullium, facilis esse potest conjectura de cæteris, qui statuarum excellentia, pavimentorum honestate, tabularum sumptu, piscinarum magnificentia exquisitaque ædificiorum opulentia magis quam amœnitate ruris erant nobiles. Nam villarum istarum magnificentiam in sumptibus iis potissimum esse positam, persuasum esse debet ex *Lib 3. de Legibus*, ubi Tullius subagitat eorum insaniam, qui sumptibus iis locum dederant. Sic ille: Quis ferat istos, cum viderit eorum villas signis & tabulis refertas, partim publicis, partim sacris & religiosis? Ipse Tullius, qui pro sua gravitate reprimebat immodestiam cæterorum, sibi satis in eo temperare non poterat: nam profitetur apud Atticum *libro primo epistolarum*, se Cajetam, si quando abundare cœperit, ornaturum: urget autem per literas consequentes amicum, ne cupiditati suæ desit. Velim, *inquit*, ut signa, & cætera, qui tibi ejus loci & tuæ elegantiæ videbuntur, quam plurima quam primum mittas. Nam in eo genere sic studio efferimur, ut abs te adjuvandi ab aliis prope reprehendendi simus.

Laborabat nimirum per id tempus eo luxu Respublica, quæ jam multum remiserat de parſimonia majorum. Quam luxus immoderati licentiam deplorabat ſuo tempore Horatius *Ode XV. libri 2.* ubi ſeculi ſui deſcribit inſaniam in ædificiorum molibus ſubſtruendis ad Lucrinum Lacum:

Non ita Romuli
Præſcriptum & intonſi Catonis
Auſpiciis, veterumque norma,
Nulla decem pedes
Metata privatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Eundem luxum exagitat etiam pluribus *libro tertio Ode prima,* ubi profitetur nolle permutare ſe villulam ſuam ruris omnino perexigui, quæ erat in valle Sabina poſtibus invidendis, divitiisque operoſioribus cæterorum. Eam nimirum ædificiorum ſuperbiam induxerat commercium cum Aſiaticis. Poſtquam enim victorem ex Aſia exercitum Sylla reduxiſſet in Italiam, ſigna, tabulas pictas, vaſa cælata mirari Romæ cœptum eſt primum, ut memorat Salluſtius *in bello contra Catilinam*: mox ad ædificiorum ornatum & magnificentiam adhiberi ab omnibus: deinde per immanes pecunias ſumptusque infinitos transportari rus: cujus demum omnis gratia conſtabat peregrinitate & inſolentia iſtorum ornamentorum. Scribit Ammianus, obeliſcum magnitudinis incredibilis in Hortos Salluſtianos magnis ſumptibus translatum. Et M. Cicero teſtatur *oratione pro domo ſua ad Pontif.* Pub. Clodium per tempus ædilitatis ſuæ ſignorum vim maximam e Græcia deportaviſſe, quæ ſuis in hortis collocaret. Vigebat Romæ nimirum per id tempus ornandorum hortorum ſtudium: Nam nullis ſumptibus parcebatur, quod horti per ſumptuoſas ædificiorum molitiones & ſtatuarum exquiſitarum ornamenta putarentur ſpectatiores. Sic Juvenalis *de Lucano:*

Contentus fama jaceat Lucanus in hortis
Marmoreis.

Nam longas & magnificas porticus, & deambulacra ædificabant in hortis, ut teſtatur Celſus ex Ulpiano *libro octavo Digeſtorum.* vid. *ſupra Lib. 1. Cap. de Ruſtic. Vet.* quam inſaniam putabat non tolerabilem, civitate licet jam corrupta, moribusque depravatis, Philoſophus Romanus *Epiſtola primi libri 13.* in deſcribenda villa Scipionis Africani: cujus adoratis manibus ad aram, quæ viri ſepulchrum putabatur, laudat domum frugaliſſimi Imperatoris, quam comparat cum magnificentia Libertinorum ſui temporis. Sic ille gravis, ut ſemper, contra luxum & vehemens: Quantum, *inquit*, ſtatuarum, quantum columnarum nihil ſuſtinentium: Sed in ornamentum poſitarum impenſæ cauſa. Eo deliciarum pervenimus, ut niſi gemmas calcare nolimus; quæ, ut eſt magnus declamator, proſequitur pluribus. Sed quod reprehendebat in aliis, ipſe ſibi non dubitabat indulgere ſcitæ vir notæque cupiditatis: quantumvis ſupercilium tollat interdum contra luxum. Nam hortos habuit eos in Nomentano, qui ſuperarent pulchritudinem cæterorum, & Principis invidiam provocarent. Sunt enim, qui perſuadere velint, Senecam propter villæ hortorumque magnificentiam proſcriptum a Nerone, de quo ſatis diſerte Tacitus *libro Annalium decimo quarto* in hanc ſententiam; Nero ad deteriores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, tanquam ingentes & ſupra modum evectas opes adhuc augeret, hortorum quoque amœnitate & villarum magnificentia quaſi principem ſupergrederetur, is ipſe cauſam ſuam agit. Sic ille *eodem in loco* apud Cæſarem: Una, *inquit*, occurrit defenſio, quod muneribus tuis obniti non debui: Sed uterque menſuram implevimus, & tu quantum Princeps amico tribuere poſſit, & ego quantum amicus a Principe accipere: cætera invidiam augent: quæ quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacent, mihi incumbunt. Sed opes meas jube in tuam fortunam recipi: hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad ſumma vexiſſe, qui & modica tolerarent. Honeſta ſpecioſaque oratio, & a Principe in ſpeciem ſatis bene accepta. Quæ a me habes, *inquit*, horti & villæ, caſibus obnoxia ſunt; & licet multa videantur, plerique haudquaquam artibus tuis pares plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores ſpectantur, unde etiam rubori mihi eſt, quod præcipuus charitate, nondum omnes fortuna antecellis. His adjecit complexum & oſcula natura & conſuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis.

Ex

Ex quibus duo confici possunt; alterum, Græcos in hortorum cultu naturali pulchritudine ruris, Romanos vero superbis molitionibus ædificiorumque magnificentia magis fuisse delectatos: Alterum autem, apud utrumque populum veram germanamque hortorum concinnitatem & decentiam vel neglectam esse, vel quod magis probabile est, prorsus ignoratam. Nos enim ad elegantiora pervenimus. Quanquam quæsitam a Latinis ruris amœnitatem indicet Martialis in describenda *libro quinto ad Bassum* Faustini villa, cujus rusticitatem insulsitatemque ridet satis facete in hunc modum:

Bajani nostri villa, Basse, Faustini
Non otiosis ordinata myrtetis,
Viduaque platano, tonsilique buxeto,
Ingrata lati spatia detinet campi;
Sed rure vero, barbaroque lætatur.

Nullum autem elegantiæ, quæ nunc est in hortis apud nos, per ætates deinde consequentes apparet signum; Adeo disciplinæ illius universæ videntur fuisse negligentes. Rapin. *de disciplin. Hort. cap.* 7.

11 Hodiernis vero temporibus per industriam cultorum perfectum est, ut in hortorum forma, quæ viget id temporis apud nos, voluptas ipsa serviat utilitati, & si conferre volumus nostra cum antiquis, non solum hortorum elegantia, sed etiam fructuum ubertate & copia videbimur longe superiores.

Nam pervenimus ad eum sapientiæ gradum tantopere laudatum a Poëta, quo villarum nitorem cum utilitate conjunximus. Sic ille videlicet ad Nummonium Vallam *Epist. lib.* 1.

Vos sapere, & solos, ajo, bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

Unde plena lænociniorum videri cœpit ars illa, quæ voluptatem fructuosam afferat; sic ex ea commoditate ætas nostra notitiam disciplinæ hortensis, partim in formandis arboribus, partim in floribus ab Indis usque petitis assecuta est perfectissimam: Hic picti florum colores, densæ opacitates nemorum, fontium rivorumque liquidæ perennitates amœnissimique ordines arborum pomiferarum inter se mire consentiunt ad decentiam, magna insuper cura adhibita ad fructus procurandos, insitionibus eruditis arborum partus insolentes, maturitates graviditatesque pomorum per disciplinam & artem repertæ.

Quibus pro conciliando colore solis de muro adscitus favor, externæ arbores magna pecuniæ vi traductæ, pro novis ramorum societatibus per insitionem excogitandis: Postremo constitutus ordo confusioni, quæ prius erat: Cui accesserunt pulvillorum exquisitæ descriptiones, textusque accolarum mirifici: Unde designationes, compositionesque hortorum extiterunt hæ, quas videmus jam, emendatiores simulachris antiquorum omnibus. Rapin. *d. l. c.* 4.

Ad hortum autem diligenter & accurate præparandum, ante omnia loci natura inspicienda, quod præprimis præcipit Plinius *Lib.* 17. *Hist. Nat. c.* 2. ad soli naturam, loci ingenium & cœli cujusque mores dirigendam solertiam. 12 Qui plura de his cupit, adeat ipsos hortensis culturæ scriptores, Rapinum *d. l. c.* 8. Ferrari *Hortos Hesperidum.* Joh. Bapt. Portæ *Villam Lib.* 9. & 10. Eltsholtzii *Horticulturam.* Pet. Gabrielis *allgemeinen Gärtner*, qui omnium optime arcana Hortulanorum detexit, innumerosque alios, qui partim patrio, partim peregrino sermone de hac materia scripserunt. 13 Est autem hortus locus, sive in urbibus atque oppidis, sive in villis rurique, in quo arbores & herbæ oriuntur. 14

Et dividitur in Urbanum & Rusticum, 15 pro usu scil. & destinatione patrisfamilias, unde etiam vel ad Prædia urbana vel ad rustica refertur. Ille plerumque voluptatis, hic utilitatis causa comparatus. Urbanus est, qui etiam coronarius appellatur & flores producit, quod proprie 16 viridarium dicitur *l.* 13. §. 4. *de usufruct. l.* 7. 9. §. 2. ubi Gothofr. *de V. S. l.* 12. *de servit. urb.* Item ficus, palmas, caricas, *l.* 16. §. 1. *de trit. legat.* item herbas & folia quæ in medicina conducunt, & ex quibus unguenta conficiuntur, qui aromatarius vel Medicinalis dicitur *l.* 12. §. 1. ubi Gothofr. *de usu & habitatione.* vel odores §. 2. §. 4. *est ult. de aur. argent.* Rusticus hortus est, qui in reditu consistit, ut vinarius, 17 olitorius, pomarius, *l.* 198. *d. V. S.* etiamsi sit in civitate, & huc pertinet omnis herba sativa, quæ ad usum cibarium adhibetur, in *LL. Salicis* 61. dicitur Chrenecruda, *Gruneu-Kraut.* Huc spectat etiam linum, *l.* 60. 18

§. 2. de Leg. n. Gannabis, de qua Crescent. Lib. 3. c. 9. qui etiam Lib. 9. c. 1. describit solum horti, quod debeat esse pingue & molle, humidum magis quam siccum, cœlo liberum, ut sol intrare, & venti pertransire possint: in quo sit rivus vel fons, unde rigari herbæ tempore siccitatis possint.

19 Quia etiam publice interest prædia quam optime exculta esse, utique Princeps sub certa pœna subditos suos cogere potest, ut hortos colant, & arbores fructiferas plantent, quod in Electoratu Saxoniæ, Brandenburgensi, & passim per Germaniam ita obtinet. Ordin. Provinc. Saxo-Gothan. P. 2. C. 3. tit. 25. *Vom Baum-Pflantzen*, verba hæc sunt: *Nachdem männiglich bekannt, wie ein nutz- und verträglich Ding es um die Obst-Bäume ist, als wollen Wir, daß ein ieder Unterthan in Städten, Flecken und Dörffern, die Schultheissen, Gerichts-Schöppen und Heim-Bürgen hierauf fleißiges Aufachten haben, und darob seyn, auch bey der Gemeinde anhalten, und sie vermahnen, solchem wie gemeldt zu geleben, und den Beamten, oder eines ieden Orts Gerichts-Herrn jährlich auf einen gewissen Tag verzeichnet zustellen, wenn und wie viel Obst-Bäume gesetzt und gepflantzet seyn. Und da einer oder mehr in demselben Jahre nichts gepflantzet oder gepfropffet hätte, da er es doch der Gelegenheit seiner Güther halber wohl zu thun gehabt, derselbigen soll ein ieder, so manches Jahr es geschicht, einen Gülden zur Strafe geben.* Laudabilis etiam, totique universitati proficuus est mos in Ducatu Würtenbergico, referente Speidelio *in spec. voc. Garten*, ut quilibet post receptionem in subditum arborem fructiferam in loco quodam communi plantare teneatur. *Muß auf die Almand einen fruthtbaren Baum setzen lassen.*

20 Excusanda itaque minime est quorundam negligentia, qui in locum demortuarum arborum nullas substituere solent, nec apud Romanos relevatione ab oneribus digni sunt habiti, *l. 4. §. 1 ff. de Censibus.* ubi dicitur, eum relevari debere in publicis tabulis, qui delato modo fundi certis ex causis emi non possit, non vero si arbores exciderit.

21 Hortorum inter præcipuos fructus sunt poma. Pomi appellatione vero veniunt & nuces, ficus, uvæ, quæ non ad potum sed ad usum servantur. *L. 205. ff. de V. S.* Pomum aliud Gallice sonat, aliud Latine; Galli dicunt *pomme*, & pro malo usurpant, quod Germanis est *ein Apffel*, sed in Latino vox pomi latius patet, nam etiam nuces, & ficus & uvas duracinas complectitur, unde Pomona Dea priscis Romanis dicta, quæ omni malorum nucumque generi præfuerit, ut scribit Ovidius 14. *Metamophos.* Martialis *in Xeniis* nuces pineas poma Cybeles vocavit. Extat in hanc rem festivum responsum Cascelii apud Macrobium 2. *Saturnal. 6.* cum Vatinius quidam lapidandus esset a populo, obtinuissetque tandem ab Ædilibus, ne quis nisi pomum in arenam misisse vellet, iis forte diebus consultus Cascelius, an nux pinea pomum esset, respondit, si in Vatinium missurus es, pomum est.

Fructus arborum JCti naturales esse volunt, cum non ex operis hominum producantur, licet aliqua eis cura & industria adhiberi soleat, non tamen talis necessaria est, qualis circa fructus industriales requiritur. Gryph. *Oecon. Leg. L. 1. c. 17. n. 126.* Cum vero hortorum atque fructuum diversa sint genera, arbitrio judicis relinquendum, an fructus naturales, an industriales sint habendi. Carpzov. *P. 3. C. 32. def. 24. n. 12.* Sic poma, pyra, cerasa, nuces, pruna, &c. fructus sunt hortorum naturales; Rapæ vero, pisa, legumina atque alia in hortis consita, quæ singularem industriam necessario requirunt, industriales haberi debent, Dn. Fritsch. *Tract. de Jur. Hort. n. 14.* 22

Cum etiam necessitas requirat hortos sepimentis munire, non tantum ut ab incursu hominum pecudumque sint tutiores, verum etiam ut præcaveantur lites & rixæ, quas prædiorum vicinitas excitare solet, videndum ante omnia, num talis locus habeat jus, ut sepimento includi possit, *das Garten-oder Zaun-Recht habe;* Sunt namque loca, quæ omni tempore ad pascendum pecus sunt destinata, *die kein Garten-Recht haben*, ut pascua ipsa; quædam certo tempore sunt clausa, ut prata a die annunciationis Mariæ usque diem Michaelis, vel a 1. Maji usque ad diem Bartholom. & vocantur *zugeschlossene Zeiten*, reliquo tempore pecori pascenti patent, Lindenspur. *in Comment. ad Ordin. Würtenberg. fol. 298.* & ejusmodi bona sepimento claudere minime licet; quicunque enim communi pasculatione in agris universitatis utitur, is non potest in præjudicium reliquam partem agri sepimento claudere, & hoc modo pasturam deminuere. Noe Meurer. *P. 2. Jagd- und Forst-Recht p. 46.* 23

Nisi

24 Nisi quis cum renunciatione juris pascolandi ita cum universitate paciscatur, quale Exemplum refert Dither. *ad Besold. vocab. Zaun. Megeldt Gemein Ord. P. von L. hat ein ziemlich Stück Feld von seinem Gemein-Hof zu R. einen Garten und Weiher mit Zäunen eingefangen, sich von der Gemeine Hirten Pfrund abgesondert, und selbige Felder in der Höhe zu seines Viehes Weide gebrauchet; Als aber die Gemeine dieser Neuerung widersprochen, hat er sich verglichen, und 225. Fl. samt. 6. Fl. Leih-Kauff der Gemeine zum* Recompens *gegeben, auch sich der ihren übrigen Wun und Weyder, solche hinfüro nicht mehr zu besuchen, begeben.* 14. Februarii Anno 1630.

25 Hortum autem ad pratum reducere domino non est prohibitum, quod tradit Cæpoll. *per l. 3. §. 2. ff. de Aqua pluv. arc.* ubi in quibusdam exemplaribus pro voce
26 arvum legitur hortum. Usufructuarius vero non potest viridarium, in quo habet usumfructum, ad alium modum licet meliorem convertere *l. 13. §. 4. de Usufr.*

27 Cuilibet porro permissum est hortum suum a vicino etiam invito sepimento interjecto sejungere, cum sit res meræ facultatis, quæ non præscribitur, licet per mille annos hortus sine sepimento fuerit, ac communio soleat discordias parere.
28 Si vicinus sepem suam ultra limites horti sui in nostro fundo vi aut clam posuerit, etiam privata autoritate eam intercidere possumus per *l. 7. §. 3. quod vi aut clam.*
29 Struv. *de Vind. Priv. C. 6. Ap. 7.* Tutius tamen est hoc casu, ne partes ad rixas & arma veniant, officium Magistratus implorare, ut prævia oculari inspectione & summaria causæ cognitione destructionem præcipiat, arbitrariaque pœna eum, qui litibus ansam dedit, afficiat. Ordin. Prov. *Bavar. Tit. 26. Art. 1. Thut iemand dem andern Schaden an seinen Gärten durch Uberzäunen, ist, daß sich jener der den Schaden genommen, mit Lieb und Beten gäntzlich vertragen, oder ihm den Schaden bezahlen lässet, nach der Nachbarn Rath, der soll gegen dem Richter keine Entgeltung haben. Wäre aber der Schaden vorsetzlich, oder aus mercklichen Unfleiß geschehen, und der, welcher solches gethan, schwiege darzu stille, und begehrte nicht selbsten den Schaden abzuthun und alles wieder in vorigen Stand zu stellen, derselbe soll durch d n Richter der Gebühr nach und ernstlich gestraft werden.*

Si sepimentum sit commune, illudque 30
ruptum fuerit, vicinus autem pro parte reficere nolit, officio judicis sub pœna ad refectionem cogi potest, vel si alter vicinorum solus impensas in refectionem fecerit, portio vicini, vel judicio negotiorum gestorum, vel communi dividundo repeti potest. *L. 4. C. Commun. divid. l. 4. §. 3. ff. eod.*

Præterea ad restitutionem damni tene- 31
bitur vicinus, si ex negligentia refectionis per incursum pecudum alteri horto damnum illatum fuerit.

Si vero quis hortum proprium per ne- 32
gligentiam nullo sepimento muniverit, & alienum pecus ingrediens damnum dederit, non poterit illud pignorare, vel ad damni restitutionem agere, damnum enim quod quis sua culpa sentit, non sentire videtur.

Non tamen ad defendendum hortum 33
licet foveam facere, ut pecus in eam incidens pereat. Thomæ *de nox. animal. c. 26. n. 2.* Secus est, si fovea ad alium usum facta fuerit, & pecus forte in ea perierit. Vid. *leg. Georg.* Justiniani *tit. 4. §. 5.* Ubi: Si animal hortum vel vineam ingressum, vel ingredi volens, in vineæ foveam vel sepem horti inciderit ac perierit, Dominus horti ac vineæ indemnis esse jubetur.

Cæterum domum in horto suo ædifi- 34
care Jure Gentium permissum est, *l. 5. ff. de Just. & Jur.* quæ libertas naturalis Jure Civili nullibi est circumscripta, imo magis permissa *l. 8. & 9. C. de Serv. & aqua.* vid. supr. *Cap. 7. Lib. I. de Præd. struct. in pr.* nisi legibus Provincialibus aliud sit introductum. Si autem Civis in horto suo subur- 35
bano domum habeat, sine præscitu Magistratus pro lubitu non potest in eam habitandi gratia recipere quem velit, publice enim interest Magistratum scire, quales homines sint in civitate vel districtu, ne fures, latrones & malæ famæ homines recipiantur. Vid. Ordin. Provinc. Saxo-Goth. *P. 2. c. 3. t. 27.* ubi dicitur: *In die Garten-Häuser soll niemand, der nicht das Bürger- oder Nachbar-Recht des Orts hat, ohne sonderbarem der Obrigkeit Vorbewust gesetzet werden.*

Domum suam destruere, & in hortum 36
redigere nemini licet, *l. 8. C. de Ædif. privat.* Klock. *de Ærar. l. 2. c. 18. n. 3.* Ne scil. ruinis deformetur adspectus civitatis, & publicum defraudetur collectis, quia pro horto non tantum contributionis nomine exsolvitur, quam pro domo, & licet

licet tantum exsolveretur, attamen in metatis, *in den Einquartirungen*, ab hoc onere hortus liberabitur, & sic ejus decrementum reliquos cives gravabit; aliquando tamen aream in hortum licet convertere consensu Magistratus expresso vel tacito. Brunnem. *ad Tit. Cod. de Ædif. privat.*

37 Si duo fratres domos diviserint, in quarum medio hortus est, hortus cedit illi domui, pro qua testator illo horto utebatur. Si hoc non apparet, illi domui, per quam habebat intrinsecum aditum ad hortum. *l. prædiis. §. qui domum de leg. III.* Si nec hoc appareat, cedit hortus utrique domui, secundum Nicol. de Neapol. qui ita notat *in l. prædiis. §. qui domum.* & subdit, quod si consuetudo Regni disponat, quod primogenitus habeat domum, intelligatur etiam, quod habeat hortum, quippe qui delectationis causa ad usum domus paratus esse censetur, & sic pedissequus domus est. Cæpoll. *de servit. Urb. Præd. C. 76. n. 5.* contrarium tenet Chopin. *de privil. Rust. L. 2. P. 1. c. 4. in fin.*

38 Si quis alicui habitationem domus legaverit, cui continetur hortus, ad quem per eam aditus habetur, tunc legatarius hæredi tenetur aditum præstare per domum legatam. *l. ult. pr. ibique DD. de S. U. P.* Cæpoll. *d. l. n. 6.*

39 De fructibus pendentibus ac decidentibus in hortum vicini, differentiam esse statuunt Dd. inter jus Commune & Saxo-
40 nicum. De Jure Communi licet tertia quaque die fructus colligere & auferre, & si vicinus id prohibere velit, competit adversus eum interdictum de glande legenda. *l. un. ff. de glande leg. l. Julianus. 9. §. 1. ad exhib.* Post tertium vero diem eos colligere non licet, cum postea putrescere soleant, pro derelicto igitur habiti vicino cedunt. Sed hodie consuetudine hoc jus abrogatum esse testatur Joh. Schneidew. *ad §. 31. Inst. de rer. divis.*
41 Wesenb. *in Paratit. de gland. leg.* De Jure autem Saxonico fructus ex ramis in hortum vicini propendentibus decidentes ad ipsum vicinum pertinent. *Land-Recht, lib. 2. art. 52.* Weichbild *art. 126.* ubi dicitur: *Seiner Bäume Zweige sollen nicht hangen seinen Nachbarn zum Schaden* Glossa *ibid. n. 4.* *Ob du dein Obst schüttelst, was davon in deines Nachbarn Hof fället, das ist und bleibet sein. Diß verstehe auch, ob du das Obst ohne deines Nachbarn Schaden auflesen mögest;* Coler. *Part. 1. decis. 25.* Schulz. *Synops. Instit. de Rer. divis. tit. 11.* vulgo dicitur *der Uberhang.* add. Carpzov. *Jur. For. Sax. Part. 2. const. 35. def. 25.* ubi sequens præjudicium adducitur: *Stehen in eurem Garten etliche Obst-Bäume hart an dem Zaune, also, daß die Zweige in eures Nachbarn Garten hangen, und wann ihr selbige Bäume schüttelt, die Früchte von solchen Zweigen in des Nachbarn Garten fallen, so verbleiben solche Früchte nach Sachsen-Rechte dem Nachbar, und ihr seyd dieselben in seinem Garten aufzulesen nicht befugt.* Ratio hujus juris hæc esse videtur, quod arbor in confinio posita in vicini fundum radices agat & ex eo naturale alimentum suum habeat, & quod rami in fundum nostrum propendentes umbra sua ei noceant. *§. 31. in fin. Inst. de R. Div.* Præterea hoc jure rixæ & lites, quæ inter vicinos de glande legenda facile oriri possent, optime præcaventur. Quod & 42
moribus Belgii & aliorum locorum receptum esse, tradit Groenw. *ad l. 1. de glande leg.* ubi refert, quod Mechliniæ & Antwerpiæ propendentium fructuum semissis tantum vicino cedat.

Si rami propendentes vicino molestias 43
creent, ipsi proria autoritate succidere licitum non est, sed adeundus est Judex. *l. 1. c. de interd.* Ferron. *in Consuet. Burdig. Lib. 2. tit. 1. §. 1.* E contrario cæsio arborum in ædes nostras propendentium prohibita non est. *d. l. 1. §. 2.* Si vero arbor ex agro meo in alienum agrum pendeat, ac vicino agro umbram faciat, eam vero dominus amputare nolit, licet mihi quindecim pedes a terra altius eam circumcidere. Idque est ex LL. XII. Tab. Cujac. *ad l. 4. §. si quis.* Coll. Argent. *ad tit. de Arbor. cæd. θ. 6.* adimere enim volenti vim fieri Prætor prohibet. *l. 1. §. 6. de Arbor. cæd.*

Alia est ratio radicum. Nam si maxime arbor aliqua in vicini fundum radices porrexerit, tamen eas recidere vicino non æque licebit, sed agendum erit actione negatoria. Tabor. *ad Tit. Arborum furtim cæsar. θ. 22. & 23.*

De doliis & vasibus fictilibus, cupreis, 44
ligneis & plumbeis, quæ & viridia dicuntur, *l. 79. ff. de V. S.* quibus terra aggesta flores nutriuntur, Labeo & Trebatius quærunt an sint ædium? *l. 26. pr. ff. de Instr. vel Instrum. leg.* idque affirmat Javolenus, si sc. ita alligata sint ædibus, ut ibi perpetuo posita sint. Hinc domo legata etiam viridaria 45
deben-

debentur, *l. 91. §. p. ff. de Leg. III.* cum additamentum sive accessorium sequatur suum principale: quam regulam etiam in immobilibus procedere asserit Gothofred. *in not. ad h. l. n. 31.* Hortus enim ædibus & amœnitatis & salubritatis causa ut plurimum adjiciatur, id. *ibid.* add. Berlich. *P. 2. Dec. 191. n. 3. & n. 45. seqq.*

46 Compertum insuper est flores hodie in maximo esse pretio, ita ut valor unius floris quandoque ad aliquot millia florenorum se extendat. Certe illorum raritatem eisdem majus conciliare pretium dubium non est, quemadmodum omne quod rarum est, plus appeti dicitur, *in Can. 2. dist. 59. & can. 4. caus. 4. quæst. 7.*

47 Quin & tempus efficere potest, ut pluris veneat atque alias valiturus esset, vel uti in hanc rem eleganter admodum Martialis canit *Lib. I. Epigram.*

Rara juvant, primis sic major gratia pomis,
Hybernæ pretium sic meruere rosæ.

48 Absit tamen, ut inde licentiam demus florum æstimatoribus pro lubitu eorum pretium augendi, ac in immensum extendendi: Namque intra limites debet se continere valoris incrementum, & justa semper subesse inter flores & eorum pretium proportio. Hinc merito miramur non solum, sed & damnamus insaniam illam, quæ quondam Belgas invaserat, enormi plane & ingenti nummorum quantitate flores, præsertim Tulipas, ementes & vendentes, de quibus D. Casp. Ziegler. *de Jur. Majest. l. 1. c. 41. §. 68.* ita scribit: Nulla autem vel vitiosior unquam, vel vesana magis, vel damnosa magis extitit negociatio, quam ea, quæ ante paucos annos inter Batavos circa flores, & eos imprimis, quos Tulipanos dicunt, magno gentium deridiculo fuit frequentata, ac pergit: vix credet posteritas tantam hujus seculi fatuitatem & deliramenta, præsertim ubi legerit, quæ de hac negociatione prodidit Meteranus novus sub Anno 1638. *lib. 55.* ex quo eodem Meterano refert Marquardus *de Jur. Merc. l. 2. c. 1. n. 82. Daß allerley Leute sich auf den Tulipan- oder Blumen-Handel geleget, also, daß die Weber ihre Webe-Stühle und alles was sie gehabt, zu Gelde gemacht, theils ihre Häuser und andere Immobilia verkaufft, Capitalia aufgekündiget, und auf solchen Handel verwendet, so gar, daß eine Blume, sonsten* semper Augustus *genannt, Anno 1633. oder 34. um 2000. Niederländische Gülden oder 800. Thaler baar Geld verkaufft worden, aber ums Jahr CHristi 1637. für kein Geld mehr zu kauffen gewesen, dieweil derselben Blumen nur zwey, wie man sagte, zu bekommen gewesen, als die eine zu Amsterdam, die andere zu Horlem.* Hinc lepidam de pre- 49
tioso jentaculo historiam ex Antenor. *in Salom. Cap. 10.* recenset Martin. Zeiler. *in Miscell. p. m. 29.* his verbis: *Ein Kauffmann zu Amsterdam hat eine Zwiebel von einer Tulipan um 500. Holländische Gülden gekaufft, als er hernach einem Bothsmann, der ihm etliche fremde Waaren gebracht, einen frischen Hering und eine Kanne Bier geben lassen, und dieser die Zwiebel beym Fenster gelegt ersehen, und vermeynet, es wäre eine gemeine Zwiebel, hat er sie geschelet, und zum Hering gessen.* Idem habet Johann Rist, alias *der Rüstige, in seinen monatlichen Unterred. mens. Mart. 1669. von der alleredelsten Thorheit der gantzen Welt, p. m. 183.* ubi simul de flore quodam, quem juccam vocant, refert, illum pro quinquaginta Imperial. *p. 48.* & pro nonaginta Imp. *p. 53.* venditum fuisse. Lilium vero pro 50. Imp. *p. 191.* & Tulipas pro 2000. aut 3000. florenis. Indeque hanc negociationem cum Martin. Schockio, Profess. Grœn. vocat Tulipomaniam *oder Tulpen-Raserey. p. 185.* & Tulipas *das Narren-Kraut p. 188. & passim.* De hoc vero damnoso florum 50
commercio, quod justi pretii mensuram excedit, & voluptati tantum atque prodigendis subditorum opibus inservit, optimo jure conqueritur, illudque a Principe vel restringi vel prohiberi posse pro Reip. suæ Statu, autumat Ziegler. *de Jur. Majest cit. loc.* Add. D. Petrus Müller. *de Præsid. Domus Illustr. c. 7.* Sed quid de emtore 51
hoc in casu dicendum, poteritne is ob enorme pro floribus solutum pretium, *ex l. 2. C. de resc. vendit.* agere ad rescissionem contractus? Non puto. Licet enim vel maxime emptori æque ac venditori beneficium illud ab Impp. *in l. 2. C. de resc. vend.* propositum, esse tribuendum existimem cum Hahn. *ad Wesenb. tit. de resc. vend. n. 16.* Mevio *part. 3. Dec. 192. num. 1.* Scotan. *ad ff. Disp. 37. th. 5.* quoniam hic æque facile ac venditor iniquum pretium offerendo lædi, imo facilius quam venditor in vera rei æstimatione labi potest, utut dissentiant Cujac. *Obs. lib. 23. c. 32.* & Merillus *lib. variant. ex Cujac. lib. 2. c. 5. & lib. 6. obs. c. 6.* Attamen quia emptor, tali casu vilissimam rem maximo pretio com-

comparans, sciens in illud consentit, atque sic haudquaquam lædi videatur, juxta *l. 145. de R. J.* quin potius id quod excedit, consulto venditori donasse censeatur, *l. 53. eod.* non poterit is gaudere hoc beneficio, nec auditur rescissionem contractus ob enormem quantitatem pretii soluti petens. Trentac. *l. 3. tit. de Empt. Resol. 3. n. 9.* Tiraquell. *de retr. consangu. §. 1. Gl. 18. num. 14.* Gratian. *Tom. 3. disc. for. c. 461. n. 28.* Struv. *Ex. XXIII. th. 89.* licet in diversam abeant sententiam Covarruv. *l. 2. Ref. c. 4. n. 2.* Arius Pinellus *ad lib. 2. c. de R. V. p. 1. c. 2. n. 10. seqq.* D. Wildvogel *de Jur. Flor. c. 3. § 10. & 11.*

52 Ut in horto alterius pomum decerpere aut spatiari, aut cœnare in eo liceat, servitus proprie sic dicta imponi non potest. *l. 8. ff. de Servit.* Cujus ratio est, quod ea facultas ad utilitatem prædii dominantis nihil pertineat, nisi remote; est itaque hoc jus neque ususfructus, nec usus, nec merum jus personale, nec genus quoddam irregularis alicujus servitutis personalis.
53 Franzk. *ad Tit. de Servit. n. 73.* In more autem veterum fuit, ut prandium leve & modicum esset, cœna copiosior, somno qui mox insequitur suffragante: cujus proprium est digerere, qui mos ne nunc quidem apud multos exolevit, quanquam Aristoteles large prandendum, & parce cœnandum existimet; Fiebat porro utrumque prandium & cœna palam & in propatulo, ut non splendidius & conditura magis exquisita, quam ex legibus contra veterum Romanorum luxuriam latis par esset, sed sine apparatu & impensa cibus sumeretur, propter quas causas (*inquit* Macrob. *in 3. Saturnal.*) imperari cœpit, ut patentibus januis pransitaretur & cœnaretur.

54 Iter facienti Hortum alterius ingredi, ac sine crimine furti pomum decerpere licere, si eo illico vescatur, tradunt per textum sacrum Devter. *c. 23. vers. 24. can. discipulos. 26. de consecrat. dist. 5.* Harpr. *in §. 1. n. 19. de obl. quæ ex del. nasc.* dummodo id fiat sine vastatione aliqua, pro commoditate tantum & usu necessario, ut loquitur Imp. Fridericus *in Cap. ult. 2. Feud. 27.* quod tamen hodie non ubique impune fieri cum experientia testatur Bo-
55 cer. *Tr. de pœna furt. c. 2. n. 105.* Aliter se res habet, si quis fructus ejusmodi, ut poma, pyra, nuces, cerasa, rapas, lucrifaciendi causa secum abstulerit, & hic absque dubio furti tenetur, Ord. Crim. Carol. *Art. 167. l. 27. §. 25. ff. ad L. Aquil.* Carpz. *Pract. Crim. P. 2. Qu. 83. n. 35.* ubi statuit 56
in furto fructuum nunquam capitalem, sed tantum arbitrariam quandam pœnam locum habere, cum Judex nunquam certus esse possit de corpore delicti, seu de quantitate istarum rerum ablatarum.

Verum si quis subducendo fructus tales magnum, notabile & periculosum damnum adferret, non minus ut alii fures puniendus foret. Tabor. *in Analys. Art. 167. th. 7.*

Pro arboribus furtim cæsis de Jure Ci- 57
vili variæ competunt speciales Actiones: Puta ex Edicto Prætoris Actio civilis arborum furtim cæsarum in duplum, *l. 7. §. 6. & tot. tit. ff. arbor. furt. cæs.* Ex lege Aquilia in simplum, *l. 1. ff. dict. tit.* Ex interdicto *quod vi aut clam. l. 28. §. 6. de Jure fur.* Ex legibus XII. Tab. ut quis in singulas arbores cæsas æris viginti quinque asses luat. Matth. Berlich. *P. 5. Concl. 52. n. 2.* Imper. Carolus V. reos arborum furtim cæsarum, seposito furti supplicio, pro more ac consuetudine cujusque regionis puniri voluit.

Constitutione Electorali Saxonica *part.* 58
4. 37. sancitum est, ut is, qui non lucri faciendi causa, vel nocendi animo ac petulanter arbores cædit, aliove modo inutiles reddit, pœna furti non coërceatur, sed præter æstimationem arborum mulctam triginta solidorum (i. e. 40. Grossorum Misnens.) vel pro ratione circumstantiarum severiorem pœnam arbitrariam luere debeat, intelligit autem hic Illustrissimus Legislator arbores fructiferas, ut quercus, fagos, ficus, pomos, pyros, vites, castaneas, salices, &c. *tragende oder fruchtbare Bäume.* Insuper tenetur etiam æstimationem arborum cæsarum una solvere, *d. Const. 37. p. 4.* Qui vero lucri faciendi causa, inscio fundi domino, cæsas furantur, eos pœna furti subjacere præjudiciis confirmat Carpzov. *Pract. Crim. p. 2. qu. 83. n. 7. & seqq.*

Quia etiam in Jure nostro flores & 59
olera pomis & frugibus conjunguntur, *l. 12. §. 1. de usu & habitatione*, merito illi, qui flores & herbas coronarias aut Medicinales, puta Tulipanos, Cariophylla, Rosas, Lilia, Rosmarinum & similes ex aliorum hortis lucri capiendi causa auferunt, furti tenentur, & quamvis Carpzov. *d. l. n. 27.* arbitrariam tantum pœnam locum habere tradat, ob verba *d. Const. 37. p. 4. in fin.*

Aber

Aber die, welche andern aus ihren Gärten oder sonsten Kräntzerey, als Näglein, Roßmarin, Majoran und dergleichen Blumen oder Sträuche stehlen, mögen mit einer Geld-Busse, zeitlichem Gefängniß, oder nach Gelegenheit der Verbrechung mit Verweisung gestrafet werden.

60 Attamen Berlich. *P. 5. Concl. 35. num. 5.* existimat, furem sæpius hoc crimen reiterantem, talesque plantas & herbas, quarum valor magnam summam excedit, suspendii pœna plectendum esse, præcipue cum, uti supra dictum, pretium earum rerum ita hodie creverit, ut unicus flos apud Batavos bis mille florenis fuerit æstimatus & venditus. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. L. 1. c. 41. n. 68.* vid. Tabor. *ad d. Art. 167. n. 5.* Non enim attendenda proportio inter rem ablatam & vitam humanam, nec in pœnarum inflictione commensuranda res pœnæ, sed potius pœna delicto. Hahn. *ad Wesenb. tit. de furt. n. 5.* Quod multo magis obtinet in rapinæ crimine, ubi non tam noxa & damnum per ablationem illatum, quam violatio securitatis in via publica attenditur. Carpz. *P. 4. c. 35. D. 4.* Philipp. *in usu Pract. Inst. Ecl. 4. n. 11.*

61 Ex quo infertur, pœna gladii afficiendum, ejusque corpus rotæ imponendum, qui flores, herbas, plantas &c. vi rapit, imo & eum, qui sertum vel serviam animo rapiendi in via publica aufert, Dn. Wildvogel *de Jure Florum c. 4. §. 5.* ubi ex Beyeri *Colleg. ad ff.* refert de nebulone quodam, vulgo *Zippel-Nickel* dicto, qui ob id, quod mulierculas, qui herbis aut radicibus victum quærebant, *die Salat-Weiber*, aggressus, exiguam eis quantitatem raphani majoris, *Meer-Rettich*, in via Vinariensi, *das Mühl-Thal*, dicta, rapuerat, gladio punitus, rotæque fuit impositus.

62 Si quis vero, non quidem lucri, attamen damni faciendi causa, frutices & plantas florum ex horto alieno auferat, evellat, frangat, aut aliter lædat, pœna extraordinaria plerumque plectitur, prout præjudicium tale refert Carpz. *P. 2. qu. 38. n. 32.* *Ist verschienenem Sommer euer Unterthaner, Namens M. R. in seines Nachbarn Garten gestiegen, daselbst er aus lauter Muthwillen und Frevel die Rosen abgerissen, zerstreuet und verderbet, auch die Nelcken-Stöcke ausgerissen und zerwühlet, welches er denn, als er hierüber vernommen worden, gestanden, und bekannt, &c. So wird er solches seines begangenen Frevels wegen, nebst Erstattung des Schadens auf richterliche Ermässigung, 12. Tage lang mit Gefängniß gestrafet; V. R. W.*

Quamvis autem Berlich. *P. 2. concl. 53. n. 7.* delinquentem hoc in casu ad solutionem 30. solidorum præter æstimationem plantarum condemnandum esse statuat. *arg. Art. 28. Land-Recht p. 2. & const. Elect. 37. p. 4.* Attamen hanc pœnam ob disparitatem rationis, cum nimirum pluris æstimentur arbores fructiferæ quam frutices, & nulla in *dd. tt.* fruticum seu plantarum mentio fiat, odia insuper seu pœnæ restringendæ sint, *l. 19. ff. de Lib. & Posth. C. 15. de R. J. in 6.* ad flores, plantas & frutices extendendam non esse contendit Carpz. *cit. loc. n. 31.*

Per flores quoque injuria potest committi, quando quis virgini honestæ aut mulieri florem fœtidum seu herbam graveolentem, e. g. vulvariam, naribus admoveat, aut contritam manibus chirotecisque illinat; item si matricariam aut similem herbam vel florem, quem alias gravidæ aut impregnatæ haud ferre posse creduntur, puellæ offerat, ejus virginitatem hoc ipso exploraturus, omnibus enim his casibus contra delinquentem injuriarum actionem aut æstimatoriam, aut criminalem ad pœnam pro Judicis arbitrio imponendam competere nemo dubitat *§. 10. Instit. de Injur.* Carpzov. *d. l. n. 7.* Nec liberatur injuria afficiens, si vel maxime in posteriori casu virginem esse defloratam probare velit, cum veritas objecti criminis non excuset delinquentem, sed voluntas magis spectetur, & libido injuriandi, *l. 5. C. de Injur. & arg. l. un. C. de Famos. Libell.* add. Ordin. Crimin. *Art. 110. verb. final.* Carpz. *P. 2. Qu. 96. num. 74.* 63 64

Occasione florum aliud illatæ injuriæ exemplum est, quando quis Serviam, *einen Blumen-Strauß*, ex virginis vel honestæ matronæ sinu libidinose extraxerit, & violenter rapuerit; talem enim protervam actione injuriarum vindicari posse, itidem affirmatur per supra allegata apud Carpzov. *P. 2. Qu. 99.* 65

Id ipsum jam porro magis asserendum erit in casu, quo quis virgini sertum aut coronam, *den Krantz*, detrahere audet, quasi prostibulum sit aut deflorata, cui sertum gerere prohibitum, talem namque improbum & petulantem actione injuriarum promeritaque pœna quilibet facile dignum reputabit. Occasione horum quæritur: 66

67 an virgini vi ſtupratæ ſertum vel coronam ex floribus confectum portare liceat, quod negat Carpz. *Pr. Cr. P. 2. qu. 75. n. 83. & 84.* ex hac ratione, quod ejusmodi ſertum ſignum ſit virginitatis non animi, ſed corporis, quam ſtuprata amplius non habet, utut animi virginitatem ſervaverit. Verum cum ipſe Carpzov. *in Jurupr. Conſ lib. 2. def. 237.* reſcriptum Electorale adducat, ubi Conſiſtorium ſuper hoc caſu conſultum nihil certi determinare voluit, ſed circumſtantias probe ponderare juſſit, hujus utique ſententiæ inhærendum erit, & res ita temperanda, ne vel afflictæ ulterior addatur afflictio, vel in Eccleſia ſcandalum præbeatur. Dn. Wildvogel. *d. Diſſert. §. 11.*

68 Florum & herbarum uſu etiam alia crimina perpetrantur, veneficium ſcil. & abortus procuratio. Et prius quidem quod attinet, experientia comprobat, perditos homines aliorum ſaluti & vitæ inſidiantes, ad perpetrandum hoc facinus, floribus ſæpiuscule herbisque uti venenoſis. Tales vero veneficos, ſi illorum propoſitum effectum habuerit, morte puniendos eſſe, non minus ac ſi propriis manibus quem occidiſſent, nemo negabit, adſtipulante præſertim jure tam Civili antiquo *in l. 1. pr. & §. 1. ad L. Corn. de ſic. l. 28. §. 9. eod.* quam moderno Imperii, in Ord. Crim. *art. 30.* Et civili quidem Jure gladii pœna obtinere videtur, hodierno vero rota dictari ſolet, & ſic graviori quadam pœna hujus delicti reus plectitur, quam ſimplex homicida, cum plus ſit hominem extinguere veneno, quam gladio occidere, *l. 1. c. de Mathem. & Maleſ.* vid. Carpz. *Pr. Crim. p. 1. qu. 20. n. 22. ſeqq.*

69 Similis huic delicto eſt partus abactio, quæ ut plurimum per herbas, flores, horumque radices peragitur. De cujus facinoris pœna alias disquirunt Dd. an ea debeat eſſe capitalis, an mitior, corporis ſc. afflictiva, aut relegatio? Vid. Menoch. *lib. 2. arb. jud. quæſt. cent. 4. caſ. 357. n. 9.* obtinuit tamen communiter illa ſententia, qua inter partum animatum & non animatum diſtinguunt, ita ut illum abigens pœna ordinaria Legis Corneliæ de Sicariis, quæ eſt gladius, afficiatur; abortum vero inanimati fœtus procurans extraordinarie ſaltem pro Judicis arbitrio puniatur. Vid. Carpz. *Pr. Crim. p. 1. qu. 12. n. 2.* Habetur autem partus vitalis, poſtquam medium a conceptione tempus fuit prælapſum. Carpz. *p. 4. Conſt. 4. d. 1.*

70 Optimo jure huc referre licet philtra, ad amorem conciliandum ex floribus confecta alterique præbita: Hæc enim ſi ſolus effectus amoris ſequatur, philtrum propinantem extraordinarie puniri æquum erit. Vid. D. Simon. *de Amor. venenato. th. 37.* ſin vero mors inde evenerit, probamus omnino ſententiam Pauli, *in l. 38. §. 5. de pœn.* qui vult, ut qui abortionis aut amatorium poculum dant, & eo mulierem aut hominem perdunt, ultimo ſupplicio afficiantur. Cum quo facit Dn. Struv. *Ex. 48. th. 8.* & Dd. quam plurimi allegati a D. Simon. *d. Diſp. th. 41.*

Ne autem abortus ejusmodi, de quibus 71
præcedenti theſi actum, committantur, & occaſio præripiatur malevolis tam ſibi quam aliis nocendi, optima ratione in bene conſtitutis Rebuspublicis prohibitum reperimus a provido Magiſtratu venditionem florum aliarumque herbarum vim purgandi fortiorem, aut depellendi, vel ſimilem efficaciam habentium: veluti ſic conſtitutum legitur *in der Lüneburgiſchen Apothecker-Ordnung de Anno 1606. cap. 4. art. 5.* verb. *Giſſtige Artzneyen und treibende gefährliche Kräuter.* Nec non in Ordinat. Officin. Iſenac. *art. 19.* ubi hæc habentur verba: *Diejenigen Sachen, ſo ausſerhalb ihres rechten Gebrauchs wahre Giffte ſeyn, auch gar ſtarck purgiren, und die Menſtrua oder Geburth befördern, ſollen die Apothecker und Materialiſten, bey hoher Straffe keinem Dienſt-Geſinde, noch verdächtigen oder fremden und unbekannten Perſonen heraus geben.* Rigoroſius id inculcat Ord. Polit. Magdeburg. *c. 2. §. Desgleichen,* ibid. *Soll auch niemand, er ſey auch wer er wolle, Mannes- oder Weibes-Perſonen,* Menſes provocantia *oder den* gravidis *nachtheilige* Medicamenta ſimplicia *oder* compoſita, *er bringe denn von einem* Medico Ordinario *ein von ihm geſchriebenes Recept, verkaufft werden.*

Cum etiam furta in agris, vineis ac hor- 72
tis celeberrima eſſe ſoleant, utile eſt, vigiles, cuſtodes ac defenſores conſtitui, de his Ord. Prov. Saxo-Goth. *P. 2. c. 3. tit. 27. Dieweil die Feld- und Garten-Dieberey faſt gemein iſt, und niemand das Seinige alldar recht behalten kan, überdiß auch durch Wieſen, Aecker und Gärten unnöthiger Weiſe ungebührliche Wege gemacht werden, aber billig dahin zu ſehen iſt, wie daß demſelben Stehlen und ſchädlichem Beginnen aufs beſte geſteuret, und ieder bey dem Seinigen erhalten werden möge;*

Als

Als wollen Wir, daß man bey allen Städten, Flecken und Dörffern unserer Fürstenthümer und Lande darauf bedacht sey, damit ein oder mehr geschworne Schützen geordnet, und dieselben bey Antretung ihrer Dienste ernstlich befehliget werden, auf solche Feld- und Garten-Diebe, und diejenigen, so sonsten in Feldern Schaden thun, zu Tag und Nacht gute Aufsicht zu haben, und niemand hierinnen nachzusehen, sondern diejenigen, welche über der That betreten werden, alsobalden zu pfänden, und die Pfande zum Wahrzeichen in die Gerichte, alldar ihnen hingegen zu ihrer Pfand-Gebühr verholffen werden soll, nebst umständlichen Bericht, wie es um den verübten Diebstahl oder Schaden bewandt, einzulieffern.

73 Fructus hortenses industriales, ut olera, rapæ, pisa aliaque legumina, mortuo Vasallo vel vidua in Feudo dotalitium habente, de Jure Saxonico hæredibus ejus allodialibus cedunt, jure scilicet culturæ & curæ, si horti vivente adhuc Vasallo fuerint fossi, culti, sati & subacti. Const. Elector. *32. pag. 3. Alſo auch da ein Garten bey des Verstorbenen Leben gerodet, gesäet und gehacket ist:* Alia est ratio fructuum hortorum, qui nullam hominis industriam requirunt, puta pomorum, pyrorum, cerasorum, quæ ad Feudi successores pertinent. Carpz. *ad d. Const. 32. p. 3.* vid. Henel. *de Dotalitio c. 11. §. 6.*

74 Sic Horti malorum aurantiorum & citrinorum ad hæredem mobiliarem spectant, cum sub periculo continuo propter frigora hyemalia transponi soleant, ideoque pro mobilibus habentur. Spreng. *de Jure ædific. p. 68.*

75 Fructibus hortorum accisiam vel gabellam imponi posse, urgente præsertim necessitate publica, dubium non est, cumprimis in iis locis, ubi præcipui & maximi proventus subditorum ex hortis sunt, Klock *de contrib. c. 1. & 2.* cum videamus etiam ex hortis deliciarum decimas solvi. Becker. *in Jur. Publ. c. 10. §. 28.* vid. Besold. in verbis: *Obst-Zehend.* Præterea conqueruntur hodie Cives & Agricolæ, quod per multos annos ex hortis pomariis fructus nullos perceperint: accusant incommoda, intempestatem, vermes & alia naturæ mala. Verum multis objici posset, quod suo tempore Romanis objiciebat Columella *de Re rustica præfat. ad P. Sylvium,* ubi ita ait: Sæpenumero civitatis nostræ Principes audio culpantes modo agrorum infœcunditatem, modo cœli per multa jam tempora noxiam frugibus intemperiem: Quosdam etiam prædictas querimonias velut ratione certa mitigantes, quod existiment, ubertate nimia prioris ævi defatigatum & effœtum solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Quas ego causas procul a veritate abesse certum habeo, quod neque fas est existimare, humi naturam, quam primus ille mundi Genitor perpetua fœcunditate donavit, quasi quodam morbo sterilitate affectam: Neque prudentis est credere, tellurem, quæ divinam & æternam juventam sortita, communisque omnium parens dicta sit, quia & cuncta peperit semper, & deinceps paritura sit, velut hominem consenuisse. Nec post 76
hæc reor intemperantia cœli nobis ista, sed nostro potius accidere vitio, qui rem rusticam pessimo cuique servorum velut carnifici noxiæ dedimus, quam majorum nostrorum optimus quisque perseverantissimo studio optime tractavit, &c. Nimirum negligentia nostra non postrema hujus mali causa dicenda est. Fritsch. *de Hort. n. 12.* Verumque manet proverbium, *Garten-Werck, Warten-Werck, Garten muß man warten.*

Sed quid dicendum, quando in loca- 77
tione horti pomarii circa fructus arboris sterilitas vel casus fortuitus contingat, numne locator pro rata temporis, quo conductor uti non potuit, ipsi remissionem facere debet? Quod affirmatur per *Cap. 3. X. de Locato.* Gail. *Lib. 2. Obs. 23.* si scil. (1) Sterilitas arboris inconsueta sit illius loci vel temporis, *l. 15. §. 2. ff. Locat.* Valasc. *de Jur. Emphyt. quæst. 27. num. 34.* Secus si ea consueta sit aut præsciri facile potuisset, *arg. l. 9. §. 1. eod. l. 13. §. 6. de damn. inf.* Bossius *Prax. Crim. tit. de mercedis remissione n. 89.* (2) Contingat forinsecus, e. g. aëris intemperie vel erucarum damno, vid. *d. l. 15.* §. 2. Franzk. *ad tit. loc. n. 96. & 98.* non etiam si eveniat vitio ipsius rei, ejusque intrinseca qualitate, veluti si hortus, in quo arbores conductæ positæ sunt, per se sit sterilis, frigidus &c. *vid. l. 13. ff. de reb. eor. qui sub tut.* & fructus acerbos ferat, *d. l. 15. §. 2.* aut arbores ob vetustatem minus fructuosæ sint, *d. l. 15.* §. 5. (3) Si casus ille accidat circa fructus nondum perceptos, Gail. *L. 2. Obs. 13. n. 12.* percepti enim etiam mercede nondum soluta conductoris sunt. *arg. l. 7. pr. in quib. caus. pignus tacit. l. 26. §. 1. ff. de*

Furt. Hinc ob pomorum, uvarum, &c. valorem ita minutum, ut nec dimidium pensionis valeant, ulla mercedis remissio non debetur. Franzk. *d. l. n. 104.* (4) Si contingat sterilitas sine conductoris culpa ad casum ordinata, & quidem ita, ut ipse nullo modo eidem occurrere potuerit. *C. 3. X. de Locat.* Barbos. *ad l. 8. C. eod.* Hinc ille, qui vites non debito modo & tempore in torto stramine vestivit, remissionem petere non potest, licet illo anno sterilitas vel similis calamitas secuta sit, *l. 15. §. 3. arg. l. 25. §. 3. ff. locat.* Caeterum culpae conductoris & illud annumeratur, si propter inimicitias ejus vicinus arbores exciderit. *d. l. 25. §. 3.* (5) Denique requiritur, ut conductor damnum in fructibus arboris intolerabile acceperit. *d. l. 25. §. 6.* Quod a Judice aestimatur, *arg. d. §. 6. juncta l. 1. §. 2. ff. de jur. delib.* qui tamen ad quantitatem, *l. 2. C. de rescind. vend.* non praecise obligatur. *arg. l. 25. §. 6. ff. locat.* Quia modicum tantum damnum, non vero immodicum, quod ab enormi laesione diversum est, conductor tolerare tenetur *ibid.* Nec etiam ob contingentem majorem ubertatem pensio ab initio conventa augetur. *d. l. 25. §. 6.* Zoes. *ad Tit. ff. locat. n. 22.* Franzk. *ibid. num. 115.*

78 Praeterea favor fructiferarum arborum tantus est, ut Vasallus Feudo privetur, si eas incidat, Bart. *in l. fructus. §. 7. si fundum. 12 ff. soluto matr.* Bald. *in l. 1. n. 11. C. de Jure Emph. n. 99.* Zas. *Epitome Feud. p. 10. concl. 8* Multo magis hanc ob caussam Emphytevta & usufructuarius expelli poterunt. vid. Mantica *de tacit. & ambig. Convent. Lib 22. tit. 29. n. 2.* vid. Tabor. *Racemat. ad Tit. ff. Arbor. furtim caes. n. 38.* Vall. *Consil 18. n. 12.* Ubi plurimis autoritatibus probat, quod usufructuarius, emphytevta, conductor, maritus & pater in bonis uxoris & filii arbores fructiferas sub poena amissionis juris sui succidere nequeant. Quo tamen casu tunc demum ad privationem Feudi usus, vel usufructus Dominum vel proprietarium procedere posse dicunt, si Vasallum vel fructuarium serio praemonuerint, ut abusu abstineret, ille tamen nihilominus abusum continuaverit. Hartm. *Pract. Obs. Tit. de Feudis obs 37.* Restringi quoque haec debent, ut habeant locum, nisi arbores vetustae sint, adeo, ut utilius sit in earum locum alias substituere, tunc enim, si emphytevta eas inciderit, & alias substituerit, non potest expelli, quia hoc industriae magis, quam culpae adscribi debet. Roland. *cons. 49. n. 20. t. 2.*

Quia autem Vasallus & Emphytevta non usumfructum solum, sed amplius quoque utile Dominium habent, Dn. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 11. th. 55.* ideo facilius his conceditur, arbores interdum quoque non caeduas pro aedificatione Domus in ipso fundo incidere, vid. *l. 10. & 12. ff. de usufr.* Mantica *cit. loc. n. 33. & 36* quam usufructuario, cui quidem ex arboribus fructiferis quoque domum reficere permissum est, non autem aedificare, *l. 13. §. 5. arg. l. 44. ff. de usufructu.* Quinimo etiamsi vi ventorum aut tempestatis arbores evulsae & dejectae sint, fructuarius tamen ligna, nisi forte ad villae refectionem vel ad usum plane necessarium, caedere vel auferre non potest, *l. 12. de usufr.* Unde & maritus, arboribus in fundo dotali vi tempestatis dejectis, si inciduae illae sint, soluto matrimonio pretium earum ipsi mulieri restituere debet, *d. l. fructus. 7. § si fundum. 12. ff. soluto. Matr.* Mantica *Tom. I. l. 12. Tit. 32. n. 33.* Quamvis usufructuarius ex Sylva caedua pedamenta petere possit, dum ne fundum deteriorem faciat. *d. l. 10. ff. de usufr.* vel quae alia ad usum necessaria. *l. lign. 55. §. 3. de Legat. 3.* Neque interest, si paulo intempestivius arbores caedat, modo hoc fiat ad modum vel quantitatem, quam paterfamilias non egrederetur. Quin & vendere ex sylva caedua fructuarius potest, etiamsi Dominus vel Paterfamilias ipse non soleat vendere, *l. 9. in fin. ff. de usufructu.* idemque in usuario procedit, ea tamen observata differentia, quod fructuarius non modo ad usum, sed etiam ad compendium, usuarius vero ea saltim caedere & vendere possit, quae ad usum quotidianum sufficiunt, non usque ad compendium. *l. 12. ff. eod. §. 1. de usu & habit.*

Notari quoque hic potest, per arboris 79
plantationem libertatem a servitute urbana non usucapi, quia propter modum suum naturalem in suo statu non manet. *l. 7. ff. de Servit. Urban. Praed.* vid. Brunnem. *ibid.* Caeterum, qui arborem ponit, agit contra servitutem, si debeat servitutem vicino, ne luminibus officiatur, quia arbor impedire potest lumen coeli; Sed si plantatione arboris solem vicino quis adimat, idque vicino commodum sit, non potest conveniri, quasi contra servitutem egerit,

egerit, quia vicini nihil interest. Brunnem. *in l. 17. ff. eod.*

80 Prohibitum quoque est habere in aëre superque viam publicam hortulos murales sive pensiles, si ob levem positionem casu nocere possint. *arg. §. 1. Inst. de O. quæ quasi ex del. l. 5. §. 6. & ii. ff. de his qui effud.* aut nimis prominentes urbem deforment. *arg. l. 2. §. 17. l. fin. ff. ne quid in loco publ.* Quod de Londino increpat
81 Lansius *Orat. contr. Britann. p. 567.* Prætereundum denique non est, Romanos in pomariis suis arbores in formam quincuncis posuisse, quæ pro optima habebatur. In quincuncem enim positis arboribus sol undequaque imminere potest, quod ad fructuum maturationem potissimum conducit. Quinarius autem numerus hac nota V. designabatur, arbores namque in quincuncem positæ eæ dicebantur, quæ quincuncialis notæ V. figuram, quacunque parte spectaveris, decussatim positæ referunt, uti ex *Tabul. fig. 6.* patet, atque hinc transversisque adversisque sulcis Columella dixit. Vid. Ald. Manut. *in Ciceron. libr. de senectute,* ibi enim Tullius directos in quincuncem arborum ordines dixit; hinc & in militia quincuncialis ordo vocabatur. Buchn. *ad hanc voc.*

CAPUT VIII.

DE VINEIS.

SUMMARIA.

1. *De consideratione vineæ Grammatica & œconomica remissive.*
2. *Vinea quid sit?*
3. *An ad prædia rustica sit referenda?*
4. *Vitis an arborum numero veniat?*
5. *Vinea & Vites quomodo differant?*
6. *An præstet colere terram, an vites serere?*
7. *Vini cultura licet privatim sit utilior, publice tamen præstat agricultura.*
8. *Viniculturа a quibusdam penitus prohibita.*
9. *In nonnullis locis absque consensu Magistratus agrum in vineam convertere non licet?*
10. *Magnus vinearum favor apud veteres.*
11. *Tignum furtivum vineæ junctum non licet vindicare.*
12. *Nec licet intra certum spatium in vinea ædificare.*
13. *Qui vitibus damnum infert, tenetur interdicto, quod vi aut clam.*
14. *Favor vitium apud Censitores.*
15. *Sublata Vinea an servitus duret?*
16. *Colonus, qui Domino certam fructuum vineæ partem promisit, præstabit etiam arborum fructus.*
17. *Decima ex vinea debetur integra Curato.*
18. *Vendens vineam & pratum quodlibet 50. jugerum, si in prato aliquid desit, in vinea vero exsuperet, quid juris?*
19. *Locator vineæ si vites effœtæ factæ sint, an remissionem mercedis petere possit?*
20. *Vinea in dotem data mortua uxore quænam ratio fructuum sit habenda?*
21. *Sumtus in vineæ plantationem impensi quomodo restituendi?*
22. *Quod an & intelligendum de sumtibus in vineæ culturam factis?*
23. *Servitus constitui potest, ut pedamenta ad vineam ex vicino prædio sumantur.*
24. *Vinea vendita an vasa vinaria vendita censeantur?*
25. *Cellæ Vinariæ, quæ fuerint apud veteres?*
26. *Laccus quid fuerit?*
27. *Vineæ fructus inter industriales referuntur.*
28. *Post diem Urbani cedunt hæredibus usufructuarii.*
29. *An in Thuringia aliud obtineat?*
30. *Legata Vinea Fructus indistincte cedunt Legatario.*
31. *In vinea communi, quomodo divisio fructuum fiat?*
32. *Vitis in Confinio posita sit communis.*
33. *Feriæ Vindemiarum quando incipiant?*
34. *Hæ feriæ non tantum vineas habentibus, sed omnibus prosunt.*
35. *Consuetudo Cameræ hac de re.*
36. *Vindemiæ venditio olim frequens.*
37. *Si emtor a venditore impediatur, habet contra eum exceptionem doli.*
38. *Si lectam uvam calcare prohibeatur, datur actio ad exhibendum.*
39. *Hodie istæ emtiones limitatæ.*

40. Uvam

40. *Uvam ex vinea aliena decerpere non licet.*
41. *Quando dominus uvas collegit, racematio est licita.*
42. *Nisi ea a Magistratu sit prohibita.*
43. *Vinitor ob malam culturam nondum finito anno potest expelli.*
44. *Nisi labores congruis temporibus peregerit.*
45. *Extenditur superius assertum ad vinitorem Censualem & Emphytevtam.*
46. *Quid hoc casu Dominus vineæ probare debeat?*
47. *Quomodo cultura vineæ a Conductore fieri debeat?*
48. *Præsentia Domini in Vinicultura necessaria?*
49. *Persuadens vinitorem ut a vinea recedat, potest conveniri in id quod interest.*
50. *Quando vinitori quis promiserit solvere tantum, quantum alii solvunt, qualis merces ipsi debeatur?*
51. *Quo tempore Vinitori merces solvenda?*
52. *Si vinitor casu prohibitus promissas operas non præstet, an tota merces solvenda?*
53. *Vinitores in qua classe in concursu creditorum collocandi?*
54. *An Vinitor præcise operas susceptas præstare teneatur?*
55. *Si vinitor operis aliorum in colendis vitibus fuerit usus, ipse eorum culpam præstat.*
56. *Vinitor quam culpam præstare teneatur?*
57. *Mensuræ Romanorum, quæ fuerint?*
58. *Vasa vinaria quæ?*
59. *Vinum vel vetus vel novum.*
60. *Varia nomina sortitur vinum vel a Patria,*
61. *Vel a qualitate naturali.*
62. *Vinum ad Barbaros transferre prohibitum.*
63. *Si acetum pro Vino veneat, an subsistat venditio.*
64. *Vino vendito an vasa etiam sequantur?*
65. *Vino vendito emtor de periculo tenetur.*
66. *Item si per aversionem pretium constitutum sit?*
67. *Nisi venditor in mora fuerit.*
68. *Si uterque in mora quid juris?*
69. *Quis sumtus vini, vulgo* Wein-Kauff, *præstet?*
70. *In vino mutuo dato quod tempus sit respiciendum?*
71. *Acetum veteres inter potulenta habuere.*
72. *Aceti Vires.*
73. *Aliud acetum inter esculenta referebatur.*

1 AN vineæ vocabulum Substantivum, an vero Adjectivum, ac si dicas vinea terra, ut vult Vossius, Grammaticis; Ejus culturam & usum Oeconomicis & Medicis scriptoribus, ut Phil. Jac. Sachsio & Remb. Dodonæo *in vitis vinique descriptione*; Et judicium denique de bonitate vini, an Falernum præstet Piceno,
2 bonis potatoribus relinquimus. Nobis in consideratione Juridica Vinea est ager vitibus consitus, *l. 4. ff. de Censibus.*

3 Refertur vinea ad prædia rustica, quia usum rusticum præstat, *l. 198. de V. S.* ubi
4 etiam hortus vinarius dicitur. Vitem Arborum numero contineri negat Columella, qui medium genus ponit inter arbores & frutices, & Meursius *in Arboret. sacr.* inter frutices collocat, *L. 2. C. 3.* sed Theophrastus inter arbores recenset, Plinio adstipulante *L. 14. c. 1.* Vites jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur, & Horatius dicit: Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem; ut verissime scripserit Ulpianus *l. 1. ff. de Arbor. cæd.* arboris appellatione etiam vites contineri. Vide Ægidium Menagium *Amœnitatum Juris. c. 9.*

Vinea vero & vites ita differunt, quod vinea est ager ipse, vites vero quæ fructus ferunt, & inter vineam & vites hoc interest, quod inter arva & segetes. *l. 13. ff. de Serv. Rust. præd.* certo generi agrorum acquiri servitus potest, veluti vineis, quod ea ad solum magis, quam ad superficiem pertinet: Ideo sublatis vineis, servitus manebit; Quibus verbis ostendit, vineam solum ipsum esse; vitem vero superficiem: *in l. 4. ff. de Censibus.* vinea quod vites habeat, olivæ quod arbores. 5

Quæri solet, an præstet cultivare terram, an vites serere? Cato *de Re Rust. l. 2.* ita respondet: Prædium quod primum est, si me rogaris, sic dicam, de omnibus agris optimoque loco si emeris jugera centum, vinea est primum, si vino multo fiet, secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto olivetum, quinto pratum, sexto campus frumentarius, septimo sylva cædua, 6

cædua, octavo arbustum, nono glanduaria sylva &c. Eodem modo Columel. *lib. 4. c. 3.* vinearum reditus ut uberiores pratis & agris præfert, omittendo veterem, *inquit*, illam felicitatem arvorum, de quibus M. Cato & Terentius Varro prodiderunt, singula jugera vinearum sexcentas urnas vini præbuisse asseverat; Atque hoc modo vinea cæteris agrorum speciebus utilitate longe præstat, præsertim in locis vitiferis, ut Italia, Gallia & Germania, præsertim in tractu Rheni.

7 Attamen licet vini cultura privatim sit utilior, propter pretium, quod a tam multis gentibus expetitur, publice tamen præstat agricultura propter necessitatem frumenti, absque qua vivere vix licet. Arist. *1. Polit. 8.*

8 Unde Domitianus Imper. ob nimiam vini ubertatem, frumenti vero penuriam, existimans nimio vinearum studio negligi arva, edixit, ne quis in Italia novellaret, utque in provinciis Vineta succiderentur, relicta dimidia parte. Quod Rex Hispaniæ alicubi imitatus est, Covarruv. *Pract. quæst. 37. n. 34.* Philostratus *Lib. 6. de Vit. Apollon. c. 17.* aliam causam addit, quod homines, præsertim in Asia, vino nimium indulgentes, seditiones excitarent. Quæ etiam Lycurgum Thraciæ Regem movit, ut vites plane excideret: Quem Mahometes Turcorum Propheta secutus est, unde hodie Turci vinum ultro non bibunt. Busbequius *Epist. 3.* Veruntamen propter abusum non opus erat usum bonæ rei, quem etiam sacra scriptura commendat 140. *Psalm. v. 15. 1. Timoth. 5. v. 23.* tollere. Gryph. *in Oeconom. Leg. c. 17. num. 38.*

9 Propter dictum annonæ favorem in nonnullis locis hodienum prohibitum absque consensu Magistratus agrum in vineam convertere, quia si privato pro lubitu hoc liceret, facile publicum inopia frumenti laborare posset, cum forsan ibi non nimia agrorum fertilium multitudo esse possit. In Ducatu Würtenbergico hac de re constitutum, ut hoc non nisi consulto demum Principe fiat, si autem hoc quis proprio motu fecerit, quod tunc pœnam 10. flor. incurrat. vid. *Lands-Ordnung des Hertzogthums Würtenberg* Tit. *Mit was fürbrohnneue Wein-Gärten gereutet werden sollen.* §. *1.* & *2.*

10 Vinearum autem culturæ quantum Veteres tribuerint, ex iis perspicere licet: Lex enim XII. tabularum neque solvere permittit tignum furtivum ædibus vel vineæ junctum neque vindicare, *l. 1. pr. ff. de tign. junct.* 11

Quod prudenter lex effecit, ne vel ædificia hoc prætextu subruantur, vel vinearum cultura turbetur; Sed in eum, qui convictus est junxisse, in duplum dat actionem. Nec interest, an bona fide an mala junctum fuerit, hoc tamen discrimine, quod adversus m. f. possessorem actio de tigno juncto sit pœnalis, & præterea quoque in ipsum detur rei vindicatio, & Actio ad exhibendum, non quidem ut eximere cogatur tignum; Huic enim incommodo obviam itum est lege XII. Tab. Sed in hunc effectum, ut æstimetur, quasi dolo possidere desierit, *l. 1. §. 2. d. t. l. 23. §. pen. ff. de R. V.* Struv. *Diss. VI. aph. 45.* ubi etiam inquirit, an b. f. possessor dupli condemnationem evitare possit, si tignum paratus est eximere? Quod affirm. *arg. l. 7. § 10. ff. de A. R. D. l. 2. §. 17. l. ul. ff. ne quid in loc. publ.* Tum quod lex XII. Tab. non nisi ordinariam actionem ad exhibendum & rei vindicationem impedire voluit, juxta quam invito etiam possessori res potest auferri, *l. 68. ff. d. R. V.* Si vero tignum alienum bona fide junctum, neque etiam furtivum sit, (quod omnino fieri potest, contra quam statuit Dom. Arumæus *Disp. ad ff. 8. sub fin.*) non dupli actionem, sed in factum prætoriam pretii nomine dari putat Cujacius *23. obs. 19. per l. 98. in fin. ff. de Solut.* quod vix tolerandum est propter textus generalitatem, vid. *d. l. 23. §. tignum. ff. de R. V.* deinde, ne simplo contentus esse, reque sua invitus carere cogatur Dominus. Neque etiam id vult allata *l. 98. §. fin.* ubi per pretium intelligendum est adæquatum & legibus definitum, nim. duplum. Strauch. *Dissert. de Vino Racem. 2. Palm. 2.*

Ad favorem vinearum facit & *Nov. 71.* 12
Leonis, qua cavetur de non ædificando in vineis, vel prope eas intra certum spatium, ne umbra vitibus noceat.

Item interdictum quod vi aut clam, 13
quo tenetur qui vitibus damnum infert, aut eas succidit, *l. si olius. 7. §. idem est. ff. quod vi a. cl.* Forma quoque censualis, qua cavetur, ut referatur vinea quot vites habeat.

Numerantur autem etiam succisæ, nisi 14
cædendi causam censitori probaverit colonus, non vero aridæ & demortuæ *l. 4. ff. de cens.*

15 Si alicui sit vinea, cui servitus competat, quæritur an sublata vinea servitus duret? & affirmatur, quia servitus non tam vitibus sive superficiei, quam solo debetur, *l. 13. ff. d. S. R. P.* quare, sublatis vineis, ipse fundus neque aufertur, neque demoritur: Dubitari equidem posset de veritate hujus assertionis; quoniam mutatio prædii ipso Jure servitutem tollit, ut patet ex *l. seqq. 14. h. & l. 24. ff. q. in usufr. am.* jam vero sublatis vineis, prædium utique mutatum esse dicendum erit. Resp. mutationem hic non intelligi superficialem, cum e. g. ex vinea ager frumentarius fit vel avenarius, sed totalem, quæ fit interitu ipsius prædii, veluti si locus, per quem via aut iter debeatur, impetu fluminis occupetur, & ita ex vinea alveus factus sit. Strauch. *Dissertat. ad Inst. Justin. VII.*
16 *aph. 25.* Notat insuper Accursius *ad d. l. 13. ff. de S. P. R.* Si Colonus certam partem fructuum vineæ Domino singulis annis præstandam promiserit, non ille tantum vitium, sed totius terræ vineatæ, ut Bartol. loquitur, & proinde arborum quoque fructus pro parte præstabit: Nam contractus de re principali initus ad accessoriam porrigitur *l. 34. pr. de Leg. III. l. 26. §. 2. ff. de Past. dot.*

17 Pariter si ex decima domus quinque annui solvebantur solidi Curato, si destructa domo fiat vinea, integra solvetur decima ex vinea per *C. commissum de decim.* & ibi Anton. & integra clare patet. Et ideo concludunt Doctores ibi, quod Dominus potest etiam cum contradictione Curati vineam in agrum arabilem mutare, vel contra, nec Curatus poterit se opponere, quando hoc fit, teste Hostien. *in Summa §. & utrum. vers. 10.* & is, qui solitus erat habere decimam frumenti, si terra frumenti mutetur in vineam, eam habebit, & mutatio qualitatis non alterabit obligationem, nec ob id perdet suam decimam is, qui eam habebit prius. Rebuff. *de decim. qu. 6. n. 34.*

18 Aliam instituit quæstionem Paulus *in l. 42. ff. de Act. Emt.* hunc vero in modum: Vendidisti mihi uno pretio duo prædia, vineam & pratum, quodlibet eorum L. jugerum pronuncians, postmodum compertum est, pratum esse minoris X. jug. in vinea vero tantundem exsuperare; emtor nihil consequetur ex empto, quia ei nihil deest, imo plus habet, quia X. jugera, quæ exsuperant in vinea, pluris sunt quam X. quæ prato desunt. Quamvis igitur mendacium dixerit venditor, mentitus tamen non est, cum dolose egisse non potuerit, qui sibi ipsi damnum dedit.

Contra si in vinea inveniantur XL. in prato vero LX. minus habet emtor pro qualitate agri, quia decem, quæ abundant in prato, non tanti sunt, quam decem quæ desunt vineæ; quam largum enim fœnus præ reliquis prædiis vineæ reddant, notabili exemplo confirmat Columella *Lib. 3. c. 3.* Cujac. *ad h. l.*

De locatione conductione vineæ in *l. 15.* 19
§. 5. ff. Locat. talis casus proponitur: Locasti mihi vineam X. aureis, cum vero vites effœtæ factæ essent, remissionem pretii impetrare volebam. Resp. Antonin. Imp. non audiendam esse hanc petitionem, cum novam rem desiderem; Sed cur non audiar? Certe tu, qui mihi fundum locasti, præstabis mihi re utifrui licere *per l. si fundus. & l. si quis domum. d. tit.* Jam vero propter vetustatem vinearum commode & decenter frui amplius nequeo. Nec obstat, quod id absque tuo facto accidisse dicas, siquidem nihilominus obligaris *dd. tt.* Nec novum est, quod peto. Quid enim interest, an vis major aliqua fluminis, hostium, sturnorum, graculorum, (quam præstare te cogit *§. 2. h.*) usum vineæ intercipiat, an ipsæ vites (quas inter βραχύσεος merito refert Theophrastus, Plinius, & Columella) præ vetustate arentes debitos non exsolvant fructus.

Quidni igitur remissionem pretii exigere potero? Non rationes sunt in promptu: Cum enim locatio conductio proxima sit venditioni emtioni *l. 2. h.* iisdemque juris regulis consistat; respondet enim pretium pensioni seu mercedi, & rei dominium facultati utendi? Utique, quemadmodum res Domino perit, ita naturaliter sterilitas & alii casus, qui usum impediunt, damno conductoris erunt. Neque eo minus locator jus habebit ad pecuniam promissam, quia ipse facultatem utendi tradidit, H. Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. cap. 12. §. 18.* Quod tametsi jure Civili nonnihil immutatum reperiamus, ita ut vis major & sterilitas locatori noceat, non tam late tamen illud accipiendum erit, ut quodvis damnum etiam exiguum ipsi imputetur. Qui enim commodum sentit, sentiat etiam incommodum. Quod igitur vineæ speratos non reddant

reddant proventus, nulla locantis culpa est, & propterea ei nocere non debet. Eum enim, qui fundum conduxit, attendere oportuit, an seniles sint vires, nec ne; cum neglexerit, sibi imputabit.

Nam quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter concessum est, quid pluris sit minoris emere, quid minoris sit pluris vendere, & ita invicem circumscribere: Ita in locationibus quoque & conductionibus juris est, ait Paulus *l. 22. §. ult. h.* Quod si jam aliquot annis conductum habuit, neque in locum veterascentium vinearum alias substituit, rursus audiendus non erit, cum debeat colere & propagare ut bonus Paterfamilias, & ideo commodum reportare non debet, unde puniendus sec. Dd. & Gloss. *arg. l. sive hæreditaria. 22. ff. de Neg. gest. &c.* Strauch. *dissert. de vino Racem. 1. Palm. 4.*

20 Aliam movet quæstionem Papinianus *in l. 7. §. 1. ff. sol. matr.* Estque fere talis: Seja Kalendis Octobr. matrimonium cum Titio init, eique in dotem dat fundum pendente vindemia: Legit uvam maritus, fundumque Kal. Nov. ejusdem anni locat XII. aureis. Pridie autem Kal. Febr. dissolvitur matrimonium, atque ita stetit menses 4. locatio 3. Quænam ratio fructuum est habenda? Respondet Papinianus, vindemiæ fructus & quartam portionem mercedis instantis anni confundi debere, ut ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur. Itaque si fructus percepti sunt aureorum XII. locationis item XII. tres illi aurei, qui ex quadrante locationis debentur, confundendi sunt cum XII. fructuum vineæ perceptorum, & sic emergunt XV. Non enim totius anni pensionem conferri par est, quia jam ante locationem ex vindemia commodum sensit maritus. Si vero vinea vacua in dotem fuisset tradita, integri canonis trientem marito relinqui æquum esset, vid. Cujac. *ad Papin. h.*

Ex his XV. tertia portio V. viro relinquenda sunt, deductis tamen prius impensis, quas tam vir, quam uxor fructuum gratia fecit, ita quidem, ut etsi matrimonium X. annis steterit, primi anni adhuc computentur impensæ, *pr. h.* quod si ex illis fructibus nihil amplius supersit, ex supremi anni proventibus compensationem fieri debere Glossa statuit. *arg. l. Imperator. & l. seq. de leg. II.* Ita cum Cujacio l. h. interpretatur Strauch. *dissert. 3. Aph. 15.*

Dispiciendum etiam venit, quomodo quis sumtus in vinearum plantationem factos consequatur? Scilicet aut in bona fide, aut mala fuit, qui vineam instituit. Si in bona, tum videndum, an adhuc possideat, an vero non? Possidenti exceptio doli prodest ad servandas expensas in plantationem factas, *l. 9. ff. de A. R. D. §. 33. J. de R. D.* Huc quodammodo trahi potest casus, quem Scævola habet *Lib. 7. Digg.* Colonus, cum lege locationis non esset comprehensum, ut vineas poneret, nihilominus in fundum vineas instituit, & propter earum fructum denis amplius aureis annuis ager locari cœperat; Quæsitum est, si Dominus istum colonum fundo ejectum pensionum debitarum nomine conveniat, an sumptus utiliter factos in vineis instituendis reputare possit, opposita doli mali exceptione? Respondit Scævola, vel expensas consecuturum, vel nihil amplius præstaturum. *l. 61. ff. loc. Cond.* Si non possideat, qui Vinetum plantavit, distinguendum est, an vi dejectus possessione sit, an sponte sua possidere desierit? Adversus vi dejicientem, sive ipse Dominus, *arg. l. 9. §. 1. ff. de Vi & Vi arm.* sive alius dejecerit, competit dejecto Interdictum Unde vi. *l. 7. ibid.* Ut scilicet vel in possessionem restituatur, si dejiciens adhuc possideat, aut consequatur id, quod interest, si dejiciens possidere desierit. *l. 1. §. 42. l. 6. l. 9. §. 1. l. 15. ff. de Vi & Vi arm.* Dixi, competere hoc interdictum adversus dejicientem. Contra dominum igitur, qui prius possidere incepit, quam vi a Prædone dejectus restitutus sit, hoc interdicto dejectus uti nequit, per *d. l. 7. l. 10. ff. de Vi & Vi Arm.* Neque aliam Jure Civili Actionem contra Dominum videtur habere. Jure vero Canonico proditum est remedium Canonis Redintegranda *3. q. 1.* Ex quo, an actio locum hic habeat, deliberari poterit; Quod si vero sponte sua possidere desiit, qui vineam in alieno agro posuit, competere expresse dicitur. *l. 33. ff. de Cond. Indeb.* Non actio negotiorum gestorum; de eo enim casu, quando quis non alieno, sed proprio nomine in plantationem Vineæ sumptus fecit, sermo hic est; neque condictio indebiti, quam Hottomannus atque Cujacius, & Bacchovius quoque (sed tantum ei, qui per errorem exceptionem, qua servare impensas potuisset, opponere omisit) dari concedunt; enim vero *d. l. 33. de Cond. Ind.* & aliæ complures aperte

aperte refrangantur. Distinguendum vero censeo cum Paulo *l. 14. §. 1. ff. Comm. Div.* an quis impensas faciat in Vineam tanquam in rem simpliciter suam, an vero tanquam in rem, quam aliquando restituturus est; e. c. si quis in fundum hæreditarium, ex caussa fideicommissi restituendum, vineam instituat. Hoc posteriori casu, si quis nulla retentione facta fundum tradidisset, incerti condictio ei competeret, *l. 60. ff. de leg. 1.* (quæ hac ratione explicata cum aliis apparenter contrariis recte concordat) non vero casu priori, *d. l. 33. de Cond. ind. l. 14. §. 1. Comm. Div.* ubi ratio differentiæ exprimitur. Anne vero officium Judicis implorari hic poterit? Censet hoc Wesenbecius, quem Bacchovius *in §. 23. J. de R. D.* taxat, quod leges a Wesenbecio adductæ loquantur de officio Judicis Mercenario: Quid vero, si explosa hic communi distinctione inter nobile & mercenarium, ratio officii Judicis ita, quemadmodum Antonius Guibertus *Lib. 1. qu. 10.* rem declaraverit, explicetur. Potest sane officium judicis implorari etiam tunc, quando nulla actio competit, ut in *l. 12. ff. de Rel. & sumpt. fun. l. 50. §. 1. de Pet. Hær.* videre est.

Quamquam enim nihil facile mutandum sit ex solennibus, tamen ubi evidens æquitas poscit, subveniendum est. *l. 183. ff. de R. J.* Sed vero Jure Naturæ æquum est, ne Dominus vineæ cum alterius, qui in ea constituenda sumptus fecit, detrimento fiat locupletior, *l. 14. ff. de Cond. Ind. l. 38. de Pet. Hær. l. 206. de R. J.* quod providere Judici incumbit; Cujus idcirco officium implorari posse etiam Pruchmannus tradit, *Tom. 1. Cons. 20. n. 80.* Cæterum ei, qui mala fide in alieno solo vites plantavit, ad consequendos sumptus neque actio datur, neque exceptio *§. 30 J. de R. D. l. 38. ff. de Her. Pet.* ibi nam nec exceptio doli mali desideratur. Non igitur assentiendum Mayero, qui in *Coll. Arg. T. de A. R. D. §. 41.* malæ fidei Possessori exceptionem doli competere asserit. Benignum tamen est, ut sola naturalis æquitatis ratione habita etiam m. f. Possessori impensæ præprimis necessariæ (ex officio Judicis) restituantur, *d. l. 38. l. 35. §. 5. ff.*
22 *de Pet. Hær.* Quæ autem de impensis in vineæ plantationem factis (quæ duplices, necessariæ, ut vites propagare, *l. 3. ff. de imp. in Res dot. fact.* & utiles, ut Novelletum in fundo facere *l. 6. eod.*) dicta sunt hactenus, ea etiam de sumptibus in Vineti culturam erogatis sunt intelligenda. D. Strauss. *de Jur. Vitu, Memb. 1. §. 9. & 10.*

Sed & servitutem constitui posse, ut pe- 23
damenta ad vineam ex vicini prædio sumantur, Nerarius scripsit, & ait Paulus *l. 3. §. 1. l. 6. §. 1. ff. de S. P. R.* An etiam ex prædio, quod vicinum non est? Minime vero, si intermedia prædia & distantia usui hujus servitutis obsint. vid. *l. 14. §. 2. de serv. L. ult. de S. P. R.* Quid ergo? si Cajus Meviæ prædia Potitiana, & Sejæ vineas Lutatianas legasset & cavisset; Præstari volo vineis Lutatianis ex prædiis Potitianis annuatim arbores cæduas, ne pedamenta vitibus desint; anne servitutem jure constitutam, non videri, neque in personam, neque in rem: Sed fideicommissi petitionem competiisse ei, cui vineæ Lutatianæ legatæ sunt. Et ideo cum annua legata fuerint mortua legataria, finitum videri legatum, *l. 12. ff. de ann. leg.* Cæterum si vineæ servitus hæc acquisita sit, ut ex vicino prædio pedamenta sumere liceat, Sylva vero incendio consumatur, vel omnino succidatur, an servitus hæc amissa censeri debet; an vero restituenda erit, si post constitutum tempus arbores renatæ sint? Posterius recte asseritur arg. Rescr. Cæsarei, quod ab Arilicino relatum habetur, *l. 35. ff. de S. R. D.*

Vinea vendita, an vasa vinaria, torcula- 24
ria &c. vendita censebuntur? Negatur *per l. 17. pr. ff. de Act. emt.* Instrumenta enim magis sunt, tametsi fundo partim cohæreant. Non obstat *l. 19 §. 2. ff. Loc.* multo minus vinum, aut alii fructus percepti §. 1. ea enim specialiter veneunt §. 1. Pali quoque, qui vineæ causa parati sunt, antequam collocentur, fundi non sunt, sed qui exempti sunt hac mente ut collocentur, sunt fundi. *§. fin. ibid.* Quid in legatis obtineat, paucis dicemus: Fundo legato, seu vinea dotes illius ἐνθῆκαι (vid. Cujac. *ad Papin. h. t.*) sive accessiones & instrumenta, ut sunt stercora, stramina, boves aratorii, ligones, pedamenta, dolia, torcularia, quali vindemiatorii exceptorii, in quibus uvæ comportantur, fiscellæ, castellatæ, ungues ferrei uvis desecandis ne manu discerptis in terram pereant, acini & alia ejus generis, quæ ex Columella congessit Coel. Rodig. *lect. ant. lib. 28. cap. 28. & 31.* legatario non præstabuntur, *l. 2. §. 1. ff. de instr. vel instrum. leg.* At cum instrumento legato, omnino *l. 8. l. 12. pr. & §. 27. h.* instructo vero adhuc magis, ita ut etiam supellex, vina quoque & libri, si quos ibi testator

usus

usus gratia, habuit, contineantur, §. 27. 28. 31. *seqq.* quæ vero custodiæ tantum gratia, non item §. 29. & 30. Interdum tamen instrumento plus, interdum minus accedet, pro varietate locorum, *d. l. 8.* §. 1. Optimum igitur erit, non propriam verborum significationem scrutari, sed imprimis quid testator monstrare voluerit, deinde in qua præsumtione sunt, qui in quaque regione morantur, eleganter monet Pedius *in l. 18.* §. 3. *in f. h. t.*

25 Cellas etiam Vinarias, sive horrea vinaria, uti appellantur *in l. 7. de Instruct. vel instrum. Leg. l. 2. C. de Peric. & Com. R. V.* Brisson. *select. antiqu. L. 4. c. 18.* veteribus jam tum fuisse cognitas, liquido constat ex Plin. quoque *lib. 14. c. 21.* & ubi commode extrui debeant, tradit Colum. *Lib. 1. c. 6.* Vinaria cella summota procul esse debet a balneis, furno, sterquilinio, cisternis aquisve salientibus. Sed an hæ cellæ subterraneæ fuerint, ut nostræ, non facile dixeris. Dubitat Pancirollus *Deperd. tit. 25.* hac potissimum ex causa, quia dolia sub terram defodi solebant, *l. 8. l. 21. l. 26. de Instruct. vel Instrum. leg. l. pen* §. 1. *ff. de A. E.* Quod utique supervacaneum fuisset, si cellas habuissent subterraneas. Dicebantur etiam Apothecæ, ut in *l. 21* §. 6. *ff. de furt.* Quæ interdum mobiles erant & parvæ, ut repletæ aliquot amphoris asportari aut evehi possent.

26 Lacus vero, sive Laccus, a Græco λάκκος Ulpiano in *l. 27.* §. *ult. ff. ad L. Aquil.* idem est quod in *l. 21.* §. 5. *ff. de Furt.* vina cisterna. Sed nec Budæi & Pancirolli sententia rejicienda est, qui excipulum musti interpretantur. Non enim impossibile vel absonum est laccum eo in loco positum fuisse, ut vina e torculari statim in eum profluerent, vid. Colum. *L. 12. c. 26.* Hunc laccum tectorio sive crusta solebant inducere, quem ubi tector, qui curandum conduxerit, pertuderit, in factum teneri Labeo ait, *d. l. 27.* quia imperitia culpæ annumeratur. Vid. Cujac. *10. obs. 9.* Quod ad Vietores non incommode applicari potest. Strauch. *d. dissert. Racem. 3. Palm. 4.*

27 Vineæ fructus sive uvæ rectissime inter fructus industriales referuntur, cum nemini non constet, vineam in his terris si non majores, saltem non minores impensas & culturæ operas requirere quam

28 agrum; militat ergo & hoc casu ratio juris Saxon. quod pro culturæ labore fructus inde provenientes mercedis loco usufructuarii hæredibus adjudicari debeant, *Land-Recht Lib. 2. Art. 58. arbeitet ein Herr oder ein Mann von seinetwegen Gärten oder Baum-Garten, oder Wein-Garten, und bekostiget sie bis an S. Urbans-Tag, den 25. Maji, so nimmt der Herr die Frucht darab.* Industrialibus ergo fructibus recte annumerantur uvæ: tum quia ipsæ vites non nisi plantatæ nascuntur in aliquo solo, tum quia nisi vineam homo studiose colat, arando nempe, pastinando, inserendo, pampinando, ablaqueando, putando, defrondando, pedando, jugando, alligando, irrigando, cæteraque adhibendo, quæ pertinent ad vinitorum diligentiam, paucis annis pereunt vites, & desinit esse vinea: Tum etiam quia impensæ, quæ in colendis vineis fiunt, necessariæ dicuntur, *l. 39. pr. ff. de pet hæred.* non utiles tantum, tum denique quia ex sententia Labeonis *in l. 78. ff. de Rei Vind.* uvæ lectæ, licet nondum vinum exinde factum sit, bonæ fidei possessoris esse dicuntur. Quod si vero ipsa uva est fructus industrialis, dubium est nullum, quin multo magis suavissimus vini liquor ex uvis torculari subjectis calcatisque tam operose expressus, pro fructu industriali sit censendus. Menoch. *Lib. 2. de Arbitr. Judic. cent. 3. Cas. 102. n. 22. & seqq.* Distinguendum itaque erit ex dispositione juris Saxonici, utrum ante, an vero post diem Urbani possessor decesserit: illo casu fructus vineæ una cum fundo ad novum possessorem transeunt: Hoc hæredibus defuncti possessoris adjudicantur per *d. Art. 58.* qui licet loquatur de casu speciali, ubi videlicet Dominus ante pubertatem pupilli vasalli vineam coluit, eum tamen generaliter accipiendum existimat Hart. Pist. *p. 1. qu. 24. n. 88.* nec ratione solum sententiam suam confirmat, quia nimirum eo tempore circa diem Urbani in vineis maximus curæ & culturæ labor ut plurimum jam peractus est, ac fructuosum vindemiæ tempus exspectatur, sed & præjudicio Scabinorum Lipsiensium, quorum nomine Nobili cuidam a *Schauroth, An 1548.* hunc in modum respondit Ludovicus Fachsius: *Wo der Weinberg Männlich Lehn-Guth, damit ihr sämtlich belehnet, so folget euch derselbe billig, und die Schulden, dafür der Weinberg ohne des Lehn-Fürsten Gunst und eure Verwilligung verpfändet, seyd ihr auf euch zu nehmen und zu zahlen nicht verpflichtet, aber die Früchte des nächsten Wein-Wachs, dieweil der v. Schauroth nach dem Tag Urbani verstorben, folgen dem Land-Erben billig &c.*

 Simile

Simile præjudicium refert Carpz. *part. 2. C. 32. Def. 8.* in caufa Henrici a Löberitz *M. Aug. 1630. Hat euer Vetter auf feinem Lehn-Guthe auch einen Weinberg nach fich verlaffen, fo hat er folchen Weinberg als Lehn-Guth auf euch, feinen nächften Agnaten und Mitbelehnten gebracht und verfället, die darauf erwachfene Früchte aber des nächften Weinwachs, dafeine gedachter euer Vetter nach dem Tage Urbani geftorben, verbleiben den Land-Erben billig, auf den Fall aber derfelbe vor Urbani Tag Todes verblichen wäre, hättet ihr euch derfelben zugleich neben dem Weinberge auch anzumaffen.*

29 Aliter tamen obtinere in Provinciis Thuringiæ tradit Carpzov. *d. def. 8. n. 11.* Ubi: tempus *der Ruhr* ex longo intervallo fequitur Feftum Urbani, per fex fcilicet hebdomadas aut circiter. Ex quo ante ultimam illam culturam adhibitam prætéritas operas poffefforis quoad lucrum fructuum non haberi in confideratione, fed fructus nafcituros deberi fuccefforibus Feudalibus. Coler. *de Proceff. Execut. P. 2. c. 3. n. 303.*

Diverfum tamen fentire videtur Struvius *Exercit. 12. θ. 19.* Qui expreffe ftatuit fructus vineæ ad hæredes pertinere, fi poft diem Urbani Ufufructuarius deceflerit, licet nondum acceflerit cura, *die Ruhr*, cui etiam tanquam Doctori in Thuringia fcribenti merito calculus adjiciendus.

30 An vero eadem attendenda ratio, fi Vinea cui legata fit? Non item, fed Conft. D. Aug. Elect. Sax. *13. P. 3.* ita fancitum eft: *Offimals begiebt fichs, daß im Teftament liegende Gründe, Weinberge &c. vermachet werden, und die Früchte zur Zeit des Teftatoris Abfterben noch darauf ftehen, welchen Falls die Früchte mit dem befcheidenem Guthe, dem Legatario zuerkannt werden follen.* Non recedit hæc conftitutio a Jure Civili. Venulejus enim fcribit, fructus fequi fundum. *l. ult. §. 6. ff. quæ in fraud. Cred.* Cum igitur vinea, quæ legatur, recta via ad eum, cui legata eft, tranfeat, *l. 64. ff. de Furt.* Idcirco & vindemia cedet legatario, cum fructus regulariter adquirat Dominus.

31 Eft autem quis Dominus vineæ vel in folidum, vel pro parte: Ille fructus omnes fuos facit, hic ex parte, ex qua Vineæ Dominus eft, *l. 25. ff. de Ufur.* Quodfi igitur quis ex vinea communi folus fructus perceperit, judicio communi dividundo tenebitur. *l. 11. ff. Com. Div.* Socius actione pro Socio confequetur portionem fuam, *l. 38. §. 1. ff. pro Soc.* (Si vero convenit inter te & focium tuum, ut alternis annis fructus perciperetis, & non patiatur te focius tui anni fructum percipere, utrum ex conducto erit actio, an vero communi dividundo? & puta magis communi dividundo judicium, quam ex conducto locum habere: aut certe actionem incerti civilem reddendam. *l. 23. ff. Comm. Div.*) Cohæres fructus ex vinea hæreditaria fibi debitos arbitrio familiæ hercifcundæ obtinere poteft. *l. 17. C. Fam. Her.*

Et quum Vites in confinio pofitæ 32 etiam communes fint; fi in vicini fundum radices egerunt, *l. 7. §. fin. ff. de A. R. D.* Ideo & fructus earum communes erunt, atque adverfus eum, qui folus ex confinio fructus percepit, actio communi dividundo locum habebit. Quod fi vero Vitis radices in fundum vicini non agat, tametfi in illum palmites protendat, vicinus tamen uvas fuas non faciet, *arg. l. 1. §. 1. ff. de Gl. leg.* Secus fe res habet Jure Saxonico. Hoc fructus in vicini fundum decidentes vicini fiunt. V. Coler. *P. 1. D. 25. n. 2.* Carpzov. *P. 3. C. 32. D. 25.* Diffentit Dn. Thomæ *de Nox. Anim. c. 16. n. 19. feqq.* Sed enim, quanquam hæc affertio probari forte non poffit, *ex verb. L. 2. A. 15. Land-Recht,* quæ Dn. Thomæ citat: *feiner Bäume Zweige follen nicht hangen feinem Nachbar zum Schaden,* concludi tamen poteft afferti fententia ex verbis præcedentibus fatis clare, *Flicht fich der Hopffe über den Zaun, wer die Wurtzel in dem Hofe hat, der greiffe über den Zaun fo er allernächft möge, was ihm folget, das ift fein, was aber an der andern Seite bleibet, das ift feines Nachbarn.* Qui ergo in folo fuo ftans ramos Vitis fuæ attrahit, uvasque decerpit, fuas easdem faciet: Reliquæ erunt vicini. D. Strauch. *de Jur. Vit. membr. 3. θ. 10. & 11.*

Tempore vindemiarum feriæ indicun- 33 tur ab Impp. *in l. omnes. 7. C. de feriis. & l. 2. C. eod.* ne fcilicet partes in ipfo opere difturbentur: Impertit autem *d. l.* omnes feriis vindemialibus L. dies & ultra, nimirum a X. Kal. Septembr. usque Idus Octobr. in quibus diebus continuum inftitium. Alias pro locorum & annorum diverfitate frugumque ubertate Præfides provinciarum tempus ftatuere folebant,

bant, *l. 4. ff. d. t.* unde colligitur licere Dominis ditionum subditis suis uvæ colligendæ usum interdicere ante ab iis indictam. Quod apud suos servari Chopinus, ut refert Hillig. *ad Donell. Lib. 24. c. 7.* testatur, & in Thuringia obtinere tradit Strauch. *d. Dissertat. de Vino Racem. 3. Palm. 1.* Jure Würtenbergico is, qui banna vindemiæ publica sua contumacia violat, & pro lubitu ante vindemiarum aperturam suas uvas colligit, mulctam 10. florenorum solvere adstringitur, Ordin. Vindem. Würtenb. *Art. 2.* Antequam autem ibi vindemiæ apertura statuitur, trina vice a peritis vinitoribus, vulgo *Feldstißlern*, vineæ inspiciuntur, & consilio cum Senatoribus in præsentia præfecti urbis habito, juxta majoritatem votorum vindemiæ dies determinatur. vid. Papon. *de Arest. Lib. 6. tit. 1. Arest. 12.* Quamvis hac de re conquesti fuere superiori seculo Status Imperii in Comitiis Noribergensibus An. 1522. apud Hordlederum, *von Ursachen des Teutschen Krieges Lib. 1. c. 1. p. 21. n. 105.* ibi: *So die armen Leute ihre Weinberge im Herbst ablesen wollen, wie denn das einem ieden zu seinem Nutz bequemlich und billig ist, so denn solches denen geistlichen Ständen, die derselben Ort den Wein zu Handen haben, nicht gefällig, verbiethen sie denselben Häckern, daß sie solche Weinberge nicht ablesen sollen, bis sie ihnen das vergönnen,* & quæ sequuntur.

34 Et hæ feriæ non tantum rusticis aut vindemias habentibus, sed omnibus prosunt, Hahn. *ad Wesenb. de Feriis n. 7.* ubi vero vindemia nulla, ibi nullæ feriæ, nec enim effectus producitur absque causa. Reyger. *de Procesf. Judic. disp. 4. th. 8.* Sed & feriis hisce partes renunciare possunt. *l. 1. §. 1. l. 6. d. t. c. fin. in f. eod.* Gail. *1. Observ. 53. n. 16. 17.* Judice tamen consentiente Ant. Thessaur. *decis. Pedem. 39. n. 2.*

35 In Camera Imperiali hoc tempore libelli supplices recipiuntur, Processus & Mandata cum vel sine clausula maxime ob moræ periculum decernuntur aut denegantur, & ut audientiæ quoque celebrentur, dispposuit Rec. Imp. Nov. *de Anno 1654. §. die Unterscheidung* 82. Vers. *Dann* secundo *in den Canicular-Ferien und andern Vacantien &c.* Jus Bavaricum ordinaria saltim, non etiam summaria judicia cessare vult. *Summarischer Proceß der Fürstenthümer Ober- und Nieder - Bayern. Tit. 4. Art. 9.*

Præterea Vindemiarum emtionem olim 36 valde frequentem fuisse, innuit *l. 25. ff. de Act. Emt.* Item C. Plinii Junioris *Epist. 2. Lib. 8.* Vendideram, inquit, vindemias certatim negotiatoribus ementibus.

Mentionem quoque pendentis vindemiæ emtori certo pretio addictæ facit Avunculus ejus *Hist. nat. Lib. 14. c. 4.* Fructus pendentes autem, uti dicuntur *in l. si debitor. ff. de contract. emt.* vel Stantes, *l. si apes. 26. §. 1. ff. de furt. l. fructus. 7. §. interdum. ff. sol. matr.* qui emit, propria autoritate, suis tamen impensis, colligere posse ex *h. t.* & *arg. l. Si is. 19. supr. eod.* Dd autumant. Cujac. *Recit. solemn. ad h. l. inf. Gothofr. h.*

Si igitur uvam emtor legere (nota: 37 uvam legi ad bibendum, eligi ad edendum, quam differentiam tradit Varro *de R. R. 1.*) prohibeatur a venditore, petentem pretium exceptione doli repellet, ut in *l. pure. §. si servus. ff. de dol. mal. & met. exc. l. 5. C. de evict.* quasi rem venditam, puta vindemiam pendentem, non tradiderit. Nec enim videtur possessionem adeptus, qui eam ita nactus est, ut retinere non possit, *l. 22. ff. de Acq. l. am. poss.* Itaque pretium exigens offerre debet rem, sive pati emtorem uvam legere, (Patientia enim venditoris h. l. pro traditione est, quemadmodum in servitutibus. *l. quoties. 20. de servit.*) sicut emtor ne fructus legere prohibeatur, pretium, & quidem integrum, alias venditor rem pro pignore retinere poterit. *l. 13. §, offerri. ff. h. t.*

Postquam vero res & pretium invi- 38 cem tradita sunt, sive lectam uvam calcare, sive mustum revehere prohibeatur, ad exhibendum, vel injuriarum agere poterit, ob vim turbativam, per quam jure suo uti impeditur, quam actionem quoque dant Ulpianus & plerique alii *in l. injuriarum. 13. §. si quis. 7. ff. de Injur.* Sed quærit Castrensis, cur ex emto non detur actio? & putat eam post traditionem cessare; ejus vero in locum alias substitutas esse, videlicet ad exhibendum, injuriarum, rei vindicationem.

Idem sentit Cujacius *d. l.* Forsan tamen ex emto quoque agere poterit, quod non negat Julianus in *l. 12.* sed reliquas saltim actiones prodit, quibus emtori experiri licitum est. Nec obstat, quod ajunt actionem ex emto ad hoc dari, ut res trada-

tradatur, quod factum hic esse constat. Debet enim res ita tradi, ut emtori habere liceat, *l. 30. §. 1. verf. quamvis h. l. 25. §. 1. de contr. emt. l. 1. pr. d. R. V. l. 8. l. 21. §. 2. ff. de evict.* Habere autem licere, est obtinere fine interpellatione id quod quis emerit, *l. 188. pr. ff. de V. S.* quod certe non præstat venditor, quando ipse uvam calcare, vel mustum evehere prohibet.

39 Sed cum vendentes vindemias ut plurimum fraudarentur, eo præsertim casu, quando inopia adigerentur, idcirco Imperator Rudolphus II. cum cæteris Imperii Statibus Reform. Polit. Francof. 1577. Tit. *vom verkauffen der Früchte im Felde auch Korn und Wein-Gulden;* hasce emtiones certis limitibus circumscripserunt hisce verbis: *Nachdem nicht ohne grosse verderbliche Beschwerden des armen gemeinen Volcks befunden, daß demselben durch etliche eigennützige, geitzige Leute, im Schein der Kauffmannschafft auf ihre Saamen, so noch auf dem Felde stehen, auch den Wein an den Stöcken und andere ihre Früchte, Arbeit und Vieh, Geld oder ein anders hinaus geliehen oder gegeben, dadurch dieselben armen und nothdürfftigen Leute, was sie gar härtiglich erarbeiten, näher denn sich sonst nach gemeinem gewöhnlichen Kauff gebühret, zu geben verursachet und gedrungen werden.* Et porro: *So wollen Wir hiermit ernstlich, daß solcher Ausleiher die Haupt-Summa verlohren, und darzu von der Obrigkeit, ob auch gleich der arme Mann nicht klaget,* ex officio *nach Gestalt und Gelegenheit der Sachen an Ehren und Guth gestraffet werden soll.*

40 Nemini autem permissum est tempore vindemiarum alienorum vineas ingredi ad uvarum racemationem instituendam, dum vineæ adhuc sunt clausæ, nec uvæ a dominis collectæ. Quodsi quispiam agrum aut vineam alterius invito domino ingrediatur, non tantum actione injuriarum tenetur per responsum Ulpiani *in l. 13. §. fin. ff. de injur.* Sed etiam, si segeti, fructibus aut vineis damnum dederit, vel uvas abstulerit, actionem furti evitare vix poterit, *l. 1. & sequenti ff. de Furt. l. 27. §. 5. ff. ad L. Aquil.* Ordin. Crimin. Caroli V. *art. 167.* Carpz. *Pract. Crim. p. 2. Qu. 83. n. 35.* Bouvot. *ad consuet. Burgund. Tit. de servit. fol. 575.* ubi non licet in vineas ingredi ad fructus quærendos, donec sit vindemiatum, & licet nonnulli statuant, vineam vel hortum alterius ingredi, & uvam vel pomum decerpere licere, si illico vescatur, dummodo fiat sine vastatione aliqua & pro usu necessario, per textum sacrum Deuteron. *23. v. 24. Can. discipulos. 26. de consecrat. Distinct. 5.* Harpr. *in §. 1. n. 19. Inst. de obl. quæ ex del. nasc.* Tamen id hodie non ubique impune fieri cum experientia testatur Bocer. *de pœna furti c. 2. n. 105.*

Quod si tamen Dominus vineæ uvam 41
collegit, & omnium vinearum apertura facta est, cuilibet liberum erit, racemos omissos colligere, quasi voluntate Domini pro derelictis habitos, qui cuilibet inventori proprii fiunt jure Dominii; Quod in nonnullis locis *nachstoppeln, affterbergen,* Gallice vero *Grapetter* appellatur. Ejusmodi enim racemi non collecti, sed derelicti pauperibus, viduis & proselytis sanctissima lege divina addicti fuerunt. Ita namque Deus T. O. M. populo suo præcepit: Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus, afflictis & peregrinis carpenda dimittes. Ego Dominus Deus vester, Levit. *c. 19. v. 10.* ubi Osiander: ego Pater orphanorum & pauperum; In meam igitur gratiam relinquetis hæc miseris hominibus; Id officium pietatis vobis larga benedictione compensabo. Quod præceptum repetitur Devter. *24. v. 20.* Ex qua præcepti misericordiæ geminatione enixa divina voluntas apparet, quam temere negligere nefas, imo piaculum erit. Unde Juri Hebræorum inserta est lex seu præceptum 215. & 231. de relinquendo angulo vineæ. Ex Rabbi Levi tradit Hotting. *in jur. Hebr. ad Leg. 215. & 216. 231.*

Limitatur tamen prædictum assertum, 42
nisi Magistratus Jure Superioritatis ex certa causa publicam utilitatem spectante racemos colligere prohibeat. Ita namque in Ordinatione Vindemiali Ducatus Würtenbergici *art. 7.* dispositum legimus: *So soll niemands dem andern in seinen Wein- oder Baum-Garten affterbergen oder Laub abstreiffen bey Straffe eines kleinen Frevels oder der Gefängniß,* & hoc statutum suam rationem habet, ut contrectationes fraudulosæ palorum & palmitum præcaveantur, & devastationes vinearum evitentur, cum plerumque vindemiarum tempore pluviæ incidere soleant, quæ ingressum vinearum noxium reddunt, præsertim cum in Ducatu Würtenbergico pauperibus aliunde ex publico satis provisum sit, unde victum & amictum percipere possint, ne facile alii quam vagi & inertes racemos colligere soleant. Myler. *in Metrol. C. 20. §. 13. seqq.*

Quæri

43 Quæri solet, an vinitor aut colonus ob malam culturam & supinam colendi negligentiam vineam certo annuo censu conductam amittat, & Dominus eum fundo expellere possit? Quod affirmatur. Ante omnia enim, respondet Cajus, colonus curare debet, ut opera rustica suo tempore faciat, ne intempestiva cultura deteriorem fructum reddat *l. 25. §. conductor. ff. locati.* id quod inprimis in vineæ cultura requiritur. Vitis namque tonsuram annuam quærit, quoniam celeriter fruticescit. Plin. *Hist. natur. L. 17. c. 27.* Prosper. Rendella *de Vinear. cult. c. 2. fol. m. 10.* Proinde propter vineam vel fundum negligenter cultum vinitorem colonum expelli posse, respondit Paulus, Imperatoris Alexandri Severi Consiliarius, *in l. quæro. 54. §. inter locatorem. 1.* ibi: *ut oportet, coleret. ff. locat.* Ac si conductor re conducta male utatur, aut Vinitor negligenter vineam colat, ut proprietarius integrum canonem & censum habere nequeat, vel ita deteriorando colat, ut vinum non in tanta bonitate, qua vicinorum, producat, conductor vineam amittit propter rescriptum Imperatoris Antonini *in l. ædem. 3.* ibi, aut tu male in re locata versatus es. *C. Locat.* Trentacinqv. *Resol. Lib. 3. tit. locati. Resolut. 4. num. 12.* Ludov. Molina *de Justit. & Jur. Disput. 499. num. 37.* Quæ caducitas vineæ propter malam culturam eo magis procedit, quoniam major cura & industria in vinea requiritur, quam in agro aut prato colendo: Vineæ enim, si putari & coli desinant, desiccantur & in perpetuum deteriores redduntur, non tantum respectu fructuum, sed etiam ratione proprietatis, *arg. auth. qui rem ubi.* Bald. *in notab. 2. C. de Sacros. Ecclesiis.* Aufrer. *ad Cæpoll. Tholos. quæst. 353.* Ruland. a Valle *Cons. 49. n. 21.* Et hoc imprimis dicendum ob teneram vitium naturam, adeo ut modica etiam vinearum intermissio vel negligentia maxime agrorum deteriorationi æquiparari possit, secundum autoritatem Columellæ, dum scribit: Cum omne genus ruris, nisi diligenti cura exerceatur, fructuosum esse non possit, tum vel maxime vineæ: res enim est tenera, infirma, injuriæ maxime impatiens; cum tamen aliquatenus se confirmavit & velut juvenile robur accepit, negligentiam sustinet. Novella vero dum adolescit, nisi omnia juste perceperit, ad ultimam redigitur maciem, & sic intabescit, ut nullis deinceps impensis recreari possit. Columell. *de re Rustica l. 5. c. 3.* Vites namque brevis esse solent vitæ, adeo ut mobiles esse videantur, secundum Plinium *in Histor. natur. lib. 16. cap. fin.* Quæ causa est, ut Doctores tradant, Colonum vinitorem etiam ob modicam deteriorationem jus colendi amisisse, ut e vinea repelli possit. Hieron. Magon. *Decis. Florent. 101.* Prosper. Rendella *de vineæ cultura c. 2. fol. m. 13.* Francisc. Milanens. *Decis. Sicil. 17. lib. 2.* Qui sub *num. 33.* scribit: Quamvis Colonus fundo expelli non possit nisi propter deteriorationem magnam, & quæ in proprietate rei, non vero in fructibus consistit, de quo Corbulus *de Jur. emphyteut. c. 13. n. 24.* Fr. Fulgine *de Jur. Emphyteut. tit. de Var. Casib. quæst. 2. n. 35.*

Hoc tamen non procedit in dete- 44
rioratione Vineæ; Quæ dum fuit reclusa nec putata congruis temporibus, ideo ex hisce effectibus vinea exsiccatur, ac cadit in commissum; maxime quando in proprietate fuit damnificatus Dominus directus, ex quo habuit fructus minores, & per consequens minor census per plures annos percipiendus erit. Cui assentiunt Tob. Nonius *Consil. 58. n. 17.* Cardinal. Mantica *dict. tit. 29. n. 6.* Seraphin. *decis. XX. 1356. n. 4.* Ita in supremo Ducatus Burgundiæ Parlamento Anno MDLXXV. judicatum fuit, quod vinitores possint expelli in casu malæ culturæ, & quod admodiatio sive locatio conductio sit rescissa, teste Joh. Bouvot. *Tom. 1. Quæst. notab. Part. 3. Verb. Vignerons. quæst. 1.* Rationes in contrarium collige *ex Auth. qui rem. C. de Sacro Ecclesiæ.* Corbul. *de Emphyt. d. l.* de vineis diligenter colendis ita in Statutis Mediolanensibus statutum est: Coloni vel Partiarii vel Massarii vineas locatorum bene custodiant & colant; videlicet discalceando, dein regolciando, & postea sepando temporibus debitis, & eas vites impinguat. Et si contrafecerint, arbitrio Judicis Locatori damnum resarciant. Statut. Mediol. *cap. 402. ubi late* Horat. Carpanus *Lit. C. & D. part. 2.*

Et hanc subitaneam expulsionem e 45
vinea deteriorata per culturam pravam aut intermissam Doctores ad Emphyteutam quoque, aliumve vinitorem Censualem extendunt. Quamvis enim magna sit differentia inter Emphyteutam & conductorem; Siquidem Emphyteuta Dominium utile in bonis Emphyteuticis habet per

per *l. 1. & 2. C. de Jur. Emphyt.* unde eum naturaliter possidere dicitur per *l. naturaliter. ff. de Acquir. possess.* Valasc. *de Jur. Emphyt. Quæst. 29. in pr.* Card. Mant. *de tacit. convent. Lib. 22. tit. 2. n. 55.* Secus tamen dicendum in Conductore. Seraph. *decis. 272. n. 8.* Thom. Maul. *de Locat. c. 4. n. 1.* Franc. Fulgin. *de Emphyt. in prælud. quæst. 5.*

Præterea quamvis Emphyteuta prædii Rustici non aliter propter deteriorationem expelli possit, nisi tribus copulative concurrentibus, scilicet (I) Ut deterioratio sit magna, non modica. (II) Ut deterioratio consistat in proprietate respectu rei, non fructuum. (III) Ut deterioratio proveniat ex dolo, lata & levi culpa, secundum Jason. *ad l. 2. n. 980. C. de Jur. Emphyt.* Redoan. *de rebus Ecclesiast. non alien. quæst. 79. c. 13. n. 2.* Mantic. *d. tract. Lib. 22. tit. 29. n. 17. & seqq.* Joseph. Ludov. *Decis. Perus. 22. n. 21. ac decis. Lucens. 8. n. 13.* late Fr. Milanens. *Lib. 2. decis. 17. n. 29. & seqq.* Corbul. *de Privat. Emphyt. c. 13. n. 24.* Hoc tamen non procedit in Emphyteuta vineam possidente, qui propter culturæ & curæ intermissionem æque ac Colonus vel Conductor Vinea privatur. Vinea enim si non putatur, nec summa diligentia cultivetur, desiccatur, & in perpetuum quasi deterioratur, non tam in fructibus, quam in proprietate, dum quam difficulter ad debitum statum reduci possit. Bald. & Jason. *in d. L. 2. num. 98. C. de jur. emphyt.* Joseph. Ludovis. *in terminis vineæ decis. Perus. 22.* Redoan. *dict. tr. cap. 15. fol. 804.* Et hoc Castrensis declarat in Colono, qui vineam non putavit, nec tempore hyemali contegit, ac multa capita vitibus dimisit, ut in sequenti anno paucos, imo nullos fructus producat; quem merito a vinea repellendum esse censet Castrens. *in l. & hæc destructio. §. cum fundum. num. 3. ff. Locat.* Vincent. Caroc. *tr. de locat. part. 4. qu. 24. num. 42. fol. m. 1144.* Mantica *dict. tit. 29. num. 6.* Fr. Milanens. *dict. decis. 17. num. 34.* Francisc. Fulgineus *de Emphyteus. tit. de Var. Caducit. quæst. 2. num. 39.* Quæ assertio limitatur in minima negligentia culturæ; sicuti namque ex parva causa & minima læsione Emtio venditio, ita quoque locatio conductio, & per consequens Emphyteusis quoque rescindi non debet per *§. 1. Instit. de Empt. vendit l. res bona. 54. ibi: propter minimam causam. ff. de Empt. vendit.* Bald. *in auth. qui rem notab. 2. c. de SS. Eccles.* Ubi Gothofred. *lit. D.* Unde Doctores tradunt, quamvis conductor, qui in domo conducta male versatus fuit, v. g. eam deteriorando, ex hac causa expelli possit *per l. ædem. 3. C. locati.* hoc tamen in minima deterioratione non procedere; Et hæc est exceptio a regula secundum Tiraquell. *de retract. §. 57.* Jacob Eberhard. Becht. *disp. de Minimis, Posit. 78. & 79.*

Hoc tamen observandum est, quod 46 Dominus vineæ & locator, agendo contra colonum de negligentia & deterioratione, antiquum statum vineæ seu rei concessæ probare debet, si pro deterioratione agere velit, ac testes deponentes debent scire statum rei concessæ tempore concessionis, alias deteriorationem non probant. Cassador. *decis. R. R. num. 3.* Seraphin. *Rarral. Decis. 1356.* Quemadmodum non dicitur constare de melioratione, nisi constet de antiquo statu rei. Surd. *decis. 300. n. 21.* dictus Seraph. *Oliv. Rarral. decis. 1453. num. 5.* Francisc. Fulgin. *de Emphyteus. tit. de var. caducit. Qu. 2. num. 74.* Unde Bartholus scribit, quod ille, qui petit pœnam vel caducitatem contra conductorem, debet esse contra omnem culpam, & debet ante omnia docere & probare, se omnia adimplevisse, ad quæ pro sua parte tenebatur: Pœnarum namque ea natura est, sive sint pœnæ legales, sive conventionales, quod nisi petens pœnam probet se sua parte adimplevisse id, ad quod tenebatur, & sic debitum implementum contractus pro sua parte fecisse, repelli utique debeat a petitione ipsius. Casus est *in l. quæro. §. inter Locatorem. ff. locati. l. & si non fuerit. ff. de jurejur. l. 1. C. de his, quæ pœn. nom.* Barthol. *in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 11.* Alexander *Consil. 33. n. 1. vol. 2.* Gulielm. Redoan. *de reb. Eccles. non alienand. Quæst. 79. cap. 13. n. 2.*

E contrario quoque animadvertendum 47 est, quod Vineæ cultura & cura fieri debeat a conductore secundum morem regionis vel Statutum cujusque civitatis, ac juxta arbitrium boni viri. *arg. l. item 13. Locati.* Alexander *Consil. 129. n. 1. lib. 2.* Hieron. Magon. *decis. Florent. 101. n. 1.* Quæ cultura ut rite peracta sit, a colono conductore negligentiæ incusato probari debet per *l. cum. 2. ff. de probat.* Nam quando quispiam in Obligatione sive expressa sive tacita ad factum certum & limitatum loco & tempore tenetur, tunc eo ipso, dum illud

non

non præſtitit; probata eſt ejusdem negligentia, niſi doceat contrarium aut legitimum impedimentum. Felin. *in cap. ſi autem. n. 3. verb. negligentia. X. de Reſcript.* Etiamſi colonus neget malam culturam & propriam negligentiam, nihilominus a negante probanda erit diligentia. Fulo Pacian. *de probat. Lib. 1. c. 50. n. 6.* Unde Bartholus *in l. in illa. ff. de V. O.* concludit, quod licet alias Actor ſeu locator teneatur probare negativam contra conductorem: v. g. *Du haſt nicht recht und wohl gebauet*, h. e. culturam non rite & recte peregiſti, quæ eſt cauſa ſuæ intentionis agendo vel excipiendo: Hoc tamen non procedit, quando quispiam negat, conductorem feciſſe id, ad quod juxta legem contractus tenebatur: Quoniam per probationem, quod ſibi debetur, habet jam intentionem fundatam. Petr. de Benintend. *deciſ. Bonon. 16. n. 1.* Plotus *ad l. ſi quando §. 4. num. 80. C. Unde vi.* Carpan. *ad Statut. Mediol. cap. 402. num. 14.* late Fulo Pacian. *de Probat. lib. 1. cap. 2. num. 45. & 49.*

Ratio in contrarium deſumitur ex Regula communiter a doctoribus tradita: Quod in dubio negligentia non præſumatur, ſed ab alleganda probanda ſit per *l. ſi defunctus. 10. C. de arbitr. tutel. ibi:* Comprobari Alexander *Conſil. 45. vol. 1.* Cravetta *Conſil. 77. num. 11.* Maſcard. *de probat. lit. N. Concluſ. 1093. num. 1.* qui huic dubio reſpondet ſub *num. 5. & 6.* Ac quamvis in Conductore non præſumatur culpa; Hoc tamen limitatur in eo, qui diligentiam præſtare tenetur ratione officii. Carpan. *ad Statut. Mediol. cap. 398. & 402. lit. D.* Myler. *in Metrol. c. 20. §. 41. ſeq.*

48 Vinitores autem, quorum mentio fit in *l. Inſtrumenta. ff. de fundo inſtr.* quia officii ſui ſæpius ſunt negligentes, eorum arcana & fraudes optime detexit Joh. Paul. Knoll. *in vinicultura*, ubi tamen *in præfatione* ad commune Axioma Georgicum recurrit, & in præcipuis laboribus præſentiam Domini requirit *hiſce verbis: Und da einem Herrn oder Haus-Vater abzukommen möglichen, mag ſich derſelbe des Jahres bey den vornehmſten Arbeiten, als in der Tünge, im Schnitte, in der Sencke, in der erſten Hacke, in der Breche, und beym Verhauen, und ſo er keinen Abgang oder Abtrag des Weins ſehen und erfahren will, auch in der Leſe finden laſſen, umſehen und darzu gehen, oder da er an ſeinen Verrichtungen nicht abzubrechen, ſeiner guten Freunde einem, oder ſolchen Leuten aufzutragen, die mit dergleichen Vinicultur-Inſtruction vorhero unterrichtet und abgefertiget wären.*

Quæritur, ſi quis habeat Vinitorem in vinea ſua, qui ab alio propter invidiam perſuaſus receſſit a vinea ejus, nec eam amplius colere deſiderat, an teneatur ille in id, quod ſua intereſt? Et reſpondendum perſuaſorem actione de dolo malo conveniri poſſe. Perſuaſio namque dolosa & fraudulenta, quæ propter invidiam peragitur, ſvaſorem obligat. Ita namque Proculus, cum quis perſuaſerit familiæ meæ, ut de poſſeſſione decedat; poſſeſſio quidem non amittitur, ſed de dolo malo judicium in eum competit, ſi quid damni mihi acciderit. *in l. cum quis 31. ff. de dol. mal.* Qui textus concordat reſponſo Pauli *in l. ſervus. 20. §. ſi perſuaſerit. 1. ff. eod. tit.* Ubi Julianus ex tali facto dandam mihi de dolo actionem ſcribit. Ex doloſo namque conſilio non ſolum datur actio ei, qui deceptus eſt, verum etiam illi, qui aliquod damnum paſſus eſt. *per l. eleganter in pr. ff. dict. tit.* Quoniam doloſa perſvaſio plus poteſt efficere, quam violenta coactio, *l. quod & 3. §. ſi quis violenter. 5. ff. de liber. homin. exhibend. l. 1. §. perſuadere. 3. ff. de Serv. Corrupt.* Godofred. *ad d. l. cum quis 31. ff. de dol.* Celſ. Bargall. *de dolo lib. 6. Regul. 24. num. 20. & 24.* Proinde ſi quod damnum ſenſerim ex doloſa perſuaſione vinitoris mei, veluti quod vinea non tam bene proſciſſa ſit, adverſus perſuaſorem agere poſſum: In terminis Nicol. Bellon. *Conſil. 43. num. 6.* Ant. Faber. *in Rational. ad dict. l. cum quis. 32. ff. de dolo.* Proſper. Rendella *de vineæ cultura cap. 4. fol. m. 15.* 49

De hoc inſuper caſu dubitari poteſt, ſi quispiam promiſerit dare operariis ſuis vineas colentibus pro mercede tantum, quantum alii cives exſolvant, ac ſi concives iſtos diverſimode mercedem ſolviſſe conſtat: Quæritur, qualis merces Vinitoribus perſolvenda? Hæc quæſtio ſingulis fere annis in civitate Gratianopolitana accidere ſolet, dum quidam Cives unum groſſum, alii ſex liardos pro mercede diurna ſolvere ſolent, teſte Gvido Papæ. *in deciſ. Gratian. 252.* Ac in hoc caſu mercedem ad minimum reducendum eſſe cenſeo, juxta Regulam in L. ſemper in obſcuris *9. ff. de R. J. cap. in Obſcuris 30. X. de Reg. jur. in 6.* Quod *in obſcuris* vel ambiguis id, quod minimum eſt, ſequendum eſt 50

per responsum Labeonis *in l. qui Concubinam. 29. §. cum ita 1. ff. de legat. 3.* ubi Barthol. & Dyn. Paul. de Castro *in l. si ita relictum. ff. de legat. 2.* Menoch. *Consil. 416. num. 20.* Hinc quando diversæ summæ in stipulationem deductæ sunt, omnino pro minima præsumendum. *l. si ita stipulatus. 12. l. si ita. 109. ibi:* Quod minus esset. *ff. de V. O.* Ita in genere, nummis indistincte relictis, receptum est, ut pauciores legati videantur, si neque ex consuetudine patrisfamilias, neque ex regione unde fuit, neque ex contextu testamenti apparere possit, per *l. omnis 75. ff. de V. O.* Nam juxta Senecam Humanitas inclinat in leviorem. Cujac. *lib. 12. Observ. 16.* Covarr. *1. V. R. cap. 2. n. 6.* Et hoc eo magis dicendum est, quoniam operarii se fundare necesse habent in promissione, quæ fuit generalis, ambigua & obscura propter varietatem solutionis & mercedis diurnæ. Ideo interpretatio fieri debet contra eos, ita ut illis minus debeatur; cum pactum semper adversus eum interpretandum sit, qui clarius poterat contrahere per *l. veteribus 39.* ibi: quorum fuit in potestate legem apertius conscribere. *De pactis l. stipulationibus ff. de V. O.* Menoch. *Consil. 416. num. 26.* Ita in terminis Anton. Matth. *ad Guid. Papæ. Qu. 252.* Marc. Anton. Natta *Consil. 229. num. 2.* Petr. Peck. *in cap. in Obscuris 30. num. 2. X. de R. J. in 6.* Prosper Rendella *de Vineæ Cultur. c. 4. fol. m. 14.* Sicuti in Curia Gratianopolitana judicavit ipse Guid. Papæ *Decis. 252.* Dissentit Marquard. *lib. 6. decis. 88.* Jacob. Gothofred. *de Salariis Cap. 7. §. 7. lit. B.* pro quibus adduci potest *Cap. penult. X. de sentent. excommun.* Cui respondit Covarr. *ad cap. alma mater. §. 8. num. 5.* Myler. *in Metrol. c. 20. §. 47.*

51 De solutione mercedis vinitori debitæ observatu dignum est, quo tempore scilicet merces hæc solvi debeat: An statim inita locatione? Quod dixisse aliquos *arg. l. 2. ff. Loc.* scribit Mozz *Tr. de Contr. p. m. 522. n. 22.* An medio Locationis tempore? quod alios statuisse *arg. l. 7. §. 4. C. de Ad. Div. Jud.* Azo tradit *in F. C. de Loc. Cond.* An finita demum vindemia? quod recte asseritur, propter *l. 42. l. 138. ff. de V. O.* nisi 1) aliud expresse actum, vel 2) consuetudine regionis receptum sit. *v. l. 34. ff. de R. J.* Azon. & Mozz. *ll. cit.*

52 Quæsitum etiam fuit, an vinitori, qui casu aliquo prohibitus locatas operas non præstitit, tota merces sit exsolvenda? Respondendum censeo, si per Dominum potius, quam per Vinitorem stetit, quo minus locatæ operæ solverentur; tunc totius temporis merces Vinitori debetur, *arg. l. 19. §. 9. 10. l. 38. ff. Loc. Cond.* nisi tamen vinitor eo anno aliis etiam suas præstitit operas. *d. l. 19. §. 9. 10. Loc. Cond.* Cæteroquin si vel per vinitorem stetit, vel fortuitus quidam casus (non tamen ex parte Domini) evenit, propter quem Vinetum coli a vinitore non potuit, tunc non nisi pro operis, quas præstitit, merces ipsi exsolvenda est, *arg. l. 30. §. 1. ff. Loc. Cond.*

Expendendum etiam, an Vinitores ratione mercedis prioritatis quodam jure gaudeant, si plures circa bona Domini concurrant Creditores? Equidem præferri ipsos Creditoribus aliis tantum non omnibus existimare quis posset per ea, quæ tradidit Carpz. *P. 1. C. 28. D. 36.* Quod tamen aliter verum non est, nisi ratione præmii, quod pro operis pendente concursu præstitis vinitoribus debetur: Sed ratione mercedis pro cultura vineti debitæ, priusquam concursus creditorum extitit inter personaliter privilegiatos, in quartam partem collocantur Vinitores: si tamen nullas mercedis usuras acceperunt. Alias inter nudos referuntur Chirographarios. Sed progredior ulterius, de operis ad curandam vineam necessariis dicturus. Hæ ubivis locorum eædem non sunt. V. *Weinbergs-Ordn.* Elect. Sax. *in Cod. Aug. Tom. 2. p. 743. sq.* Elector. Brandenb. *apud Coler. in Oeconom. P. 1. L. 4. c. 4.* 53

Hic quæritur: an vinitor, qui vineam colendam suscepit, præcise operas præstare teneatur, an vero offerendo id, quod interest, liberetur, illud primus, & fortean solus affirmavit Corasius *L. 2. Miscell. c. 3.* Hoc vero (quod quis offerendo Interesse ab operis præstandis liberetur) per *l. 13. §. ult. ff. de Re jud. l. 54. l. 81. ff. de V. O.* statuunt Doctores communiter. A quorum opinione temere non est recedendum. Quod si tamen mediam eligere viam quis velit, sequi fortassis poterit id, quod Ulpianus ait *l. 13. ff. de Proc.* ita ut Vinitoris, operas detrectantis, & id quod interest offerentis, petitio neque passim admittatur, neque tamen districte denegetur: sed a judice cognita causa temperetur. Illud autem est extra dubium, quod vinitor, qui operas debitas non solvit, obligatus sit ad præstandum id, quod interest. *arg. l. 68. de R. V. l. 13. §. ult. de Re jud. l. 72. de V. O.* 54

de V.O. Hinc si vinitor duobus suas locet operas, tametsi conveniat priori conductori ante satisfieri, *l. 26. ff. Locat. Cond.* posteriori tamen præstandum est interesse, si promissas operas debito modo Vinitor solvere nequeat. Anne vero vinitor per alios vinetum colere poterit? Respondeo, si hoc specialiter actum sit, ut suis operis agricola vinetum curet, tunc non liberatur, tametsi alius operas præstet, *arg. l. 31. ff. de solut.* nisi id fiat consentiente Domino Vineæ.

55 Quod si tamen vinitor operis aliorum in colendis vitibus fuerit usus, ipse culpam eorum præstare tenebitur. *arg. l. 11. ff. Loc. Cond.*

56 Quod culpam attinet, vinitor non tantum levem, sed & levissimam præstare culpam tenetur. Id quod æstimandum erit arbitrio Judicis per *l. 15. §. 11. ff. quod vi aut clam.* Curare itaque debet vinitor, ut operas suo quasque faciat tempore, *arg. l. 25. §. 3. ff. Loc. Cond.* Quod si igitur Dominus vineæ conqueratur, vineam intempestiva cultura factam fuisse deteriorem; tum æstimabit judex (exploratis forsan sententiis eorum, qui rerum harum gnari sunt;) an culpa vinitoris damnum contigerit. Qui etsi non diebus ac noctibus, atque adeo exquisitissima adhibita diligentia operas præstitit; si tamen id fecit, quod diligens paterfamilias & plerique hujus conditionis homines facere solent, absolvetur procul dubio, *arg. l. 137. §. 2. & 3. ff. de V. O.* Quibusdam vero, & quidem in iis maxime casibus, quibus ex L. Aquilia conveniri quis potest *arg. l. 44. ff. ad L. Aquil.* tum demum culpa a Vinitore abesse videtur, si omnia fecit, quæ diligentissimus quisque observaturus fuisset. *arg. l. 25. §. 7. ff. Loc. Cond.* ubi notanter subjicitur: idem etiam ad cæteras res transferri potest. Hi tamen, qui societatis quodam jure vineam colunt, non nisi dolum & culpam præstare tenentur. *per L. 72. l. 52. §. 2. ff. pro socio.* Ubi dicitur: Si agrum politori (vinetum vinitori) damus in commune quærendis fructibus, nimirum ibi etiam culpa præstanda est, culpæ autem Vinitoris & illud adnumeratur, si propter inimicitias ejus vicinus vites exciderit *l. 25. § 4. ff. Loc. Cond.* An vero & quando domino probare incumbat vinitorem culpam admisisse, & quando vice versa vinitor docere debeat, culpam a se absuisse, argue ex iis, quæ tradit Carpzov. *P. II. C. 26. D. 18. 1.* tamen omnino *d. l. 15. §. 11. D. quod vi aut clam.*

Antequam autem ad generosam vitis 57
prolem, vinum ipsum, deveniamus, mensuræ Romanorum frequentiores nobis paucis perspiciendæ veniunt, ut sunt Culeus, continens amphoras XX. Amphora urnas II. Urna congios II. Congius sextarios VI. Sextarius heminas II. Hemina quartarios II. Quartarius acetabula II. Acetabulum sesquicyathum, Cyathus ligulas sive cochlearia IV. Sextarius autem habet libram & bessem sive XX. uncias non ςαθμικὰς gravitatem, sed μετρικὰς molem corporum examinantes. Aliter sentit Budæus, aliter Alciatus, aliter Portius. Longissime ab hac opinione recesserunt Angelus Politianus & Demetrius Alabaldus, sextarium trium amphorarum capacem asserentes. Contra omnes hos solidissime disputat Georgius Agricola *de Mens. & ponder. Rom. & Græcor. toto lib. 1.*

Vasa vinaria veteres habuerunt pluri- 58
ma, non quidem significatione strictissima, quomodo accepit Julianus *in l. 209. ff. de V. S.* Sic enim sola torcularia hoc nomine censebuntur, sed lata, prout omnibus liquoribus recipiendis parata sunt, veluti utres, dolia fictilia pleraque & plumbea *l. 26. de instr. vel Instr. leg.* cadi, cupæ vel cuppulæ, trullæ *l. 2. l. 15. de trit. vin. vel ol. leg.* feriæ *l. sed si quid. §. de quibusdam. ff. de usufr. l. vinaria. ff. de V. sign.* testæ &c. omnis item generis pocula: Crateres *l. 3. §. ult. de supell. l.* scyphi, phialæ, trullæ, modioli. *l. 36. ff. de aur. arg. & mund. leg.* vide Pancirol. *Thes. var. lect. lib. 1. c. 58.* pocula oleagina *l. 30. de Leg. III.* Aurea, argentea, myrrhina, cristallina, vitrea *l. 2. C. ff. de supell. leg.* gemmata, cælata, emblematica, electrina, cornea, hederacea, fagina &c. quorum passim in jure & alibi apud Autores mentio fit. Qui plura de his vult, videat Stuckii *Antiqu. Convival.* Rosin. *Antiqu. Rom. l. 5. c. 30. ibique in Paralipom.* Dempsterum Alex. ab Alex. *lib 5. cap. 21.* Lipf. *Antiqu. Lect. l. 3.* Cæl. Rhodig. *l. 27. cap. 27. & lib. 28. cap. 6.* Pancirol. *d. l. c. 58. 61. seq.*

Vinum ipsum vel novum est sive mu- 59
stum, vel vetus. Medium quoque, quod Caninum vocant, agnoscunt aliqui. vid. Cæl. Rhodig. *lib. 28. c. 37.* Vetus accipietur quod non est novum, i. e. & anni prioris vinum appellatione veteris continebitur,

tur, *l. 11. de trit. vin. vel ol. leg.* nam aliter obſervantibus quis finis aut quod initium veteris vini ſumeretur? *l. 12. eod.* Hinc notatur a Gothofredo Bartholus, qui *in l. 2. ff. de R. C.* definit vinum illud vetus eſſe, ſi ſimul ac clarum eſſe cœpit, ultra annum ſervari non poſſit. Novum iterum eſt vel lixivum, ſponte in laccum defluens, antequam premantur uvæ, Græcis πρότροπον, *der Vorſchuß* vel circumciſivum ſive tortivum, quod poſt primam preſſuram vinaceorum circumciſo pede exprimitur. Varro *1. de R. R. c. 54.* Colum. *lib. 12. c. 26. 27. & 36.* vel præliganeum, quod operariis dabatur; Plinio inde operarium & Deuterium dictum. Alias lora, quaſi lota acina, oxycratum quoque, vid. Urſin. *Atr. Latin. cap. 41. §. 536.*

60 Varia præterea vina ſortiuntur nomina, vel a patria ſeu loco, ubi naſcuntur, ut Campanum *l. 11. §. 3. ff. Locat.* Surrentinum, Falernum (hodie Græcum, Italis magna Gverra nuncupatum) Setinum, Fundanum, Trifolinum, Cæcubum, Signinum, Mamertinum, Tarraconenſe, Nometitanum, Spoletinum, Pelignum, Maſſilitanum, Cæretanum, Tarentinum, quæ ſingula ſingulis epigrammatis ornavit Martial. *lib. 13.* Corcyræum, Creticum, Trœzenium, Monobaſites, (quod Malvaſium modo vocari vulgo conjectant) Pramnum (pharmacites ab uſu dictum) Chium, Schedium, Vajentanum peſſimum, & ſexcenta alia, quorum nomina partim adhuc obtinent.

61 Vel qualitate naturali; ut nigrum, album, rubrum, gilvum, acidum, dulce, molle, durum &c. Vel ſuperveniente, ut Aromatites, conditum, cydoneum, *leg. de trit. vin. l. ol. leg.* vel aliis pluribus ex cauſis; ut doliare, quod in doliis reconditum *l. 1. §. ult. ff. de per. & com. R. V.* Diffuſum, quod in cados & amphoras diffunditur *l. 6 de trit. vin. vel ol.* defrutum, paſſum, *l. ult. §. 1. eod.* colatum, picatum, Conſulare, Opimianum, Anitianum, a Coſſ. ſub quibus natum erat, quorum nominibus vaſa inſigniebantur, de quo multis poëtis ſermo, madido præſertim Horatio. Vid. *lib. 2. od. 3. lib. 3. od. 14. 21. & 28. Epod. 13. Epiſt. lib. 1. ep. 5.* ubique Lambinum, Muſcatellanum dictum, quod telis muſcarum hæ uvæ crebro petantur. Raſile quoque in utribus fumo exſiccatum Arcades olim habuiſſe Ariſtot. *lib. 4. Meteor.* tradit. Tale vinum in Rhætia ſe vidiſſe & bibiſſe teſtatur Lambinus *ad Horat. lib. c. 3. 8. verſ.* Fumum bibere inſtituta.

Quamvis quidem emere & vendere 62
vinum licitum, nec commercio exemtum ſit; ad barbaras tamen Nationes transferre & exportare nullam quis olim habebat poteſtatem, ne guſtus quidem cauſa, aut uſus commerciorum *l. 1. C. quæ res export. non deb.* forte, ne dulcedine vini allecti fines Imperii Romani promptius invaderent, quod jam olim Gallos primum Alpes tranſire fecit, ſi credimus Livio *l. 5. c. 33.* vel ne in prælia ituris animos adderet. Sed nec vendere quibusvis licet, quod de pagis quoque non plus miliari urbe aliqua diſtantibus ſervari teſtatur Carpzov. *Jur. For. P. II. C. 6. D. 4.* ne commercia urbium minuantur.

Vino vendito quid venierit, liquidius 63
conſtat, nec interpretatione ulla indiget, cum contrahentes plerumque de certo pretio pro certa menſura tradenda conveniant. Interdum tamen fit, ut in menſura quidem conſentiant, in materia tamen erratum ſit, veluti ſi acetum pro vino veneat. An ſubſiſtet venditio? diſtinguit Ulpianus *in l. 9. §. 2. ff. de Contr. emt.* Si ab initio ſtatim acetum fuit, ut embamma, i. e. acetum factitium ad intinctus, tunc quidem non valere venditionem, quia aliud pro alio veneat; Si vero vinum fuit & coacuit, valere: Additur ratio: quia eadem prope οὐσία i. e. ſubſtantia eſt. Sed tamen ita valebit emtio, ut emtori pro eo, quod ſua intereſt, actio ex emto & ædilitiæ reſtitutoriæ dentur. Quod utut duriusculum videatur Molinæ *D. 340. n. 15.* & communis Phyſicorum ſit ſententia, vini & aceti οὐσίαν nullo modo eſſe eandem, vini calidam & humidam, aceti vero frigidam & ſiccam. Vid. Hahn. *ad Weſenb. tit. de Contr. emt. n. 5.* Facile tamen apparet de alio aceti genere loqui Ulpianum, quod in potu Romanis erat, vino acido: de alio diſſentientes, quod nempe in potu non eſt, ſed inter embammata.

Vinum venditum hoc cum legatis habet 64
commune, ut vaſa quoque tanqum acceſſorium illud ſequantur: quod tunc demum verum putat Accurſius *in l. in teſtamentis, de R. J.* ſi id nominatim expreſſum ſit. Sed prius placet Cujacio *rec. ſol. ad l. 3. ff. de trit. vin. vel ol. leg.*

Illud valde intricatum eſt, vino vendito, 65
quis de periculo teneatur, venditorne, an emtor? Quod ut recte dignoſcatur, neceſſario

ceſſario ſciendum eſt, quando perfecta ſit emtio. Nam perfecta emtione periculum ad emtorem reſpicit, *l. 8. pr. ff. de per. & comm. R. V. §. cum autem. J. de emt. vend.* Perfecta autem erit emtio, ſimul ac de pretio & re invicem tradenda convenerit, niſi actum ſit, ut in ſcripturam redigatur. *pr. & §. 3. J. d. t.* Res tamen certa eſſe debet; ſi incerta ſit, puta homo ſine alia deſignatione, nondum perfectus erit conſenſus, & periculum ſemper venditoris manebit.
66 *arg. l. 8. § & ſi. h. t.* Idem eſt in rebus pondere, numero & menſura conſtantibus, in quibus non prius perfecta dicetur emtio, niſi adpenſa, admenſa vel adnumerata ſunt, modo non per averſionem, ſed in ſingulas v. gr. amphoras pretium conſtitutum ſit. *l. 5. l. quod ſæpe 35. §. in his. 5. ff. de contr. emt. l. 2. C. de per. & comm. R. V.* præſertim ſi actum ſit, ut prius deguſtetur. *l. 4. §. 1. d. t.* Inſtar conditionis enim eſt, qua nondum exiſtente venditoris erit omne damnum. *d. l. 8.* Nec aliud eſt, tametſi emtor vaſa ſignaverit, magis enim ne ſubmutentur, ſignari ſolent, quam ut tum tradita videantur *h. l. pr. in fin. & §. 2. h.* Sed ſi poſt deguſtationem & ſignationem mora fuit, vel a venditore, vel emtore, ei qui committit, nocere debet *l. 3. §. ult. ff. de A. E.* Hinc emtori, qui ad diem vina non tollit, niſi quid dolo venditoris interceptum eſt, præſtari nihil debet *l. 5. l. 17.* Imo venditor ſi doliis ipſe egeat, poſt factam denunciationem ſeu admonitionem, ſi emtor adhuc evehere ceſſet, per corbem menſuram facere & vina effundere poteſt *l. 1. §. pen. & ult. h.* Satius tamen eſt obtemperare monito Ulpiani, & alia conducere vaſa, nec reddi vinum, niſi quanti conduxerit ab emtore reddatur, aut bona fide vendere *d. §. pen.* Nec intereſt, licet alteri poſtea viliori pretio vendiderit, cum hoc in loco æſtimari oporteat pretium quanti minoris ſit. *l. 3. §. f. ff. de A. E.* Si nullum tempus adjectum quo tolleret, videndum, ne infinitam cuſtodiam non debeat venditor. Et verius eſt, antequam ad vindemiam neceſſaria fuerint dolia, avehi debere *l. 4. §. ult.* Ad vindemiam autem neceſſaria videbuntur XL. diebus ante, quo tempore ſecundum Columellam picari vel gypſo illini ſolebant, ne virtus vini aut raritate materiæ, aut poris vaſorum occultis evaneſceret. Si emtor in pretio ſolvendo moram fecerit, uſuras duntaxat præſtabit, non omne omnino, quod venditor mora non facta conſequi potuit. *l. fin. ff. de per. & comm. R. V.*

Venditor vero in mora ſi fuit quo mi- 67
nus traderet, condemnari eum oportet, utro tempore plus vinum fuit, vel quo venit, vel quo lis in condemnationem deducitur. Item quo loco plus fuit, vel quo venit, vel utri agatur, *l. 3. ff. de A. E.* id eſt, omnis utilitas in æſtimationem veniet, quæ modo circa ipſam rem conſiſtit. Neque enim ſi potuit ex vino negotiari, & lucrum facere, id æſtimandum eſt non magis, quam ſi triticum emerit, & ob eam rem, quod non ſit traditum, familia ejus fame laboraverit; nam pretium tritici non ſervorum fame necatorum conſequitur *l. 21. §. 3. ff. de A. E.*

Quid ſi uterque in mora eſt? perinde 68
eſſe quaſi per emtorem ſolum ſtetiſſet, Labeo putat in *l. 51. ff. de A. E.* Quam ſententiam temperat Pomponius, & ei, qui poſteriorem fecit, nocere vult, *l. 17. ff. de per. & comm. R. V.* niſi prior dolum commiſerit. Ludov. Romanus *ſing. l. 287.* quem ſequuntur Caſtrenſis, Socinus, Alexander. vid. Æmylius Ferret. *de mora n. 5. ſeq.* Duaren. *ad l. ſi mora. ſol. matrim.*

Sed quis ſumtus vini qui impenduntur, 69
vulgariter *der Wein-Kauff* vel *Lei-Kauff*, præſtabit? Emtori hoc vel in totum, vel pro dimidia parte, pro conſuetudine aut ſtatuto cujusque loci incumbere tradit Jacob. Schulteſ. *ſing. obſ. c 5. 55.* & Frider. Martin. *de cenſ. c. 6. n. 311.* de Arrha *vid. l. 11. §. 6. ff. de A. E. V.* cui junge *l. debet. 27. ff. de Ædil. Edict. & l. quod ſæpe. 35. ff. de contr. emt.* Strauch. *de vino Racem. 4. palm. 3.* Ubi celebris ille JCtus tractat famoſam illam legem. *Vinum. 22. ff de Reb. cred.* Vinum quod mutuum datum erat, per judicem petitum eſt, quæſitum eſt, cujus temporis æſtimatio fieret, utrum cum datum eſſet, an cum litem conteſtatus fuiſſet, an cum res judicaretur? Sabinus reſpondit, ſi dictum eſſet, quo tempore redderetur, quanti tunc fuiſſet; ſi non quanti tunc cum petitum eſſet. Interrogavi, cujus loci pretium ſequi oporteat? Reſpondit, ſi conveniſſet, ut certo loco redderetur, quanti eo loco, ſi dictum non eſſet, quanti ubi eſſet petitum. Verba legis clara quidem ſunt & perſpicua; ſed tot & tam varia eſſe, quæ huic textui adverſentur, ut vix doctiſſimus quisque inde ſe expedire poſſit, fatetur Franc. Duarenus *in tit.*

tit. C. si cert. pet. c. 7. Et tam veteres, quam recentiores Dd. mirum quantum sudasse, seque hic torsisse, testis est Æmyl. Ferretus, JCtus & Professor Avenionensis, *lib. de mora n. 30. in f.* & M. de Mantua *singul. 296.* Nec abs re: Statim enim initio mirum cuidam videri possit, cur JCtus dicat: Quæsitum est, cujus temporis æstimatio fieret? Pro vino mutuo dato de æstimatione investiganda solicitus est, cum tamen natura hujus contractus requirat, ut tantundem ejus generis & qualitatis restituatur. *l. 2. §. 1. ff. h. §. 1. J. q. m. re. c. obl.* Nam si aliud genus, veluti pro tritico vinum, vel pro vino pecuniam recipiam, mutuum non erit, ait Paulus *§. 1.* Nec creditori invito aliud pro alio solvi potest. *§. 2. l. 16. C. de solut.* nisi forte convenerit, *l. sed addes §. si dominus. ff. Locat.* Aliud autem pretium est, aliud merx. *l. si ita. 42. ff. de fidej. l. 1. pr. ff. de Rer. permut.* Imo etsi cautum non sit, ut tantundem & æque bonum reddatur, tacite hoc actum intelligatur. Ita non licet debitori deteriorem rem, etsi ex genere sit, reddere; veluti vinum novum pro vetere, verba sunt Pomponii *in l. 3. ff. h. t.* Resp. regulariter quidem verum esse invito creditori aliud pro alio obtrudi non posse, ex æquitate tamen, ut debitor liberetur, & necessitate, si nimirum creditor satisfieri sibi velit, ad æstimationem deveniendum esse. Interdum enim debitori rem præstare impossibile est, interdum moram committit, non raro etiam ex contumacia restituere non vult. Quibus certe casibus creditori æstimatione rei subveniri æquissimum est. Nec enim cum alterius damno locupletari, nec mora & frustratio sua cuiquam prodesse debet, quod notissimi juris est. Et verum quidem est, aliud pro alio solvi non posse. Hoc tamen ita accipiendum est, si ejus generis copia haberi possit, vel creditoris damno cessurum sit. Sic recte negat Pomponius *d. l. 3.* Vinum novum pro vetere solvi posse, quia vetustum, & ut Plautus licentiosa quadam elegantia vocat, edentulum (cui ob senium quasi dentes exciderint μαλακὸν) pretiosius habetur vino novo. Quamvis enim idem genus sit, non idem tamen, quia deterius est, videbitur; nec tantum usu Romano, ut notat Gothofred. *ad l. 2. ff. de R. C. lit. P.* illud verum est, sed hodie quoque. E contra tamen debitorem, pro vino novo vetus creditori solventem, obligationis nexu utique liberari Dd. statuunt. Rationem dant: quia, etsi vinum in eadem bonitate ex ipsius contractus natura reddendum est, etiamsi cautum non fuerit, per *text. super alleg.* Quoniam tamen vetus novo melius est, ipsum quoque bonum merito dici debet, *l. ubi autem non apparet. pr. de V. O.* cum res quæ pluris est, ubique tanta sit, *l. cum furti. ff. de in lit. jur.* ideoque creditorem ad eam solutionem accipiendam cogi posse. *arg. l. Paulus 99. ff. de solut. & lib. & l. pen. ff. si ex nox. caus. ag.* Opponit huic sententiæ plurima Johannes Glossator, cui tamen abunde satisfactum per Joh. Corasium *miscell. lib. 3. cap. 12. n. 6.* Nec etiam probabile creditorem pro vino novo mutuato vetus, tanquam melius recipere recusaturum, cum non modo idem & tantundem, sed & magis quid recipiat. Nisi vinum novum fuerit dulce, uvæque illius anni melius maturuerint, vetus vero vinum asperum & acidum. Non tamen per omnia facimus cum Jacobo de Arena, & qui eum sequi videntur Curtius & Jason, qui, ut Fachinæus *lib. 2. contr. cap. 69. pr.* de iis testatur, autoritate legis nostræ, & *l. ratio §. si per venditorem. ff. de A. E. & l. quoties in diem. ff. de V. O.* simpliciter credunt, pro quavis re mutuo data, v. c. frumento, vino, oleo &c, æstimationem ejus in pecunia reddi posse invito creditore, falsum enim hoc est, & propterea nigros ab omnibus calculos tulisse dicit Fridericus Scotus *ad l. 2. §. 1. n. 172. ff. h.* Add. Struv. *Exerc. XVI. th. 37.* Ratio decidendi est in essentia nummi, per quem æstimatio fit, quoniam secundum Paulum *in l. 1. ff. pr. de contr emt.* nummus est materia electa, cujus publica æstimatio (seu valor aut potestas publice recepta) difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret. Ideoque idem solvere videtur debitor propter ἰσοδυναμίαν nummo attributam. Conf. Fr. Hotom. *quæst. illustr. 15.* Alterum, quod dubium movere possit, est, quod Sabinus ait: Si dictum non fuisset quo tempore redderetur, æstimationem fieri debere secundum illud tempus, quo petitum est. At vero plerisque in locis aliud tempus spectandum videtur. Sic *Lex 3. ff. de cond. trit.* attendi vult tempus moræ vel condemnationis, vel interitus. Tempus item moræ vel condemnationis *l. 3. §. si per venditorem. ff. de A. E. V.* & *l. si sterilis.*

sterilis. 21. §. cum per venditorem. 3. ff. eodem, tempus, quo quid novissime solvi potuit, *l. si calendis. 11. ff. de R. Jud.* Contractus *l. hominem 37. ff. mand. & l. cum quis. 22. ff. de O. & A.* varie respondent Dd. *ad hos Texxt.* Nos cum Duareno distinguemus inter contractus b. f. & stricti juris, & in his quidem tempus litis contestatæ, *l. 1. & l. ult. ff. de cond. tritic.* in illis vero tempus rei judicatæ attendi debere dicemus, *l. 3. §. 2. ff. commod.* In quibus vero locis diversum asseritur, hoc vel ex pacto, vel mora, vel alia quadam speciali ratione procedere. Vid. Marc. de Mant. *ad h. l.* disputantem contra Decium, & *singul. 296.* Franc. Cremens. *sing. 95.* Cyn. Petr. de Bellapert. *in l. in minorum. col. 9. C. de in quibus Causs. maj. in int. rest.* Alex. *in l. semel mora. ff. de usu* & alios. Longe aliter sentit Arumæ *Disp. XI. th. 5.* Adhuc scrupulum movent Interpp. *in verbis:* Si non quanti tunc, cum petitum esset, modo ad extrajudicialem, modo ad fictam interpellationem referentes. Sed nodum in scirpo quærunt. Præterquam enim quod verba l. 11. propter antecedentia non aliter nisi de litis contestatione accipi patiantur, expresse insuper monet Labeo apud Paulum *in l. amplius. 15. ff. Rat. rem hab.* de judiciali petitione intelligi debere. Argumenta eorum congessit & prolixe discussit Fachinæ. *contr. lib. 2. cap. 95.* Junge quæ habet Æmyl. Ferret. *lib. de mora n. 31.* Sed quomodo æstimatio facienda? Non certe ex imaginaria adfectione, aut propenso in rem aliquam animo, sed in id quod interest, i. e. quatenus pecuniariter a patrimonio nostro seu revera abest. *l. 13. ff. R. R. Hab. l. 3. de damn. inf. l. 13. l. 19. ff. ad exhib.* Ad obstantes Texxt. respondet Strauch. *diss. ad Jus Justin. 18. aph. 18.* Illud autem quod interest, in rebus certam quantitatem habentibus, quales sunt fungibiles; vel naturam certam, ut corpora & species seu individua, duplum non excedat. Id. *l. c. aph. 20.* Alias simpliciter æstimatio facienda; Semper eam fieri debere pro eo pretio, quo res in foro venduntur, ait Paul. de Castr. *sing. 4. per gl. in l. scriptum. C. de erog. mil. ann. lib. XII.* Huc facit *l. 1. §. 16. ff. ad Sc. Trebell. & l. pretia rerum. 63. ff. ad L. Falc.* Si non liquet, ad proborum hominum existimationem Carpz. *Jurispr. For. p. 2. C. 37. D. 6.* ejus rei peritorum, juramento tamen præstito. *l. hac edictali. 6. §. his illud: C. de sec. nupt.* Quod si quis eos æstimasse asseruerit, ipsis æstimatoribus onus probandi, se nim. bene æstimasse, incumbere tradit Jos. Mascardus *de prob. conclus. 653. n. 10.* & allegati ab eo. Cætera quæ species legis enim continet, cum minus dubitationis habeant, lubenter prætermisimus. Strauch. *de vino Racem. 4. palm. 4.*

Cum & acetum Vini quasi soboles sit, 71
operæ pretium erit, puncta quæ huc facere videbuntur, accersere. Constat autem veteres acetum inter potulenta habuisse. *l. 3. §. 5. ff. de pen. Leg.* Et Spartianus *in Pescennio:* Jussit, *inquit*, in expeditione neminem bibere vinum, sed aceto universos esse contentos. Constantinus tamen & Julianus Impp. mutatis vicibus, nimirum uno die vinum, altero acetum milites percipere voluerunt, *l. 1. C. de erog. mil. an.* Quam vivendi rationem ipsos quoque non raro Imperatores observasse proditum est. Adde Gothofr. *h. lit. S.* Plutarchus *in Catone Censor.* Aquam bibit in militia, nisi in acri siti & calore acetum posceret. Græcis plane in deliciis fuit. Strauch. *d. dissert. 11. c. 2. θ. 20.*

Ad refrigerium autem sitimque restin- 72
guendam maxime facere existimant, quia naturæ est valde frigidæ, adeo ut veteres quoque illo uterentur in suffocandis incendiis, quod aperte docet *d. l. 3. §. 5. de pen. leg. & l. 12. §. 18. de instr. vel instrum. leg.* ibique ex Macrobio & Luitprando Gothofr. *Lit. N.* Strauch. *d. l. th. 12.* Mira præterea vis aceti in solvendis unionibus, quod Æsopum Tragœdi filium, Cleopatram Reginam & Caligulam Imp. historiæ fecisse testantur. Eoque respicere putant aliqui, quos inter Hilliger *ad Donell. lib. 3. cap. 17. lit. E.* legem *Seja. de aur. arg. & mund. Leg.* Seja unionem cum hyacinthis legavit, postea unionem solvit, neque mortis tempore unionem inter ornamenta sua reliquit. Quæsitum est, an hæres æstimationem ejus præstare debeat? Et respondit Marcellus, non debere. Ratio, *inquit* Accursius, est, quod testatrix, dum viveret, Antoniæ Tertullæ unionem jam solvit præstititque. Sed merito ridetur a Brissonio, Gothofredo, Salmuthio aliisque emunctioribus, quia menti JCti nequaquam congruit. Quanquam nec Hilligeri sincera videtur. Solvere igitur in *d. l.* aptissime accipiemus de religatione seu demtione, ut idem sit ac si Marcellus dicat: Seja Antoniæ Tertullæ hyacinthos cum unione eadem connexos linea seu vinculo legavit: postmodum vero unionem

73 solvit, vel exemit &c. Aliud porro acetum, quod non tam bibitur, quam editur, & conditurae sive intinctus (quod ajunt) loco, est dictum embamma, quale est acetum Scilliticum, de quo Columella *lib. 12. c. 34.* Vid. Cujac. *Obs. XV. c. 27. in fin.* Praeparabatur autem ex variis condimentis, vel ut Glossa *ad l. trit. vin. vel ol. leg.* autumat, salsamentis. Id vero ineptum videtur Cujacio *Rec. sol. ad d. l. 7.* qui salsamenta salsos pisces Thynios vel Thunios, haleces, lardum quoque & ejus generis alia, interpretatur. Quod verum est. Strauch. *d. l. palm. 4.*

CAPUT IX.

DE PRATIS.

SUMMARIA.

1. *Romani pratis inter ruris partes primas tribuerunt.*
2. *Pratum unde dictum?*
3. *Pratum quid?*
4. *Quomodo a pascuis differat?*
5. *Fœnum quotuplex?*
6. *Fœnum refertur inter fructus certos.*
7. *Si fœnum in pacto antichretico legitimum usurarum modum excesserit, in sortem potest imputari.*
8. *Prata, quae dicantur habere* das Garten-Recht?
9. *Quaedam prata certo tantum tempore sunt clausa.*
10. *Quo tempore prata soleant claudi?*
11. *In agris messe facta liber est pastus.*
12. *Pratum, in quo alter habet jus pascendi, sepimento includere non licet.*
13. *Talia tamen prata, antequam fœnum colligitur, levi sepimento cingere permissum.*
14. *An Dominus detonsis pratis in pasculatione alteri sit praeferendus?*
15. *Pratum in agrum convertere sine praejudicio ejus, cui jus pascendi competit, est licitum.*
16. *Ubi absque hoc respectu ex arvo pratum facere minime prohibitum.*
17. *Quo casu irrigatio assidua non potest prohiberi?*
18. *Irrigatio pratorum utilis.*
19. *Irrigatio a quo impetranda?*
20. *Quomodo irrigatio pratorum instituenda, in quibusdam locis certae ordinationes extant.*
21. *An Dominus, in cujus fundo aqua nascitur, eam continere possit?*
22. *Pro usu aquae Dominus fluminis aliquid petere potest.*
23. *Quod etiam Domino piscationis conceditur.*
24. *Prata non possunt irrigari in praejudicium ejus, qui habet jus piscandi.*
25. *Ad arcendam aquam pluviam a pratis fossas & aggeres exstruere permissum,*
26. *Licet exinde vicino damnum oriatur.*
27. *Nisi ex aemulatione aut nocendi animo fiat?*
28. *Aggeres quis reficere teneatur?*
29. *Pratis etiam damnum infertur eundo, equitando vel vehendo.*
30. *Per agros incultos liber est transitus.*
31. *Per prata etiam vehere licet, si via regia sit corrupta vel amissa.*
32. *Vel si alia via ad vicini pratum non detur.*
33. *Quod tamen certis modis moderandum est.*
34. *Pratis damnum infertur talparum suffossionibus.*
35. *Committitur interdum furtum falce messoria.*
36. *Gravius punitur, qui gramen defalcatum furatur.*
37. *Pœna eorum, qui pratis damnum depasculatione inferunt, remissive.*
38. *Pratarii qui?*
39. *An fœna madefacta subditi iterum arefacere debeant?*
40. *Ex fœno madido ignis oriri potest.*
41. *Pratis tributa imponi possunt.*
42. *Prata si redigantur ad culturam, non mutatur eorum natura quoad decimas.*
43. *Si ex prato fiat ager, non potest dici novale.*
44. *Belgarum in agris exsiccandis industria.*
45. *Francofurtensium pratorum dividendi ratio.*

1 ROmanos veteres pratorum culturæ primas in agricolatione tribuisse testatur Columella *de Re Rust. Lib. II. c. 17.* & M. Cato dixit, quod nec tempestatibus affligerentur, ut aliæ partes ruris, minimique sumtus egeant, per omnes annos præberent reditum, neque eum simplicem scil. in pabulo etiam non minus redderent, quam in fœno. Quo pertinent illa Claudiani:

Intus prata micant, manibus quæ subdita nullis
Perpetuum florent, Zephyro contenta colono.

Hinc Cicero *in Paradox.* Callidi (*ait*) isti rerum æstimatores prata, areas magno æstimant, quod ei generi possessionum nemo nocere possit. Quod etiam Honorius Cæsar sub pœna 12. librar. auri prohibuit, ne fatigentur prata privatorum a militibus. *l. 2. & fin. C. de pascuis publ.*

2 Pratum vero ab eo nuncupatum, quod protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret, communiter statuunt Columella *Lib. 2. de R. R.* Varro *Lib. 1. c. 8.* Plin. *lib. 18. c. 5.* Quibus adstipulatur JCtus Ulpianus in *l. 31. de V. S.* Pratum ex eo dictum, *inquit*, quod paratum sit ad fructum recipiendum.

3 Sunt autem prata, quæ secari possunt, vel ut JCtus *in d. l. 31.* loquitur, Pratum est, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, cui addit Gœdd. *ad d. l.* non cultura, non semine, non plantis, non rastris &c. Non est ut proscindatur, non ut effringatur, non ut liretur, sed tantum rigetur, juxta illud Virgilii *Ecl. III.* Claudite jam rivos, pueri, sat prata biberunt.

4 Quamvis vero & pecora interdum in pratis pasci soleant; tamen differunt a pascuis, quod prata eo fine non habeantur, ut depascantur, sed ut fœnum profundant hyemi inserviens. *L. 4. pr. ff. de Cens.* Dicitur pratum esse, quod intra decem annos sectum erit. Et legatis pratis pascua non continentur. Ferr. *in Consu. Burdeg. L. 2. tit. 11. §. 3.* A sylva cædua differunt, quod tondantur falce, non alio instrumento, veluti sylva securi.

5 Fructus vero pratorum Fœnum est, idque duplex, aut primarium aut secundarium. Primarium in mense Junio secatur, & proprie fœnum, *Heu*, dicitur: Hoc vero autumnali tempore colligitur, & fœnum chordum, apud nos *Grummet*, vocatur, in quibusdam etiam locis prata tribus vicibus secantur.

Ejusmodi autem fructus, ut fœnum, inter fundi reditus, qui fere singulis annis certi sunt, referuntur. 6

Ideoque si in pacto Antichretico legitimum usurarum modum excesserint, in sortem imputari debent, tanquam antichresi in fraudem usurarum contracta. Quod tamen in fructibus pratorum & hortorum, non vero agrorum & vinearum procedit. Carpzov. *in Asylo debitorum c. 1. n. 107.* Mevius *discuss. levam. inop. deb. c. 4. sect. 11. n. 24.* 7

Prata autem quædam dicuntur habere *das Garten-Recht*, in quibus pascuorum usus invito domino non est. Unde etiam multis in locis, præsertim in terra Würtenbergica, fertilissima prata videre licet, quæ arboribus frugiferis æque ac horti conclusi, plena sunt, & tamen vocantur *Wiesen*, Speidel. *notab. voc. Wiesen*, & ejusmodi fundos sepimento includere non est prohibitum, cum sit meræ facultatis sepem in suo ædificare per vulgata. 8

Quædam vero certo tantum tempore sunt clausa, ut apud nos a die Annunciationis Mariæ vel Georgii usque ad diem Michaëlis, vel a 1. Maji usque ad diem Bartholomæi, & vocantur tempus Occlusionis, *zugeschlossene Zeiten*, reliquo tempore pecori pascenti patent, quod tempus dicitur *die Hütung vor und nach der Blume.* Lindenspur. *ad Ord. Würtenberg. fol. 298.* Quod vocatur apertionis, *offene Zeiten.* Pruckm. *Vol. 1. Cons. 14.* Utrumque vero tempus maxime quoad prata certo spatio solet definiri. 9

Moribus Marchicis tempus Occlusionis currit a Calendis Maji usque ad diem Bartholomæi. Pruckm. *d. l. n. 4. & 91.* in Delphinatu & Civitate Grilonis a die Annunciationis Mariæ, qui incidit in mensem Martium, usque ad diem omnium Sanctorum, qui est primus Novembris. Francisc. Marcus *Par. 1. Decis. 223. n. 5. 6.* Ripa *Respons. 93.* In Provincia Bordegalensi a primo Martii usque ad Festum Nativitatis Mariæ. Aureliis a 25. Martii usque ad Calendas Octobr. *Consuetud. Aurelian. Tit. 5. c. 3.* Cothman. *d. l. n. 59. 60. 61.* In terra Bituricensi a Festo Annunciationis Mariæ usque ad Festum Michaëlis. Boër. *in Consuet. Bituric. tit. 10. §. 7.* 10

11 In agris autem ſtatim meſſe facta, quod circa diem Jacobi contingit, liber ſolet eſſe paſtus. Thomæ *de nox. anim. c. 15. num. 14.*

12 Et ejusmodi prata ſepimento claudere minime licet; quicunque enim communi paſculatione in agris univerſitatis utitur, is non poteſt in præjudicium reliquorum partem agri vel pratum claudere ſepimento, & hoc modo paſturam diminuere. Noe Meurer. *Part. 2. Jagd- und Forſt-Recht P. 46. 161. Daſſ keiner zur Verſchmählerung der gemeinen Weide ihm ſelber ein Guth beſchlieſſen, und mit einem Zaun zum Garten-Recht machen könne.* Rem enim ſervitutis onere affectam invito altero mutare non licet. *l. 21. ff. S. U. P.* Gail. *2. Obſerv. 67. n. 5.*

13 Prata tamen, antequam fœnum colligitur, levi ſepimento cingere permiſſum eatenus eſt, (*zu geſchloſſenen Zeiten*) quatenus paſtura non impediatur: Eo tamen tempore, quo collectis fructibus paſtura in prædiis illis exerceri ſolet, illud tolli debet, niſi quis forte longiſſimo tempore pratum perpetuo ſeptum & clauſum quiete poſſederit, atque jus ſeptum habendi, *das Zaun-Recht*, legitime præſcripſerit. Vel ſi quis cum renunciatione juris paſculandi ita cum univerſitate paciſcatur. Vid. *ſupra Cap. de Hort. n. 24.*

14 Statuit Zœſius *ad tit. ff. ſi quadrup. paup. n. 8.* Dominum detonſis pratis in paſculatione præferri, & cæteros poſſe excludere, ſi ipſe fundi ſui paſcuis velit uti. Quod videtur rationem habere, cum Dominus fundi præferatur jus compaſcuorum habenti, ſi paſcua utriusque pecori non ſufficiant, *arg. l. 13. §. 1. ff. commun. prædior.* Pruckmann. *Vol. 1. Conſ. 14. n. 25.* Nemo etiam invitus compellatur ad communionem *l. ſi non ſortem 26. §. 4. ff. de condict. indeb.* nemo invitus in communione debeat detineri, *l. fin. C. commun. divid.* & ne per pactum quidem effici posſit, ut res in perpetua maneat communione *l. in hoc judicium 14. §. ſi conveniat. 2. ff. commun. divid.* Verum ſicut illa prior doctrina pertinet ad compaſcua non mutua, ubi Sempronius jus quidem cum pecoribus Titii compaſcendi habet in fundo Titii, non autem vice verſa Titius in fundo Sempronii: ita lex & conſuetudo ſpecialis limitant legem generalem & pactis eſſe poſſunt potiores. Pactum etiam communionis temporalis legibus inviſum non eſt, *d. l. 14. §. 2. in f.* uti neque pactum illud, quod communionem non dominis, ſed juris alicujus ita conſtituit, ut ab una parte ſe habeat inſtar ſervitutis, aut ab utraque inſtar ſervitutis reciprocæ utrinque impoſitæ quaſi per quandam permutationem, *ut §. præterea 2. J. de locat.* Et inutilis pene foret mutuorum compaſcuorum conſuetudo, ſi eis, qui pinguiora & ampliora prædia poſſident, compaſcuorum onus liceret detrectare. Verius ergo eſt, non poſſe dominum fundi prohibere vicinos, ne ingrediantur fundum, vel pecora immittant, Aymo Publit. *ad Conſuetud. Arvern. tit. 28. art. 3.* niſi & hoc conſuetudine ipſi ſit conceſſum, ut aliquam forte fundi partem pro ſuis animalibus paſcendis excipiat. Conſuetud. Arvern. *tit. 28. art. 6.* Thom. *d. l.*

Ex quibus etiam ſequitur, quod pratum 15
in agrum in præjudicium ejus, cui jus paſcendi certis temporibus competit, convertere minime permiſſum ſit. Emphyteutæ quoque ſine Domini conſenſu vetantur bonorum ſpeciem immutare veluti ex agris prata, vineta, aut hortos, vel vice verſa, ex pratis aut hortis agros. Tabor. *de Jur. Colon. θ. 47.*

Ex arvo vero vel horto abſque hoc re- 16
ſpectu pratum facere prohibitum non eſt, *l. 3. §. 2. ff. de Aqu. pluv. arc.* Cæpoll. *de Servit. L. 2. cap. 18. num. 7.*

Et quamvis arvum iſtud quis certo tan- 17
tum anni tempore antea rigaverit, & poſtea pratum, quod ex eo fecit, cœperit aſſidue rigare, ex quo damnum vicino afferatur; Tamen neque damni infecti, neque aquæ pluviæ arcendæ actione conveniri poterit per *d. l. 3. §. 2. de aqu. pluv. arcend.* Weſenb. *P. II. conſ. 58. n. 5. & 17.*

Irrigatio enim, ſi ſolum non ſit ſatis 18
ſuccoſum humoribusque rigens, maxime eſt neceſſaria, læto pinguique campo non deſideratur influens rivus, meliusque habetur fœnum, quod ſuapte natura ſuccoſo gignitur ſolo, quam quod irrigatum aquis dicitur, quæ tamen ſunt neceſſariæ, ſi macies poſtulet terræ. Nam & in denſa & reſoluta humo, quamvis exili, pratum fieri poteſt, cum facultas irrigandi datur. Colum. *L. 2. c. 17.*

Et hæc facultas irrigandi prata natura- 19
liter cuivis libera eſt, uſus enim communis aquarum juxta Naſonem, & quando aqua communis omnibus ſufficit, unus alium

impedire

impedire non poteſt. Brunus *Conſ. 149. in fin.* Jure autem Romano, ſi quis ex rivo vel flumine publico aquam ducere velit, a Principe id impetrare debebat, alii nulli jus aquæ dandæ competit. *l. 1. §. 42. De aqua quot. & æſt.* Poſtea vero tam Principis permiſſu, quam antiqua conſuetudine illud omnibus ubicunque magiſtratibus competebat. *l. 3. §. 4.* ibi: Ductus aquæ, cujus origo memoriam exceſſit, jure conſtituti loco habetur. *ff. d. t. P.* Frid. Mindan. *de Interdict. tit. 11. n. 20.* Et Scævola *in l. ult. de aqu. & aqu. pluv. arc.* ait: ſolere eos, qui juri dicundo præſunt, tueri ductus aquæ, quibus auctoritatem vetuſtas daret, tametſi jus non probaretur, poſt Bald. Flam. de Rubeis *Conſ. 49. num. 59. lib. 1.* Hodie conſuetudo cujusque loci inſpicienda eſt: Variant enim, ut in quam plurimis aliis, ita & hac in re, Statuta & mores. Sic difficilius irrigatio, *die Wäſſerung der Wieſen*, conceditur ex flumine publico, cumprimis navigabili, utpote quæ nonnunquam ob alvei mutationem, vel inundationes fluminum perniciosa eſſe poteſt. Vid. Thom. Merckelbach. apud Klock. *vol. 1. Conſ. 33. n. 32.* ubi ait: Subditos ſine expreſſa permiſſione Principis vel Magiſtratus ad irriganda prata aquam ducere non poſſe, per *l. Uſum aquæ C. de Aquæ duct. lib. 10.* Fr. Rivius *Deciſ. 344. per tot.*

20 In nonnullis locis certa ordinatione vel convocatione determinatum, quomodo irrigatio pratorum inſtituenda. Dn. Fritſch. *de jur. prat. membr. 4. n. 4. Weil vor langen Jahren her gebräuchlich geweſen, daß das gemeine Waſſer, wordurch die Wieſen im Frühlinge zu wäſſern, jährlich nach der Reihe Guth zu Guth, auf Tag und Nacht ausgetheilet worden; Als ſoll bey Straffe verbothen ſeyn, daß keiner dem andern ſolches heimlicher Weiſe, auch ſonſt, ehe ietzt berührte Zeit vorüber, zu nehmen, und abzuſchlagen, ſich unterſtehen ſoll.* Ex quo etiam ſequitur, communi ſumtu foſſas & receptacula aquarum, ex quibus prata irrigantur, fieri, conſervari ac reparari debere.

21 Quæritur autem: An Dominus, in cujus fundo aqua naſcitur, eam continere, ſuo beneplacito uti, ac opere facto impedire poſſit, quo minus vicini prata irrigari poſſint? Affirm. *per l. Præſes. 6. C. de ſervit. l. ex meo. l. via. §. ſi lacus de S. R. P.* Cæpoll. *Tract. de ſervit. Ruſtic. cap. de Aquæductu. n. 28. l. Proculus. 26. l. flumi*num. *§. tin. uti Dd. de damno infect.* Nam de ſua aqua poteſt facere velle ſuum, ut dicit Bald. *in l. item. n. 1. de R. D.* Quamvis inde utilitas aliis vicinis intercipiatur, & cum accolarum incommodo fiat, *d. l. 10. C. de ſerv.* Poteſt igitur aquam ſuam foſſis & aggeribus factis pro arbitrio retinere. Weſenb. *P. 2. Conſ. 58. num. 17.* Rauchb. *L. 2. qu 27.* Imo in aqua, quæ in meo oritur, poſſum facere quod volo, & eam uni concedere, & alteri negare. Gœdden. *P. 10. Conſ. 1. n. 16. Lehn-Recht. c. 72. & ibi Gloſſ. Würde aber ein Spring auf einem Acker, des Ackers Herr hat den Spring, mag ihn faſſen, auf den Acker, ob er will, und teichen.* Quod tamen limitatur, ſi vicino debetur ſervitus aquæ ductus, Surdus *Conſ. 447. n. 23.* Vel ſi per vetuſtatem jus irrigandi prata ſua ex aqua alterius a vicino acquiſitum fuerit, *l. ult. de aqu. pluv. arc.*

Et pro tali uſu aquæ Dominum fluminis vel rivi, ex quo prata ſubditorum irrigari ſolent, aliquid petere poſſe tradit Merckelb. apud Klock. *vol. 1. conſ. 33.* ibi: *Als kunten E. Gn. wegen der vorhabenden, und der Unterthanen zu ſonderm Nutz erſprieſſenden Wäſſerung, auch wohl proportionabiliter einen geringen Zinß erheben.* 22

Quod etiam dictus Autor *n. 33.* ad eum extendit, qui jus piſcandi in flumine habet, ſi per derivationem aquæ piſcationibus aliquid decedat. 23

Similiter non poterit quis irrigare prata in damnum ejus, qui jus paſcendi in iis certo tempore habet, puta ſi haberet oves nobiles, & illæ fierent morboſæ in pratis pinguibus, (*freſſen ſich faul*) vel per tempus ſolitum, quo alias poterat uti jure ſervitutis, impediatur, uti Wurmſ. *L. 1. tit. 27. Obſ. 4. 2.* 24

Quia etiam per fluminum inundationes aut repentinos aquæ pluviæ impetus maxima ſæpe damna pratis inferuntur, ad arcendam aquam & tuitionem prati mei aggeres, foſſas vel aliam munitionem extruere optimo jure mihi licebit per *l. 1. ff. ne quid in flumin. publ.* Cæpoll. *de Serv. Ruſt. c. 37. n. 11.* 25

Quid vero ſi opere facto vicino noceatur? Sane ſi pro avertendo damno jure ſuo quis opus fecerit, licet ex accidenti inde vicino damnum inferat, propterea tamen non tenebitur. Qui enim jure ſuo utitur, nemini dicitur injuriam facere, *l. 9. §. 1. de* 26

Condict. causs. dat. l. 4. C. de adult. l. nullus. 55. l. nihil. 177. ibique Jacob Gothofr. *in comment. de R. J.*

27 Sicut igitur est, si æmulationis gratia, quod tamen in dubio non præsumitur. Wesenb. *d. Conf. 58.* aut nocendi tantum animo jure suo opus efficiendo utatur. Neque enim malitiis hominum indulgendum. *l. 38. de R. V.* Jacob Gothofr. *ad dict. l. 55. R. J.* Qualitas igitur operis probe inspicienda est, & ocularis inspectio loci & operis causæ cognitionem præcedere debet. Sic fossas agrorum siccandorum causa facere licet, sed non corrivandæ aquæ causa. Meliorem enim agrum suum sic facere quis debet, ut vicini deteriorem non faciat. *l. 1. §. sed & fossas. 4. de aqua & aqu. pluv. arc.* add. *d. l. 1. §. 22. l. 4. princ. cum §§. seqq.*

28 Si aggeres vel armata instrumenta, quibus aqua dividitur, forte vetustate vel frequentiori impetu aquæ pluvialis rupta vel corrupta fuerint, sæpe inter vicina prædia possidentes acriter disputari solet, quis servandorum eorum gratia ad refectionem aggeris teneatur? Primo in hac re usum & consuetudinem cujusque loci cumprimis sequi convenit. Secundo ubi aggeres sunt publici vel fossæ publicæ, *Fluth-Graben* dictæ, quas sumtu publico universitas vel communitas tueri solet, adcolentes ad reparationem non tenentur. Tertio ubi de mutua accolarum conventione constat, ea merito servari debet. Quarto vetustatis seu antiquæ observantiæ ut in aliis, ita & hic magna est autoritas. Quinto qualitas & situatio prædiorum consideranda est. Sic si aggere naturali vi aquarum dejecto vel fossa rupta effectum est, ut aqua pluvia meo agro vel prato noceret, non possum vicinum cogere actione pluviæ arcendæ, ut eum reponat vel reponi sinat. Si vero agger ille vel fossa dejecta manu facta fuerit, sive memoria ejus extet, sive non, agi potest ut reponatur, hac enim actione nemo agi potest, ut vicino prosit, sed ne noceat aut interpellet facientem, quod jure facere potest. Competit etiam mihi utilis actio vel interdictum adversus vicinum, si velim aggerem restituere in ejus agro, qui factus mihi quidem prodesse potest, ipsi vero nil nociturus est. Hæc æquitas suggerit, etsi jure destituamur. *l. 2. §. 5. de aqu. & aq. pluv. arc.* Conf. Cæpoll. *d. tr. cap. 37. & cap. 4.*

Non tantum autem vi aquarum, sed 29 etiam per homines, nempe eundo, equitando vel vehendo pratis damnum infertur, hinc facile per longum usum servitutis onus prædio imponi potest. Unde merito isthæc hominum malitia pœnis arbitrariis coërcetur. vid. Ordin. Provinc. Saxo-Goth. *P. II. c. 3. tit. 10.* ubi cavetur, *daß niemand bey ernstlicher Strafe mit reiten, fahren oder gehen neue Wege über Aecker und Wiesen, dadurch dem Eigenthums-Herrn offters Schade geschiehet, auch darbey bisweilen wol Diebstahl und andere Ungelegenheit mit unterläufft, machen, die Ubertreter aber nebst Erlegung der Strafe auch die verursachte Schäden zu gelten schuldig seyn solten.* Add. Jus Bavar. Provinciale *tit. 27. art. 3. von Schäden an den Aeckern oder Wiesmaden, darüber man einem reitet oder fähret.* ubi ita disponitur: *Ritte oder führe ein Gast bey Tage einem über seinem Acker oder Wiesmad, und thäte ihm Schaden, er habe Pfand oder nicht, so mögen sie sich gütlich darum mit einander wohl vertragen, ihnen beyden des Gerichts halber ohne Schaden: Würden sie sich aber deßhalben nicht vertragen, so soll der, der den Schaden genommen hat, ohne Verzug vor dem Richter oder zweyen Nachbarn anzeigen, wie viel es des Schaden genommen hätte, und alsdenn der Antworter ihme den Schaden nach Erkänntniß des Richters oder der zweyen Nachbaren wiederkehren, und das Recht ist darum gesetzet, daß ein Gast seiner Tage-Reise nicht gesäumet werde.*

Per agros autem incultos liber est 30 transitus. *Land-Recht Lib. 2. art. 27.* ibi: *Wer über ungewonnen Land fähret, es sey denn eine gehegte Wiesen, er bleibt es ohne Schaden.*

Similiter licebit etiam aliquando via- 31 tori aut aurigæ per agrum vel pratum ire vel vehere, si per viam regiam transire non licet, quippe quæ forte per fluminum inundationes, chasmata &c. corrupta aut amissa, tunc proximus vicinus de fundo proprio viam præstare tenetur per *l. 14. §. 1. Quemadmodum serv. amitt. l. 1. §. 20. ne quid in loc. publ.* Fritschius *de Reg. viar. jur. cap. 9. num. 14.*

Ex quo etiam sequitur, si quis pratum 32 confinibus undique prædiis non servientibus circumdatum habeat, illudque nequeat adire, ac fœnum colligere, Magistratus pariter proximum confinem ad præstandam viam compellere potest, *arg.*

l. ult.

l. ult. de S. U. P. l. 44. §. fin. de Leg. 1. Scotan. *disp. ad n. 27. θ. 21.*

33 Quod tamen Senatus Parisiensis, teste Chopino *de privil. Rustic. L. 2. P. 1. c. 5.* ita moderatus est, ne per medium pratum ire agereve vicinus sineretur: Sed minori fundi detrimento quadamque viciniæ familiaritate, & cum onere restituendi damni cujuscunque ob eum transitum prato dati, demto quoque anni tempore in prata ingredi prohibitorio, vel quo herbæ fœnisecio sunt paratæ. *arg. l. 9. ff. de Servit. l. 13. §. 1. de S. P. R.*

34 Pratis denique damnum infertur talparum suffossionibus. Diligentis igitur erit patrisfamilias damnis hisce tempestiva cultura remedium quærere, humum apertum justo tempore exæquando, talpisque insidiando; hinc perspicere debet conductor, ne a muribus talpisve agri & prata deteriora fiant. *arg. l. 11. §. 2. ff. Locat.* Idem observandum Ministris, quibus commissa est Agricultura. Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat* sub Tit. *Bestellung eines Amtschreibers n. 6.* his verbis: *Den Wiesewachs des Amts soll der Amtschreiber aufs beste durch die darzu bestellte Wiesen-Voigte oder Knechte, oder nach Gelegenheit des Herkommens, durch die Fröhner in acht nehmen, die Gräben öffnen, die Dörner und Büsche ausreuten, die Maulwurffs-Hügel zerziehen, und den Jahr-Wachs an Heu und Grummet einbringen lassen &c.*

35 Dici vulgo de quibusdam rusticis solet, eos si non manu, tamen falce messoria vel aratro furtum committere. Hoc in fœnisecio quandoque contingit, *durch übermähen*, arbitrarieque puniendum. Jus Prov. Bavar. *Tit. 27. art. 1. & 2.*

36 Multo magis pœna furti contra eum locum habet, qui gramina falcata vel segetes a solo separatas furatur. *l. 25. §. 2. ff. de furt.* Constit. Crim. Carol. V. *art. 167.* Carpzov. *P. II. qu. 83. n. 38.* Mitius tamen punitur, qui prata ipsa detondet, quam qui fœnum a solo separatum furatur. Berlich. *P. 5. Concl. 53. n. 25.*

37 Quomodo vero damna depasculatione ab animalibus pratis data resarciantur, capite de pignoratione animalium dictum.

38 Ut etiam præcaveantur damna pratis inferri solita, in nonnullis locis constituuntur pratarii, Du Fresne *in Gloss. hac voce*, quibus pratorum cura committitur, & dicuntur *Wiesen-Voigte, Wiesen-Knechte.* Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat. P. III. c. II. §. 3.*

Quando fœna collecta per pluvias vel 39 inundationem aquarum sunt madefacta, subditi, qui Dominis servitia ad colligendos fructus præstare tenentur, ea iterum distribuere, arefacere & recolligere debent, quia actus redit ad causam inutilem, & aliquid inopinatum emergit, per quod actus ille non subsistit. Tiraquell. *in leg. Boves. §. 1. ff. de V. S.* hoc tamen cum certo temperamento intelligendum, ne scilicet rustici nimiis servitiis, quæ sunt contra jus commune, prægraventur. Berl. *P. 2. Dec. 210.* prout in judicio aulico Electoris Saxoniæ, *in Sachen Heinrichs von Haugwitz zu Leipnitz Lehn-Erben Beklagte an einem, die Pferde- und Hinter-Sassen zu Zaschwitz und Werschwitz am andern Theil An. 1629.* fuit decisum: *Schließlichen sind zwar klagende Unterthanen in keiner Abrede gewesen, daß sie dem Erb-Herrn Heu und Grummet aufzumachen und einzubringen schuldig, und haben sie sich allein beschweret, wenn es vor der Einfuhre durch Regen und Ungewitter genetzet, daß sie es mit doppelter Mühe aufs neue wieder wenden und trocknen solten; damit nun auch hierinnen billige Masse gehalten, die Erb-Herren sich ihrer habenden Dienste* cum effectu *zu erfreuen, und die Unterthanen nicht etwa zur Ungebühr beschweret werden möchten: Sollen sie auf den Fall, wenn durch der Erb-Herren Verwahrlosung Heu und Grummet zu gebührender Zeit nicht ins trockene gebracht, und eine Näsße darauf einfallen solte, noch einmal nach verrichteter Arbeit zu einem mehrern nicht angehalten werden, sonsten aber, da es unversehener Zufälle wegen die Nothdurfft erfordern solte, dasjenige, was ihre Schuldigkeit mit würcklicher Beschickung und Einbringung des Wiesewachs erfordert, in alle Wege leisten.*

Caute autem collectum fœnum in ædi- 40 ficiis componendum est propter periculum incendii. *l. 11. §. ult. locat.* Imo exempla & autoritates probant, fœnum madidum putrefactum ignem ex se creare posse. Consil. Altorff. *pag. 771. 778. 780.*

Prata denique, quia certos fructus fe- 41 runt, sicut alia bona immobilia, tributis & censibus subjacent, *l. 4. ff. de Cens.* ubi cavetur, pratum, quod intra decem annos proximos sectum, in tabulas censuales referri debere.

Pariter

42 Pariter etiam, si prata redigantur ad culturam, non mutatur eorum natura quoad decimas, quæ semper illi persolvendæ sunt, cui ante culturam solvebantur. Werndl. *Vom Zehend-Recht. L. 4. c. 1.*

43 Si ex prato fiat ager, non potest dici novale, adeoque nec oneri *des Noval-Zehenden* subjacet. Wehner. *verb. Noval-Zehend,* ubi ait: *Wenn solche Felder umgerissen werden, als Kraut-Gärten, Wiesen, Gärten, kan man solche* proprie *nicht* novalia *tauffen*, quin semper fuerunt inculta & nemorosa. Gloss. *in cap. Commissum de decim.* Concordat jus Bavar. Provinc. *art. 13.* ubi dicitur: *Da hievor weder Furch noch Strauch gesehen, auch nie etwas angebauet worden, und hernach umgerissen und gebauet würde, das heist, und ist ein rechter Neubruch, und von demselben gehöret der Zehende die drey ersten Jahre einem Pfarr-Herrn desselbigen Orts, aber folgends dem, der sonst den Zehend der Enden hat. Wo aber die Ehe - Garten umgerissen, oder da sichtig Ackermaaß vorhanden, die sollen nicht für Neubrüche gehalten, sondern der Zehend jenem gelassen werden, dem er zuvor gehörig gewesen.* Add. *c. quid per. 21. de V. S. cap. fin. de privil.* vid. etiam de decimis pratorum Gudelin. *de jure noviss. lib. 6. cap. 13. num. 6.*

Notanda & hic venit Belgarum in aquis exsiccandis industria, qui loca palustria & aquosa molarum a ventis agitatarum beneficio exhauriunt, & aquas aliorsum derivando per fossas exsiccant, ut pratis & pascuis apta fiant. 44 Reipubl. insuper conducibile est in Marchia Francofurti ad Viadrum institutum, quod prata singulis civibus eorum, domiciliis distributa & destinata sint, ut singuli habeant, unde vitam, aliis deficientibus mediis, sustinere queant, *ein iedes Haus hat gewisse Ruten Wies-Wachs.* 45 Nec minus laudandum, quod civibus ibidem liceat in sylvis publicis, præsertim æstate inviis ob paludes, hyemis tempore aquis concretis lignari, & quantum bigis possunt una die & altera præsente Magistratu abducere, Faust. ab Aschaffenburg. *Consf. pro Ærar. Class. 16.*

CAPUT X.

DE PASCUIS.

SUMMARIA.

1. *Pascua dicebantur olim ea omnia, ex quibus vectigal solvebatur.*
2. *Pascuum quid sit, & quomodo vocabulum* Trifft *accipiatur?*
3. *Pascua sunt vel publica vel privata.*
4. *Pascua publica quæ?*
5. *In pascuis quæ proportio sit observanda?*
6. *An in pascuis attendi debeat major numerus jugerum, an eorum valor?*
7. Ut *quis pascuo publico frui possit, necesse est, ut habeat domicilium in eo loco.*
8. *Dominus loci quomodo pascuis uti debeat?*
9. *Non potest ea subditis adimere.*
10. *Nec ea extraneis locare, vel ad culturam reddere.*
11. *Dominium pascuorum publicorum pertinet ad universitatem.*
12. *Universitas potest pascua publica oppignorare vel vendere.*
13. *Pascua publica quousque se extendant?*
14. *In causis pascua publ. concernentibus nemo ex universitate potest esse idoneus testis.*
15. *Nemo potest plura pecora in pascua immittere, quam per consuetudinem vel statuta licet.*
16. *Decurionibus licitum talia statuta condere.*
17. *Qui potestatem habet pascendi gregem, ea non extenditur ad ejus augmentum.*
18. *Nec aliis pecoribus licet pascere, quam illis, quæ in illa villa aluntur.*
19. *Magistratui incumbit modum huic rei imponere.*
20. *Quod exemplis demonstratur.*
21. *Incolis, qui cives non sunt, pascua publica interdicuntur.*
22. *Nisi sint personæ privilegiatæ.*
23. *Quales sunt Professores in Academiis.*
24. *Lepidus casus de civibus Ingolstadiensibus.*

25. *Cui*

25. *Cui jus est pascendi oves, non potest capras, sues & boves in pascua immittere.*
26. *Praejudicium hac de re.*
27. *De jure Saxonico nemini licet separatim pascere pecora sua, nisi habeat tres mansos.*
28. *Privatum pascuum quid sit?*
29. *Quotupliciter privatum pascuum accipiatur?*
30. *Dominus praedii servientis potest una cum illo, cui concessit hanc servitutem, sua pecora pascere.*
31. *Imo si praescribens habeat pascua suis pecoribus sufficientia, tunc cedere debet Domino, cui non sufficiunt pascua.*
32. *Dominus fundi statim post resectionem graminum potest pecora sua in pascua immittere.*
33. *Dominus praedii servientis non potest pascua in agrum convertere.*
34. *Nisi ei, cui debetur servitus, hoc non sit detrimento.*
35. *Vel servitus pascendi competat eo saltem tempore, quo fruges sunt collectae.*
36. *Quod & in dubio praesumitur.*
37. *Vel si relinquantur alia praedia inculta, quae ad pastum pecorum sufficiant.*
38. *Cui servitus pascendi competit, ea uti quis debet prout conventum.*
39. *Et qui mille oves pavit, non potest pascere plures.*
40. *Nec potest aliud ovile extruere, ubi antea nullum fuit.*
41. *Nisi haec servitus generaliter sit constituta.*
42. *Cui haec servitus competit, non potest pascere pecora morbosa.*
43. *Quando plures habent servitutem pascendi, quomodo inter eos debeat fieri divisio?*
NB. Aucto praedio serviente per alluvionem, augetur etiam servitus pascendi, it. Insula.
44. *Jus pascendi habens potest illud propria autoritate defendere & clausuras destruere.*
45. *Qui est in possessione juris pascendi quomodo in illa tuendus sit?*
46. *Quod quandoque in possessorio plenario retractatur.*
47. *Quantum tempus ad praescribendum jus pascendi requiratur?*
48. *Requiritur & scientia & patientia adversarii.*
49. *Requiritur & possessio vel quasi.*
50. *Nec inhabilis est possessio, quamvis aliquid praestetur.*
51. *Modo non de immutatione praestationis constet.*
52. *Requiritur insuper ad hanc praescriptionem bona fides.*
53. *Actiones praescribenti competentes.*
54. *Jus compascui quomodo differat a servitute pascendi.*
55. *Jus compascui potest revocari.*
56. *Nisi instar servitutis alteri sit quaesitum.*
57. *Revocatio quomodo fiat?*
58. *Jus compascui potest revocari, licet certi termini sint constituti.*
59. *Pariter potest revocari jus compascui, quando precario quis eo utitur.*
60. *Compascua vel personae, vel praedio conceduntur.*
61. *Pascere in alieno prohibitum.*
62. *Licet sint agri inculti & vacantes.*
63. *Consuetudine effici potest, ut in alieno pascere liceat.*
64. *Praesertim quando fructus sunt collecti.*
65. *Quod tempus pro diversitate locorum variat.*
66. *Jure Feudali iter facienti permissum equum lassum in alieno pascere.*
67. *Custodes pascuorum a quo debeant constitui?*
68. *Si animal in pascua immissum occidat lupus, quid juris?*
69. *Ad pascua pecorum aqua interdum vel derivatur, vel deducitur.*
70. *Pascua nociva pecoribus sciens locans, tenetur ad interesse.*
71. *Corruptio pascuorum,* Verflänckerung der Trifften, *quae sit?*
72. *Pascuorum Venenatio igne punitur.*
73. *Quae poena cessat, si ex pascuorum venenatione nihil damni datum fuerit.*
74. *Vel pecora ipsa veneno quis necaverit.*

1 PAscua olim in Censoriis tabulis dicebantur ea omnia, ex quibus Princeps vel populus Romanus reditus haberet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. Plin. *L. 18. c. 3.* Pascuum vero, uti hodie accipitur, est locus vel area, ubi pascuntur pecora, ut definit Gl. *in l. 7. §. fin. solut. matrim.* Vid. *tot. Tit. C. de pasc. publ.* Germ. *Hüttung, Weyde*, sive id fiat in locis in- 2

cultis,

cultis, Isid. *Lib. 16. c. 13.* sive montibus & collibus, sive in sylva pascua *l. 30. de V. S.* Hinc & saltus pascuus *l. 19. §. 1. ff. Locat. it.* saltuenses fundi Principis, nemora pastioni deputata & locari solita. *C. de fund. patrim.* sive in agris pascuis, sive etiam in pratis, certis tamen temporibus, *zu ofnen Zeiten.* De quibus vid. supra *Lib. III. c. 9. de Prat. n. 9.* Germ. dicitur *Trifft, Hütung, Weyde*, vocabulum autem *Trifft* a *treiben* derivatum esse videtur, ita ut in sensu magis pleniori & excellentiori jus agendi in locum aliquem, cum effectu scilicet ibidem quoque pascendi, denotet: In minus excellentiori seu minus pleniori significatu vero pro jure agendi saltim per locum alterius, non etiam ibidem subsistendi & pascendi, accipiatur, quod in specie Actus appellatur. Adeoque communi nomine utrumque jus initio appellari solitum videtur *der Trieb*, & Saxonice *Treeff*, vel *Trifft*. Ex quo & hodienum haud dubie provenit, quod rustici promiscue vocabulo hoc, *die Trifft*, etiam pro actu utantur; cum tamen proprie loquendo Actus agendi non pascendi jus importat. German. *der Trieb, die Macht zu treiben über des andern Felder.* Unde & Modestinus Pistoris *vol. 1. Conf. 61. n. 14.* ex vocabulo *über* in concessione *der Trifft über eines Acker*, Actum tantum in dubio intelligi statuit. Confer. Wehner. *in Observ. Pract.* voce *Trifft.* Acquiritur pascuum vel jus pascendi per contractus, ultima voluntate, sententia judicis, item præscriptione. Berl. *P. II. c. 49. num. 3.*

3 Dividuntur pascua in publica & privata. Rubr. *C. de Pascuis publ. & priv.*

Per publica pascua in jure notantur ea,
4 quæ sunt deputata ad pascenda animalia Principis, in quibus nullus alius potest absque Principis licentia animalia immittere, *l. 1. & 2. C. d. t.* Publica etiam communiter pascua dicuntur, quæ sunt communia alicujus civitatis, oppidi vel pagi, quia in usu publico & communi utilitate civium & vicinorum sunt constituta *l. 6. pr. de contr. emt. l. 17. de Verb. Sign.* Cæpoll. *Tr. de Servit. Rust. præd. Cap. de Servit. jur. pascend. num. 8.*

5 Et in hoc significatu quemadmodum hodie fit, pascuis publicis sumtis, plerumque proportio Geometrica observatur; ita ut qui majores habet possessiones, magis & pluribus pecoribus pascua frequentet, Menoch. *de arbitr. jud. quæst. l. 2. Conf. 3. Cas. 245.* quod & optimis rationibus nititur, qui enim plura prædia in civitate vel pago possidet, eorumque onera fert, ille etiam majori vicinitatis emolumento frui debet. Accedit, quod pro modo plurium possessionum ad culturam earum majori numero animalium opus quis habeat; & ille qui minores habet possessiones, minus quoque utatur pascuis. v. g. Bertrand. *Conf. 37. n. 5.* & Hieron. de Mont. *Cap. 72. n. 20.* Quippe cum communitas rei communis debeat percipi pro mensura portionum singulorum *l. 25. ff de Serv. Rustic. præd.* ibique Cravetta, ubi infert ex Cavalcano, quando sunt plures vicini, habentes prædia prope pascuum commune, & unus modica habens retineat nihilominus magnam ovium quantitatem, quod possint alii, qui longe ampliores habent possessiones, intentare judicium utile communi dividundo, ut ille utatur pascuo civiliter, & pro rata tantum prædiorum suorum. Hieron. de Monte *de Finib. c. 2. n. 22.*

An autem hic attendi debeat major 6
numerus jugerum, an vero eorum valor, in arbitrio Judicis erit, qui pensatis tam pascui quam possessionum qualitate & vicinorum conditione, certam utendi pascui formam præscribet. Menoch. *d. l.*

Ut quis pascuo publico frui possit, ne- 7
cesse est, ut habeat domicilium, & sit vicinus in ista civitate vel pago, quod etiam domino loci ipsisque locum tenentibus & Judicibus, item suburbiis concedit Otero *de Pascuis c. 6. sequ.*

Quamvis autem Dominus jurisdictio- 8
nem in aliquo loco habens pascuis uti possit, si ut habitator & incola illius loci spectetur (*Wenn* v. gr. *einer von Adel in seinem Dorffe wohnet, oder daselbst ein Schloß hat*) moderate tamen uti debet pecudum numero pro arbitrio boni viri, & juxta territorii pascuorumque qualitatem, ne subditi vel vicini hac in re lædantur. Alberic. de Rosat. *in l. 17. de serv. præd. Rust. & in l. 20. §. 1. ff. si servit. vindic.* Conf. Everhard. *Vol. 2. Conf. 34. n. 76. sequ.* Covarruv. *Pract. quæst. c. 37. in pr.* Tuschus *Pract. Concl. lit. P. Concl. 112. n. 8.* Berlich. *P. 2. Concl. 49. n. 12.* Et quamvis sint, qui hac in re Dominis multum concedant ob jurisdictionem; tamen cum Manzio *Quæst. Palat. 14.* recte statuimus, eundem exinde nullum habere dominium in pascuis publicis illius terri-

territorii, in quo jurisdictione utitur, cum pascua publica regulariter sint communitatum, non vero Dominorum Jurisdictionem habentium, Covarruv. *Pract. Quaest. cap. 37.* & insuper argumentum a jurisdictione ad proprietatem non valeat, nec ei, qui proprietatem habet, competat & jus pascendi. Keller. *de Offic. Jurisd. Polit. Lib. 2. c. 15.* Mynsing. *Respons. 11. n. 18. dec. 4.* Wehner. *Pract. observ.* verb. *Weidgang.* Hinc notanter dicitur *in der Würtenb. Landes-Ordn.* in Constit. Novell. 10. *§. 5. Daß Ihre Fürstliche Durchl. sich erböthig machen, Ihre eigene Schäfereyen dergestalt anzustellen, daß die gemeinen Weyden nicht überschlagen oder verderbet werden, mit dem Anerbieten, daß kein Schäfer zu Herbst-Zeiten nach Martini, und im Frühlinge nach* Cathedra Petri *mit denen Schaafen auf denen Weyden sich finden lassen solle.* v. Georg. Ludov. Lindenspur. *in Commentar. über die Fürstl. Würtenberg. Landes-Ordn. p. 268. n. 6. seq.*

9 Quo major igitur subditis hac in re exhibetur favor, eo minus territorii Dominus subditis contra solitam consuetudinem pascua plane adimere, & sibi applicare, aut etiam vectigalibus (uti Romani fecerunt, & scripturam appellarunt. v. Bulenger. *de Vectigal. cap. 10.*) onerare potest. Sesse *Decis. 74. n. 22. sq.* Christoph. Besold. *d. jur. & divis. rer. cap. 3. per tot.* cum nec Princeps, nec totus populus ne quidem vel uni, vel populo possint auferre jus pascuorum. Ripa *Respons. 93. n. 17.* & Sesse *d. decis. 74. n. 35.* De qua re non etiam ineleganter disserit Dn. Ahasver. Fritsch. *Tract. suo de jur. compasculat. th. 14.* referens ibidem infelix aliquod Consiliarii consilium libertati maxime adversum.

10 Nec etiam sibi noviter appropriare potest jurisdictionis Dominus pascua caeteraque praedia publica, quae sunt intra fines alicujus castri seu pagi. Natta *Lib. 2. Cons. 460. n. 10.* & Roland. a Valle *Lib. 3. Cons. 46. num. 67.* Sed illa praesumuntur esse universitatis vel hominum illius loci. *l. 6. §. 1. ff. d. divis. rer.* & late Meichsner. *Tom. 1. Decis. 26. n. 13. sequ.* Junge Matth. Wesenb. *P. 2. Cons. 62. n. 28.* Territorium scil. Dominorum solum est quoad jurisdictionem, quoad pascua vero & onera est civium & incolarum. Unde nec illi extraneis locare, Bertrand. *Vol. 1. Cons. 37. & 49.* nec etiam ad culturam reddere possunt pascua in praejudicium universitatis. Hieron. de Monte *Tr. de fin. regund. c. 6. num. 13. seq.* Longe enim inter se differunt habere jurisdictionem, & dominium habere terrarum. Petr. Anton. de Petra *de fideicommiss. quaest. 13. num. 446. seq.* & Roland. a Valle *d. Consil. 46. num. 67.*

Dominium igitur pascuorum publicorum pertinet ad universitatem, si scilicet sit in possessione, utpote quod homines de dicta universitate consueverint in eo loco pecora depascere, ligna scindere &c. Quemadmodum enim cives & rustici dominium habent aedium, pratorum & hortorum suorum, ita etiam pascuorum; sed tamen pro indiviso; Quando dominus loci & caeteri vicini simul reperiuntur possidere nemus vel pascuum, tamen praesumi illud esse universitatis, & dominum non jure dominii & proprietatis, sed ut vicinum & aliorum incolarum caput pro sua portione possidere. Menoch. *L. 3. Praes. 100. num. 9.* 11

Imo posse universitatem pascuum publicum concurrentibus certis solennitatibus pro debitis fiscalibus oppignorare vel vendere tradit Vincent. Franchis. *Decis. 197.* 12

Pascua vero publica civitatis vel pagi ordinarie ac regulariter finibus agrorum universitatis includuntur, ac praesumtio juris est, *daß die Trifft und Weyde sich weiter nicht denn bis zu Ende des Fluhrs erstrecke.* Probandum itaque est vicino, si in alieno jus pascendi velit exercere, pascuorum suorum fines latiores esse limitibus *des Fluhrs,* quod fieri potest vel per lapides, *durch die Weyd- und Hut-Steine,* jus agendi vel pascendi jumenta connotantes, si ultra lapides terminales positi reperiantur, vel per longissimi temporis usum ac quietam possessionem, vel aliis modis. Fritsch. *de District. universit. c. 7.* 13

Si controversia sit de pascuis publicis, nemo qui est ex ea universitate, in causa illa testis idoneus esse poterit: propterea quia res propria controverti dicitur, ex qua ejus emolumentum vel damnum ad singulos pertinet, *l. 1. §. 11. ff. 1. quando appelland. sit.* & in causa propria nullus testis idoneus intelligitur *l. 10. ff. de Testib.* Harprecht. *ad pr. Just. de Servit. praed. num. 103.* Mund. *Vol. 1. Consf. 19. num. 2.* 14

Nisi plures quinque aut sex sint, tunc enim numerum fidem supplere, aut si nihil in contrarium probaverit adversarius,

rius, tradit Camillus Borellus *vol. II. Decis. tit. 10. n. 6. 13. & 14.* vel alii testes iis adminiculentur. Petr. Surd. *vol. 1. Cons. num. 44.* Farinacius *de Testib. Tit. 6. qu. 60. n. 502.* ne alias defectu probationis jure suo pascendi excidat, *arg. l. 30. ff. de Testament. tut.* cum sæpe testes alios quam sibi subjectos producere nequeat. Wesenbec. *Cons. §. 18. num. 29.* Item si universitatis tantum, non singulorum, vel minimum testium, non vertatur commodum, forte quod pecora non pascant. v. gr. *Die Häußler, Cossäten, Hintersassen, Drescher,* eos non reprobari certum est. Camill. Borell. *d. l. n. 6.*

15 Cum igitur usus pascui debeat esse moderatus pro modo debito, & sine aliorum injuria, consequens est, quod nemo ex communitate possit plura pecora in pascua publica immittere, quam per consuetudinem aut Statuta civitatis, vel ordinationem Paganicam ei licet.

16 Decuriones enim posse statuere, ut intra certos limites nemini liceat ultra præscriptum animalium numerum depascere, ne inde publicum & commune damnum oriatur, tradit Cabedo *P. 1. Dec. 151. num. 8.*

17 Quamvis autem quis habeat potestatem pascendi gregem, non tamen ea extenditur ad ejus augmentum, perinde ut obligatus alterius familiæ præstare alimenta non tenetur iis, qui postea accesserunt. Wehner. in verb. *Atzung;* Adeo ut invito servientis prædii Domino agni cum ovibus pasci non possint; Sed & concesso ad certum saltim numerum oves pascendi jure, intra numerum & pro ovibus æstimentur & connumerentur etiam agni; unde licet in causa *Andreas Dietrichs von Schleinitz,* contra *Georg Rudolph von Lüttichau,* in Curia Provinc. Lips. Reus ad certum ovium numerum adstrictus se excusaret, quod capita numerum excedentia non oves, sed agni essent, qui ovibus non annumerarentur, *daß die Lämmer vor Schaafe nicht zu rechnen wären, sondern mit drein gerechnet werden müßten, arg. l. 65. & 81. ff. de Legat. 3.* non attenta hac generis differentia pronunciatum est *Mens. Mart. Anno 1687. Daß Beklagter mehr als 300. Schaaf-Nösser zu halten, und damit die dem Besitzer des Guths Stauchitz zuständige Fluhren mit und nebenst dem Schaaf-Viehe zu Mautitz, ingleichen die Mautitzer Wiesen mit dem Rind-Viehe nach dem Tage Urbani und vor Michaelis zu behüten &c. nicht befugt; V. R. W.* Vocabulum autem *Schaaf-Nösser,* cujus in præcedente sententia fit mentio, Dn. Struvio interprete *in disp. de jure ovium Anno 1682. Jenæ habita Sect. 1. c. 1. §. 3.* vox Generalis est, & complectitur sub se *Alte Hämmel, Zeit-Hämmel, Kälber, Jährlinge,* qui tamen omnes alias excluderentur per vocabulum *Schaafe.* Vid. supr. *Cap. de Ovib.*

Quia etiam hic jus pascendi prædio 18
competit, & sic reale est, non aliis pecoribus pascendi utilitas permittitur, quam quæ in illa villa vel fundo aluntur, *daß auf die gemeine Weyde ein jeder so viel Viehes treiben mag, als er auf seinem Hofe hält, und ausfüttern oder auswintern kan.* Mevius *P. 5. Dec. 250.*

Nullum enim est dubium, quin Magi- 19
stratus alendi libertatem, & pecora pascendi jus ad certum animalium numerum restringere ac limitare possit, quippe cum sæpissime hoc publica subditorum suadeat utilitas, & ut plurimum pascuorum qualitas libertatem haud circumscriptam hac in re prohibeat.

Ita in Marchia Brandenburgensi referen- 20
te Scheplitzio *ad Constit. Brandenb. P. IV. Tit. 20. Muß einer nicht mehr Viehes halten, denn er mit seinem selbst gewonnenem und allda geworbenem Futter auswintern und ausfüttern kan, denn solches keinesweges mit erkaufftem oder anders vorher geschafftem Futter gestattet wird, auf daß einem andern, so auch allda Hut und Trifft hat, keine Verschmählerung und Uberfetzung wiederfahre.* Hoc eodem modo usu quoque servari in Ducatu Megapolitano idem testatur. Consonat ordinatio Provinc. Bavar. *Lib. III. Tit. 14. Art. 2.* hoc præcipiens: *Wir wollen, daß durch keinen Inwohner Unserer Fürstenthume mehr Vieh auf die gemeine Weyde geschlagen werden, denn derselbe über Winter, doch daß er die Fluhr von andern nicht kauffe, von seinem Guthe führen mag, oder in sein Haus schlagen will, er hätte denn eine besondere eigene VVeyde, die soll ihme zu verlassen, oder anderes VVeyde-Vieh zu ihm zu nehmen, oder in andere VVege nach seiner Nothdurfft und Gefallen zu gebrauchen unverwehret seyn und bleiben. VVo aber eine Gemeine von iemand obermeldter massen beschwehret, überschlagen, und deßhalben zur Klage*

kommen würde, so soll ihre Gerichts-Obrigkeit dieselbe Beschwerde abzuschaffen schuldig seyn.

21 Sicuti autem circa usum pascuorum non abs re onerum & munerum personalium habenda est ratio: ita incolis civitatis, qui cives non sunt, sed tantum *Bey- und Hinter-Sassen oder Pfahl-Bürger*, quia neque excubias agunt, neque alia civilia onera sustinent, de consuetudine pascua publica non immerito interdicuntur. V. Paul. Matth. Wehner. *in Observat. Pract.* voc. *VVeidgang, in fin.*

22 Nisi hi ipsi singulari aliquo præmineant privilegio: Quamvis enim quis a civitate per quoddam privilegium quoad jurisdictionem & alia onera sit exemtus; tamen quoad pascua aliosque usus communes jus suum non amittit, sed in pascuis communibus pecora sua nihilominus agere potest. Berl. *P. 2. Concl. 49. n. 39.*

23 Horum exemtorum numero recte accenset Professores in Academiis Casp. Manzius *in Dec. Palat. quæst. 26.* ubi lepi-
24 dum hunc refert casum: Negasse scil. cives Ingolstadienses aliquando ibidem Professoribus jus pascendi, sed iisdem non minus lepide quam adposite responsum fuisse: Si vaccas & oves Professorum velint excludere a pascuis civitatis, vellent Professores eorum asinos excludere ab accessu Universitatis.

25 Pariter non poterit quis cum alio genere animalium pasculari, quam consuetudine vel Legibus Municipalibus permissum est, aut præscriptione acquisitum; Nec enim ab una animalium specie expressa ad aliam extendi potest jus pascendi, & si quis in pascua sua certum pecudum genus, oves puta, immitti passus est, contra illum nequaquam præscribitur in iisdem campis jus pascendi capras, sues, boves &c. *arg. l. 12. pr. de servit. Rustic. prædior.* Matth. Berlich. *P. 2. Concl. 49. num. 11.* Barth. Cæpoll. *d. l. num. 17. &* Schneidewin. *ad d. Tit. de Servit. Rustic. & urban. prædior.* ibique Joh. Harprecht. *num. 12.* add. Meichsn. *Tom. 1. lib. 1. Dec. 36.* Namque stricte est facienda interpretatio hujus servitutis, quo minus prædium serviens gravetur, & libertas naturalis, quantum fieri potest, conservetur. Matth. Wesenb. *P. 1. Consf. 4. num. 3. & 5.* Joh. Köppen. *Decis. 57. num. 1.* & Modestin. Pistor. *P. 1. Consf. 70. num. 15.*

Cujus rei Bened. Carpzov. *P. 2. Dec. 106.* 26
num. 17. elegans hoc Facultatis Jurid. Lipsiens. ad requisit. G. W. *zu Leipzig Mens. Octobr. 1646.* exhibet responsum: *VVeil einer von Adel, so bey dieser Stadt zwey Ritter-Güther im Besitz hat, auf euren VViesen, welche unter das eine Guth, so gar verwüstet, gehörig, sich der Hütung mit seinen Schaafen von Michaelis bis Quasimodogeniti anmasset, die ihr ihme auch disfalls nicht streitig zu machen gemeynet. Es untersteher sich aber derselbe bemeldte Hütung auch den Fleischern und Polnischen Ochsen Händlern zu vermiethen, so ihr aber nicht gestatten wollet. Ob nun wol ermeldter von Adel das* jus pascendi *auf euren VViesen mit den Schaafen beybringen, und vorgeben möchte, daß den VViesen gantz zuträglich und nützlich, wenn sie mit Kühen und Ochsen betrieben werden; Dennoch aber und dieweil der Natur und Eigenschafft der Servituten gantz zuwider, solche auf andere Fälle und Vieh zu ziehen, dieselbe auch sonsten, wenn sie* reales *ausser und ohne dem Guthe absonderlich nicht verpachtet noch vermiethet werden können, und dißfals nicht was nützlich, sondern vielmehr was zuläßlichen, zu beobachten. So ist demnach oberwehnter von Adel die Hütung auf euren VViesen andern zu vermiethen und Polnische Ochsen darauf treiben zu lassen nicht befugt, noch ihr ihme dasselbe zu verstatten schuldig; V. R. W.*

Nemini etiam de jure Saxonico per- 27
missum separatim sua pecora pascere, quo communi pastori pretium minuatur, nisi habeat tres mansos. *Land-Recht. Lib. 1. Art. 54. Niemand mag auch einen sonderlichen Hirten haben, so er dem gemeinen Hirten seinen Lohn damit hindert, er habe denn drey Hufen Landes*, & is non tantum in propriis, sed etiam communibus agris per proprium pastorem pecora sua pascere poterit, Berlich. *P. 2. Concl. 49. num. 38.* scilicet ne pasculatio per proprium pastorem introducta in favorem ejus, qui tres mansos habet, in ejus odium & damnum retorqueatur, *l. 6. C. de Leg.* & sane pastor communis pascere non prohibetur etiam in agris illius, qui tres mansos habet, cur non ergo alii quoque pastori idem licebit. Quod & per rerum naturam vix aliter fieri potest, cum in hisce terris agri mansorum intermixti plerumque jaceant. *Die Stücken der Hufen liegen vermischt oder Wechselsweise*

 unter-

untereinander; quæ tamen intelligenda sunt salvo pastori communi pro rata contribuendo salario, *arg. verb. d. l. Land-Recht. Den Lohn mag ihm niemand vorhalten, damit das Dorff nicht Hirten-los werde,* si scilicet pro quantitate mansorum merces pastoralis a rusticis solvenda, non autem si pro numero pecudum quæ a pastore communi pascuntur, *von denen Stücken, so von denen gemeinen Hirten getrieben werden,* præstanda, tunc enim nihil contribuere videtur; quia uti tali casu in ejus arbitrio est, nullas plane pecudes alere, & sic præstatione mercedis supersedere. Præjudicio hoc confirmat Carpzov. *P. 2. Const. 41. Def. 7.* Dissentit Strauch. *Dissert. 7. θ. 10.*

28 Privatum Pascuum est, quod tantum
29 pro pascendis suis pecoribus vel jure Dominii, vel jure possessionis, vel jure servitutis, vel jure familiaritatis nobis competit. Pistor. *vol. 1. Cons. 61. n. 15.* Mundus *Vol. 1. Cons. 19. n. 2.* quando in alieno competit, tunc tempus & modus servitutis pascendi variat secundum diversas tum conventiones, tum locorum consuetudines. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 13. θ. 25.*

30 Ubi notandum venit, quod Dominus fundi servientis nihilominus & ipse in eo fundo possit una cum illo, cui concessit hanc servitutem, sua pascere pecora, modo sufficiens sit pastura, & aliter conventum haud fuerit: Dominus enim proprietatis illud tantum facere prohibetur, quod usum servitutis reddit deteriorem, *l. 13. §. 1. ff. de S. P. R.* Thomæ *de nox. animal. c. 15. num. 20.* Struv. *Exerc. 13. θ. 26. per l. 13. 1. ff. de servit. prædior. rustic.*

31 Imo Richter. *Part. 1. Cons. 36. n. 28.* affirmat, quando præscribens habeat pascua pecoribus suis sufficientia, tunc non solum uti posse Dominum fundi pascuis, sed & ipsum præscribentem cedere debere ipsi Domino, cui non sufficiunt pascua, utut per centum annos fuerit iste in possessione, idque probat responso Facultatis suæ *Mens. Novembr. 1622.* hoc modo: *So auch gleich vors andre und letzte mehr gedachte Gemeinde über Rechts verwährte Zeit wegen der obangezogenen Trifft kein Geld entrichtet, auch keine Fuhre gethan, sondern* jure servitutis *sich derselben gebrauchet hätte; Dennoch dieweil in ihrer Marck an gnugsamer Trifft und Weyde vor ihr Viehe kein Mangel ist, dargegen ihr und die Gemeinde in der S. M. nothwendige Huth und Weyde nicht haben würde, wenn der R. Gemeinde berührte Hut und Weyde weiter verstattet werden solle; So ist dieselbe auf vorhergehende Aufkündigung sich mit ihrem Viehe der S. M. gäntzlich zu enthalten schuldig; V. R. W.* Dissentit Hieron. Schurff. *Centur. 1. Cons. 69. num. 21. & 26.* Namque non debet esse melioris conditionis extraneus & hospes, qui servitutem acquisivit, quam ipse Dominus, Matth. Coler. *Cons. 4. num. 15.* & Wesenb. *P. 3. Cons. 113. num. 20.* & causa Servitutis non debet potior esse causa Dominii *l. 6. C. de servitut. & aqv.*

Hinc etiam est, quod Dominus fundi, 32
in quo rusticis vel aliis post festum Michaëlis jus competit pascendi, possit ante illud tempus, præsertim post refectionem graminum in eodem fundo sua pecora pascere, ut in causa *G. H. und H. von Einsiedel* & Communitatis *Eschenfeld,* in supremo Appellationum judicio Dresdensi *Mens. Jun. 1627.* est pronunciatum, idque per leuterationem *Mens. Decembr. 1627.* & per Oberleuterationem *Mens. Jul. 1628.* est repetitum, referente Matth. Berlich. *P. II. Dec. 201. num. 16. seqv.* Quod & corroboratur rescripto Electoris Saxon. Christiani I. *in Hut- und Trifft-Sachen des Churfürstlichen Vorwercks Blesern,* C. *die Grund-Herren zu Hohen- und Neuen-Roda de Anno 1607.* verbis. *So viel nun des Pachtmanns Sachen betrifft, daß er mit dem Vorwercks Viehe auf gemeldten Marcken etwas zeitiger als bißhero geschehen, und noch vor Michaelis betreiben lassen möchte; Vernehmen Wir, daß es vom Gegentheil weiter nicht als auf dieses Jahr gewilliget werden wolle, dabey wir es denn auch zu diesem mal also unbeschadet unsers Rechtens bewenden lassen.* Alii distinguunt ex causa onerosa, an lucrativa & præscriptione tale jus acquisiverit; ita ut hoc, non illo casu compascendi potestatem ei concedant; quia sibi imputare deberet, qui ita simpliciter alicui jus pascendi sine reservatione compascui constituisset aut vendidisset, adeoque citra fraudis suspicionem vix ac ne vix quidem prætendere jus compascui & turbare alterum in jure legitime quæsito videretur, qui ita simpliciter ex causa onerosa id cessisset, *arg. l. 21. ff. de Contrah. Emt.* maxime, cum Dominus servientis prædii nil quicquam facere possit, quo servitus recte constituta diminuatur vel impediatur *l. 15. §. fin. de Usufructu. l. 6. §. fin. ff. si servit. vindic. l. 13. §. 1. de Servit. R. P.*

R. P. quod quidem minus dubii habet tunc, quando indefinite & simpliciter jus pascendi alicui concessum fuerit, quando vero ex certo saltem die promissum sit v. gr. post Festum Michaëlis, *von Michaelis, biß VValpurgis*, prout plerumque fieri solet, ante illud tempus Dominus uti fruges colligere, ita & pecora sua ibi pascere omnino poterit, quia exclusus post tempus ante tempus inclusus censetur, & contra, etsi inde damnum servienti prædio obveniat. Berl. *Dec. 201. num. 34.* Unde fortasse in præscriptione dicendum, quia expressa hic nunquam Domini servientis prædii voluntas ad constituendum hujusmodi jus concurrit, adeoque nec Juri suo utendi & pascendi ita renunciasse dici posset. Quapropter illud quidem post temporis lapsum lege definiti pati cogeretur, ut alter in ejus fundo pascat, quia tamen ipse in hoc expresse consensit, nec usui proprietatis & dominii ullo modo renunciavit, ideoque pascere simul jure Dominii non prohiberetur. Dn. Barthius *de jur. pascend. c. 3. §. 9.* Ex quo porro deducitur, quod nec Dominus servientis prædii prohibeatur invito Dominantis Domino idem jus pascendi alii in eodem loco concedere, si modo utrique pastus sufficiat. *arg. l. 5. § 1 verb.* non ultra posse quam quatenus ad eum ipsum fundum opus sit, *& l. 29. ff. de S. R. P.* Conf. Andr. Scheffer. *Quæst. Jur. Pract. 3. qu. 17. num. 10. & 39.*

33 Similiter Dominus prædii servientis non poterit incultum, ubi alteri jus pascendi competit, in arvum, vineam vel stagnum mutare, cum Dominus fundi servientis nec quicquam potest agere, per quod liber usus pascendi vel alterius servitutis impediatur. *l. 21. ff. de S. U. P.* Veluti videmus, quod Dominus sylvæ venatoriæ sylvam excidere & aratrum inducere non possit, ne jus & exercitium venandi per hoc impediatur, Berl. *P. 2. Concl. 49. num. 23.* Modest. Pistor. *Consil. 14. num. 6.* Quemadmodum enim ille, cui debetur servitus, sese intra limites continere tenetur, ita quoque Dominus fundi servientis servitutem recte constitutam non deteriorem facere *l. 20. §. 4. ff. de S. U. P. l. 15. §. 6. de Usufr.* neque paludes terrasque incultas, *v. gr. abgetriebene Holtz-Plätze, wüste Teiche &c.* quibus alteri jus pascendi debetur, illo invito & in præjudicium ejus mutare ac ad fertilitatem referre potest. *arg. 13. §. 4. ff. de Usufr.* Gail. *2. obs. 67. num. 10.* Schneidew. *pr. Inst. de Servit. §. 11.* Köppen. *Decis. 15.* Carpzov. *P. 2. Const. 41. Def. 1.* Et hunc in modum quoque JCti Lips. responderunt: *Dieweil aber dennoch der Grund-Herr zu Nachtheil dessen, so das* jus pascendi *erlanget, den Grund und Leiten umzureissen und zu Acker zu machen nicht befugt, welches zugleich auch von den Teichen &c. So seyd ihr auch wegen des erbaueten Teiches euch mit euern Nachbarn zu vergleichen, und ihnen deswegen gebührlichen Abtrag zu thun schuldig; V. R. W.* Cui adeo inhærendum, ut etiam quis agrum suum non nisi certo ac statuto tempore ad culturam reducere possit, uti deciderunt in Curia Provinciali Jenensi in termino Oculi Anno 1673. *Das Stoppeln-Umreissen oder Felgen sollen die Kläger bis auf* Bartholomæi *unterlassen &c.* qua sc. reus erat in quasi possessione hujus servitutis. Simili modo est prohibitum, si nempe ita conventum ac præscriptum sit *zu sommern*, i. e. *in das Brach-Feld, Erbsen, Linsen, Wicken, Klee und dergleichen zu säen*, juxta decisionem Curiæ Provincialis Saxo-Jen. *in Term. Viti Anno 1618.* factam.

Quorum tamen quodlibet restringitur, 34
si probare possit Dominus prædii servientis, quod ei, cui debetur servitus, illud non sit detrimento, sed pascua adhuc sufficiant; dum enim alteri non nocet, suo jure uti potest, per *l. 24. & 86. ff. de damn. infect.* quod etiam vult Const. Elect. Sax. 41. *P. 2. in verb. Es wäre denn an dem &c.* Et hujus rei etiam Nicol. Vigel. refert Decisiones *Cent. 2. Cas. 37. Daß Beklagter die libellirten Lehden hinfüro umgerissen liegen zu lassen schuldig, er könnte und wolte denn erweisen, daß Beklagter ohne das gnugsame VVeyde vor sein Vieh habe, damit wird er billig gehöret, und ergehet also denn darauf ferner was Recht ist. Et Cent. 3. Cas. 73. Daß Kläger die dürre VViese, darauf Beklagtem die Trifft zuständig, unumgerissen liegen zu lassen schuldig, er könnte und wolte denn, wie Recht, darthun und erweisen, daß Beklagter ohne das vor sein Vieh VVeyde genugsam hätte, so ergehet alsdenn darauf ferner was Recht ist.*

Idem dicendum, si servitus pascendi 35
alicui competat in agro vicini, eo saltem tempore, quo fruges sunt collectæ, *zu offnen Zeiten, und nicht in geschlossenen Feldern,*

dern, ut plerumque servitutes constituuntur, ne scil. fruges lædantur, tum certe per reductionem agri in culturam jus pascendi non impeditur, cum nec alias tempore culturæ pecora ibi pascere liceat. Unde sequitur prædia inculta & pascuis obnoxia ad culturam posse reduci, eo in casu, quo servitus pascendi hoc saltem tempore alicui competit, quo fruges sunt collectæ, *zu offnen Zeiten*. Vid. *cap. de Agris*.

36 Si non appareat, an jus pascendi omni tempore, an vero tum saltem, quando fruges sunt collectæ, alicui competat, tunc in dubio præsumi eo saltem tempore, quo fruges sunt collectæ, competere tradit Carpzov. *P. 2. Constit. 41. Defin. 3. & 4.* Tempus autem, quo in agris & pratis animalia pascere ordinarie non licet, *wenn die Felder und die VViesen geschlossen, und die VViesen geheget werden*, pro cujusque loci usu & consuetudine variat; alibi enim citius colligitur, alibi serius, prout supra latius demonstratum in *cap. de Prat. num. 9.*

37 Ad culturam etiam possunt redigi pascua, si alia relinquantur prædia inculta, quæ ad pastum pecorum sufficiunt. Carpz. *d. l. defin. 5. & 6.*

38 Is vero, cui servitus juris pascendi competit, ea uti debet, prout in constitutione servitutis conventum, vel servitus illa præscripta est, *arg. l. 1. §. 6. ff. depos. l. 11. ff. de S. U. P.* unde infertur, si quis per legitimum tempus in alieno fundo 1000. oves pavit, & non ultra, licet postea grex ille crescat & augeatur, plures oves, quam mille ibi pascere non possit. *l. 1. §. 18. de aqua quot.* Non autem exinde amittitur servitus pascendi, si ampliori numero pecudum quis usus est, sed tantum cogitur superfluas separare *l. 1. §. 18. ff. de aqua cott. & æstiv.* Hinc etiam sequitur, si quis alicui potestatem concessit pascendi certum genus pecorum, puta oves, quod is etiam in illo genere uti debeat servitute pascendi non in alio, puto boves vel porcos pascere. Schneidew. *ad Pr. Just. de S. R. P. num. 31.* Quale Exemplum refert Carpzov. *P. II. Dec. 106.* de Nobili, cui non licuit pascua, ubi servitutem habuit pascendi oves, locare bubulcis ad boves pascendos. Vice versa, ubi quis habet servitutem pascendi boves, non poterit oves & capras pascere. Meichsner *decis. Cameral. l. 1. Tit. 1. Dec. 36. Daß wenn man nur mit gehörnetem Viehe und Schweinen zu treiben berechtiget, man alsdenn mit andern, als Schaafen, Geisen, Gänsen, Pferden nicht fortkommen mag, denn die Schaafe und Geisen sind dem VVeidgang, da das Rind-Vieh gehet, schädlichen.* Unde capras quoque in sylva Bavarica pascere prohibitum scribit Manz. *ad tit. ff. de Servit. Præd. rustic. Quæst. 66. num. 294.* Aliud exemplum est, si alicui in sylva pascua jus pascendi porcos sit permissum, *die Mast oder Mästung verschrieben worden*, an præter porcos saginandos etiam alias pecudes, ut vaccas, oves &c. immittere possit? Affirmat quidem hoc Cothmann. *Vol. 3. Resp. 49. num. 53.* refutans in hoc Pruckmannum *Vol. 1. Cons. 14. num. 84.* id negantem ideo, quia vox *Mast* in latiori significatu quamcunque omnino pecudum escam, herbas, gramina, radices, frutices & reliqua animalium pabula comprehenderet. Sed Pruckmanni opinio longe probabilior, & sensui hujus vocis genuino Teutonico longe convenientior est, quod porci tantum immitti debeant, quia de porcis tantum dicitur quod saginentur, unde & a voce *Mast* vocari solent *Mast-Schweine*, neque tamen quoscunque immitti posse porcos contendit Pruckman. *l. c.* tametsi generaliter suum, *der Mast-Schweine*, facta sit mentio, v. gr. *er soll die Mast haben vor seine Schweine*, sed tantum majores, & eos, qui ad saginandum sunt habiles, non autem minores porcellos & forcatulos, *die kleine Läuffer und Ferckel*, quia talia saltim essent subjecta, qualia permitterentur a suis prædicatis. Pruckmann. *l. c. num. 83. 87. 88.* Tempus vero, quo porci in sylvas saginandi causa solent immitti, ex conventione partium & consuetudine locorum variat. Cothmann. *cit. loc. num. 62.* Atque ob id etiam illi, qui jus pascendi in sylvis Principum Vinariensium habent, non nisi facta prius Officialibus Forestalibus denunciatione, pecora sua immittere debent, *sie müssen es erst ansagen*, uti ex ordinatione Forestali *C. 5. §. 1.* videre licet. *Es sollen hinfüro alle so auf Unsern VVäldern der Trifft berechtiget, bey dem Jäger und Ober-Forst-Meister, auch dem Ober-Knechte, und nicht privat-weise bey denen Knechten um die Hut und Trifft ansuchen.* Imo non nisi cum annulis per nares & os transfixis, *geringelt*, multis in locis porcos in sylvis pascere permittitur,

titur, ut sic rostris fodere terram & arboribus nocere impediantur, prout ad constitutionem Forestalem Bavaricam notat Seb. Kraisser. *Art. 5. vid. supra Lib. 2. cap. de Porcis.*

40 Infertur ulterius, quod is qui jus pascendi ex uno ovili in pluribus locis aut pagis habet, non possit novum ovile exstruere in illo loco, ubi antea nullum fuit, ne oves depascendo prius gramina intercipiant rusticis ejus loci pascua habentibus, nisi pasculatio sufficiat utrisque, *arg. l. 2. §. fin. ff. de S. R. P.* Matth. Coler. *Dec. 218.*

41 Si tamen hæc servitus generaliter & simpliciter est constituta vel præscripta, tunc potest quis illam cum omni pecore cujuscunque generis usurpare, *l. 23. ff. de S. U. P.* Berl. *d. Concl. 49. n. 10.*

42 Is vero, cui hæc servitus competit, non potest pascere pecora morbosa, ne alia contagione afficiantur, & ubicunque est hujus infectionis timor, potest fieri expulsio. Otero *de Pascuis c. 3. n. 25.*

43 Sæpissime autem accidit, quod inter eos, quibus simul servitus juris pascendi competit in quibusdam locis, oriantur discordiæ, *Gen. XIII. 7. 8. 9. sq.* præsertim si duæ vel plures communitates habent in vicinis agris commune jus pascendi, & una plures pecudes habet quam altera; Ideoque ad tollendas discordias juste devenitur ad divisionem, non quidem ad divisionem ipsius servitutis, quæ individua est & dividi non potest. *l. 19. ff. de S. R. P.* Sed ad divisionem commoditatum per regiones camporum, ita ut unus in una parte fundi, alius in alia, vel unus cum tot pecoribus, vel certo tempore alius cum aliis pecoribus, vel certo tempore jus pascendi habeat. Cœpoll. *de S. R. P. c. 9. n. 22.* quo casu interdictum communi dividundo intentari posse tradit Berl. *d. l.* Domini autem servientis prædii quin prædium, salvo tamen in quacunque illius parte pascendi jure, dividere inter se possint, nullus ambigo, quia partes istæ cum suo onere in possessores transeunt, *arg. l. 3. §. 15. ff. quibus modis:* Imo etiamsi forte unus ex hæredibus inter dividendum onus istud in se receperit, nisi & Dominus prædii dominantis consenserit, reliquorum partes minime erunt liberæ, nec pactis hæredum jus tertio auferri vel minui potest. *arg. l. 42. ff. de pact. l. 2. & 3. C. sine Cens. & reliquis.*

Notandum & hic venit, quod aucto prædio serviente per alluvionem, ipsa augeatur servitus pascendi. Carpzov. *Lib. 1. Resp. 45.* & ita Scabini Lips. ad consultationem *Mart. Rosts zu Queiß Anno 1622. Habt ihr auf eures Nachbarn Aeckern und Werder die Trifft-Gerechtigkeit hiebevor erlanget, und es hat das Wasser zeithero ein ziemliches Stück zu bemeldten Acker angelegt, also, daß er um ein merckliches erweitert worden &c. So stehet euch auf solchem angelegten Stücke die Trifft-Gerechtigkeit gleichfalls zu, und es ist bemeldter euer Nachbar euch solche darauf zu verweigern nicht befugt; V. R. W.*

Est & alia quæstio, an si cui servitus pascendi pecoris in continenti debeatur, ea etiam ad insulam postea natam porrigatur? Si ad Regalia pertineat Insula, quæstio locum non habet, quia servitutis prorsus est incapax, *arg. l. 1. comm. præd. § ideo. Instit. de servit.* Si jure communi prædio accedat, videtur etiam servitus servituti accrescere, *l. 33. in fin. de Usufr.* eo magis, quod cuilibet licet pascere pecora in locis incultis & saltuosis, & sic etiam in Insulis nuper natis ac ad culturam nondum redactis, secundum Joh. Andr. Hostiens. & Abbat. *in cap. dilect. X. de arbitris. arg. l. 2. §. 30. ne quid in loc. publ. text. art. 47. l. 2. Land-Recht.* Diff. Jur. Sax. *P. 2. Diff. 35.* Verum si quidem id bona Dominorum gratia fiat, est, quod utentes ipsorum liberalitati ferant acceptum. Nov. Leon. *56. in fin.* Quod in Frisiæ littoribus contingit. Si jure servitutis id postulent, audiendi non sunt, tum ex generali ratione, qua servitus ad augmentum separatum non extenditur, *l. 9. §. 4. de Usufr. l. 3. §. 4. de aq. cottid.* tum etiam quia jus pascendi certos terminos habet, ultra quos non porrigitur, *gl. lat. in d. Art. 47.* ut eo respectu agri servientes quasi pro limitatis haberi possint, quibus insulæ non accedunt, *l. 1. §. 6. de flum.* atque ita responderunt Imp. *in l. 12. C. de Servit. & aqua*, uti eam optime explicat Dionys. Gothofr. Neque enim extendenda est servitus ad aliam partem, quam in quam acquisita est, *l. 24. de Servit. Rustic.* Neque ampliore modo ea utendum est, *l. 1. §. 15. eod.* neque pluribus pecoribus *d. l. 1. §. 17. eod.* quia obligatio respectu certæ rei contracta, re crescente non crescit obligatio, *l. 69. de contrah. emt. l. 22. §. cujus mandat. d. l. 4. C. de jur. Fisc.* Unde

ſervitus paſcendi centum oves præſcripta non extenditur ad augmentum ovium. *l. 1. §. Inquilinus.* & ibi Gloſſ. Barth. & Dd. *de Itin. act.* Schneidw. *Inſt. de Serv. ruſt. n. 31.* Quod vero in locis incultis paſcere licet, id ideo fit, quia uſus eorum cuivis facile permiſſus videtur *arg. l. 8. C. de omni agr. deſert.* a Dominis eorum, quamdiu vel ſepibus vel aggeribus incluſa, vel etiam banno & interdicto munita non ſunt. Id enim ſi fiat, ingreſſus prohibitus cenſetur. *d. differ. 33.* ſicuti nec venari licet in banno ſylveſtri, *im Gehäg. l. 6. de Servit. ruſtic.* §. 5. *Inſt. de L. Falcid.* Gail. 2. *obſ.* 17. Moller. *ad Conſtit. Saxon. L. 2. c. 28.* Gryphiand. *de Inſul. c. 26. n. 187.*

44 Si aliquis jus paſcendi in alieno fundo habentem impediat, illud propria autoritate contra Dominum fundi & alios omnes defendere, & clauſuras deſtruere, foſſasque dejicere, & ſegetes depaſcere licet. Struv. *de vindict. priv. l. 6. Aph. 8.* Surdus *L. 1. Conſ. 27. n. 10.* Maxime ſi generaliter & illimitate jus paſcendi in illis locis quis habeat: Ex æquitate tamen tunc, ſi univerſis agris ad paſcendum non indigeat, Domino conceditur partem vacantem colere & ſeminare, reſervato nihilominus Domino prædii dominantis jure, ut aucto pecudum numero per reliquas quoque agrorum partes paſcere poſſit. Quod ſi igitur limitatum ſaltem ad certum numerum jus illius paſcendi fuerit, paſcuaque abundent, quin judicis arbitrio quod ſupereſt colere & arare poſſit, dubitandum non eſt. *arg. l. 1. §. 11. & l. 2. §. 5. ff. de Aqua & Aqu. pluv.* Barth. *de jur. paſc. c. 3. §. 12.*

45 Quicunque vero eſt in poſſeſſione vel quaſi juris compaſcendi, tuendus eſt in illa tamdiu, donec adverſarius actione contra eum intentata per probationes idoneas contrarium oſtendat, vel in poſſeſſorio plenario vel in petitorio. Et eo modo pronunciarunt JCti Jenenſes Anno 1619. in cauſa pagi *Neuſeß* & univerſitatum *Roßbach und Buchenroda,* ubi hæ ovibus opponebant pecudes majores, & ſaltim in illis, in his vero minime concedebant: Quoniam vero Neuſenſes hactenus erant in poſſeſſione vel quaſi, *mit dem geſamten Dorff-Viehe auf der ſtreitigen Wieſen zu hüten,* ſententia hæc eſt prolata, *daß die Gemeinde zu Neuſeß bey vorgewandtem Beſitz* vel quaſi *der Huth und Trifft auf angedeuteter Wieſen Jnhalts des* de Anno 52. *von ihnen producirten Vertrags ſo lange zu laſſen und Hand zu haben, bis die Gemeinde zu Roßbach und Buchenroda mit ordentlichem Rechte wider ſie* in poſſeſſorio plenario *oder* petitorio *ein anders ausführen und erlangen, auch derowegen dieſelbe der Gemeinde zu Neuſeß die abgepfändete Kuhe oder deren Werth, ſamt der Abnutzung und verurſachten Unkoſten auf Richterliche Ermäſſigung zu reſtituiren und abzuſtatten ſchuldig, iedoch weil ſich die Gemeinde zu Roßbach mit denen Neuſern der Abnützung halber Tag und Nacht auf 21. Pf. verglichen, hat es darbey ſein Bewenden; V. R. W.* Quod eo quoque modo, a Scabinatu Coburgico ad Conſultationem pagi *Neuſeß* Menſ. Mart. 1618. confirmatum eſt: *Dieweil eurem Nachbar, Hanſen Thiermeiſſeln, ſeine Kuh zur Ungebühr gepfändet, ſo iſt ihm dieſelbige ſamt denen Nutzungen, Schäden und Unkoſten ohne Caution und andern Entgelt zu reſtituiren; V. R. W.*

Retractatur aliquando decretum illud 46 in ſententia poſſeſſorii ſummariiſſimi factum, iique poſſeſſione ſua vel quaſi poſtea ejiciuntur ob ſententiam in poſſeſſorio plenario latam, uti hoc patet ex reſponſo JCtorum Altorfenſium *Menſ. Jan. 1619.* in dicta cauſa dato, *daß obbemeldte beyde Gemeinden, Roßbach und Buchenroda, dasjenige, was ſie ſich* in proceſſu plenarii poſſeſſorii *zu erweiſen unterfangen, nach Gelegenheit dieſer Sachen gnugſam dargethan, und derentwegen die Gemeinde Neuſeß ſich des Treibens und Hütens in die gemengte Wieſen, bis an den Wencken-Anger, ſowol vor als nach Burckhardi, mit ihrem gemeinen gehörnten oder Dorff-Vieh zu enthalten haben; V. R. W.* Quæ ſententia itidem poſt leuterationem pagi *Neuſeß* hoc modo fuit repetita: *Auf Leuterungs-Schrifften und erfolgte Geſetze der geſamten Ganerben und deroſelben Unterſaſſen zu Roßbach und Buchenroda an einem, Syndicen der Gemeinde Neuſeß, auf den Eichen andern Theils, erkennen und ſprechen von GOttes Gnaden Wir Johann Caſimir, Hertzog zu Sachſen, Jül. &c. &c. auf vorgehabten Rath der Rechts-Gelehrten vor Recht: Wenn gleich die Formalia dieſer Leuterung beſtändig, ſo erſcheinet doch aus denen Materialien allenthalben ſo viel, daß es bey dem in dieſer Sachen am 29. Januar. 1619. eröffneten Urtheil allerſeits billig bleibe, iedoch mit dieſer Erklärung, daß die Gemeinde zu Neuſeß den beyden Gemeinden Roßbach und Buchenroda* cautionem de

de non amplius turbando *aufzurichten schuldig, dargegen mit der begehrten Pfandes-Restituirung zu verschonen, und die beyderseits bishero aufgewandten Unkosten aus bewegenden Ursachen gegen einander zu compensiren und aufzuheben; V. R. W.*

47 Quamvis autem servitutes proprie possideri nequeant, cum incorporales, nec in bonis sint, Struv. *Exerc. 12. D. 3.* quasi tamen possideri, & per hanc quasi possessionem omnino acquiri posse easdem certissimum est teste eodem *Exerc. 43. θ. 8.* Zoes. *ad Tit. ff. de usucap. n. 13.* Si hæc servitus pascendi plerumque nititur præscriptione, cujus requisitum primarium est tempus legitimum, ubi scil. lapsus temporis & negligentia ejus, contra quem præscribitur, attenditur. Circa quod tamen Hahn. *Tr. de jur. Colonar.* & ejusdem asseclæ inter jus Civile & Saxonicum non abs re distinguendum esse existimant, addita juxta aliud distinctione servitutum causam habentium continuam & discontinuam, etiam in Camera Imperiali, testante Mynsingero, admissa. Vid. Mund. *Vol. 1. Cons. 19. n 12.* Servitutes nimirum habentes causam discontinuam jure civili non nisi immemoriali tempore præscribi communiter existimant per *l. 3. §. 4. ff. de Aqu. quot. & æstiv. l. 28. ff. de S. U. P.* Hanc vero pecoris pascendi servitutem esse discontinuam & hominis requirere factum, sat evidenter constare putant ex *l. 14. ff. de Servit.* quod idem clarissimis verbis vult Modest. Pistor. *Vol. 1. Cons. 7. qu. 1. n. 6. Dieweil nun diese Dienstbarkeit der Trifft nicht kan ohne Menschen-Hülffe geübet und gebrauchet werden, und doch unmöglich, daß ein Mensch das Vieh stets an einen Ort treiben könte, so wird auch solche Dienstbarkeit* inter servitutes discontinuas *gerechnet.* Inde deducunt, quod ad præscribendum jus pascendi requiratur jure Civili tempus, cujus initii memoria non extet, præsertim si titulus allegari non possit. Mynsing. *Cent. 4. Obs. 53.* Pantschmann. *L. 1. qu 22. n. 20.* Ideoque si asserens non probet, se in usu & consuetudine fuisse tanti temporis spatio, ita ut de contrario nulla supersit memoria, non sit audiendus: quam sententiam referente Mynsing. *d. l.* secuti etiam sunt Assessores Cameræ in causa *Knoblauch* contra Senatum Hagenoensem, M. Mart. Anno 1550. cujus quoque assertionis patronus est Modestinus Pistor. *d. l. n. 1.* in verbis: *Auf die erste Frage, welcher Gestalt und durch wie viel Jahr* Servitus pascendi *præscribiret werde, sonderlich nach Sächsischen Rechten, ist zu antworten, daß* servitus pascendi *nach gemeinen Kayser-Rechten nicht præscribiret werde, es sey denn, daß sich einer derselben über Menschen-Gedencken auf eines andern Grund und Boden gebrauchet.* Hanc denique præscriptionem immemorialem consentiente Joh. Meichsnero *Decis. Camer. Tom. 3. Dec. 6. n. 7.* & Modestin. Pistor. *Vol. 1. Cons. 14. n. 13.* eundem habere effectum, quem lex, privilegium vel ipsa habeat veritas, tradunt; indeque præsumtionem juris & de jure, contra quam non admittatur probatio in contrarium, nasci firmiter statuunt.

Verum ex nova Constitut. Justin. *in l. un. C. de Usucap. transformand & l. ult. C. de præscr. long. temp.* nobis statuendum videtur, quod jure Civili etiam 10. vel 20. anni ad præscribendum jus pascendi sufficiant. add. Frantzk. *ad Tit. ff. comm. præd. n. 6. & 7.* Struv. *Exercit. 13. θ. 40. vers.* Denique missa ista distinctione: Quamvis enim servitutum possessio continua esse non possit, cum quis singulis diebus & horis iisdem uti nequeat, perpetua tamen & continua est eorundem causa, cujus ratione prædium semper servit, & alteri nunquam non aliquid debetur. Sicuti igitur præscriptioni longi & longissimi temporis juris civilis respondet unica præscriptio tricennalis Saxonica, qua scilicet annis triginta & uno, sex septimanis & una die, *dreyssig Jahr, Jahr und Tag,* præscribuntur res immobiles, jura & actiones, uti tradit Struv. *Exercit. 43. θ. 25. per Lib. 1. Land-Recht Art. 29.* Ita & in hoc passu illud obtinet, & ad præscribendam juris pascendi servitutem jus nostrum Saxonicum tanto temporis spatio est contentum, quod luculentissime etiam attestatur Modestin. Pistor. *Vol. 1. Consil. 7. q. 1. n. 1.* sequenti modo: *Aber nach Sächsischen Rechten wird solche Dienstbarkeit durch 30. Jahr Jahr und Tag verjähret, wenn sich einer derselben auf eines andern Grund und Boden so lange geruhiglich und ohne Verhinderung bedienet.*

Alterum requisitum ad præscribendam 48 juris pascendi servitutem est scientia & patientia adversarii, siquidem jura incorporalia adversus ignorantes præscribi non possunt, uti tradit Joh. Meichsn. *Tom. 3. Dec. 33. n. 115.* & Barth. *in l. 14. & l. fin. ff. de Servit.* nec est cur assentiamur Joh.

Joh. Köppen. qui *Decis. 57. n. 52.* cum ibi citatis scientiam & patientiam in præscriptione pascuorum immemoriali minus attendi asserit: Quemadmodum enim in juribus negativis quasi possessio incipit a prohibitione facta, ne alter quid faciat, quod alias juxta libertatem naturalem facere posset. Ita in juribus affirmativis quasi possessio, qua continuata fit usucapio, consistit in usu, & titulus in patientia ejus, qui usum patitur. Struv. *Exerc. 43. θ. 15. per l. 10. ff. si servit. vindic. l. ult. ff. de servit. & l. 2. ff. C. eod.* Vid. etiam Modestin. Pistor. *Vol. 1. Conf. 7. qu. 1. n. 1.* in verbis: *Und ist hieraus gnugsam zu sehen, welcher Gestalt die Præscriptio geschehen möge, nemlich, daß zu einer solchen Verjährung ein solcher Gebrauch gehöre, den man nicht mit Gewalt, noch heimlich, noch durch Bitte, und auf sonderliche Vergünstigung, oder wie man es nennet,* precario *erlanget, und darum sagen die Rechts-Lehrer, daß* in acquirenda præscriptione servitutum *in alle Wege vonnöthen sey* scientia & patientia adversarii. Quam opinionem esse communem attestatur Hahn. *ad Wesenb. Tit. de servit.* Sufficere vero quandoque etiam in rebus incorporalibus præsumtam scientiam, & ex hac venire præsumtum aliquem titulum, seu præsumtam concessionem ejus, qui patitur, per *l. 10. ff. si servit. Vind. l. ult. ff. de Servit. l. 2. C. eod.* Struv. *Exerc. 43. θ. 15.* qui tamen præsumtam illam scientiam ab adversario, contra quem præscriptio inducitur, elidi posse existimat, probando se ex justo errore omisisse contradictionem, *arg. l. 5. C. de præscr. long. temp.* Dissent. ab hac opinione Dn. Barthius *dissert. de jur. pascend. c. 2. §. 5.* nec alterius scientiam requirit, cum in pœnam negligentium introductæ sint præscriptiones, *pr. Inst. de usucap.*

49 Requiri postmodum in ejusmodi servitutis præscriptione possessionem vel quasi, certissimum est. Modest. Pist. *P. 1. Conf. 7. qu. 1. n. 2.* Mynsing. *Decad. 1. Resp. 11. n. 30.* Cæpoll. *de Servit. Rustic. præd. c. 20. n. 8.* Illa autem idonea sit & qualificata necesse est, *l. 7. & l. 9. C. de Acquir. & retinend. poss.* junge Matth. Wesenb. *P. 1. Conf. 2. n. 53.* nec vitiosa & ad præscribendum inhabilis, si v. c. violenta, clandestina vel precaria existat, *l. 17. ff. commun. præd. l. 1. §. ult. ff. de Aqua pluv. arcend. l. 1. C. de Servit.* add. Paris. *P. 1. Conf. 27. n. 41.* Et ita nec quidquam alicui prodest usus pascuorum per mille etiam annos, si idem non jure servitutis, sed familiaritatis sit acquisitus. Cæpoll. *de Servit. urban. præd. c. 20. n. 1.* Cravett. *P. 1. Conf. 226. num. 2.* Præsumitur autem quis in dubio uti pascuis non servitutis, sed familiaritatis jure, ideoque præscribenti jus pascendi non hoc, sed illo modo usum se esse pascuis probare incumbit. vid. Paris. *Conf. 27. n. 11. seqq.* Cravett. *Conf. 226. n. 62.* Mascard. *de Probat. Concl. 1214. n. 14.* Matth. Wesenbec. *Part. 1. Conf. 18. n. 18.*

Inhabilem autem Joh. Köppen. *Decis.* 50
57. n. 58. vocat illam quasi possessionem, propter quam aliquid præstatur. Sed vero induci aliquam servitutem ex eo, quod canon uniformis fuerit persolutus, vel aliud aliquod servitium uniformiter exhibitum, testis ex Modestin. Pistor. *Vol. 1. Conf. 7. qu. 2. n. 14.* in verbis: *Aber das wäre wol einer Frage werth, wie die Hofmeister zu S. über Rechts-verwehrte Zeit solche Trifft gegen etlichen gewissen Diensten gebraucht, und dargegen solche Dienste über Rechts-verwehrte Zeit* continue *geleistet, ob sie dann dadurch nicht eine erbliche Gerechtigkeit erlanget, und so viel, daß man ihnen solche Trifft nicht mehr aufsagen könte, sondern ihnen die um die Dienste, so sie zuvor geleistet, hinfürder auch lassen müsse, wie man* in simili *pflegt zu sagen von den Laß-Güthern, deren Ankunfft man nicht weiß, daß man die denen, so sie über Rechts-verwehrte Zeit um einen unveränderlichen Zinß inne gehabt, um denselben Zinß erblich lassen muß,* & in seq. n. 17. *Wenn denn erwiesen werden könte, daß sie über Rechts-verwehrte Zeit solche Pflug- und Korn-Dienste geleistet, und dargegen der Trifft ohne Einrede gebrauchet, so hätte die Sache auf des Klosters Seiten ein groß Ansehen.*

Hæ tamen res monente eodem Pistor. 51
d. Conf. qu. 2. n. 18. aliter se habet, si de immutatione præstationis constet, si quidem in ea causa hoc addit: *Es könte auch in solchem Fall des Klosters vermeynte Gerechtigkeit meines Erachtens anders nicht abgelehnet werden, denn da man erweisen könte, daß die Hofmeister zu S. nicht allewege einerley Dienste vor solche Trifft gethan, sondern einmal mehr, das andere mal weniger &c.* Nec ineleganter idem d. Pistoris *eod. Conf. qu. 3. n. 23.* hisce effert verbis: *Würde auch das Kloster auf eine Erb-Trifft articuliren, die gegen etlichen jährlichen gewissen Pflug-Diensten und Korn-Fuhren constituiret wäre, so wolte alsdenn*

von-

vomöthen seyn, dargegen zu beweisen, daß keine gewisse Dienste gepflogen; sondern daß man einmal diß, das andere mal jenes gethan; einmal mehr, einmal weniger gefröhnet. De hac uniformi præstatione vid. quoque Hieron. Pantschmann. *Lib. 1. qu. 21. n. 40.* Christoph. Besold. *Disp. 1. ad jus Municip. th. 176.* & Georg. Ludovic. Lindenspur. *in Comment. über die Fürstl. Würtenberg. Landes-Ordn. p. 268. n. 6. sequ.*

52 Et sicuti denique ad omnem præscriptionem, ita quoque ad hanc juris pascendi, omnino ex æquitate Canonica requiritur bona fides, quandoquidem justa possessio cujuscunque rei constet bona fide & justo titulo. Struv. per *l. 3. §. 21. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 31. d. acquir. rer. dom. & l. 4. C. de præscr. long. tempor.* quæ bona fides ex cursu longissimi temporis præsumitur. Carpz. *1. Resp. El. 33. n. 12. seqqu.* & Rauchbar. *2. qu. 38. n. 33.*

53 Actiones denique ille, qui præscripsit jus pascendi contra eum, qui non possidet, & tamen idem sibi competere contendit, habet varias, & (1) quidem ex *l. diffamari C. de ingen. & manumiss.* v. Georg. Mund. *ad l. d. c. 2. §. 12. n. 14 seq. & c. 12. n. 112. seq.* (2) Actionem confessoriam & negatoriam, Struv. *Exerc. 13. θ. 45.* non quidem directas, sed utiles, siquidem illæ saltem dantur, quando expresse constituta est servitus, *l. 1. §. ult. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* V. Modestin. Pistor. *Vol. 1. Cons. 7. qu. 3. n. 19.* qui, quid confessoriam instituens probare teneatur, ibidem docet. Utuntur autem hodie actione confessoria utili ad affirmanda & vindicanda jura incorporalia, Struv. *d. Exercit. th. 43.* & negatoria utili ad eadem neganda, qua scil. Dominus adversus eum, qui servitutem in re ipsius prætendit, rem liberam declarari intendit. Struv. *d. l. th. 48. per l. 2. pr. l. 4. §. 2. l. 7. l. 11. & l. 14. ff. si servit. vindic.* Si quoque (3) ex forma statuti præscriptio sit facta, Dominus fundi dominantis habet condictionem ex illo statuto, per *l. 1. ff. de condict. ex leg.* ibique Dd. jung. Barthol. Cæpoll. *d. S. R. P. c. 9. n. 36. 4.* Si (4) inter eos, qui simul præscripserunt jus pascendi, vel quibus una illud competit, contentio sit orta ex eo, quod unus sociorum eodem civiliter uti nolit, alter potest instituere communioni dividundo judicium *l. 23. ff. comm. dividund. l. 4. §. 7. ff. fin. regund.* Barth. Cæpoll. *d. c. 9. n. 27.* Berlich. *P. 2. Concl. 49. n. 27.* & Thom. *Tr. de Nox. animal. c. 16. n. 2.* Si etiam (5) Dominus fundi servientis pascua ad culturam reducere, fossis aut vallo cingere, in iis ædificare, vel aliud quid novi moliri velit, is qui præscripsisset, novum opus nunciare potest, *l. 1. §. item Juliano. ff. de Remiss. l. 5. §. 9. l. 3. §. ff. de nov. oper. nunciat.* Nisi hic ipse Dominus fundi servientis meliorando agrum seu fundum suum, non noceat servituti pascendi. Deinde (6) potest instituere interdictum uti possidetis, pro hujus juris pascendi retinenda possessione, *l. 4. ff. de servit. l. 8. §. 5. ff. si servit. vindic.* Et denique (7) præter alia pro recuperanda possessione tutissimum competit remedium *C. de redintegranda 3. q. 1. &c. sæpe d. restit. spol.* add. Casp. Klock. *de contrib. c. 19. n. 136. seq.* ubi juxta Menoch. requiritur possessio de præterito, & spoliatio sive dejectio de præsenti.

Haud inconcinne huc erit referenda 54
actio de pastu pecoris, qui pastus in specie nihil est aliud quam damnum, ab alicujus pecude in alienis fructibus depascendis datum, *l. ult. C. ad L. Aquil. l. 14. §. ult. ff. de præscript. verb.* Quod damnum mediante hac actione ab ejusdem pecudis Domino, prout æstimabitur, est resarciendum, vel ipsum pecus noxæ dedendum. Oldend. *Class. 6. Act. 19.* Maxime autem in hoc attendenda est differentia Juris Civilis & Saxonici; quoad hoc enim potest Dominus prædii pecus alterius in suo fundo repertum, si pascendo dederit damnum, abigere, & tamdiu in domo sua detinere, donec sibi de damno fuerit satisfactum. *Land-Recht L. 2. Art. 47.* ubi Gloss. *n. 9.* ita: *Ein ieder mag auch eines um allen Schaden pfänden, der auf seinem Felde geschiehet.* Add. Zobel. *P. 2. differ. Saxon. 36. n. 3.* Quod secus se habet quoad illud, jus nimirum Civile, cujus rei rationes vid. in Colleg. Argentor. *ad tit. ff. si quadr. paup.* In Saxonia hodie plerisque in locis moris est, ut si quis pecus alterius in agro suo damnum pascendo inferens offendat, illud in publicas ædes vel ad Magistratum Vici, *oder dem Heim-Bürgen* abigere possit, ubi pignoris loco tamdiu retinetur, donec damni illati pro Judicis arbitrio post præviam cognitionem, *auf vorhergehende Besichtigung des zugefügten Schadens,* æstimationem solverit, una cum expensis & emenda sive pœna pignoris, *den Pfand-Schilling, nemlich sechzehen Pf. die Buße. Land-Recht Lib. 2. Art. 24. & 47.* Carpzov. *Jurispr. Part. 2. Constit. 26. Def. 5.* Hujus rei

rei eodem die certior factus Dominus si nihilominus neglexerit animal redimere, pro singulis noctibus, quibus est inclusum, tres solidos, h. e. quatuor grossos in pœnam moræ judici exsolvere tenetur, *Er muß das übernächtige Pfand allemal mit 3. Schillingen lösen.* Carpz. *d. l. const. 27.* Si vero in tantum excrescat pœnæ, damni & alimentorum æstimatio, ut pecudis æstimatæ valorem exæquet, *Wenn sich das Pfand verstanden,* judex æstimatum illud pignus vendere, & ex pretio solvere solvenda potest juxta Berlich. *2. Concl. 34.* Struv. *dissert. de jur. ovium c. 5.*

53 Ut tamen hæc pignoratio præscriptionem interrumpat, necesse est, ut pignus Judici inferiorem Jurisdictionem habenti offeratur. Richt. *P. 1. Dec. 5. n. 3. & 7.* eoque pertinet Constit. Elect. *7. P. 2.* verbis: *Daß die Pfändung von der Zeit an, als sie geschehen, die* præscriptionem servitutis juris pascendi, *oder dergleichen, interrumpire &c.* & paulo post: *Es soll aber gleichwol mit der Pfändung gebührlich, und wie Land-bräuchlich, gebahret, und die Pfande in das Gerichte, darinnen der Grund gelegen, überantwortet; oder da sie selbst nicht angenommen, in das nächste Amt darbey gewendet und eingestellet werden &c.* Quo facto, uti ante indigitatum, pro pignoratione unus solidus, sedecim nimirum nummi, *der Pfand-Schilling, nemlich 6. Pf.* & pro singulis noctibus judici tres solvendi sunt solidi, h. e. quatuor grossi loco emendæ, *zum Stand-Schilling,* nec non pretium alimentorum, parti vero læsæ omne damnum resarciri debet. Ita enim Sereniss. Elect. *in P. 2. Constit. 27.* verbis: *Und neben dem gewöhnlichen Pfand-Schilling, und des Schadens Abtrag, dem Gerichts-Herrn von ieder Nacht, so lange das Pfand ungelöset stehen bleibet, drey Schilling-Pfennig, bis das Pfand gantz verstehet, sollen zuerkannt werden.* Carpzov. *ad dict. Const. Def. 2. & 5.* Berlich. *P. 2. Concl. 34. n. 52.* Richter. *l. c. n. 24.* atque ita *M. Decembr. 1692.* in causa J. H. contra *die Gemeinde zu Dewitz* in præfectura Lips. Electorali pronunciarunt Domini Scabini Lipsiens. *Weil Beklagter dem Kläger die abgepfändeten 103. Stück Schaafe bereits wieder ausgeantwortet, so hat es darbey sein Bewenden, es ist aber auch dieser ihnen den Pfand-Schilling zusamt dem Stand-Gelde, und der Atzung zu vergnügen, sowol den zugefügten Schaden, nebst denen auf diesen Proceß gewendeten Unkosten nach vorhergehender Liquidation und Richterlicher Ermäßigung zu erstatten schuldig; V. R. W.* Nihil autem interest, ad effectum interruptionis obtinendum ex ipsis pecoribus pignora capta fuerint, an ex aliis pastoris rebus, quia utroque modo naturalis fit usurpatio. *l. 5. ff. de Usurp.* Neque ad certum præcise numerum pignoratio restricta est, sed si integrum gregem quis in suo agro deprehendat, quin totum quoque tanquam noxam pignori capere possit, nullum videtur dubium, quemadmodum in tali etiam casu Domini Scabini Lips. in antea memorata causa J. H. contra *die Gemeinde zu Dewitz* oppignorationem universi alicujus gregis, non attenta adversarii exceptione, quasi excessus inter oppignorandum fuisset commissus, cum pauciores tres vel quatuor etiam pro resarciendo damno, & obtinendo interruptionis fine sufficere potuissent, simpliciter approbarunt, utut interposita ex iisdem rationibus Leuteratione a Facult. Lipsiens. Jurid. restringi ea ad quaternarium numerum voluerit, compensatis simul quasi ob excessum litis expensis, *Mens. April. 1693.* hocce modo: *Daß Klägers Principal den Pfand-Schilling samt dem Stand-Gelde und der Atzung nur von 4. Schaafen abzustatten schuldig, immassen auch die in dieser Sache beyderseits aufgewendeten Unkosten aus bewegenden Ursachen gegen einander zu compensiren und aufzuheben; V. R. W.* Illud tamen singulare est, quod licet plura capita pignorata fuerint, non nisi unicus tantum pro omnibus pignorationis solidus, *nur ein Pfand-Schilling,* solvatur; si modo ad unum omnia pertineant: sin plurium Dominorum fuerint, singuli pro suis animalibus solidum præstare tenentur. Richt. *l. c. 2. n. 25.* damnum autem pro rata restituunt, quod sine juramento Dominus ante guarandam, & litem pure contestatam, in libello æstimare potest, reusque juramento suo, *durch den Verminderungs-Eyd,* minuere quantitatem cogitur, nisi probationibus conscientiam exonerare possit. Richter. *l. c. n. 19.* Ord. Proc. Elect. Sax. *Tit. 31. pr.* Post litis vero contestationem probare damnum turbatus tenetur. Carpzov. *P. 1. c. 2. 3. def. 16.* Atque hoc ita *Christoph Heinrich Ziegenhorn* contra *Justum Christian Hacken und* consortem a Curia Prov. Saxon. Lipsiensi *Anno 1690. Mens. Decembr.* adjudicatum: *Und ist Kläger die angegebene Schaafe und davon entrathene Nutzungen in Sächsi-*

Sächsischer Frist ermeldtem Hacken und Consorten gegen Bescheinigung vorbehältlich zu bescheinigen schuldig. Dn. Barth. *Dissert. de jur. pascend. c.* 2. §. 7.

54 Ab hac servitute pascendi hodie secernunt jus compascui, *die Koppel-Weide*, quod est, quando duo pluresve vicini ex familiaritate in prædiis & territoriis suis sibi invicem mutua pascua concedunt. Knich. *2. de Pact. Vest. 4. n. 64.* Acquiritur vero in hisce compascendi solum jus, ex quo uterque vicinus habet facultatem in alterius pascuis sua pecora pascendi, quamdiu alteri visum fuerit, adeoque ab una vel altera parte separatim propriis pascuis uti volente revocari potest. Struv. *Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 13. th. 26.* Differunt enim servitus pascendi & jus compascui in multis. Jure namque compascuorum nullo unquam tempore præscribitur, secus atque servitus pascendi. Köppen. *Dec. 12. n. 9.* Ex quo & illud profluit discrimen, quod servitus pascendi semel acquisita in prædio alieno duret semper, atque Domino fundi dominantis jus tribuat reale, pro quo etiam actio in rem confessoria competit. *l. 2. § 1. ff. si serv. vindic.* At in compascuis jus tantummodo adquiritur, ex quo uterque vicinus habet facultatem visitandi alterius fundos cum suis pecoribus, quamdiu alteri placuerit.

55 Sequitur hinc ergo jus compascuorum ab una vel altera parte pro lubitu posse revocari, nec usus compascuorum quicquam revera aliud est, quam precarium reciprocum, quod nullo tempore præscribitur *l. 2. C. de præscr. 30. vel 40. annorum.* Hinc in compascuis jura vicinitatis & mutuæ quasi societatis, non vero servitutis attendi recte tradit Köppen. *d. Dec. n. 10. & sequ.* Socius autem contra socium nunquam præscribit, uti pronunciatum refert Carpz. *P. 2. Const. 4. Def. 14.* *Dieweil aber dennoch bemeldte Trifft-Gerechtigkeit denen von Ebeleben und dessen Warthenbergischen Unterthanen nicht* jure servitutis, *sondern nur aus Vergünstigung, als eine Koppel-Weide zuständig, in welcher es in Rechten diese Beschaffenheit hat, daß hierinnen keine Præscription zuläßig, sondern dieselbe nach Art eines* reciproci precarii *iederzeit widerruffen werden mag &c.* Locum tamen aliquando, & quidem tunc saltem habet in his præscriptio, quando nova aliqua supervenit causa, quæ servitutem inducere possit, si scil. quis contra prohibitionem alterius abstinuerit a compascuis, sed iisdem per longissimum tempus usus fuerit. Carpz. *d. l. def. 15.*

Verum sicut renunciandi libertas, qua 56 communio per repagula aliqua potest restringi, ita etiam idem evenit in compascuis, veluti si instar servitutis eorum jus alteri quæritur in agris communibus vel commixtis. Ex eo jus perpetuum aliis quæritur, ut suæ villæ pecora etiam in interjacentibus aliorum agris pascere liceat. Quod deinde unius contraria voluntate aliis auferri non debet. Eo minus, quod antiqua consuetudo illud jus compascui sic firmavit, & distractio magna & multa incommoda vicinis illatura sit, quando ita demum a communione discedere fas est, ut communioni renunciatio sit innoxia. Mev. *P. 5. Dec. 251.* Quod clarius elucescit ex responso Facult. Jurid. Helmstadiensis Senatui Ultzensi *Mens. Jun. 1646.* hunc in modum transmisso: *So viel aber* in specie *die Aecker betrifft, so die Bürger mit denen Bauern bevorab aus Hamburg ein Stück ums andere haben, und eure wegen der Huth nicht wohl abgesondert werden können: An solchen Oertern müste die Weide denen Bürgern und Bauern nothwendig gemein bleiben, und wäre von der hohen Obrigkeit zu mässigen, welcher Gestalt von beyden Theilen solche Gemeinde füglich zu betreiben sey, wofern aber die Stadt und Dorffschafften wegen gesamter Huth sich vergleichen könten, und ihnen in solcher Communion zu verbleiben belieben wolte, wäre* pro mensura agrorum & compascuorum *eine billige Mässigung der Schaaf-Trifft allerseits anzustellen, und hätten sie dann ohne Unterscheid, es gehöre Grund oder Boden wohin es wolle, sich der Weide zu gebrauchen; V. R. W.*

Ex hoc compascendi jure uterque vici- 57 norum facultatem habet in alterius fundo sua pascendi pecora, quamdiu alteri placuerit; potest itaque ab altero sociorum separatim propriis pascuis uti nulla obstante temporis præscriptione volente eidem renunciari, Köppen. *Decis. 12. n. 7.* Carpz. *P. II. Const. 41. def. 9.* Mutui enim illi actus, qui solo vicinitatis nituntur jure, nullum important jus, & possunt libere revocari, prout in simili responderunt Dn. JCti Jenenses ad Consultationem *J. B.* cum *T.* Mens. Octobr. An. 1680. *Auf vorhergehende* facti speciem, *und darbey befindliche 2. Fragen, da U. R. begehret worden, sprechen wir vor Recht: Obwol die Besitzere des*

Ritter-

Ritter-Guths O. der Koppel-Jagd viel und lange Jahre auf denen zu dem Ritter-Guth T. gehörigen Flur und Feldern sich gebrauchet. Dennoch aber und dieweil ietzt gedachten Besitzern des Ritter-Guths O. die Koppel-Jagd nur aus Vergönstigung zuständig, welche nach Rechtlicher Verordnung und Art eines Precarii reciproci *zu iederzeit widerruffen werden mag, und darüber einige Præscription bloß aus vieljährigem Gebrauch mit Bestande nicht anzuziehen, noch an der Aufkündigung hinderlich ist, auch im gegenwärtigem Fall die Situation der T. und O. Fluren also beschaffen, daß die Separation der Jagden füglich geschehen könne, so ist der Besitzer des Ritter-Guths T. die Koppel-Jagd mit dem Ritter-Guth O. dergestalt nach Belieben aufzuheben wohl befugt, daß hinfüro ein ieglicher auf seinem Revier verbleiben müsse, und kan diese Aufkündigung durch Notarien und Zeugen geschehen, und wenn der andere Theil gleichwol hernach die Koppel-Jagd exerciren würde, mit der Pfändung verfahren, und* libertatis possessio vel quasi *hierdurch erhalten werden, da aber das* petitorium judicium *nöthig anzustellen etwa solte vorfallen, sodann möchte am füglichsten* Actio negatoria *statt haben; V. R. W.*

58 Etiamsi quoque inter socios per Recessum aliquem termini certi ita sint constituti, ut nullo unquam tempore revocari debeant, hoc tamen jus compascendi revocaturo nequaquam obstabit, quoniam a pactis terminorum ad jus compascui inferre non licet, sicuti Dn. JCti Magdeburgenses *M. Mart. 1675.* responderunt: *Auf eure andere Frage, ob die Gemeinde zu grossen W. das im bemeldten Gräfl. Regierungs-Recess gedachte* Jus compascui *revociren könne? spr. W. V. R. Ob wol in selbigem Recess gedacht, daß es bey solcher darinnen bezeichneten Gräntz-Scheidung in Ewigkeit verbleiben solle, dieweil aber dennoch der* Usus compascuorum *ein* Reciprocum precarium *ist, und von den Gräntz-Pactis auf das* Jus compascui *nicht zu schliessen, so bleibt auch dieses zu wiederruffen unbenommen, es wäre denn, das die Ober- und Mittel-R. einen* Titulum *oder* Causam compascui *bescheinigen möchten, auf solchen Fall wäret ihr das* Jus compascui *zu revociren nicht befugt; Alles V. R. W.*

59 Eodem modo sese res habet, quando precario quis utitur pascuis, vel propter usum eorundem aliquid præstat, puta servitia, frumentum &c. Köppen. *Decis. qu. 57. n. 64.* Modestin. Pistor. *P. 1. cons. 7. n. 11.* Sicuti autem in illis, ubi quis familiaritatis jure iisdem utitur, alter contra alterum longissimo usu vel præscriptione etiam ultra hominis memoriam se tueri non potest. Matth. de Afflict. *Decis. 290. n. 9.* & Joan. Köppen. *Decis. qu. 12. n. 9.* Ita quoque in his precario possidens vel aliquod servitium præstans non potest præscribere contra Dominum fundi, etiamsi longissimo tempore utatur pascuis absque ulla præstatione, nisi probet, se usum esse pascuis tempore ad præscribendum sufficiente non precario, sed jure servitutis, quod luculentius patescit ex responso Facult. Jurid. Jenens. *Mens. Novembr. 1622.* dato, & a Richtero *P. 1. Cons. 36. n. 29.* hoc modo allegato: *Hat die Gemeinde bey den Junckern der Feldmarck bittlichen erhalten, daß sie um ein gewiß Geld etwas von Viehe in solche Marck treiben mögen. Nachmals sie ihnen viel Mist-Fuhren, Einführen und andere Bitt-Fuhren umsonst gethan, dahero die Junckern durch die Finger gesehen, und sie mit ihrem Viehe gantz hinein treiben lassen; Wenn sie nun gleich solche Trifft in die 30. Jahr an einander gebraucht, so hat doch dieselbe Gemeinde dadurch eine Erbtrifft nicht erlanget, sondern wenn solche R. Gemeinde ihre angemaßte Gerechtigkeit mit einer Verjährung zu bekräfftigen vorhabens, so ist von derselben, daß sie über Rechts-verwehrte Zeit sich der Huth-Weide in S. Marck* jure servitutis *gebrauchet, zu beweisen.*

Multum denique refert in compascuis, 60 an personæ eadem, an villæ seu fundo debeantur: Personæ concessa jus quoddam personale tribuunt, ex quo eidem facultas est in pascua agendi pecus ubicunque & quantumcunque habuerit, modo illud juxta supra ostensum modum moderate fiat, & ita, ne alter usu rei suæ excidat. Sed cum rei seu prædio sunt concessa pascua, non alia pecora in eis pascere, quam quæ sunt in illa villa vel prædio, permittitur. Mev. *P. 5. Decis. 251. n. 4. seq.* Jus autem compascendi in dubio jus rei seu fundi esse intelligitur, præsertim in ea specie, quando pluribus in agris, quos in eodem possident pago, jus pascendi est commune pro villis quas ibi habent. Et ita consuetudinem ubique huic juri regulam dicere testatur Mev. *d. l. n. 6.* Struv. *Dissert. de Jur. Ovium. c. 4.*

Cæte-

61 Cæterum pascere in alieno tam jure Civili, quam Saxonico prohibitum est, habemusque contra pascentes actionem de pastu negatoriam & Legis Aquiliæ; item pignorationem animalium.

62 Id quod procedit in agris etiam incultis, item in agris vacantibus & demessis, tum quod & hi pastu reddi possint deteriores maxime a suibus, qui rostro omnia volvunt & revolvunt. Pruckm. *vol. 1. Conf. 14. n. 65. 94.* tum quod Dominum habeant, quo inconsulto extraneus eis uti non debet. Ipsa enim ibi sponte licet nascens herba est in dominio Domini fundi, cum id, quod ex re nostra nascitur, nostrum sit §. *19. Inst. de R. D.* & planta in agro nostro radices agens per hoc ipsum acquiratur nobis. *l. 7. l. 9. ff. de A. R. D.* Ut jam prætercam conditionem fructuum Dominii jure acquirendorum, & jus superficiei, quæ appellatio etiam ad plantas extenditur, Cujac. *ad l. nunquam. ff. de usucap.* cedentes solo *l. 50. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 7. ff. uti possidetis.* vid. Wesenb. *Vol. II. Conf. 62. n. 23. & Vol. IV. Conf. 194. num. 125.* Goden. *Conf. 75. n. 4.*

63 Consuetudine tamen & statuto effici potest, ut in alieno pascere liceat,
64 certis cumprimis temporibus, ut post collectos fructus, aut cum contingit agrum quiescere. Decian. *Conf. 550. n. 1.* Zœs. *n. 8. D. si quad. paup.* Ita lege Mosaica septimo quoque anno ager quiescebat, perque eum annum promiscua erant pabula. Exod. *XXIII, 1.* Levit. *XXV, vers. 6. 7.*

65 In terris Aurelianensi, Bituriensi & Arvernensi quiescentes agros cujusque Paroeciæ incolis suis gregibus depascere licet. V. Consuet. Aurel. *tit. 5. c. 2.* Boer. *in Consuet. Bitur. tit. 10. §. 7.* Consuet. Arvern. *tit. 28. art. 3. & 7.* Lege Regia Hispanorum herba collectis frugibus incolis & civibus omnibus est communis, Covarruv. *Pract. Quæst. c. 37. n. 3.* Id quod aliorum quoque plurimorum locorum consuetudine est receptum, ubi tempus illud vocatur tempus apertionis, *offene Zeit*, sicut tempus stantium adhuc fructuum tempus occlusionis, *verschlossene Zeit*, Pruckm. *vol. 1. Conf. 14. n. 4.* Cothm. *l. 1. Resp. 49. n. 58.* utrumque maxime quoad prata certo spatio solet definiri. vid. *Cap. 9. antecedens de Pratis num. 9.*

Specialiter jure Feudali iter facienti est 66
permissum pro equo suo delassato capere gramina, quatenus in via stans amplecti sive attingere possit & porrigere equo. *2. Feud. 27. in fin.* Neque teneatur Domino prædii forte supervenienti pretium graminis restituere, modo pabulatio fiat sine vastatione & ingenti fundi damno, & cogente necessitate famis, ut si equus delassatus refectione indigeat, nec alia suppetant media. Thom. *de Nox. animal. l. 15. n. 24.*

Ne autem vicini pecora sua in alia pa- 67
scua immittant, Custodes solent constitui, ut pignorando jura pascuorum sarta tecta conservent. Præponuntur vero ejusmodi Custodes non a Domino jurisdictionis, sed a Domino pascui, cui maxime interest fines prædii tueri. *l. 16. §. 1. ff. de Usu. & habitat.* Regulariter tamen custos publicus a communitate deputatus, licet jurisdictione careat, in his quæ circa pignorationem occurrunt, & damnum a pecoribus datum, veluti persona publica integram fidem facit, & ejus juramento standum est. Nec enim novum est in jure, quod officiali publico jurato in his, quæ pertinent ad officium sibi commissum, credatur, *l. 1. §. & sane. ff. de Offic. præf. urb. l. fin. C. de ponderat.* Otero *de Pasc. c. 19.*

Animal in pascuis dimissum si occidat 68
lupus, an teneatur Domino is qui dimisit? & hanc quæstionem referente Nicol. Boërio *decis. 218. n. 11.* disputavit Martin. de Fano Cynus *in l. 3. C. de Episcopal. audient.* Distingv. aut consuetudo communis est, quod soleat dimitti equus, & excusatur dimittens, Gloss. *in l. negotia. vers. si solutus. ff. de negot. gest.* secus si non erat consuetudo: Quod verum intelligit Bald. *ibi*, nisi ratione causæ novæ debuisset adhiberi major custodia.

Ad pascua pecorum aqua quoque 69
omnino necessaria est. Rubr. *& l. 6. C. de servit. & aqua:* Quæ in locis depressis & palustribus plerumque abundat, in altis & montosis fere deficit. Unde Crescentius *Lib. 7. c. 1.* pascua illa inutilia dicit, quæ tam depressa sunt, ut nunquam exsiccari ab aqua, vel tam alta, ut nunquam irrigari valeant, illa autem felicia, quæ ad meridiem sita ad septentrionem fluvium habeant. Huic fini duplex & quidem contrarius labor instituitur, ut vel derivetur aqua abundans ex fundo nostro, vel deducatur in fundum nostrum ubi deficit, in

genere Aquæductus dicitur sive ad irrigandum fundum, sive pecoris vel amœnitatis causa. *l. 3. pr. ff. de aqua cottid.* Rosin. *Lib. 1. Antiqu. Rom. 14.*

70 Si quis saltum pascuum locavit, in quo cum plerumque malæ vel lethiferæ herbæ nascerentur, & ex his pecora vel demortua vel deteriora facta sunt, si sciebat, quod interest præstat; si ignorabat, pensionem non petit. *l. 19. § 1. ff. Locat. l. pen. C. de Ædil. act.* Quia scil. ignorantia herbarum pestiferarum in pascuo probabilis, quod secus est, quando quis dolia rimosa vel vitiosa locavit, quod locator scire potuit, ideoque ad interesse, licet duplum excedat, tenetur, Brunnem. *ad d. l. 19. ff. Locat.*

71 Interdum & pascua ita corrumpuntur (*die Triffien werden verstänckert*) scil. ut corrumpentis oves pinguescant, alterius vero, qui jus compascendi habet, emacientur, qualem casum refert Amman. *in Medicina Critica Cas. 68.* ubi opilio salem pane bis cocto & tosto permistum exhibuit suis ovibus, quo factum dicebatur, ut oves postpascentes pascua aversentur & emacientur, de quo tamen Facultas Medica Lipsiensis consulta dubitavit, cum sal & panis sit e censu naturalium, nisi characteres vel aliæ superstitiones accesserint, totumque judicium super hac re ad pastores & laniones remisit.

72 Venenatio vero pascuorum inter atrocissima crimina merito numeratur, ex ea enim non solum ingens damnum per occisionem animalium infertur, sed & verendum, ne ex aëre infesto & esu carnium venenatarum homines innumeri moriantur, aut certe in morbos gravissimos incidant, quod atrox delictum rigorosum supplicium meretur. Hinc Serenissimus Elector Saxon. reos hujus criminis igne cremari jussit. *P. 4. Const. 18. Land - Recht Lib. 2. Art. 13.* Quodque Carpzov. *ad d. Const. def. 1.* præjudicio confirmat. *Hat* Inquisit *bekannt, daß er zu unterschiedenen malen die Vieh - VVeyde vergifftet, indem ihm die Schinderin, bey welcher er gedienet, vor dem Jahr in der Fasten-Zeit Gifft in einen Hader gebunden, und denselben auf die Vieh - VVeyde zu tragen und auszustreuen befohlen, welches er also verrichtet &c. Und es hat sich in eingeholter Erkundigung befunden, daß das Vieh des Orts eine Zeithero Hauffen-weise euern Unterthanen umgefallen, also, daß sie dadurch in unüberwindlichen Schaden gerathen. Da nun der gefangene A. H. auf solchem seinen gethanen Bekänntniß, vor öffentlichem gehegten peinlichen Hals-Gerichte, freywillig verharren oder das sonsten, wie Recht, überwiesen würde, so möchte er von wegen seiner begangenen und bekannten Mißhandelung mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und gestraft werden, V. R. W.* Confirmat hoc Marcus Scultetus *de Lue pecorum cap. 1. Es ist heur nicht neu* (inquit) *daß Schinder und ihres gleichen die Vieh - VVeyde vergifften, groß Vieh-Sterben damit verursachen, und zugleich Städten und Dörffern damit grossen Schaden zufügen, auf daß sie viel abzudecken, und von den Ledern Geld zu marcken haben, wie denn* Anno Christi 1500. *unter das Vieh ein groß Sterben kommen, welches von vergifteter VVeyde sich verursachet, da über etliche böse Buben im Lande zu Meissen ergriffen und gerichtet worden.* Cyr. Spangenberg. in Chron. P. 1. fol. 402. *Und zu Burg im Ertz-Stiffte Magdeburg vor etlichen Jahren der Hencker desselben Orts mit alle seinem Gesinde derowegen verbrannt worden, daß sie die Vieh-VVeiden mit vergiffteten Kugeln beschmeisset, und dadurch ein Vieh-Sterben angerichtet. So habe ich auch selbst vor 28. Jahren gesehen, daß zu Pritzwalde in der Marck-Brandenburg ein Scharff - Richter neben zweyen Hirten aufgehänget ward, aus der Ursach, daß sie dem Rind - Vieh, Ochsen und Kühe mit Nadeln die Gurgeln durchgestochen, davon dem Vieh die Hälse zugeschwollen, daß sie nicht fressen können, und also Hungers halben umkommen müssen.* Hactenus Scultetus *d. l.*

Pœna tamen hæc cessat, si ex pascuorum venenatione nihil damni datum fuerit, nec animalia ex venenatione pascuorum perierint: sed arbitraria pœna saltem locum habet. 73

Pariter cessat supplicium ignis, si quis pecora veneno necare ausus fuerit quia illud saltem pascua venenantibus indicitur; *d. Const. 18.* Ergo ceu odiosum non erit extendendum ad casum alium *cap. 15. d. Reg. jur. in 6to.* Et quis non videt gravius imminere periculum ex venenatione pascuorum non solum innumeris pecoribus, sed & hominibus, per infectionem nimirum aëris & esum carnis venenatæ, 74

natæ, quam si unum vel aliud duntaxat jumentum aut pecus veneno occidatur. Hinc Scabini Lipsiens. pœnam gladii dictavere Anno 1624. *Hat* Inquisit *bekannt und gestanden, daß er Hütten-Rauch oder Gifft-Mehl unter den Heckerling gethan, davon 11. Stück Rind-Vieh und 3. Pferde kranck worden, auch 3. Melck-Kühe gestorben, und solches hatte er darum gethan, daß er sich an seinem Herrn, zu dem er Haß und Groll getragen, rächen möchte &c. So möchte er von wegen solcher seiner begangenen und bekannten Verbrechung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafet werden.* Carpzov. *d. l. def. 3.*

CAPUT XI.

DE SYLVIS.

SUMMARIA.

1. *Sylvæ nomen quid sub se comprehendat?*
2. *Lucus quid sit?*
3. *Nemus quid?*
4. *Saltus quid?*
5. *Per Forestum itidem intelligitur Sylva.*
6. *Forestarius quis?*
7. *Sylvarum olim æstimatio.*
8. *Sylvæ præstant vineis.*
9. *Sylvarum soboles sunt arbores.*
10. *Arboris nomine quid veniat?*
11. *Speciale quoddam de oleis.*
12. *Arbores sunt vel fructiferæ vel frugiferæ.*
13. *Sunt item vel cæduæ vel non cæduæ.*
14. *Sunt & vel majores vel minores.*
15. *Finales Arbores succidere non licet.*
16. *Ut nec illas, quæ pro munienda ripa positæ.*
17. *Item quæ animi recreandi causa habentur.*
18. *Similiter quæ in ornamentum cœmeterii positæ.*
19. *Vendito fundo deductis arboribus venditio non valet.*
20. *Qui emit arborem, non videtur emere solum.*
21. *Venditis cum fundo arboribus non intelliguntur ibi vendita ligna incisa.*
22. *Vendita Sylva cædua, glans, quæ ante incisionem Sylvæ ceciderat, non venit.*
23. *Si venditor excipit arborem, illaque exaruit, & deinde repullulavit, ad quem ea pertineat?*
24. *Arbor vi fluminis in agrum meum translata, mea efficitur.*
25. *Quod & fit per implantationem.*
26. *Arbor in confinio posita, si in Vicini fundum radices egerit, communis fit.*
27. *Unus ex vicinis non potest invito altero succidere arborem.*
28. *Nec incidere radices.*
29. *Nisi radices damnum grave intulerint.*
30. *Arbor in ripa fossatorum alicujus civitatis existens ad eam pertinet.*
31. *De jure Civili fructus, qui in vicini fundum deciderunt, tertia etiam die legere licet.*
32. *De jure Saxonico fructus ex arboribus in fundum vicini decidentes ad illum pertinent.*
33. *Arbores in prædium urbanum pendentes si vicinus tollere noluit, Dominus urbani prædii eas poterit incidere.*
34. *Dominus vero rustici prædii potest eos ad 15. pedes coërcere.*
35. *Dominus Sylvæ venatoriæ qui alteri servitutem venandi debet, non potest arbores annosas cumulatim excidere.*
36. *Arboribus fructiferis emortuis, bonus paterfamil. debet alias substituere.*
37. *Modus plantandi sylvas.*
38. *Sylva dividitur in cæduam & pascuam.*
39. *Jus Foresti & jus venandi quomodo differant?*
40. *Jus Foresti Regalibus accensetur.*
41. *Jurisdictio Forestalis cum Jure venandi non semper est conjuncta.*
42. *Jus Foresti habens potest ferre leges Sylvestres.*
43. *Potest nimiam lignationem prohibere.*
44. *Quod & is potest facere, cui competit servitus venandi.*
45. *Multo minus Dominus sylvæ eam poterat eradicare, & aratrum inducere.*

46. *Quomodo Dominus sylvæ ligna debeat cædere?*
47. *Cui servitus venandi in sylva competit, quid illi liceat?*
48. *Legibus Sylvestribus etiam usufructuariis modus circa lignationem præscribitur.*
49. *Mulier dotalitium habens, quomodo ligna cædere debeat?*
50. *Emphyteuta & usufructuarius sylvam exstirpare & in agrum convertere non potest.*
51. *Vasallus quoque Sylva civiliter uti debet.*
52. *Quandoque eradicatio arborum permittitur, & in recompensam decima sumitur.*
53. *Legibus Forestalibus tempus quandoque ponitur, quando lignatio instituenda.*
54. *In quovis jugero certa quantitas arborum præstantiorum relinquenda.*
55. *Nec permissum propter nidos & viscum arbores offendere aut terebrare.*
56. *Trunci arborum ultra spatium unius pedis a terra non relinquendi.*
57. *Nec folia arborum acutis instrumentis colligere licet.*
58. *Non licet aliquot annis ubi ligna cæsa sunt, pecora pascere.*
59. *Nec licet in sylvis capras pascere.*
60. *Vi Jurisdictionis Forestalis mensura ponitur* Orgyarum.
61. *Picariis & carbonariis arbores proceræ & fructiferæ non sunt vendendæ.*
62. *Collectio picis & resinæ est prohibenda; Nec ignem in sylvis excitare licet.*
63. *Glandes ad quem pertineant.*
64. *A superiori recte tempus determinatur, quando porci ad saginandum sint immittendi.*
65. *Domino Foresti an sylvam sepimento cingere liceat?*
66. *Cui & competit constitutio Forestarii & Saltuarii.*
67. *Forestarius qualis esse debeat?*
68. *Domino Foresti licet ædificare domos pro saltuariis vel Forestariis.*
69. *Ad jurisdictionem Forestalem pertinent & servitia venatoria.*
70. *Cui competit jus lignandi, aucta familia non debet illud ultra modum antiquitus observatum exercere.*
71. *Aucto prædio serviente per alluvionem, ipsa etiam augetur servitus lignandi.*
72. *Si ligna non sufficiant Domino & simul ei, qui jus lignandi habet, tunc Dominus sylvæ est præferendus.*
73. *Si quis habeat jus lignandi ad comburendum, an etiam arbores ad ædificationem aptas cædere possit?*
74. *In sylva communi jus cædendi ligna secundum capita, non secundum quantitatem prædiorum competit.*
75. *Quomodo in Sylva debitoris fieri debeat immissio?*
76. *Prædio sub pacto de retrovendendo vendito quomodo institui debeat lignatio?*
77. *Ligna cæsa inter mobilia reputantur.*
78. *Actiones contra delinquentes in sylvas.*
79. *Earum pœna de jure Saxonico.*
80. Holtz-Spaar-Kunst *a quo inventa*

1 Sylvæ nomen generale est, cujus plures sunt species, nempe Lucus, Saltus, Nemus, Sylva, Pascua, Cædua, Glandaria.
2 Lucus est densitas arborum, soli lucem detrahens vel quasi minime lucens. Isidor. *lib 17. c. 6.* Fit ejus rarior mentio in Jure Civili: fortasse quod religioni Ethnicorum destinatus. Unde in modum agri non cedunt Luci qui fundum tangunt, *l. 7. §. 1. de peric. rei vend.* sive quia sacri, sive quia publici.

3 Nemora sunt sylvæ majores, in quibus arbores proveniunt, quæ glandes aut baccas habent, Patric. *Lib. 7. de Republ:* Cæpol. *de Servit. L. 2. c. 22.* vocat latum nemus sine clausura.

Saltus est densitas arborum, eo quod in altum exsiliat, juxta Isidorum. 4
Sed rectius Varro. Quos agros non colebant propter Sylvas aut id genus, ubi pecus pasci posset, & possidebant, ab usu suo saltus nominarunt. Indifferenter vero saltus & nemus accipitur, neque quicquam interest, nisi quod nemus rariores, saltus densiores arbores habere videtur, Connan. *Lib. 3. c. 9. n. 5.*

Per Forestum etiam intelligitur sylva, 5
ein Forst, vocabulum Germanicæ originis, quod constat ex LL. Longob. *Lib. 1. tit. 21. in fin.* Capitul. Carolin. *Lib. 4. tit. 42. & 75.* Ita Dithmar. *Merseb. Lib. 3. Histor.* meminit Foresti inter Salam & Muldam fluvios.

Præpo-

6 Præpositus ejus Forestarius appellatur vulgo *Forst-Meister*, Lindenbrog. *in Glossar.* Charta Pipini Regis Franciæ, Forestarios cum ipsorum mansibus i. e. custodes sylvarum, Carol. Du Fresne *ad hanc vocem*, qui & *in Jure* Saltuarii dicuntur, *l. 15. §. ult. ff. de Instr. Leg.*

7 Sylvas olim fuisse in magna æstimatione, ex eo liquet, quod veteres his custodiendis consules præficerent. Svet. *in Cæsare*, ab Optimatibus, *inquit*, datam operam fuisse, ut provinciæ futuris Consulibus sylvæ collesque decernerentur.

8 Major etiam opera requiritur ad colendos agros, quam sylvas, ubi arbores sponte nascuntur. Hinc Cicero *Orat. 2. contra Rullum* refert proverbium: Luxuriosus est nepos, qui prius sylvas vendit, quam vineas, quasi sylva sit utilior, & ex illa quinta pars fructuum præstabatur pro vectigali, ex agris vero decima. Appian. *Lib. 1. Bell. Civ.*

9 Sylvarum soboles sunt arbores, vel frutices radices habentes, modo hi non adeo teneres existant, ut herbarum loco sint.

10 Hinc arbor non dicitur, quæ vel radices non concepit, vel id, quod ob teneritatem suam herbæ potius annumerari debet. Vid. *l. 3. & 4. ff. de arb. furtim cæs.*

11 Quamvis circa prius requisitum speciale quoddam in oleis locum habere videri possit, per *d. l. 3. §. 7.* Ubi stirpem oleæ arborem esse magis est, sive jam egerit radices, sive nondum. Recte enim glossa *ibidem* distinguit inter oleas translatas cum radicibus & virgas plantatas; illæ licet cum terra nondum coaluerint, tamen arborum numero habentur; Nam & si quis ex seminario *i. e.* stirpitus arborem transtulerit, eam, quamvis nondum comprehenderit terram, arborem tamen videri Pomponius probat *d. l. 3.* sufficit enim stirpem radices habere; Hæ autem, virgæ scil. antequam radices egerint, & nomen & naturam, propriam retinent, licet olearum sint, *d. l.* Nec quoad posterius obstat *d. l. 55. §. 5. ff. d. Leg. III.* ubi scriptum est, herbulas etiam lignorum appellatione venire perinde ut radices; hoc enim ad legatum lignorum pertinet, quo nomine veniunt omnia, quæ comburendi gratia comparata sunt. *d. l. 55. §. 5.*

12 Distinguuntur arbores *in Jure* varie (I) In Fructiferas & Frugiferas, *l. 13. §. 4. ff. de Usufr. l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Fructiferæ dicuntur, ex quibus fructus, nempe nuces, poma, glandes capiuntur *l. 7. §. 12. ff. solut. matr.* Frugiferæ vero sunt, ex quibus frugem h. e. vinum, oleum, pedamenta, cremia sive ligna tenuia, quæ ignem facile concipiunt, Columell. *l. 12. c. 9.* aliaque ligna quæ cædendo colligimus *l. 77. ff. de V. S.* Reliquæ arbores, quæ nec fructum nec frugem ferunt, infructiferæ dicuntur. Licet autem salices & similes arbores steriles fructiferæ seu pomiferæ non sint, non tamen infrugiferæ existimandæ, nisi etiam cædi nequeant, nec soleant, aut cæsæ non repullulent, per *d. l. 77. ff. d. V. S. l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Gœdd. *d. l. 77.*

(II.) In cæduas & non cæduas sive inciduas. 13
Cæduæ dicuntur (1) quæ in hoc habentur, ut cædantur *l. 30. ff. de V. S.* (2) Quæ maturæ sunt. Ruin. *Conf. 80. n. 2.* (3) quæ cum succisæ sunt, rursus ex stirpibus vel radicibus renascuntur, sive ab eodem stipite sive ex stirpibus: ut salix, arundo, cornus, fraxinus, quercus, laurus, betula, sambucus, populus, multæque id genus species. Alciat. *de V. S. d. l. 10. ff. de V. S.* Aret. *in l. divortio. §. si fundum. col. 2. in pr. ff. solut. matrim.* Tiraquell. *de Retract. Conven. §. 3. gl. 2.* Mantica *de Tacit. & Ambiguis Convent. Tom. 2. l. 22. tit. 29. num. 31.* Pro cæduis arboribus (4) & gremiales habentur. *l. 7. §. 12. ff. solut. matrim.* Non cæduæ arbores sive inciduæ, uti Statio *VI. Thebaid. 19.* dicuntur, sunt, quarum contraria ratio est.

(III.) Arbores sunt vel Majores, vel 14
Minores. *l. 11. ff. de Usufruct.* Ubi illæ, grandiores scilicet, non cæduis annumerantur, ideo quod arbores annosæ, sublimes & crassæ, cum excisæ aut eversæ sunt, recrescere & in pristinum restitui non possunt. Gail. *2. Obs. 67. n. 8.* Putat tamen Frider. Mindan. arbores juvenculas bonam spem de se præbentes non minus sacras esse debere, quam annosas & grandiores, *Lib. 2. de Mandatis c. 40. n. 2.* imo & grandiorum arborum usumfructum esse posse ita, ut ligna inde ad pedamenta & palos, vel ad vendendum sumere liceat. *d. l.*

Quædam autem arbores, dum adhuc 15
fundo cohærent, ob peculiarem aliquam qualitatem dominium privatorum cumprimis quoad facultatem succidendi effugere, & quasi juris publici esse videntur.

Quædam iterum ob singularem rationem, seu jus alteri in iis quæsitum, ita comparatæ sunt, ut peculiarem accipiant qualitatem, & quo ab aliis dignosci queant, incisa cruce vel alio signo, experientia teste, notari solent, *e. gr.* arbores finales, *Maal- und Gräntz-Bäume*, quæ sæpe limites & terminos agrorum & territoriorum constituunt, subque pœna arbitraria *l. ult. §. ult. ff. de term. mot.* & damni alteri contingentis restitutione *§. 6. Inst. de off. jud. l. 4. §. 1. & seqq. ff. fin. reg.* excidere vel convertere prohibitæ sunt. De jure Saxonico in eos, qui arbores finales excidunt, quæ pœna sit posita vid. Carpzov. *P. 4. c. 38. Def. 10. Land-Recht. Lib. 2. Art. 28. Oder hauet er Maal-Bäume.* Quadantenus etiam referri huc possunt eæ arbores cæsæ, quibus in fluviis aquagia instruuntur & distribuuntur, vulgo *Wehr-Baum.* Vid. *Churfürstl. Sächsische Mühlen-Ordnung.*

16 Interdum flumina vel imbribus vel alio flumine admixto, aut ex pluribus causis tanta incrementa recipiunt, ut non solum ripam aggeremve lacerare, sed & urbes ac villas obruere possint, attestante id notorietate. Sic e contrario flumina tempore quodam valde exarescunt & diminuuntur, ut limi dividantur,& terra piscesque sitiant. Ideo in ripa sive margine plantari solent arbores, quibus istæ continentur & aggeres colligantur, piscesque obumbrentur. Has ergo arbores ob peculiarem hujusmodi qualitatem & favorem sub pœna arbitraria, pro modo magnitudinis fluminis & inde metuendi periculi æstimanda, excidere non licet. *l. 10. ff. de extr. crim.* add. Struv. *Synt. jur. Civ. Exercit. 48. th. 86.*

17 Hoc asserendum etiam venit de arboribus, quæ animi recreandi causa veluti umbræ aut ornatus gratia habentur, quas etiam succidere prohibitum. Alciat. *in l. 30. ff. de V. S.* Solent namque ejusmodi virentes arbores fructum alias non ferentes recreationi & voluptati sive amœnitati, nec non & gestationi destinari *l. 16. §. 1. Quod vi aut clam.* Ita videmus sæpe locos amœnissimis arboribus excultos, veluti *die* Tour a la Mode *zu Haag in Holland, den schönen Spatzier-Gang zu Bergen in Hennegau.* Saur. *Theatr. urb.* item *die sehr groß ausgebreitete schöne Linde beym Churfürstl. Sächsischen Schloß Augustus-Burg,* sub cujus umbraculo permultas & ultra ducentas mensas poni atque disponi posse, Serenissimosque Electores Saxoniæ sub ea prandisse pluries notum est. Ulyssem etiam lectum viventis arboris truncis inædificatum habuisse, constat ex *l. 9. §. 1. ff. de supellect. leg.* ac ibidem alleg. Homer. Quarum arborum fructum quendam capere, licet in amœnitate saltem consistentem, jurisprudentia judicat, propterea non tantum Domino, verum etiam usufructuario, si quidem ab alio quid vi aut clam in illis fiat, conceditur interdictum quod vi aut clam. *d. l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam.* cum tamen illud alias ratione arborum non frugiferarum saltem Domino detur. *d. l.* Quadrat huc quod de Luco Daphnensi cupressis consito, de quo in descriptione Antiochiæ, urbis Syriæ, quæ Daphne vocatur, meminit alleg. Saur. *Theatr. urb.* & arbore Persea in Ægypto sancitum est. *Tit. C. de Cupress. ex Luc. Daphnens.* & Brunnem. *in eum.* Sicut & tandem sacra Biblia testantur, jam olim homines ex arborum amœnitate sub illis quiescentes, prandentes &c. voluptatem cepisse. *1. Reg. 13, vers. 14. Jud. 6. v. 11. 1. Sam. 22, v. 6.* nec non in voluptatem sui viridaria sevisse vel instituisse, *l. 17. §. 1. ff. si servit. vind.* ibique Gothof. *lit. y.*

Ita e contrario mortuos quoque sub ar- 18
boribus voluptuosius quodammodo quiescere putaverunt, indeque sub quercubus sepelierunt. *Gen. 35, v. 8. 1. Sam. 31. v. ult.* qui mos postmodum eo pervenit, ut in locis ad sepeliendum electis, vel cœmeteriis, cupressos, (quæ arbores inprimis funestæ habebantur, fortassis quod summus Sacerdos Onias in dicto Daphnensi luco, sylva alias amœnissima, proditus & enecatus fuerit) serere inciperent, Id. Gothofr. *ad L. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam.* quasi qui vivus ex arborum amœnitate mundanum, ex eadem nunc cœleste gaudium perciperet, & ex viridario mundi in cœleste, quod respectu ad mundanum funestum dicitur, sit translatus. Tales arbores tanquam cœmeterii ornamentum & accessorium *V. L. 43. ff. de R. V.* sine dubio rebus religiosis, ut ipsum cœmeterium, ab illis gentibus annumeratæ & commercio hominum exemtæ fuere. *arg. §. 7. Inst. de R. D. l. 83. §. 5. ff. de verb. obl.*

Si quis vendidit fundum deductis arbo- 19
ribus, an hujusmodi exceptione juvetur? quæri potest; & Negativa placet ob eam rationem, quod si quis vendiderit domum

exce-

excepta superficie contractus vitietur in totum. Gloss. *in l. si pater 15. in verb. omnia ff. de Adopt.* Mantic. *de Tacit. & ambiguis convent. Lib. 4. Tit. 15. n. 38.*

20 Sed qui emit arborem, non intelligitur emere solum, & quamvis arbor non possit tradi, nec dominium transferri absque solo, tamen venditio valet, & potest agi ad patientiam, quæ habetur loco traditionis. *l. Quintus 40. & ibi* Baldus *ff. de Act. Emt.* idemque Baldus *in Rubr. C. de Contrahend. Emt. in fin.*

21 Nec venditis cum fundo arboribus intelliguntur vendita ibi ligna incisa, quia in venditione simpliciter facta ex natura venditionis non veniunt separata a solo tempore venditionis.

22 Nec vendita sylva cædua glans, quæ ante incisionem sylvæ ceciderat, sed tantum illa, quæ in arboribus erat tempore incisionis, *l. 80. §. 2. ff. de Contract. Emt. vend.* Mozz. *de Contract. Tit. de Naturalib. Emtionis & vendit. n. 45. & 47.*

23 Quid vero si venditor excipit arborem in fundo, arbor vero exaruit & fuit incisa, deinde repullulavit; num ad emtorem, an vero ad venditorem illa pertinet? Et distinguendum erit, cum arbor ratione fructuum fuit excepta, tunc etiam solum intelligitur exceptum, & consequenter pullulationes & pedamenta, quæ sunt apta ad producendos fructus, sunt venditoris; sed si arbor habendorum lignorum causa fuit excepta, ad emtorem pertinet. Jason. *in l. si fundum. n. 17. de Leg. 1.* Mantica *d. Lib. 4. tit. 15. n. 40.*

24 Si arbor vi fluminis in agrum meum translata coaluerit, mea efficitur, *§. 21. Inst.*
25 *de R. D. l. 7. §. 2. ff. de A. R. D.* Quod & fit per implantationem: Arbor enim, quæ radices egit, semper solo cedit, sive solum alienum sit & planta propria, sive solum proprium & planta aliena, *§. 31. Inst. de R. D. d. l. 7. §. 13. ff. de A. R. D.* Quod adeo verum est, ut si vicini arbor ita terram Titii presserit, ut in ejus fundum radices egerit, Titii arborem dicamus. Ratio enim non permittit, ut alterius arbor esse intelligatur, quam cujus in fundum radices egerit, inquit Imperator, *d. §. 31.* Quin imo si arbor posita in alio coaluerit, postea autem rursus eruta sit, non ad priorem Dominum revertitur; nam credibile est, alio terræ alimento aliam factam *l. 26. §. 2. ff. de A. R. D.* Unde minus dubitandum est, cum surculus fœcundæ arboris in sylvestrem inseritur, eam arboris Domino cedere. Arbores enim pars soli sunt. Carpzov. *P. 1. Const. 38. Def. 24. n. 34. & lib. 2. Resp. 53. n. 30.*

Arbor autem prope confinium posita, 26
si etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit, *d. §. 31. Inst. de Rer. div. & l. 7. §. 13. in fin. ff. de acquir. rer. dom.* non quidem pro indiviso, sed pro regione cujusque prædii, *l. 8. in pr. ff. eod.* adeo, ut cum succisa sit, ea quoque parte singulorum esse debeat, pro qua parte in fundo fuerat, ut postea tantam partem uterque in arbore habeat, quantam & in terra habebat. *l. 83. ff. pro socio.* Licet enim *in l. 6. §. 2. in fin. ff. Arbor. furt. cæs.* dicatur, quod si vicini radicibus arbor alatur, tamen ejus sit, in cujus fundo origo ejus fuerit. Hoc tamen locum tantum habet vel (1) in arbore recenti, non in ea, quæ est justæ magnitudinis; cum enim hæc poscat radices ampliores in alendo fundo, plus habebit ille, in cujus prædio extendit majorem partem radicum pro arbitrio judicis, qui propterea debet accedere in rem præsentem, & visitare arborem cum scrutatione loci radicum, quam is, in cujus fundo planta erat enata, *d. l. 83. ibique* Gothofr. vel (2) procedit in dubio, quia arbor præsumitur illius, in cujus fundo habet stipitem, Ferrant. Gargia *Patrocin. 95.* & Hieron. de Monte *Tractat. de Finib. c. 3. & 5.* vel (3) obtinet in arbore, quæ potest vivere ex solis radicibus, quæ sunt in solo, unde ducit originem. Cæpol. *Tract. de Serv. Urban. Præd. c. 85. n. 10. v.* Gloss. *ad d. l. 6. ff. arbor. furt. cæs.*

Unus ex Dominis prædiorum convici- 27
norum non potest invito altero succidere aut eradicare arborem, etiam pro sua rata, *arg. l. 45. ff. de Furtis.* Costa *de Quot. & Rata. qu. 46. n. 12.* nisi ageretur de communi sylva cædua. Ploc. *ad l. 9. Cod. unde vi.* Nec licet vicino incidere radi- 28
ces, quibus sublatis interitus arboris contrahatur. Cæpoll. *d. loco n. 9.* Vid. Vin. *d. §. 31* & Schulz. *ibid.* Nisi radices da- 29
mnum vicino forte fundamento ædium inferant, tunc enim vel ipsam arborem, vel ejus radices, autoritate saltem judicis licebit incidere *l. 6. §. fin. Arb. furt. cæs.* Philipp. *Usu pract. Instit. l. 2. Ecl. 13. n. 1.* Si vero vicino quis denunciaverit, ut tollat, & ipse renuat, permittitur mihi Edicto Prætoris de arboribus cædendis, etiam

auto-

autoritate non solum ramos & radices, sed totam quoque arborem succidere & ligna succisa tollere *l. 1. §. 2.* junct. *§. 8. ff. de Arboribus cædend.* ibique Wesenbec. vid. Berlich. *p. 5. Concl. 52. n. 22. seqq.*

30 Cæterum arbor in ripa fossatorum alicujus civitatis existens ad eam pertinet. Alb. *Consf. 16. vol. 1. in fin.* In ripa vero fluminis existens illorum est, quorum prædiis adhæret. *§. 4. Instit. de Rerum divis.* Surdus *Consf. 376. n. 5. vol. 3.*

31 Quoad fructus arboris vicini advertendum; jure Civili Prætorem prohibere, ne Domino fructus, qui in vicini fundum ceciderunt, legenti etiam tertia die vis fiat, *l. un. ff. de glande legenda:* id autem hodie vix observari dicit Coler. *P. 1. Dec. 25.* Hahn. & Zœs. *ad tit. ff. de Glande legenda.* Sane de jure Saxonico fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini ad illum pertinent, *Land-Recht, l. 2. art. 52.* Weichb. *art. 126.* Carpzov. *P. 3. Const. 33. D. 25. n. 5.* Mechliniæ & Antwerpiæ propendentium fructuum semissem tantum vicino cedere, testis est Grœnew. *ad l. 1. ff. de Arbor. cæd. & l. 1. ff. de Glande legenda.*

32 Etsi autem quilibet rei suæ moderator & arbiter sit, *l. in re mandata. 21. Cod. mandati.* non tamen ita arborem habere licet Domino, ut alteri iniqua inde con-

33 ditio inferatur. Si enim arbores in prædium urbanum impendentes vicinus tollere noluit, dominus urbani prædii eas potest incidere. *l. 1. pr. & §. 3. & 6. ff. de*

34 *Arbor. cæd.* Carpzov. *cit. loc. n. 5.* Si vero in prædium rusticum impendeant, licet ramos ad quindecim pedes usque a terra coërcere, ne umbra arboris noceat prædio. *d. l. 1. §. 7.*

35 Quin imo nec possessor vel Dominus sylvæ venatoriæ, qui alteri servitutem venandi debet, grandes & annosas arbores cumulatim & magno numero una vice excidere & ad quæstum suum transferre potest. Gail. *l. 2. obs. 67.*

36 Quoniam etiam quotidie videmus arbores fructiferas, ut quercus, fagos &c. quasi senio confectas, emori, hinc bono patrifamilias incumbit arboribus vel mortuis vel dejectis novas substituere, *l. 12. pr. de Usufruct. l. 9. §. 6. l. 18. eod.* Quod si negligens fuerit a Magistratu ob publicam utilitatem excitandus est, quod & in multis ordinationibus provincialibus ita sancitum.

Videmus etiam integras sylvas per 37 Germaniam esse plantatas, qui modus plantandi arbores sylvestres describitur in Electoris Saxon. Augusti *künstlichem Obst-Garten-Büchlein, circa fin. sub Mens. Mart.* Vid. *Georgic. Curios.* Bar. a Hochberg. *L. 12. c. 2.* Incrementum enim sylvarum omnibus modis promovendum, ut copia ferarum augeatur, & vaticinium Philip. Melanchthonis impediatur, qui dixisse fertur, Tria mundo defutura aliquando, Ligna nempe, Bonam Monetam & Bonos Amicos. Keckerm. *Lib. 1. Polit. c. 21.* Abietes ajunt feliciter satu provenire. add. Latherus *de Censu L. 3. c. 6. n. 42.* Sic Batavi, Angli, Galli aliæque Nationes Superiorum jussu vel permissu in terris Americæ seu Novi Orbis novas plantationes, *Neue plantagien*, ut vocant, instituere. Et quilibet Princeps ac Magistratus sub pœna arbitraria subditis imperare potest, ut *v. g.* ligna, vites, arbores pomiferas &c. plantent & loca inculta, *die öden und wüsten Felder*, ad culturam redigant. Recte enim observat Obrecht. *in Secret. Polit. p. 144. Daß viel öde, unerbauete Wälder, Büsche, Hecken, Berge, Thäler und andere* loca inculta *vorhanden, die* ratione situs & naturæ cujusvis loci commode & utiliter *können ausgemustert, aufgebrochen, zu fruchtbaren Aeckern, Feldern, Wiesen, Matten, Gärten, Weinbergen und Fischereyen, auch in denselben etwan Flecken, Dörffer, Meyer-Höfe, Melckereyen, Schäfereyen auf- und angerichtet werden.* Sic Ordinatione Provinciali Saxo-Gothana injungitur subditis, ut arbores fructiferas plantent. *P. 2. Ord. provinc. c. 3. tit. 25. Vom Baum-Pflantzen* ita cavetur: *Nachdem männiglichen bekannt, wie ein nütze und vorträglich Ding es um die Obst-Bäume ist, als wollen Wir, daß ein ieder Unterthan in Städten, Flecken und Dörffern, welcher bequemen Raum in seinen Güthern, Feldern, Wiesen und Gärten, an Wegen und Graben oder Aeckern hat, jährlich eine Anzahl Obst-Bäume, VVeyden, Espen und andere Gehöltze setzen, darzu auch etwan Saffran pflantzen, Hopffen legen, und es in dem allen an seinem Fleisse ihnen selbst zu gute nicht mangeln lassen sollen. Und auf daß solches unweigerlich gehalten werde; so sollen zumal in Dörffern die Schultheissen, Gerichts-Schöppen und Heimburgen hierauf fleißiges Acht haben und darbey seyn, auch bey der Gemeine anhalten,*

anhalten, und sie vermahnen, solchen zu geleben, und den Beamten oder eines ieden Orts Gerichts-Herrn jährlich auf einen gewissen Tag verzeichnet zustellen, wenn und wieviel Obst-Bäume gesetzt und gepflantzet seyn, und da einer oder mehr in demselben Jahr nichts gepflantzet oder gepfropffet hätte, da er es doch der Gelegenheit seiner Güther nach wohl zu thun gehabt, derselben soll ein ieder, so manches Jahr es geschiehet, einen Gülden zur Strafe geben. Quod & in Ducatu Würtenbergico, multisque aliis per Germaniam locis ita servatur. Speidel. *in spec. vocab. Garten.*

38 Sylva autem est vel cædua vel pascua. Sylva cædua est, quæ in hoc habetur, ut cædatur, & succisa ex stirpibus radicibusque repullulet ac renascatur; pascua sylva est, quæ pascuis pecudum & ferarum destinata est. *l. 30. ff. de V. S.* Pruckm. *Vol. 3. Resp. 49. n. 16.*

39 In sylvis potissimum consideratur jus Foresti & jus venandi, *Forst- und VVild-Bahn*, ita ut jus Foresti sit totum integrale ex banno sylvestri & aliis juribus constitutum. Bidenbach. *quæst. Nob. 15.* Meichsn. *Lib. 2. Tom. 2. Decis. 2.* Differunt enim in multis; venatio tantum capturam ferarum, jus Foresti vero insuper alia jura maximi momenti in se comprehendit, quæ differentia etiam in aulis Principum perspicienda ex diversis officiis *des Forstmeisters*, cui incumbit prospicere, ne sylvæ devastentur, *und Jägermeisters*, cujus officium est ea instruere & ordinare, quæ venationi conveniunt. Proinde plus habet, cui Forestum, quam cui venatio est concessa. Non tantum enim jus habet occupandi feras, sed & præcipiendi circa venationem, lignationem, saginationem porcorum, confectionem picis &c. Quia vero hæc materia nimis ampla, de venatione & aucupio *duobus sequentibus*, de cæteris vero juribus ad sylvas & jus Foresti pertinentibus, in *hoc Capitulo* agetur.

40 Jus itaque Foresti in lata hac significatione recte Regalibus accensetur. Besold. *de Majestat. fol. 177.* & in concessione Princeps *die Förstliche Obrigkeit und hohe VVild-Bahn* semper sibi reservare præsumitur. *Coburg. Land-Ordnung. Tit. 29. circa fin.* superioritatique territoriali semper supremum jus Foresti usu Germaniæ conjunctum esse tradit Knipschild. *de Civitat. Imper. L. 2. c. 7. n. 4.* Knich. *de Saxon. Juris Georgici Lib. III. non provocand. jur. verb. ducum c. 5. n. 196.* Estque hæc Superioritas Forestalis trimembris; ut scil. (1) contineat jus ordinandi & Leges condendi de Sylvis & venationibus, *die Förstliche Hoheit.* (2) Ipsum jus venandi cum exclusione aliorum, *die VVild-Bahn.* (3) Jurisdictionem Forestalem, *Forst- oder Jagd-Gericht*, seu facultatem cognoscendi negotia Forestalia, & vindicandi delicta circa venationes & sylvas contra LL. Forestales commissa: Non enim ulterius se extendit hæc jurisdictio per sylvam, nisi qua circa sylvam vel venationem peccatum: Si enim alias homicidium in sylva commissum, inquisitio ad jurisdictionem Forestalem non pertinet.

41 Jurisdictio vero Forestalis cum jure venandi non semper conjuncta est. Ubi namque Nobilis aliquis de sylva quadam una cum jure venandi feras etiam majores investitus, jurisdictionem Forestalem ipsi quoque competere, non dubitandum; ita ut libere saltuarios constituere, & delinquentes circa sylvas & feras bestias punire possit, si alioqui mero imperio gaudeat. Principi tamen salva manet Superioritas Forestalis, ita ut, si nobilis jure sibi concesso præcipue in nimia arborum excisione abutatur, privationem sui juris aut aliam pœnam sentiat. Quod si vero sylva ad Nobilem non pertineat, sed solo jure venandi gaudeat, Forestalis jurisdictio ipsi non competat, nisi hanc ipsi concessam esse appareat, *wenn er mit dem Jagd- und Forst-Recht belehnet wird.* Et inde evenire potest, ut alter habeat jus Foresti, alter jus venandi. Knipschild. *de Civit. Imperial. l. 2. c. 7. n. 17. & 70.* Ruland. *de Commissar. P. 4. l. 2. cap. 1.* Idem est, si nobilis quidam de sylva cum jure venandi investitus, sed feras majores sibi reservavit Princeps, quo casu jus Foresti seu facultas disponendi de sylva, & cædendi pro lubitu ligna non est penes Nobilem, sed Principis consensu opus, quia interest, ne arborum frugiferarum excisione subtrahatur pabulum feris; quamobrem & hoc casu jurisdictio Forestalis ad Principem pertinebit. Conf. de hac materia Noë Meurer *im Jagd- und Forst-Recht.* Dn. Fritsch. *in corpor. Jur. Venatorii.* Dn. Stryck. *in usu modern. Pandect. Tit. de jurisd. §. 16. & 17.*

42 Ille igitur, cui jus Foresti competit, potestatem habet ferendi Leges Sylvestres & mandata circa res forestales, transgressoresque

ſoresque puniendi, *Forſt- und Jagd- Ordnungen zu publiciren, und die Verbrecher derſelben zu ſtrafen*, adeoque venatores contra prohibitionem venantes *Wildpret-Schützen oder Diebe* criminaliter punire poteſt, uno namque dato, competunt etiam ea, ſine quibus illud conſervari nequit. At, conceſſa jurisdictione Foreſtali, non ſtatim jurisdictio circa res & cauſas alias conceſſa intelligitur. *arg. l. ult. C. de jurisd. omn. jud.* ubi notatur, quod jurisdictio conceſſa habenti certam adminiſtrationem vel negotiationem exerceri ſolummodo poſſit in illis cauſſis & quæſtionibus, quæ ad iſtam negotiationem pertinent. E contrario conceſſo mero imperio non Foreſtalis jurisdictio conceſſa intelligitur, cum ſint diverſa ac ſeparata, habeantque ſuas proprias & diſcretas differentias eſſentiales, & ſic una non probata, non ſequitur & aliam probatam non eſſe. Mynſing. *Reſp. 16. n. 46. & 37.* Mozz. *de jure venand. c. 1. n. 5.*

43 Vi etiam juris Foreſtalis poteſt quis ſtatuere circa lignationem vel boſcationem, ne nimia cæſione & eradicatione arborum ſylvæ vaſtentur in detrimentum publicum, vel in præjudicium ejus, qui jus venandi vel aliam ſervitutem habet. Intereſt enim Reipublicæ ne materiæ deſint ædificiorum, navigiorum & ſimilium, quibus uſus humanus carere non poteſt. Accedit, quod absque ſylvarum ſubſidio publicus civitatum adſpectus publicumque decus tandem deformetur, tectaque & ædificia omnia corruere neceſſe ſit, & nihil ædificari queat contra *l. 2. & tot. tit. C. de Ædif. priv. & tot. tit. de Oper. publ. eod.* Dn. Seckend. *Teutſcher Fürſten-Staat P. 3. c. 3.* Ord. Foreſt. Gothan. *c. 2. tit. Von Holtzungs-Gerechtigkeit §. 4.* ubi cavetur: *Diejenigen, die Gerechtigkeit von Holtz in Wäldern haben, es ſey an waſſerler Gattung es wolle, ſollen ſich keiner ſelbſt eigenen Anweiſung unterfangen, ſondern derſelben von den Beamten, Forſtmeiſtern und Ober-Knechten gewarten.*

44 Pariter nec dominus ſylvæ venatoriæ, quæ alteri ſervitutem venandi debet, grandes & annoſas arbores cumulatim & magno numero una vice excidere & ad quæſtum ſuum transferre poteſt, quia hoc fraudi & damno eſſet alteri ſervitutem venandi habenti: atque nemo propria autoritate ſervitutem recte conſtitutam deteriorem facere poteſt. *l. 20. §. 4. ff. de Servit. Urban. præd. l. 13. §. 1. ff. de Servit. ruſtic. Præd.* Et contra dominum ſylvæ tale quid attentantem in Camera Mandata ſine clauſula decerni tradit Gail. *L. 2. Obſerv. 67.*

Porro minus dubitationis habet dominum ſylvæ venatoriæ totam ſylvam radicitus & ſtirpitus evertere, aratrum inducere, & inverſo ceſpite arborum radices necare, adeoque ex ſylva agrum facere non poſſe, quia hoc pacto tota forma mutaretur ſervitusque venandi fieret inutilis *l. 3. §. reficere. ff. de Itin. actuque priv.* Cæpoll. *de Servit. ruſt. præd. cap. 9. n. 40.* 45

Ne autem domino ſylvæ omnis utilitas, quæ quandoque in ſola lignatione conſiſtit, auferatur, conceſſum illi erit ligna cædere ad uſum ædificiorum, vel ob aliam neceſſitatem commodi ſui gratia aliis vendere, dummodo moderate hoc fiat more majorum, & ſecundum conſuetudinem antiquitus obſervatam, ne officiat ſervituti venandi. *l. 10. cum ſequ. de uſufruct.* 46

E diverſo vero is, qui in quaſi-poſſesſione juris venandi eſt, omnia poterit in ſylva, quæ venationem habet, per quæ venatio feracior efficitur & adjuvatur. Unde folia arida, quæ ex arboribus ceciderunt, incendere, ut gramen & reliqua paſcua melius inque majori copia beſtiis creſcant, arbores ætate tempeſtateque corruptas, ita ut exaruerint, removere, ne hinc paſcuis detrimentum inferatur, & ſi quæ fuerint alia, ei fas erit. *arg. l. 10. ff. de Servit. l. 20. §. 1. ff. de Servit. præd. urban.* Pruckm. *de Venat. c. 7. n. 8.* 47

Legibus ſylveſtribus etiam quandoque uſufructuariis modus præſcribitur, quemadmodum lignationem in ſylva uſufructuarii exercere debeant, ea etenim ita ab uſufructuario utendum, uti diligenti patrifamilias convenit. *l. 9. pr. l. 13. §. 4. & 5. de Uſufruct.* Tales Uſufructuarii ſylvæ parochialis, *des Pfarr-Holtzes*, ſunt paſtores Eccleſiæ, de quibus non raro audiuntur querelæ, quod cædendo ligna modum excedere ac ſylvas devaſtare ſoleant. *Churfürſtl. Sächſiſche Landes-Ordn. tit. 31. §.* Item *in Erledigung der Landes-Gebrechen von Conſiſtorial-Sachen. §. 28. ib. Die Pfarrer und Schul-Diener ſollen nicht ihres Gefallens Holtz hauen, ſondern mit Vorwiſſen der Lehn- und Erb-Gerichts-Herrn, oder in Mangelung derſelben in Beyſeyn des Richters und der Kirch-Väter nothdürfftig Feuers- oder Bau-Holtz anweiſen, und ferner nichts bauen laſſen, noch, iemand* 48

iemand anders etwas darinnen zu verstatten, damit die Successores *auch so viel Holtz finden und haben mögen, wie die ietzigen Besitzer bekommen.* In decreto synodali §. *Die Pfarr-Höltzer,* jubentur pastores Ecclesiæ *das Holtz pfleglich zu halten, und nicht eignen Gefallens daraus zu hauen, da die Pfarrer kein eigen Pfarr-Holtz haben, oder in demselben sich der Nothdurfft nicht erholen können, die Gemeine aber hingegen Holtz hätte, so sollen sie dem Pfarrer sein Abtheil, und so viel als einer aus der Gemeine bekömmt, auch ohne Entgelt folgen lassen.*

49 Mulier quæ etiam est usufructuaria in dotalitio, si certus lignandi modus ipsi in pactis dotalibus præscriptus non est, de jure communi videndum, an sylva cædua sit, an non? Illo casu, cum ligna succisa denuo ex stirpe renascantur, sylvam istam fructuaria succidere potest, pro more boni patrisfamilias toties, quoties rami, virgulta, arbustave mediocri vel saltem consueta quantitate sunt renata, eaque non modo pro focis exstruendis, aliisque villæ necessitatibus adhibere, sed & vendere *l. 9. §. 7. l. 9. l. 48. §. 1. de Usufruct.* Hoc autem casu si sylva non sit cædua, puta si grandes sint arbores, eas succidere regulariter non licet, nisi quæ tempestate fuerint erectæ aut evulsæ, modo alia ligna ad usum necessarium non deficiant. Henelius *de jur. dotal. l. 8. §. 5.* Idem dicendum est de sylva, quæ animi recreandi causa veluti umbræ aut ornatus gratia habetur, & hanc cæduam non esse, cum in eum usum non haberetur ut cæderetur, censet Alciatus *in l. 30. ff. de V. S.* Plura de hac materia tradit Myler. *in Gamol. c. 11. n. 5.* Limitatur tamen hæc assertio de sylva non cædua non utendo nec cædendo eatenus, quatenus & in quantum vidua dotaria ad vineæ vel horti refectionem pro pedamentis, i. e. muniminibus & palis, quibus vitis caduca fulcitur, arbores ex sylva non cædua insumere necesse habet *per l. 10. ff. de Usufruct.* Aut quantum materiæ seu arborum excelsarum ad refectionem prædii seu villæ succidere velit. Cæpoll. *de Servit. Rust. præd. c. 22. n. 9.* Quemadmodum quoque ad hunc finem & calcem coquere, & arenam fodere, aliudve quidpiam ædificio necessarium sumere licet, sicuti Ulpiano æquum visum fuit *in l. 12. pr. ff. dict. tit.* Unde Doctores communiter inferunt, quod verbum pedamenta ad omnem reparandi necessitatem sive in vinea, sive in villa referatur. *arg. l. 6. ff. de S. R. P.* Myler. *d. l.* Quoad jus Saxonicum vid. sententia speculo Saxonico *sub Tit. Vom Leibgeding* subjuncta, quæ hæc est: *Doch mag die Wittwe Brenn-Holtz zu ihrer Nothdurfft, zu Feuer-Werck und auch zu verkauffen wohl lassen abhauen, und damit als mit andern gewöhnlichen Nutzungen ihres Leibgedinges ihren Frommen schaffen, also daß solches ohne Verwüstung des Guthes geschehe, und sie sich damit halte als ein ieglicher fleißiger Hauswirth in seinen Lehn-Güthern sich zu halten pflegt. Aber Bau-Holtz mag sie nicht mehr, denn zu nothdürfftigen Gebäuen des Guthes abhauen und fällen lassen, und ob daselbst nichts anders, denn Bau-Holtz, und also nicht häuig Nieder-Holtz oder Brenn-Holtz wäre, so möchte sie desselben Bau-Holtz zu ihrem Vorwerck und also zu ihrer Nothdurfft, immassen ihr voriger Hauswirth gethan, wohl brauchen, aber desselbigen nicht verkauffen, noch verkauffen lassen.* Dn. Fritsch. *de jur. Boscand. Memb. 3. n. 4.*

Pariter nec Usufructuarius vel Emphyteuta sylvam exstirpare, & vineam vel agrum ex ea facere poterit, etiamsi hoc Domino utile foret, quia hac ratione forma rei mutaretur, *l. fin. ff. de usu & habit.* Delcastillo *de Usufruct. c. 25. n. 11.* 50

Quamvis etiam Vasallo in sylva Feudali plenissimus usus, qui utili Dominio congruit, concessus est: attamen obstrictus est sylva civiliter uti, ne ea penitus exscindatur aut devastetur, atque ita proprietas imminuatur. Struv. *Syntagm. jur. Feud. c. 6. aph. 11. Churfürstl. Brandenburgische Holtz-Ordnung Cap. I. §. Es soll auch.* 51

Quandoque etiam eradicatio arborum a domino Foresti permittitur, & in recompensam detrimenti, quod venationi per arborum eradicationem accidit, ex istis agris noviter confectis decima sumitur, *die zehende Garbe,* quam *Forst- oder Stock-Garbe,* vocant. 52

Legibus porro Forestalibus tempus & modus ponitur, quemadmodum lignatio fieri a subditis debeat. Hinc in nonnullis locis præcipitur, arbores præsertim ad reparationem ædificiorum aptas post 24. Octobr. quando Sol Scorpionis signum ingreditur, & tunc usque ad finem Februarii 53

Februarii, Luna decrescente, vel in Februario tribus aut quatuor diebus post Novilunium succidere, ligna vero ad comburendum usque ad tempus Maji licet cædere; nam si postea cædantur, non possunt propter calorem Solis rursus virgulta agere.

54 Dein etiam disponitur, ut in quovis jugero certa quantitas arborum præstantiorum & fructiferarum, ut quercuum, fagorum, picearum aut arborum sectilium, relinquatur, *daß auf einem ieden Acker Holtz eine gewisse Anzahl Laaß-Reiser gelassen werden.* In Bavaria Saltuarii curare debent, ut semper ad 50. passus talis arbor relinquatur. *Bäyerische Forst-Ordnung. Art. 19.* In *Ordin. Forest. VVürtenb. P. 2.* cautum, ut ejusmodi arbores, quæ ibi dicuntur *Bauraitel*, ut plurimum in quovis jugero relinquantur sedecim.

55 Similiter non permittitur, arbores propter visca, nidos vel martes offendere: aut pro aqua in Majo betulas terebrare. Krayßer. *ad dictam Ordinationem Forestalem Bavar. art. 21.*

56 Arbores porro si cædantur, tunc trunci earum a terra ultra spatium unius pedis non relinquantur; nam si truncus nimis sit altus, is per longum tempus non putrescit, ex quo arbores aliæ, quæ successive crescunt, impediuntur. Pallad. *lib. 21. c. 15.*

57 Ad jurisdictionem Forestalem etiam pertinet prohibere, ne folia arborum acutis instrumentis, *eisernen Rechen oder Schauffeln*, colligantur; in nonnullis locis plane prohibitum folia colligere, ne arbusculæ adolescentes tempore nivium pereant, ut ne a feris aliisque animalibus devorentur, sicque melius in salvo conserventur.

58 Item si sylva sit pascua, non licitum in iis locis, ubi cæsura nova facta est, quatuor, quinque vel sex annorum spatio pecora pascere, *die jungen Gehäue müssen gewisse Zeit bis auf das vierdte, fünffte Laub geschonet werden.* Joh. Faber *Inst. de Leg. Fus. Canin. tollend.* Documenta *Fronsbergische* Succession, *die Herrschafft Mundeheim betreffend, n. 24. p. 7. Wald-Ordnung* Imp. Ferdin. I. de Anno 1557. *die Vorder-Oesterreichischen Lande betreffend. §. Derowegen soll. Tit. das Vieh in die jungen Schläge nicht zu treiben, die Heynungen der jungen gehen, und die in solchen verbothenen Häuen gegraset und Schaden zugefügt, oder mit Axt und Popen darinnen gangen, abzustrafen.* Gilman. *Dec. 38. Lib. 2. n. 10.*

Capras vero in sylvis pascere plane prohibitum. *Ord. Forest. Ducat. Neoburg. P. 9. A. 4.* Capræ namque summitates & cortices arbuscularum carpunt, ut amplius crescere nequeant. vid. *supra Lib. II. Cap. de Capris.* 59

Vi jurisdictionis Forestalis etiam mensura constituitur Orgyarum, *Klaffter- und Malter-Maaß.* Orgya autem in Saxonia Electorali continet in altitudine & latitudine sex pedes Norimbergenses, simulque definitur longitudo & crassities lignorum ad ædificationem, sectionem & combustionem inservientium. *Nach Churfürstlich Sächsischen Holtz-Kauff hält ein klein Sechzig 60. Schock, ein Schock aber 60. Scheit, deren iedes nach Unterscheid der Oerter 3. 7. auch wol 12. Viertel Nürnberger Ellen lang ist, Sechzig kleine Sechzig aber halten ein groß Sechzig. Fürstl. Sächsische Weimarische Forst-Ordnung. Punct. 3. c. 3. die Scheite in allem Unsern Gehöltz, so in die Klaffter geschlagen werden, sollen zwo Ellen lang, und die Klaffter 3. Ellen hoch und weit gemacht werden auf die Maaße, wie bishero gebräuchlich gewesen.* Vid. *Tab. der Maaße* apud Fritsch. It. *Churfürstl. Brandenburgische Holtz-Ordnung in fin.* 60

Quia etiam a picariis & carbonariis, *von Pech- und Kohl-Brennern*, magna pars lignorum consumitur, & sylvæ divastantur, publice interest, ut ipsis in ordinationibus Forestalibus certa norma præscribatur, ne ex defectu ligni Respublica detrimentum capiat. Hinc arbores fructiferas & proceras succidere prohibentur, & arbores infructiferas & ætate collapsas ipsis prius vendendas esse statuit Krayßer *ad Ordin. Forest. Bavar. Art. 52.* 61

Collectio etiam absque licentia picis ex resina, quæ frequenter ex arboribus, præsertim ex abietibus & pinubus manare solet, conficitur, haud permittitur; Resinam enim, *das Hartz*, animam esse arborum tradit Theophr. Paracelsus, *de Natura Rer. l. 4.* Et quia collectores resinæ multas arbores lacerant atque devastant, merito ex sylvis arcentur. 62

Quia etiam per ignem maxima quandoque vastantur nemora, Dominus Foresti omnem curam adhibere debet, ut ejusmodi evitentur incendia; hinc in Electoratu Brandenb. in *Ordinatione Forestali* Electo-

Electoris Georg. Wilhelm. *de Anno 1622. cap. 20.* optime cautum: *Es soll auch hinfüro keines auf Unsern Heiden, auf fliessenden Wassern, Seen oder Teichen mit brennendem Feuer fischen oder krebsen zu gehen, oder sonsten zu anderem Behuf Feuer auf den Heiden zu machen, oder Feuer-Eisen bey sich zu tragen verstattet werden, besondern hiermit solch Fischen gäntzlich abgeschaffet seyn; wo aber einer darüber befunden wird, der Feuer bey sich hätte, ob er gleich keinen Schaden gethan, soll er dem, welcher ihn betrifft, 2. Thlr. zur Strafe zu geben schuldig seyn, oder aber sonsten nach Gelegenheit der Fälle am Leibe gestrafet werden.* Et *cap. 21. in fin. Und weil insonderheit hiebevor die Hirten sowol in denen Heiden als auch auf den Feldern in die Bäume Feuer gemachet, daraus grosser Schaden entstanden, so soll ihnen solches nunmehr bey 20. Thlr. Strafe gäntzlich verbothen seyn, auch, da ihr Vermögen so hoch sich nicht erstrecket die Strafe zu erlegen, an dem Leibe gestrafet werden;* Item *prædict.* Ord. Brandenburg. *cap. 22. So sollen auch die Zeidler, so auf Unsere Heiden zeidlen, kein Feuer ausserhalb der zugedeckten Töpffe auf und von den Heiden führen, noch in den Heiden liegen lassen, damit ihres Feuers halber Uns kein Schaden wiederfahre. Würde aber hierüber einer befunden und betroffen, der Feuer ausserhalb des Topffes unter dem Baum liegen liesse, obs gleich keinen Schaden thäte, der soll Uns zur Strafe 2. Thlr. verfallen seyn, davon dem Heide-Reuter, oder demjenigen, der ihn betrifft, der 4te Pfennig zukommen; Und zu mehrer Verhütung Feuers-Gefahr, wollen Wir hinfüro nicht gestatten, daß die Theer-Brenner und Kohl-Schwehler ihre Oefen in den Heiden noch nahe an den Dörffern gelegen haben sollen, sondern Unsere Jäger-Meister, Förster und Amt-Schreiber sollen sie damit an geraume Oerter und ausser der Wild-Fuhren und Heiden weisen.*

63 Potestas decutiendæ & legendæ glandis optimo jure ad Dominum sylvæ pertinet, sunt enim fructus sylvæ, Gail. *Lib. 2. Obs. 68. princ.*

64 Hinc etiam Dominus Foresti in quibusdam locis tempus definire solet, quando porci ad faginandum in sylvam sint immittendi, & ratio suadet glandes non nisi maturas decuti & legi debere, quod, ut videmus, etiam in aliis fructibus observatur. Alias si fructus immaturos colligere vellemus, eos potius malitiose perdere diceremur, cum tamen Deus omnia fecerit propter se, i. e. bonitatem suam, ut iis fruamur. *Prov. XVI, 4.* Ita in tali casu Senatus Aulicus Electoralis, in causa *der Grund-Herren zu Bodemer Hohen- und Neuen-Roda* contra *den Verwalther des Vorwercks Blesern* decrevit *Dresd. d. 8. Jul. 1598. Und zwar, soviel die Mastung insonderheit anlanget, soll zuförderst vor Michaelis jährlichen durch den Hauptmann und Schösser zu Wittenberg, oder wen Wir hierzu verordnen, was vor Mastung auf gedachten Hufen vorhanden, besichtiget, und darnach ein Anschlag auf die gantze Summa der Schweine gemacht, und folgends eine solche Ordnung angerichtet werden, daß, wo das Vorwerck Blesern 2. Schweine halten könte, gedachte Wittenberger, und welche Hufen auf vorbenannten Marcken haben, ein Schwein dargegen einzutreiben und zu mästen befugt seyn sollen, dabey denn auch unter den Hufenern die Austheilung* pro rata *ihrer derer Oerter habenden Hufen angeordnet, und das Eintreiben aus dem Vorwerck, und von gedachten Hufenern zugleich angefangen werden soll. Jedoch daß von beyden Theilen zu geschlossenen Zeiten, als von Walpurgis bis auf Michaelis, der Feld-Marcken geschonet, und sonsten das Obst- und Eichel-Lesen gantz und gar abgeschaffet und eingestellet werde.* Recte hic statuitur dispositionem, quæ circa faginationem porcorum servanda sit, coram præfecto Principis, vel cui hoc negotium commissum, faciendam esse, *l. 7. §. 20. ff. de Leg. II.* alias facile discordia excitaretur. Præsentia vero judicis Ordinarii vel Commissarii Principis propterea requiritur, ut in communitate quoad decutiendas & legendas glandes omnia legitimo modo & sine fraude disponantur. Judicis enim autoritas omnem fraudis ac læsionis præsumtionem excludit. *C. præsentia. X de renunciat.* In communitate autem id, quod major pars quoad decutiendas & legendas glandes, præsente tamen Judice, disposuerit, attendi debet. *l. 8. ff. de Pactis. l. 1. in fin. ff. de Privil. Credit.* Krayser. *ad Ordin. Forestal. Bavar. art. 8.* Vid. plura de hac materia supra, *Lib. 2. c. 16. de Porcis.*

Sylvam etiam sepimento cingere licere 65
illi, cui jus Foresti competit, tradit Besold. *Vocab. Forst,* ac quamvis olim inter Assessores Cameræ Imperialis disceptatum fuerit, an illi, cui venatio in sylva competit,

petit, etiam cingendi sylvam, vel sepem *einen Hagen* in sylva faciendi jus & potestatem habeat. Gail. *Lib. 2. Obs. 68. n. 7.* tamen tandem inter eos convenit & decisum est, jura illa esse diversa, & diversam considerationem & qualitatem habere, quemadmodum videre licet apud Joh. Thilmann. *in Syntagm. Dec. 3. vol. 2. in fin.*

66 Constitutio denique præfecti nemoris & Forestarii vel Saltuarii, *des Forstmeisters und Förster*s, etiam ad jus Foresti pertinet, quibus incumbit prospicere, ne sylvæ devastentur, sed omnia illa fiant, quæ ad sylvarum utilitatem spectant. Antiquitus etiam saltuarios constitutos fuisse videre est apud *Nehem. c. II.* Ubi Nehemias Regem Artaxerxem rogavit, ut is pro vendendis sibi lignis Saltuario suo scriberet.

67 Pro Saltuariis merito viri prudentes, honesti, sinceri & fideles constitui, & eorum fides seu sponsio recipi debet, quorum curæ etiam incumbit terminos sylvarum diligenter custodire, ne a vicinis moveantur. Hinc expedit, certo tempore fines sylvarum, præsentibus vicinis, vel iis quorum interest, inspicere, lapides collapsos de novo reponere, & arbores terminales renovare, *die Zeichen in denen Gräntz-Bäumen verneuern.*

68 Huc etiam referunt potestatem ædificandi domos pro Saltuariis in sylvis *Förster-Häuser zu bauen.* Gail. *L. 2. Obs. 68.*

69 Ad jurisdictionem denique Forestalem referunt servitia venatoria, *Frohn-Dienste, ohn welchen die Jagden nicht können verrichtet werden; als die Haltung der Hunde, die Führung der Netze, Garn und Hunde, und daß die in Gezirck der Förstlichen Obrigkeit gesessene Unterthanen zum Jagen zu helffen und zu dienen schuldig seyn sollen.* Item *Abschaffung spitziger Zäune, wie auch das Gebot die Hunde zu prügeln oder Klöppel anzulegen.* Besold. *Vocab. Förstliche Obrigkeit. Churfürstl. Brandenburgische Holtz- und Jagd-Ordnung. Cap. 1. & c. 14.*

70 Si aliquis habeat jus lignandi in alterius sylva pro sua familia, aucta ea jus cædendi ligna ultra modum antiquitus observatum non debet exerceri. *l. 12. C. de Servit. & Aqua.* Vide infra lepidum casum *in Cap. de Furnis.*

71 E converso autem, si prædium serviens forte per alluvionem fuerit auctum, & ipsa servitus lignandi ratione istius augmenti erit amplificata. Aymo Parmens. *de Alluv. L. 2. c. 16. n. 15.* Quam sententiam amplexus Senatus Elector. Sax. Aulicus A. 1610. in causa concernente *den Plaußnitzer VVerder*, addito per alluvionem augmento, ex quo etiam servitus aucta contendebatur. Nec sine ratione; siquidem aucto per alluvionem fundo, jus in eo nobis competens simul auctum censetur: veluti de jure pignoris apparet ex *l. si convenerit, §. si nuda. ff. de pign. act. l. si fundum. in pr. ff. de pignor.* Quemadmodum & jure resoluto super fundo etiam super incremento videtur id extinctum. Et in specie de Servitutibus probatur hoc ex *l. hoc jure. §. si aquam. ff. de aqua quotid. & æstiva.* ubi aucto prædio serviente per alluvionem servitus aquæductus dicitur augeri. Quod & de servitute personarum, puta usufructu, asseritur, ut sc. augeatur per incrementum latens *in l. item si fundi. §. huic vicinus ff. de Usufruct.* Eoque facit, quod idem sit judicium de augmento, quod est de toto, *l. si ex toto in pr. l. quod in rerum §. si quis. ff. de Legat. l.* in quo augmentum rei legatæ sequitur ipsum legatum. Hinc si jure simplicis locationis fundum quis possidet, eodem jure & alluvionis incrementum consequi ipsum posse docet post Glossam Salycetus *in l. Legem. C. Locat.* & sequitur eum Bapt. Aymus. *dict. c. 16. n. 18.* Nec quicquam iniquitatis hæc assertio sapit, si pensitaverimus prædio per alluvionem deminuto, vel flumine inundato servitutem etiam diminui vel plane extingui, prout de Ususfructu tradit Pomponius JCtus *in l. 23. ff. quib. mod. Ususfruct. amitt.* ibi: Si ager, cujus ususfructus noster sit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur ususfructus, cum etiam ipsa proprietas eo casu amittatur, idemque asserit Javolenus in *l. 24. §. 1. &* Ulpianus *in l. 10. §. agri. ff. eod. tit.* Nec aliud de servitutibus realibus habendum. Nam si locus, per quem via, iter aut actus debetur, impetu fluminis fuerit occupatus, omnes censentur extinctæ servitutes, *l. si locus. 14. ff. quemadmod. servit. amitt.* Bapt. Aym. *de Alluvion. L. 2. c. 23. n. 6.* Hoc ergo si verum in deminutione prædii, quidni inde in casu augmenti ad servitutis amplificationem inferendum esset? quia commodum sequitur eum, ad quem vice versa pertinet incommodum. *arg. § cum autem. Inst. de emt. vendit. l. 57. ff. de contr. emt.*

l. 1. C.

l. 1. C. de per. & commod. rei vend. Carpz. *L. 1. Resp. 45.*

72 Si ligna non sufficiant Domino vel universitati, & simul ei, qui jus lignandi in aliena sylva ex præscriptione prætendit, tunc Dominus sylvæ vel universitatis, contra quam præscriptum fuit, merito præferri debet. Gabriel. *Lib. 5. Commun. opin. de præscript. Concl. 1. n. 10.* Chassan. *in Consuet. Burg. Rubr. 13. §. 2. n. 27.* qui ibidem ait, quod non valeat consuetudo in jure lignandi, per quam Dominus admisso extraneo excludatur. Surd. *Decis. 236. n. 20.* qui, etsi, inquit, consuetudine vel præscriptione homines unius castri vel villæ acquisierint jus pascendi vel incidendi ligna in alieno territorio vel prædio, tamen si Dominus territorii vel prædii indigeat pascuis vel lignis, vel ea non sufficiant pro usu Domini, cessabit eo casu præscriptio, & ea non obstante denegabitur jus pascendi vel incidendi ligna. *C. Suggestum de Decim.* Supervenit enim ratio contrarii usus. In hanc sententiam etiam respondit Flamin. de Rubeis. *Cons. 19. n. 121. & seq. n. 140. Vol. 1.* Arevedo *in Hispan. Constit. lib. 3. tit. 7. leg. 5. n. 6.* Fritsch. *de jure lignand. membr. 3. n. 6. & 7.*

73 Quæritur autem: Si quis jus lignandi ad comburendum in aliena sylva obtineat. *die Gerechtigkeit mit Brenn-Holtze sich zu versehen*, an arbores sanas & ad ædificationem aptas, *die gesunde Bau-Stämme*, cædere possit? Quod recte negat Oettinger *de jure limitum c. 10. n. 34. per l. fructus 2. §. 12. solut. matrim. l. 55. §. 4. ff. de leg. III.* Saltim igitur aridas arbores, emortuos truncos, ramos vi ventorum dejectos, *abgestandene Storren, VVind-Brüche, dürre Aeste* cædere potest. Idem Oettinger. *in Not. lit. d.* notandum monet præjudicium Parlamenti Burdegallensis de Anno 1535. quod usus sive fructus sylvæ cæduæ singulariter regulari debeat juxta mores boni patrisfamilias, ut saltem arida & ligna emortua ad comburendum colligantur; arboribus vero sanis, grandioribus, frugiferis, vel ad ædificandum aptioribus parcatur: & si quidem hisce uti ad trabes, ædificia, in vineam &c. necessitas postulet, ut parcissime ad usum necessarium solummodo cædantur, nequaquam vero ad vendendum. Pap. Arest. *Lib. 14. tit. Usage de bois n. 5.* Masver. *in Pract. Forens. tit. 13. de usufr. n. 1.*

Si sylva fuerit communis, jus cædendi 74 ligna secundum capita & personas civium vel rusticorum, non vero secundum quantitatem prædiorum, *nach den Güthern* competit. v. g. Si salices communes, *der Gemeinde VVeiden* cæduntur, & ligna secundum numerum incolarum distribuuntur. Berlich. *P. 2. Concl. 29. n. 20.*

In sylvas quoque debitoris, ut in alias 75 prædiorum pertinentias, posse fieri immissionem & executionem, dubium non est, dummodo devastatio earum non fiat, *daß die Gehöltze dadurch nicht verwüstet werden*, *Churfürstl. Gerichts-Ordnung Cap. Von der Execut. und Hülffe 39. vers. und soll in den Hülffen sonderlich dahin gesehen.* Mevius *Part. 6. Dec. 258.* Publice enim interest sylvas non vastari, ut scilicet materia ad ædificationem suppetat, ideoque ob periculum, quod in mora versatur, & damnum irrecuperabile contra succidentem & devastantem sylvas etiam mandata inhibitoria sine clausula decerni possunt. Berlich. *P. 1. Concl. 81. n. 116.* Hinc sequitur, quod executio in sylvam non cæduam, puta glandariam vel lucum, fieri nequeat, *arg. l. 9. seq. ff. de usufruct.* nec sylva immature & intempestivo tempore cædi possit, cum arbores hoc tempore cæsæ aut facile demoriantur, aut non facile renascantur, Gœd. *ad l. 30. ff. de V. S.* & annosæ & sublimes arbores magno numero una vice succisæ non possint hominis ætate pristinæ altitudini & utilitati restitui. Gail. *lib. 2. Obs. 67. n. 7.*

Quando cum pacto de retrovendendo 76 venditum sit prædium, ad quod inter alia etiam pertineat sylva cædua, quæ ex more regionis non nisi decimo quoquo anno cæditur, & is annus, quo fit revenditio, qui forte est primus vel secundus a venditione, est postremus a postrema excisione hujus sylvæ, & ideo hoc anno excidi debet sylva, hoc sane casu fructus sylvæ cæduæ non dividuntur pro rata decem annorum tantum, sed universum tempus illorum annorum habeatur pro uno anno, ita ut fructus pro rata hujus anni inter emtorem & venditorem sint divendendi. *per l. 7. §. 6. 7. ff. solut. matrim.* Hartm. Pistor. *P. 1. quæst. 24. n. 71.* Berl. *P. 2. Const. 2. n. 72.*

Sylva cædua inter immobilia merito 77 reputatur, propterea quod solo cohæreat, & pars fundi dicatur, quicquid tamen ibi cæsum & a solo separatum est, pro re mobili

mobili habetur. Ideoque defuncta uxore marito tanquam hæredi mobiliari defertur. Carpzov. *P. 3. Const. 24. Def. 2.*

78 Contra delinquentes in sylvas variæ actiones dantur, & quidem, atque potissimum actio arborum furtim cæsarum, quæ est legitima, mixta in eum, qui arbores alienas clam & invito domino cædit, eum in finem prodita, ut damnum duplo sarciatur *l. 1. l. 3. ff. arbor. furt. cæsar.* Tabor. Racem. *ad hunc Tit. n. 33.* Quæ datur Domino, sive directo sive utili *l. 5. §. ult. eod.* qui cæsionis tempore fuit Dominus *l. fin. eod.* quia hæc actio non ratione rei competit, sed ex delicto, qua cædens obligatur personæ ei, cui damnum intulit. *d. l. fin. l. 56. de Oblig. & act.* Usufructuario utilis tantum competit *d. l. 5. §. 2. arg. l. 22. de Aqua & Aqua pluv.* junct. *l. 5. §. 3. ff. Arbor. furt. cæs.* Molina *tr. 2. de delict. disp. 699. n. 12.* contra cædentem *l. 7. §. 4. Arb. furt. cæs.* etiam colonum *l. 9. eod.* Tabor. *cit. l. n. 37.* Non autem (1) adversus hæredes *l. 7. §. 6. ff. eod.* nec (2) adversus servum, qui sua voluntate a Domino neutiquam jussus arbores furtim cæciderit, *l. 7. §. 5. ff. eod.* neque (3) adversus Dominum, qui non jussit, *d. l. 7. §. 5.* nec (4) adversus eum, qui radicitus evulsit vel exstirpavit, *d. l. 7. §. 2. eod.* Duplum autem, ad quod competit hæc actio, non est mera pœna. *l. 9. l. 6. §. fin. eod.* Tabor. *cit. l. n. 43.*

Datur & concurrit cum præcedenti contra cædentem Actio Legis Aquiliæ *l. 11. ff. Arbor. furt. cæs.* quando scil. arbores cæsæ sunt; Non autem concurrit, sed sola competit, quando arbores radicitus evulsæ sunt: Evellens enim nec cæcidisse, nec succidisse, nec subsecuisse proprie dici potest. *l. 7. §. 2. eod.* Vocabulum autem ruperit, quod *in l. 27. §. 5. ad Leg. Aquil.* reperitur, tam late patet, ut quamcunque corruptionem notet. Tabor. *cit. l. n. 21.* Ubi autem quis non solum evulserit vel cæciderit arborem, damni inferendi causa, sed lucri quoque faciendi proposito eam contrectaverit, furti actio contra delinquentem competit, *l. 8. §. 2. ff. arborum furtim cæsar.* ut & Furtiva condictio *arg. l. 5. & 7. pr. & §. 1. ff de condict. furt.* Quæ sane differunt ab actione arborum furtim cæsarum; furtim namque cæsæ arbores videntur, quæ ignorante Domino cælandique ejus causa cæduntur. Nec esse hanc furti actionem scribit Pedius, cum & sine furto fieri possit, ut quis arbores furtim cædat, prout dicitur *in l. 7. ff. eod.* Notandum tamen hic est, quod si fur decerpserit vel desecuerit fructus arborum maturos pendentes, condictio furtiva, quæ soli Domino competit *l. 1. ff. de Condict. furt.* proprietario, furti vero actio fructuario detur, cujus interfuit, fructus non fuisse ablatos. *l. arboribus. 12. §. 5. ff. de Usufructu.*

Datur quoque Actio vi bonorum raptorum, cum arbores per vim sciente Domino cæsæ fuerint, *d. l. 8. §. ult. Arb. furt. cæs.* Præterea actio ex LL. XII. Tabb. in delinquentes in arbores prodita fuit, ut quis in singulas arbores cæsas æris 25. asses luat. Jacob. Menoch. *de Arbitrar. jud. Quæst. l. 2. c. 6. c. 579. n. 2.* Berl. *p 5. Concl. 52. n. 2.* Quarum actionum memoratarum una absumit alteram, ita tamen, ut una finita ad residuum, quod in priore non continebatur, consequendum reliquis pinguioribus experiri liceat. *l. 1. l. 11. ff. Arbor. furt. cæs.* Cujac. *l. 8. obs. 24.*

Cæterum illi, qui arbores, & maxime vites cæciderunt, etiam tanquam latrones puniuntur. *l. 2. ff. Arbor. furt. cæs.* adeoque & inquisitio & accusatio criminalis contra eos, qui hac ratione delinquunt, locum habet. Neque id nimis durum puto, (1) enim particula Tanquam hoc loco improprietatem sive dissimilitudinem notat, non exæquationem. Severius enim omnino puniuntur latrones proprie sic dicti, qui viarum obsessores sunt. *l. 118. de V. S. l. 9. ex quibus caus. maj. l. 28. §. 25. ff. de pœnis.* (2) Notandum, Latrones quandoque laxius vocari eos, qui prædas undequaque aucupantur, ut *in l. 3. §. 7. ff. de sepulch. viol. l. 21. ff. solut. matrim. l. 9. §. 4. Locati.* (3) Advertendum, quod pœna capitis hic non exprimatur, sed arbitrio judicis relicta videatur. *arg. l. 1. de jure delib.* Tabor. Racem. *ad Tit. Arbor. furt. cæs. n. 49.* qui fustigationis pœnam plerumque hic locum habere ex Carpzov. & Argentræo asserit. Quamvis me non fugiat, nocturnos agrorum populatores latronum jure censeri, & ubi apprehensi fuerint, digno illico supplicio a privato quoque subjugari posse, *in l. C. Quando liceat unicuique sine judice se vindicare.* Dn. Wildvogel. *Dissert. de eo quod justum est circa arbor. c. 5.* Notandum & hic venit, circa delictum arborum furtim cæsarum Carolina Constitutione *Art. 168.* hic novi nihil constitutum esse.

Lauterb.

Lauterb. *Comp. jur. ad Tit. ff. arbor. furt. cæs. in fin.*

79 De jure Saxonico Electorali præprimis, quicunque nocendi, non lucrandi animo ac petulanter arbores cædunt, aliove modo inutiles reddunt, præter æstimationem arborum mulctam 30. solidorum, i. e. 40. grossos Misenenses solvere debent, vel pro ratione circumstantiarum severiorem pœnam arbitrariam, puta carcerem, relegationem, imo pro modo delicti, fustigationem sustinere coguntur. *Land-Recht. l. 2. Art. 28. Constit. Elector. 37. P. 4.* Carpzov. *ad dict. constit. Def. 1.* & ita Scab. Lips. Anno 1603. *Seynd der Gemeinde zu Meyschen 20. Satz-VVeiden abgehauen, und in gehaltener Haus-Suchung bey J. F. 16. VVeiden, so dieses Jahr gesetzt und vier dreyjährig sind, befunden worden &c. So ist gedachter J. F. seines gethanen Vorwendens ungeachtet, vorbemeldter Gemeinde den Werth der abgehauenen Weiden auf Richterliche Ermäßigung zu bezahlen, und hierüber iede Weide mit 30. Schilling Pfennigen, das seynd 2. alte Schock, zu verbüssen schuldig; V. R. W.* Severiori etiam pœna arbitraria delinquens plectendus est, si arbores fructiferæ, ut quercus, fagus, ficus, pomus, pyrus, castanea, vitis, *tragende oder fruchtbare Bäume* fuerint incisæ, ac ingens damnum datum fuerit; aut etiam reus mulctam triginta solidorum, & damni dati æstimationem ex inopia solvere nequiverit, permissum erit Judici pœnam graviorem, puta carceris, relegationis vel etiam fustigationis decernere. *d. Const. 37. in pr. vers. oder da sie,* junct. *§. seq.* Ut sic arbitrio Judicis hac in re nihil derogatum existimem. Ita Scabini Lips. contra H. W. *zu Gnandstein,* Mens. Jul. 1609. *verba sent. da H. W. geständig oder überwiesen, daß er Bernhard Heldorffen bey nächtlicher VVeile aus lauter Muthwillen 95. Satz-oder Kopff-VVeiden zu Grunde abgehauen: So wäre er dieselbe, vermöge Sächsischer Rechte und der Churfürstl. Sächsischen* Constitution, *gedachtem Heldorffen ihrem VVerth nach zu bezahlen, und darzu iede mit 30. Schilling Pfennige, das sind 2. alte Schock, zu verbüssen schuldig, oder da er solchen Schaden nicht zu erstatten vermöchte, würde ergestalten Sachen nach, des Landes ewig billig verwiesen; V. R. W.*

Qui vero lucrifaciendi causa arbores inscio fundi Domino cæsas furantur, pœna furti subjacent, *d. Const. 37. §. und diejenigen.* Carpzov. *ad. dict. Constit. Def. 3.*

Ut nimiæ consumtioni lignorum obviaretur, artem nonnulli conati sunt excogitare, quam vocarunt *Holtz Sparer-Kunst.* 80
Circa annum enim 1557. in comitiis Ratisbonensibus apud Regiam Majestatem & ordines Imperii Fridericus Frömer, Argentoratensis, Udalrici Kundtmann, & Conradi Zwickmann liberi ac hæredes, propter artem *der Holtz-Sparer-Kunst* a se noviter inventam pro privilegio supplicaverunt, idque impetrarunt. Wehnerus *ad verba Holtz-Spaar-Kunst, Holtz, Holtzung,* ubi quoque circa finem ibidem testatur, se vidisse & aliud privilegium Cæsareum cum concessione armorum sive insigniorum Jeremiæ Neüner inventori *der Holtz-Spaar-Kunst* Augustano concessum. Sed ars ista videtur merum quid esse speculativum, & nihil in praxi seu de pane lucrando. Kraysser. *ad Art. 39. jur. Forest. Romano-Bavar.*

CAPUT XII.

DE VENATIONE.

SUMMARIA.

1. *Venatio juris Foresti pars.*
2. *Ultra sylvas se extendit.*
3. *Venatio jure Gentium olim omnibus permissa.*
4. *Quam postea Principes certis ex caussis sibi vindicarunt.*
5. *Causæ prohibitæ Venationis.*
6. *Venatio hodie Principibus ab Imperatore in feudum conceditur.*
7. *Jus venandi regalibus annumeratur.*
8. *Venatio Triplex.*
9. *Oppressiva quæ?*
10. *Arenaria quæ?*
11. *Saltuosa venatio quæ?*
12. *Quæ feræ spectent ad venationem superiorem?*
13. *Quæ ad inferiorem?*
14. *Quæ ad mediam?*

15. *Si uni inferior alteri superior venatio competat, quilibet intra præscriptos terminos se continere debet.*
16. *Nisi alicui competat bannus superior vi jurisdictionis Forestalis.*
17. *Jus venandi generaliter concessum comprehendit majus & minus.*
18. *Venatio ad ursos & apros olim concessa, hodie prohibita.*
19. *Venatorum genera olim quot fuerint?*
20. *Venatorum mentio in jure.*
21. *Protocynegi officium.*
22. *Carolimanni Regis Venatores.*
23. *Ministri artis venatoriæ nostri temporis.*
24. *Instrumenta Venatoria quæ?*
25. *Venatio contra leges venatorias non debet institui.*
26. *Quod nec jure Civili erat permissum.*
27. *Venatio quæ fit cum instrumento zonæ prohibita.*
28. *Potest & prohiberi venatio cum sclopeto,*
29. *Foveæ non nisi pro feris noxiis sunt faciendæ.*
30. *Si in eas aliud pecus inciderit, quid juris?*
31. *Retia non debent esse nimis arcta.*
32. *Prohibita est venatio quæ fit noctu & in magna nive, item funiculis & decipulis.*
33. *Concessa simpliciter venatione non censetur concessa illa, quæ fit sclopetis.*
34. *Potest quis habere jus venandi sclopetis vel canibus, non tamen pandendi zonas.*
35. *Prohibitum commodatis canibus & retibus venari.*
36. *Prohibitum* Hecken, Geheg, Gruben, und Sultzen zuzurichten.
37. *Præparatoria ad venandum,* das Vorrichten, *non debent noctu fieri.*
38. *Prohibita venatio cum escis venenatis & sclopetis, quibus feræ se ipsas interficiunt.*
39. *Item quæ fit canibus currentibus, Chiens courrans.*
40. *Scriptores rei venatoriæ.*
41. *Venatoris officium secundum Augustinum.*
42. *Venatio debet fieri certis temporibus.*
43. *Venatio est prohibita eo tempore, quando animalia pariunt & fœtum nutriunt.*
44. *In Electoratu & Ducatibus Saxoniæ Venatio a tempore Quadragesimali usque ad Festum Bartholomæi vetita est.*
45. *Tempus venandi in Ducatu Megapolitano.*
46. *Cujuslibet fere venationis tempus in Bavaria.*
47. *Ad Conservationem ferarum conducit etiam, ne tenelli cervi, apri, lepores apprehendantur.*
48. *Quibus & canes valde nocent.*
49. *Clericis venatio certo modo est prohibita.*
50. *Item & Rusticis.*
51. *Fera ab uno vulnerata, ab alio capta cujus efficiatur.*
52. *Usus hodiernus circa feram vulneratam.*
53. *Feram in sua sylva inventam non licet in alieno prosequi.*
54. Freye Bürsche *quid sint?*
55. *An agros contra feras sepimento munire liceat?*
56. *Venatio non debet institui eo tempore, quo frugibus potest damnum inferri.*
57. Bestand und Gnaden-Jagde *quæ?*
58. *Venationes precariæ in alterum transferri non possunt.*
59. *Possunt libere revocari.*
60. *Venatio & Aucupium non ad proprietarium, sed usufructuarium spectat.*
61. *Non tamen potest usufructuarius servitutem juris venandi fundo imponere.*
62. *Quod nec Vasallo sine consensu Domini conceditur.*
63. *Prohibitum in fundo alieno venari.*
64. *Convenationes tamen permissæ.*
65. *Convenatio quid sit?*
66. *Asserens, sibi convenationem in alieno competere, id probare debet.*
67. *Convenatio an altero inscio vel invito exerceri possit?*
68. *Convenatio quomodo dividenda?*
69. *An quis mutuæ venationi renunciare possit?*
70. *An Princeps in subditorum suorum agris convenandi jus habeat?*
71. *An subditi ad operas in venatione præstandas possint cogi?*
72. *Animalia noxia omni tempore capere permissum.*
73. *Modo fiat cum consensu eorum ad quos venatio spectat.*
74. *Quid hac de re in Bavaria obtineat?*
75. *Si Princeps persecutionem luporum instituerit, an subditi Nobilium etiam inservire debeant?*
76. *Si quis capiat lupam prægnantem, an debeat habere unum vel plura præmia?*

77. *Surri-*

77. *Surripiens de ore lupi ovem, an illam Domino restituere teneatur?*
78. *Non tantum bestiam nocivam, sed etiam aliam feram vim intentantem occidere licet.*
79. *Is qui habet jus venandi in aliena sylva, jus quoque habet cingendi sylvam in capturam ferarum.*
80. *Modo id faciat suis lignis.*
81. *Frondium tamen incisio,* das Zweig-Recht, *illi permissa est.*
82. *Vivaria a sylvis circumseptis differunt.*
83. *Vivaria quis primus instituerit?*
84. *Jus venandi immobilibus accensetur.*
85. *Illudque tanquam territorio cohærens præscribi potest.*
86. *In foro Saxonico non nisi tempore immemoriali præscribitur.*
87. *Venationi operam non debent dare homines otiosi, quibus nullum jus venandi competit. Germ.* Raub-Schützen.
88. *Quod ordinationibus multorum locorum confirmatur.*
89. *In Electoratu Saxoniæ fures ferarum laqueo puniuntur.*
90. *Præmium venatorium,* das Jäger-Recht, *quomodo solvatur?*
91. *Turbare venationem quid sit?*
92. *Pœna venatoria*, das Jäger-Messer, *quibus imponatur?*
93. *Formulæ loquendi Venatoribus usitatæ.*

1 Venatio cum, uti capite præcedenti dictum, juris Foresti præcipua pars
2 sit, atque sese ultra sylvarum terminos etiam per agros extendat, merito peculiarem locum in hoc Tractatu sibi postulat.

3 Est vero venatio jure Gentium omnibus permissa §. *12. Inst. de R. D.* Cum enim feræ in nullius sint dominio, potestas occupandi ad omnes de populo pertinet.

4 Quod tamen postea a Superioribus ob rationes civiles mutato Reipublicæ statu mutatum, & venatio certis ex causis interdicta subditis, ac illis, qui populo ac territorio præsunt, propria reddita, adeoque penes eos est, quibus istam concedere velint. Struv. *Exerc. 41. θ. 10.* Princeps namque vi superioritatis territorialis res subditorum proprias certis ex causis auferre, & id, quod juris naturæ aut Gentium est, propter singularem aliquam circumstantiam restringere & circumscribere potest. Dn. Ziegler. *de jur. Majest. L. 2. c. 14. n. 21.*

5 Qui etiam *n. 23.* causas refert, ne subditi sub specie venationis, quæ sine armis fieri non potest, res novas moliri, & agmine facto quietem & pacem turbare publicam annitantur, tum ne agriculturam & alia honesta vitæ genera deserant, & tandem ne omne ferarum genus per iteratas & promiscue omnibus permissas Venationes funditus exstinguatur, cum & hæc prohibitio ad recreationem, dum pro Republica perpetuis curis fatigantur, & meliorem sustentationem Principum multum conferat.

6 Posset etiam dici Francos cum Alemannis, & alios populos Septentrionales, qui alias provincias occuparunt, jus venandi jure belli sibi retinuisse, & deinceps sub titulo feudali id territoriis aliis concessisse. Quemadmodum adhuc hodie Principes Imperii a Sacra Cæsarea Majestate, quæ in jus Regum Francorum successit, cum jure Foresti omnimodaque venatione, *mit aller Förstlichen Obrigkeit, Wild-Bahnen, Jagen und Jagens Gerechtigkeiten &c.* per totum Ducatum, adeoque etiam per alienos agros investiri solent. Biedenbach. *Quæst. Nob. 16. n. 14.* Et hoc confirmatur in mandato Electoris Saxoniæ Augusti B. M. *sub dat. Dresd. 10. Octobr. A. 1584.* adversus temeratores venationum promulgato. Ibi: *Zu mercklicher Verwüstung Unserer Wild-Fuhren, damit Unsere löbliche Vorfahren und Wir von Römischen Kaysern und Königen stattlich belehnet, die auch Sie und Wir mit höchstem Fleiß und grossen Unkosten vor Unser des Landes-Fürsten eigen Guth geheget. &c.*

Hinc etiam jus Foresti & venandi inter Regalia refertur, Struv. *Syntagm. jur. Feud. c. 6. aph. 28.* uti videre licet ex literis Investituræ Imperatoris Friderici I. Gvidoni Gverræ Comiti in Etruria concessæ, ubi venationes expresse inter Regalia nominantur. Bannum placitum, districtum, teloneum, pedagium, ripaticum, mercatus, molendina, aquas, aquarumque decursus, piscationes, venationes, paludes, argentifodinas, ferrifodinas & quicquid e terra ejus erui posset, Alpes, Montes, Valles & omnia quæ ad se atque ad imperium pertinerent. Carol. Sigon. *Lib. 13. de Regn. Ital.* 7

Venationem Triplicem statuunt, Oppressivam, Arenariam & Saltuosam, Glossa *c. 8. Dist. 86.* & Canonistæ ibidem. 8

Oppressivam venationem vocant, quando opprimuntur homines, qualiter Nimrod dictus 9

dictus fuit robustus Venator coram Domino, i. e. Hominum oppressor & exactor, uti explicat Gratianus *in fin. dist. 6.*

10 Arenaria est, quando quis pugnat cum bestia in arena, & ipsi quoque venatores arenarii *l. 21. §. 2. ff. de Testib.* vel damnati erant per sententiam ad istud spectaculi genus, qui & dati ad bestias dicebantur *l. 8. ff. ad L. Corneliam de falsf.* vel ad id venditi, *l. 42. ff. de Contrah. emt.* vel mercede ad id conducti, quorum mentio fit in *l. 1. §. 6. ff. de postuland.* vel denique id faciebant ex singulari affectatione fortitudinis sive virtutis ostentandæ gratia, sive ob inanem gloriam & populi applausum *d. l. 1. §. 6. ff. de postulat.* Quia vero tale spectaculum horrendum erat visu, omnique crudelitate atque feritate plenum, Christiani a tali venatione, utpote ab Ecclesia improbata, merito abstinebant. Tertullian. *de spectac.* Dn. Ziegl. *de jur. Maj. l. 2. c. 14. n. 8.*

11 Ab Ecclesia probata Venatio Saltuosa est, quæ in eum finem instituitur, ut feræ capiantur & occidantur, fitque vel canibus *c. 1. X. de Cleric. Venat.* vel absque canibus, fossis, retibus, decipulis, funiculis.

12 Dividitur hodie Venatio in superiorem & inferiorem, *in Hohe- und Nieder- Jagd;* Superiorem venationem habenti competit jus capiendi feras majores, *das hohe Wildpret,* ut cervos, apros, ursus, capreas, trappos, urogallos, cygnos &c.

13 Ad inferiorem vero Venationem spectant feræ minores, *das Nieder- Wildpret,* ut lepores, vulpes, taxi, feles sylvestres, perdices, anates & columbæ feræ, turdi, alaudæ &c. Dn. a Seckendorff. *im Teutschen Fürsten - Staat P. 3. c. 3. n. 5.*

14 Additur in nonnullis locis Venatio Media, *die Mittel- Jagd,* jus scil. venandi feras medii generis, veluti capreas & capreolos, ut & apros minores. Quænam vero Venatio alicui competat, ex literis investiturarum, vel etiam ex usu & exercitio percipiendi cognoscitur; in venationum enim materiis semper mos regionis attendendus. Zahn. *de jur. Municip. c. 75. n. 16.* Struv. *in Jurispr. Rom. Germ. Lib. 2. Tit. 1. n. 23.*

15 Sæpe etiam accidit, ut in una eademque sylva ac eodem saltu, diversis tamen respectibus, competat uni jus venandi superius, *die Hohe - Jagd,* vel capiendi feras majores, *Roth- und Schwartz - Wildpret;* alteri vero inferius, vel jus capiendi feras minores, ut *Haasen, Füchse, Dachse, Rebhüner,* & quilibet intra præscriptos juris venandi terminos se continere debet. Gail. *de Pignorat. Obs. 24. n. 7.*

Nisi alicui competat Bannus Superior, 16 *die Ober- Jagd,* vel *Hohe Wild- Bahn,* vi jurisdictionis Forestalis *der Förstlichen Obrigkeit,* is enim etiam haberet jus capiendi feras minores: Non item si præscripserit, vel alio jure particulari habuerit, *das Hohe Wildpret zu jagen.* Besold. *verb. Jagen.*

Quod si vero jus venandi generalibus 17 verbis, *alles Weid- Werck, wie das mag Namen haben,* concessum fuerit, hoc in casu majus & minus jus venandi simul absque distinctione indifferenter comprehenditur. Ferd. Weitzenegger. *de Venat. cap. 4. n. 29.* Ita si quis in venatione inferiori capreas, cervos vel apros capiat, eos Domino, qui jus venandi superius habet, restituere debet, cum modus in venatione stricte sit observandus, ut modus servitutis cujusque; ideoque qui habet jus venandi inferius, non potest capere cervos vel apros. *arg. l. 4. ff. de Servit. l. 13. ff. de Serv. Rustic præd.*

Licet etiam Venatio, quæ fit ad ursos, 18 apros & lupos, olim permissa fuerit cuivis per text. *in c. 1. § 5. de pace tenenda II. Feud. 27.* Attamen hodie Principes venationem aprorum sibi vendicarunt, quod etiam nonnunquam cum ursis propter eorum raritatem ita observatur. In nonnullis etiam locis subditis venatio aprorum & ursorum hac conditione permittitur, ut captos & occisos Dominis statim tradant seu transmittant. Mohr. *de jur. Venat. P. 1. c. 2. n. 70.*

Venatorum olim erant quatuor genera, 19 Investigatores, Indicativi, Insidiatores & Alati. Sciopp. *in lib. 4. Æn. Virg.*

In jure nostro pauculos admodum offen- 20 dimus in arte Venatoria ministros. In *l. 99. § 1. de Leg. III.* mentio fit servorum, quos Romani in Venationes aluere. Quales autem & cui operæ addicti fuerint, non est expeditum. Et *l. 12. & §. 12 ff. de Instruct. vel Instrum. Leg.* de Vestigatoribus loquitur, qui a ferarum vestigiis, quæ indagarunt, dicti sunt.

Inter Officiales Palatii Constantinopo- 21 litani Codinus Curopalata, *de Offic. Constantinop. cap. 2.* loco quadragesimo ponit Protocynegum. Et *c. 5. n. 62.* ejus officium atque jura his describit verbis: Primus venatorum hoc muneris habet; Imperatore equum adscendente nullus alius, sed ipse solus, si præsens sit, stapedem tenet. Præest Venatoribus, quos canum Mangones vocitant. Si contingat aliquod ex vestimentis

Impera-

Imperatoris sanguine adspergi in venatione, accipit illud ex munere Protocynegus.

22 Sic & Hincmarus, Remensis Archiepiscopus inter præcipuos Officiales, per quos palatium Carolimanni Regis dispositum fuit *cap. 16.* refert venatores Principales quatuor & Falconarium unum.

23 Hodie ministri artis Venatoriæ sunt vel summi, vel medioximi, vel imi. Summus turmæ Venatoriæ Præfectus Gallis dicitur *le grand Veneur*, cui respondet qui Germanis audit *der Land-Jäger-Meister*, eundem sequitur, quem idiomate patrio vocamus *Ober-Forst-Meister*. Medioximi sunt *der Jäger-Meister, Forst- oder Wild-Meister, Ober-Förster, Forst- und Jagd-Schreiber*. Imi: *der Förster, der Hege-Reuter, Feder-Wild-Schütze, Enten-Fänger, Wind-Hetzer, Forst-Knecht, Jäger-Knecht* & ejusce generis plures. Wehner. *in Obs. Pract. voce Forst-Recht*. Dn. a Seckend. *im Teutschen Fürsten-Staat. P. 3. c. 3. leg. 5. §. 9.* Cui adjunge *Tract. sub tit. der edle Weidemann.*

24 Instrumenta vero, quibus venatores utuntur, ea longe alia olim erant, atque hodie. Ex armario veterum nulla adfero, nisi lineam istam versicolorem, cujus meminit Dempsterus *ad Rosin. de A. R. l. 2. c. 7.* Cælius item Rhodiginus *l. 16. antiqu. lect. c. 11.* qua, ex diversis avium plumis contexta, feræ sylvis concludebantur & terrebantur. Nostro tempore animata sunt, & inanimata. Eo spectant homines sive rustici sive alii, & animalia irrationalia, equi, canes. Huc venabula, retia, laquei, sclopeta, foveæ. Item *Lappen, Sau-Säcke, Wolffs-Angel, Fuchs-Eisen, &c.*

25 Venatio vero contra Leges & Ordinationes Venatorio-forestales, quibus certus modus venandi præscribitur, non debet institui. Germ. dicitur: *Unweidemannisch Jagen.*

26 Quod nec jure Civili erat permissum. *§. 5. de pac. tenend. II. Feud. 27. l. 28. pr. ad L. Aquil. L. un. C. de venat. ferar. & ibid. Author.* ut si fiat cum quibusdam retibus vel aliis instrumentis aptis ad ferarum depopulationem vel hominum periculum; Feræ enim, volucres & pisces non solum sunt pro ornamento universi, sed etiam pro utilitate hominum. Seb. Medices *de Venat. P. 1. qu. 10.*

27 Unde recte, ait, Princeps prohibet venationem quæ fit cum instrumento zonæ, quia eo plures capiuntur & extinguuntur feræ, atque inde sequitur animalium sylvestrium & ferarum innumera extinctio, quæ Reipublicæ incommoda est.

Similiter ne quis cum Sclopeto aucupetur, cum propter tonitrua archibusiorum fugentur & terreantur aves & feræ. 28

Foveas non nisi pro lupis, ursis & feris noxiis capiendis fieri debere constat ex allegato *§. 5. de pace tenend. II. Feud. 27.* 29

Si autem in eas aliud pecus inciderit, venator non tenetur ad refusionem damni, si scil. fovea facta fuerit in loco, ubi fieri solet. *l. 28. ff. ad L. Aquil.* Plagæ & retia debent esse justæ magnitudinis, non nimium arcta, sed ordinata & tolerabilia, *Sollen die Zeug und Netze nicht zu eng, sondern nach dem verordneten Spiegel-Maass seyn.* 30 31

In nonnullis locis prohibita est venatio leporum, quæ fit noctu, *Nacht-Lauschen*, item quæ fit in magna nive funiculis vel decipulis, *mit Schleiffen oder Fallen. Bayerische Jagd-Ordnung. c. 13.* 32

Ad modum etiam venandi pertinet, si concessa sit simpliciter & absolute venatio majorum, quantumvis & nobilium ferarum, haud tamen exercitium, quod fit sclopetis & bombardis, *mit Pürschen und Schiessen*, sed tantum per canes & retia concessum videatur, quia ejusmodi concessiones strictissime accipi debent, ut quantum unquam fieri potest minus de jure Regalium Principi decedat, & sonitu bombardarum feræ in fugam convertantur. Carpzov. *Decis. 287.* Harpr. *ad §. feræ best. Inst. de Rer. Divis.* 33

Pariter potest aliquis habere jus venandi sclopetis vel canibus, non tamen jus pandendi zonas, *Es kan einer Macht haben zu pürschen und hetzen, aber keine Tücher und Garn aufzuziehen.* Maurit. *Consil. 1. n. 11.* 34

Ad prohibitos modos venandi etiam referri potest, quando quis commodatis retibus & canibus venatur, *mit erborgeten Netzen und Hunden jaget. Churfürstlich Sächsisches Jagd-Patent de dato 24. Maji 1692.* verb. *Also befehlen Wir allen Unsern Lehn- und Amt-Leuten auch sämtlichen Unterthanen insgemein, dass bey Vermeidung Unserer Ungnade und willkührlicher Strafe niemand sich gelüsten lasse, diesem über oberzehlte Unordnungen abgefassten Patent, und Unserem darin vorgestellten Landesfürstlichen Willen auf eine Weise zuwider handeln,* 35

deln, zum Verborgen der Netze und Hunde sich bequemen &c. Quod etiam de jure Venatorio Bavarico obtinere, ac nemini, nisi canes ipse domi suæ habeat, per canes venari licere testatur Krayßer. *de Jur. venand. C. 10. & 9.*

36 Contra Leges venatorias etiam peccatur, vel *Unweidmannisch Jagen geschieht durch Hecken, Geheg, Gruben und Sultzen zu richten*, quia & hoc vergit ad ferarum depopulationem, vel periculum; non enim quomodo & quando quis venari velit, cujuslibet libidini permittitur, sed leges venatoriæ diligenter observari debent, cum ex libidine & immoderato affectu facile omnia humana opera reddantur illicita. Mohr. *de Venat. P. 2. c. 10. n. 8.* & Dd. *in c. 1. de Cler. venat.*

Nisi quis antiquitus præscripserit, *Hecken, Geheg und Sultzen zu richten.* Nam quia jus venandi inter servitutes, & quidem discontinuas refertur, illud præscriptione immemorialis tamen temporis alias acquiri potest. Dd. *ad l. 14. ff. de Servit.* Cæpoll. *de Servitut. urb. præd. c. 14. n. 4.* Meichsn. *Dec. 32. n. 11.* Krayßer. *d. tr. c. 2. n. 1. seqq.*

37 Præparatoria etiam, *das Vorrichten*, ad venandum haud nocte, sed eodem die quo venatio instituta, fiant, & vicini inter se amice se gerere, nec in gratiam vel ad invidiam & æmulationem alterius, quando quis venationem suam modo instituisset, venationem quoque instituere debent. Exinde enim facile lites & rixæ cum Reipublicæ turbatione oriuntur. Krayßer. *de Venat. c. 2. n. 20.*

Et ideo etiam, quia publice interest, pacem & tranquillitatem inter subditos tueri, præter cæteras prohibendæ Venationis causas, etiam lites & rixæ, quæ inde, si jus venandi commune esset, orirentur, enumerantur, Georg. Mohr. *de Venat. p. 1. c. 2. n. 30.* Pruckm. *eod. c. 4. n. 25.* Etenim ut reliquarum rerum communio parit discordiam *l. cum pater. §. dulcissimis fratrib. ff. de Legat. 2.* Gloss. *in c. 1. dist. 71.* ita res procul dubio multis litibus & certaminibus, atque etiam cædibus occasionem daret, si jus venandi commune foret. Mohr. *jam d. loco.*

38 Inter prohibitas venationes porro referuntur, quando feræ escis venenatis vel sclopetis, quibus feræ se ipsas interficiunt, *durch Selbschoß*, capiuntur, de quibus latius Baro de Hochberg *in Georg. Curios. L. 12. c. 36.* Ubi inter alia *Unweidmannisch Jagen sey bey nächtlicher VVeile die Haasen mit dem Abschrecken, Lauschen, VVohlsassen, mit Hürt und Taucken, auch mit den Schnüren, Gehägeln, Drähten und Fallen auffahen, darunter gehöret auch, wenn man die Haasen im tieffen Schnee hetzet, die aus den Röhren, darinnen sie sich verkrochen, ausgräbet, Füchse und Dachse in ihren Geschleiffen verschläget und ausrauchet, sie zur unrechten Zeit, wenn sie tragend sind, abfanget, gar zuviel VVindspiel an einen Haasen oder Fuchs hetzet.* Item *es ist unrecht, wenn man dem VVildpret vergiftete Kugeln oder Querder leget, dadurch nicht allein dem VVildpret selbst, sondern auch denen, die davon essen, grosse Lebens-Gefahr zugezogen wird. Nicht weniger Gefahr hat es, die Geschoß also zu richten, daß sich ein VVild selbst, wenn es auf die Schnur bey dem Querder tritt, schiessen muß, weil auch ein Mensch dadurch aus Unvorsichtigkeit sein Leben verlieren kan; Ebener massen werden Stricke und Mäschen an die zur Erden mit Gewalt gebogene Baum-VVipffel also geleget, daß, wenn ein VVild hinkommt, die Mäschen das VVild ergreiffet, und von dem auffschnappenden VVipffel über sich gezogen und gleichsam gehencket wird, so gleichfalls vor unweidmännisch zu halten.*

Hisce prohibitis modis venandi accenseri etiam poterit venatio, quæ fit canibus currentibus, Ordinat. Venat. Invictissimi nostri Imperat. Leopoldi *de Anno 1675 Sind die Hetzen mit den* Chiens courrans, *weil hierdurch dem lieben Geträyde, als auch den VVein-Gärten grosser Schaden zugefüget wird, gäntzlich aufgehaben.* 39

Quibus modis vero & artibus venatio sit instituenda, traditur a Xenophonte, Belisario, Duce Nerotinorum, Jaques du Fovilloux Signeur du dit lieu, & novissime a Tentzero, qui omnes *de Arte venandi* scripserunt. 40

Augustinus *in c. 13. dist. 86.* seduli venatoris officium ita descripsit, qui mane surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, sylvas saltusque perlustrat. 41

Ordinationibus porro venandi Forestalibus cavetur, ut venatio certis temporibus fiat, ideoque prohibita venatio vel aucupium, quando animalia pariunt ova, ponunt, fœtum nutriunt. Seb. Medices. *de venat. P. I. quæst. 11.* Communiter vero hisce in regionibus venatio & aucupium a tempore quadragesimali usque ad Fest. Barthol. vetita est. Mandatum *des Büchsen-* 42 43 44

ſen-Tragens und Jagens Elect. Sax. Joh. Georg. *d. m. de Anno 1613. Abſonderlich ſoll in alle VVege mit Ubung bemeldten Weid-Wercks ehe nicht als auf Bartholomäi angefangen, und auf Faſt-Nacht wieder aufgehöret werden.* Item Ducis Erneſti Saxo-Gothani *Jagd- und VVeide-VVercks-Mandat de Anno 1642. Begehren derowegen, daß, ſoviel das Nieder-VVeide-VVerck betrifft, keiner daſſelbe weder in ſeinem Eigenthum, noch Koppel-Jagd, noch anderen Orten zwiſchen Faſt-Nacht und Bartholomäi ſolches zu treiben, Haaſen zu ſchieſſen oder zu hetzen, Hüner zu fangen oder zu ſchieſſen, ſich unterwinden, ſolches auch, wenn er es vor ſich nicht brauchen könte oder wolte, ohne ſonderliche deshalben erlangte Fürſtliche* Conceſſion *andern zu verpachten nicht Macht haben ſoll, diejenigen aber, ſo der hohen VVild-Bahn befugt, ſollen gewiſſe Zeit zum Jagen halten, als ſoviel das rothe VVildpret betrifft von* Trinitatis *bis* Andreæ, *und was die Rehe und Sauen anlanget, von* Trinitatis *bis Faſt-Nacht, welches denn nur von ihren eigenthümlichen Hölztzern und Gerichten zu verſtehen, denn denenjenigen, ſo der Sau-Jagd oder Hetze auf Unſern eigenthümlichen VVäldern befugt, ſolche nicht länger als von* Trinitatis *bis* Andræ *nachgelaſſen ſeyn ſoll.*

45 Item *Fürſtliche Mechlenburgiſche Landes-Ordnung de Anno 1562. Tit. 26. Von Jagen und Schieſſen: VVir wollen auch, daß alles VVild von Faſt-Nacht an bis auf Jacobi, von niemanden gejagt, gefangen oder geſchlagen werde. Deſſelben gleichen ſollen die Haaſen zwiſchen der Zeit, auch die wilden Endten, Gänſe, Kranich, Trappen, Rebhüner, und ander Feder-Wildpret nicht gefangen, geſchoſſen oder gepürſcht, oder ſonſten die Lege-Eyer oder Jungen dieſer und aller anderer Vögel ausgenommen werden. Gleichergeſtalt wollen Wir auch, daß die Haaſen in der Gruſſe nicht geſchoſſen werden, und ſoll hiermit das Kuren, Lappen und Lauſchen gantz und gar verbothen und aufgehoben ſeyn.*

46 Cujuslibet feræ venationis tempus ſecundum Conſtitutiones Venatorias Bavaricas eſt, capiturque Cervus, *der Hirſch*, a 1. Jul. ſtyl. nov. usque ad 8. Sept. Cerva *das Wild* a Feſto S. Michaëlis usque ad Feſtum Nativ. Chriſti; Apri vero, *das ſchwartze Wildpret*, a Feſto S. Galli usque ad Feſt. Nativ. Chriſti niſi quis pro neceſſitate familiæ indigeret, quo caſu Cervus, *ein Graß-Hirſch, Gäld-Wild, oder Kalb* permiſſus eſt. Capreas h. e. *die Rehe*, attamen ut fœminæ parcatur, a Feſto S. Joh. Bapt. usque ad Paſcha venari licet. Vulpes a Feſto Michaëlis usque ad Feſt. Purificat. Mariæ, Lepores cum plagis a die S. Jacobi usque ad diem S. Matthiæ. Taxones, *die Taxe* a die Laurentii usque ad Feſt. S. Thomæ; Martes *die Marder* a Feſto Michaël. usque ad 1. Martii. Caſtores *die Biber*, & Lutræ *und Fiſch-Otter* a Feſto S. Michaëlis usque ad Paſcha capiuntur. Partes extremæ vero Caſtoris, *Biber-Schwantz und Füſſe*, ad aulam pro certo præmio ſunt præſentandæ.

Ad conſervationem ferarum & jam 47 plurimum conducit, ut tenelli cervi, apri, lepores, *Hirſch-Kälber, Fröſchlinge, junge Haaſen*, ex venatione dimittantur, & præterea ruſticis & aliis ſub certa pœna ejusmodi animalcula apprehendere prohibitum ſit, quod & cavetur in Ordinatione Saxo-Gothana Ducis Wilhelmi *de Anno 1646. Es ſoll auch bey Vermeidung 50. Tthlr. Strafe, oder nach Gelegenheit auf Erkänntniß verboten ſeyn, einig jung Gethierig, an Wild und Rehe-Kälbern, Sauen, Haaſen und andern aufzuheben, noch auch jung Feder-VVildpret, Vogel oder Eyer auszunehmen.* Tenellis 48 quoque feris exitio eſſe ſolent canes, quando libere per Sylvas vagantur. Hinc in quibusdam locis conſtitutum, ut ruſticis ampliora prædia habentibus duos, qui anguſtiora unum tantum liceat canem alere, quos baculo certæ menſuræ ad collum appenſo vel in catena contineant. *Bäyeriſche Jagd-Ordnung. c. 18. Mandat.* Elector. Saxon. *von Büchſen-Tragen de Anno 1629. verb. Jnmaſſen VVir ein ſolches durchaus in Unſerm Churfürſtenthum und Landen zu halten hiermit anbefohlen, daß ſie keine Hunde mit ſich auf die Felder nehmen, ſondern denſelben Klöppel fünff Viertel-Ellen lang anhangen, und derer allein zu Bewahrung ihrer Heerden und Häuſer gebrauchen.* Quod *in mandato venatorio* Sereniſſimi noſtri Electoris *de Anno 1692.* repetitum & renovatum eſt, in verb. *Daß zuförderſt die Klöppelung der Hunde hinwiederum auf, und in gehörigen Gang gebracht, dieſe mit fünff Vierteln der Ellen langen und ein Viertel dicken Klöppeln Tags und Nachs behänget nur zur Bewehr und Bewahrung des Viehes und Wohnung gebrauchet, alſo innen behalten, und auſſerhalb der Dorff-Zäune nicht gelaſſen, am wenigſten ledig mit zu Felde genommen,*

men, die Fleischer und Schaaf-Rüden auch stets an Stricken oder Ketten geführet, ingleichen derer von Adel-Jagd-Hunde gekoppelt werden sollen; daß wegen des Ziegen-Halten, Büchsen-Tragens und Plätzens gethane Verboth wird wörtlich anhero wiederholet, daß nemlich niemand, wer der auch sey, mit Flinten, Pürsch und andern Röhren, oder mit ledig lauffenden starcken Hunden, welches letztere auch Unsern eigenen Forst-Bedienten hierdurch untersaget wird, in Unsern Gehöltzen, Wild-Bahn- und Gehegen sich antreffen und betreten lassen solle &c. Churfürstl. Brandenburgische Forst-Ordnung Tit. 15. Von Hunden. vide supra Lib. II. Cap. de Canibus.

49 Quamvis etiam Ecclesiasticis personis de jure venatio prohibita sit, per *cap. 1. X. de Cleric. venatore. ibi:* Episcopum, Presbyterum aut Diaconum canes aut accipitres aut hujusmodi, ad venandum habere non licet; *& ibi:* Omnibus servis Dei venationes & sylvaticas sagittationes cum canibus, aut accipitres aut falcones habere interdicimus: Attamen Canonistæ eis venationem aliquando permittunt, maxime necessitatis & recreationis causa, si in venationibus habeant reditus, & per alios venationem expediant, Mohr. *de venat. P. I. c. 1. n. 46.* Frid. Pruckmann. *de Venat. c. 4. n. 29.* Sylvest. *verb. Venatio,* ubi dicit, in Francia Prælatos in venationibus habere reditus. Imo in Germania notum est, Principes Ecclesiasticos, & eos Prælatos maxime, qui sunt Status Romani Imperii, & habent secularem jurisdictionem & jus venandi seu bannum sylvestre, vel jus Foresti, h. e. *weltliche Obrigkeit, Gejägt und VVild-Bahn,* nonnunquam intra proprios sui territorii saltus venari. Mohr. *d. l.* Cavendum est autem personis Ecclesiasticis, ne fines necessitatis, recreationis & modestiæ magno cum proprio salutis detrimento, tum subditorum scandalo prætersiliant. vid. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. L. 2. c. 14. n. 37. seqq.* ubi graviter statuit, rectius abstinere Clericos ab omni venatione, qualiscunque ea sit, cum fieri nequeat, ut non aliqua subinde inanis ex ea delectatio in animo exoriatur, quæ ubi sese in externos mores profundit, sine dubio contemtum parit, cum tamen id imprimis studere debeat minister Ecclesiæ, ut omnium minime æstimare videatur ea, quæ in hoc mundo voluptuosa esse vulgo perhibentur. Lege Patrum cavetur, *inquit*, Isidorus apud Gratianum *Can. his igitur 4. dist. 23.* ut a vulgari vita seclusi Clerici a mundi voluptatibus se abstineant, non spectaculis, non pompis intersint, convivia fugiant publica, privata non tantum pudica, sed & sobria colant &c.

Præterea rusticis Imperator Fridericus 50
Venationes ademit, *II. Feud. 27.* ne scil. ab agricultura abducantur, cum tamen eandem diligenter excoli Reipublicæ intersit, Anth. *Agricultores C. quæ res pignor. l. 3. C. de Feriis.*

Hic sese offert insignis illa quæstio, 51
Fera ab uno vulnerata, ab alio capta, cujus efficiatur? Et quamvis olim inter JCtos fuerit disceptatum, Trebatius enim, ut eum refert Cajus *in l. 5. §. 1. ff. de A. R. D.* voluit, feram vulneratam ita ut capi possit, spectare ad vulnerantem, si ipsam persequatur, nec ab alio capi possit. Cajus vero *in d. §. illud quæsitum.* respondet, feram vulneratam non aliter effici vulnerantis, quam si ab eo capta fuerit, quia multa accidere possunt, ut ea non capiatur. Idem Caji responsum Imperator Justinian. suis Institutis inseruit *§. 13. Inst. de R. D.* Attamen Trebatii sententia, feram esse vulnerantis, non capientis, consuetudine, quæ etiam leges vincit, recepta est, vid. Georg. Mohr. *de Jur. Venand. P. I. c. 8.*

Inter venatores autem & saltuarios usu 52
servatur, ut liceat feram vulneratam, *welche schweist,* fugientem extra proprium venationis saltum vel sylvam, 24. horis persequi, & in alieno saltu capere, vulgo *nachfolgen, nacheilen, nachsetzen.* Klock. *Cons. 29. Cons. 50. n. 545.* Modo id fiat absque inflatu corniculi venatorii & incitatione canum. *Land-Recht. Lib. 2. Art. 61. Jagd ein Mann ein VVild ausser dem Forst, und folgen ihm die Hunde in den andern Forst, er mag wohl nachfolgen, also daß er nicht blase, noch die Hunde nachhetze, und missthut daran nicht, ob er das VVild fähet, seinen Hunden mag er wohl wiederruffen.* Wehner. *in Observ. Pract. vocab. Forst-Recht.* In Bavaria vero multisque aliis locis obtinet, ut fera taliter percussa seu vulnerata si quis eam in alieno territorio persequi velit, in loco ubi percussa seu vulnerata est, notetur, h. e. *Es muß an dem Ort, wo es verwundet worden, verbrochen werden,* h. e. ut ramum de arbore quadam depromat & frangat, & fractum seu fracturam rami in terra eo in loco, ubi fera vulnerata, ponat, *legt den Bruch.* Nec vulneranti permissum est, feram inventam propria autori-

autoritate auferre, sed debet prius saltuario, cui cura nemoris istius incumbit, indicari, ut videat, an res ita peracta sit, nec ne. Quod in Hercynia sylva sic observatum esse memini.

Idem ferme constitutum in Ordinatione Venatoria Gloriosiss. Imperat. Leopoldi *de An. 1575. Wenn ein Landmann oder dessen Jäger in seiner Wild-Bahn ein Thier anschiesset, daß es verwundt in den Kayserlichen oder eines andern Wild-Bahn trete, so soll ers alsobald dem Forst-Knecht in selbigen Ort, oder des Wild-Bahns Inhaber anzeigen, und wenn er es mit dem Faysch bezeugen kan, alsdenn soll er Macht haben in der Kayserlichen Wild-Bahn Gegaidern und Gehege einen, ausser denen aber 2. Tage nach dem geschehenen Schuß dem verwundeten Thiere nachzuziehen, wäre aber kein Faysch gefunden, auch solches nicht wäre angemeldet worden, und ein fremder Jäger in dem Kayserlichen Gehege betreten würde, soll er einem Wildpret-Schützen gleich gehalten werden.*

53 Sed quid juris, si quis feram, quæ vulnerata non est, in sua sylva invenerit, & eam jam canibus per suum territorium secutus sit, an in alieno eam persequi permissum erit? Resp. Quod hoc non liceat. Krayss. *ad Jus Venand. Bavar. c 3. num. 22.*

54 Unde si quis in loco, ubi omnibus libera venandi potestas concessa est, qui *freye Bürsche* appellatur, feram aliquam investigare & venari cœpit, in vicinam sylvam, ubi *die freye Bürsche sich endet*, persequi, ibidemque capere & impune occupare non potest, cum libertas ista venandi, loco *der freyen Bürsche* cohæreat, postquam autem feræ istum locum excesserunt, amplius illius loci periculo non subsunt. Etenim isthæc loci qualitas, ut quilibet in eo promiscue valeat venari, tamdiu feras tantum omnium prædæ exponit, quamdiu in loco illo versantur. Postquam vero excesserunt, amplius illius loci periculo subsunt minime, cum solo non cohæreant, nec soli naturam & proprietatem sequantur, sed libere per agros & sylvas vagentur. Consequens igitur est, ut vi qualitatis isti loco competentis non nisi in eo loco capi queant. Noe Meurer *vom Jagd- und Forst-Recht, P. II.* Tit. *Wie man das Wild jagen soll.* Besold. *vocab. freye Bürsch.*

Ne etiam a Feris segeti damnum irreparabile inferatur, sepimento agros muniri posse, *Capite de Agris latius* diximus, ad quod tamen Superioris consensus requiritur, statuuntque Moralistæ, teneri Principem resarcire subditis damna, quæcunque a feris vel ipsis etiam venatoribus ministris data fuerunt. Gail. *L. 2. obs 68. num. 10.* Covarruvias *in C. peccatum de R. J. in 6to P. 2. §. 8. n. 11.* Imo si in eum numerum excreverint feræ, ut non possint subditi sine labore & expensis defendere possessiones, prata, segetes & vineas suas, sed diu noctuque invigilare illis necesse habeant, quod tum non sufficiat damna data resarcire, aut etiam licentiam concedere occidendi feras infestantes, sed illis etiam pro talibus laboribus & expensis specialiter satisfaciendum sit. Et quod in æstimatione damni non præsens solum tempus, sed futurum etiam respici, & valor fructuum verisimiliter expectatorum restitui debeat. Gerhard. *Loc. de Magistr. n. 434.* Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. L. 2. c. 14. n. 39.* 55

In favorem etiam agriculturæ optimo consilio introductum, ne venatio eo tempore instituatur, quo frugibus subditorum in agris canum equorumque cursitationibus damnum inferri potest. Verba juris Saxonici clara sunt *L. II. Art. 61. Niemand soll die Saat treten durch Jagens oder Hetzens willen, nach der Zeit, als das Korn geschosset und Gliede gewonnen hat.* Cum quo consentit Ordinatio Venatorio-Forestalis Ducis Sax. Ernesti, *Art. 2. §. 5.* ubi etiam venatio prohibita *bey nassem Wetter, wenn die Früchte im Felde stehen: Bayerische Landes-Ordnung P. III. Land-Recht Tit. 16. Art. 2. Wo ein Jäger, Förster oder andere den Bauers-Leuten ihr angebauetes, sonderlich das erwachsene Getreyde mit ihrer Unbescheidenheit vorsetzlich verderbet, demselben soll das Weydewerck auf drey Jahr niedergelegt, und sie dennoch zu Erstattung des Schadens angehalten werden.* Quod si igitur damnum fuerit secutum, illud resarciri debet per ea, quæ habet Gail. *Obs. 68. n. 10.* Ludwel. *Exerc. 4. θ. 5. lit. C.* Dn. a Seckendorff. *im Teutschen Fürsten-Staat, P. III. c. 3. Reg. 5. §. 1. in fin.* Nec vindicta divina emanet, & extat exemplum in Hugone, Episcopo Constantiensi, qui in venatione segetes proculcans fulmine percussus octo ex suo comitatu & equum amisit, uti testatur Stumpf. *Lib. 5. c. 37.* 56

57 Accidit interdum Principes ministro vel Vasallo suo in certo districtu, per viam singularis gratiæ vel per transactionem, venationem concedere, quam vulgo *Bestand und Gnaden-Jagd* vocant, ubi quoad modum concedendi hæc plerumque observari solent: (1) Concessio dirigitur ad certam personam. (2) Exprimitur locus certus & districtus, ubi venatio exerceri debeat. (3) Præscribitur certus venandi modus. (4) Restringi concessio solet ad certum tempus. (5) Revocatio concessionis libera reservatur. (6) Super ista concessione instrumentum conficitur. (7) Ne precario possidens venationem in perpetuum jus contra concedentem lapsu temporis sibi asserere possit, literis reversalibus datis securum reddit Dominum de dimittenda possessione venationis, quandocunque Domino visum fuerit. Fritsch. *de venat. precar. n. 4.* ubi etiam formulam ejusmodi concessionis refert.

58 Venationes vero Precariæ in alterum transferri non possunt, tum quia tanquam privilegia certæ personæ conceduntur, tum quia non transeunt ad hæredes *l. 12. §. 1. de Precario,* quæ autem non transeunt ad hæredes, ea cedi non possunt. *l. 24. ff. de admin. & peric. tutor.*

59 Hoc etiam certum, venationes precarias per concedentem, ejusque hæredem, libere & quandocunque libuerit, revocari posse. Precarium enim est, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur. Harpr. *§. 12. Inst. de R. D.*

60 Si alicui prædii usufructus competit, venatio & aucupium non ad Proprietarium, sed ad Usufructuarium spectat. *l. 9. §. 5. ff. de Usufr.* Ex quo sequitur, usufructuarium posse prohibere, ne quis venandi gratia fundum ingrediatur.

61 Usufructuarius tamen non potest fundo, in quo usumfructum habet, servitutem juris venandi imponere. *l. æquissimum. § fin ff. de Usufr.*

62 Pari ratione nec Vasallus potest sine consensu Domini constituere servitutem juris venandi in fundo seu sylva feudali, imo neque usumfructum juris venandi, nempe in præjudicium domini & agnatorum, qui succedere debent in Feudo ex providentia primi acquirentis. Gloss. *in c. 1. in verb. alienationes, capite Conrad. in usib. Feud.* Potest tamen Vasallus in sui præjudicium constituere servitutem juris venandi in re feudali sine consensu Domini, per *text. in §. de Invest. in re alien.* At eveniente casu, quo feudum Domino vel agnatis aperitur, extinguitur omne onus Feudo impositum per vasallum. Mohr. *de venat. P. 1. c. 9.*

Quamvis ubique fere locorum prohibitum sit in fundo alieno venationes exercere, sicut ex Constitutione Elect. Saxon. Augusti B. M. sub Tit. *Daß keiner auf des andern Grund und Boden jagen oder Weidewerck treiben soll,* cuivis venandi etiam jure gaudenti sub pœna centum florenorum injungitur, ut intra terminos sui districtus ac jurisdictionis sese contineat, nec in aliorum agris ac sylvis venandi libertatem sibi vendicet. Cum qua consentit novissima Ordinat. Polit. Magdeb. *Princ. August. c. 30.* 63

Tamen Convenationes, quas vulgo *Koppel-Jagden* vocant, legitime adquisitæ minime censeri debent prohibitæ dicta Constit. Electoral. §. *Wo aber.* Ubi ita legitur: *Wo aber einer oder mehr mit den andern vermengte Güther hätten, dieselben werden sich, mit einander berührte Jagden, Hetzen und Weidewerck zu treiben, unter sich selbst deswegen nachbarlich und freundlich zu vergleichen wissen.* 64

Est autem Convenatio jus seu potestas, qua in alieno fundo cum ipso Domino vel tertio quodam simul venari licet. 65

Quia autem Convenationes instar servitutis in alieno sese habent, sequitur, quod is, qui simultaneam Venationem in aliena sylva sibi adserat, id probare debeat. Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat P. III. c. 3. n. 4.* ubi ait: *Daß ordentlicher Weise ein ieder Jagd-Herr auf seinem und seiner Unterthanen Grund und Boden des Jagens allein befugt, und da er an einem andern Ort nebst dem Eigenthums-Herrn oder andern zu jagen berechtiget seyn will, welches man Koppel-Jagd nennet, muß solches von ihm klärlich bescheiniget werden.* 66

Convenationem altero inscio & invito exerceri non posse tradit Speidel. *in Spec. voc. Jagd,* ne scilicet alter commodo & jure suo alterius facto privetur, cum facile fieri posset, ut unus alterum venando & capiendo præveniret, ita ut convenatori vel ei, cui *die Koppel-Jagd* competit, nil nisi inanis labor, vel *ein kostbares Fehljagen* remaneret, *arg. l. itinere de Serv. Rust. Præd.* Gryphiand. *Oecon. Leg. L. 1. c. 18. n. 19.* 67

n. 19. Consuetudo tamen Saxoniæ est in contrarium, quod etiam de Thuringia testatur Dn. Fritsch. *de Convenat. memb. 4. n. 6. Denn wenn Bartholomæi vorbey ist, darff ich meinen Nachbar oder den, der mit mir zu jagen hat, nicht fragen, ob er jagen will oder nicht; sondern wer eher kommt, der hat das Vortheil zu jagen, und wenn gleich sein Grentz-Nachbar kommt, und er hat nur ein Garn angebunden, so muß der letzte weichen,* quam etiam observantiam testimoniis suis Sylvarum Præfecti firmare non dubitant.

68 Quia etiam Convenatio sæpe discordias parere solet, utile est, eam dividi, quod fieri potest vel juxta certa loca, ut v. gr. in his Titius, in aliis Mevius venetur: vel juxta certa tempora, ut alternatim, vel certis diebus alter venationem exerceat; vel quoad certas feras, ut hic majores, alter minores quoad certum numerum capiat. Wehner. *Observ. Pr.* verbo *Forst-Recht*, ubi *ait* æqualitatis concordiæque ratione sæpe inter eos, qui simultaneam venationem habent, concludi, ut quilibet certo loco venationem exerceat, *daß iedweder seinen gewissen Bezirck besuche, und daselbst jage, dahin man sich* de persona ad personam temporaliter *vergleiche, unbegebender gesamten Jagds-Gerechtigkeit.*

69 An autem quis mutuæ venationi renunciare, & separatim in propriis agris venationem exercere possit? Distinguendum est, an Convenatio jure familiaritatis, amicitiæ & vicinitatis nitatur, an vero præscriptione vel immemorialis temporis usu ea alteri adquisita sit; priori casu renunciatio licita est, posteriori vero non, cum perpetuum jus per vetustatem temporis & usus alter sibi adquisiverit, quod ei invito auferri nequit. Cumprimis id obtinet, quando prædiorum & agrorum talis est naturalis situatio, ut separationem non admittat, puta quando agri vicinorum intermixti jacent. Fritsch. *de Convenat. membr. 5. n. 8.*

70 An Princeps seu Dominus Territorii vi Jurisdictionis Forestalis, *Krafft habender Fürstlichen Obrigkeit*, in subditorum ac Vasallorum suorum agris convenandi jus habeat? Affirmat Biedenbach. *qu. Nobil. 16.* per rationem, quod Principes Imperii a S. Cæsarea Majestate cum jure Foresti, omnimodaque venatione, *mit Fürstlicher Obrigkeit, Jagden und Jagdens-Gerechtigkeit &c.* per totum Ducatum, adeoque etiam per alienos, & sic Nobilium agros investiri soleant. Montan. *de Feud. L. 2. C. 2.* Quod tamen in his terris non ubique obtinet. In Thuringia Dominus vasallo venationem inferiorem concedens sibi censetur reservasse *die Vorjagden,* quæ plerumque etiam ante Festum Bartholomæi 8. vel 14. dies, antequam Nobiles venationes suas inchoant, instituuntur.

Is etiam, cui jus venandi competit, subditos suos ad operas in venationibus præstandas cogere potest, quod nec juri est inconveniens. Unde Harprecht. *ad §. feræ. n. 284. & seqq. Inst. de Rer. divis.* has operas jure Regalium subditis imperari posse putat. *arg. l. neminem. C. de SS. Eccles. l. 17. l. 21. C. de Curs. publ. & angar.* Hinc etiam Noe Meurer *vom Jagen und Forst-Recht P. II. tit. was für und wie viel Beschwerde &c. §. zum fünfften,* inter cætera onera, quæ ob venationem etiam subditis incumbunt, etiam hæc refert: *zum fünfften* (inquit) *folget aus dem Forst allerley andere Beschwerde, Frohnens halber, es sey mit Hegen zu machen, fürzustehen, Seile, Hunde, Holtz darzu zu führen und andern dergleichen.* Operæ autem istæ non debent esse nimis frequentes & immoderatæ, alias querela merito defertur, & quidem in Cam. Imp. Quandoque Mandata sine clausula decernuntur, & Dominis præcipitur sub certa pœna, ut ab immoderatis ejusmodi exactionibus desistant. Gail. *L. 1. Obs. 17. n. 1.* 71

Animalia noxia, videlicet Lupos, Ursos, Lynces, Martes, Feles sylvestres, ab omnibus omnique tempore & modo capere permissum est. *arg. cap. 1. §. 5. de pac. ten.* (quamvis in nonnullis locis & quædam ex istis excipiantur, & vel ad venationem majorem vel minorem *zum hohen oder niedern Weidwerck* referantur.) 72

Attamen si quis hujusmodi animalia persequi velit, hoc cum consensu eorum, ad quos Venatio spectat, faciat, quia alienum territorium venandi gratia ingredi non licet, cum nesciatur, an quis nociva vel alia animalia persequi & venari velit. 73

In Bavaria tales feras nocentes si quis ceperit, eas accepturus compensationem Domino, cui venatio competit, restituere tenetur. Krayser. *ad jus venandi Bavar. cap. 16.* 74

75 Si Princeps Luporum perſecutionem inſtituerit, ſubditi etiam Nobilium, quamvis alias non ſint adſtricti ad ſervitia venatoria, inſervire tenentur. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 6. aph. 28.* Cum hic labor toti provinciæ ſit utilis & Principe dignus. Ita reſponſum in Facultate Jenenſi 1658. *So folget aus dieſen und andern Motiven und Rechts-Gründen, daß die Reuſchiſche Unterthanen ohne einigen Unterſcheid, ſie ſeynd* mediate *oder* immediate Subjecti, *von der hohen Landes-Obrigkeit zu Verfolgung der Wölffe und dergleichen ſchädlichen Thiere, erfordert, gebrauchet und angehalten werden können.* Richter. *vol. 1. P. 3. Conſ. 4.* Dn. Fritſch. *de Sequela c. 11. n. 14. & ſeqq.* In multis etiam locis illi, qui animal noxium occidit, præmium ſolvi ſolet.

76 Quæritur autem, ſi quis v. g. capiat Lupam prægnantem, an debeat habere unum vel plura præmia? Reſp. Quod ei dabitur unum præmium, non plura. Bald. *l. fin. ff. de Liber. cauſa. l. qui in utero. ff. de ſtat. hom.* ſecus, ſi capiat Lupam lactantem cum Lupatinis. Sebaſt. Medic. *de Venat. P. 2. qu. 14.*

77 Quæri etiam hic poſſet, ſi quis alius, cujus non eſt, ovem de ore lupi, vel Gallinam de ore vulpis ſurripiat, an talis ovem vel gallinam ſuam faciat? Reſp. quod non, ſed Domino ovem vel gallinam ſumtam reſtituendam eſſe, *l. 44. ff. de A. R. D.*

78 Non tantum autem beſtiam nocivam, ſed etiam aliam feram, ut cervum, aprum incurſantem & vim intentantem occidere licet, nec contra interdictum peccatur, ut maxime nullam ejus occidendi ſpecialem acceperit facultatem. Conf. Ant. Perez. *Cod. de venat. Ferar. n. 14.* Defenſio enim juris Naturalis eſt, nec contra hominem vim inferentem prohibita, *l. 1. Cod. Theod. de venat. Ferar.* & iniquum foret, ſi quis pecora ſua contra ejuſcemodi beſtias, eas occidendo, defendere non poſſet, ſed luctuoſus ſpectator eſſe deberet, dum oves aut equi interimuntur. Waizeneg. *de venat. c. 3. n. 38.* ubi pro ſe quoque allegat Laymann. *L. 3. Tr. 1. c. 5. n. 16. in fin.*

79 Is qui habet jus venandi in aliena ſylva, jus quoque habet cingendi ſylvam in capturam ferarum, vulgo *die Gerechtigkeit des Hagens, daß er einen Hag-oder Wild-Zaun um das Holtz ſchlagen möge,* Biedenbach. *Qu. Nob. 12.* Harprecht. *ad §. feræ. Inſt. de R. Div. n. 172.*

Hoc tamen non ita accipi volo, quaſi 80
is, qui poteſtatem habet ſepiendi & ambiendi ſylvam ligneis plagis, etiam poſſit ligna in ea ſylva cædere ad uſum cingendi, *des Hagens,* ſed ſi vult ſaltum ſive ſylvam plagis ligneis ſepire, vel *einen Hag* erigere, ſuis id lignis, ſineque præjudicio alterius facere neceſſe habet, quia plagæ iſtæ, *die Hagen,* ſunt inſtar retium & caſſium. Is autem, qui venatione uti deſiderat, eam ſuis retibus & canibus exercere tenetur: quoniam ſervitutes ſunt ſtricti juris, nec ultra ſuum caſum extendendæ. *l. 13. ff. de S. R. P. l. 11. §. 6. ff. de Except. Rei judic.*

Frondium vero inciſio, ut retia expandi 81
& opercula confici queant, *Stallung zu bauen,* jus venandi in ſylva habenti permittitur, quod venatores *Zweig-Recht* indigitant. Knich. *de Veſtit. Pact. P. II. c. 2. n. 9.* Ad Dominum Venationis etiam ſpectant expenſæ & operæ Venatoriæ, *die Atzung der Jäger Zehrung und Lager halber.* It. *die Jagd-Dienſte, Churfürſtl. Sächſiſche Landes-Ordnung des Landes zu Francken de An. 1631.* Knichen. *de Jur. Territ. c. 3. n. 64.* Quales ſunt *Stall- und Ernehrung ihrer Jagd-Hunde, Jagd, Folg, Pferd und Hand-Frohn-Dienſt zu Fortführung der Hunde, Seiler, Zeuge, Netz und Garn, die Hagen zu machen, &c.* vid. *cap. antecedens de Sylvis n. 47.*

Vivaria autem, *Thier-Garten,* quamvis 82
etiam ſepibus & muris circumdari ſoleant, tamen a ſylvis circumſeptis differre conſtat ex *l. 3. §. 14. ff. de Acquir. poſſeſſ.* Unde qui animalia inde capit, vel dolo malo extrahit, furtum committit, *l. 62. §. ff. de Uſufr. l. 8. §. 1. Fam. Herciſc.* & ad reſtitutionem tenetur, etiamſi animalia inde exire & redire ſoleant, dummodo non emaneant, *l. 6. §. 5. de A. R. D.* Mohr. *de jur. venand. P. 1. c. 5.*

Vivaria primus Romæ inſtituit Fulvius 83
Hirpinus. Plin. *L. 8. c. 52.* ſcribit Varro in agro Laurenti fuiſſe vivarium in ſylva 50. jugerorum, in quo Domino cum amicis prandente ad tubæ ſonum comparuerint cervi aliæque feræ magno numero. Gryphian. *in Oecon. Legal. Lib. 1. c. 18. n. 44.* Tale vivarium etiam fuit in Italia prope Ticinum, in quo captus Franciſcus Rex Galliæ: In Germania in omnibus ferme regionibus prope Aulas Principum inveniuntur.

Jus

84 Jus venandi, piscandi, jurisdictiones & similia, immobilibus accensentur. Berlich. *P. 1. Concl. 81. n. 163.*

85 Illudque tamquam territorio cohærens de jure communi præscribi posse dubium non est. Mohr. *de jur. venand. P. 2. c. 1. num. 14.* Prohibitio namque venationis cum patientia adversarii prohibentem constituit in quasi-possessione venandi, & ita acquisita quasi-possessione jus venandi præscribi posse docet Maurit. *d. Conf. 1. n. 8. & seqq.* Quod & præjudiciis confirmat D. Ziegl. *de jur. Maj. L. 2. c. 14. n. 44.*

86 Sed in Foro Saxon. si quis alleget præscriptione sibi acquisitum esse jus venandi in fundo alieno, non attenditur. Sic enim se habent verba ordinationis provincialis, *de Anno 1555. Daß keiner auf des andern Grund und Boden &c. So wollen VVir p.p. daß ein ieder mit jagen, hetzen und Weidewerck zu treiben auf seinem und seiner Leute Eigenthum zu bleiben, und eines andern Güther damit nicht berühren soll, ungeachtet einiges Vorwendens, daß es anders hergebracht, und im Brauch gehalten, alles bey* Pœn *hundert Gülden.* Ex quibus potest frustra allegari præscriptionis tempus, imo vero nec in possessorio quidem sententiam concipi, aut possidentem ex possessione sua commodum aliquod percipere. Dan. Mollerus *ad p. 2. Const. 7. n. 5.* Excipitur tamen præscriptio immemorialis. Carpzov. *P. 2. Const. 2. def. 25. & Lib. 1. Resp. 44.* Hodie requiri ait ad præscriptionem juris venandi in fundo alieno tempus immemoriale, si enim quis per tempus immemoriale venatus in alieno fuerit, dubium non est, acquisitum ei esse tale jus, quo prohiberi posthac ab altero nequeat.

87 Præterea ubique ferme locorum severe prohibitum, ne venationi operam dent homines otiosi, quibus nullum jus venandi competit, Germanice *wilderne Raub-Schützen.*

88 Ita enim Ordinatio venatoria Gloriosissimi Imperatoris Leopoldi *de Anno 1675. sey dem Forstmeister Gewalt ertheilet, daß er, wo er oder seine Amts-Untergebene iemande, wer der auch sey, dergleichen dero Landes-Fürstliche Wildbahns-Verderber betreten werden, ob er auch selbst Wildpret geschossen, oder nur mit und beygewohnet, zugesehen, mitgegessen, VVagen oder Roß zum Wildpret-Führen, hergeliehen, dergleichen lose Bursch und zusammen gerottete Gesellschafft gewust, und nicht angedeutet hätte, er solche alle, auf was Weise es immer möglich, in Verhafft bringen, und sie bis auf weitere Sententz verwahren lassen solle, wird auch allen Land-Leuten ernstlich anbefohlen, ihrem Forstmeister an die Hand zu stehen, und wo dergleichen Gesellen unter ihnen erfraget und auskundschaffet würden, solche ihm auf Begehren unweigerlich erfolgen zu lassen, hat auch darinnen Ihro Majestät befohlen, bey den Weiß-Gärbern, Lederern und Kollermachern, die dergleichen Wild-Häute hauffenweise einkauffen, emsige Nachfrage zu halten, wo und von wem dergleichen Häute herkommen, ob sie mit Recht oder Unrecht verkaufft und erhandelt worden, derohalben allen Mautnern und Maut-Amtleuten ernstlich befohlen worden, in ihren Städten, Märckten, Schlössern, Mäuten und Dörffern niemand, wer der auch sey, mit einigen Hirsch-Wild- oder Sau-Häuten, sie seynd gearbeitet oder nicht, ohne bey sich habender wahren Attestation, woher er sie bringe, und wem sie zugehörig sind, passiren, noch viel weniger verkauffen und verhandeln zu lassen, sondern da im Fall ein und anderer solche Häute von den heimlichen Wildpret-Schützen hätte erhandelt, oder dergleichen Thäter selbst wäre, ihn zu arrestiren, und es dem Forstmeister zu berichten, derselbe hat auch Macht, aller Weiß-Gärber und Lederer Werckstätte im Lande und zu Wien, so offt es ihm gefällt und beliebet, zu visitiren, und ist ihnen verbothen bey Straffe 2. Marck löthiges Goldes von den Kayserlichen Platzen, Forst- und Rhede-Knechten, Hirsch-VVild- oder Säu-Häute abzukauffen. Deswegen denn auch allen gemeinen Leuten die Büchsen zu tragen verbothen sind.* Consentit supra allegatum Mandatum Electorale Saxonicum *de Anno 1692.* verbis: *Das wegen des Ziegenhaltens, Büchsen-Tragens und Platzens gethane Verbot wird wörtlich anhero wiederholet, daß nemlich niemand, wer der auch sey, mit Flinten, Pürsch und andern Röhren, oder mit ledig lauffenden starcken Hunden, (welches letztere unsern eigenen Forst Bedienten hierdurch untersaget wird,) in unsern Gehöltzen, VVild-Bahn und Gehegen sich antreffen und betreten lassen solle, ausser unsern Lehn- und VVanders- oder reisenden Leuten, jene, dafern sie mit Jagden beliehen, und in zugelassener Zeit auf ihrem eigenen Grund und Boden, diese aber in der ordentlichen Land-Strasse verbleiben; VVie nun hiernächst der in Nicht-fortschaffung des VVildprets verspürte Ungehorsam*

horsam und Saumsal, der Unterhaltung des unnützen Gesindleins nebst Verborgung der Netze und Hunde, das Frühlings - Stellen, beym VViederfluge und dergleichen mehr zu unsern besondern Mißvergnügen gereichet, auch Uns zu förderlichster Abschaffung veranlasset, also befehlen VVir vermittelst gegenwärtigen Patents allen Unsern Lehn- und Amt-Leuten, auch sämtlichen Unterthanen insgemein, daß bey Vermeidung Unserer Ungnade und willkührlichen Strafe niemand sich gelüsten lasse, diesem über oberzehlte Unordnungen abgefasten Patent und Unserm darinnen fürgestellten Landes-Fürstlichen VVillen auf einige VVeise zuwider zu handeln, sich zum Verborgen der Netze und Hunde zu bequemen, oder die Widerspenstigen durch Conniventz und Nichtanhalten oder widriges Einrathen in ihrem ungeziemenden Vorsatze zu stärcken, und übrigens vorgedachtes Herrn-loses Gesindlein, es lege denn seines Thuns und VVandels halber gnügliche Bescheinigung für, in seinen Gerichten zu dulden, oder gar in Dienst zu nehmen, und Unterhalt zu machen. Es soll vielmehr männiglich gehalten und schuldig seyn, solche Leute alsofort anzugeben, zur Hafft zu bringen, und dem nächsten Amte oder dem nächst anwohnenden Ober-Forst- und VVild-Meister zur Examination zu liefern, hierüber auch Unsern Jagd- und Forst- Bedienten, dafern schadhafft oder todt VVildpret gefunden, oder durch die Schützen derer von Adel etwas angeschossen und verwundet würde, durch zeitiges Anmelden hiervon gnugsame Nachricht iedesmal zu ertheilen. Quod & in Ordinatione Venatoria Elector. Bavariæ jubetur, ut illis, qui juris venandi capaces non sunt, & alienum fundum venandi gratia ingrediuntur, plagæ sive retia, & canes vel quid aliud non tantum pignori accipiatur, sed omnino capiantur, quod etiam tradit Sebast. Medices *de venat. P. 1. c. 5. n. 7.* Krayßer. *de jur. venand. c. 15.*

89 In Electoratu Saxoniæ fures ferarum laqueo puniuntur, si scilicet furtum vel pretium ferarum quinque solidos vel ducatos Ungaricos excedat. Mandat. Elect. August. de Anno 1584. *Als ordnen und setzen Wir aus Landes-Fürstl. Obrigkeit und Macht hiermit, daß nun hinführo die Strafe der Wildprets-Diebe und Schützen, auch derer, so dieselben hausen, hegen, oder ihnen wissentlich einiger Weise Unterschleiff geben, in unsern Landen der Galgen seyn soll.* Secundum quod dictum etiam in judiciis pronunciatur: *Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet, oder nachmals erkundigen würdet, daß in des Churfürstens zu Sachsen und Burg-Grafens zu Magdeburg, unsers gnädigsten Herrns, gehegten und befriedigten Wild-Bahnen, Wäldern und Gehöltzen, die von den Gefangenen angegebene Anzahl Wildprets, oder zum wenigsten so viel Stück Wildes, daß es über 5. Soliden, das seyn 5. Fl. Ungarisch des besten Goldes, austragen thäte, gewißlichen und in Wahrheit geschossen worden, und der Gefangene auf seinem gethanen Bekänntniß vor Gerichte freywillig verharren, oder des sonsten, wie recht, überwiesen würde, so möchte er von wegen solcher seiner Verbrechung, vermöge höchstgedachter Churfürstl. Sächsischen Anno 1584. publicirten und hernachmals von denen Churfürsten zu Sachsen zum öfftern wiederholeten und erneuerten Mandaten und Landes-Constitutionen, als ein öffentlicher Dieb höchstermeldten Churfürstens zu Sachsen gehegten und befriedigten Wildprets mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden; V. R. W.* Carpz. *in Pract. Crim. P. 2. q. 84.*

Quæ Pœna in Electoratu Brandenburgico in violatores Ferarum sit constituta, ex sequenti Mandato Electoris Georgii Wilhelmi *B. M. de Anno 1620.* patet

	Rthlr.
Von einem Hirsch.	500.
Von einem Stück Wild.	400.
Von einem Rehe.	200.
Von einem hauenden Schwein.	400.
Von einer Lähne.	200.
Von einem Fröschling.	100.
Von einem Luchs.	100.
Von einem Wolff, so in der Wild-Bahn geschossen wird.	50.
Von einem Fuchs.	20.
Von einem Hasen.	50.
Von einem Marder.	50.
Von einer Otter.	10.
Von einem Dachs auszugraben.	10.
Von einem Schwan.	75.
Von einem Trappen.	50.
Von einem Auerhahn oder Henne.	50.
Von einem Birckhahn.	50.
Von Rebhünern.	50.
Von Haselhünern.	50.

Von

Von einer wilden Ganß. 40.
Von einem Kranich. 40.
Von einem Reiher. 40.
Von einer Ente. 10.
Von einer wilden Taube. 5.

90 Præmium, *das Jäger-Recht*, quod Venatoribus pro captura ferarum solet solvi, pro diversitate locorum variat. Ita enim Baro de Hochberg *in Agricultura Curiosa, P. II. L. 12. c. 30. in fin. Was sonst das Jäger-Recht betrifft, giebt man bey etlichen Herrschafften von einem VVolff 30. Kreutzer, von einem Rehe 45. Kreutzer, von einem Fuchs 15. Kreutzer, von einem Marder 6. Kreutzer, von einem Rebhuhn 6. Kreutzer, von einer Schnepffen oder wilden Ganß 6. Kreutzer, von einer Enten 3. Kreutzer, von einem Eichhorn 1. Kreutzer. Andere geben es also, vor einen Hirsch zu schiessen und zu wercken 1. Fl. 30. Kr. von einem Gelteftück 1. Fl. für einen grossen und gewachsenen Bären 1. Fl. von einem Rehe 30. Kr. von einem wilden Schwein, doch daß der Kopff der Herrschafft verbleibe, 1. Fl. von einem Luchse 1. Fl. von einem VVolffe 1. Fl. vor einen Fuchs zu schiessen und auszuziehen 15. Kr. vor einen Dachsen, der Herrschafft das Schmeer und die Haut, und dem Jäger das Fleisch, 6. Kr. oder die Haut dafür, von einem Haasen oder Marder 7. Kr. 2. Pf. von einer Taube oder Enten 3. Kr. von einem lebendigen Rebhuhn 6. Kr. vor ein todtes Reb- oder Haselhuhn 3. Kr. VVenn man aber mit denen Unterthanen jaget, hat der Jäger, man fange was man wolle, kein Jag-Recht zu begehren, als sein Tage-Brod und Mahlzeit. Was aber in Fallbäumen gefangen oder von einem andern geschossen wird, davon giebt man ihm das halbe Jagd-Recht, oder was man sonst gut befindet.*

Veteres proverbii loco utebantur: 91
Turbare venationem, quod de eo dicitur, qui feram tumultu excitat, ut scilicet intellectis insidiis de subducat, & venatio reddatur frustranea. Erasm. *Chil. 3. Cent. 5. prov. 15.* Quod rusticis hodienum male cedit pulsatis natibus, *die bekommen das Jäger-Messer.* Quem morem a Romanis ad Germanos dimanasse probat Simon Majol. *Tom. 2. Dier. Canic. Coll. 6. fol. 353.* citante Besoldo *Thesaur. Pract. sub vocabulo: Weid-Messer schlagen.*

Hæc pœna Venatoria & iis imponi so- 92
let, qui durante Venatione non more venatoribus solito aliquid agunt vel loquuntur, *Jagd- und Weidwerck-Buch cap. 56.*

VVie der Jäger vom Hirsch bey Jägern 93
weidmännisch reden, und das VVeid-Messer verhüten soll, ibidem (quamvis hoc loquendi genus pro diversitate regionum variet.) *Der Hirsch gehet gen Holtz, Brunst, wechselt, springt ab, sucht das Geäß, wirfft ab, setzt auf, hat Feiste, Fahrt, Lauff, Schaalen, VVende, Gehöre, Enden, Eißsprüssel, Stang, ist starck, jagbar von zehen oder mehr Enden, wird erlegt, zerwirckt &c.* Item cap. 65. *Das Schwein ist in der Feiste, hauend, angehend, keiler, bach, brunft, sült sich, hauet, schlägt, bricht, trifft, wird ihm der Fang gegeben, hat VVaffen, Stumpff, VVende, Schal, Lager und dergleichen.* Cap. 85. *Der Haaß wird gehetzet, erwürgt, zerrissen, sein Balg abgestreifft, hat Sprung, läufft, Lager, Fahrt, rammelt, setzt, weidet &c.*

CAPUT XIII.

DE AUCUPIO.

SUMMARIA.

1. *Aucupium sub venatione comprehenditur.*
2. *Venatio vel Terrestris, vel Aërea, vel Aquatica est.*
3. *Aucupium jure gentium omnibus permissum.*
4. *Hodie inter Regalia refertur.*
5. *Quod Ordinationibus provincialibus approbatur.*
6. *Jure Civili Aucupia non erant promiscua.*
7. *Aucupium quid sit?*
8. *Avium nomine quid veniat?*
9. *Aves quotuplices?*
10. *Aucupium vel majus vel minus.*
11. *Quæ aves ad venationem superiorem, quæ ad inferiorem spectent?*

12. *Aves*

12. *Aves manſuefactæ aucupii Objectum non ſunt, donec animum revertendi retinuerint.*
13. *Quando illum animum depoſuiſſe credantur?*
14. *Aves manſuetæ ſemper noſtræ manent.*
15. *Aves feræ de jure civili non vulnerantis, ſed capientis fiunt.*
16. *Quod tamen moribus non obtinet.*
17. *Occupatas & poſſeſſas aves ſurripiens furtum committit.*
18. *Volucres noſtræ ſi in arbore vicini nidulos poſuerunt, ejus non fiunt.*
19. *Modi aucupii qui?*
20. *Inter quos nobiliſſimus eſt, qui fit cum accipitribus.*
21. *Quod genus aucupii priſcis temporibus ignotum.*
22. *A Germanicis Gentibus videtur originem traxiſſe.*
23. *Quis hujus aucupii primam fecerit mentionem?*
24. *Cum diſciplina militari convenit.*
25. *Accipitrum varia genera.*
26. *Autores, qui de hoc Aucupio ſcripſerunt.*
27. *In Bavaria Electores ſibi reſervarunt.*
28. *Deſcriptio hujus aucupii.*
29. *Æſtimatio Accipitrum virtuoſorum.*
30. *Quæ aliæ aves in hunc uſum aſſuefieri poſſint?*
31. *Falcones non debent capi, nec eorum nidis damnum adferri.*
32. *Ruſticus inveniens Falconem cum ſonaleis, debet eum domino reſtituere.*
33. *Sed quid ſi ruſticus ad domum portavit dando carnes ſalſas, & falco moriatur.*
34. *Aves rapaces, ut milvos, vultures, corvos capi non prohibitum.*
35. *In Saxonia Electorali præmium occidenti has aves ſolvitur.*
36. *Areæ,* die Vogel-Heerde, *ad eum ſpectant, qui habet jus Foreſti.*
37. *Debent certo intervallo a ſe invicem diſtare.*
38. *Area quid ſit?*
39. *Aucupium quod fit laqueis, a Domino Venationis impetrari debet.*
40. *Menſura laqueorum.*
41. *Avis in laqueo alieno reperta non fit invenientis.*
42. *Alaudas capere non ubique permiſſum. Uti nec Luſcinias.*
43. *Tempus Aucupii a ſuperiori ſolet conſtitui.*
44. *Avium nidos & ova auferre prohibitum.*
45. *Item non licet aves tempore vernali,* auf den Wiederflug, *capere.*
46. *Arbores eſcam avibus proferentes non licet eradicare in quibusdam locis.*
47. *Reditus aucupiorum an ad uſufructuarium, an vero proprietarium ſpectent?*
48. *Avibus legatis quid debeatur?*
49. *An Feſto Pentecoſtes liceat aquilam ex ligno confectam petere.*
50. *Aucupium an ſit exercitium Principibus ſatis dignum?*
51. *Eſt belli quaſi præludium.*
52. *Maximarum rerum meditationi materiam præbet.*
53. *A ſcriptoribus rerum civilium hoc exercitium Principibus commendatur.*
54. *Qui Reges hoc exercitio delectati fuere?*
55. *Utilitas & jucunditas aucupii.*
56. *Nimium aucupandi ſtudium improbatur.*
57. *Clerici an recte aucupentur?*
58. *Aucupium an militibus conveniat?*
59. *Item an ſtudioſis?*
60. *Edictum hac de re Academiæ VVittenbergenſis.*

1 Aucupium etiam ad Venationem ſpectat, & ſub generali hujus nomine, ut & piſcatio, comprehenditur, Struv. *Juriſpr. Roman. German. ad Tit. de R. D. θ. 20.*

2 Hinc nonnulli venationem triplicem faciunt, Terreſtrem, Aëream & Aquatilem vel Marinam, Beliſar. *de venat. c. 1.* Et argumentum a Venatione ad aucupium valet, Gothofr. *in l. 9. §. 5. de Uſufruct.* Plerumque etiam uſu conjunguntur, ſicut de Antonino ſcribit Capitolinus, curaſſe ipſum, ut menſa ejus per proprios ſervos, aucupes, venatores, piſcatores inſtrueretur.

Aucupium autem jure Gentium omnibus permiſſum eſt, *§. 12. Inſt. de R. D.* ubi Imperator feras beſtias, volucres & piſces & omnia animalia, quæ mari, cœlo & terra naſcuntur, ſimul atque ab aliquo capta fuerint, jure Gentium ſtatim illius eſſe incipere luculentiſſime tradit, adeo quidem, ut tali occupatione capta volucris ſine injuria occupanti adimi nequeat. Grot. *de jure B. & P. Lib. II. c. II. n. II.* Cum jus illud non homini in individuo, ſed generi humano ſit indultum, quod poſtea vel neceſſitate vel utilitate ab eo, qui habet Superioritatem, varie determinari poteſt. Unde etiam citra injuriam, utilitate Rei- 3

Reipubl. sic exposcente, summæ illarum poteſtates jus illud aucupandi jure Majeſtatis ita poſtmodum reſtrinxerunt, ut non ab omnibus indiſtinctè & promiscue aves occupari licite poſſint. Conf. Grot. *d. l. n. 5. & c. VIII. n. 5.* Struv. *Exerc. 41. §. 10.* Hinc communis eſt Dd. concluſio, jus aucupii juri Territoriali annexum eſſe. Carolus Tapia *in l. fin. c. 2. P. I. n. 11. ff. de Conſtitut. princip.* Medic. *Tr. de venat. Piſcat. & Aucup. qu. 27. n. 1.* Petr. Anton. de Petra *de Poteſt. Princip. c. 7. n. 5.* Speidel. *in Speculo voc. Vogel-Heerd, Vogel-Fang.*

4 Hodie itaque Aucupium inter Regalia refertur, Venationique cohæret, *der Vogel-Fang iſt der Wild-Bahn anhängig.* Wehner. *in verb. Vogel.* Dn. Struv. *Syntagm. jur.*
5 *Feud. c. 6. aph. 7. n. 3.* Principesque perinde ut & venationem ſibi ſolent aſſerere. *Ordinat. Provinc. Saxo-Vinar. Tit. 34. So ſoll auch kein Bauersmann keine wilde Enten, Gänſe, Trappen, Auer-Hähne, Birck-Hahnen, Rebhüner, Reiher, Kraniche in Wäldern, Gehöltze, Feldern, Waſſer oder Teichen, desgleichen in den Weinbergen und im Schnitt-Schieſſen fahen &c.* In Electoratu Saxoniæ & vicinis locis non tantum ejusmodi aves nobiliores, ſed nec turdos, alaudas, fringillas ſine permiſſu Præfectorum nemorum ac penſione præſtita capere licet. Dn. Struv. *Exercitat. 41. §. 12. Churfürſtl. Brandenb. Jagd-Ordn.* Tit. 27. *Von Donen. Es ſoll auch männiglich verbothen ſeyn, hinführo ohne Vorwiſſen und Bewilligung in Unſern Heiden und Vorhöltzern, Donſteige anzurichten, und Donen zu legen, oder ander klein Weidwerck mit Vogelfangen zu gebrauchen, Unſern Hauptleuten und Amtſchreibern aber ſoll es auſſerhalb der Wild-Fahre, an denen Orten, da keine Haſel-Hüner ſeyn, zugelaſſen werden, iedoch ſollen ſie vorhero deswegen bey Uns, oder bey Unſern Ober-Jägermeiſtern, iederzeit Anſuchung thun. Andern, ſo das Weidwerck begehren, ſeyn Wir zufrieden, daß denſelben um gebührlich Mieth-Geld ſolches verſtattet werde, welches auch hernachmals, Unſers Amts Diener, nicht weniger als andere Holtz-Gelder, an verordnete Oerter zu berechnen, und anzubringen ſchuldig ſeyn ſollen.* Quod & ita ſancitum legitur *in der Gräfl. Hohenloiſchen Forſt- und Jagd-Ordnung* Tit. 8. ibidem. *Verbieten auch männiglich des kleinen Weidwercks auf den Vogel-Heerden nach Kramets- und andern Wald-Vögeln gäntzlich ſich zu enthalten, Juris Georgici Lib. III. und dieſelbe weder mit Kloben, Leim-Spindeln, Baum-Gerichten, Sprenckeln und andern Zeug nicht auffangen; es ſey denn Sache, daß Unſere Amts-Diener ſolche Vogel-Heerd einem oder mehr um einen gebührlichen Zinß verliehen, welches doch ſie, die Amts-Diener, auch nicht für ſich ſelbſten thun; ſondern, da ſie dergleichen Gelegenheit in ihren Aemptern hätten, und Wir die Vogel-Heerde oder ſolch Weidwerck durch die Unſere nicht ſelbſten gebrauchen laſſen wolten, Uns deſſen jährlichs verſtändigen, wie viel derſelben ſeyn, und was es darmit vor eine Gelegenheit, wollen Wir ſie alsdenn beſcheiden, wie ſie ſolche hinleihen, und Uns hernach den Zinß, Beſtand oder Nutzung verrechnen, auf welchem Fall ſie demſelben Beſtändner, iedoch vermittelſt gegebener Hand-Treu an Eydes Statt einbinden ſollen, ſich andern Weidwercks zu enthalten.*

Nec enim jure Civili aucupia erant 6
promiſcua, & divus Pius Aucupibus reſcripſit non eſſe conſentaneum, ut per aliena prædia invitis dominis faciant aucupium. *l. 16. ff. de Servit. ruſt. præd.*

Eſt autem Aucupium venatio avium. 7
arg. l. 1. l. 3. §. 1. de A. R. D. c. 1. diſt. 4.

Quo nomine quidem veniunt omnes 8
volucres, quæ ova pariunt, pennisque ſunt decoratæ, dictæ ab aviis, quibus aves delectantur.

Suntque in triplici differentia, aliæ fe- 9
ram naturam habentes, ut phaſiani, anſeres & gallinæ ſylveſtres, *l. 9. §. 5. de A. R. D.* quæ etiam avibus legatis debentur, *l. avibus. & ibi gl. ff. de Leg. III.* aliæ Domeſticæ, ut Gallinæ; aliæ Mediæ naturæ, ut columbæ.

Prioris generis aves ſunt vel Majores 10
vel Minores: Unde Aucupium quoque duplex Majus & Minus ſtatuitur, *das Weidwerck groſſer und kleiner Vogel.* Inter Majores volucres numerantur, præter illas quas jam diximus, *Auer-Hähne, Birck-Hähne, Trappen, Reiher, Kraniche, Haſel-Hüner, Reb-Hüner, Schnepffen, Krams-Vogel, Halb-Vogel, Amſeln, Droſſeln, Wachteln.* Inter minores, *Lerchen, Fincken, Zeiſſlein.* Gryph. *in Oeconom. Legal. L. 1. c. 18. n. 82.*

Quæ vero aves ad venationem Superio- 11
rem vel Inferiorem pertineant, certa regula definiri non poteſt, ſed ex uſu & conſuetudine cognoſci debent. In multis locis Urogallos, Trappos, Cygnos, Phaſianos ad Bannum ſuperiorem; Perdices, attagenes, turdos, merulas, coturnices, fringillas ad

ad inferiorem referunt. Vid. Wehner. *Thes. Pract. voc. Vogel-VVeide.*

12 Aves quæ sunt Mediæ Naturæ, ut cicurari aut mansuefieri possint, quales sunt pavones & columbæ, sciendum, quod eæ quamdiu animum illum revertendi retinuerint, tanquam ab aliis possessæ & in dominio constitutæ, *l. 3. §. 16. ff. de acquir. possess §. 1. Inst. de R. D.* aucupii objectum non sunt, adeoque tales capiens & in suo columbario detinens, furti actione conveniri potest, *per l. 3. §. 1. ff. famil. hercisc.* Quam primum autem illum deposuerint, libertatem pristinam denuo consequuntur, & cedunt occupanti. Hunnius *Comment. Inst. ad §. avium quoque. d. R. D.* dissentienti Grotio *de Jure B. & P. L. II. c. 8. n. 3.* respondet Struv. *Resol. Text. Obss. exerc. 41 θ. 8.*

13 Quando autem & quomodo id fiat, non adeo expeditum est. Georg. Mohr. *de Venat. P. I. c. 1. n. 26.* statuit, cum ad horas & dies consuetas bis redire desinant. Ex Caroli M. constitutione, quam Noë Meurer suo *Forst- und Jagd-Recht* inseruit, *P. II. p. m. 43.* si intra quatriduum non redeant, textus ipse sub rubrica *von Tauben und Pfauen* sic habet: *Tauben und Pfauen haben gleiche Rechte, und hat ein Mann Tauben oder Pfauen, die gewöhnet seyn bey seinem Hause zu seyn, und sie fliegen von dannen und hinwieder, dieweil sie das thun, so sind sie sein, kommen sie aber nicht wieder in 4. Tagen, wer sie darnach fähet, dessen sind sie.* Nos si nec loci moribus nec Constitutionibus provincialibus quicquam certi definitum fuerit, id judicis arbitrio deferemus cum Mynsing. *Comment. Inst. ad §. pavonum quoque. lit. d.* Pruckm. *ad d. §. venatio de Regalibus. c. II. n. 25. arg. l. 1. §. ult. ff. de jur. delib. l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 32. de usur. l. 1. § 1. ff. de Effract.*

14 Alia ratio est avium mansuetarum, ut anserum, anatum & gallinarum domesticarum, quæ quamvis turbatæ vel alio quocunque modo custodiam nostram effugerint, revertendique animum deseruerint, tamen nostræ manent, & qui eas nobis ignorantibus includunt, vel aliter detinent, furtum committunt per textum apertum *in § 16. Instit. de R. D. l. 5. §. 6. ff. de A. R. D.* conf. d. Constit. Caroli M. *P. II. Rubrica: von zahmen Vögeln.* ibi: *Und wer es ein thut, und weiß, daß es nicht sein sey, das ist Diebheit.* Adeo ut, etsi vulpes vel accipiter gallinam seu pullum rapuerit, noster maneat, nobisque restituendus, licet alius opera & canibus suis ex vulpis vel accipitris quasi faucibus eripuerit. *l. 44. ff. de A. R. D.* Ludwel. *ad d. §. 16.*

Aves autem Feræ de jure civili non 15
persequentis putantur, imo nec vulnerantis, sed ejus demum qui ceperit. *arg. l 13. Inst. de R. D. l. 5. §. 1. ff. de A. R. D.* Nulla siquidem hic occupatio est, nulla realis apprehensio, cum multa accidere possint, ut eas non capiamus, juxta vulgatum: Multa cadunt inter calicem supremaque labra. Conf. Struv. *Exerc. XLI. θ. 9. ibique in Evol.* Avem vero tum occupasse censemus, quando illam ita in nostram potestatem redegimus, ut eam effugere non possit.

Aliud tamen moribus obtinet, interque 16
venatores receptum, ne volucrem vulneratam, vel quam quis persequitur, persequenti liceat præripere, eo quod non tantum abstinere debeamus ab alieno, sed & ab eo quod prope alterius labore & industria est acquisitum, ne scil. propinquam alicujus spem multis laboribus quæsitam intervertamus, & fatigatam industriam fraudemus. Bocer. *Class. 5. Disp. 3. θ. 14 in fin.* Mynsing. *ad §. 12. Inst. de R. D.* Mohr. *P. I. c. 8. n 5.* Rath. *eod. Tr. θ. 66.* Quod & olim Trebatio JCto placuisse videtur, *l. 5. § 1. ff de A. R. D.* & a Friderico Imperat. comprobatum, teste Radovico *de Gest. Frider. L. I. c. 36.* D. Joh. Eichel. *dissert. de Aucup c. 5. θ. 48.* Vid. ea, quæ *Cap. præced.* de Fera vulnerata diximus. Interim & hoc in casu loci consuetudo maxime attendenda venit, Medic. *de Venat. & Aucup. P. II. qu. 20. n. 3.* Noë Meurer. *im Forst und Jagd-Recht P. III. sub rubrica: Von Feder-VVild, Feder-Spiel und Vogeln.* vers. *und dieweil.* Quæ tamen ut alias, sic hic ab allegante & intentionem suam in ea fundante plene & sufficienter probari debet. Gail. *L. 1. Observ. 36. n. 16.* Reinking. *de Regim. Secul. & Eccles. L. II. class. 2. c. 9. n. 19.*

Cujus nunc consectarium est, furtum 17
omnino facere eos, quicunque tali modo occupatas & possessas aves ex aviario, columbario vel alio quocunque loco, quo inclusæ fuere, surripuerint. Mohr. *P. I. c. 5. n 1.* neque referre puto, an evolent ex his dictæ aves, modo animum revertendi retinuerint, de quo supra *l. 8. §. 1. ff. famil. hercisc.* vel monili aut alio signo, *eines Herrn VVapen.* Meur. *P. III. p. 76.*

vers.

verſ. Item *dieweil ein &c.* γνωρίσματα vocat H. Grotius *de Jur. B. & P. L. 2. c. 8. n. 3.* inſignitæ ſeu ornatæ fuerint. Conſentit *d. Conſt. Carol. ſub rubrica: von wilden Vögeln.* Ibi: *Hat das Feder-Spiel eine Maaſſe, und entrinnet das einem Mann, man ſoll ihm mit Recht das wiedergeben, wie lange es auch iſt,* niſi tamen ex annis monili inſculptis multum temporis effluxiſſe appareat, quo veriſimiliter animum revertendi depoſuiſſe conſtat. Bruckm. *ad d. §. Venatio. c. 11. n. 34.* vel ſigna naturalia ſunt, & talia, quæ abſque hominis facto avibus contingere poſſunt, v. gr. ſi unguibus careant. Simile jus eſt, ſi quis Falconem aut Accipitrem compeditos, *wenn er gefeſſelt iſt,* ceperit. Gloſſ. des Weichbildes *ad Art. 118. n. 7.*

18 Multo minus vero volucres noſtræ illis cedunt, in quorum arbores nidulos poſuerunt. *§. 10. Inſt. de R. D.* Unde nec ciconiæ, quæ nidos in faſtigiis domuum ædificarunt, domuum dominorum erunt. Hotmann. *ad §. 10. Inſt. de Rer. Div.*

19 Modi vero quibus aves capiuntur, ſunt varii. Aucupium enim vel fit accipitribus, retibus, laqueis, viſco pedicis, arcu, præcipitiis, hamo &c.

20 Inter hæc nobiliſſimum genus capiendi aves eſt, quod fit Falconibus ſeu Accipitribus. Et inter primaria Aulæ officia eſt Falconarius, Gallis Fauconier.

21 Quod priſcis ſeculis aut prorſus ignotum, aut paucis agnitum fuit. Etenim Græci Scriptores, qui in minimis etiam rebus fuerunt vel diligentiſſimi vel curioſisſimi, hoc egregium exercitium non tacuiſſent. Quanquam illorum reperiantur ſcripta, quibus docent, quo ſibilo quave fiſtula aves alliciantur, quibusque decipiantur dolis, & quibus rebus irretiantur, quo etiam modo area concinnetur, quæ ſemina ſpargantur, quo geſtu plagaque ex tuguriis obducantur.

22 Aucupii vero, quod cum accipitribus exercetur, initium a Gentibus Germanicis manaſſe credibile eſt, ut ex LL. Bojoariorum, *Tit. 20.* Longobardorum aliorumque populorum veteris Germaniæ colligere licet. Item ex Epiſtola Hedilberti Regis Candiæ ad S. Bonifacium, Archiepiſcopum Moguntinum. Unam rem prætereа a vobis exhiberi deſidero, hoc eſt duos Falcones, quorum ars & artis audacia ſit grues velle libenter captare, arripere & arripiendo conſternere ſolo. Idem Bonifacius Epiſt. ad Athebaldum Regem Merciorum: Direximus tibi accipitrem unum & duos Falcones &c. Charta Ottonis III. Imp. *an. 986.* apud Ugellum: Cum omni Juriſdictione, cum piſcaria, falconaria & omnibus venationibus Capitii Montis.

Ex ſcriptoribus primus Julius Firmicus 23
eſt, qui nutritores Accipitrum, Falconum cæterarumque avium, quæ ad aucupia pertinent, memorat. Hoc exercitii genere mirum in modum recreantur Principes, Nobiles & ingenui quique.

Habet enim non diſſimilem ſpeciem a 24
diſciplina militari, diſponit namque Juvenum Comitatum, equitum quaſi alas adjicit, indagatores cum ſagaciſſimis canibus quaſi milites levis armaturæ præmittit, qui aves terrore excitent, & ad volandum compellant, ſpeculatores in montium verticibus ſtatuit, qui volatum obſervent, adſunt ſuo ordine, qui elata ſiniſtra manu accipitres ferant, adverſusque volantes alites artificii jactu eas dimittant, alii ſurgentem e terra volucrem quam primum reperiunt, alii per opertum volantem invadunt, alii in ſublime ſeſe offerentem, deinde ſinguli vocati ſibiloque allecti ad notam proprii heri lævam redeunt. Patricius Senenſ. *de Regis Inſtit. Lib. 3. Tit. 7.*

Sunt autem varia genera accipitrum ſeu 25
Falconum, qui nomen a colore, quem repræſentant, ſortiti. Germanis, *Fahl, Falch,* unde equi iſtius coloris dicuntur *Falcken,* dantur enim Granohabich, qui grues, Ganohabich qui anſeres, Anothabich qui anates capit, de quibus vid. *Gloſſa* Lindenbrogii. Additur his in Legib. Bojoar. *tit. 20.* Sparvarius, i. e. Niſus. De his Frider. II. *de Arte venand. cum avib. L. 2. c. 2.* Aves rapaces, quibus homines utuntur & apud nos uſi ſunt ab antiquo, ſunt iſtæ Girofalci, ſacri, Gentiles, peregrini gentiles, & Laynerii, quæ quidem ſub uno genere comprehenduntur, videlicet Falcone.

De hoc aucupio ſcripſere Beliſarius *de* 26
Aucupio. Petr. de Creſcentiis *L. 10. de Agricultura.* Jean de Frachiere *de la Fauconiere &c.* Vid. Baro de Hochberg *in Georg. Curioſ. L. 2. c. 92.*

Quia igitur hoc aucupium Regibus & 27
Principibus eſt digniſſimum, Electores Bavariæ in tota Bavaria *die Reiger-Paitz* ſibi reſervarunt.

Quod Colerus in ſua Oeconomia *L. 15.* 28
c. 14. ita deſcribit: *Wenn ein Krannich oder Reiger ſiehet, daſſ ſein Feind vorban-*

den ist, so fleucht er gar hoch in die Lufft hinauf, und wenn ihm nun sein Feind nachfolget, so kommen sie mit einander so hoch hinauf in die Wolcken, daß man sie beyde nicht mehr sehen kan, bis endlich der Raub-Vogel über den Reiger hinauf kommt, und ihm die Klauen in die Haut setzet, und ihn eingewickelt aus der Lufft herunter stürtzet, und sie beyde mit einander überwerffen, und also herunter auf die Erden fallen, und beyde von den Weid-Leuten aufgefangen werden.

29 Et ideo Principes & Magnates propter hujusmodi Falcones & accipitres virtuosos magnos sumtus faciunt, & pro uno sæpenumero 500. florenos exponunt. Krayffer. *ad jus venand. Bavar. Cap. 24.* Olim accipiter ne æstimationem quidem accipiebat. *1. LL. Longob. 9. in l. 33.*

30 Sed & aliæ aves in hunc usum assuefieri possunt, veluti ut corvus perdices venetur, ut mergus cicur pisces pastus ad Dominum revertatur, ut anas feras anates secum attrahat. Scalig. *Exerc. 232. & 233.*

31 Ordinationibus insuper venatoriis prohibitum, ne ejusmodi Falcones capiantur. Ord. Venatorio - Forestalis Bavar. *c. 23. Doch sollen alle Raub-Vögel ausser der Falcken und Blaufuß, so zu Unserer Fürstlichen Lust und Ergötzlichkeit zu gebrauchen, zu aller Zeit des Jahres zu fahen, zu schiessen, oder wie man sie gewinnen mag, erlaubt seyn.* Gräfl. Hohenloische Jagd- und Forst-Ordnung: *Es soll niemand den edlen Vogeln als Blaufuß, Habicht, Sperber und Stoß-Falcklein keinen Schaden zufügen, fahen, ausnehmen, verderben, weder mit Baum ümhauen, Verwüstung der Gestäude, Eyer oder in andere Wege; Sondern sollen vermercken, wo es dergleichen Gestäude hat. Und an welchem Ort alsdenn Uns oder Unsere Jäger oder Falckner iedesmal berichten, damit wenn Wir solche ausheben oder fahen lassen wollen, Uns oder die Unsern dieselbe wieder weisen und zeigen können.*

32 Quæstio moveri solet: An Rusticus inveniens Falconem cum sonaleis in pedibus injunctis, teneatur restituere priori domino, & in puncto affirmative concludit Cæpoll. *de Aucupatione c. 21. n. 6.*

33 Sed quid juris, si rusticus Falconem portarit ad domum suam, & eum teneat sub scamno, dando illi comedere carnes salsas, caseum & rapas, quibus omnibus utebatur rusticus, & Falco apud ipsum rusticum moriatur. An teneatur domino ad æstimationem falconis. Prima facie videtur ad hanc quæstionem negative respondendum; Primo quia rusticitati est ignoscendum. *l. 2. §. fin. ff. Si quis in jus vocat. non rer.* Deinde quia Rusticus, eo quod nemo persequebatur falconem, credere potuit, eum pervenisse in naturalem libertatem. Sed quia culpa est, se immiscere artibus ad se non pertinentibus, *l culpa. ff. de R. J.* nec Rusticus debuit credere ipsum Falconem pervenisse in naturalem libertatem, quia a natura non nascuntur falcones cum sonaleis & jectis, ex quo signo intelligere potuit, Dominum non habuisse falconem pro derelicto. *l. 43. §. 11. ff. de Furt.* Unde concludit Jacob. de S. Georg. *in Tract. Feud. verb. Et cum venationibus n. 6.* Rusticum non quidem teneri lege Aquilia, quia non interfecit falconem, sed, quia præbuit causam morti, actione in factum. *l. 7. § 6. ff. ad L. Aquil.*

Aves autem rapaces, ut Milvos, Vul- 34
tures, Corvos, *Weihen, Geyer, Raben, Krähen, Neuntödter* semper & passim cujuscunque arbitrio capi permissum est. *d. Ordin. Bavar. Art. 23.*

In Saxonia Electorali, quando quis 35
occidit ejusmodi avem rapacem, & ejus ungues Præfectis offert, præmium ei solvitur.

Areæ, *die Vogel-Heerde*, etiam ab eo, 36
qui habet jus Foresti, debent impetrari, *Fürstlich Sächsisch - Gothaische Jagd - und Forst - Ordnung de Anno 1644. Sect. 2. n. 8. Die Vogel - Heerde und Gestelle, auf Unsern eigenthümlichen Wäldern sollen durch den Schösser und Forstmeister oder Ober-Knecht mit Vorbewust des Jägermeisters, so viel ohne Schaden und Nachtheil geschehen kan, vermiethet, der Zinß davor einbracht, in die Jägerey - Rechnung verschrieben und gesetzet werden, wie hoch ein ieder Heerd und Vogel - Gestelle vermiethet, und wo sie gelegen. Es soll auch keinem Unterthanen, welcher des Nieder- Weidwercks nicht befugt, gestattet werden, Vogel - Heerd und Gestelle auf seinen Güthern andern zu vermiethen.*

In Ordinationibus Venatorio - Fore- 37
stalibus solet quoque modus poni, ut scilicet areæ certo a se invicem intervallo distent, ne sonus allicientis cantus ex una ad aliam pervenire queat, *daß ein verhaltener Gesang den andern nicht hören möge. Bayerische Jagd - und Forst - Ordnung. Cap. XXII.*

Est

38 Eſt autem area locus variis eſcis & avibus allicientibus ita præparatus, ut poſſit retibus cooperiri. Pulchre eam deſcribit Plautus *in Aſin. A. 1. Sc. ult.* Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum, aves aſſueſcunt, neceſſe eſt facere ſumtum, qui quærit lucrum. Sæpe edunt, ſemel ſi ſunt captæ rem ſolvunt aucupi. Solent vero pro diverſitate avium diverſimode confici, quod docet late Conrad. Aitinger *vom Vogelſtellen.*

39 Laqueis *in Schleiffen und Dohnen* multas aves capi compertum eſt, quod etiam in hiſce terris non cuilibet eſt permiſſum; ſed illi, qui a Domino venationis certum habet tractum, *einen gewiſſen Ort mit Donen oder Schleiffen zu beſtecken, ein Geſchneide.* vid. *ſupr. hoc Cap.* §. 5.

40 Mandato venatorio - Foreſtali Ducis Erneſti Saxo-Gothani *de Anno 1667.* præſcribitur magnitudo laqueorum pro captura Gallinaginum, Attagenum, *wie wir denn vors ſiebende auch nicht gemeynet, Fallen oder ſtarcke Schritt - Schlingen in den Vogel - Schneiden, dadurch die Auer - Hähne können weggefangen und verpartiret werden, zu dulden, ſo ſollen dieſelben hiermit gäntzlich bey Straffe 10. Rthl. verbothen ſeyn. Doch mögen diejenigen, ſo Vogel ſtellen, zu den Schnepffen und Haſel - Hünern, Fallen, ſo nicht höher denn 5. Nürnberger Zoll, und die Tritt - Schlingen, darzu ſie 6 Haar aufs meiſte nehmen, gebrauchen. Es ſoll auch ein ieder im Vogel - Schneiden gäntzlich ſich der Ausnehmung der Vogel enthalten, bey ietzo vermeldter Straffe.*

Magnitudinem autem retium pro unaquaque ave delineat Conrad. Aitinger, *vom Vogelſtellen. P. II. c. 23.* verbis: *Nachfolgende Strick - Meſſer &c.* cui Iconi præfigenda tabula ex Fritſchii *Ordin. venat. Foreſt p. 54.*

41 Avem in laqueo alieno repertam invenientis ſeu accipientis fieri, probari poſſe videtur ex *l. 55. ff. de A. R. D.* quod tamen hodie conſuetudine refragante non obtinet, uti *in cap. anteced.* de fera vulnerata diximus, præcipue cum hodie aucupium æque ac venatio inter Regalia referatur, & Principum proprium factum, qui illud cum venatione aliis pro lubitu concedunt, ut dubium non ſit, eum qui avem ex laqueo alieno ſurripit, furtum committere.

42 Eodem modo res ſe habet cum alaudis, quæ ſæpe contentiones periculoſas excitant, ac inter Comites Oettingenſes in Wallenſtein, & Imperialem Civitatem Nordlingam magnam litis cauſam pepererunt. Et quamvis in multis locis liberum eſt hoc aucupium, ut in Bavaria; Jacob. Kylling. *in diſp. de Venat. ultim.* fatetur tamen eos, qui jus venandi ſibi vindicant in fundis alienis, etiam hoc ſibi aſſerere, & vel areas locare, vel aliud lucrum ex Aucupio alaudarum, *vom Lerchen-Streichen,* percipere; quod etiam in Saxonia obtinet. *Churfürſtl. Sächſ. Mandat de Anno 1603.* Tit. *Die Jagd - Fuhren und Jagd-Dienſte betreffend: Nachdem ſich auch die Bauerſchafft, Müſſiggänger und ander gemeine Volck unterſtehen ſollen, ohne Unterſcheid, auch offte auf den Amts- und derer von Adel eigenthümlichen und Ritter - Güthern mit dem Nacht - Lerchen-Netz zu ſtreichen, darbey auch alles, was von Rebhünern, jungen Haaſen und dergleichen befunden wird, mit zu nehmen und zu verwüſten. Als ſoll daſſelbe bey namhaffter Straffe hiermit gäntzlich verboten ſeyn* Item mandatum Ducis Erneſti ſupra allegatum. *Zum achten ſollen in Unſerm Gehege die Nacht - und Streich - Garn gäntzlich abgeſchaffet ſeyn und bleiben, bey Straffe 20. Rthl.* Præprimis vero captura luſciniarum quibusdam in locis eſt prohibita, ut in Electoratu Brandenburgico, ubi Sereniſſimus Elector modernus Fridericus *de dato 28. Mart.* ſevere mandavit: *Befehlen dieſemnach hiermit iedermänniglich bey Vermeidung dero Ungnade und harter Beſtraffung, daß ſich hinfüro niemand gelüſten laſſen ſolle, denen Nachtigaln auf eine oder andere Art nachzuſtellen, oder dieſelbe wegzufangen, vielweniger ſolche zum öffentlichen Kauff, wie bishero geſchehen, feil zu tragen, damit auch dieſem Unweſen auf einmal abgeholffen werde, ſo wollen Se. Churfürſtl. Durchl. ferner nicht, daß iemand, wer der auch ſey, ſich unterſtehen ſoll von nun an Nachtigaln in Käfichten oder Vogel - Bauren oder ſonſt irgends zu haben, und ſollen diejenigen, welche dergleichen haben, ſelbige alſofort wegfliegen laſſen: Es ſoll auch keinem auswärtigen vergönnet ſeyn, Nachtigaln zu feilem Kauff ins Land zu bringen, allen Unterſchleiff deſto beſſer zu verhüten. VVürde ſich aber dennoch iemand über das Fangen betreten laſſen, ſo ſoll er alſofort von der Gerichts - Obrigkeit deſſelben Orts in Arreſt genommen, und Seiner Churfürſtl. Durchl. davon unterthänigſter Bericht abgeſtattet, derſelbe auch darauf, anderen dergleichen Excedenten und Frevelern zum Abſcheu, mit exem-*

exemplarischer Strafe ohnfehlbar angesehen und beleget werden; diejenigen aber, welche Nachtigaln in denen Häusern haben, und nicht innerhalb 10. Tagen nach Publication dieses Edicts wegfliegen lassen, sollen ebenfalls mit willkührlicher unausbleiblicher Strafe angesehen werden, denen Auswärtigen aber sollen, wenn sie vorher auf den Grentzen gewarnet, und sie doch den Handel fortsetzen wollen, alle Vögel preiß gemachet werden &c.

43 Quia etiam volucres non solum sunt pro ornamento universi, sed etiam pro utilitate hominum, recte Principes tempus & modum, quo aucupium peragi debeat, definire solent, ne scilicet vastentur species, præsertim cum ova ponunt & pullos nutriunt. Interest enim Reipubl. ne quis re sua male utatur, nec terra avibus spoliaretur. Conf. Argentor. 13. *Vol. 1.* Ita aucupium religionis gratia non licitum in diebus Festis, dominicis, item tempore Jejunii aut Quadragesimarum. Medic. *d. tr. P. 1. qu. III. n. 12.* Rath. *Tract. eod. 6. 78.* Quid enim prodest, ut jure conqueritur Ambrosius, jejunare visceribus & luxuriare venationibus? abstinere cibis & errare peccatis? An putatis illum jejunare Fratres, qui primo diluculo non ad Ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum loca sancta perquirit, sed surgens congregat servulos, disponit retia &c. *c. XII. & XIII. dist. 86.* Quod vero Virgil. *L. 1. Georg. v. 268. seqq.* canit:

Quippe etiam Festis quædam exercere diebus,
Fas & jura sinunt: Rivos deducere nulla
Relligio vetuit: segeti prætendere sepem,
Insidias avibus moliri: Incendere vepres.

Ethnicissimum sapit, nec ad nos nostramque pertinet Ecclesiam. In hisce Regionibus aucupium a tempore Bacchanalium usque ad Festum Johannis Bapt. est prohibitum. *Mandat wegen des Vogel-Fangs* Elect. Joh. Georg. *I. de A. 1626. Daß sich keiner von Fastnacht an bis Johannis Baptistæ mit der Eulen, Kloben, Leim-Stangen, oder andern Weidwerck zu treiben unterstehen soll.* Ordinatio Venatorio-Forestalis Ducis Frider. Wilh. in Altenb. *Es soll auch niemand des Vogelstellens und Fahens, es sey auf Heerden in Dohnen und Schneidlen mit dem Kautz oder Leim-Stange, oder welcherley es wolle, von Fastnacht bis auf Johannis sich unterfangen, auch keiner Gevögel Eyer oder Jungen ausnehmen, gleicher Gestalt bey Strafe zehen Gülden.* Cum quibus & plane coincidit Seren. Principis Augusti, Ducis Brunovic. & Lüneb. *Mandatum de dato 8. Jan. 1638.* ibi: *non procul a fine: Als Wir auch vor gewiß berichtet worden seyn, was massen die sowol bedächtig von Unsern Herrn Vorfahren an der Regierung ausgelassenen Jagd-Ordnung mit dem Jagen, nemlich von Lichtmesse oder dem Anfange des Monats Febr. bis an Bartholomæus-Tag, oder an den Monat Septembr. allerdings einzuhalten gar aus den Augen gesezt, und dagegen ungescheuet straffbar gehandelt wird: so haben Wir in diesem öffentlichen Anschlage dieselbe hiermit geltend wiederholen wollen, und seynd des gäntzlichen Vorhabens, die Verbrecher deswegen in gebührende Strafe andern zum Abscheu nehmen zu lassen.*

Ad depopulationem etiam avium multum facit, quando nidi & ova earum auferuntur & disjiciuntur, de quo Ordinatio Venatoria Gloriosiss. Imperatoris nostri Leopoldi *de dato 18. Martii An. 1675. Sollen den Phasanen, Reb- und Haselhühnern, Auer- und Birckhähnen, Reyern, Enten und dergleichen Feder-Wildpret, die Eyer nicht aus ihren Nestern genommen und verwüstet werden, bey 30. Rthlr. Strafe.* Pariter & ibi mandatum, *daß von ieden Volck oder Kütte Rebhühner ein junger Hahn und zwo Hennen, als die alte und eine junge, wieder losgelassen wären, der Rebhühner-Fang soll werden von Michaelis an bis auf den halben Februarii, ausser mit der Payß, sonst nicht, bey Strafe 50. Rthlr.* Ordinatione Bavarica *c. 22.* ita cautum; *Es soll auch allen Obrigkeiten in Ernst befohlen seyn, daß sie in sonderbare Obacht stellen, damit durch die Bauers-Kinder und andere Leute die Vogel- Enten- wilde Tauben- und allerley Feder-Wildprets-Eyer von den Nestern nicht abgenommen, in den Gehöltzen die Höhlen und Bäume bestiegen und durchsuchet, auch die Vogel-Nester in den Bäumen, wie etliche thun, nicht also ausgehauen und zerstöhret werden.* Churfürstl. Sächs. Mandat wegen des Vogelfangens de A. 1626. *Daß sich viel unterstehen, jung Feder-Wildpret zu unrechter verbothener Zeit auszusteigen und hinweg zu nehmen, auch bisweilen die alten mit sonderlich hierzu angerichteten Schleiffen über den Eyern und Brut zu fangen, auch wol die Eyer und Jungen gäntzlich hinweg zu tragen &c.* 44

Ad

45 Ad nimiam extinctionem etiam avium evitandam conducit prohibere aucupium tempore Vernali, quando volucres ex calidioribus Regionibus in nostra loca revertuntur, *auf den Wiederflug. Churfürstl. Sächsisches Mandat wegen des Vogel-Fangs* de Anno 1626. *Wie es mit Verschonung der wilden Vogel Brut und Eyer, auch in verbothener Zeit und im Wiederfluge &c. mit Fahung und Schiessung soll gehalten werden.* Et *in Churfürstl. Sächsischer Landes Ordn.* Tit. *vom Vogelfahen. Weil es denn gar gemein wird, daß der Vogel im Wiederfluge und zur unrechten Zeit gefangen; So ordnen und wollen Wir, daß solch Ausschreiben in Unsern Landen von männiglich gehalten werde, bey darinn angedrückter Strafe.*

46 Non sufficit autem in nonnullis locis modum & tempus esse præscriptum, quemadmodum aucupium institui debeat, ne in perniciem & depopulationem avium vergat. Sed insuper etiam prohibita eradicatio certarum arborum & fruticum escam volucrum proferentium. *Churfürstliche Bayer. Jagd-Ordn. c. 22. Es wird auch durch unzeitiges und häuffiges Räumen der Krammet-Beer-Stauden und Taxen reisen, sowol allerley Wildpret, als den kleinen und grossen Vögeln an der Weide nicht wenig benommen: Als soll forthin solche Ausreutung in den Auen gantz verbothen seyn, doch unbenommen der Holtzmeß, so einer oder mehr der Orten hergebracht hätte, die Wißmäder aber die mit Holtz verwachsen, mögen, nach mehrern Inhalt des 13. Art. 3. Theils der erklärten Landes-Freyheit, geräumet werden, doch wenn iemand dergleichen Wißmäder räumen wolte, soll es mit iedes Orts Obrigkeit Vorwissen geschehen, auch die Förster sonderbare gute Obacht haben, ob dieser Ordnung zuwider zu Abödung der Vogel-Weide die Gründe geräumet und ausgereutet würden.*

47 Reditus aucupiorum pertinent ad usufructuarium, non ad proprietarium *l. 9. §. 5. ff. de Usufr.* Hinc etiam usufructuarius potest prohibere, ne quis aucupii gratia fundum ingrediatur. *l. 16. ff. d. S. R. P.*

48 Avibus legatis, anseres, phasiani, Gallinæ sylvestres & aviaria, i. e. caveæ, ubi stant aves, debentur, si scilicet testator talia habeat, alias secus; phasianarii autem & pastores anserum non continentur, nisi id testator expressit. *l. 66. ff. de Leg. 3.*

49 Species etiam aucupii, quamvis ficti, est, Aquilam & Columbam ex ligno confectam arcu vel bombardis petere, hinc quæri solet, an tale exercitium in Festo Pentecostes liceat instituere, *nach dem Vogel-Schiessen.* Et dicendum, quod hoc homini pio non conveniat. Neander *de Bacchanal. p. 238. Churfürstl. Sächs. Policey-Ordn. Tit. 2. §. 4. Ob zwar auch das Schützen und Vogel-Schiessen wohl nachgelassen, so soll doch solches entweder an hohen Festen und Sonntagen gar nicht, oder doch nicht eher angestellet werden, es sey denn sowol Vor- als Nachmittags der Gottesdienst verrichtet, und daß alle Uppigkeit bey unnachläßlicher willkührlicher Bestrafung des Verbrechers, darauf durch gewisse Personen fleissige Aufsicht und Achtung zu geben, darbey vermieden, und darüber gute Ordnung mit Bestätigung iedes Orts Obrigkeit aufgerichtet werden.*

An Aucupium sit exercitium Princi- 50
pibus satis dignum? dubium non habet, 51
cum (1) venatio aucupium sit belli quasi præludium, quo corpus & animus Heroum ad militiam præparatur & disponitur, &, ut Philo Judæus *Lib. 1. de vit. Mosis* loquitur, præexercetur, ut deinde promtiores in certamine & prudentiores in conflictu efficiantur. Andr. Knichen. *de Saxon. non prov. jur. T. V. ad verba: Wälde, Wild Bahn, Jagden, num. 196.* dum enim membra laboribus adsuescunt, æstum, frigus, famem quandoque perferunt, saltus pererrant, locorum ingenia ediscunt, quomodo nempe adsurgant montes, quo pacto vallium ora aditum admittant, & diffusi campi pandantur, quid, nisi bellicæ artis rudimenta capiunt? Nicol. Machiav. *Princip. c. XIV. p. m. 56.* Joh. a Chockier. *Lib. 5. aph. Polit. c. XX. p. m. 290. & 294.* adeo ut Noë Meurer *P. 2. des Jagd- und Forst-Rechts*, recte dicat, *daß ein guter Jäger und Vogler ein halber Krieger sey. p. m. 32.* Imprimis autem hujus & illius singularis affinitas ex illo, quod cum accipitribus exercetur, aucupio apparere videtur, disponuntur namque eo (referente Patric. Senens. *Lib. 3. de Reg. Inst. Tit. 7.*) juvenum comitatus, equitum quasi alæ adjiciuntur, indagatores cum sagacissimis canibus quasi milites levis armaturæ præmittuntur, qui aves terrore excitent, & ad volandum compellant, speculatores in montium verticibus statuuntur &c. vid. *supr. §. 24.* ubi integra verba dicti autoris videre licet.

(2) Quod venatio maximarum rerum 52
meditationi materiam præbeat. Mirum

enim eſt, autore Plin. Secund. Jun. ut animus agitatione motuque corporis exerceatur; nam undique & ſylvæ & ſolitudo ipſumque illud ſilentium, quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta ſunt, nec Diana magis montibus, quam Minerva inerrat, *Lib. 1. Epiſt. 6. & lib. 9. Epiſt. 10.* Schönborn *Lib. 2. Polit. c. 28.* Quod tamen argumentum minus ponderis habere, diſſimulare non poſſumus.

53 Quare etiam vulgo (3) prudentiſſimi rerum civilium Doctores, Principem feliciſſimum formaturi, exercitium noſtrum ei ampliſſimis verbis commendant, uti videre licet apud ſæpius laudatum a Chockier. *Aphor. Polit. Lib. 5. c. 20.* Schönborn. *d. l. c. 28. in fin.* Joh. Marian. egregie *de regn. & reg inſtit. Tractat. ad Philippum III. Hiſpan. Regem. L. 2. c. 5. non procul a fine.* & omnium elegantiſſime Nicol. Machiavell. *in celebri ſuo Principe c. XIV. verſ. numquam propterea.*

54 Id tamen extra omne dubium eſt, (4) omni fere ſeculo potentiſſimos quosque Reges & maximos Principes bello hoc exercitio ex his & aliis cauſis jugiter delectatos fuiſſe, quorum magna nomina longa ſerie apud Georg. Mohr. *P. II. c. 12. n. 9 - 12. ſeq.* Schönborn *d. l.* Chockier. *d. tr. c. 20.* Pruckm. *ad §. Venatio c. 2. n. 39. ſeq.* legi poterunt. Nos ex illis ſaltem nominamus inclytos illos Cæſares Germanos, ALBERTUM Auſtriacum, Henricum I. & Maximilianum I. quorum ille, teſte Æneа Sylvio *Lib. 4. de Geſt. Alphonſi* dicere ſolitus: Venationem virile & heroicum eſſe exercitium, ſeque voluptate quavis carere poſſe, venatione non poſſe; Iſte, cum inter aucupandum Imperii Diadema ipſi oblatum erat, a ſingulari aucupii deſiderio & ejus crebro exercitio Aucupis elogio inſignitus eſt. Kirch. *de Republ. Diſp. 3. Coroll. 1.* Colleg. Arg. *ad Tit. ff. de A. R. D. n. 22.* Joh. Cluver. *Hiſt. Univ. in dict. Henrico p. 438.* Luc. de Linda *deſcript. Orb. Lib. 7. in eod.* Hic vero alias ſumme hoc ſtudio exhilaratus. Vid. Pruckm. *d. l. n. 43.*

55 Accedit utilitas, ut & jucunditas Aucupii. De hac elegans locus Horatii *Lib. Epod. II.*

Aut trudit acres hinc & hinc multo cane
Apros in obſtantes plagas.
Aut amite levi rara tendit retia.
Turdis edacibus dolos,
Pavidumque leporem, & advenam laqueo
gruem,
Jucunda captat præmia.
Quis non malorum, quas amor curas
habet,
Hæc inter obliviſcitur?

Illa eluceſcit tum ex inſigni uſu volucrum ad victum & ornatum, imo amictum etiam,

- - Avium quoque verſicolorum
Indumenta novis texentem plumia telis,
inquit

Prudentius *in Hamartigenia.* Et L. An. Seneca *Epiſt. ad Lucil. XC.* Quid ergo, numquid non pelles ferarum & aliorum animalium a frigore ſatis abundeque defendere queunt? Non avium plumæ in uſum veſtis conferuntur? Non hodie magna Scytharum pars tergis vulpium induitur &c. Tum ex ſingulari conſervatione valetudinis ejusdemque collapſæ reſtauratione. Memorabile eſt, quod Razes Arabs, Autor graviſſimus ex Galeni ſententia, memoriæ mandavit, videlicet: In quadam peſte contigiſſe, ut dum omnes fere perirent, ſoli Venatores & Aucupes, ob ſummam valetudinem aſſiduis venationibus partam, incolumes evaſerint. Hier. Mercur. *de Art. Gymn. Lib. VI. c. 13 Lit. E.* Verum hos ſæpius ob nimium & violentum motum in graves etiam incidere morbos experientia docet. In omni namque re modus eſt tenendus.

Moneri etiam hic ſolent Principes & 56
Magnates a Doctoribus, præſertim Conſcientiæ Magiſtris, ne præ nimio aucupandi & venandi ſtudio (1.) publica negligant, eorumque obliviſcantur, ſeque plane *θηρομανία, der Jagdſucht,* Cruſ. *P. 2. lib. 6. Annal. Suevic.* dedant. (2.) Immoderatos ejus ſumtus faciant, & in aucupationem apparatus prodigorum more (Cicer. verba ſunt *Offic. Lib. 2.*) pecunias profundant. (3.) Damnum ſubditorum mesſibus & ſegetibus inferant, vel ſata & frumenta conculcent, vel nimiam libertatem volucribus concedendo, ita ut nemo eas grana & ſegetes depaſcentes fugare audeat: Qua de re graviſſima eſt Oratio Joh. Sarisberienſ. *Policrat. ſive de nugis Curial. Lib. 1. c. 4.* cujus particulam exhibet Knichen. *d. l. n. 203. & 204.* Conferri præterea poterit Hippolit. a Collib. *Lib. un. de princip. c. 27. p. m. 150. ſqq.* Chockier. *d. l.*

d. l. Medic. *d. tr. & part. 3. qu. 42. n. 2.* Mohr. *l. c. P. 1. c. 2. n. 75.* ubi notanter dicit, quod, si quis Princeps messibus damnum intulerit, in foro conscientiæ illud resarcire & restituere teneatur. Quibus adde sis, quæ idem habet, *ead. p. 1. c. 4. n. 19. 20. 21.* Dominic. a Soto *L. 4. de Just. & Jur. qu. 6. art. 4.* Deinde quoque & illud hic dissimulandum non est, quod, utut sæpius laudatum nostrum exercitium præparamentum militiæ maxime utile dixerimus, id tamen ita explicatum velimus, nos non esse in hac sententia, quasi nemo sine dicto exercitio bellator idoneus fieri possit. Cum non solum, optime animadvertente Conringio *in Animadv. Polit. ad d. Principem Machiavelli. c. XIV. ad verb. Venandi studio* jugiter constet, multos sine eo expeditissimos milites evasisse; sed & situs locorum aliis modis addisci possit, præprimis vero ex illa Achæorum Principis Philopæmonis Exercitatione, quam *verf. feq.* idem Machiav. pro hac re merito commendat.

57 Et hæc de Principibus; sequuntur CLERICI, de quibus hoc in loco (1.) Doctorum est controversa disceptatio, utrum nempe & hi recte aucupentur? Nobis salva omnium autoritate hac in re discernere licebit inter Clericos & Monachos seu Religiosos; & ita quidem, ut Clericorum nomine laxiori quodam vocabuli significatu Cardinales, Archi-Episcopos, Episcopos, Presbyteros, Parochos, Abbates, Prælatos, & omnes alios, qui divinis officiis, uti Pontifex *in c. duo genera XII. qu. 1.* & ex eo Lancellot. *Inst. Jur. Can. L. 1. c. IV.* loquitur, mancipati sunt, quosque sacris vacare decet, exceptis solis monachis, comprehendamus, *arg. C. non dubium. 5. Extr. de sentent. Excommunic. junct. l 52. C. de Episc. & Cler.* Rittershus. *comment. ad Novell P. 1. c. 6. n. 23. seq.* Jacob Cujacius *ad Novell. V. p. m. 57.* Alias tamen non nescii, Episcopos a Clericis distingui solere, *arg. rubric. C. de Episc. & Cler. & Orphanotroph.* ubi conferri merentur, quæ annotavit ad hanc rubricam *in Proœm.* Doctor quidam Anonymus Jenens. *in Comm. in Prior. XIII. tit. Lib. 1. Cod.* quem Dn. Struv. *Juri suo sacro* addi curavit *p. m. 178.*

Et his jam suppositis dicimus, Clericis regulariter jure Canonico aucupium esse prohibitum, idque probamus expressis ejus juris textibus. (1.) est *in c. 3. dist. 34.* Hoc tenore omnibus servis Dei venationes & sylvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones habeant, interdicimus. (2.) *in c. 2. ead. dist. his verbis:* Episcopum, Presbyterum aut Diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut hujusmodi res habere non licet. Adde *c. 1. & 2. extr. de Cleric. Venator.* ubi hoc interdictum & totidem verbis repetitur. Omnium autem apertissimus est (3.) *in C. quorundam 1. Dist. 34.* ubi postquam Nicolaus Papa *in princip.* ita: Quorundam relatione fidelium nostris auribus intimatum est, quod Lanfredus Episcopus Venationi sit deditus, quod vitium plurimos etiam de Clericali Catalogo, genere duntaxat Germanos & Gallos irreverenter implicat &c. Tandem *circa fin. d. c.* concludit: oportet ergo fraternitatem T. (putat Archiepiscopum Albinum) illi (Episcopo) pastorali autoritate præcipere, quatenus ab omnium bestiarum vel volucrum venatione penitus alienus existat. Videsis Knichen. *d. tract. verb ducum. c. 5. n 191.* Rath. *Disp. de jur. ven. pisc. & auc. th. 89.* Jacobin. de S. Georg. *ad verb. & cum venationibus, de Feudis n 8.* Pruckm. *ad §. venatio. n. 72.* Quo & collimat Germanorum Adagium: *daß die Geistlichen in die Kirche, die Bauren zum Pflug und Acker-Bau gehören.* Noë Meurer. *d tract. vom Jagd- und Forst - Recht. P. 2. p. m. 31.* Et hæc quoque nostra sententia a Patribus Concilii Tridentini, *decreto de Reformat. General. cap. XII. §. vestitu in Super. Sess. 24.* confirmata est.

Nec enervant eam, quod, cum Deus omnibus hominibus, citra distinctionem Laicorum & Clericorum, dominium ut in cætera animantia, ita etiam in volucres concesserit, Genes. IX. 2. etiam eo modo Aucupium, sine quo dominium illud frustraneum est, omnibus indistincte concessisse intelligatur, *arg. l. 2. ff. d. Jurisd. l. ad rem. 56. l. ad legatum. 62. ff. de procurat.* Quia hæc donatio Clementissimi Numinis non eo extendenda, quasi homines, utilitate sic suadente, illam in quibusdam sui ordinis pro ratione status & conditionis eorum restringere non possint, cum recte & illud divinum jus, quod perpetuam non habet prohibitionem, humanis sanctionibus arctetur. Knichen. *d. tr. de Saxon. non provoc. jur. c. 5. n. 185.* Sic jure divino omnes liberi nascimur, nec tamen inde servitutem divinæ voluntatis repugnare recte quis inferat, postquam salutariter constitutum, ut bello victi potius servarentur, quam occiderentur. Mynsing. *ad §. 2. Inst. de jur. person.*

Ludwel. *ad eund.* §. utilitatem autem & rem Christianam prohibitionem hanc suadere, non obscure evincunt rationes, quas magno numero congessit Mohr. *d. Tract.* P. 2. c. 12. n. 25. *multaque seqq.* Sebast. Medic. P. 1. *qu.* 8. n. 3. *seqq.* Noë Meurer. P. 2. *sub rubrica: Welchen Personen und Stand vor andern das Weidewerck zu treiben durch beyde Rechte geist- und weltlich zugelassen.*

Interim vero præfracte non negamus, Clericos nostros interdum recreationis & valetudinis causa, ad excitandum calorem naturalem, vel etiam appetitum, aucupari licite posse. Medic. *dict.* P. 1. c. 3. n 14. & c. 8. n. 17. modo tamen rariuscule id fiat, & non tempore, quo Sacra e. g. prædicationis, visitationis &c. obire tenentur, Mohr. P. 1. c. 1. n. 49. nec fines recreationis & modestiæ clamoribus vel aliis modis excedantur, Mohr. *d. c.* 1. n. 48. nec bombardæ, Archibusia Dd vocant, vel alia arma aut accipitres adhibeantur. Pruckman. *d. l.* Ingens vero necessitas, uti alias, sic & hic legibus quodammodo magis soluta est: Etenim cum volucrum nimia frequentia sata grana depascendo agris & vineis noxia fuerit, vel Clerici alias non habeant, unde vivant, licite utique illas quocunque modo capere videntur. Mohr. *d. c.* 1. n. 51. *seqq.* Pruckm. *d. c.* 4. n. 86. *seqq.* Deinde quoque utilitatis causa id ipsum nostris concessum dicunt Doctores, si plurimi eorum reditus in aucupio consistant, uti v. g. Hostiensis Episcopi ex sola coturnicum captura millia nummorum aureorum amplius quatuor quotannis accipientis, teste Franc. Zoanett. *de Duplic. Venat.* n. 32. dum tamen, si ipsi aucupari velint, modum supra descriptum stricte observent; per Laicos autem quacunque ratione, adhibitis etiam armis, accipitribus & clamoribus expediant. Zoanett. *d. l.* n. 32. Plane tamen alia ratio est modernorum Episcoporum nostræ Germaniæ, ejusdemque quorundam Abbatum, Prælatorum & similium, qui vel ex beneficio Caroli M. secundum Thomam Michaëlem (citante Victore *de caus. exempt. Imper. Conclus.* 30. *circa fin.*) *de SS. Cæsar. Maj. Camer. & Stat. jur.* §. 130. *lit. d.* vel Ottonis M. secundum Conring. *Annot. ad Lampad.* P. 3. c. 6. §. 6. p. m. 221. vel Ludovici Pii, aut alius cujusdam Imperatoris, vid. Cluten. *Syll. rer. quotidian.* §. 9. *lit. c.* Coler. *de jur. Imper. Germ.* §. 49. Superioritatem territorialem & alia jura Principum secularium nacti fuerint, etiam jura venandi & aucupandi acquisiverunt, ita ut ea non secus ac reliqui Principes & immediati Status sine ulteriori restrictione exerceant. Mohr. de Nigromonte *d. tract.* P. 1. c. 1. n. 46. Sed quid de nostris Evangelicis pastoribus tenendum? Jure Canonico se adstringi vix patientur, & forsan habebunt, quod jure excipient. Nos utut aucupium recreationis vel utilitatis gratia illis minime invideamus; salvo tamen cujusvis melius sentientis arbitrio putaremus, ex re & sua & Ecclesiæ fore, si ad exemplum Clericorum nimium ei sese ne dedant, nec vocationis officia negligant. Vid. *cap. anteced. de Venat.* n. 49. Monachis vero & Religiosis indistincte aucupia prohiberi adseveramus, ita ut hi semper (referimus verba Clementis V. Papæ) ab aucupationibus abstineant, nec eis interesse, vel aves Venaticas per se, vel per alios tenere præsumant. *Clement.* I. §. *porro de statu Monachor.* adde *cap.* I. X. *ne cler. vel Monach.* ibi *circa fin.* canes & aves sequi ad venandum; & paucis interjectis: Ecce talia & his similia ministris altaris Domini, nec non & Monachis omnino contradicimus. Conf. Hahn. *in Not. ad Wesenb. de acquir. rer. dom.* n. 7. *ad verb. quare & Ecclesiasticis.* Mohr. *d. c.* 12. n. 50. Eo tamen casu, quo saltus proprios vel jus venandi & aucupandi in alienis habent, iis per alios hoc exercere permittitur, dum tamen intra monasteria seu domos, quas inhabitant, Venaticos Canes, Falcones vel Accipitres, non teneant. *dict. Clem.* 1. §. *porro de Stat. Monach.* Franc. Zoanett. *d. l.* n. 31. Mohr. *d. c. num.* 9. ubi hæc alia fusius. Nos iis non immoramur, sed transimus ad Milites.

De quibus (3) solet esse quæstio: Num 58
e Republica sit, eos venari seu aucupari? Piscationem quidem his non adeo prodesse, sæpius allegatus Mohr. P. 2. *d. tr.* c. 12. n. 24. contendit, eo quod pisces male nutriant, & corpora reddant morbifica. Unde & Homerus milites suos juxta littus castra metatos inter alia monet, ne pisces unquam gustent: Hellespontiacis vero, quod Ichthyophagi sint, adeo imbelles & effœminati, exprobrat. Reliquam autem Venationem illis, præsertim pacis tempore maxime prodesse, unanimi fere consensu Politici concedunt, cum ea sit quasi umbratilis quædam, ut Plato *Lib.* 7. *de LL.* ait, militia, qua, quemadmodum supra de Principibus vidimus, ad bella expeditiores redduntur, & laboribus adsuescunt,

ut deinde ad vitanda ac inferenda pericula cautiores fiant, referente Xenophonte Cyropæd. *lib. 1.* & ex eo Camill. Borell. *lib. 4. de Magistr. Edict. c. 3. n. 50.* Sic, ut alios taceamus, Pelopidam Thebanum & Viriathum Lusitanum stupendam fere illam militiæ peritiam, qua ille Spartanis, hic vero Romanis formidabilis fuit, ex sola Venatione didicisse testatur Plutarchus *in Vit. Pelopid.* Vellej. Paterc. *Lib. 2. c. 90.* Mohr. *d. c. 12. n. 9.* Unde & Legislator apud Lacedæmones Venationem terrestrium & volatilium suis maximopere commendabat, quod nulla ad militarem disciplinam convenientior censenda esset exercitatio, quam venandi & aucupandi studium, prout ex Nicol. Cragio *de Republ. Lacedæm. lib. 3. Tab. 9. de Exerc. corp. Inst. 2.* testatur Andr. Knichen. *de Saxon. non pro. jur. verb. ducum. c. 5. n. 194. seqq.*

59 Ultimum & (4) dubium est de Studiosis, an & illi licite aucupentur? Negandum quidem non est, quod aliquibus in locis hoc licite facere queant: Communiter tamen negative hæc quæstio decidi solet, eo quod hi avium capiendi desiderio inescati nimiam studiis suis remoram injiciant, secundum vulgare illud:

Per pisces & aves multi periêre scholares.

Mohr. *d. P. 2. c. 12. n. 39.* Goldastus quidem *Tom. I. Rerum Alemann. P. 1. fol. 211.* & qui hunc refert Wehner. *Observ. Pract. in voce: Vogel-Weide*, vulgare hoc non de Aucupio, sed helluatione & Ἀσωτίᾳ intelligendum monet; quicquid tamen sit, illud fere constat in plerisque Germaniæ Academiis, ex hac & aliis causis illud

60 studiosis vetari. Elegans simul ac grave edictum, quod Auctore & Rectore Friderico Taubmanno Wittebergæ Anno 1608. publice est affixum, tanquam ab instituto non alienum, hic subjicimus.

RECTOR ET CONCILIUM PUBLICUM.

Quoties & quam severe, & districte, & diserte mandata tum manu exarata, tum typis descripta a Serenissimo nostro Magistratu hic publicata atque imperata sunt? ne quisquam e nostris, quisquis sit, ullam feram, sive ea minor sit, sive major fuerit, bipes sive quadrupes, in lacu lucove, aut quocunque agri Wittebergensis loco clam palamve ullo teli genere, quo nomine cunque censeatur, occupet aut conficiat. Et tamen (quod revera dolendum est) reperiuntur in vobis tam abjectæ & profligatæ improbitatis nonnulli, ut contra fidem conscientiæ ista omnia quasi pedibus conculcent. Et quia hesterna vespera novo mandato excitati denuo sumus, ut petulantiam istorum, qui feras consectantur, coërceremus; voluimus & debuimus Illustriss. nostri Magistratus voluntatem sine mora nunc iterum publicare, eamque feroculis istis ob oculos in clarissima hac luce ponere; ne ullo modo ignorantiam etiam isti, qui heri aut nudius tertius supervenere, possint prætexere. Pluribus & calidioribus verbis sententiam nostram nunc quidem non exasperabimus; sed erunt, qui istos aucupes ex insidiis aucupentur, si quis deprehensus fuerit, ita profecto cum eo progrediemur, ut cæteris exemplo sit, ne posthac tale contra tot Magistratus interdicta attentare audeat, voluntario facinori, inquit Tullius, veniam dare non oportet. P. P. XII. Cal. Maj. die, Anno Christiano cIↃ IↃc IIX. O utinam & hodie ejusmodi edicta promulgarentur, non mihi tot aves tam domesticæ, quam feræ ex sylva & prædio prope Wittebergam sito auferrentur.

CAPUT XIV.

DE PISCATIONE.

SUMMARIA.

1. *Venationis tres species.*
2. *Piscationes, Aucupia & Venationes ejusdem juris censentur.*
3. *Piscatio olim omnibus licita.*
4. *Postea eam Principes sibi vindicarunt.*
5. *Quod ob rationes Civiles ipsis permissum.*
6. *Ob quam rationem & ordinationes piscatorias possunt præscribere.*
7. *Piscatio quid sit?*
8. *Ubi exerceatur?*

9. *Mare quid sit?*
10. *Fluvius quid?*
11. *Rivus quid sit?*
12. *Piscina sive vivarium quid?*
13. *Lacus quid?*
14. *Stagnum quid?*
15. *Palus quid?*
16. *Quomodo inter se differant?*
17. *An cuilibet in prædio proprio piscinam facere liceat?*
18. *Si pisces ex ea egrediantur, Dominus eos potest persequi.*
19. *Quid juris, si ab aliis non possint internosci?*
20. *Principibus pro piscatione piscarium est solvendum.*
21. *Quomodo piscatio præscriptione acquiratur?*
22. *Nautis piscatio quatenus permissa?*
23. *Princeps modum piscandi potest præscribere.*
24. *Promiscua piscatio prohibita.*
25. *Qui non habet incolatum, non debet in aquis communibus piscari.*
26. *Forma, Modus piscandi, item mensura retium recte a Principe præscribitur.*
27. *Item pisces solent delineari, ne minores his capiantur?*
28. *Quæ mensura tamen pro locorum diversitate variat.*
29. *Quod ad fundulos, foxinos & ejusmodi pisciculos minutos non extendendum.*
30. *Nec ad eos pisces, quos,* Satz, Setzlinge, *vocant.*
31. *Prohibita etiam instrumenta, quæ ad vastationem piscium faciunt.*
32. *Modi piscandi in Bavaria prohibiti.*
33. *Plura instrumenta prohibita nonnullorum locorum.*
34. *Instrumenta ad tempus tantum prohibita.*
35. *Modus piscandi illicitus est, qui fit escis ad natatum piscibus impediendum, vel eos enecandos comparatis.*
36. *Piscatio in turbido interdicta.*
37. *Item maceratio cannabis & lini in Aquis piscosis.*
38. *Ut & projectio materiæ pulverulentæ.*
39. *Anates domesticas circa piscinas alere non licet.*
40. *Tempus piscationis a Principe definiri solet.*
41. *Piscatio non debet institui, quando fœtificant pisces.*
42. *Non ubique omnibus diebus septimanæ piscatio permissa.*
43. *Piscatio nocturna prohibita.*
44. *Ut & illa, quæ fit die Festo vel Dominico.*
45. *Nisi sit tale piscium genus, quod tantum certis diebus advenit.*
46. *Cataractæ,* die Wehr, *in usum Molendinorum non penitus sunt claudendæ.*
47. *Nec rivuli funditus exhauriendi.*
48. *Neque retia extra aquam tollenda.*
49. *Nec piscibus liber transitus retibus occludendus.*
50. *Molitoribus in fossis molinariis piscatio interdicta.*
51. *Piscatio socialis prohibita.*
52. *Piscatores possunt inter sese Leges condere.*
53. *Piscatores cuilibet pisces captos videndi copiam facere debent. It. quomodo pisces in quibusdam locis vendi soleant?*
54. *Si princeps alicui prædium in feudum concedat, piscatio etiam concessa videtur.*
55. *In generali venditione continetur & jus piscandi.*
56. *Fundo vendito piscina, non etiam pisces continentur.*
57. *Sub venatione non comprehenditur piscatio.*
58. *Aucta aqua augetur & jus piscandi.*
59. *Defuncto Vasallo pisces ad quem pertineant?*
60. *Pisces custodiæ causa in piscinam conjecti pertinent ad hæredes allodiales.*
61. *Ut & impensæ in piscinam noviter confectam.*
62. *Usufructuarius quomodo piscina uti debeat?*
63. *Quomodo Fideicommissarius?*
64. *Quomodo Locator?*
65. 66. *Fures piscium quomodo puniantur?*
67. *Quæ pœnæ & ad fures cancrorum extenduntur.*
68. *Compiscandi jus quale?*
69. *Non potest quis aliis instrumentis compiscatione uti, quam quibus præscripsit.*
70. *Piscatio quæ fit avibus?*
71. *Venatio Castorum & Lutrarum non ad piscationem, sed venationem spectat.*
72. *Captus piscium an possit vendi?*
73. *Quod fit in captu halecum.*
74. *Captura Balænarum a Belgis elocari solet.*
75. *Quidam populi piscibus loco panis utuntur.*

76. *Abun-*

76. *Abundantia piscium in Regno Daniæ.*
77. *Si piscator pro pisce mensam auream extraxerit, quid juris?*
78. *Piscationis nimius usus studiosis obest.*
79. *Romanorum sumtus nimii in piscinas impensi.*
80. *Servi piscibus objecti.*
81. *Crassus Murenam atratus luxit.*

1 VEnatio in genere sumta tres sub se habet Species secundum tria habitabilia elementa, Ferinam scil. quæ in terra, Aucupium, quod in aëre, & piscationem, quæ in aqua exercetur, *§. 12. Inst. de R. D. l. 1. ff. de A. R. D.*

2 Et Piscationes, Aucupia & Venationes ejusdem juris censentur, *l. 9. §. 5. ff. de Usufr.* Propterea etiam in jure Foresti hæ tres species conjunguntur, & Ordinationes Forestales non tantum de captura ferarum atque volucrum, sed etiam de piscatione disponunt. Noë Meurer. *vom Jagd- und Forst-Recht P. 4.*

3 Quamvis autem piscatio omnibus erat
4 licita *§. 2. §. 12. Inst. de R. D.* Tamen postea idem, quod in venatione ferarum & aucupio, accidit & piscationi, & Principum propria facta, fluminaque ipsa inter Regalia relata sunt. *2. F. 56.* Postquam enim Imperatores vindicare cœperunt omne id, quod populo olim competiit, etiam flumina ad populum olim pertinentia sua fecerunt, & sic illa, ut alia Imperii bona, ad Principes, in cujus ditione continentur, & quoad proprietatem, & quoad utilitatem pervenerunt. Hinc Imperator Romanorum concedit hodie communiter Ducibus, Marchionibus, Comitibus in investituris Regalium, vulgo *in den Regalien-Briefen*, Flumina publica & piscatorum reditus, piscationes, aquagia & aquatica, vulgo, *Fisch-Zoll, Fischerey, Wasser und Wasser-Läuffien.* Vid. Biedenbach. *Qu. Nob. 13.* Consil. Argent. *Vol. 2. Cons. 62. n. 13.* Ideoque reditus piscationum etiam inter Regalia refertur. *c. 1. quæ sint Regal. l. inter publica de V. S.* Jacob. de S. Georg. *verb. & cum piscat.* Et qui reditus piscationum in flumine habet beneficio Principis, is Regalia Fluminis habere censetur, Gryphiand. *de Insul. c. 12. n. 8. & n. 13.*

5 Potuit autem a summa Majestate ista facultas seu jus capiendi pisces, quod antea jure gentium cujuslibet occupantis erat, adimi, & paulatim induci, & statui, ut jus occupandi res, quæ sunt nullius, non omnibus, sed ob rationes civiles & utilitatem publicam soli Principi competeret,
6 & cui ille id concederet. Ob eandem rationem Jus piscandi privatis competens, limitare, circumscribere, & certis legibus temperare potest Princeps, prout ipsi proficuum visum fuerit. In quem finem etiam passim per Germaniam speciales Constitutiones & Ordinationes Piscatoriæ, *Fisch-Ordnungen*, promulgatæ sunt. Dn. Ziegl. *de jur. Maj. L. 2. c. 16.*

Piscatio autem est piscium captura, *l. 1. §. 1. d. A. R. D.* 7

Loca, ubi Piscatio exercetur, sunt maria, flumina, lacus &c. 8

Est autem Mare nihil aliud, quam collectio multarum aquarum salsarum. Barth. *in Tr. de Insul. pr.* 9

Flumen seu Fluvius est perennis aquæ fluxus. Dicitur a fluendo. Varro *L. 4. de L L.* 10

Rivus est tenuis aquæ fluor, vel, definiente Ulpiano, est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat. *l. 1 § 1. ff. de Rivis.* 11

Piscatio porro exercetur in piscina seu Vivario, a quo venit Germanicum *Weiher*, qui est locus, in quo vel feræ, vel aves, vel pisces continentur ad victum humanum, hominum quidem industria in eum locum animalibus immissis, ut nutriantur, aliaque progenerentur ad mensarum delicias, *l. 62. §. 1. ff. de Usufr.* Plin. *L. 9. c. 54. & L. 8. c. 12.* 12

Lacus est, qui perpetuam habet aquam. 13

Stagnum est, in quo reses aqua stat, vel quod temporalem continet aquam ibi stagnantem, quæ quidem aqua plerumque hyeme cogitur, *l. un. ff. ut in flum. publ.* 14

Palus est aqua minus profunda & palam latius diffusa, quæ etiam quandoque siccatur. Oetting. *de jure Limitum L. 1. c. 12. & L. 2. c. 2.* 15 Differt autem Piscina a Stagno, 16 quod ea hominum industria & opera, stagnum vero & lacus a natura fiant; in piscinam item pisces manu industriaque humana mittuntur, ast in lacum & stagnum inundationibus importantur, vel certe in illis nascuntur. Harpr. *ad §. 12. Instit. de R. D.*

Piscinam in prædio proprio facere cuilibet licet, modo fiat sine damno vicinorum, *l. 69. ff de Contrah. emt.* Aqua enim, quæ in fundo meo oritur, mea est, *l. Aquam* 17

quæ alieno loco oritur. C. de Servit. & ibi Gloss. l. si ibi. C. eod. Baldus *in d. l. Aquam.* Et si non probaveris te habere servitutem in aqua existente in meo, possum aquam retinere in meo, & in ea facere, quod volo, *l. in concedendo. & l. sequent. & l. 1. §. hoc interdictum. ff. de Flumin.* quod flumen privatum nihil differat a cæteris locis privatis &c. Unde subdit Baldus *in dictam l. aquam,* & firmat ibi Paul. de Castro. Quod si aqua non est orta in meo, quæ nihilominus, postquam ingressa est meum fundum, mea est, & in ea possum facere quicquid velim, & alii concedere, & alii negare. *d. l 1. §. illud. ff. de Aqua cotidian. & æstiv.* & subjung. Bald. *in ead. l. aquam.* Nec teneor de meo gratiam facere vicino, habenti inferius Molendinum, nisi habeat in meo præscriptam servitutem prædialem. *d. §. illud. & l. ex meo. ff. de servit. R. P.* Et aqua quævis, seu publica seu privata, meum fundum ingrediens, fit & est mea, adeo ut eam in inferioris præjudicium etiam alio divertere possim. Thesſaurus *decis. eadem. 246.* Schurff. *Cons. 77. in princ. Cent. 3.* Merckelbach. apud Klock. *vol. 1. Cons 33. qu. 1.* Concordat cum his jus Saxon. & Glossa *Lehn-Recht C. 71. VVürde aber ein Spring auf einem Acker, des Ackers Herr hat den Spring, mag ihn fassen, auf dem Acker, ob er will, und teichen.* Et subdit: *das sollet ihr wissen, dieweil das VVasser auf meinen Acker fleust, so mag ich wehren zu fischen darinnen einem iedermanne, da es nicht in wilder VVage fleust. So aber das VVasser von dem meinen kömmt, so ist es nimmer mein.* Et talem consuetudinem in locis Principum Saxoniæ vigere testatur Gœden. *in Dn. Fritschii Consiliis Juri Fluviatico annexis, Consil. 1.* Quod & eo casu, quando quis *mit VVassern, VVasser-Läufften, Teichen und Teich-Stätten,* investitus est, minus dubii habet, tunc enim flumicellis ad piscinas erigendas uti posse, idem testatur Gœden. *d. l.*

18 Si pisces ex piscina vel stagno egrediantur, nihilominus Domini manent, qui hos potest persequi, ac contra eum, qui ex piscina pisces capit, actio furti competit. *arg. l. 8. §. 1. ff. fam. hercisc.* Noë Meur. *VVasser-Recht P. 2. qu. 3. Fürstl. Sächs. Gothaische Fisch-Ordn. de An. 1667, n. 18. Demnach auch, wenn bey grossen VVassern die Teiche überlauffen, die Fische mit durchzugehen pflegen &c. Als sollen die Leute, so solche Fische auflesen, dieselbe dem Fischer, oder in dessen Abwesen dem Schultheissen jedes Orts gegen eine Ergötzlichkeit überliefern, damit sie wiederum in die Teiche geschaffet werden mögen.*

Sed quæritur, si pisces egressi sunt inundatione e stagno tuo, & devenerunt usque ad fundum meum vel ad stagnum meum, & tu vis ipsos pisces sequi & vindicare, an possis? Respondeo, quod in stagno meo impossibile est eos cognosci, in loco autem meo sicco bene cognosci poterunt, ideo eos habere poteris. Mohr. *de Venat. P. 1. c. 5. n. 26.* Aliter se res habet, si internosci possint ab aliis, ut si armillæ ipsis affigantur, ut apud Romanos factum. Gryph. *c. 15. n. 58.* 19

Cum igitur piscatio ad Regalia pertineat, Principesque piscationem non minus, quam venationem prohibere possint, necesse est, ut eorum consensus impetretur sive gratis sive etiam pro certo tributo, quod exinde piscarium dicitur. *l. 17. de V. S.* In Danubio piscatoribus quibusdam jus piscandi in Feudum conceditur, illique propterea Dominis terrarum ad certa obstringuntur servitia, qui vulgo *die Lehn-Fischer* appellari solent. Manz. *de Rer. divis. n. 37.* 20

Sed & jus piscandi per præscriptionem acquiri potest, si modo prohibitio a parte præscribentis intervenerit, eique vicini acquieverint tanto tempore, cujus initii non extat memoria. Gryph. *Oecon. Leg. L 1. c. 18. n. 95.* Præscriptio enim immemorialis vim habet privilegii seu tituli, & potius præsumta concessio dicitur. *l. hoc jur. §. duct. aqu. ff. de Aqu. quot. & æstiv.* Guid. Pap. *qu. 408. in fin.* Hotoman. *Cons. 103.* Et hanc esse communem & receptissimam sententiam, ait Menoch. *Cons. 90. n. 65. L. 1. & Præsumt. 131. n. 39. L. 3.* ubi etiam dicit, quod præsumtio, quæ insurgit ex cursu temporis immemorialis, sit juris & de jure, & propterea non admittat probationem in contrarium. *d. Cons. 90. n. 67. L. 1. & Præsumt. 131. n. 5.* Ripa tamen in *l. quo minus. n. 40. ff. de Flum. n. 102.* concludit, quod is, qui loca publica per immemoriale tempus possedit, debeat se fundare in privilegio, & non in præscriptione, alias succumberet, cum ex possessione immemoriali privilegium præsumatur, & sufficiat illud allegare; sed prior sententia verior est: Hinc si quis in alio fluminis publici diverticulo pluribus annis piscatus fuerit, & alios prohibuerit, qui acquieverunt prohibitioni, tunc a die prohibitionis consti- 21

constituitur in quasi-possessione juris piscandi, & accedente tanto tempore, cujus initium memoriam hominum excedit, illud præscribit Zoanett. *de special. venat. German. n. 39.* Et his ergo acquisitionis modis hodie in Germania plerumque, & alibi, omnia fere flumina perennia non navigabilia, publica & communia in usu publico esse desierunt, & in privatorum jura transierunt, ac ut plurimum ad Dominos & Magistratus loci spectant. Cæpoll *de S. R. P. Tit. de Flum. priv. n. 1.* Mohr. *de Jur. Venat. Auc. & Pisc. P. 1. c. 5. n. 13.* Noë Meurer. *vom Jagd- und Forst-Recht P. 4. §. wiewol das Meer &c.* Imo nonnunquam prohibentur piscationes in fluminibus navigabilibus, ut in Rheno, Danubio, Albi. Quæ consuetudo in tantum inolevit, ut S. R. J. Constit. pœnalib. *Const 169.* adversus piscatores, qui in fluminibus perennibus alienis pisces capiunt & auferunt, furti pœna sit sancita. Pauca ergo nostris moribus flumina perennia reperiuntur, quæ publica manserunt. Mohr. *d. l.* vid. Oettinger. *de jur. Limit. L. 1. c. 1. 2. & L. 2. c. 2.*

Potest & jus piscandi spectare ad privatos, si venditum sit a Principe, vel flumen sit privatum. Krayser. *ad Constit. Piscator. Bavar. Art. 1.* ubi plures modos refert.

22 Nautis etiam piscationem licitam esse ad suum tantum usum, non vero ut pisces vendant, tradit Sigism. Buchner. *de Jur. Aquatil. n. 78.*

23 Quemadmodum autem, ut *antecedentibus Capitibus* dictum, certæ venationis & aucupii leges a Principe præscribi solent, ita etiam piscatio certis constitutionibus constringi debet. Alias enim flumina & lacus piscibus facilius destituerentur, quam sylvæ feris, & aër avibus. Weihenegger. *de Venat. c. 6. n. 16.* In Principis enim arbitrio erit, quamvis privatum sit flumen, modum præscribere, quomodo & quo tempore piscari liceat, cum & in iis, quæ Juris gentium sunt, Principes ad conservationem tendentes leges ferre possunt; hoc enim modo non aufertur subditis Jus piscandi, sed tantum modificatur, ut eo non abutantur, prout in terminis statuit Hier. Schurf. *Cons. 18. n. 5.* ubi tradit, justa ex causa Principem P. posse Senatui S. mandare, ut deponerent, vel deponi facerent hujusmodi insolita & prius inaudita instrumenta, excipulas scil. *die grosse Reussen,* cum per hoc non tollatur seu auferatur jus piscandi ibidem S. & applicetur alii; sed solum illud jus certum modificetur, & reducatur ad pristinum modum & usum piscandi ibidem ratione publicæ utilitatis, in favorem pauperum & pagorum circumjacentium, ut scil. non abutantur eo, sed quod utantur eodem, prout antea consuetum & solitum fuerat.

Ordinationibus piscatoriis igitur optimo consilio cautum, ne promiscua sit piscatio. 24

Ideoque in aquis communibus prohibentur piscari illi, qui non habent Incolatum alicujus oppidi vel pagi, veluti inquilini, *die Hausgenossen,* quibus nec jus pascendi competit, quia pisces in hujusmodi aquis & rivis communibus fructus censentur communitatis, a quibus inquilini & alii, qui non sunt de communitate, merito arcentur; si enim cuivis aquas hujusmodi communes cum præjudicio aliorum piscari liceret, istæ ab istiusmodi hominibus otiosis & aliunde advenientibus nimium vastarentur. *Churfürstl. Sächs. Fisch-Ordn.* de Anno 1657. *Vors andere ordnen und wollen Wir, so viel die Bäche und Fisch-Wasser, darinnen die Communen, es seynd Bürger oder Bauers-Leute, so der Fischerey berechtiget, anlanget, daß alsbald nach* dato *in allen und ieden Dörffern, darinnen vermeldte Communen sämtlich zu fischen haben, des Fischens sich niemand unterfangen solle, er sey denn des Orts und Dorffs Einwohner, begütert und besessen, und daß er allda das Gemeinde-Recht halte.* Churfürstl. Brandenb. erneuerte Fischer-Ordnung de Anno 1690. Art. 7. *Es sollen sich aber des Fischens gantz und gar enthalten die Haus- und Mieths-Leute, Soldaten oder ledige Handwercks-Gesellen und Knechte, welche nicht Gesessene im Lande seyn.* Fürstl. Hessen-Casselische Wasser- und Fisch-Ordn. de Anno 1657. §. 3. *Weilen Wir auch drittens unter den gemeinen Bürger- und Bauers-Leuten in Städten und Dörffern viel Ledig-gänger befinden, welche ihre erlernte Handwercke und andere ordentliche Arbeit, Nahrung und Handthierung stehen und liegen lassen, hingegen aber sich auf den Müßiggang und das vielfältige und fast tägliche Fischen begeben, darüber sie denn auch in die Wirths-Häuser zum Fressen und Sauffen gerathen, und nicht allein was sie vor die Fische gelöset, sondern auch ein mehrers verschlemmen und durchbringen; Als soll hinführo um die Verödung der Wasser zu verhüten, und den bey solchem unordentli-*

dentlichen Fischen vorgehenden hochschädlichen Mißbrauch abzuschaffen, keinem Fremden, sondern nur den inländischen und eingesessenen Hausleuten und Einwohnern iedes Orts wöchentlich mehr nicht als zween Tage, benamtlich Montags und Freytags, in denen gemeinen ungehegten Wassern zu fischen erlaubt, aber den fremden, auswärtigen und ledigen Gesellen gäntzlich verbothen seyn.


26 Ut etiam piscatio rite instituatur, a Principe forma, modus item & mensura retium solet determinari. In Principis enim arbitrio erit modum præscribere, quamvis privatum sit flumen, quomodo & quo tempore piscari liceat: Nam & in iis, quæ juris Gentium sunt, Princeps ad conservationem tendentes ferre leges potest. Besold. *in verb. Fisch Fang.* Fit autem piscium captura varie, retibus nempe, sagenis, gargustiis, hamis, jaculis, & Mohr. *de venat. P. 1. c. 1. n. 15.* Hinc ubivis ferme locorum solet præscribi modulus, *Model des Fischzeugs, Brättelmaß,* ne scil. retia ad capiendos pisces nimis arcta fiant. *Churfürstl. Sächsische Fisch-Ordnung* n. 18. *Die Model des Fischzeuges und der Fische, auch die Maaß der VVehr-Röhren sollen in den Städten auf den Fisch-Märckten allenthalben, wie auch in den Dörffern bey den Gerichten angehängt werden, und so iemands kleinere Fische, denn solche Maaß ausweisen, bringen würde, demselben sollen die Fische ohne Bezahlung genommen werden.* Churfürstl. Brandenb. erneuerte Fischer-Ordnung de Anno 1690. Art. 3. *VVir wollen, daß auf den VVassern die Flöcke und Garn-Tücher an ihren Masken so weit, daß man zwey Finger bis an die Hand, in eine Masken stecken kan, sollen gebrauchet und nicht enger geführet, auch an iedem Ort ein eisern Knitspan solcher VVeite zur Proben angeordnet, und das Garn und Flöcke darüber geknüttet werden, welche ieder von unsern Fisch-Meistern abfordern soll, damit der junge Fisch durchlauffen, und die erwachsene damit behalten werden.* Item Cap. *vom verbothenen Fischerzeuge* n. 10. *Die Garn Leute sollen keine Acken oder Strutel-Flocken an die Maderitzen hangen, darauf sollen die Pritstabel iegliches Orts gute acht haben.* Fürstl. Sächsisch-Gothaische Fisch-Ordnung de A. 1667. §. 3. *Nachdem vor Alters der Bogen am Stock-Hamen nicht weiter denn vierdtehalb Schue, auch die Gabel oberhalb den Bogen länger nicht denn 5. Viertel einer Ellen lang gewesen, sich aber ietzund und über vorige Ordnung an der Länge und Breite viel anders und vortheilhafftiger befinden; so sollen hinfüro die Höhen der Gabeln und Weite der Hamen nicht anders gebrauchet werden, denn wie obgemeldet, die Maschen sollen auch nicht enger als ein halb Zoll seyn, und soll ein Hawgesessener nicht mehr, denn einen solchen Hamen, und nicht nachdem er Gesinde hat, zum Fischen zu einer Zeit sich gebrauchen.*

Non sufficit autem formam & mensuram retium præscribere; sed ad majorem cautionem, ne piscibus junioribus damnum irreparabile adferatur, Potent. Elector Saxoniæ aliquot genera piscium delineari curavit, & præcepit, ne minores his in typo expressis capiantur. Fisch-Ordn. §. 16. *die von Adel, Bürgers, Bauers-Leute, noch iemands anders, wie die genannt seyn mögen, sollen in den Wassern, darinnen sie der Fischerey berechtiget, keine kleine Fohren, Aschen, Diebel, Jessen, Weiß-Fische, Hechte, Barme, Persicken, Aal-Ruppen, Rotbäugel, Karauschen, Heßlinge, Schlein, Ruppen, Pleen, Krebse, denn die hierbey gedruckte Maaß ausweisen, aus den VVassern nehmen, sondern was drunter gefangen, aus dem Fischzeuge und Körblein wiederum in die VVasser und Bäche, darinnen die gefangen, werffen.* 27

Quæ tamen mensura in aliis provinciis aliter statuitur, *Fürstl. Sächs. Gothaische Fisch-Ordnung* §. 12. *So soll auch niemand Forellen, Aschen, Barben, Hechte auch andere Fische und Krebse und dergleichen, so nicht wenigstens 9. Zoll oder anderthalb Viertel-Ellen lang aus dem Wasser nehmen, sondern was drunter gefangen, aus dem Fischzeuge wiederum in die Wasser und Bäche, darinnen sie gefangen, geworffen werden. Ertz-Hertzogl. Oesterreichische Fisch-Ordnung ob der Emß, vom Maaß der Fische: es soll niemand hinfüro kein Asch-Sorten, Fohren, Barme, Hechte, Karpen, Huncbel und dergleichen Fische nicht fahen, einsetzen und verkauffen, sie seyn denn mit Kopff und Schwantz der Länge des gebrannten Brättelmaaß gleichförmig.* 28

Ad capiendos vero fundulos, foxinos, cobites, *Gründlinge, Schmerlen, Elritzen,* arctiora instrumenta piscatoria permittuntur, cum hi pisciculi alias capi non possent, & nunquam magni fierent, ut secundum normam præscriptam, *des Fisch-Models,* capi queant. Si tamen in ejusmodi retibus lucii, truttæ, vel barbi juniores capiantur, rursus dimittendi sunt. 29

Exci-


Maaß der Netze.
Maaß der Netze.
Krebs.
Persisch, Olraupen, Rotheügel.
Fohren, Aschen, Tubel, Ihesümen, Weißfische
Hechte, Barmen.
Maaß der Wehr-Röhren.
Ertz Hertzogl: Östreichisch Fisch-Maas
Fürstl: Gothaisch Fisch-Maas
Breite des Pretls, darüber die Segen und Fischzeüge in Östreich sollen gestrickt werden.

30 Excipiuntur & a nonnullis isti pisces, quos *Satz, Sätzlinge* vocant, nec in illis mensuram ita stricte observandam esse tradunt, cum hujusmodi pisces non propterea ut ad victum consumantur & vendantur, sed ut crescant & multiplicentur, in piscinas immittantur. Krayss. *ad Constit. Piscator. Bavar. Lib. 4. tit. 9. Art. 3. & 5.* Pariter ex piscina propria ejusmodi pisces juniores, si abunde suppetunt, vendere prohibitum non est.

31 Ut modus piscandi etiam recte observetur, Principes ea instrumenta piscatoria, quæ ad devastationem piscium faciunt, prohibere solent, *Fürstlich Sächsische Merseburgische Fisch-Ordnung, de Anno 1670. n. 5. So sollen auch in Unserm Stiffte mehr nicht, als nachgesetzte Fisch-Zeuge, nemlich die Nacht-Angel, Garn-Säcke, Reusen, Mathen und Hauben verstattet; Hingegen aber sowol die, vermöge Unsers in GOtt ruhenden Herrn Vaters, Herrn* Joh. Georg. *des Ersten, Churfürstens zu Sachsen, &c. Christseligsten Andenckens, Gnaden &c. unterm* dato *den* 18. Martii 1605. *ausgelassenen Mandats, verbothene Kratz-Hamen, als auch die Bern- und Floß-Garn, wie nicht weniger die Spann-Zeuge Scherntz und Lege-Schiffe gäntzlich abgeschaffet und fernerweit nicht gebrauchet werden.*

De Instrumentis in Electoratu Brandenb. prohibitis vid. *Churfürstlich Brandenburgische erneuerte Fisch-Ordnung, de Anno 1690. cap. ult.* ubi prohibentur *die Zähren und Stroh-Garn, die Kaulbahrs enge Pflöcke, die Meßlings- und Gründlings-Pflöcke, die Cammen, die Greywahden, oder leinen Tücher, so an statt derselben gebrauchet werden, das Dorgen,* Item *es sollen keine Acken oder Stint-Pflöcke an die Maderizten gehangen werden;* It. *Es sollen keine Setz-Hamen oder Moresen, oder kleine Netze vor die VVasser so in die Ströme treten, gebrauchet werden;* It. *Sollen keine Queste oder Puppen vor die VVehre gestecket werden, so sollen die Fischer nicht ihre Garn und Pflöckerey an einander stellen;* Item *Sind die Eisen, damit die Hechte, Alant, Döblen, Rappen in der Leich-Zeit gestochen werden, bey 4. Thlr. Strafe verbothen.*

32 Modi in Bavaria prohibiti sunt, *das Archen-Schlagen, Leg-Schifflein und verbundene oder verdeckte Reusen;* It. *die Holtz-Reusen und Glieder-Körbe, das Geschirr, daran man die Flinder oder Ringe hanget und in Schwaben ein offen Seil genannt wird, Kräuter-Bäede und VVath, damit man die Bruth hebet.* Churfürstl. Bayerische Fisch-Ordnung. *Art. 1. & 2.*

Juris Georgici Lib. III.

Inter instrumenta prohibita recensentur in quibusdam locis & hami, *die Angeln, Fürstlich Sächsisch Gothaische Fisch-Ordnung. n. 5. Das Angeln soll männiglich, es sey denn anders hergebracht, gantz und gar verbothen seyn bey Strafe zwey Gülden.* Item Fürstlich Hessische Fisch-Ordnung: *Zum fünfften sollen alle fliessende Nacht- und Schmuck-Angel, so dann das Reusen-Legen;* It. *die Schwederiche in gemeinen VVassern und Bächen, ingleichen in gemeinen Zins- und Hege-VVassern bey höchster Strafe verbothen seyn.* 33

Quædam instrumenta ad tempus tantum prohiberi solent. Dn. a Seckendorff. *im Teutschen Fürsten-Staat. P. 3. c. 3. Von Fischereyen n. 3.* Churfürstlich Sächsische Fisch-Ordnung, n. 5. *Die Körblein und Fach-Reusen, sollen zwar demjenigen, so des Fischens befugt, nicht verbothen seyn. Damit aber hierinnen auch gebührende Zeit und Maasse gehalten werde, sollen hinfüro dieselben andere Zeit nicht, denn vom Frühling bis auf* Johannis Baptistæ *zu gebrauchen verstattet, und alle Jahr die Woche* Johannis *die Fache unsäumlich aufgehoben werden.* 34

Modus piscandi illicitus etiam est, qui fit certis artibus ad natatum eis impediendum, vel escis ad alliciendos vel enecandos pisces comparatis. Mohr. *de Venat. P. 1. c. 2. n. 63.* Sebast. Medic. *de Venat. P. 1. quæst. 10. n. 5.* Est enim talis piscatio fraudulenta, & occiduntur vel capiuntur pisces in magna quantitate, quod tendit ad destitutionem piscium. Hoc etiam Magnus Dux Hetruriæ in suo Magno Ducatu prohibuit, prout testatur Medices *d. l.* In Gallia Nivernenses *titulo de aquis fluminibus, & stagnis Art. 3.* in eos, qui calcem & huic similia pharmaca piscibus porrigunt, ex Regiis legibus animadvertendum esse sanciunt. Cui Nivernensium statuto non dissimilis locus est apud Plinium *Lib. 25. H. Nat. c. 8.* ubi ait: Piscatores radicem eam, quæ rotunda est, venenum terræ vocant, coramque nobis contusam immixta calce in mari spargunt, advolant pisces cupiditate mira, statimque exanimati fluitant. Quo argumento apparet, calcem Nivernensis municipii statuto non absque ratione piscatoribus interdictam. 35

Churfürstlich Sächsische Fisch-Ordnung. n. 26. Die Oel-Kuchen, Lein, Hanff, Rüben, Mahn und alle andere Fisch-Koder oder Etzen zu gebrauchen soll verbothen seyn. Fürstlich. Hessische Fisch-Ordnung. n. 2. *Zum andern soll hinfüro das Nacht-Leuchten und Fisch-Stechen, desgleichen das Treiben und Jagen der Fische aus den VVogen und Staden auf die Klänge.* Item *Das Tollmachen und Pfeschen der Fische mit Oel-Lein, Rüben, Mohn-Kuchen und dergleichen Fisch-Köder auf allen Fisch-VVassern durchaus verbothen seyn.* Vid. Baro de Hochberg. *in Georg. Cur. L. II. c. 58.*

36 Pariter cum in turbido piscatio facilis secundum vulgatum, *in trüben VVassern ist gut Fischen*, ac pisces tunc in magna copia capiuntur, quod devastationem aquarum causatur, optimo consilio talis piscatio prohibita. *Fürstlich Hessen-Casselische Fisch-Ordnung n. 7. Zum siebenden soll sich in den Zinß-VVassern zur Zeit der Fluthen, Trüben und Auslauffen der VVasser, wenn die Fische im Grase und in den Beyschlägen oder Ausgängen ausserhalb den Ufern oder Staden stehen, ein jeder des Fischens bey 20. Fl. Strafe enthalten.*

37 Præterea piscibus damnum infertur, quando cannabis & linum ad maceran-
38 dum, *durch Flachs- und Hanff-Rösten:* vel aliæ materiæ pulverulentæ in aquas piscosas immittuntur, qua ratione pisces pereunt, quod se vidisse testatur Krayser. *ad art. II. Ordin. piscator. Bavar.* Non tantum autem piscibus nocet maceratio cannabis & lini, sed etiam inter causas infectionis numeratur, Mustag. *de Aëre*, sicut & in vias stercora, morticinia, pelles, plantas projicere *l. un. §. fin. ff. de via publ.* Dn. Stryck. *de Jur. Sens. Disp. 5. c. 2. n. 32.* ut & intra mœnia porcos, anates, aliave animalia sordida alere, plantas sæpe irrigare atque stercorare, aquas spurcare, *l. 1. §. 1. ff. de Extraordin. Crim.* Item Ordin. Elector. Saxon. *n. 14. Zum vierzehenden sollen an den fliessenden Bächen und kleinen VVassern, auch den Mühl-Graben, sie seynd gleich den Erb-Herrn, Müllern oder der Leute eigen, Flachs oder Hanff geröstet, auch keine Säge-Späne Schaalen, Kohlen, Gestäube von gebrannten Kohlen oder Meilern, noch andere, so zur Verhinderung der Fischereyen und Verschlemmung der Ufer gereicht, geschüttet noch darein gefordert werden, bey Verlust des Flachses und Hanffs, und bey Strafe zehen Gülden, in welche eine iede Person, so solche Gebot übertreten, verfallen seyn soll, und da die Gerichte oder Erb-Herrn solche Strafe einzubringen säumig seyn würden, sollen sie dieselbe selbst bezahlen, wenn auch gleich Rösten an den Bächen und VVassern wären, so sollen doch dieselben allein in trockener Sommers-Zeit angefüllet und die Bäche nicht dadurch gelassen, oder das Bach-VVasser hindurch geführet werden, bey Verlust des Flachses und Hanffs und eines Silbernen Schockes einer ieden Person, so darwider handeln wird.*

Anates domesticas circa fluvios & pi- 39
scinas alere non ubique licet, cum pisciculos plurimos devorare soleant, de quibus Coler. *in Oecon. Lib. 13. c. 14. Die Enten sind den fliessenden VVassern sehr schädlich, und gar ein viel und sehr fressiger Vogel, sie seyen alt oder jung, es verschlucket gantze Frösche, Hechte, Bärse, VVelsche, sie gehen ofte gar lebendig und gantz wieder durch sie, wie sie denn auch also gar ofte Hechte und andere Raub-Fische in die Teiche bringen, die man sonst nie hinein gesetzt hat.* Fürstlich Sächsische Gothaische Fisch-Ordnung. §. 14. *Nachdem auch vorkommen, daß von denen Unterthanen in Städten und Flecken viel Enten gehalten werden, wodurch den Fisch-VVassern an Vermehrung der Fische ein ziemlicher Abbruch geschiehet, so sollen zwar dieselbigen, so fern sie in den Marck-VVassern bey den Brunnen-Kasten und dergleichen Pfützen inwendig in den Städten und Flecken bleiben, zugelassen seyn: VVenn sie aber über oder unter den Städten und Flecken in Fisch-VVassern oder Teichen gesehen und gefunden werden, sollen sie Unserm Amte verfallen seyn. Derohalben die Enten auf den Dörffern, da Fisch-VVasser durch und beyfliessen, gäntzlich abgeschaffet werden sollen.*

Tempus etiam piscandi, uti in aucupio 40
& venatione fit, a Principe definiri solet,
ne scil. piscatio, quando fœtificant pisces, 41
instituatur. *Churfürstlich Sächsische Fisch-Ordnung n. 1. Als setzen und ordnen VVir erstlich, damit die jungen Fisch-Geleich oder Bruth in denen VVassern desto besser aufkommen und nicht verderbet werden mögen, daß in der Fasten von Peters-Tage an zu rechnen bis nach Pfingsten, sowol in den gemeinen, als Zins- und Hege-Wassern,*

Wassern, mit Fischen und Fisch-Zeugen niemand zu fischen gestattet; sondern bey ernster unnachläßlicher Strafe verbothen seyn soll. Fürstlich Sächsische Gothaische Fisch-Ordnung. *Niemand soll mit Hamen, Netzen oder dergleichen, noch im Trüben vor* Philippi Jacob. *fischen, bey Strafe 5. Fl. darvon dem Anzeiger vom Fl. einen Ort. So soll auch insonderheit das Fischen zur Leich-Zeit, nemlich von Michaël bis Martini, das Fischen der Forellen aber von Martini bis Weihnachten, wie auch das Krebsen zur May-Zeit, wenn die Krebse Eyerlein haben, unterlassen werden.*

Ex quibus patet, sapientissimos Legumlatores omnibus modis præcavere voluisse, ne tempore prolificationis piscibus damnum inferatur, quod & confirmat *Churfürstlich Sächsische Fisch-Ordnung. Art. 20. Das Ausleiten der Bäche zur Wässerung und Aufhaltung der Wasser, im Fall es nicht anders beständiger Weise herbracht, soll ausserhalb in Fluth-Zeiten nicht gestattet werden, sonderlich aber in der Leich-Zeit, und wenn die Wasser gar klein seynd bey Tag und Nacht, ohne Vorwissen ieden Orts Obrigkeit, bey Strafe 2. Fl. verbothen seyn.* Non tantum etiam piscibus, sed & cancris provisum, *Churfürstlich Sächsische Fisch-Ordnung. Art. 12. Damit die Wasser auch nicht so gar ausgekrebst und verwüstet werden, soll sich hinfürder kein Fischer unterstehen, die Bruth-Krebse mit anheim zu nehmen, es sey denn derselbe mit Kopff und Schwantz eines Fingers lang, ingleichen auch weder Fischern noch andern verstattet werden, die Krebse mit den Händen aus den Ufern und hohlen Löchern zu scharren, und sollen von Martini bis auf Ostern keine gefangen, sondern aus dem Fisch-Zeuge wieder in das Wasser geworffen, da aber darwider gehandelt, der Verbrecher in ein Alt Schock Strafe verfallen seyn, und zum Abtrag desselben ernstlich angehalten werden; damit auch mit den Senck-Reusen im Strich und Leich der jungen Fische und Bruth soviel desto mehr geschonet, so soll ein ieder eine Nothdurfft und keinen Überfluß derselben nach iedes Wassers Gelegenheit legen, und das rechte Mauß darinnen halten.*

42 Nec sufficit ad conservationem & incrementum piscium certum tempus, quo piscari in anno licet, præscribere; sed nec ubique omnibus diebus septimanæ in aquis præcipue communibus permissum piscationem instituere. *Churfürstl. Sächsische Fisch-Ordnung. §. 2. Vors andere ordnen und wollen Wir, so viel die Bäche und Fisch-Wasser, darinnen die Communen, es seyen Bürgers- oder Bauers-Leute, so der Fischerey berechtiget, anlanget, daß alsbald nach* dato *in allen und ieden Dörffern, darinnen ermeldte Communen sämmtlich zu fischen haben, des Fischens sich niemand unterfangen solle, er sey denn des Orts und Dorffs Einwohner, begüttert und besessen, und daß er allda das gemeine Recht halte; diese und sonsten niemand sollen berechtiget seyn, zweymal, als Mittwochs und Freytags, in einer Wochen und öfters nicht, sich dieses Fischens zu gebrauchen, iedoch also, daß sie sich vor Aufgang der Sonnen bis um 11. Uhr zu Mittag, und nicht länger, bey Strafe 20. Gr. und Verlust des Hamens in solcher Fischerey finden lassen.*

Piscatio vero nocturna plane est prohibita, quia pisces & cancri propter lumen accensum vel omnino recedunt, & alio se conferunt, vel lumen in copia sequuntur, sicque in copia etiam capiuntur, cum & per idem tempus pisces laborent, & quia hæc ad depopulationem piscium & cancrorum tendere solet, ideo piscatio talis nocturna licita non est. *Churfürstlich Sächsische Fisch-Ordnung. n. 10. Das Nacht-Fischen mit Leuchten, Schaben oder Schiefern und allen andern Gezeugen, soll neben den Schwederichen, so die Müller bey Nacht einzuhängen pflegen, desgleichen auch Streich- oder Kratz-Hamen, alle Queder und Einwerffung derselben Gehöre soll allen Bürgern, Bauern und Müllern, wenn sie gleich eigene Fischerey haben, bey Vermeidung unnachläßlicher Leibes- oder einer ansehnlichen willkührlichen Geld-Strafe gäntzlich verbothen und hiermit abgeschaffet seyn und bleiben.* Vid. Baron. von Hochbergs *Adliches Land-Leben. Lib. II. c. 23. n. 3.* 43

Circa tempus piscandi etiam hic considerandum venit, quod die Festo vel Dominico piscatio non sit permissa, ne scil. homines impediantur & retrahantur ab officiis Divinis. Gloss. & Dd. *in C. Esau &c. qui venatoribus. Dist. 86.* 44

Non tamen peccant qui piscantur die Festo certum piscium genus, quod tantum certis diebus advenit vel conspicitur, & illico recedit, nisi tunc capiatur. Quod 45

genus sunt thuni, haleces & sardæ. Esse tamen Eleemosynam in Ecclesias viciniores aut pauperes erogandam traditur *in cap. licet. 3. X. de Feriis.* Et quamvis *hoc Cap.* non loquatur nisi de halecibus, eadem tamen ratio idem suadet in reliquis nominatis piscibus. Azplicult. *in Enchir. Confess. c. 13. n. 9.*

46 Ordinationibus denique piscatoriis optime cavetur, ne cataractæ, *die Wehr*, in usum molendinorum penitus claudantur, sed piscibus liber transitus pateat, in quem etiam finem mensura canalium (*Maaß der Wehr-Röhren*) in ordinatione piscatoria Saxon. *n. 13.* præscribitur.

47 Prohibitum porro est, ne piscationis causa rivuli funditus exhauriantur.

48 Item ne retia extra aquam tollantur. *d.* Ordinat. Elector. *Art. 3. Sollen die Hamen im VVasser aufheben, und aufs Land daraus nicht schütten,* quia hæc omnia tendunt in detrimentum & nimiam extinctionem piscium.

49 Nec minus *Art. 30. & 31.* optima ratione prohibitum, ne piscibus liber transitus retibus occludatur, vel si quis ad aliena stagna seu flumina in suo fundo foveas vel lacunas habeat, eas quando aqua post inundationem recedit, non præmuniat, sed apertas, ut pisces naturalem enatandi facultatem habere possint, relinquat. Ita enim allegata Const. Elector. Saxon. *Soll in oder an Lachen nicht vorgesetzet, sondern mit Garn-Säcken, VVathen oder Hamen darinnen gefischet werden.* & Art. 31. *Soll in An- oder Auflauffen der VVasser keiner in VVinckel oder Graben in seinen Güthern, die an eines andern Fisch-VVasser gelegen, mit Fisch-Zeuge vorsetzen, noch darinnen fischen, es wäre denn, daß er solches, wie recht, befugt sey.* Churfürstlich Brandenburgische erneuerte Fischer-Ordnung de Anno 1690. c. 2. *So bald sich das VVasser erwärmet und zu fallen beginnet, so sollen alle Bruch-VVehren eröffnet, die Körbe und Reusen aufgehoben, weggethan und dem jungen Saam Fisch der freye Gang zum frischen Strohm ungehindert und unvermacht gelassen werden.* Postquam vero aqua recessit, & pisces in foveis maneant, nec amplius enatare valeant, quis foveas tales exhaurire, & pisces in iis bene capere potest: Nam pisces, cum aqua privata continentur, pro fructu aquæ habentur. *l. item si fundi. §. Aucupiorum. l. usufructuarium. ff. de Usufruct.* Krayss. *ad Const. Piscat. Bavar. art. 12.*

Eadem plane ratione se res habet, quando molitores ædificii Molitorii reparandi causa aquam deducunt, non tamen ipsis in Fossis Molinariis, *in den Mühl-Graben*, piscatio est permissa, cum jus habendi molendinum & jus piscandi diversa sint ac separata jura, & a separatis ad separata nihil inferatur. Deinde quia jus piscandi vel aquæ plerumque ad alios pertinent, si molitores vel alii, quibus molendinum ædificare concessum est, jus piscandi quoque sibi concessum esse, prætendere vellent, hoc illis, ad quos jus piscandi vel aquæ pertinent, in præjudicium tenderet, cum tamen Princeps vel alius, qui Regalia habet, jura subditorum intervertere nequeat, *l. 1. §. merito. & §. si quis a Principe. 16. ff. Ne quid in loco publ. l. 4. c. de Emancip. liber.* Anton. Fab. *in Cod. Lib. 6. tit. 5. def. 2. n. 21.* & odiosa dicantur privilegia seu rescripta, quæ tendunt in præjudicium alterius, atque idcirco hoc sensu accipienda sunt, ut quam minimum alteri noceant. *C. quamvis. 8. de Reg. jur. in 6. d. l. si quis a Principe. l. rescripta. 7. C. de precib. Imper. offer.* 50

Ad devastationem etiam piscium spectare videtur, quando plures simul piscationem instituunt, quam Socialem vocant. d. Ordin. *art. 32. Und demnach bishero die Erfahrung gegeben, daß oftmals sich unterschiedene Personen zusammengeschlagen, und ein Gesellen-Fischen vor die Hand genommen, als soll solches hinführo und hiemit gäntzlich in gemeinen VVassern abgeschaffet und verbothen seyn, also daß keines Orts auf einmal mehr denn zweyen mit einander zu fischen soll nachgelassen seyn, es sollen auch dieselben nicht mehr denn eines Hamens sich gebrauchen.* Churfürstlich Brandenburgische erneuerte Fischer-Ordnung de Anno 1690. Cap. 3. n. 13. *VVeiln auch theils sich unterstehen allerhand Fischer-Zeug und Flockerey an einander zu stellen, und damit gleichsam ein Garn von vielen Claffiern in das VVasser zu bringen, und also eine grosse Menge Fische zu beschlagen, weiln sie eine grosse Circumferentz machen können, so soll selbiges abgethan und hinfüro zu gebrauchen bey willkührlicher Strafe verbothen seyn.* 51

Possunt & piscatores & alii, quibus jus piscandi competit in fluminibus & aquis, inter se alias leges habere vel facere, idque *arg. l. ult. C. de jurisd. omn. jud. l. 2. §.* 52

l. 2. §. fin. C. de Const. pec. ubi Collegia Opificum approbata, puta fabrorum, sutorum, pistorum &c. de rebus ad eorum artem & professionem spectantibus statuta inter sese specialia concedere possunt, quod etiam tradit Barth. *in l. omnes populi. 9. n. 6. ff. de just. & jur.* Dan. Moller. *L. 2. Semestr. 15. in princ.* Quare piscatores aliis artificibus quoad statuta specialia inter se condenda bene comparantur, & ubique ferme locorum artificium suum ediscere debent.

53 Ad majorem etiam præcautionem, ne pisces contra leges piscatorias capiantur, in sæpius allegata Ordinatione Electorali *Art. 24.* saluberrime cautum, ut piscatores cuilibet pisces captas videndi copiam faciant: *Soll ein ieder Fischer schuldig seyn, auf dem VVasser und sonsten seine Fische, so er gefangen, besehen zu lassen, und da befunden, daß er Bruth und junge Fische, so ihr gewöhnlich Maaß nicht haben, bey sich hätte, und dieselben verkauffen oder bey sich behalten wolte, der soll in der Obrigkeit willkührliche Strafe verfallen seyn. VVürde er sich auch unterstehen an denjenigen, so ihn angegeben, mit VVorten, VVercken oder der That zu rächen, ernstlich gestraft und nach Gelegenheit der Verbrechen im Handwercke nicht geduldet werden.* Ne etiam capti pisces a Piscatoribus nimis care vendantur, in multis locis optimo consilio constitutum, ut Piscatores stantes Pisces vendant. Quod & Venetiis obtinet, ubi Piscatores nudo capite & pedibus pisces, quamvis sit tempus hybernum, ad vendendum debent exponere, ut scil. eo citius justo pretio eos vendant.

54 Si Princeps prædium alicui in feudum concedat, piscatio & flumina etiam concessa videntur, cum in eis certus proventus consistat. Noë Meurers *VVasser-Recht P. X. quæst. 6.* Klock. *vol. 1. Cons. 33. n. 16.* Et concesso castro vel territorio cum aquagiis, aquaticis, *mit VVassern und VVasser-Läuffen*, etiam flumina navigabilia venire in investitura, tradit Mohr. *de Jur. venand. P. 1. c. 8. n. 13.*

55 Imo etiam in generali venditione contineri Jus piscandi, tradit Klock. *vol. 1. Cons. 33. n. 16.*

56 Et fundo vendito piscina quidem, non etiam pisces in piscina, continentur, non magis quam pulli aut cætera animalia, quæ in fundo sunt, *l. 15. §. fin. cum tribus LL. sequ. ff. de Act. emt.*

Sub venatione tamen in specie sic dicta piscatio non comprehenditur, quarum ratio plane diversa, pisces quippe in mari & fluminibus instar fructuum pendentium pars maris & fluminum esse censentur, feras autem bestias partem fundi esse nemo affirmarit. Harprecht. *ad §. 12. Inst. de R. D.* 57

Quæritur: an aucta aqua etiam augeatur Jus Piscandi? quod affirmatur, si augeatur ministerio naturæ; si vero augeatur facto hominis, tunc habens Jus piscandi contribuet proportionaliter arbitrio boni viri pro eo pluris quod habet Jus piscandi, juxta regulam: Qui sentit commodum, sentire debet & incommodum. *l. 10. ff. de R. J.* Mohr. *de jur. venand. P. 1 c. 7. n. 29.* 58

Defuncto Vasallo, pisces fructificationis caussa stagno immissi cedunt hæredibus ejus, si mortuus sit eo tempore, quo stagnum mox est piscabile, plerumque enim piscatio elapso demum triennii spatio fieri solet, & iniquum videretur, piscibus privare hæredes Vasalli, qui eos stagno immisit, omnemque diligentiam & curam circa horum multiplicationem per longum tempus adhibuit. Hartm. Pistor. *P. I. quæst. 24. n. 67.* Quamvis enim secundum dispositionem Juris Civilis non inepte quis dixerit, pisces in stagno pro rata temporis, quo jus possessoris constitit, inter hæredes & novum possessorem dividendos *l. 7. §. divortio. ff. solut. matrim.* idque eo magis, quod de piscibus in jure feudali nihil expresse dispositum; attamen in foro Saxonico receptum, ut si mortis tempus magis fuerit propinquum piscationi, quam illi tempori, quo pisces primum stagno fuerunt immissi, ad hæredes Vasalli aut possessoris pertineant. Berl. *P. 3. Concl. 45. n. 25.* Propinquius autem quando est tempus mortis possessoris injectioni piscium in stagnum, quam piscationi, pisces una cum stagno ad novum possessorem pertinent. Carpzov. *P. 3. Const. 32. d. 26.* ubi tale præjudicium refert: *Hat gedachter euer Vater und Ehemann in bemeldten seinem Lehn-Guthe, auch einen grossen Teich, so mit Karpen besetzt, deswegen zwischen euch und dem Lehnsfolger Streitigkeit vorfället, wem die darinnen enthaltene Fische gehörig. Da nun allbereit 2. Jahr,* 59

vor beniehmten eures Vaters und Ehemanns Absterben, selbiger Teich mit junger Bruth von ihm besetzt gewesen, und also die Zeit zu fischen dieses Jahr vorhanden wäre, davor sichs aus eurer Frage ansehen lässet; So gehöreten obangeregte Karpen im Teiche euch den Land-Erben billig. Im Fall aber erst neulicher Zeit etwann vor dem Jahre der Teich besetzt worden, und also nach geraumer Zeit, und wol nach zweyen Jahren allererst zu fischen wäre, so verbleiben mehrgedachte Karpen zusammt dem Teiche den Lehns-Erben, und ihr hättet euch derselben anzumassen nicht Fug; V. R. W.

60 Pisces autem custodiæ saltem causa in piscinam conjecti rebus hæreditariis recte annumerantur, & ad defuncti vasalli hæredes pertinent, *l. 15. ff. de Act. emt.* Habentur enim ejusmodi pisces pro re mobili, & ad perpetuam utilitatem fundi non pertinent, sicut illi, qui prolificandi causa illic perpetuo manent. Rosenthal. *de Feud. c. 10. Concl. 42. n. 61.*

61 Impensæ vero in piscinam noviter confectam hæredibus Vasalli restituendas esse, tradit Knipschild. *de Obligat. domin. erga vasallum p. 172.*

62 Quod si cui ususfructus piscinæ constitutus sit, is pisces exinde capere & consumere potest, modo alios substituat. *l. 62. §. in vivariis. ff. de Usufruct.* Cæpoll. *Lib. II. c. 42. n 6.* Sed nec conductor piscinæ potest simul capere omnes, & sic totum piscatum destruere, nisi specialiter ita cautum vel consuetudine receptum sit, Cæpoll. *d. c. 42. in fin.* veluti in Ducatu Brunsvicensi, ubi piscinæ prorsus evacuantur, & pisces postea novi surrogantur. Gryphiand. *in Oecon. Leg. Lib. I. c. 18.*

63 Similiter pisces in stagno pro fructificatione immissi, a fideicommissi possessore capi possunt, modo alii substituantur. Knipschild. *de Fideicomm. c. 10. n 85.*

64 Eadem ratione sese res habet, si quis conduxit valles aut paludes, ut ibi possit piscari, & in eis reperiatur certa pars terræ elevata ab alveo, quæ tori appellantur, & pisces omnes in hieme se reducant sub eis, ut in vallibus Paduæ contingit, an sit licitum conductori aperire dictos toros & omnes pisces accipere? Et dicas, quod non, quia isto modo jus piscandi destrueretur, nisi alios reponeret. *Arg. l. usufructuarium §. si in vivariis ff. de Usufruct. & l. si merces §. conductor. ff. locat.* & hoc videtur aperte probari *in l. videmus §.* item prospicere debet. *eod. tit.* Propterea hoc etiam probatur, quia conductor tenetur ante omnia secundum legem i. e. conventionem facere; &, si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo præstare debet. *§. conductor. Inst. loc.* sed ex bono & æquo est, ut conductor piscinæ non destruat totam piscinam, quia debet habere fructus piscandi & non omnes pisces ita, ut piscaria consumatur, Facit *l. 1 & 2. ff. de Usufruct.* & idem dicendum, si locaretur jus piscandi in flumine aut fonte vel piscaria, quia non posset omnes pisces tollere nisi aliter conventum esset. Cæpoll. *d. l. n. 12.*

Qui ex piscinis, lacubus seu vivariis, 65
aus Teichen, VVeihern, Heldern und andern beschlossenen VVassern, pisces capiunt, non minus ac alii fures pro qualitate delicti laqueo puniuntur. Ord. Crim. Car. V. *art. 169.* Quod idem quoque in foro Saxonico obtinet, Const. Elector. *inedita 8. §. fin. So viel aber die Teiche und Helder anlanget, wenn aus denselben Fische gestohlen, lassen Wir es bey der Strafe bleiben, so Unsere Schöppen-Stühle ohne das zu erkennen pflegen, nemlich, daß sie nach Gelegenheit des Diebstahls mit dem Strange oder sonsten, wie es auf die Diebe geordnet, gestrafet werden.*

Qui vero in alienis rivis, aquis & flu- 66
minibus non inclusis, *in fliessenden und gehegten VVassern und Bächen*, pisces capiunt, arbitrarie puniuntur. Dict. *artic.* Sanctionis Carolinæ *169.* in verb. *So aber einer aus einem fliessenden umgefangenen VVasser Fische fienge, das einem andern zuslünde, der ist an seinem Leibe oder Guth nach Gelegenheit oder Gestalt des Fischers, der Person und Sachen, nach Rath der Rechts-Verständigen zu strafen.*

Quamvis vero jure Saxonico olim specialiter sancitum erat, ut fur pisces capiens ex piscinis inclusis, solvens triginta solidos, ex aquis vero non inclusis pisces captos restituens, vel æstimationem eorum & mulctæ nomine tres solidos pendens liberetur. *Land-Recht. L. 2. Art. 28.* Attamen in Electoratu hæc pœna Juris Saxonici non attenditur. Sed uti priori casu sic, quemadmodum aliud furtum, punitur, ita posteriori pœna arbitraria, ut relega-

relegationis, extensionis membrorum, vulgo tratto di corda, fustigationis, perpetui carceris vel operarum perpetuarum obtinet, pro qualitate facti & circumstantiarum. Dicta Constit. Elect. in edit. 8. Et secundum hanc constitutionem etiam in his terris pronunciari solet: *Haben beyde Gefangene in scharffer Frage bekannt und ausgesagt, daß sie nicht allein in etlicher Privat-Personen, sondern auch in Unserer gnädigsten Herrschafft Fohren, Teichen und VVassern zu unterschiedlichen mahlen heimlich gefischet, und etliche Schock Fohren daraus dieblichen entwendet &c. So werden sie beyde von wegen solcher ihrer begangenen und bekannten Verbrechung vermöge dieser Lande bewehrten Rechten willkührlichen entweder mit Staupen-Schlägen, oder mit der* tratto di corda *auf 3. Sprünge des Landes ewig billig verwiesen, und die VVahl dieser beyden Strafen, welche unter denselben an den Verbrechern zu vollstrecken, dem Churfürstlich Sächsischen Administratorn &c. Unserm gnädigsten Herrn vorbehalten und heimgestellet; V. R. W.* Prout pronunciarunt Scabini Lipsienses, teste Carpzov. *Pract. Crimin. P. 2. quæst. 84. n. 77.*

67 Quæ autem de furibus piscium dicta sunt, locum quoque habent in furibus cancrorum, cum eadem hic militet ratio, parumque interesse videtur, an piscator temerarius pisces aut cancros ex flumine alieno abstulerit. Utroque enim casu jus piscandi turbatur, & furtum committitur. Matth. Stephan. *in Not. ad Art. 169. in fin. Ordin. Crimin.*

68 Sicut autem convenandi, ita etiam datur jus compiscandi, illudque Præjudiciis cameralibus fulcitur, Diether. *in Addit. ad Thesaur. Pract. Besold. vocab. Fischerey,* & ab uno ad alterum horum procedit argumentatio. Qui vero jus piscandi cumulative præscripsit, compossessorem prohibere nequit. Klock. *Consil.*
69 *23. n. 10.* Nec etiam poterit aliis instrumentis compiscationem instituere, quam qualiter & quatenus, item & quibus instrumentis in piscando usus fuerit & præscripserit. Ut si in piscando hamo & minutis retibus tantum usus fuerit *mit den Angeln, Hand-Garn, Klippen, Reusen, Körben*, non poterit postea adhibere magnum rete, *das grosse Garn.* Præscriptio enim stricti juris est, & de similibus ad similia non extenditur, quinimo etsi præscribatur in uno capitulo, non tamen præscribitur in alio *Cap. auditis, juncta glossa in verbo interruptione, & Cap. cum olim de præscript.* Per quæ jura dicit Panorm. *in Consil. 17. col. 4.* quod tantum præscribatur, quantum possidetur. Et hinc est, quod, si quis dicat, se præscripsisse jus colligendi pedagium, intelligatur jus sibi quæsivisse in illis tantum rebus, de quibus probatur exegisse pedagium & in quibus apparet usus. Secus autem in aliis, in quibus usus non probatur, ut tradit Barthol. *in l. si publicanus, in fin. de publican.* & idem Bart. *in l. 1. §. si quis hoc interdicto de itiner. actuq. privat.* ubi etiam dicit, quod ibi agatur de præscribenda jurisdictione, probata quasi possessione certi actus, in illo tantum procedit præscriptio, non in aliis, unde & dicit Alberic. de Rosat. *in l. 1. col. fin. de offic. ejus, cui mandata est jurisdictio,* quod si quis allegat, se & majores suos præscripsisse omnimodam jurisdictionem etiam per tempus, cujus initii memoria non extat, & probat se exercuisse jurisdictionem, dando tutores, fustibus cædendo, & in aliis, non tamen probat, se aliquem decapitasse, vel morti condemnasse, non possit is vigore ejusmodi præscriptionis mortis pœna aliquem afficere. Modest. Pistoris *Col. 1. Consil. 19. n. 14.*

Quemadmodum etiam Falconibus capiuntur aves, ita mergus cicur assuefieri 70
potest, ut pisces pastus ad Dominum revertatur, hinc cum iis eadem juris est dispositio. Vid. *cap. anteced. de aucup.* Et Sinarum populi prægrandes & domesticos alunt corvos capiendis piscibus assuetos. Eorum colla ita nodo laxo constringunt, ut respiratione neutiquam interclusa cibos tamen transmittere ac deglutire nequaquam valeant. Ita e caveis dimissi admirabili solertia sese in aquas immergunt, pisciculos minutos ore conceptos, majores autem rostro apprehensos domum, unde abiere, identidem referunt, quoad solutis omnino faucibus ad satietatem ipsi quoque pascantur. Drexel. *in Aurifod. p. 162.*

Castores & Lutræ, *Biber und Fisch-* 71
Otter, quamvis in aquis versentur & piscibus vivant, tamen eorum captura non ad Dominum Piscationis, sed Venationis pertinet tanquam species venationis, Knipschild. *de Civitat. Imperial. L. 2. c. 7. n. 68.* In quibusdam locis Castorum & Fibrorum

rum partes extremæ *Biber-Schwäntze und Füsse*, cum inter edulia referantur, ad Aulam debent præsentari, *Churfurstliche Bäyerische Jagd-Ordnung. Art. 13.*

72 Quando captus piscium venditur, tunc perfecta omnino est venditio, & pretium debetur, etiamsi nihil inciderit, inquit JCtus *in l. 8. ff. de Contrah. emt.* rationem subnectit, quia spei emtio est; & vice versa, etiamsi captum duplo excedat pretium, nihilominus præstare venditor cogitur *l. 11. §. ult. ff. de act. emt. l. 7. de hæred. Act. vend.* Sande *L. 3. Dec. 4. Def. 16.* Etsi enim alias in casibus certis, qualis est emtio, id quod interest duplum excedere non possit, *l. un. C. de Sent. quæ pro eo quod interest.* tamen hic non dicitur æstimari id, quod interest, sed magis ipsa res, captura piscium, Franzk. *de contrab. emt. n. 120.* Pufendorff. *Jurispr. Elem. p. 149.* Quodsi, *inquit*, a contrahentibus consentiatur in pretium alicujus rei, cujus quantitas contrahentibus obscura a casu aut causis naturalibus dependeat, puta si quis pretio potestatem piscandi in fluvio alicui vendat, pro æquali illud habebitur, in quod conventum fuit, etsi post vel uberior pretio illo, vel minor captura aut proventus fuerit. Quia cum istæ res insignem habeant latitudinem, spectari solet in iis, quod ordinarie solet obtingere, excessus & defectus casui imputantur, nec ex illis contractus firmitati aliquid decedit.

73 Ejusmodi jactus retium & hodie vendi solet, quod præcipue fieri videmus, quando haleces ex Arctoi Maris latebris discedentes, quod præcipitante vere fieri solet, veluti commutatis sedibus in æstiva contendant loca palabundi, ubi a populis maritimis capiuntur, retibus undiquaque circumdati tanta multitudine nonnunquam mira agilitate in unum coarctati, ut non secus ac terra ambulare desuper piscatores possint, sed & tum in aëre & nubibus ad plura milliaria splendor insignis & scintillatio inde appareat.

74 Capturam vero balænarum, *den VVallfisch-Fang*, in Oceano Belgæ elocare solent, ubi in stupenda magnitudine teli genere, quod *Harpun* vocant, capiuntur & interficiuntur, ex quibus postea aliquot mille tonnas adipis conficiunt. Buchner. *de jure aquatili. §. 78.*

75 Islandos aliosque Insulanos pisces indurare, & alicubi pro pane uti, refert Pompon. Mela *Lib. I. fol. 61.* Petr. Berl. *L. 3. comment. in Berga.*

Præ omnibus ferme locis Regnum Da- 76
niæ abundat piscibus, ut Legatus aliquando in concertatione Legatorum de cujusque præeminentia sponsionem obtulerit: Si ex unius Regis, etiam Potentissimi, bonis & ditionibus divenditis comparentur lignea vascula, posse omnia & singula Regem Daniæ uno tempore tribus generibus piscium implere. Jonas Kolding. *in descript. Dan. P. 2.* Ideoque omnibus divitiis abundant Dani propter piscationem, quæ quotannis in Schonia exercetur, ad quam omnium circumquaque nationum negotiatores properantes aurum & argentum, & cætera pretiosa illuc deferunt.

Si forte piscator pro pisce mensam 77
auream, ut apud Val. Max. *L. 4. c. 1.* vel Tripodem, apud Diogenem Laërt. *L. 1.* Sveton. *de Illustr. Rhet.* e mari extrahat, quæri solet, an sit piscatoris, an vero illius qui forte amisit? Piscator Plautinus suum dicit, quia *inquit* Dominus huic nisi ego nemo natus est, hoc qui cepi in venatu meo, & meum quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum est. Plaut. *in Rudent. A. 4. Sc. 3.* Sed JCtus *in l. 58. de A. R. D.* non ante ejus qui extraxit, fieri dicit, quam Dominus eam pro derelicto habere cœpit, *l. 13. pr. de A. vel A. P.* Aliud est de nummo in ventre piscis invento, qui haud dubie est inventoris. *Matth. XVII. v. ult.* Neque Policratis annulus mari injectus, & postea in pisce repertus, ipsi de jure restituendus fuerat, ex quo illum semel pro derelicto habuerat. Gryphiand. *in Oecon. Legal. c. 18. n. 112.*

Præterea quamvis Venationis, Aucupii 78
& Piscationis usus humanæ necessitati perutilis sit; studiosis tamen adolescentibus, qui literarum studiis incumbunt, nimius usus obest, juxta illud tritum:

Per Pisces & Aves &c.

Quanto studio & sumtu Romani olim 79
piscinas ædificarint, hisce temporibus vix credere licet. Lucullus ditissimus Romanor. Architecto permisit, ut pecuniam consumeret, dummodo piscinam in Bajano ad finem perduceret. Ubi ad piscium receptacula juxta Neapolim montem excidit, cujus hæres M. Cato Uticensis pisces de piscina ejus quadraginta millibus vendidit. Varro *L. 3. de Re Rust. c. 16.*

Oſtrearum vivaria primus Sergius, reliquorum piſcium Licinius Muræna primus habuit, Muræenarum vivaria Cajus Hirtius excogitavit, qui Cœnis Triumphalibus Dictatoris Cæſaris ſex millia Muræenarum mutua appendit & dedit ad pondus.

80 Vedius Pollio immaniſſimus, cum piſcinas magno ſtudio coleret, volebat ſervos occidere, eosque piſcibus vorandos præbere, ut hominum cruore paſti delicatiores eſſent.

Craſſus Murænam ut filiam atratus luxit, 81
tumuloque condidit, & cum aliquando Domitius in hunc dixiſſet: Stulte Craſſe, Murænam flevisti mortuam, ad hæc reſpondens Craſſus: Equidem *inquit*, ob beſtiæ mortem flevi: tu vero ne quidem ob tres uxores, quas terræ mandaſti. Murænam hanc nominatim vocatam exaudiviſſe, Pellerus *ad Klock. de Ærar. L. 2. c. 5. n. 43.*

CAPUT XV.

DE MOLENDINIS.

SUMMARIA.

1. *Molendinum vox medii ævi.*
2. *Artem molendi quis invenerit?*
3. *Romani quibus inſtrumentis in principio ad comminuendum frumentum uſi fuerint?*
4. *Molæ partes Eſſentiales.*
5. *Rationes molendi duæ.*
6. *Molendinum quid ſit?*
7. *Molendina quomodo dividantur?*
8. *Molæ manuariæ.*
9. *Molæ quæ equis agitantur.*
10. *Molæ Pnevmaticæ.*
11. *Molæ aquaticæ.*
12. *Molæ navales.*
13. *Molæ ratione objecti ſunt vel Oleariæ.*
14. *Molæ Politoriæ.*
15. *Molæ Serratoriæ.*
16. *Pulverariæ.*
17. *Fulloniæ.*
18. *Terebratoriæ.*
19. *Contuſoriæ.*
20. *Chartariæ.*
21. *Aquariæ quæ aquam effundunt.*
22. *Molæ quomodo ratione finis dividantur?*
23. *Inſtrumenta Molarum hodie uſitata.*
24. *Axis* die Welle.
25. *Rota externa*, Waſſer-Rad.
26. *Rota dentata*, Kamm-Rad.
27. *Tympanum*, das Getriebe.
28. *Subcus ferrea*, das Mühl-Eiſen.
29. *Codaces ferrei*, Zapffen.
30. *Catilli ferrei* die Pfannen.
31. *Infundibulum*, der Rumpff.
32. *Area polinaria.*
33. *Præcipuum Molendini requiſitum aqua.*
34. *In Imperio Rom. German. licet unicuique privato ædificare molendinum.*
35. *Niſi uſus fluminis fiat deterior.*
36. *Vel ædificatio ad æmulationem alterius ſit ſuſcepta.*
37. *Quod etiam in fluminibus publicis locum habet.*
38. *Idem obtinet in Electoratu Saxoniæ.*
39. *Conſtitutio hac de re Electoralis.*
40. *Quod extenditur, licet alius vicinus jam Molendinum habeat.*
41. *Præjudicium hac de re.*
42. *Quod ampliatur porro, licet quis molendinum immutet.*
43. *Vel plures ductus*, mehr Gänge, *formare velit.*
44. *Præjudicium hac de re Facult. Lipſ.*
45. *Præjudicium Facult. Witteberg.*
46. *Non licet Molendinum ædificare, quando uſus fluminis ſit deterior.*
47. *Vel ad æmulationem alterius exſtruatur.*
48. *Aut Lege vel conſuetudine aliud ſit introductum.*
49. *Vel ſi quis prohibitioni contra ædificationem per legitimum tempus acquieverit.*
50. *Vel ſi Principi interſit molendinum non ædificari.*
51. *Contra ædificantem novum molendinum, ita ut aquarum curſus invertatur, officium Judicis imploratur.*
52. *Vel ædificans debet cavere de damno infecto.*
53. *Modus lege publica præſcriptus in ædificatione Molendini probe eſt obſervandus.*

54. *Idque Prætor apud Romanos circa flumen publicum accurate observavit.*
55. *Quod & locum habet in flumine privato.*
56. *Hinc certa forma molendinis solet præscribi.*
57. *Quod & in Saxonia Elector. factum.*
58. *Dispositio hæc ad molendina in fluminibus minoribus exstructa extenditur.*
59. *Consuetudo circa ædificationem molendinorum est spectanda.*
60. *Arboris & Pali molinaris maxima habenda ratio.*
61. *Arbor molinaris,* der Fach-Baum, *quid sit?*
62. *Palus molinaris,* der Sicher-Pfahl, *quid sit?*
63. *Aqua quomodo ducenda?*
64. *Per molendinum novum vicinis molitoribus non est damnum inferendum.*
65. *Hinc tres viri periti Hydrostaticæ artis solent adhiberi.*
66. *Ratio hujus rei.*
67. *Arboris & Pali molinaris conformitas quomodo exploranda?*
68. *Modus metiendi describitur.*
69. Der Zehr-Zoll, *quid sit?*
70. *Palus molinarius non debet mutari.*
71. *Ne quidem cum consensu Principis.*
72. *Usus arboris & pali molinaris.*
73. *Ut sciatur, an quis secundum ordinationem molinariam ædificaverit molendinum, cuique molitori visitatio permissa est.*
74. *Reparatio Arboris & Pali molinaris debet fieri præsentibus vicinis & juratis molitoribus.*
75. *Molendina justo spatio inter se debent distare.*
76. *Majestati incumbit cura annonæ.*
77. *Consequenter etiam cura molendinorum.*
78. *Hinc certæ Leges & Ordinationes circa molendina solent promulgari.*
79. *Visitatio molendinorum singulis annis est instituenda.*
80. *Visitatio molendinorum utrum ad Altam, an vero ad Bassam Jurisdictionem sit referenda?*
81. *Molendina ad res corporales spectant.*
82. *Item ad res immobiles.*
83. *Molere est res meræ facultatis.*
84. *Nisi per Magistratuum pacta vel præscriptionem sit restrictum.*
85. *Vel Princeps in commodum subditorum molendinum extruxerit.*
86. *Potest Superior subditos ad sua molendina cogere, si in territorio alieno hactenus soliti sint molendina frequentare.*
87. *Et hæc procedunt, licet subditi longissimo tempore libertate sua usi fuerint.*
88. *Potest & Princeps subditis molendinum extra territorium visitantes tributum vel pœnam imperare.*
89. *Respondetur ad contraria.*
90. *Potest & Princeps aliis concedere molendina Bannaria.*
91. *Secta ad molendinum quid sit?*
92. *Quid in tali privilegio requiratur?*
93. *Potest & Magistratus municipalis molendina Bannaria constituere.*
94. *Singuli quomodo hoc jus cogendi acquirant?*
95. *Nobilis quando cum subditis suis tale pactum inire velit, an omnes præsentes esse debeant?*
96. *Parem cum pacto vim habet jusjurandum.*
97. *Cum extraneis tale pactum inire subditis non est permissum.*
98. *Præscriptione etiam molendinarium Bannum acquiri potest.*
99. *Quid ad hanc præscriptionem requiratur?*
100. *Cessat necessitas eundi ad molendinum Bannarium tempore pestis & belli.*
101. *It. Si frumenta tempestive non tundantur.*
102. *Quale temporis spatium quis expectare debeat?*
103. *Item si molentes in molendino Bannario defraudentur.*
104. *Vel si damnum ipsis inferatur.*
105. *Vel nimia merces exigatur.*
106. *Vel si dominus molendini Bannarii jus suum remiserit.*
107. *An dominus molendini bannarii mercedem molinariam pro lubitu constituere possit?*
108. *Merces molinaria a quovis molente potest exigi.*
109. *An is, qui promisit gratis molere alicui & familiæ ipsius, aucta familia adhuc teneatur?*
110. *Locato molendino ad tempus, ad quem refectio pertineat?*
111. *Locator debet cursum aquæ servare.*
112. *Ad quem impensæ in lapides molares faciendæ spectent?*
113. *Ex quibus causis conductor molendini remissionem petere possit?*

114. *An*

114. *An per meliorationem molendini Emphyteuta ad majorem canonem teneatur?*
115. *Molendina possunt in Feudum concedi.*
116. *Si in feudum alicui datum molendinum fuerit, an Dominus Feudi aliud in alio loco ædificare possit?*
117. *Molendina a Collectis immunitatem nullam habent.*
118. *De molendis noviter extructis ministris Ecclesiæ aliquid solvendum.*
119. *Princeps Jure Superioritatis potest certum canonem,* den Mahl-Groschen, *a molentibus exigere.*
120. *Molitoribus a muneribus personalibus immunitas concedenda.*
121. *Uti & a metatis.*
122. *Molendina tempore belli inviolabilia.*
123. *Molitores hodie nulla infamiæ macula laborant.*
124. *Peccant molitores, si in frumentis molendis debitum non servent ordinem.*
125. *Item si machinam molarem ad modum præscriptum non præparent.*
126. *Si molentes quacunque ratione defraudent.*
127. *Si in servorum fidem debita diligentia non inquirant.*
128. *Si mercede statuta non sint contenti.*
129. *Si defectus machinæ molaris non corrigant.*
130. *Si in fraudem Domini molentes majoribus modiis uti, mercedem vero secundum minorem solvi patiantur.*
131. *Si in damnum vicinorum aquam restagnent.*
132. *Si molentes solicitent, ne in alio molendino, quam ipsius molant.*
133. *Si modio signato non utantur.*
134. *Si præter necessitatem diebus Festis molituram exerceant.*
135. *Pœnæ tandem molitorum.*

1 MOlendinum pro Mola vel Moletrina est vox medii ævi. Augustin. *in Psal. XXXVI. IC. & CXXXII.* enarrans illud Matthæi *Cap. XXIV.* Duæ molentes in una Mola &c. pro Mola Molendinum habet. Vid. *c. 28. X. de decim.* Quanquam subtiliter loquendo Molendinum proprie est integrum ædificium, in quo fabrica ipsius Molæ continetur, quod itidem in LL. Salica, Longobardorum & Alemannorum nominatur Molinum vel Mulinum. L. Sal. *Tit. 24.* LL. Aleman. *c. 87.*

2 Artem molendi invenisse Mylantios Deos apud Rhodios tradit Alex. Sardens. *de Invent. Rer. qu. 4. n. 10.* Alii Isidi, matri Herculis Lybici, tribuunt. Henr. Pantaleon. *de viris Illustr. P. 1. p. 38.* cui accedit Joh. Mar. Belgicus *L. 2. Illustr. Gall.* Regnante Hercule Alemanno Undecimo Germanorum Rege Isidem Deam Reginam Ægypti in Germaniam venisse, & rudem populum artem molendi, pinsendi panesque coquendi docuisse. Probabilius tamen hæc ars Genti Hebrææ a Polydoro Vergilio *L. 3. c. 2.* adscribitur, a qua agrorum cultura, ars scribendi multæque aliæ artes promanarunt, ut credibile sit, tum fruges & molendi usum ab ipsis ad posteros pervenisse. Refert enim scriptorum omnium primus Moses, Abrahamum, cum ei Dominus apparuisset in querceto Mamre, tres modios farinæ purgatissimæ sumsisse, & ex ea placentas fieri jussisse, *Gen. XVIII.* Legimus amplius *Gen. XIX. v. 3. & c. XXI, 14.* Lothum, consobrinum Abrahami, pinsisse placentas infermentatas. Ex quo colligitur, tempore Abrahami jam tum in usu fuisse panes ac farinam; & quidem eam non crassam tantummodo, sed & purgatissimam, quam similaginem vocare solent. Cum autem vix fieri possit, ut frumentum absque subsidio molarum in tam tenuissimum pulverem redegerint, (qui enim pila & pistillo id tam accurate inque tanta copia effecissent?) verisimile utique fit, & vel ipsa nomina harum rerum testificantur, tempore Abrahami jam tum molas, si non alias, saltem versatiles sive trusatiles usurpatas fuisse. Probabile autem est, longo temporis spatio priores fuisse molas manuum & jumentorum ope versatiles, quam quæ aquarum ventive impetu agitantur. Molas aquarias jam Plinii tempore fuisse notas, constat ex ejus *Lib. 18. c. 10.* In Jure prima earum fit mentio ab Imper. Zenone *in l. 10. C. de Aquæductu.* Qui plura de earum origine cupit, adeat Hering. *Tract. de Molend. qu. 2.*

Romani olim ad comminuendum frumentum, quod in pistrinis fiebat, teste Terentio *in Phorm. Act. II. sc. 1.* simplicioribus instrumentis usi, pila videlicet, quæ erat vas quoddam concavum, in quod frumenta igni tosta injiciebant, pistillis 3

ſive pilis tundebant terebantque, Roſin. *L. 1. c. 14. in f.* quem uſum Pilumnus, Jovis Filius, inveniſſe ſcribitur a Servio in *Æn. IX.* Dein opus erat piſtillis, quibus frumenta in pila tunderentur, eratque horum piſtillorum non ſolum ima pars glabra, ſed & obtuſa, unde proverbium: Piſtillo calvior. Eraſm. *in Adag. Chil. 3. c. 6.* Præcipue vero mulierum opus erat apud Romanos fruges molere, vel panem conficere, quod etiam innuit Ulpianus *in l. 12. §. 5. & 6. &* ubi Gothofr. *cum l. 15. in pr. ff. de Fund. Inſtr. vel Inſtrum. Leg.* quandoque tamen ad ſervos etiam pertinuiſſe colligitur ex reſponſo Javoleni *in l. penult. ff. de reb. dub.* Pignor. *de ſerv. p. 50. & 51.*

4 Molis autem inventis, aliis inſtrumentis opus eſſe cœpit, quarum partes Eſſentiales ſunt duo molares ſeu ſaxa, quorum ſuperius vocabatur catillus, inferius vero meta. *l. 18. §. 5. de Inſtrum. vel inſtruct. leg.* Ad molarum uſum etiam referebantur Molilia, h. e. inſtrumenta, quibus molebatur, vel quæ molis colliſque boum aut aſinorum, vel humeris ſervorum adligabantur ad trudendas molas. Cato *de Re Ruſt. c. II.* Juga ploſtraria duo, jugum aſinarium unum, molile unum. Spectabant huc jumenta piſtrinenſia Suet. *in Calig. c. 39.* Quicquid *ait* inſtrumenti veteris erat, ab urbe repetiit, comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis & piſtrinenſibus jumentis. Ad hæc inſtrumenta etiam referendi ſervi & ancillæ, quibus ſupplicii loco injungebatur, ut molas agerent, tam Jure Civili, in quo ſervus molitor, quam Lege Salica, in qua ſervus molinarius appellatur, *tit. 11. c. 5.* Ad rem molitariam neceſſaria etiam erant cribra, ut *ex l. 7. C. Theodoſ. de Piſtor.* obſervavit Cujacius *Lib. 16. Obſerv. c. 5.* quorum etiam mentio fit *in l. quæſitum §. & molas. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* fiebantque ut plurimum ex pellibus aſininis & ſuillis, crebris pertuſis foraminibus; vel ex lino aut ſetis equorum, quibus deinde pollen, ſive flos a furfurum recrementis ſecernebatur.

5 Præterea duæ erant rationes molendi, una cum ſuſpenſa mola fruges frangebantur, ut in faba freſa & in polenta craſſiuſcula: Altera, cum molæ non ſuſpendebantur, ſed lapis lapidem terebat, i. e. mola molam, puta cum tenuior farina eliciebatur, ut adnotat Ludov. de la Cerda *ad Virgil. Æn. I. v. 171.* quod noſtri molitores vocant, *die Mühle ſtellen.*

Deſcribi vero poteſt Molendinum, quod 6
ſit machina quædam, qua manibus hominum vel jumentorum ope, vel aquarum ventive impulſu agitata fruges resque aliæ conteruntur vel præparantur ab eo, qui jus extruendi habet, ad utilitatem vel propriam vel communem extructa.

Triplici igitur ratione potiſſimum dividi poſſunt molendina, videlicet reſpectu 7
(1) Modi, quo agitantur. (2) Rerum, quæ in iis conteruntur. (3) Finis ſive uſus.

Priori ratione molæ aliæ ſunt Manuariæ, *Hand-Mühlen,* (Truſatiles veteribus 8
dictæ, item piſtrina) quæ ita ſunt aptatæ, ut manibus hominum verſari poſſint. Qui labor cum dubio procul ſit duriſſimus, Romanorum olim ſervos, delicti alicujus reos, ad eundem condemnatos fuiſſe, paſſim ex Scriptoribus Romanis, Comicis præſertim, intelligimus.

Poſtea loco eorum Equi Jumentaque 9
alia adhibita fuere, unde ortæ ſunt Molæ Jumentariæ *die Roß-Mühlen.* Utræque adhuc hodie in caſtris & bellicis expeditionibus, nec non urbibus munitis uſum præbent egregium eo tempore, quo reliqua molendina vel remota nimis ſunt, vel hoſtium copiis obſeſſa.

Porro ſunt vel Pnevmaticæ (Pontifici 10
in c. 23. X. de decimis. Molendina ad ventum) *Wind-Mühlen,* quæ vi venti circumaguntur.

Vel Aquaticæ, *Waſſer-Mühlen,* quæ in 11
terra ad præterlabentem aquam exſtruuntur, eaque agitantur.

Et denique Navales, *Schiff-Mühlen,* 12
quæ inſtar navium ancoris firmatæ, aut rudente ad palum alligatæ, fluminibus innatant.

Objectum molarum ſi reſpiciamus, po- 13
tiores earum ſpecies ſunt præter illas, quibus fruges conteruntur, Oleariæ (Olivariæ Pomponio *in L. 21. ff. de Inſtr. vel Inſtrum. Legat.*) in quibus ex olivis, nucibus aut ſemine aliquo oleum exprimitur, *die Oel-Mühlen.*

Politoriæ & acuminantes, per quas gla- 14
diis inſtrumentisque aliis acies & ſplendor inducitur, *Polier- und Schleiff-Mühlen.*

Serratoriæ, quibus ligna lapideſque in 15
aſſeres & partes minutiores diſſecantur, *Säge-Mühlen.*

Pulverariæ, in quibus pulvis præparatur, 16
Pulver-Mühlen.

Fullo-

17 Fulloniæ, quibus panni coriaque contunduntur & perficiuntur, *Walck-Mühlen.*

18 Terebratoriæ, in quibus Arbores perterebrari ad usum canalium possunt, *Bohr-Mühlen.*

19 Contusoriæ, quibus materia rudis ex terræ fodinis eruta contunditur, ut metalla ibi latentia eo melius excoqui possint, *Poch-wercke oder Stampff-Mühlen.*

20 Chartariæ, ubi linteamina in minutissimas partes rediguntur, ut charta inde parari & confici possit, *Papier-Mühlen.*

21 Aquariæ, quarum ope Batavi aquam abundantem in mare effundunt, *Wasser-Mühlen.*

22 Denique respectu finis sive usus Molæ distingui possunt in Privatas, quas quilibet ad suam tantum utilitatem exstruxit, quales plerumque pistrina veterum esse solebant; & Publicas, quæ eo fine sunt extructæ, ut communi civitatis alicujus, vel districtus commodo inserviant, Krayss. *de Molend.*

23 Hodie præcipua instrumenta in molis sunt:

24 (1) Axis, *die Welle.*

25 (2) Rota Aquaria, *das Wasser-Rad.*

26 (3) Rota dentata, habens dentes in latere infixos, *das Kamm-Rad.*

27 (4) Tympanum circa axem ferreum, *das Getreibe, Treyling*, cujus fusi rotæ dentatæ extremitatibus seu dentibus impelluntur, unde molæ fit circinatio.

28 (5) Subcus ferrea, *das Mühl-Eisen*, quæ est in superiore parte tympani, & superiorem molarem continet & circumagit.

29 (6) Codaces ferrei in extrema parte axis, *die Zapffen.*

30 (7) Catilli ferrei, *die Pfannen*, in quibus codaces versantur.

31 (8) Infundibulum, *der Rump*, Lignea bractea rotundata, *darinnen die Mehl-Steine gehen.*

32 (9) Area polinaria &c.

(10) Duo Molares seu Saxa Molinaria.

33 Imprimis vero in molendino aquatico requiritur aqua, quæ est ejus motrix & operatrix, unde omnis molendi vis dependet, quæ in tantum desideratur, ut parœmia sit inde nata, *es hat kein Müller Wassers genug*, sive ob aquarum necessitatem, sive molitorum avaritiam. Knichen. *de Sublim. Territ. Jur. c. 4. n. 3.* Hering. *de Molend. qu. 4. n. 71.*

Ante omnia autem disquirendum, 34 num in Imperio Romano-Germanico privatis liceat ædificare molendinum? Quod certe adstipulante usu moderno asserendum esse videtur, cum nulla in Imperio Roman. German. extet Lex vel Constitutio publica prohibitiva, qua naturalis libertas molendina extruendi restricta, eaque extructio solis Principibus aliisque imperii Statibus Superioritatem territorialem habentibus vindicata, atque ad Regalia tracta fuerit. Quia de Jure gentium cuilibet pro lubitu licet ædificare in suo *l. 8. l. 9. C. de Servit.* nisi vel publico vel privato jure ei rei impedimentum positum fuerit. Estque libertatis illius tantus vigor, ut nec longissimo quidem tempore, imo neque immemoriali præscriptione tolli queat, res enim meræ facultatis nullo tempore excluduntur, nisi ad prohibitionem ab alio interpositam quis acquieverit. Zoannet. *de Emt. n. 154.*

Licet itaque unicuique in fundo suo 35 ædificare molendinum, dum tamen usus fluminis non fiat deterior.

Neque ædificatio ad æmulationem al- 36 terius suscepta fuerit. Et huc pertinet Lex Alemannorum, quæ habetur sub *tit. 83. num. 1.* Si quis Mulinum (molinum) aut qualemcunque clausuram in aqua facere voluerit, sic faciat, ut nemini noceat; si autem nocuerit, rumpatur, usque dum non noceat. Etsi enim flumina ad Principem spectent, & inter Regalia hodie referantur, quia tamen usus eorum subditis non omnis interdictus est, concessus ille intelligitur, de quo diserta non habetur prohibitio, præsertim cum fluminum usus ab initio liber & cuilibet ex populo communis fuerit, restrictior autem factus sit per supervenientem prohibitionem, quæ tamen ipsa universum usum non sustulit, nec tollere potuit. Sic igitur, ubi nulla prohibitio præcesserit, quæ pragmaticæ sanctionis vicem sustineat, prohiberi quis specialiter non potest, quo minus in suo ædificet molendinum. Quod enim omnibus hactenus concessum fuit, cur uni id denegari debeat Petro aut Paulo, causæ nihil subest.

37 Et hoc non tantum in fundo privato, sed etiam in fluminibus publicis locum habet, tam in ripa, quam in flumine ipso, uti diserte asserit Ulpianus *in l. 24. pr. de damn. infect.* Et hinc communis fere nata est Doctorum sententia, posse aliquem in flumine publico etiam absque Superioris licentia molendinum ædificare. Dn. Ziegl. *de jur. Maj. L. 1. c. 15. num. 36.*

38 In Electoratu Saxoniæ tantum abest ut extructionem molendinorum Electores Serenissimi solis sibi vindicarint, ut potius a Divo Augusto expressa Constitutione, quæ certas ob causas publice tum edita non fuit, Collegiis tamen Electoralibus & Dicasteriis, ut eam in pronunciando observent, transmissa, cuilibet concessa, & naturalis libertas disertis verbis ea confirmata fuerit:

39

Ob eine neue Wind- oder Wasser-Mühle an die Oerter möge gebauet werden, da zuvor keine gewesen?

Dieweil der Bau und Ædificia *aus gemeinen Völcker-Recht den Ursprung haben* ex l. ex hoc jure. ff. de just. & jur. *und also keinem solche Freyheit, wenn er auf dem Seinen bauen wolte, zu benehmen, wie denn sonsten in andern Gebäuen geschiehet, so ist auch der Mühl-Bau aus gemeinem Völcker-Recht, iedem auf dem Seinen in Rechten zugelassen und vergünstiget, doch also, daß er den Wasser-Strohm und den* Aquæductum *nicht schmählere, verhindere und verderbe; und wird hierinnen der Abgang* & incommodum viciniorum, *als daß einem andern die Mahl-Gäste dadurch abgezogen, gantz nicht betrachtet, welches alles vernünfftige, erbare Ursachen hat, und hiernach sprechen auch die Schöppen-Stühle.* Et probatur hæc decisio pleniss. per Curt. *33. Consf. incip. Potens nobilis fieri fecit.* Barth. Jason. *in l. quo minus. ff. de flum. und irret nichts, daß eine Ordnung oder Gewohnheit seyn solte, daß man an die Oerter, da zuvor keine Mühle gestanden, eine zu bauen nicht befugt seyn soll, denn die Schöppen-Stühle sich keiner erinnern, und da gleich etwa solche vor gewesen, so sind doch viel Actus im Lande darwider, dadurch solche interrumpiret, oder das Vorhaben in Abnehmen kommen. So will es sehr bedencklich seyn, weil die Käyserliche Majestät dasjenige, was im gemeinen Völcker-Rechte frey und zuläßig, ohne sonderbare vornemliche Ursachen nicht aufheben kan.* l. fin. ibi Gloss. & Dd. C. si contra jus vel util. publ. *Ob solche Ordnung zu Recht einen Bestand haben könne, wo nicht auf gemeinen Land-Tägen die Unterthanen solches gewilliget und angenommen, und dasselbe durch Gebrauch nicht erloschen.* Cujus observantiam id quoque potest testari, quod ante annos non ita multos ex Cancellaria Electorali ejus copia supplicanti H. C. V. S. data fuit hisce formalibus: *Demnach dem Durchlauchtigsten Churfürsten zu Sachsen und Burg-Grafen zu Magdeburg &c. Unserm gnädigsten Herrn, Dero Rath &c. zu vernehmen gegeben, was Gestalt er der wegen Aufbauung neuer Wind- oder Wasser-Mühlen Anno 1572. abgefasseten, und unter denen damals in der grossen Zusammenkunfft zu Meissen verglichenen Fällen befindlichen Constitution in beglaubter Abschrifft benöthiget, und dahero, damit er dieselbe zu seinem Behuff vorzuweisen haben möchte, um Dero Ertheilung gehorsamst gebeten, als ist solchem seinem Suchen statt gegeben, und die gebetene Abschrifft obangeregter Constitution ihm ertheilet, und zu dessen Urkund unter dem Churfürstl. Sächs. Cantzeley-Secret aufgehändiget worden.* Signatum *Dreßden am 6. Aug. An. 1661.* Conf. *Consult. Sax. L. 1. qu. 72. Erörterung der Landes-Gebr. de Anno 1603. §. wegen Erbauung.*

Extenditur hæc assertio etiam ad eum 40
casum, quando alius vicinus in inferiore fluminis parte Molendinum jam habet, quia ille prohibere non potest, quo minus ego in superiori parte molendinum ædificem, etsi hoc illi damnum inferat. Jacobin. de S. Georg. *de Feud. verb. & cum Molendinis. n. 5.* Joh. Rudinger. *sing. observ. 68. Cent. 3.* Joh. Bapt. Costa *de Facti scient. & ignor. cont. 1. dist. 3.* Andr. Gail. *l. 2. obs. 69. n. 27.* Petr. Frider. *de Interdict. tit. 6. num. 71.* Ratio est, quia non debet videri is damnum facere, qui eo veluti lucro, quo adhuc utebatur, prohibetur, *l. 26. ff. de Damn. inf.* Nam licet aliquid pereat, quo prius utebatur, quia tamen eo usus fuit aliena patientia & beneficio, de suo aliquid perdidisse proprie dici non potest. H. Zœs. *ff. de Damn. inf. n. 19.* Wesenb. *Consf. 67. n. 19.* Et hæc sententia videtur omnium optima & simplicissima. Cur enim non liceat alteri posteriori, quod priori illi eodem jure antehac licuit. Si tamen damnum ex ædificatione inferiori molendino datum fuerit, & si quid vitii prior

prior ille ex tali facto sentiat, interdicto Prætoris, ne quid in flumine publ. fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æstate fluxit, locum esse non nego. Sed incommodum istud non privativum esse debet lucri cessantis, sed positivum damni revera dati. Pari modo superioris molendini Dominus prohibere non potest, ne in inferiore loco alius molendinum extruat, nisi constet eo animo ædificasse, ut vicino noceret potius, quam ut sibi prodesset. Anton. Fab. *Cod. de Serv. & aqu. def. 5.*

41 Optime demonstrabit hanc rem præjudicium Dn. Scabin. Witebergensium, non ita pridem Nobili cuidem in tali casu datum.

Als ihr Uns euren Bericht und angeheffte Rechts-Frage zugeschickt, und Unsere Rechts-Belehrung darüber gebeten, demnach sprechen wir verordnete Doctores *des Churfürstl. Sächs. Hof-Gerichts und Schöppen-Stuhls zu Wittenberg darauf vor Recht. Habt ihr bishero bey den trockenen Jahren die am Guthe Reinhards befindliche Mahl-Mühle, so vom Wasser aus einem darbey liegenden Teiche getrieben wird, fast gar nicht nutzen können, und seyd ihr daher willens, auf eurem Grund und Boden an die sogenannte Hanische und dabey wegfliessende Bach an statt jener eine neue Mühle aufzubauen, zu solchem Ende einen darzu nöthigen Teich zum Falle des Grabens anlegen, und sowol zum Mahlen als Bretschneiden bedürffende zwey Gänge dergestalt verfertigen zu lassen, daß nichts desto weniger die unter euch liegende Mühlen gar wohl brauchbar bleiben sollen; nichts desto weniger seyd ihr in Erfahrung kommen, daß die Besitzer ermeldter Nieder-Mühlen auf solchem Fall* Inhibitoriales *an euch auszuwürcken vorhabens wären, nach mehrerm Jnhalt eures Uns zugeschickten Berichts. Wenn nun gleich unterschiedene Lehrer der Sächsischen Rechte in den Gedancken stehen, auch in ihren herausgegebenen Schrifften ausdrücklich bezeugen, daß in diesen Sächsischen Landen es durch üblichen Gebrauch eingeführet, daß niemand ohne der Obrigkeit sonderlicher Einwilligung eine Mühle auf seinem Grund und Boden aufbauen dürffte, auch einige andere Rechts-Lehrer dafür halten, daß die Mühlen insgesamt zu denen Regalien gehörig, und daher ferner geschlossen werden könte, daß ihr an statt der vorigen eine neue Mühle an einem andern Orte und Bach zu bauen nicht berechtiget, zumal die nach euch liegende Nieder-Mühlen deswegen Abbruch leiden, und dahero sich über euch zu beschweren Gelegenheit nehmen, auch dessen Fug und Recht haben möchten. Dennoch aber und dieweil die angezogene Meynung im blossen Wahn etlicher Sächs. Rechts-Lehrer bestehet, und durch keine von ihnen angeführte Actus bestätiget ist, hingegen in denen* Constitutionibus *Churfürst* Augusti *Christmilden Andenckens, so nebenst denen andern im Druck herausgegebenen gefertiget, aber nicht mit publiciret, iedoch denen Collegiis dieser Lande geschrieben zugleich überschicket worden, ausdrücklich einem ieden auf seinem Grund und Boden Mühlen, wenn nur der Wasser-Lauff nicht geschmählert wird, zu erbauen nachgelassen, und zu solchem Behuff unterschiedliche Ursachen, so von der natürlichen Freyheit auch aus den allgemeinen beschriebenen Käyserl. Rechten genommen, angeführet worden, die Rechts-Collegia zum Theil auch darauf erkennen, und in Churfürstl. Sächs. Appellation-Gerichten ebenmässig vor etlichen Jahren also darauf gesprochen worden, dabeneben eurem Anführen nach, die sogenannte Hanische Bäche, bey welcher ihr die neue Mühle anzulegen vorhabens, in eurer Heyde durch unterschiedliche Quelle verstärcket wird, ihr auch des Erbietens solchen Mühlen-Bau also einzurichten, daß die unter euch liegende Mühlen gar wohl brauchbar bleiben können; so erscheinet dannenhero so viel, daß die Nieder-Mühlen euch in solchem vorhabenden Bau einer Mahl- und Schneide-Mühlen nicht hindern, noch mit Bestande Rechtens* novum opus *deswegen denunciren, und Obrigkeitliches Verbot wider euch disfalls anbringen können; V. R. W.*

Ampliatur & superius assertum, quod 42 locum habeat etiam tum, quando quis Molendinum, quod hactenus habuit, immutare, & ex Frumentario Olearium & vice versa facere velit: Item in eo plures du- 43 ctus formare (*mehr Räder an die Mühle hängen, und also mehr Gänge machen*) quod enim in genere licitum est, id etiam licitum erit quoad omnes suas species. Barbos. *in Axiom. l. 7. c. 5. n. 5.*

Quam sententiam in judicando Li- 44 psienses & Wittebergenses JCti sequuntur. Ita Facultas Jurid. Lips. *Zum andern ist euch ferner Rechts-Bericht vonnöthen, ob ihr denn an der zum Ritter-Guth gehörigen Mühlen den vierdten Mahl-Gang in eine Oel-Mühle zu verwandeln berechtiget? Ob nun wol vor diesem solcher Mahl-Gang*

Gang zu keiner Oel-sondern Mehl-Mühlen gebrauchet worden, auch die Besitzer der Mühlen zu Hanichen, daß ihnen solche zum Schaden erbauet, vorgeben thun, dennoch aber und dieweil einem iedem Eigenthums-Herrn auf seinem Grund und Boden seines Gefallens zu bauen nachgelassen, sowol ihr in dem Kauff- und Lehn-Briefe die Mahl-Gerechtigkeit als ein Pertinentz-Stück des Guthes Schörbitz insgemein erlanget, dergleichen Oel-Mühlen auch in eurer Nachbarschafft, als zu Wehrlitz, Gundorff und Belitz &c. ohne Concession einiges Privilegii verstattet worden, sowol eurem Bericht nach offterwehnte Besitzer zu Hänichen wider euch kein Jus prohibendi *dißfalls beständig beyzubringen hatten, so seyd ihr dahero, ihres Vorwendens ungeachtet, den vierdten Mühl-Gang an eurer Mühlen in eine Oel-Mühle zu verwandeln, wohl befugt.*

45 Clarius hoc patescit ex Responso Collegii Juridic. Witteb. in eodem casu ad requisitionem *Herrn Hans Christophs von Spor, Mens. Mart. 1668.* in quo simul Carpzovio satisfactum *P. 2. Constit. 4. Def. 10.* statuenti, in hisce terris consuetudinem vigere, ut nemini etiam in solo proprio absque speciali Magistratus consensu molam extruere liceat. *Verba sunt. Hat der Herr vor etlichen Jahren das Ritter-Guth Schörbitz samt allen Zubehörungen, als unter andern einer Mühl-Stätte von vier Gängen an dem Elster-Strohm gelegen, erblich erkauffi, und weil die Mühle verwüstet gewesen, mit Zuziehung des Amts-Schössers zu Skeuditz, so mit dem Baumeister das Gedinge gemacht, und den Contract als Beystand vollnzogen, selbige mit drey Mehl-Gängen wieder aufgebauet, den vierdten Mehl-Gang aber in einen Oel-Gang verwandelt, und da derselbe bis aufs einhängen fertig gewesen, haben die Besitzer der Oel-Mühlen zu Hänichen dem Herrn bey Jhro Hochfürstl. Durchlauchtigkeit zu Merseburg* novum opus *nunciiret, und auf des Amts-Schössers zu Skeuditz eingeschickten unterthänigsten Bericht es so weit gebracht, daß dem Herrn* per mandatum pœnale per *500. Rgfl. Straffe anbefohlen worden, mit fernerm Bau des Oel-Gangs innen zu halten, darbey es denn verblieben, und die Sache zu ordentlicher Ausführung verwiesen, von dem Herrn aber* Actio negatoria *angestellet worden, nach mehrern Jnhalt &c. Wenn nun gleich von dem Amt-Schösser zu Skeuditz, so des Amts Jnteresse vertheidigen will, und dessen Consorten den Besitzern der Oel-Mühle zu Hänichen angeführet wird oder werden könte, daß in Sächsischen Landen weder eine neue Mühle zu bauen, noch auch eine Mahl-Mühle in eine Oel-Mühle zu verwandeln, ohne der Hohen Obrigkeit Vergünstigung zugelassen, immassen nicht allein unterschiedene Rechts-Lehrer auf dergleichen Gewohnheit sich beziehen wollen, und Herr* Carpzovius *ein darauf gesprochenes Urtheil derer Churfürstl. Sächsischen Schöppen zu Leipzig anführet, sondern auch die Churfürstl. Sächsis. Mühl-Ordnung de An. 1613. und An. 1661. ausdrücklich dahin gehet, daß kein neuer Mühl-Bau verstattet werden solle, und solche Observantz in Amte Skeuditz insonderheit eingeführet sey, worzu ferner komme, daß dem Herrn nicht gebühre ohne des Lehns-Herrens Einwilligung etwas in Lehn zu ändern, gestalt Jhro Hochfürstl. Durchl. vermöge des* Mandati pœnalis *solch Fürnehmen vor widerrechtlich erkläret, der Herr auch dieses selbst erkannt, und nicht auf sein Recht und Befugniß dringen wollen, sondern* ex gratia Principis *gnädigste Concession zu erlangen unterthänigst gebethen: Dennoch aber und dieweil derer Herren Schöppen zu Leipzig Urthel nur* Opinio prudentum *ist, die übrigen angezogene Rechts-Lehrer aber die angeführte Gewohnheit auf Sächsischen Boden nicht sowol für sich selbst bezeugen, als aus andern, und zwar, wenn sie genau untersuchet werden; insgesamt aus dem* Modestino Pistoris *anführen, da doch weder dieser* Modestinus Pistoris, *noch auch dessen* Additionator, Jacob Schultes, *an dem angezogenen Orte dergleichen eigentlich statuiren: ferner die Churfürstl. Sächsischen Mühl-Ordnungen nicht allgemein seyn, sondern etliche um Dreßden gelegene Mühlen betreffen, und daß dergleichen im Amte Skeuditz beständiger Weise eingeführet, nicht erwiesen, vielmehr von dem Amt-Schösser in einem Schreiben gestanden worden, daß solche Verwandelung eines Mahl- in einen Oel-Gang an zweyen Orten ohne* Special-Concession *geschehen; denn auch dieser Bau des Oel-Gangs zu des Lehns Aufnehmen gereichet, und also ohne des Lehns-Herrns Einwilligung wohl fürgenommen werden können, über dieses das Fürstliche Rescriptum nicht* in vim sententiæ definitivæ *ergangen; sondern Jhro Hoch Fürstliche Durchlauchtigkeit selbst die Sache zu fernerer Ausführung verwiesen, und endlich der Herr dadurch, daß er die gnädigste* Concession ex Gratia *unterthänigst gebeten, sich seines Befugniß*

Befugniß nicht begeben, da hingegen nun die natürliche Freyheit, vermöge welcher iedweder auf seinem Grund und Boden nach Belieben zu bauen, wenn solches nur nicht eigentlich im Gemüth und Meynung einem andern zum Schaden geschiehet, w[illegible] befugt, ihm zu statten kömmt, un[illegible]lerlich, so viel den Mühl-Bau bet[illegible]enn nur der Wasser-Gang dadurch nicht verderbet wird, in diesem Churfürstenthum durch eine geschriebene Constitution bestärcket worden, welche geschriebene Constitutiones denn bey den Rechts-Collegiis dieser Lande in üblicher Observantz seyn, und beym Versprechen in acht genommen werden. Inmassen auch andere Dicasteria, wie aus denen beym Richtero *befindlichen Præjudiciis zu ersehen, solches für Recht halten; So erscheinet dannenhero so viel, daß der Herr an seiner Mühle auf dem Ritter-Guthe zu Schörbitz über die bisherige vier Mahl-Gänge den fünfften Oel-Gang, wenn der Wasser-Lauff den Nach-Müllern dadurch nicht verderbet wird, von neuem zu bauen, oder den vierdten Mahl-Gang in einen Oel-Gang zu verwandeln, wohl befugt; V. R. W.*

Quæ sententia in summo etiam Appellationum judicio, quod Dresdæ est, confirmata hisce formalibus, *daß wohl appelliret, derowegen Appellant über die bisher gehabte vier Mahl-Gänge auch den fünfften Oel-Gang denselben anzuhängen, oder den vierdten Mahl-Gang in einen Oel-Gang zu verwandeln, wohl befugt; V. R. W.* Dn. Ziegl. *d. l. n. 28.*

46 Libertas tamen ædificandi Molendinum, *uti supra dictum*, restringenda & limitanda est (1.) quando usus fluminis publicus fit deterior. Prohibet enim Prætor, ne quid in flumine publico ripave ejus facias; ne quid in flumen publ. neve in ripam immittas, quo statio iterve navigio deterior fiat, *l. 1. pr. de flum. ne quid in flum.* Summatim is facit iter deterius, qui corrumpit, qui difficilius, minus, rarius facit, aut qui in totum tollit. Dionys. Gothofr. *ad d. l. 1. §. 15.* Quo circa si Molendinum ita exstruatur, ut pejus navigetur, dubium non est, ædificantem prohiberi posse, ut vel desinat ædificare, vel ædificatum tollat.

47 Limitatur (2.) quod non habeat locum, quando Molendinum extruitur ad æmulationem alterius, cum in hunc finem quodcunque ædificium extruere nulli omnino liceat, *l. 3. ff. de Op. publ.* Variis autem modis fiunt ædificia ad æmulationem alterius, e. g. si ideo domum suam altius quis extollit, ut in vicini ædes prospicere, aut monachos juxta habitantes in conspectu habere possit. Sic etiam ad æmulationem ædificat, qui molendinum in privato vel publico flumine ad injuriam alterius extruit. Andr. Gail. *l. 2. Obs. 69. n. 18. 26. 27. ubi num. 28.* in genere omnia ædificia dicit ad æmulationem facta intelligi, quæ cum injuria alterius & animo nocendi, non utilitatis vel necessitatis gratia fiunt, quæ non prosunt ædificanti, & alteri nocent. Nec tamen silentio prætereundum est, non præsumi in dubio ad æmulationem extructum ædificium, & per consequens tale quid alleganti probationem incumbere. Gail. *d. l. n. 30.* Levis autem & exigua quævis utilitas vix liberabit ædificantem a suspicione æmulationis. Anton. de Padilla, *ad l. altius. C. de Servit. n. 22.*

Limitatur (3.) quod ædificare quis pro 48
lubitu non possit molendinum, quando lege aut consuetudine aliud introductum fuit. De lege non dubium extat, posse prohibere Principem, ne quis deinceps sine suo permissu molendinum ædificet, atque tum ei legi parendum esse, nemo dubitabit. Potest enim Princeps Lege sua libertatem naturalem circumscribere, & vetare quod naturaliter licebat, adeoque facultatem civibus competentem quodammodo incidere. Quo posito, non poterit quisquam nisi ex privilegio molendinum extruere, & tum quidem, si civile tantum commodum superiori molendino ablatum dicatur, nulla hinc nasci poterit prohibitio, quo minus alter ædificet. Sed si ex restagnatione damnum superiori existat, prohibitionem facilius locum habere dicit Antonius Faber, *Cod. de Serv. & ag. def. 5.* quia concessio & privilegium intelligi debeat, ne illi, qui jus anterius habuit, damnum inferatur. Consuetudinis non minor est autoritas, quippe quæ legem imitatur *§. 9. Inst. de I. N. G. E. C.* & pro lege custoditur *l. 32. ff. de leg.* in iis præsertim, quæ Principis Jura concernunt, ideo quod in his scientia Principis manifestior sit, quippe quam ad introducendam consuetudinem omnino requirunt Doctores nonnulli, licet perperam. Vid. Arnold. Vinnius *ad §. 9. Inst. eod. n. 3.* Nicol. Rodriguez Fermosin. *ad rubr. X. de Consuet. qu. 4. n. 2.* & talem consuetudinem circa Molendina ædificanda in his provinciis vigere scribit Carpz. *d. Defin. 10.*

Cujus autem argumentis abunde satisfactum tam in supra allegato Responso Wittebergensi, quam in laudato Dn. Ziegler. *d. l. 2. c. 15. n. 44.*

49 Limitatur (4) Libertas ædificandi molendinum, si contra ædificationem susceptam prohibitio & contradictio vicinorum intervenerit, ad eamque quis per legitimum tempus acquieverit, nec protestatus fuerit. Richter. *Dec. 6. n. 11.*

50 Potest etiam (5) limitari, si Principis intersit, Molendinum non ædificari, dum vel propriis molendinis damnum infertur si ædificetur, vel alias reditus publici intercludantur, tunc non debet tale aliquod extrui sine permissione Principis, prout latius demonstrat Dn. Ziegler. *d. Lib. 2. c. 15. n. 33.*

51 In ædificatione autem Molendini modus probe est observandus, ut scilicet novum Molendinum ita ædificetur, ne per restagnationem aut alia quacunque ratione invertatur solitus aquarum cursus, & damnum adeo vicinis inferatur. Wesenbec. *Conf. 33. num. 8. & Conf. 67. num. 24.* Klock. *Conf. 33. num. 25.* Secus enim si fiat, & si his ex ædificatione damni aliquid detur, vel metuendum saltem sit, justa eis querendi dabitur occasio officiumque Judicis implorandi, ut jubeat tolli id, quod in detrimentum eorum est extructum;

52 Vel saltem de damno infecto cautionem præstari. *t. t. ff. de damno infecto.*

53 Deinde opera dari debet, ut modus lege publica præscriptus ad amussim observetur.

54 Quod jam olim Prætor, & post illum Justinianus Imperator, accurate observarunt, quam irreparabile damnum ex mutatione, impedimento aut aliis novis operibus aquæ & fluminibus extructis Reipubl. exsurgere posset, cum experientia testetur, quod uno tantum digito aut duobus, terminis hisce præscripta proportione & modo altius elevatis, flumen hac coarctatione & elevatione reverberans totam sæpe adjacentem regionem agrosque vicinos eruptione facta magno cum impetu & irreparabili damno inundaverit. Hinc *l. 1. ff ne quid in flum. publ.* expressis verbis ita sanxerunt: In flumine publico inque ripa ejus facere, aut in flumen ripamve ejus immittere, quo aliter aqua fluat, quam priore æstate fluxit, veto. Item, quod in flumine publico ripave ejus factum, sive quod in flumen ripamve ejus immissum habes, si ob id aliter aqua fluat, atque priore æstate fluxit, restituas.

Et hæc interdicta etiamsi pertineant 55
ad flumina publica directo, sive navigabilia sint, sive non; tamen non inconvenienter applicari possunt ad privata flumina. Prætor enim hoc interdicto prospexit, ne derivationibus neque a lege, neque a Magistratu Principali concessis flumina exarescant, vel mutatus alveus vicinis aliquam injuriam faciat; & generaliter, ne mutatus cursus per hoc quod factum est, dum depressior vel altior fiat aqua, & per hoc rapidior cum incommodo accolentium, damnum afferat.

Solet etiamnum hodie in bene consti- 56
tutis Rebuspublicis uti aliis ædificiis, ita & molendinis certa forma & modus certus præscribi, secundum quem extrui debeant molendina.

Quod in nostra quoque Saxonia a lau- 57
datissimis Electoribus nostris factum esse invenimus. Ord. Molend. *de Anno 1653. art. 9.* ita statutum: *Daß kein Müller oder Mühl-Herr, dessen die Mühle eigen ist, einen neuen Fach-Baum legen solle ohne Beyseyn und Zuthun der geschwornen Müller und seiner Nachbarn, so zu nächst über und unter ihme Mühlen haben, und soll alsdenn solchem neuen Fach-Baum über den Mahl-Pfahl mehr nicht denn ein einiger Zoll zugegeben werden, bey 500. Fl. unnachläßlicher Pan und Strafe dem Landes-Fürsten zu erlegen.*

Dubitatum aliquando est, an disposi- 58
tio hæc ad quævis Molendina in quocunque flumine extructa extendi possit? Fuerunt enim nonnulli ex Dominis Assessoribus Curiæ Supremæ Lipsiensis, qui ad sola publica & majora flumina eam pertinere contenderent. Obtinuit tamen contraria sententia propterea, quod Ordinatio illa sit generalis, & ideo etiam generaliter de omnibus fluminibus intelligenda, præsertim cum majus & minus non varient speciem, & ratio illius Ordinationis, ne scilicet proprii lucri studio damnum vicinis molendinis adferatur, in parvis æque ac magnis fluminibus obtineat. Unde pro hac sententia sequentem in modum pronunciatum est in causa *Hildebrands von Einsiedel* Actoris, contra *Christophs von Creutzen Wittwe und Erben*, d. 20. Maji A. 1619. *aus den Acten so viel zu befinden, daß Bekl. die Erhöhung des Fach-Baums abzuschaffen, und denselben bis zu*

rechter Höhe gäntzlich auszuschneiden, sowol auch die neu-aufgeführte Mauer zwischen dem Wehr und der Mühle wiederum niederzuwerffen, und das Wehr bey voriger und von Alters hergebrachter Höhe bleiben zu lassen, und er in die Strafe der Mühlen-Ordnung einverleibet, gefallen, hierüber die verursachten Schäden, Gerichts- und andere Unkosten Klägern zu erstatten schuldig; V. R. W. Quæ sententia etiam post leuterationem & in judicio Appellationum fuit confirmata, teste Berlichio *P. 2. Dec. 176.*

59 Ex præjudicio autem hoc simul & illud colligitur, consuetudinis quoque rationem hic esse habendam, ita ut tum etiam, quando Jus scriptum aliquo in casu deficit, machina molaris pro lubitu mutari non possit, sed modus consuetudine inductus, & quod olim circa eam ædificandam obtinuit, omnino servari debeat; id enim volunt verba: *Sowol auch die aufgeführte Mauer zwischen dem Wehr und der Mühle wiederum nieder zu werffen, und das Wehr bey voriger und vor Alters hergebrachten Höhe bleiben zu lassen &c. &c. schuldig.*

60 Quia autem in ædificatione molendinorum Arboris & Pali Molinarii, *des Fach-Baums und Mahl- oder Sicher-Pfahls*, maxima est habenda ratio, ideoque paulo latius de his hoc loco agendum erit.

61 Est igitur vox *der Fach-Baum* nihil aliud, quam lignea trabs prope ripam posita, ut certa portio aquæ ad destinatum molendinorum sine damno & impedimento superioris in cursu consueto & determinata mensura fluat, & superfluum alio deducat.

62 Sic vox *Sicher- oder Mahl-Pfahl* nihil aliud est, quam terminus certo signato loco prope aquam positus, quo *dem Fach-Baum und Wasserrinnen* mensura & modus datur, ita ut omnes inferioris molendini partes accuratissime cum eo convenire, & ne latum digitum ab eo recedere debeant.

63 Ante omnia vero ad meliorem cognitionem ex principiis Mathematicis, & in specie ex arte Hydrostatica sciendum est, quod omnia flumina omnesque viri, si ad certos hominum usus commode applicari debeant, in certa proportione, cursu & mensura duci necessum sit: Proportio vero illa & mensura in aqua ducenda adeo accurate investiganda, ne in lata planitie cursu impedita reverberando alios quærat exitus, ut periti in hac arte necessarium duxerint, certam quantitatem cursus in declinando secundum longitudinem determinare, & secundum circumstantiam planitiei assignare. Hinc statuerunt, quod ad faciliorem fluminis cursum & longitudinem sex perticarum unus digitus lapsus aquæ sufficiat, *daß das fliessende Wasser auf iede sechs Ruthen ein Zoll Vortheil habe, damit das Wasser in dem Graben seinen ordentlichen Fortgang gewinnen und nicht stehen bleiben möge.* Biler. *de Arbore Molinar. c. 1. §. 5.*

Quando igitur quis vult extruere molendinum, probe considerare debet, ne hoc novo opere molitoribus, qui supra vel infra molendina jam possident, aut repercussione aquæ, aut mutatione fossarum & rivorum, aut deminutione aquæ, aut aliis quibuscunque modis damnum inferat. 64

Solent igitur in principio operis tres jurati & periti viri ex tribus præfecturis requiri, qui locum bene considerent, & ubi *der Fach-Baum hinzulegen und der Sicher-Pfahl zu setzen*, eligant. Tres autem debent assumi viri jurati, quia, si duo dissentirent, tertiæ personæ autoritati pareatur, *l. 17. ff. de recept. & qui arbitr. recep.* quibus accedit, quod, quamvis de omnibus ad hunc actum requisitis Juratis Viris præsumatur, eos bene callere artem hanc hydrostaticam, non negandum tamen, multos reperiri, qui verbis magis quam re ipsa accuratam convenientiam & declinationem fili perpendicularis, & quantum ejus intersit, norunt & observant: Insuper etiam quia in quibusdam levibus controversiis in lege pragmatica aliqua iis potestas attribuitur, & propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem in diversas ire possunt sententias. 65

Hinc in *d. l.* Ulpianus *scribit:* In impari numero idcirco compromissum admitti, non quoniam consentire omnes facile, sed quia, etsi dissentiant, invenitur pars major, cujus arbitrio stabitur. Et porro Instrumentis suis ad hunc actum dispositis & necessariis, vulgo *mit der Wasser-Wage den Wasser-Fall* prudenter mensurent, & tandem *den Sicher-Pfahl* tanquam fundamentum prius ponant, ita tamen, ut locus, ubi ponitur *der Sicher-Pfahl*, ratione distantiæ, longitudinis & latitudinis a certo & immutabili ligno & altitudinis exacte & distincte describatur, & literis consignetur, quo posteri videant & habeant mensuram & normam, secundum quam futura 66

futura opera extruere poſſint, plerumque hiſce conſtat requiſitis: *Es iſt der Sicher-Pfahl ein Eichen-Pfahl* 1½. *Ellen lang, unten und oben mit einem höltzern Creutz, oben am Kopff mit eiſernen Platten und Federn verwahret, dadurch ein ſtarcker eiſerner Nagel gehet*, in certis locis etiam ſuperioritas *des Sicher-Pfahls* cupro firmatur.

67 Et quia conformitas *des Sicher-Pfahls mit dem Fach-Baum* maxime neceſſaria eſt, non immerito ſoliciti erimus, modum etiam eam exacte metiendi deſcribere, præprimis ne Commiſſarii, qui ſemper præſentes eſſe debent, alienis oculis videre, & fidem & verba metientium tantummodo ſequi cogantur. Experientia enim teſtatur, quod aut ex negligentia metientium, aut inſcitia, altera pars, contra quam viſitatio inſtituta, ſæpius proteſtatur, ſe ideo eſſe admodum læſam, quod periti aquæ artem hanc non intellexiſſent, aut Inſtrumenta accurata, libram videlicet aquaticam, non habuiſſent, aut tamen ad minimum in diſtantia longa propter multiplices ſtationes perpendiculum accurate non obſervaſſent, dum minima fili declinatio a linea perpendiculari mutatis ſæpius ſtationibus facit, ut magna exinde ab ipſa veritate proveniat differentia, ideoque petiit, ut alii requirantur, qui artem hanc melius intelligant, quo facto hujus petito Superiores cauſa prius cognita detulerunt, & tres alios juratos conſcribi præceperunt. Hi poſtea, præſentibus prioribus juratis, de novo diſtantiam & altitudinem *des Fach-Baums von dem Sicher-Pfahl*, libra aquaria metiebantur, & reperiebant, quod priores viri jurati pedem unum vel duos altius, quam in rei veritate erat, indixerant. Hinc reformato priorum arbitrio, non ſine pudore poſteriorum menſura in ſententionando confirmata fuit. Hæc ideo dixi, quo facile colligi poſſit, quam utile & maxime neceſſarium ſit futuro Politico & Juriſconſulto, imo Commiſſariis, callere has artes Mathematicas, præprimis Geometriam, Architectonicam & Hydroſtaticam.

68 Menſura itaque ſic inſtituitur, primo libra aquaria cum perpendiculari præter propter ſedecim pedes longa, & omnibus lineis & punctis accuratiſſima, parata adeſſe debet, quia ſi regula fallit, facilius regulatum fallere poteſt; Deinde pali duo, quorum alter in terram figitur, alter in certa longitudine, quæ dependet ex arbitrio, ſuperponitur, & ſuper his imponitur libra aquatica, & tamdiu ille palus in terram defixus cogitur, usque dum filum perpendiculare in lineam deſignatam accuratiſſime incidat, & in ea immobiliter perſiſtat. Et hæc eſt prima operatio & ſtatio. Porro libra removetur, & iterum alius in terram verſus *den Fach-Baum* figitur palus, priore palo immoto, illisque iterum libra ſupra memorata imponitur, & hic poſterior palus tamdiu in terram deprimitur, usque dum filum perpendiculare denuo in lineam deſignatam incidat & permaneat. (Obiter tamen notandum, quod ille palus, qui ſuper *den Sicher-Pfahl* poſitus erat, ad finem usque reſervari debeat, quia in fine etiam ſuper *den Fach-Baum* ponendus, & ex eo differentia altitudinis horum terminorum judicanda erit.) Et hic procedendi modus cum libra durat usque ad finem, *oder zu dem Fach-Baum*, imprimis tamen bene obſervandum, ne ex mutatione ſtationis multiplici aliquis error aut incertitudo oriatur. Alias omnis labor & ſtudium erit deperditum. Si jam deventum eſt *zu dem Fach-Baum*, tunc ille palus, *ſo auf den Sicher-Pfahl geſetzet wurde*, etiam ponitur *auf den Fach-Baum*, eique libra aquatica imponitur. Quando igitur filum iterum accurate in lineam perpendicularem incidit, neque dextram verſus, neque ſiniſtram verſus declinat, tunc terminus *der Fach-Baum* ſine ullo dubio irreprehenſibilis eſt, & hoc ipſo tota controverſia deciſa, & reus, qui ſine damno vicini hoc novum opus *den Fach-Baum* poſuit, ab inſtituta actione abſolvi debet. Si vero filum perpendiculi declinet verſus arborem molinariam, *den Fach-Baum*, tunc infallibile indicium habes, quod juſto inferius ſit, quod tamen raro, imo rariſſime fieri ſolet, cum ſemper molitor aut Dominus molendini inferioris quærat per elevationem hujus termini utilitatem ſuam augere, & majorem ſolito vim aquæ ad molam ſuam, etſi in ſuperioris damnum, ducere; quanti vero hic terminus *der Fauch-Baum* juſto inferior ſit, ita inveſtigatur: *Man nimmt ein andern Pfahl, ſo länger als der erſte, ſetzet ſolchen auf den Fach-Baum, und denn darauf die Waſſer-Wage, trifft die Perpendicul in ihren Linien accurat überein, ſo iſt der Pfahl richtig, hernach ſiehe zu, wie viel dieſer Pfahl länger als der erſte, welche Länge das verlangte Maaß ſeyn wird, trifft aber die Länge des Pfahls mit der Perpendicul*

dicul nicht ein, muß solcher so lang verkürtzet werden, bis die Perpendicul eintreffe.

69 Bene tamen notandum, quod ultra conformitatem præscriptam inter arborem molinariam & palum, *zwischen dem Fach-Baum und Sicher-Pfahl*, adhuc addatur *ein Zoll*, qui alias dicitur *Zehr-Zoll, also, daß der Fach-Baum ein Zoll höher als der Sicher-Pfahl ist, mag geleget werden.* Vid. Cod. Aug. *Tom. 2. Wasser- und Mühlen-Ordnung p. 730.* Quia ex hoc ipso additamento *des Zehrs-Zolls* multæ sæpe oriuntur controversiæ, præprimis in iis Oppidulis & Pagis, ubi Magistratus has consuetudines & jura non adeo dextre callet, dum sine fundamento & sine rationibus juris sæpe concurrunt, & præcipiunt, ut alii additamentum hoc *des Zehr-Zolls* asciis decidant, non inconveniens erit jura & rationes, cur hoc additamentum digiti ultra debitam altitudinem permissum sit, demonstrare: quoad jura constat ex Sanctione Electorali Pragmatica, quæ vim juris habet, quod hujus additamenti *des Zehr-Zolls* expresse mentio fiat *his verbis: Und soll über die gegebene Höhe mehr nicht denn ein Zoll zugegeben werden, bey 500. Fl. Straffe*, ratione ex duratione temporis & natura ligni desumpta. Constat enim ex Physicis & experientia, quod lignum facillime propter humidum & aquam putredini obnoxium sit, præprimis cum hæc arbor sæpe per 50. 60. & plures annos jaceat, & inferior molitor hujus putredinis causa ex inopia aut decursu aquæ magnum patiatur damnum: Altera ratio, æque veritati consentanea, est aqua consumens. Sicuti enim lapides pluviæ & guttæ sæpe cadendo cavant; ita multo magis per defluxum perpetuum lignum tanquam materia minus durabilis consumitur. Proinde omnes Judices & omnes illi, quorum interest, probe & exacte in hac ardua materia aquatica prospicere debent, ut in dijudicandis hisce controversiis ad visitationes hujusmodi peritos, & qui hujus scientiæ aliquam tantummodo cognitionem adepti sunt, ablegant: hi enim multo feliciori ausu & eventu rem propriis oculis penetrare, & cognitis omnibus circumstantiis dijudicare possunt. Artem vero Hydrostaticam, vel librandi aquam, omnium accuratissime descripsit M. Picart. *de l' Academie Royale des Sciences, en Traite du Nivellement.*

70 Hic igitur palus molinarius ita sancte & inviolabiliter custodiri debet, ut sub pœna 500. florenorum illum mutare, proscindere, aut alio quocunque modo transformare sine Superioris Magistratus expresso præscitu & causa cognita nemini liceat, uti constat ex Sanctione illa pragmatica, *his verbis: Es soll kein Müller, Mühl-Herr noch iemand von ihrentwegen den Mahl noch Wehr-Pfahl ausziehen, verrücken, noch einigen Falsch daran üben noch gebrauchen, welcher aber dessen durch die geschwornen Müller oder sonsten mit Bestand überkommen, und überwiesen, der soll der Obrigkeit des Orts in fünffhundert Goldgülden unnachlässiger Pœn und Straffe verfallen seyn, auch des Mühl-Handwercks entsetzet werden.* Vid. Cod. Aug. *alleg. loc.*

Extenditur hoc assertum, ne quidem 71 cum consensu Principis posse quendam Molendinum ædificare, ut cursus aquæ per novum molendinum strictior fluat, ita ut ad superioris molendini rotas usque aqua restagnet & reverberet, quo minus defluat, & rotas molares impediat; quia sic vicinus superior in sua possessione & jure quæsito & commodo inde veniente directo turbaretur. *l. 2. ff. ne quid in loc. publ.* Et licentia Principis semper intelligitur concessa sine alterius injuria, *l. ne avus. C. de emanc. liber.* & ita videntur in tali concessione jura reservata & conditiones illius, cui prima concessio data est, & facit, quod dicitur alias in concedendo aquæductu spectandam voluntatem non saltem eorum, ad quos proprietas, sed & eorum, ad quos usus aquæ pertinet. *l. 8. ff. de aqu. & aqu. pluv.* Quæ sententia uti rationi & juribus consentanea, ita ab ea in praxi recedendum haud est; nisi pacto aut conventione superior molitor suo juri renunciet, quod facere potest per *l. 29. C. de pact.* modo etiam accedat consensus eorum, quorum interest, ne aqua altior fiat, accolentium scilicet, propter periculum aggeris & exinde secuturæ inundationis, prout ita sæpe practicari testatur Biler. *de Arbore Molinar. daß die obern Nachbarn dem unterm 1. Schuh Wasser-Vortheil verkaufft, also, daß der untere nunmehro seine Räder und Rinnen einen Schuh höher legen und machen lassen dürffe.* Alias vix concedi potest. Modest. Pist. *Conf. 19. Vol. 1. in fin.* Wesenb. *Consf. 34. vol. 1.* Schurpf. *Consf. 69. Cent. 2. num. 3.*

Hinc videri potest, quam necessarius sit 72 usus *der Fach-Bäume und Sicher-Pfähle; denn über den Fach-Baum fället alles Wasser, so dem Ober-Müller an seinem Gang*

und Rädern hinderlich seyn kan, attribuitur etiam inferiori molitori ad suum molendinum tantum aquæ, quantum sufficit ad destitutas rotas molares. Ut enim multitudo aquæ ad pondus nihil confert, sed potius damnosa est; ita inopia nullum producit commodum & effectum, imo arbor molinaria & palus monstrat vicinis modum & mensuram, secundum quam renovatio operum antiquorum poni possunt & debent; si enim inferior *sein Gerinne zu hoch geleget, fället das Wasser über den Fach-Baum, und bekömmt nichts auf die Räder; legt aber der Bau-Herr das Gerinne zu niedrig, müssen die Räder niedriger und kleiner geführet werden, welches dem Mahlen und der Mühlen grossen Schaden bringet.* Nam ex rationibus Mathematicis constat, quo altior rota, hoc facilius moveri potest, & minima etiam vi ponderis; quo vero pressior, hoc difficilior & cum majori pondere: prudentesque semper in extructione molarum circumstantias loci, multitudinem aquæ, delapsus & decursus probe prius examinare debent, quo judicare valeant, quanta rotæ altitudo sit constituenda, & latitudo addenda; quo enim latior rota, hoc majorem multitudinem aquæ desiderat, & hoc fit propter explicationem aquæ, semper enim in angustiam aqua coacta multo faciliori opera effectum suum facere potest.

73 Ut autem sciatur, an quis Molendinum secundum Ordinationem Molinariam ædificaverit, cuique molitori permissum est spontaneo motu, si quando aliquot defectus ex certis quibusdam circumstantiis deprehendit, accuratius in defectum vel mutationem inquirere & visitare, & re ita explorata statim juratis hujus rei peritis denunciare debet, quo defectus corrigatur, Molitor sciens hunc defectum ad debitam pœnam a Magistratu trahatur, ut expresse sancitum legitur in Cod. Aug. *Mühlen-Ordnung pag. 730. Soll auch einem ieden Müller hiermit unverweigerlich nachgelassen seyn und freystehen, wenn er einigen Mangel spüret, seines nächsten Nachbars Mühlen über und unter ihme, unerachtet, wem die Gerichte zustehen, zu besichtigen, und da er einen Mangel spüret, so bald den Geschwornen bey Eydes-Pflichten davon Bericht thun &c.*

74 Denique ut eo melius litibus futuris occurratur, subinde dispositum est, ne quisquam reficiat eas machinæ molinaris partes, quibus modus præscriptus excedi, & damnum aliis afferri potest, nisi præsentibus vicinis & juratis, quos diximus, Molitoribus, quo monere illi queant, si quid vitii ex ædificatione illa timeri possit, videantque simul, an forma legibus præscripta observetur *Churfürstl. Sächs. Mühl-Ordn. §. 9. & 13.*

Porro & hoc monendum, ut Molendina in fluminibus justo spatio inter se distent, ne unum alterius usum agitationemque impediat. Quodnam autem spatium sufficiat, ex latitudine altitudineque fluminis aliisque circumstantiis erit æstimandum. vid. Ordin. Molendin. *de An. 1653. §. 1. seqq.* Churfürstl. Altenberg. Zinn-Bergwercks-Ordn. Tit. 18. *Von Pochwercken oder Mühlen* ibi: *so ferne sie denen alten vorigen verliehenen Pochwercken nicht schädlich oder zu nahe seynd.* Conf. Hering. *qu. 43. n. 42.* 75

Quemadmodum autem ad Principem præcipue spectat, ut annonæ curam gerat, deque ejus abundantia prospiciat ditioni suæ subjectis, quod Romanorum olim Imperatores solicite egisse ex pluribus Codicis Justinianei & Theodosiani titulis apparet. Tit. *C. de Appar. præf. annon.* Tit. *de Off. præf. annon.* Tit. *de Canon. frument. urb. Rom.* Tit. *de frum. urb. Constant. &c.* 76

Ita non minori providentia curare debet is, ad quem cura Reipublicæ spectat, ut molendinorum in Provinciis suis tanta sit copia, quæ molendis frumentis ad usum subditorum necessariis sufficiat, utque in iis recte omnia procedant & peragantur. Cui fini obtinendo certas molendinis Leges & Ordinationes statuere, rebusque molendinariis viros artis istius peritos præficere, imo & molitores, quo magis ex fide officio suo fungantur, juramenti vinculo adstringere solent. 77 78

Præterea non parum ex utilitate publica erit, si Princeps modios certos, quibus in metiendis tum molentes tum molitores utantur, definiat, mandetque, ut visitatio Molendinorum singulis annis, aut quandocunque in necessariis visum fuerit, instituatur. Vid. Ordin. Molinar. Saxon. Electtor. de Anno 1661. rubric. *Mühl-Meister in pr.* ibi: *Und sollen anfänglich die Mühl-Meister Unserer Mühlen, samt deren ietzigen und künfftigen Mühl-Knechten, so offt sich ihre Dienste verändern, durch Unsern ietzigen und künfftigen Haus-Marschalck, Amtmann und Mühlen-Voigt* 79

Voigt vereydet und in Pflicht verbunden werden, daß Uns sie und dem gemeinen Manne, arm und reich, getreulich mahlen, keinen vor dem andern um Genießes, Verehrung oder Gunst willen, wie das Namen haben mag, fördern oder den Vorzug haben, sondern welcher eher kömmt, mahlen lassen, und den Mühl-Gästen förderlich und dienstfertig seyn, und ihnen allein an dem verordneten und versprochenen Lohne genügen lassen &c.

80 Disquiri inter Dd. solet, utrum visitatio Molendinorum ad Altam, an vero ad Bassam Jurisdictionem sit referenda? Et distinguendum erit inter visitationem Molendinorum universalem in toto territorio, & Particularem, unius vel alterius Molendini. Illa non ad Jurisdictionem, sed ad Superioritatem territorialem pertinet, & adeo a nemine nisi Principe, vel eo, qui vice hujus fungitur, institui potest, tum quia ista molarum inspectio cum cura mensurarum pari jure censetur, & ejus veluti partem constituit; hanc vero soli Principi competere nemo negabit. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. L. 1. c. 45.* Myler. *in Metrol. c. 1. 2. 3.* tum quia Magistratus inferior in loco alterius administrationi commisso nullam omnino potestatem obtinet. Hanc vero, quoniam in se nihil continet, quod ad criminalia ulla ratione referri possit, ad eum, qui inferiorem in Molendinum Jurisdictionem habet, pertinere putamus.

81 Illud insuper constat, Molendina ad res corporales pertinere, quamvis ipsum Jus Molendinum habendi, nec non jura ratione molendinorum competentia rebus incorporalibus sint annumeranda.

82 Id vero dubitationem habet, quænam inter Molendina rebus Mobilibus vel Immobilibus sint accensenda. Et de iis quidem, quæ solo & ripis fluminum sunt inædificatæ, fere conveniunt Doctores, ea pro immobilibus esse habenda, cum solo non minus ac ædificia quævis alia cohæreant: Trusatiles quoque & Jumentarias molas per se (quod si enim rei alicui immobili eo animo impositæ fuerint, ut perpetuo ibi sint, pro accessorio rei illius habendæ, eodemque cum illa jure censendæ videntur) mobiles esse nemo negaverit, ut adeo & de his res satis sit expedita. Circa Navalia vero & Pnevmatica Molendina in diversas sententias abierunt Interpretes, aliis ad Mobiles, Carpz. *Const. 24. P. 3. Def. 8.* aliis ad res immobiles referentibus. Hering. *de Molend. Qu. 8. n. 16.* Struv. *S. J. F. c. 6. aph. 11. n. 6. seq.* Quibus merito etiam calculus adjiciendus. Primo enim Pnevmatica Molendina terræ firmiter infixa sunt, ita ut salva integraque de loco in locum moveri omnino nequeant, & licet superior eorum pars vento circumagatur, non tamen secundum hanc, sed potius secundum illius fundamentum, quod fixum est & stabile, erit judicandum. Deinde utraque ad certum locum certamque stationem sunt destinata, quæ destinatio facit, ut si non naturali, civili tamen ratione pro immobilibus habeantur. Tum quoque Navalium Molendinorum usus non consistit in eo, ut de loco in locum moveantur, sed ut in loco quodam subsistentia eundem quem aquaticæ molæ præbeant usum, licet propter fluxionem aquæ, qui hic est instar soli, ipsis accidat moveri. Tandem & illud addi potest, quod hæc Navalia Molendina ancoris firmari & funibus terræ alligari soleant. Argumenta dissentientium, quæ ex textibus nonnullis Juris Romani petunt, contrarium neutiquam evincunt, adeoque facili negotio poterit responderi. Usus vero decisionis hujus in plurimis Juris nostri Feudalis pariter ac Civilis articulis sese exerit, quorum potissimos relatos invenies apud Heringium *l. c. n. 31. & 55.* Conf. *Decis. Elect. 53.*

Præterea jam supra indigitatum, molere & ad molendinum alicujus ire, esse res meræ facultatis, adeoque natura cuique liberum, an hoc vel illud molendinum visitare velit, ita ut, etiamsi quis per centum pluresve annos Molendinum certum frequentaverit, inde tamen possessori ejus nullum cogendi jus acquiratur, Klock. *Consil. 18. n. 35.* cum nemo præsumatur accessisse eo animo ad Molendinum alicujus, ut idem perpetuo accedat. Menoch. *Lib. I. Præsumt. 20.* Quod ampliatur: Licet subditi fuerint, & ad Molendinum Domini sui per longissimum tempus iverint, ideo tamen prohiberi non possunt, quo minus deinceps alio utantur; imo licet quis cum jure molendinum extruendi, vel etiam cum molendino jam extructo investitus fuerit, propterea nullum jus cogendi sibi arrogare queat. Carpzov. *P. 2. Const. 4. def. 9.* Mev. *P. 1. Dec. 60. n. 3.* Ex quo & illud sequitur, quod possessor molendini cujuscunque, qui solet mittere asinos vel equos suos cum vehiculo in proxi- 83

proximam civitatem vel pagum, ad frumentum inde avehendum ad suum molendinum, prohiberi non possit per molitores civitatis aut pagi illius, vel etiam Magistratum, qui jurisdictionem ibi habet. Modest. Pistor. *Lib. I. qu. 36.*

84 Libertas tamen illa interdum certo modo restringitur, idque fit vel autoritate Principis per legem publice latam & privilegium alicui concessum, vel Magistratus cujusdam inferioris per statutum; vel denique inter privatos per pacta & praescriptionem. Mevius *c. l. n. 5 seqq.* Et ejusmodi molendina vocantur communiter Bannaria, a vocabulo banno, i. e. prohibitione, Germ. *Bann- oder Zwang- Mühlen.* Ubi illud maxime in dubium vocari solet, an lex ejusmodi jure a Principe ferri possit? Quod affirmare non dubitamus, modo ratio aliqua utilitatis publicae adsit; cum enim tum Princeps collectas imponere subditis possit, multo magis illud commodum sibi tribuere poterit, quod plerisque ex subditis nihil nocet, & Fisci reditus sine notabili eorum incommodo, & rei familiaris detrimento auget. Vid. *Consult. Saxon. L. 1. qu. 73. n. 4.*

85 Praeterea si Princeps ipse forte in commodum subditorum molendina extruxerit, iniquum non erit, ut in compensationem sumtuum, quos fecit, jus cogendi exerceat, & certi districtus subditos ad frumenta sua in illis conterenda adstringat. *Churfürstl. Sächsische Mühl- Ordnung de Anno 1661. pr.* ibi: *Da doch Unsere löbliche Vorfahren diese Mühlen dem Lande, und besonders Unsern darein gehörigen Unterthanen zum besten mit grossen Unkosten von neuen erbauet, welche Uns auch jährlich in gangbaren baulichen Wesen zu erhalten ein Ansehnliches kosten. Dannenhero Wir haben wollen, daß hinfüro über derselben Herkommen, Ordnung, Recht und Gerechtigkeit besser als bishero geschehen, gehalten werde &c.*

86 Multo magis autem hoc procedet, si in territorio alieno sint molendina, ad quae commeare hactenus soliti sunt subditi, ubi omni jure cogere eos Princeps poterit, ut ipsius potius, quam illis extra ejus territorium sitis molendinis utantur. Neque alterius territorii Dominus se opponere ulla ratione potest, cum cuivis Principi in territorio suo, quod ipsi expedit, facere & statuere sit permissum. Hering. *qu. 11. n. 97.*

Hisce igitur & similibus casibus fas erit 87
Principi legem ejusmodi prohibitivam promulgare, idque etiamsi subditi per longissimum tempus libertate sua usi fuerint; quandoquidem temporis lapsus & antecessorum patientia juri ipsius non potuit praejudicare, praesertim cum nova subinde utilitatis ratio emergere possit. Pariter 88
& tributum certum poterit imperare iis, qui extra territorium ad aliorum Molendina ire velint, & ita veluti aliud agendo subditos ad ipsius Molendina frequentanda adigere; quod enim directo licet, multo magis licebit per indirectum. Legi vero prohibitoriae semel latae, ut sua constet autoritas, & ut finis, quem sibi proposuit Princeps, eo melius obtineatur, certa poena non in eos tantum, qui molendina alia quam Principis visitant, sed & molitores, qui frumenta istorum molenda recipiunt, statui, & ipsa quoque frumenta alio avecta Fisco addici possunt, prout expresse sancitum *in der Churfürstlich- Sächsischen Mühlen - Ordnung.* Tit. *Mühlen- Zwang.* vers. ibi: *Da auch der Bauersmann seine Anzahl Scheffel Getreydig nach dem Kerb-Holtze vermahlen hätte, soll er nichts destoweniger die Ubermaaß auch in Unsere Mühle bringen, oder aber da er in andern fremden Mühlen und auf den Strassen betreten würde, von iedem Scheffel Korn oder Mehl ein silbern Schock zur Straffe, und darzu das Korn oder Mehl verfallen seyn.* Et paulo post: *So sollen auch die verbothenen Land-Müller von iedem Scheffel Getreyde oder Mehl, so Unsern Mahl- Gästen zuständig, und in ihren Mühlen oder auf denen Strassen angetroffen wird, ein silbern Schock Straffe an Unser Amt iedesmal unnachläßig entrichten &c.* Mühlen-Ordn. c. l. in pr.

Dissentientem equidem habemus He- 89
ringium & quamplurimos Dd. qui plerique omnes de hoc casu loquuntur, quo Princeps sola ex voluntate, nulla utilitatis publicae ratione motus, legem ejusmodi prohibitivam sancit, quod fieri non debere nos ipsi admittimus. Plane si casus emergat, quo necessitas Reip. id postulet, puta si publicis necessitatibus aliter consuli commode non possit, Principem vi summi Imperii sine ulla alia ratione subditos sua ad molendina cogere posse existimamus.

Non tantum autem Princeps ipse ejusmo- 90
di Molendina bannaria poterit construere, & in utilitatem propriam convertere; Sed

Sed & aliis tale privilegium titulo Feudali vel alio modo concedere, vi cujus certum ad Molendinum non suos tantum, sed & alienos subditos cogere possint. Tales literas investituræ refert Hugo Flavin. *in Chron. p. 132.* Molendina quatuor cum banno ipsius villæ.

91 Hinc sequioribus seculis Secta ad Molendinum dicebatur servitium, quo subditi grana sua ad Domini molendinum ibi molenda adstringuntur. Ita Cowellus *L. 2. tit. 3.* Monasticum Angelic. *id. l. p. 113.* dedit molendinum cum Secta & molitura totius villæ suæ &c.

92 Requiritur tamen in tali privilegio, ut justa concessionis causa subsit, puta quod is, cui privilegium ejusmodi conceditur, suis sumtibus molendinum eo in loco, ubi id haberi publice expediebat, extruxerit, vel similis aliqua. Dn. Kress. *de Molend. c. 5. §. 9.*

93 Magistratum municipalem quod attinet, putamus & hunc maxime, si libera statuta condendi potestate gaudeat, publicæ utilitatis necessitatisve causa (v. g. Si ob belli pestisve calamitatem grave æs alienum contraxerit, nec remedia alia suppetant, unde pecunia ad illud exsolvendum redigi queat) statuere posse, ut cives non aliis molendinis quam publicis ad civitatem pertinentibus utantur, Wesenb. *Conf. 181. n. 115.* Rosenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 26. n. 5.* Diss. Carpzov. *L. 1. Resp. 43. n. 5.* Hering. *quæst. 11. n. 76. & quæst. 25. n. 6. seqq.* vel saltem ut ii, qui alia molendina frequentare, & farinam ibi præparatam in urbem importare velint, certam pensionem civitati præstent.

94 Singuli denique hoc jus cogendi acquirunt primo per pacta, utpote per quæ quilibet libertati suæ renunciare, & obligationem quandam in se suscipere potest.

95 Quo loco quæritur: Si v. g. Nobilis quidam cum Rusticis suis tale pactum inire velit, an hi omnes præsentes esse, & consentire, debeant, an vero sufficiat, majorem partem consensisse; Prius nobis affirmandum videtur. Etsi enim alias quod major pars Curiæ effecit, pro eo habeatur ac si omnes egerint, *L. 19. ff. ad municipal.* & major jus habeat integri, quoniam ea censetur voluntas fuisse in universitatem coëuntium, ut aliqua esset communia negotia expediendi ratio, quæ ob naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem *L. 17. §. 6. ff. de receptis.* obtineri non posset, nisi pars minor majoris sententiam approbare necesse haberet. Id tamen procedit tantum in conferendis consiliis de iis rebus, quæ communes sunt pluribus ut universis, non vero quarum singuli sunt participes, quo casu id, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *C. quod omnes. 29. de R. J. in 6to.* Cum igitur in banno molendinario constituendo de singulorum libertate restringenda agatur, merito quoque omnium consensus ad pacti hujus validitatem requiretur. Et hoc intelligi quoque volumus de eo casu, quo municipium forte aliquod Nobili est subjectum, ubi non sufficiet, si Senatus vel Syndicus municipii talem conventionem cum Nobili inierit, nisi prius singulorum civium voluntas explorata & ab iis declarata fuerit. Hering. *quæst. 11. n. 114. sequ.* Conf. Myler. *c. l. c. 19. §. 15. & 16.* Cæte- 96
rum parem cum pacto, quin & majorem vim habebit, si consensu subditorum id formulæ jurisjurandi, quod Domino præstare solent, insertum fuerit, quod non aliud, quam Domini molendinum visitare velint. An vero subditi invito Domino 97
suo jurisdictionali cum extraneo tale pactum iniri possint, quæstionis est? Nobis negativa placet. Interest enim Domini, ne libertas civium vel rusticorum imminuatur, neve alteri jus prohibendi accedat, ipsis vero eam servitutem patiendi necessitas imponatur.

Mediante etiam præscriptione Molen- 98
dinarium bannum a privatis acquiri potest, quæ præscriptio inducitur per prohibitionem subditis vel aliis quibuscunque factam, & accedentem horum per longissimum tempus patientiam, uti in simili jam supra exposuimus. Vid. Hering. *c. l. n. 108.* Meurer. *de jur. aquatic. p. 31. f. b.* Capzov. *L. 1. Resp. 43. n 14. 15.* conf. Myler. *c. l. §. 10. & §. 18. 19. 20.* Prohibi- 99
tio hæc non omnibus necessario facta esse debet, sed sufficit, si majori parti, imo uni tantum vel alteri facta fuerit, modo ad cæterorum notitiam pervenerit, & illi per tempus ad præscriptionem sufficiens non sint protestati. Boer. *Decis. 125. n. 5.* Thessaur. *Dec. 16. n. 7.* Hering. *c. l.* Conf. Carpzov. *L. 1. Resp. 66. n. 18.* Dissentit Myler. *c. l. §. 17.* Rosenthal. *c. 5. concl. 27. n. 2.* Necesse quoque non est, ut repetita fuerit prohibitio, sed unica sufficit certe ad id, ut in quasi possessione juris

juris prohibendi constituatur prohibens, & in possessorio adeo obtineat. Rosenthal. *c. l. concl. 25. n. ult. in Gl.* Nec quicquam interest, sive judicialis, sive extrajudicialis, Hering. *c. l.* Myler. *c. l. §. 20. n. 2.* sive specialis sive generalis prohibitio illa fuerit, cum generalis prohibitio tantam vim & efficaciam habeat quoad omnes personas sub illa generalitate comprehensas, quantam habet prohibitio specialis respectu illarum personarum, quibus facta est. *arg. l. 51. ff. de liber. & post. l. 79. pr. ff. de Legat. 3.* Quæcunque autem prohibitio facta fuerit, de ea ante omnia constare debet, adeo, ut nec tempore immemoriali ea intervenisse præsumatur. Rosenthal. *c. l. n. ult.* Conf. Consult. Sax. *L. 1. quæst. 73. & 74.* Myler. *c. l. §. 10. n. 5. sequ.* Quemadmodum & patientia subditorum ad factam prohibitionem secuta, *arg. l. 5. & 25. ff. de Probation.* vid. Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 3. n. 64.* Thesaur. *Decis. 16. n. 8.* Carpzov. *l. 1. Resp. 66. n. 22.* Myler. *c. l. §. 20. n. 4.* & temporis ad præscriptionem sufficientis lapsus, Sixtin. *l. c.* ab eo, qui prohibitionem a se factam esse dicit, probari necesse est. Singula enim hæc, cum in facto posita sint & præsumtio ex naturali libertate orta pro subditis militet, merito ab allegante doceri debent. Dn. Kress. *de Molend. c. 5. §. 6. sequ.*

100 Cessat tamen aliquando obligatio ad molendinum bannarium eundi, & aliud frequentari poterit. I) Si evidens necessitas ad id cogat, puta si pestis vel bellum eo in loco grassetur, vel via ad illud molendinum ferens latrociniis sit infesta, vel ob aliam justam causam molendinum illud tuto visitari non possit. Non item si molendinum id traxerit vitii, ut in eo farina proba satis confici nequeat, quoniam defectu aliquo circa contractum emergente non statim ad rescindendum illum prosilire licet, sed ad implementum potius ejusdem legitime est experiendum *l. 14. C. de rescind. vendit. l. 6. de action. emti & venditi.* Unde sequitur, quod, si Dominus admonitus Molendini machinam reficere paratus sit, a molendino ejus recedi non possit.

101 II) Deinde si frumenta allata tempestive non contundantur, vid. Ordinat. Molendin. *de Anno 1661. rubr. Mühlen-Zwang. pr.* ibi: *So sollen auch die Mühl-Meister die Leute auf dem Lande mit bestem Fleiß befördern, sie zu rechter Zeit bescheiden das Mehl wiederum abzuholen, damit sie nicht darauf warten und vergebens kommen, oder am Mehl Mangel leiden dürffen &c.* vel molendinum bannarium frumento omni, quod apportatum est, molendo non sufficiat. Necesse autem est, ut antequam ad aliud molendinum accedant banniti, in bannario prius explorent, an frumenta sua ibi moli possint, uti docet præjudicium in curia Provinciali Saxo-Jenensi *d. 20. Jun. 1667.* publicatum, *Auf erhobene Klage erfolgte* Litis contestation, *vorgeschützten* Exceptiones, *verführten Beweiß und eingebrachte* Disputation-*Gesetze, in Sachen N. N. Wittwe und Erben allhier Actorn und Anwalden, Klägers und Producten, an einem; Syndicen des Raths, auch daselbst Beklagten und Producenten, am andern Theil, erkennen Wir, daß Beklagte dasjenige, was ihnen zu beweisen obgelegen, und sie sich angemasset, so weit erwiesen, daß die Becker in den Tonnen-Mühlen zu mahlen schuldig, wenn sie aber daselbst nicht aufkommen können, wird ihnen auf ihr Anmeldten auf andern Mühlen zu mahlen billig frey gelassen; V. R. W.*

Item ut per aliquod temporis spatium 102 (quod viginti quatuor horis includere solent Doctores) molituram ibi expectent. In Electoratu nostro Saxon. a molendinis ad Serenissimum Electorem pertinentibus nemo recedere & aliud visitare potest, nisi a molitore ejus molendini, in quo molere alias tenebatur, testimonium acceperit, frumenta ibi sua moli non potuisse. *Mühl-Ordnung c. l. §. Da auch &c.* ibi: *Dafern aber ein und der andere Mühl-Gast in der Mühlen, dahin er verbunden, mit dem Mahlen nicht aufkommen könnte, soll er von dem Müller deswegen einen Schein oder Zeichen fordern, und nachmals in eine andere Mühle mit seinem Getrayde zu fahren, und dasselbe, wo es ihm beliebt, zu mahlen befugt seyn, auch wenn er bey solcher Beschaffenheit von dem Mühlen-Voigt, oder wem dißfalls die Aufsicht aufgetragen, angetroffen, und das Zeichen vorweisen wird, unangetastet bleiben. Wenn aber das Zeichen nicht vorhanden, derselbige soll als ein Verbrecher iedesmal angehalten, und nach dieser Unserer Ordnung abgestrafet werden.*

III) Si molentes in molendino banna- 103
rio defraudentur, & damnum ipsis infera- 104
tur, vel etiam nimia & insolita merces 105
exiga-

exigatur, & Dominus ad factam implorationem rebus ipsis remedium non attulerit. Debet enim quivis molendini bannarii Dominus id agere, & sedulo providere, tum ne malitia molitorum fraus fiat molentibus, tum quoque ne præter mercedem consuetam quicquam ab iis exigatur, quod utrumque cum prudentiæ justitiæque laude a Serenissimo Electore nostro cautum esse reperimus. *Mühl-Ordnung c. l. pr.* ibi: *Nachdem Wir auch allen Unsern Müllern in ihren Bestallungen ernstlich eingebunden, die auch darauf ihre Pflicht geleistet, über dieser Unserer Verordnung stett und fest zu halten, männiglichen das Seinige rathsam und fleissig zu mahlen und zu überantworten.* Et rubr. *Mühl-Meister. in fin.* ibi: *Und ihnen allein an dem versprochenen Lohn und Metze genügen lassen.* Conf. & rubr. *Die Schneider. §. da auch &c. Neue Erledigung der Landes-Gebrechen &c. Tit. Cammer- und Rent-Sachen. § 17.* Hering. *l. c. n. 139.* Myler. *c. l. §. 29. & §. 26. n. 2. seq.*

106 IV.) Si Dominus molendini bannarii jus banni remiserit, quod poterit etiam invitis bannitis, cum hoc banni jus & hanc cogendi potestatem acquisiverit non contra seipsum & cum intentione servitutem aliquam in se recipiendi, ut perpetuo bannitis obligatus maneat, sed potius ut obligationem quandam in bannitis induceret, adeoque juri pro se introducto renunciare & hanc cogendi potestatem refutare poterit quandocunque ei placuerit. Vid. Myler. *l. c. §. 30. 31.*

107 Dispiciendum etiam hic venit, an Dominus Molendini mercedem molinariam pro lubitu constituere possit? Et distinguendum erit, an a Principe certa statuta sit merces, an non? Priori casu merces a possessore Molendini augeri non poterit, bene tamen minui, cum in gratiam ejus sit statuta. Quanquam enim de hoc dubitare nonnulli soleant, an in præjudicium alterius minorem, quam quæ publice statuta est, mercedem quis accipere possit; nos tamen ob rationem dictam id affirmare non veremur, nisi & hoc specialiter a Principe fuerit prohibitum. Posteriori casu Dominus molendini potestatem mercedem constituendi habet, cum cuilibet liberum sit, pro qua remuneratione usum rei suæ alteri permittere velit, determinare. In qua tamen determinatione consuetudinis, quæ in illa regione obtinet, & æquitatis imprimis rationem habere debet, ne molentes supra modum graventur, & a molendino ejus frequentando absterreantur. An vero in pecunia numerata, an in parte frumenti merces constituatur, nihil interesse videtur. Nostris in terris decima sexta vel vigesima pars frumenti ad molendum allati solvi consuevit, quod & Elector Seren. in Ordinat. sua molendinaria diserte approbavit. *Mühl-Ordnung de Anno 1666. rubr. Metze des Geträydes &c.* Conf. *Mühl-Ordnung de Anno 1653. Art. 23. & 24.*

Cæterum potest illa merces a quovis 108
molente exigi, cum nemo teneatur usum rei suæ gratis alicui concedere, nisi forte Dominus molendini mercedem alicui remiserit vel tacite, quod fit, si aliquem per tempus longissimum gratis molere passus fuerit, vel expresse per pactum de remittenda mercede initum.

Ubi quæritur, an is, qui promisit gra- 109
tis molere alicui & familiæ ipsius, aucta familia adhuc teneatur ad pactum illud servandum? Quod affirmamus, quia obligatio concepta fuit sub nomine collectivo, & adeo non mutatur, licet crescat vel diminuatur numerus eorum, qui sub illo nomine collectivo comprehenduntur. Præterea omnis contractus in dubio contra eum est interpretandus, qui poterat apertius loqui, & debuit ac potuit omnino promittens prævidere, quod successu temporis multi ex familia nasci possint, qui vi pacti illius gratuitam molituram prætendere queant. Vid. Rosenthal. *de Feud. c. 9. concl. 51. lit. 6. in Gl.* Myler. *c. l. §. 23. & 24.* Dissent. Carpzov. *L. 1. Resp. 45. n. 8.* Conf. Hering. *quæst. 20. n. 15. sequ.* Nisi tamen aucta sit familia adeo, ut molendis aliorum frumentis non sufficere possit molendinum, & adeo plane inutile Domino sit futurum, tunc enim ad æquitatem reducendum erit illud pactum, cum intentioni promittentis convenire non videatur, quod in infinitum se obligare, & molendinum suum inutile reddere voluerit; vel nisi alia mens paciscentium appareat, quod scil. ad illum numerum adstringere voluerint familiam, qui tempore pacti initi fuit.

110 Contractus circa molendina quod attinet, dubium non habet, quod ea locari possint vel ad tempus, vel in perpetuum. Si ad tempus, quæritur, ad quem refectio eorum pertineat? & Resp. consuetudine aut lege publica obtinet vid. *Mühl-Ordnung de Anno 1661. rubr. Mühl-Meister, vers. und sollen. in fin. & rubr. Scheider. §. die Läuffie.* Hering. *quæst. 48. n. 29,* ut ipso locationis contractu singula ad molendinum necessaria in inventario describantur, & a peritis atque ad hoc addictis (vulgo *Mühl-Aertzten, Wasser-und Mühl-Meistern*) taxentur in hunc finem, ut conductor ea omnia eadem bonitate, id quod rursum supra dictorum censuræ, si disceptatio suboriatur, subjicitur, locatori finita locatione restituat. In refectionis sumtibus ita distinguunt, quod conductor ad refectionem teneatur, quæ non concernit fundamentorum reparationem in aquis, *was kein Grund-Bau im Wasser belangt.*

111 Præterea debet locator cursum aquæ consuetum servare, in eo vero si nihil mutet, ulterius non tenetur. Mev. *P. 4. Dec. 40.* Unde si quis duo habet molendina, & inferius locet, conductor ideo queri non potest, quod in superiori molendino locator aquam eo tempore, quo ipse eadem indiget, præoccupet, cum id jure suo facere possit.

112 Sed quæritur, ad quemnam impensæ in lapides molares faciendæ? Resp. Ad Locatorem, tum quia sumtus non fructuum sunt, sed ipsius rei, quales a locatore sustineri debent; *l. 55. §. 1. l. pen. pr. ff. locat.* tum quia molæ usum locator præstare tenetur, *l. 15. §. 1. d. t.* qui sine lapidibus esse nequit; tum denique quia imputari ei potest, quod legem contractui apertius non dixerit, *l. 39. ff. de pact.* vid. Mev. *c. l. Dec. 41.* Ex adverso onus conductoris est, quod is, si pro certa frumenti quantitate molendinum conduxerit, etiamsi tempore carioris annonæ frumentum mixtum ad molendinum afferatur, purum tamen secale locatori præstare sit obstrictus, quia aliud pro alio solvi invito creditori non potest, *L. 2. ff. de R. C.* nisi illud valde difficulter haberi possit, ubi justo ejus pretio locator contentus esse debet. Brunnem. *Cent. 3. Dec. 94.*

113 Molendini denique Conductor, ob Principis impedimentum vel aliud legitimum, pensionis remissionem petere potest. Costa *de Quota & Rata, quæst. 7. n. 12.*

In perpetuum conceduntur molendina, 114
si in Emphyteusin dentur. Ubi quæritur, an per Meliorationem molendini Emphyteuta ad majorem canonem præstandum teneatur? ut si concessum sit cum rotis quatuor, & convenit, ut canonis loco pro qualibet rota quotannis 12. modios frumenti præstaret: an quinta & sexta rota postmodum annexis pro iis quoque solvere aliquid teneatur? Et non teneri putat Buchner. *de Jur. Aquatil. n. 124.*

In Feudum denique Molendina Navalia 115
pariter atque Aquatica & Pnevmatica dari posse, & quidem in Feudum proprium, tradit Struv. *S. J. F. c. 6. aph. 2. n. 3.* Finckelth. *Disp. Feud 3. Controv. 20.* Diff. quoad Naval. Rosenthal. *c. 5. concl. 29. n. 2.*

Sed quæritur porro, si in Feudum 116
alicui datum fuerit molendinum, an Dominus Feudi aliud in eodem loco ædificare possit? Quod affirmat Schrader. *de Feud. P. V. c. 6. n. 31.* sed ita, ut Dominum vasallo ad interesse teneri existimet; quæ limitatio tamen intelligenda, si aqua utrique non sufficiat, vel alias damnum positivum Vasallo inferatur; alias enim vix credibile est, quod Dominus per illam molendini infeudationem id, quod meræ facultatis est, sibi ademisse, & prædio suo servitutem aliud molendinum non ædificandi imposuisse dici queat. Rosenthal. *c. l. in fin.* Meurer. *p. 38. n. 13.*

Immunitatem Molendina regulariter 117
nullam habent a tributis; sed non minus ac aliæ possessiones collectis obnoxia sunt. Hering. *quæst. 22. n. 14.* Igitur ordinariæ pariter ac extraordinariæ collectæ de iis solvi, & quandoque præter eas decimæ vel canon certus in frumento consistens pendi necesse est. Hering. *quæst. 43.*
n. 13. 20. & 46. Quemadmodum & ea, quæ 118
ad sustentationem Pastorum & Ministrorum Ecclesiæ pertinent, Molendinorum possessores conferre, & ideo, si novum aliquod molendinum ædificetur, de eo Pastori aliquid præstari debet, quod quidem summa æquitate nititur & a Serenissimo Electore expresse est dispositum. Vid. Synodal. General. Decret. *vers. Gleichergestalt soll das* Consistorium *auf der Pfarrer Anhalten billige Weisung thun, was ihnen vor den neuerbaueten Mühlen, durch welche ihre Mühe vermehret wird, vor Vergleichung geschehen solle.*

Potest

119 Potest etiam Princeps, si eum collectandi modum e re publica esse, eoque pauperiores supra modum non gravari existimarit, certum canonem a molentibus de singulis frumenti modiis præstandum (qui Germ. *der Mahl-Pfennig oder Mahl-Groschen* dici solet) imperare, uti id in Regno Bojohemiæ, in vicina Marchia Brandenburgensi, quin & in hisce Regionibus ante annos non ita multos factum esse meminimus. Vid. Klock. *de Ærario L. 2. c. 78. n. 4. seqq.*

120 A muneribus tamen personalibus, gravioribus præsertim, & iis, quæ frequentius exigi solent, molitoribus immunitas concedenda videtur, Hering. *quæst. 41. n. 24. sequ.* ne per illorum præstationes molitura publice utilis impediatur.

121 Pariter & a metatis molendina immunia esse solent, teste Tabore *de Metatis p. 3. c. 3. art. 2. n. 7.* ubi & allegat Edict. Elector. Saxonicum *de dato 3. Mart. 1635. Cod. Aug. Tom. 1. p. 1991.* inter alia his verbis conceptum: *Die Mühlen in Ihrer Churfürstlichen Durchlaucht. Landen sollen von den Quartier-Meistern und Furierern gäntzlich in Ruhe gelassen, und keinesweges geschätzet, oder was solchergestalt erpresset, nebenst vorbehaltener Strafe an der Verpflegung wieder abgerechnet werden &c.* Quia per inhospitationes valde turbatur molituræ labor, & homines metu militum a molendino illo frequentando arcentur. Non minus favore molendinorum lapides quoque molares a vectigali solvendo immunes Elector Saxoniæ pronunciavit. Vid. *neue Erledigung der Landes-Gebräuche. Tit. Von Justitien-Sachen. §. 73.*

122 Imo Molendina omni tempore pretiosissime habita. Eorum præcipua præ aliis prædiis sunt privilegia non modo pacis tempore, sed quoque si ad saga undique properatum, sive amicorum sint, sive hostium, eorum despoliatio, confractio & destructio sub pœna capitis tam equitibus quam peditibus, *Reuters-Bestallung de Anno 1570. Art. 69. & Fuß-Bestallung eod. Anno art. 53.* & quotidie *in ihren Articuls-Briefen*, in articulis in quos jurant, inhibetur. Buchner. *de Jure Aquatili. n. 118.*

123 Conditionem molitorum honestam satis esse, eosque nulla omnino laborare macula, dubium amplius esse non potest, postquam publica & pragmatica Imperii sanctione fama eorum & existimatio est asserta, & consuetudo, quæ eos eorumque liberos tanquam labe aliqua adspersos a communione virorum honestorum removeri voluit, tanquam irrationabilis est improbata. Vid. Recessus Imper. *de Anno 1577. tit. 78. §. Setzen, ordnen und wollen &c.* Conf. Richt. *Dec. 80. n. 11.* Unde sequitur, molitores, si nulla alia obstet vitæ morumque vel natalium turpitudo, ab opificum, quin & mercatorum & aliis honestioribus collegiis nullo jure arceri, multo minus vero istorum liberis, vel filias eorum in uxores ducentibus aditum ad ea præcludi posse. Carpzov. *L. 6. Resp. 99.* Mev. *P. 5. Dec. 116.* Quare si opifices vel alii in collegia sua eos recipere nolint, a Principe vel Magistratu etiam inferiori, ut refractarios istos ad officium & legis publicæ observantiam redigant, facile impetrare, & præterea injuriarum actione adversus hos experiri poterunt. Hering. *quæst. 1. n. 77. sequ.*

Delinquunt Molitores varie. 1) Si 124
lucri cupiditate inducti debitum in molendis frumentis ordinem non observent. *Churfürstlich Sächsische Mühl-Ordnung de Anno 1661. rubr. Mühl-Meister §. und sollen*, ibi: *Keinen vor dem andern um Geniesses, Verehrung oder Gunst willen, wie das Namen haben mag, fördern oder den Vorzug haben, sondern welcher eher kömmt, denselben vor den andern mahlen lassen.* Debent enim frumenta eo ordine conteri, quo allata sunt, ita ut & hic, qui prior est tempore, potior sit jure *Mühl-Ordnung d. l.* Conf. Carpzov. *L. 2. Resp. 46. n. 8.* Hering. *quæst. 44. n. 19. sequ.* Myler. *c. l. c. 17. §. 6.* qui tamen Domini frumentum, licet tardius allatum fuerit, præferendum esse censet.

2) Si machinam molarem recte & ad 125
modum præscriptum non præparent, vel falsi quid circa ejus extructionem admittant. Vid. Ordinat. Molend. *de Anno 1661. & 1653. passim.*

3) Si molentes quacunque ratione de- 126
fraudent.

4) Si in servorum fidem debita dili- 127
gentia non inquirant, nec curent, ut isti officio suo recte fungantur.

 5) Si

128 5) Si mercede ſtatuta non ſint contenti.

129 6) Si defectus machinæ molaris ad denunciationem molentium non corrigant.

130 7) Si in fraudem Domini molentes majoribus modiis uti, mercedem vero ſecundum minorem tantum ſolvi patiantur.

131 8) Si in damnum vicinorum nulla neceſſitate cogente aquam reſtagnent.

132 9) Si molentes ſolicitent, ne in alio molendino quam ipſius molant, *wenn er denen andern Müllern die Mahl-Gäſte abſpenſtig macht.*

133 10) Si modio publica autoritate ſignato in metiendis frumentis doloſe non utantur.

134 11) Si præter neceſſitatem diebus Feſtis molituræ laborem exerceant &c. Hering. *quæſt. 1. n. 27. & quæſt. 44. n. 18.*

135 Pœnæ, quæ pro his & ſimilibus delictis molitoribus infligi poſſunt, ſunt arbitrariæ; puta: mulcta, interdictio opificii, vel graviores etiam pro ratione admiſſi, ita ut, & relegatio vel fuſtigatio locum quandoque habere queat. Imo & ultimo ſuſpendii ſupplicio affici molitores posſunt, ſi æſtimatio frumenti, quo frauduloſe molentes aut Dominum molendini defraudarunt, ſummam in Conſtitutione Electorali *41. P. 4.* ſtatutam excedat. Sanctio enim illa ad omnes, qui in officio perfide ſe gerunt, non immerito extendenda eſt. Kreſſ. *d. Diſſert. de Molend. c. 6. §. 3.* Myler. *c. loc. c. 17. §. 11.* Carpzov. *in Prax. Crim. quæſt. 85. n. 45.* Hinc Scabini Lipſienſes pœnam ſuſpendii molitori infideli ſecundum Conſtitutionem Electoralem indicere non dubitaverunt: *Und es haben beydes die Becker und Bürger, ſo bey dem Gefangenen die vier Jahr über ihr Geträydigt und Maltz gemahlen, ein ieder* in ſpecie *ſeinen Abgang um ein gewiſſes Geld eydlichen angeſchlagen, welches ſich in Summa zuſammen auf 362. Fl. 6. Gr. 9. Pf. erſtrecken thut, und der Gefangene ſein Bekänntniß nunmehr richtig gethan, man auch der Erkundigung geſtalten Sachen nach gewiß iſt, da nun der Gefangene auf ſeinem gethanen Bekänntniß vor Gerichte freywillig verharren, oder des ſonſten, wie recht, überwieſen würde; ſo möchte er wegen ſolches begangenen und bekannten Diebſtahls, und daß er den Leuten, ſo bey ihm in der Mühlen gemahlen, ſo untreulich, böſlich und betrüglicher Weiſe vorgeſtanden, und ihnen das Ihrige durch ſeine liſtige, diebiſche, tückiſche Räncke und Practiquen vorſetzlich entfremdet, und abgeſtohlen, auch andern, ſo dergleichen thun möchten, zum Abſcheu und Exempel mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafet werden; V. R. W.* Ad requiſitionem quæſtoris in *Plauen Menſ. Martii Anno 1615.* Qui plura deinique de Molendinis cupit, adeat *copioſum & elegantem Tractatum* Joh. Heringii *de Molendinis.*

CAPUT XVI.

DE PISTRINIS VEL FURNIS.

SUMMARIA.

1. *Molendina & Piſtrina apud Romanos jam erant conjuncta.*
2. *Piſtrinum nomen generale.*
3. *Furnus quid ſit?*
4. *Clibanus quid ſit?*
5. *Furnus quomodo differat a Fornace, Camino &c.*
6. *Furnarii & Furnaticum quid?*
7. *An Furna ad Regalia pertineant?*
8. *Ædificatio Furni eſt Juris Naturalis.*
9. *Nec opus eſt ſpeciali conceſſione.*
10. *Quod & Vaſallis in Feudo permiſſum.*
11. *Si quis ad ædificationem Furni peculiari conceſſione opus habuerit, an ſine ea deſtructum reædificare poſſit.*
12. *Emphyteutæ etiam permiſſa eſt ædificatio Furni?*
13. *Poteſt quis in ſuo furnum extruere, licet per tempus immemoriale ad alium iverit.*
14. *Facultas coquendi panes hodie Collegiis Piſtorum competit.*

15. *Dominus subditis novi Furni extructionem prohibere nequit, licet habeat Jurisdictionem.*
16. *Licet in suo Furnum extruere, etiamsi alius cum furnis investitus sit.*
17. *Quilibet in suo Jus Furni habet, etiamsi testator duobus hæredibus institutis alteri fundi partem cum furno, alteri vero alteram sine furno reliquerit.*
18. *Quilibet furni ædificandi facultatem habet, licet diversa prædia possideat.*
19. *Si aliquis successerit, cui jus habendi furnum non competiit, an & huic censeatur esse denegatum?*
20. *Facultas habendi jus furni Collegiis & singulis est æqualis.*
21. *Ratio recipiendi Collegium Pistorium fuit necessitas humana.*
22. *An receptio Collegii pistorii libertatem naturalem restringat.*
23. *Per ædificationem furni non debet vicino damnum imminere.*
24. *Quot pedibus furnus a muro vicini debeat abesse?*
25. *An in fundo communi liceat furnum ædificare?*
26. *An in fundo serviente?*
27. *An in vicinia si alteri commodum decessurum sit.*
28. *Restringitur libertas ædificandi furnum per statutum.*
29. *Per Consuetudinem.*
30. *Per Prohibitionem, si in ea acquieverint.*
31. *Per pactum.*
32. *De Jure Saxonico non licet Furnum ædificare, ubi antea nullus steterit.*
33. *Quando Jus Furnorum restrictum est, tunc varie rursus acquiritur.*
34. *Per investituram.*
35. *Quando literis investiturarum inserta clausula cum Furnis, fundus vero iisdem caret, quid juris?*
36. *Si Feudum cum pertinentiis concessum, an etiam Furni comprehendantur.*
37. *Adquiritur & per Privilegium.*
38. *Per præscriptionem.*
39. *Quo tempore juri ædificandi furnum præscribatur.*
40. *An titulus requiratur?*
41. *Conventione etiam adquiritur Jus Furni.*
42. *Si quis cum Pistore conventionem iniverit, ut pro certo pretio pro se & familia panes coquat, an aucta familia crescere debeat pretium?*
43. *Lepidus casus de hac re.*
44. *Locato Furno privato an quis extraneo ejus usum possit concedere?*
45. *Si Dominus paratum Furnum non habuerit, homines ejus possunt ad alium furnum ire.*
46. *Dominus obligatus est ad ligna in usum Furni.*
47. *Si quis de jure Furni investitus sit, an etiam jus lignandi veniat?*
48. *Tenetur & Dominus ad operas furnarias.*
49. *Item ad refectionem Furni.*
50. *Debet & Dominus instrumenta ad Furnum necessaria præstare.*
51. *Quibus modis subditi alium Furnum, quam Domini, frequentantes puniantur?*
52. *Tenentur & ad mercedem pro usu Furni.*
53. *Dominus subditos iniquiori mercede gravans quomodo ei occurrendum?*
54. *Universitas furnum habens, a singulis Furnagium potest exigere.*
55. *Furnum exercens fumum libere potest emittere.*
56. *Furnarius tenetur ad damnum a Furno datum.*
57. *Conductor Furni qua actione teneatur ad damnum incendio datum resarciendum?*
58. *Census furno impositus augetur & minuitur pro quantitate eorum, quæ in eo coquuntur.*
59. *Collectæ per fumantes*, Camin-Geld, *quid?*
60. *Subditi in coquendis panibus aliis sunt præferendi.*
61. *Remedia, quæ pro jure Furni competunt.*
62. *Visitatio Furnorum ad Magistratum spectat.*
63. *Episcopi Panarii qui?*
64. *An Rusticis panes coctos in civitatem exportare, & ibi vendere liceat?*
65. *Jus Furni amittitur non-usu.*
66. *Item abusu.*
67. *Ut & remissione.*
68. *Si ad certum tempus concessum illo tempore elapso.*

Molen-

1 MOlendina merito excipiunt Pistrina, quæ jam olim apud Romanos erant conjuncta. Hinc servus Terentianus *in Phorm. Act. II. Sc. 1.* Molendum usque in pistrino. Quod & arguit illa solennis Dominorum formula apud Comicos, qua nequam servis pistrinum minabantur, i. e. molæ circumductionem: Et in LL. Salicis *tit. 25.* Molendinum & Pistrinum indifferenter pro Synonymis accepta legimus, cum unum alterius vicem præstiterit. Unde & Interpretes de Furnis promiscue locuti sunt. Hering. *de Molend. quæst. II. n. 1.*

2 Generaliter autem loquendo omnia illa comprehendebat, quæ ad Pistoris exercitium pertinebant, *Arg. l. 15. in princ. ff. de Instruct. Leg. l. 18. §. 1. & seqq. eod.* veluti molam, in qua frumentum conterebatur, *d. l. 15. §. 5. l. 21. eod.* Furnarium, in quo farina subigebatur, & Furnum, in quo panis coctus vendebatur *d. l. 15. in pr. l. 5. §. 9. de Instit. act.* & quæ alia huic opificio cohærebant, usque adeo, ut totam artem panificii pistrinum vocet Seneca *Epist. XC.* Proprie tamen pistrinum ad molam tanquam partem principaliorem restringebatur, *arg. l. 1. §. 9. depos. l. 18. §. 2. de mun. & hon.* Sed & furnus ipse, licet pistrino plerumque adhæreret, eo quod pistor simul etiam molere frumentum soleret. Hæc tamen opificia quandoque in plures personas disjuncta erant. Hering. *de Molend. cap. 4. n. 7.*

3 Furnus *ein Back-Ofen* proprie loquendo denotat locum, in quo panis decoquitur, & ita accipitur *in l. 24. §. 7. ff. de damn. infect. & l. 27. §. 10. ff. ad L. Aquil.*

4 Differt a Clibano, qui est Furnus portatilis, primum ex fictilibus, postmodum ex ferro & ære fieri solitus. Camill. Borell. *de Magistr. Edict. L. 4. c. 7. n. 44.*

5 A Fornace vero & Camino differt ipso usu, utpote qui immediate usui hominum calefaciendo inserviunt. Diversi quoque a nostro sunt foci torrendo frumento idonei. Christin. *ad Consuet. Merlinens. Art. 5. n. 2.* Furni lateribus præparandis conducentes, *Ziegel-Ofen.* Pfeil. *L. 2. Cons. 200.* Fornaces ad calcem coquendam extructæ, *Kalck-Ofen,* Vitrarii, *Glaß-Ofen,* Figulini *Brenn-Ofen,* Tholosan. *Syntag. jur. univ. L. 4. c. 20. n. 1.* Idem *L. 2. c. 6. n. 8.*

6 Qui Furno præsunt, Furnarii in *l. 24. §. 7. ff. de damn. inf.* vocantur. Et Furnaria artem pistoriam significat. Ita Vitellii genus minus clarum, quod majores ipsius Furnariam exercuissent. Suet. *in Vitell. c. 2.* Et Furnaticum est præstatio pro coctione furnaria, quæ Domino furni datur a sectatoribus ob Furni usum, Du Fresne *in Glossar. ad hanc voc.*

Ante omnia autem videndum, an Furni ad Regalia pertineant, quod regulariter negatur, quoniam non recensentur in *II. Feud. 56.* ubi Regalium sedes est. Et juris hujus emolumentum omne ad privatos pertinet, quale ad Regalia referri non potest. Dn. a Seckend. *im Teutschen Fürsten-Staat. P. 3. c. 1.* Objectum insuper Regalium sunt bona publica. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 6. aph. 13. n. 5.* & in terminis de Furno hoc ita decidit Gravetta *Cons. 861. n. 4. & Cons. 871. n. 5.* Si tamen verum fateri velimus, vix moribus seculi præsentis convenit, Regalia ex allegato textu feudali *2. F. 56.* inquisivisse: Latior eorum natura hodie est, dum multa Principes Regalium nomine exercere videmus, quæ sua natura nil minus sunt, quam Regalia; sunt tamen talia ex accidenti, quatenus soli Principi sive tacito sive expresso populi consensu relicta, quorum exercitium postea nemini competit, nisi qui concessione Principis se munitum esse probaverit. Quod si ergo Regalia minora alias sunt Jura Principi relicta in utilitatem & emolumentum Fisci, quis non Furnorum jus Regalibus annumerari posse dixerit, scilicet, ubi subditis licentia tantum est publicis furnis a Principe constitutis utendi hoc pacto, quo fisco certam pensionem pro usu eorum exsolvant. Non solent quidem facile Principes sibi talia, quæ quotidianis omnium usibus inserviunt, arrogare; quod si tamen ex ratione salutis publicæ id factum fuerit, mox pro Regali in effectu sui juris jus furni habendum esse, nemo iverit inficias. Ita in quibusdam Regnis & Provinciis hodie canonem ex Molendinis, Furnis & Torcularibus solvi, qui crescat & minuatur pro quantitate eorum, quæ moluntur, coquuntur aut premuntur, tradit Joh. Hering. *de Caminis n. 71.* Ob quam causam jus furni postea per investituram a Principe aliis concedi solet, Dn. Stryck. *de Furnis c. 1. n. 20.* 7

Ædificare autem Furnum facultatis naturalis est, tum ob *l. 5. ff. de J. & J. l. 1. §. 11. ff. de Aqua pluv. arc.* Vid. Brunnem. 8

Comm.

Comm. Cod. ad l. 8. de Servit. & Aqu. n. 2. & Besold. *Vol. 3. Consil. 135. per tot.* tum quod sine furnis usum panis nequeamus consequi, qui cum vitæ & corporis naturale nutrimentum sit, quod concessit ac permisit natura, consequens est, ut concessisse quoque eadem existimanda sit, quibus illud naturale nutrimentum carere nequit, *l. 2. ff. de Jurisd. l. 56. & 62. ff. de procurator.* Concessio quippe ad ea trahitur, sine quibus commode explicari eadem nequit. *arg. l. 7. §. 13. ff. ad SCtum Maced.* Cravetta *Cons. 871. n. 4. sq.* Ad conservationem itaque sui ipsius cum pertineat furnus, quam quovis modo procurandi quilibet potestatem habet. Dn. Ziegl. *ad Grot. Lib. 1. c. 3. §. 4. verb. his etiam.* add. Pufend. *de J. N. & G. l. 2. c. 4. § 1.* Hinc Axioma Generale formatur: Quilibet in suo Jus Furni habet. Cravetta *d. l. & Cons. 861. n. 4. cons. 896. n. 39.* Tholosan. *Synt. Jur. Univers. l. 18. c. 22. num. 8.* Borell. *de Magistr. Edict. L. 4. c. 7. num. 33.*

9 Adeo autem præcedens Axioma verum est, ut (1.) non opus sit prævia facultatis hujus impetratione ædificare. Quæ enim Jure communi competunt, speciali impetratione opus non habent, *arg. l. 1. c. de Thesaur.* & ibi Brunnem. *n. 10.*

10 Hinc quando Vasallus in feudo vult ædificare furnum, non tenetur consensum Domini requirere, licet ea facultas in literis investituræ ipsi expresse concessa non sit. Vasallus enim utilis est feudi Dominus, Rosenthal. *de Feud. c. 10. concl. 42. n. 38. & c. 1. concl. 6. n. 1.* adeoque versatur in feudo tanquam in re sua. Non obstat, quod investitura stricte sit interpretanda, Rosenth. *d. c. 1. Concl. 12. num. 2.* & quod per eam expresse non est concessum, ademtum censeatur; hoc enim intelligo de iis, quæ nisi per investituram non possunt competere, & sic ad alia, quæ sunt facultatis naturalis, trahi nequit.

11 Quæritur vero si ad ædificationem furni peculiari concessione opus quis habuerit, an sine ea destructum reædificare possit? Affirmantium sententia sequentibus stabilitur. Quoniam ista facultas semel legitime quæsita avelli ab eo rursus haud debet, *l. 5. ff. de pact.* Concedens enim potestatem ædificandi furnum non videtur ad præsentem furnum respexisse, sed ad perpetuam impetrantis utilitatem; Concessiones enim in hujus favorem latissime sunt interpretandæ *l. 9. ff. de Constit. Princip.* Qui reædificat, non facit novum furnum *l. 1. §. 13 ff. de Op. nov. Nunc.* & ibi Hahn. *ad Wesenb. num. 6.* Itaque nihil facit, quod nova concessione opus habeat; dum enim ædificandi furnum, quod plus est, destructum quoque reædificandi, quod minus est, facultatem impetrasse censendus est, *cap. 53. de R. J. in 6.* Accedit favor reædificationis; pertinet enim ad decus urbium, ne ædes derelinquantur *l. 20. §. 20. ff. de Op. nov. Nunc. l. 2. §. 17. & l. fin. ff. ne quid in loc. publ.* Gail. *de Pignoration. c. 20. num. 5.* favores itaque ampliari, odia vero restringi convenit, *c. odia de R. Jur. in 6to.* Ampliatur prædictum axioma, ut in suo quilibet ædificare furnum possit, etiamsi in fundo tantum utile dominium habeat, tum quod nuspiam hoc expresse sit prohibitum, talia vero concessa esse intelligantur, *l. 28. §. 2. ff. Ex quib. caus. maj.* tum quod meliorem liceat fundi conditionem facere, non deteriorem. *l. 13. §. 5. ff. de Usufr.* Quod in Vasallo non habet dubium, qui feudum ad usum proprium aptare & imponere ædificia potest. *I I. Feud. 28.* Vers. *si Vasall.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 12. aph. 8. num. 2.* Et hæc facultas Vasalli eousque extenditur, ut ipsi competat, licet furno Domini per consequens aliquod lucrum decedat; etenim tanquam utilis Dominus non minus re feudali, quam allodio sine injuria Domini uti poterit. Rosenthal. *c. 5. Concl. 29. num. 8.* Quod si vero deinceps morte Vasalli ad Dominum redeat feudum, hæredes Vasalli impensas in furni extructionem factas possunt repetere, *II. F. 28. vers. si vasall. & II. F. 8. §. E contrario,* secus ac jure Saxon. ubi feudum cum ædificio a Vasallo exstructo sine ulla impensarum refusione ad dominum pertinet *per text. im Land-Recht l. 2. Art. 21.* Carpz. *P. 3. c. 31. def. 1.*

Circa Emphytevtam idem juris est, tum 12
quod a Feudo ad emphytevsin argumentum valeat, Everhard. *Loc. Top. Leg. a Feud. ad Emphyt. num. 1.* tum quod Emphytevta majorem potestatem in re habeat, quam Vasallus. Struv. *Synt. jur. Feud. c. 2. aph. 10. n. 1.* Hinc finita emphytevsi sumtus quoque perinde ac Vasallus in furni ædificationem impensos repetit, *l. pen ff. locat.* Gail. *Lib. 2. observ. 121. n. 15.* etiamsi ob canonem non solutum emphytevsi privetur, quoniam has impensas ex natura con-

contractus non tenebatur facere. Carpz. *P. 2. c. 38. Def. 12. n. 10.* Etsi autem fundus ita reddatur melior, canon tamen propterea augeri non debet. Carpz. *P. 2. c. 38. Def. 22.* Brunnem. *Comment. Cod. ad L. ult. de Alluv. n. 2.*

13 Ampliatur porro prædictum axioma, ut quilibet in suo furnum possit extruere, etiamsi per tempus immemoriale ad alium furnum iverit, Rosenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 25. n. 3.* Petr. Jacob. *Pract. Aur. Libell. de Furn. n. 11.* istius Domino enim nullum jus quæsitum est, quo in futurum possit cogere. Borell. *de Magistrat. Edict. L. 4. c. 7. n. 28. & n. 31.* Jacob. de S. Georg. *de Feud. vers. & cum Molendin. num. 4.* Hinc quando quæritur: An subditorum aliquis, si per tantum temporis spatium isti ad Domini furnum iverint, in suo furnum ædificaturus prohiberi possit? Negantium sententiam merito amplectimur cum Barthol. Cæpoll. *de Serv. Urb. prædior. c. 52. Qu. 2.* Jacob. de S. Georg. *d. l. n. 5.* Boër. *Decis. 125. n. 4.* Quoniam, *ut supra dictum*, ædificare facultatis naturalis est, *l. 24. §. 7. ff. de damn. inf. l. 1. §. 11. ff. de Aqu. & Aqu. pluv. arcend.* quam non utendo non amiserunt, cessaverant enim forte, quia nullus erat paratus ædificare furnum; vel non placebat eis ædificare, & credebant semper sibi jus duraturum, ut eleganter loquitur Petr. Jacob. *d. n. 11.* Accedit, quod ire ad alterius furnum sit actus meræ facultatis, quales etiam per mille annos præscribi nequeunt. *l. 2. ff. de via publ.* Camill. Borell. *L. 4. c. 7. n. 29. seq.* Boër. *Decision. c. 125. n. 5.* Consistunt enim in mera voluntate, & sic infinitatem continent, qualia sunt impræscriptibilia. Borell. *d. l. n. 30.* Denique ejusmodi prohibitiones tendunt ad utilitatem Dominorum privatam, adeoque ambitiosæ sunt, nec fieri possunt. *l. 4. ff. de decret. ab ordin. fact.* Borell. *d. l. n. 24.* Et in terminis facultati ædificandi præscribi non posse asserit per *l. 9. ff. de S. U. P.* Gail. *L. 2. obs. 69. n. 9.* Et hæc procedunt, etiamsi quis furnum non utilitatis suæ, sed quæstus gratia, ut panem in eo coctum incolis vendere possit, extruxerit, Koch. *Tract. de Jure Vicin. c. 5. n. 15.* Quod tamen de pistoribus non intelligo, quorum collegia licita & approbata habentur in Republica. vid. *l. 2. & 5. aliæque Cod. Theodos. de Pistorib. & Catabolensibus.*

14 Et hinc, facultas coquendi panes non amplius naturalis est, sed speciali lege huic collegio cœpit competere. vid. *l. 7. C. Theod. d. l.*

Imo eousque hoc extenditur, ut, licet 15 Dominus habeat Jurisdictionem, tamen novi furni extructionem subditis suis prohibere nequeat. Boër. *d. Decis. 125.* Neminem enim sua potestate in alterius præjudicium abuti convenit: Non obstat, quod vetus consuetudo immutanda non sit. *l. 7. C. de Servit. & Aqu.* Non enim est hæc consuetudo, utpote quæ in rebus meræ facultatis non inducitur. Jacobin. de S. Georg. *d. l. n. 4.*

Ampliatur præcedens Axioma (4) ut 16 liceat in suo furnum extruere, etiamsi alius cum furnis investitus esset, Cravett. *Consil. 871. n. 6.* 1) Quoniam omnis investitura intelligitur salvo jure tertii. *l. 8. ff. de Aqu. pluv. arc.* Cravett. *d. l. n. 8.* Rosenthal. *de Feudis c. 6. Concl. 68. n. 8.* Gail. *L. 2. Obs. 1. n. 14.* Princeps enim omnes subditos pari dilectione censetur prosequi, itaque uni quicquam concedens, idem alteri non videtur voluisse adimere; maxime cum hoc casu verbis usus sit generalibus; potuisset enim facile verba certa invenire, quo minus necessum fuisset, lædere jus tertii. Cravett. *d. l. n. 8.* 2) Supra dixi *ex l. 5. ff. de J. & J.* ædificationem esse juris Gentium, ea vero, quæ sunt juris Gentium, Princeps mutare vel adimere nequit. Cravett. *d. l. 9.* Jus Gent. enim facto Principis potentius est, *arg. l. 17. ff. de pœn.* Nec obstat, inclusa persona Vasalli exclusos esse ab hac facultate subditos. *l. 12. ff. de judic.* Quando enim in genere permissorum versamur, unius inclusio alterius exclusio esse nequit. Cravetta *d. l. n. 7.*

(5) Ampliatur præcedens Axioma, ut 17 in suo quilibet furni jus habeat, etiamsi testator duobus hæredibus institutis, alteri fundi partem cum furno, alteri vero alteram sine furno reliquerit. Casum talem recenset Pileus Modicens. *Decision. jur. controv. qu. 36.* Non enim potest non licere hæredi, quod defuncto competiit, quippe cum quo una persona hæres censetur. *Nov. 48. c. 1.* Competiisse vero hoc defuncto ex antecedentibus satis patet. Et deinceps prodest etiam extructio furni hæredi, in suo vero quilibet facere potest quod sibi proficuum est. *l. 2. §. 12. & L. 2. §. 5. ff. de Aqu. & Aqu. pluv. arc.* Ut taceam, rem non amplius defuncti, sed hæredis jure censeri, ut sic suarum rerum liberum

rum moderamen & arbitrium ipſi merito relictum eſſe debeat. *l. 21. C. mandat.*

18 (6) Ampliatur, ut in ſuo quilibet ædificandi furnum facultatem habeat, etiamſi diverſa prædia poſſideat. Horum ſingulorum enim ratione pro diverſa perſona habetur, *arg. l. 22. ff. de his, quib. ut indign. l. 26. c. de Adminiſtrat. tut.* Quicquid igitur in ſuo ſingulis competere ſupra oſtendi, illud huic quoque in ſingulis licere exiſtimo. Namque ab utilitate ex re ſua reſultante excludi dominus non debet, *arg. §. 1. verb. quæ enim invidia. J. per quas perſ. cuique acq.* Et procedit hoc non ſolum ſi in diverſorum locorum, ſed etiam ſi in ejusdem urbis vel pagi prædiis novos furnos quis velit extruere: favorem enim iſte meretur, qui utilitatem hominum multis modis promovet. Quod ſi autem hoc ita ſe habet, multo magis id verum eſt, ſi piſtor vel in dotem acceperit domum cum furno, aut ex hæreditate talis ipſi obvenerit, & hunc & eum, quem antea habuit, retinere poſſit. Inducta enim eſt ejusmodi diſpoſitio vel dotalis, vel teſtamentaria ad ejus augmentum, non debet itaque operari diminutionem. *l. 29. §. 1. ff. d. Milit. de Teſtam. l. 4. C. eod.* Neque enim cogi poteſt, ut vendat furnum alterutrum, venditio coacta enim non tenet, ſed reſcindenda eſt. *l. 1. C. de reſcind. vend.* Franzk. *ad Tit. de contrah. Emt. n. 84.* Itaque multo minus ab initio ad vendendum cogi debet per *l. 11. C. de Contrah. Emt. vend.* maxime cum non ſubſit vel utilitatis publicæ favor, vel alia limitationis ratio, quales recenſet Brunnem. *Cod. ad l. 11 n. 2.* Statuta tamen locorum hic attendenda dixerim, quippe quæ hujusmodi naturalibus facultatibus toto die derogant.

19 Quid dicendum vero, ſi alii quis ſucceſſerit, cui jus habendi furnum non competiit, an & huic cenſeatur eſſe denegatum? Diſtinguendum puto, an prohibitio alteri facta ſit intuitu habito ad ſolam perſonam ipſius, an ad prædium. Priori caſu, quoniam prohibitio eſt perſonalis, perſonam prohibiti non egreditur, *§. 6. J. d. J. N. G. & C. l. 12. §. 1. ff de precar.* ſed cum perſona interit, *l. 196. ff. de R. J.* alterius odio enim neminem gravari jus noſtrum patitur. *Can. 3. Cauſſa. 16. qu. 6. & C. 2. de R. J. in 6.* Quamvis enim hæres cum defuncto cenſeatur eſſe perſona eadem, *Nov. 48. c. l.* tamen hoc limitationem patitur in juribus perſonalibus. Poſteriori vero caſu, quoniam prohibitio rei cohæret, cum ea quoque ad ſucceſſorem tranſit, *l. 23. ff. de Op. Nov. Nunciat. l. 18. §. 2. ff. de Pignorat. Act.* & ſic furnum ædificandi facultas ſucceſſori non competit; non enim ſucceſſori licet, quod Autori ſuo non licuit, *l. 11. ff. de Diverſ. & Tempor. Præſcript.* ne ita melioris conditionis ſit ſucceſſor, quam fuit Autor ipſius. Ea vero, quæ in Antecedentibus dicta, ne dubii multum relinquant, in ſequentibus ita declaranda exiſtimo.

Dictum eſt ſupra, Jus Furni in ſuo cuilibet competere. Videtur ergo illa facultas Collegiis & ſingulis eſſe æqualis, & illis quidem ſpeciali juris conceſſione magis confirmata, his vero a natura relicta eſt. Ordo enim Piſtorius non noſtris tantum temporibus, ſed ante plura jam ſecula tam in urbe Roma. *l. 3. Cod. Theod. de Pœn.* quam Conſtantinopoli, *l. 3. Cod. Theodoſ. de Frumentar. Urb. Conſtantinop.* receptus fuit; quorum nec officium circa aliud, quam panem coquendum, verſabatur. *l. 2. Cod. Theod. de Frum. Urb. Conſtantinop.* Nec defuit ratio recipiendi hoc Collegium, neceſſitates & uſus humani. Perez. *ad Cod. Tit. de Piſtorib. n. 7. ubi n. 8. ſeq.* ex Mornac. refert, in Gallia eſſe Panificii Magiſtrum in Aula Regia, qui in omnes Piſtores urbis Pariſ. Jurisdictionem habeat. 20

21

An vero iſta receptio naturalem hanc facultatem reſtringat, quæſtionis eſt. Certe pro libertate ſemper eſt præſumtio *l. 8. & 9. C. de Servit. & Aqu.* adeo, ut in eum, qui in jure ſingulari ſe fundat, onus probandi rejiciat. Carpzov. *P. 2. c. 41. d. 18. n. 3. & L. 1. Reſponſ. 67. n. 15. ſequ.* Eſt enim præſumtio non hominis, ſed juris, Menoch. *Vol. 4. Conſ. 395. n. 2.* Accedit, quod pinſendorum & vendendorum panum facultas etiam recepto piſtorum ordine unicuique non permiſſa modo, ſed etiam commendata eſſe debeat, Carpzov. *d. L. 1. Reſponſ. 41. n. 19.* quanto potius igitur facultas ad ſuam ſuorumve utilitatem ædificandi furnum; cui enim licet, quod plus eſt, non debet denegari illud, quod eſt minus. *c. 53. d. R. J. in 6.* Ut taceam, ſi ad ſuum quæſtum trahant piſtores furnorum ædificandorum facultatem, monopolium emergere, quale tamen ſub gravi pœna prohibitum eſt, *l. un. C. de Monopol. R. J. de A. 1526. § Item nachdem die Monopolien. de A. 1529. §. Item nachdem die Monopolien. de A. 1530. §. und nachdem* 22

erwa. & alii plures. vid. Carpz. *d. Reſp. 41. n. 7. ſeq.* Nec obſtat (1) incluſionem unius excluſionem eſſe alterius: ad illud enim jam ſupra reſponſum eſt. (2) Conceſſiones Piſtoribus factas ultra jus commune aliquid operari debere, *cap. 30. X. de privileg.* nam (a) conceſſiones hujusmodi non debent quicquam operari in alterius præjudicium, *Cap. 2. X. Religioſ. domib. c. 2. X. de Eccleſ. ædific.* & (b) operantur ſatis, dum collegium ipſi conſtituere poſſunt, & panificii exercendi publicam facultatem acceperunt, licet ea conceſſio non trahatur ad aliorum excluſionem a Furno ædificando. Sola igitur receptio Ordinis Piſtorii facultatem naturalem non reſtringit.

23 Deinde dictum, in ſuo cuilibet hanc facultatem competere; quod ita tamen intelligendum, ne vicino damnum immineat.

24 Hinc furnus a pariete vicini minimum unum pedem abeſſe debet, ne per nimium calorem murus torrendo debilitetur, *l. fin. ff. fin. Regund.* Cæpoll. *de ſervit. U. P. C. 50. qu. 6. c. 51. qu. 2. c. 53. qu. 2.* Koch. *de Jure Vicinit. c. 5. n. 13.* Aliter Tholoſan. *Syntagm. Jur. Univ. L. 18. c. 22. num. 7.* ſtatuit, Piſtrinum a domo & Furno vicini ſex pedes ſejungi oportere ob incendiorum periculum. Sed recte hic ſtatuta & Conſuetudines locorum eſſe attendendas ait Brunnem. *ad d. l. f. ff. fin. Regund. n. 3.* Et ſic jure Sax. Furnus a ſepibus vicini trium pedum ſpatio diſtare debet, per verba Weichb. *Art. 122. Back - Oefen, Heimlichkeiten und Schwein - Köben ſollen drey Fuß von dem Zaun ſtehen.* Imo prohiberi quis plane poteſt, ne contra parietem vicini furnum ædificet, quando incendii metus ſubeſt. *l. 13. ff. de S. U. P.* Tholoſan. *d. l. 4. c. 7. num. 14.* aut vicini murus debilis eſt, *l. 8. §. 5. ff. ſi Servit. vindic.* Quilibet tamen juxta vicini murum parvum quendam murum poteſt conſtruere, eique furnum apponere, modo murus proprius in vicini non hæreat. *l. 19. §. 1. ff. de S. U. P.* Koch. *d. n. 13.* Ratio *in d. l. 8. §. 5. ſi ſervit. vind.*

25 Idem obtinet, ſi paries communis ſit, Cæpoll. *d. l. c. 51. qu. 3.* in fundo vero communi, ne ſocius furnum extruat, obſtat ratio, *l. 28. ff. comm. divid.* quoniam in pari cauſa melior eſt ratio prohibentis, add. *cap. 56. de R. J. in 6.* niſi fundus ille ad furnum ſit deputatus. Idem *ibid.* Exiſtimaverim tamen contrariam ſententiam æquiorem eſſe, ex ea ratione, quoniam ſocius in re communi etiam invito altero ſocio facere poteſt, quod ſibi prodeſt, alteri vero non nocet. Brunnem. *ad d. l. 28. ff. comm. divid. n. 9.* Non poteſt vero nocere alteri ſocio furni exſtructio, qui facile locum invenire poteſt, ubi ſocius in uſu fundi non impediatur, nec etiam furnus frugibus obſit, aut in ædes adſcendat; alteri vero ſocio prodeſſe maxime poteſt.

De fundo ſerviente verum eſt, quod in eo furnum extruere non liceat, quoniam dominium directum hic reſtrictum eſt, ut in eo nihil poſſit fieri, quod uſum ſervitutis impediat, *l. 9. ff. ſi ſervit. vindic. l. 21. ff. de S. U. P.* quod tamen intelligo, ſi totus fundus ſerviat, non ſi pars ejus. 26

De eo, qui in vicinia ædificat furnum, quæritur, an prohiberi poſſit, ſi alteri commodum aliquod propterea deceſſurum ſit? 27 Pro Affirmativa videtur facere (I.) quod ad æmulationem ita videatur ædificare, Gail. *L. 2. obſ. 69. n. 29.* Maſcard. *de Probation. Vol. 2. Concl. 621. n. 13.* Æmulatio enim inter vicinos præſumitur plerumque, Maſcard. *d. l. n. 7.* in æmulationem vero vicini ædificare prohibitum eſt, *l. 1. §. 21. ff. de Aqu. & Aqv. pluv. arcend.* Richter. *P. 1. Conſil. 55. n. 2.* (II.) Quod humanæ ſocietatis vinculum non permittat, ut alteri ſimus damno & nocumento, *l. 38. §. conſtituimus. ff. de R. V.* Gail. *d. l. n. 29.* Maſcard. *d. l. n. 5.* (III.) Quod in ſuo ædificandi facultas quidem ſingulis, ita tamen, ne deterior fiat fundus alterius *d. l. 1. §. 4. & 11. ff. de Aqu. & Aqu. pluv. arcend.* Verum prohiberi eum non poſſe, ob ſequentem rationem ſtatuimus, (1) quod omnis ædificans ad ſuam utilitatem ædificare cenſeatur. Gail. *d. l. n. 30.* Non enim ad æmulationem, ſed ut ſuo jure utatur, in fundo proprio quis ædificaſſe præſumitur. Maſc. *d. l. n. 1.* Itaque alleganti æmulationem onus probationis incumbit, Gail. *d. l. n. 31.* Maſcard. *n. 31.* Richt. *d. Conſ. 55. n. 7.* (2) Quod ob ſolam lucri decreſcentiam vicino nullum jus prohibendi tribuatur, Richt. *d. l. n. 29.* (3) Quod dolo non faciat ille, qui ſuo jure utitur, *l. 55. ff. de R. J.* Gail. *d. l. n. 11.* Ad contraria reſpondeo (1) omnem æmulationis ſuſpicionem excludi, modo aliqua ædificantis utilitas verſetur. Richter. *d. l. n. 32.* (2) Verum illud eſſe, ſi principaliter eo animo, ut noceat, ædificet, nihil inde laturus, quam ut officiat; Gail. *d. l. n. 12.* Richt. *d. l. n. 6.* Carpz. *P. II. c. 41. d. 11.* quod ad (3) quoque reſponderi poteſt, qui in fundo publico ædificat furnum,

num, eum publicis utilitatibus deſtinaſſe videtur, tum ob §. *30. J. de R. D. & l. 7. §. 12. ff. de A. R. D.* add. Carpz. *P. III. c. 3. 1. D. 10. & l. 1. Reſp. 100. n. 4.* tum ob favorem publicæ utilitatis, quæ privatæ ſemper eſt præferenda, *Nov. 7. cap. 9. §. 1.* Vice verſa ſi univerſitas fundo publico furnum impoſuerit, illius uſus etiam omnibus cenſetur communis eſſe, *l. 6. §. 1. ff. de R. D. & §. 6. J. eod.* ibique Schneidewin. *n. 2.* Acceſſorium enim ſequitur principale, *l. 19. §. 13. ff. de Aur. & Arg. legat. l. 23. §. 3. ff. de R. V. & cap. 42. de R. J. in 6.* & inædificatum cedit ſolo. *§. 29. J. de R. D.* Dn. Stryck. *d. diſſert. c. 2.*

28 Modi autem, quibus libertas illa naturalis ædificandi furnum reſtringitur, præcipui ſunt I.) Statutum. Statuta enim, quibus certus modus ædificandi præſcriptus eſt, ad unguem ſervanda ſunt. Gail. *d. L. 2. obſ. 69. n. 16.* Dicit autem Jacobin. de S. Georgio *alleg. ſupr. loc. n. 3.* Statuta hujusmodi ſaltem valere, ſi quæſtus ex furno redeant in utilitatem publicam, non vero ſi in burſam Domini privatam. Sed neutro caſu ſtatutum hujusmodi valere contendit Boërius *Deciſ. 125. n. 6.* quoniam alias ſemper ſubditi ad furnum Domini tenerentur ire. Et licet per ejusmodi ſtatuta nec magnum lucrum accedat Domino, nec in ſubditos multum incommodi derivetur; vereor tamen, ne Praxis locorum paſſim reclamet. Debent vero hujusmodi ſtatuta a Magiſtratu profecta eſſe, quippe qui facultatem ſtatuta ſecundum jus commune & præter illud, qualia hæc ſunt, & laudantur Vratislaviæ & Lipſiæ extare a Klock. *de Ærario l. 2. c. 14. num. 4.* condendi habet. Brunnem. *ad l. 9. ff. de Juſt. & Jur. n. 1. ſq.* Ne itaque præter ordinem piſtorium furnos quis domi habeat, Collegium iſtud prohibere nequit; licet enim hoc quoque collegium ſtatuta de rebus artis ſuæ condendi poteſtatem habeat, *arg. l. fin. C. de Juriſdict. & l. 2. §. C. de Conſtit. pecun.* Brunnem. *fin. ad Weſenb. Tit. de LL. qu. 8.* tamen non alios niſi collegiatos ea ligant, nec monopolium ea poſſunt introducere, Brunnem. *d. q. 8.* quod tali caſu tamen fieret, ſi ſoli piſtores
29 jus furnorum ad ſe traherent. II.) Conſuetudo. Tholoſan. *Synt. Jur. univ. l. 18. c. 22. n. 8.* Poſſunt enim Domini ſubditis ex conſuetudine jus furni bannarii imponere, ut ad alium furnum non eant, quam Domini. Tholoſ. *d. n. 8.* Et hujusmodi conſuetudines in Regno Neapolitano vigere, teſtis eſt Borell. *d. ſæpius l. 4. c. 7. ſeq.* licet eam irrationabilem dicat eſſe *ex cap. 69. X. de Appellat.* Joh. Franc. Balbus *de Præſcript. P. IV. p. 5. pr. qu. 5. n. 3.*

III.) Prohibitio, ſi in ea acquieverint 30
prohibiti, Borell. *d. l. n. 11.* Boër. *d. l. n. 5.* Petr. Jacobin. *Pract. Aur. Libell. de Furno n. 6. & n. 13.* Roſenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 25. n. 3.* Poſt prohibitionem enim & poſſeſſionem amittitur quaſi-poſſeſſio libertatis, & acquiritur quaſi-poſſeſſio Servitutis, Jacob. *d. l. n. 11.* Et ita intelligendum, quod in antecedentibus de ſtatuto & conſuetudine dictum eſt. Sic enim Statuto demum hanc facultatem reſtringi poſſe, ſi ejus prohibitioni acquieverint prohibiti, teſtis eſt Boër. *d. l. n. 6 circa fin.* Pari ratione ac conſuetudo non inducitur tacito conſenſu ejus, ad cujus furnum univerſitas per longum tempus ire ſolita eſt, licet eadem conſuetudinem poſſit introducere, ut iſte teneatur pari accepto aliquo furnagio in ipſius furno panes decoquere; univerſitas enim, non perſona ſingularis inducit tacito conſenſu conſuetudinem, Jacob. *d. l. n. 12.* Quamvis vero hic conſenſus poſt prohibitionem non amplius liber, ſed coactus ſit, talem tamen ſufficere ad conſuetudinem inducendam ſtatuit Boër. *d. n. 6.* Sufficit autem majorem partem eſſe prohibitam, modo omnes ceſſaverint. Jacobin. *d. l. n. 8. & n. 13.* Borell. *d. l. n. 13.* Et tutius facit Dominus, ſi judiciali autoritate prohibeat, ut ita a violentiæ ſuſpicione immunis ſit. Borell. *d. l. n. 14.*

IV.) Pactum, quo placuit, ut Dominus 31
alicujus loci unum ſaltem furnum habeat, & pro ejus uſu certum cenſum exigere queat. Tholoſan. *Syntagm. Jur. Univ. d. l. 18. c. 22. num. 8.*

V.) Ad Jus Saxonicum potiſſimum per- 32
tinet, *daß ein Becker, der ein Haus kaufft, keinen Back-Ofen dahin ſetzen darff, wo zuvor keiner geſtanden.* Gloſſa ad Weichbild *Art. 123. n. 2.* quod ipſum extra Saxoniam extendi debere non reor. Vid. Carpzov. *P. II. c. 14. Dec. 53. n. 4. & ſeq.* Statuta enim recepta eſſe non præſumuntur, niſi recepta probentur: maxime cum a jure communi hoc ſtatutum abeat, ex quo tamen ſemper ſtatuta interpretanda, Gail. *L. 2. Obſ. 52. n. 8.* modo exſtructio furni ita fiat, ne incendii periculum inde immineat vicinis. Quod ſi enim ex opere ruinoſo vicinus jus ad cautionem de damno infecto exigendam conſequitur

t. t. ff. damn. inf. quis idem juris non esse diceret in furno periculoso? Quod optime deduxit Dn. Stryck. *in d. dissert. de Jur. Furn. c. 2.*

33 Quamvis autem jus furni naturalis sit facultatis, attamen illa facultas ita, uti supra dictum, restricta est, ut non possit in multis locis competere, nisi expresse acquisita doceatur.

34 Inter modos vero acquirendi jus Furni primo loco sese offert investitura, quod tamen ita intelligendum est, si illud jus per prohibitionem aut consuetudinem facultatis naturalis esse desierit, & uni competere cœperit, qui aliis deinde per investituram idem conferre queat. Qui igitur potestatem habet prohibendi alios, ne in suo furnum ædificent, ille de jure furnorum investire potest, & hanc potestatem Domino in subditos certis ex causis competere dubium non habet. Quare & nonnulli jus Furnorum ad Regalia referunt. Cravett. *Consf. 861. n. 1.* Omne igitur jus, quod Dominus circa furnum habuit, in vasallum transit. *l. 149. ff. d. R. J.* Unde si potuit antecessor cogere, ut in suo furno panes coquant subditi, hic quoque potest cogere. Similiter si a prædecessore facultas utendi furno certis personis per conventionem constituta sit, illi quoque teneri stare successorem, cum prædecessoris factum præstare teneatur. *l. 14. C. d. R. V.*

35 Sed quid juris, quando literis investiturarum inserta est clausula, cum furnis, fundus vero iisdem carere deprehenditur, quæritur: An ea verba potestatem faciant de novo furnos exstruendi? Negant hoc Cæsar Ursillus *Addition. ad Afflict. Decision. 388. n. 4. & decis. 334. n. 6.* Camill. Borell. *de Magistrat. Edict. Lib. 4. c. 7. n 51.* Joh. Petr. Surdus *Consil. 127. n. 42.* Dispositio enim non extenditur ad futura, sed præsentia saltim includit, *l. 69. & l. 77. ff. de Contrah. emt.* Surd. *d. n. 42. seqq.* Itaque Ursillus *dd. ll.* eam clausulam intelligit ita: Si qui sunt, h. e. si recte assequor, ut non solum uti furnis possit, sed collapsos restaurare & reficere: imo si prius forte specialis concessio furnum habendi facta fuerit, cujus omissa exstructio, ut hæc investitura ad priorem concessionem trahatur, & ipsam declaret. Rosenthal. *de Feud. c. 6. Concl. 69. n. 12.* Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 1. aph. 11. n. 3.* Sequitur autem, ita posse fieri, ut clausula hæc in Investitura sit superflua, contra *l. 1. pr. ff. quod met caus.* si investiens furnos nullos habuerit; sed respond. admitti potius verba superflua esse, quam ut inde contra voluntatem Investientis quicquam inferatur. *l. 7. ff. de vulg. & pupill. Subst.* Hartm. Pistor. *L. 3. qu. 3. n. 57.* Multo minus autem clausula illa potestatem tribuit obligandi subditos, ut ad furnum Domini panes cocturi veniant. Cæsar Ursill. *ad d. Decis. 388. n. 4.* Etsi enim omnis concessio respectu dantis latissime interpretanda sit, *l. 3. ff. de Constit Princip.* tamen facta censetur salvo jure tertii. *L. prætor ait. §. 10. & §. 16. ff. Ne quid in loc. publ. c. 15. X. de Offic. & potest. Judic. deleg.* Gail. *L. 2. Obs. 142. n. 10.* Zasius *P. 6. n. 25. sq.* Rosenthal. *c. 6. Concl. 68. n. 2.* Quo respectu stricte quoque interpretandum. *c. 7. X. de privileg.* Accedit, quod hoc jus a furno separari possit, Surdus *d. Consil. 127. n. 36. seq.* ut hinc a separatis non valeat illatio. *l. 10. c. de donat. inter vir. & ux.* Dn. Stryck. *d. l c. 3. n. 23.*

Circa investituram etiam quæritur: Si feudum cum pertinentiis concessum sit, an furni quoque comprehendantur? Pertinentiarum autem, uti supra in *Cap. I. Lib. III.* indigitatum, duas species faciunt; alias proximas, sine quibus res principalis consistere nequit, ut in fortalitio sunt instrumenta bellica; alias remotas, sine quibus res principalis potest consistere, ut sunt molendina, furni, pascua, nemora &c. Vid. Menoch. *l. 3. Præsumt. 99. num. 8.* Andr. Knichen. *de vestit. Paction. P. II. c. 4. n. 7. sq.* Ex quibus illæ facilius præsumuntur concessæ, quam hæ. Menoch. *d. l.* In hac quæstione videndum existimaverim: (1) An concedens furnos habuerit. Knichen. *d. l. n. 39. seq.* (2) An expresserit, v. g. cum omnibus pertinentiis, furnis &c. quibus casibus furnos quoque investiens concessisse intelligendus est. Surdus *d. Consil. 127. n. 70. seq.* Verba enim non abundare, sed aliquid operari debent, ne videantur superflua. *l. 1. pr. ff. quod met. caus. l. 1. in fin. ff. ad Municipal.* Surdus *d. l. n. 6.* Accedit, quod nemo præsumatur actum elusorium facere voluisse. Cravetta. *Cons. 23. n. 3.* Ad alios tamen furnos, quam concedens habuit, hæc concessio trahi nequit, tum quod Investitura recipiat interpretationem ex usu & possessione; Gail. *L. 2. Obs. 148. n. 3.* Brunnem. *Cons. 131. n. 18.* tum quod in alium non possit plus juris transferre, quam ipse 36

ipse habuit. *c. 79. de R. J. in 6.* Itaque ad subditorum furnos ea extendenda non est. Surdus *d. l.* Et ut generaliter dixerim, hoc casu concessisse intelligendus est illud, quod ipsi tanquam Domino istius fundi competiit. Ut rem in pauca conferamus, respiciendum hic ad voluntatem investientis, *§. 6. J. de J. N. G. & C.* & preces impetrantis esse, existimaverim. Concessio enim ita interpretanda, ut cum forma petitionis coincidat. *c. 6. §. Cæterum. X. de Fid. Instr.* Ex quibus judicandum quoque, an solius furni exstructionem, an etiam jus cogendi alios, ut ad furnum suum veniant, quis consecutus fuerit. Investituræ enim tenor tali casu stricte est observandus, *2. Feud. 18.* &, si verba sint aperta, nullus conjecturis concedendus locus est. Zasius *P. 8. n. 49.* Dn. Stryck. *d. l. n. 28. seq.*

37 Alter adquirendi modus est privilegium. Surdus *d. Conf. 127. n. 1.* Boër. *Decis. 125. n. 4.* Quatenus enim jus nostrum Regale est, absque concessione & præscriptione acquiri non potest. Rosenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 10. n. 1.* Cum vero diversa sint furnus & jus habendi furnum bannarium, *einen Zwang-Ofen*, posterius per privilegium non censetur concessum esse, nisi de eo facta fuerit mentio. Surdus *d. l. n. 31. seqq.* Non enim per quæcunque verba generalia intelliguntur concessa esse Regalia, vid. Zasius *p. 5. n. 11.* Jacob. de S. Georg. *verb. cum mero mixto Imper. n. 16.* Rosenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 14. Gloss. lit. A.* sed speciali concessione opus habent. Carpz. *P. 3. c. 53. d. 1. n. 13.* adeoque specifice sunt exprimenda. Carpz. *P. 3. Decis. 287. n. 18.* Alias in præjudicium dantis illud verteretur, quod jura non admittunt, ne ipsi privilegium sit onerosum. *l. 7. ff. ut legat. caus. caveat. c. 7. & 10. X. de privileg.* Et in injuriam subditorum non præsumitur concessum esse beneficium, cum hoc Principi non conveniat; quare ea, uti sine cujusque tertii, ita sine præjudicio subditorum concessa esse sunt intelligenda. Brunnem. *ad L. Nec Avus. 4. C. de Emancipat. n. 6. seq.* Quod si tali casu tamen patiatur Princeps uti aliquem hoc jure nullum est dubium, quin per patientiam ipsi hoc jus confirmetur. Patientia enim & scientia Principis optimi sunt Privilegiorum interpretes. Decian. *vol. 3. Conf. 124. n. 16.* Stryck. *d. l. c. 3. n 33. seq.*

38 Tertio adquiritur jus Furni Præscriptione. Albert. Brunus *Conf. 56. n. 1.* Petr. Jacob. *Pract. Aur. Libell. de Furn. n. 6.* Camill. Borell. *d. loc. n. 12.* Rosenthal. *c. 5. Concl. 25. n. 3.* Et quamvis in præcedentibus hoc jus inter res meræ facultatis relatum sit, quales præscribi nequeunt, *l. 2. ff. de via publ.* Joh. Francisc. Balbus *de præscriptionib. P. 4. P. 5. princ. qu. 1. n. 1.* verum indigitatum quoque, post prohibitionem illud tale esse desinere, cui si acquieverint prohibiti, & ab eo tempore legitimum spatium elapsum sit, præscriptum omnino illi juri dicetur, Cravetta *Conf. 111. n. 22.* Albert. Brunus & Dd. paulo ante allegati. Add. Balbus *d. Tr. P. 4. P. 5. princ. qu. 5. n 23.* Cæpoll. *de S. U. P. c. 50. qu. 2.* Afflict. *decis. 388. n. 2.* Prohibitio enim est factum tale præscribere volentis, quale in acquisitione servitutis necessarium est. Schneidew. *ad §. fin. J. de S. U. & R. P. n 8.*

Circa tempus, quantum ejus ad præscriptionem hanc requiratur, inter Dd. non convenit. Longum tempus Petr. Jacob. *d. l. n. 7.* Boër. *d. l. n. 5.* & Balb. *d. n. 3.* Longissimum quoque XXX. vel. XL. annorum, Camill. Borell. *d. l. n. 18.* Alii immemoriale requirunt, uti videre est apud Petr. Jacob. *d. l. n. 10.* & Borell. *n. 20.* Distinguendum itaque erit: An præscribatur contra Superiorem, an contra privatos: Priori casu, quoniam in modum Regalis præscribitur, immemoriale tempus requiritur, quoniam alio tempore Regalia non præscribuntur, *C. super quibusdam. §. præterea. X. de V. S.* Rosenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 16. n. 3.* Mynsing. *Cent. 5. obs. 29. n. 10. sequ.* Carpz. *P. 2. C. 111. d. 24.* Posteriori vero casu in modum servitutis acquiritur, Balb. *d. n. 3.* Boër. *d. n. 5.* Qua ratione quoniam est servitus continua, Petr. Jacob. *d. l. n. 7.* præscribitur inter præsentes decem, inter absentes viginti annis, exemplo rerum immobilium *l. 2. c. de Servit. & Aqu. l. fin. c. de præscript. long. temp. l. 10. pr. ff. Si servit. vind.* Balbus *d. Tr. P. 2. P. 4. princ. qu. 1. n. 2.* Cæpolla *de S. U. P. c. 19. n. 4.* nisi deficiat titulus, quo casu XXX. vel XL. anni ad præscriptionem sunt necessarii. Schneidew. *ad Tit. de S. V. & R. P. §. fin. n. 18.* Jure Saxonico autem sufficit tempus XXX. annorum, anni & diei. Vid. Carpz. *P. 2. c. 3. d. 3.* Posset autem hæc servitus videri discontinua, quoniam ad ejus usum semper requiritur factum hominis successivum, vid. Wesenb. *ff. Tit. de Servit. n. 4.* Schneidew. *d. l. n 17.* & sic ad præscriptionem ejus requiri tempus imme-

immemoriale, uti obſervatur in Camera. V. Gail. *L. 2. obſ. 66. n. 7.* Mynſing. *Cent. 4. obſ. 53.* Verum præterquam quod diſtinctio ſervitutum in continuas & diſcontinuas ſaltim realibus, quæ rei a re debentur, competat, Cæpoll. *d. c. 19. qu. 3.* etiam a recentioribus prorſus exploditur. V. Franzk. *Comm. Tit. de Servit. n. 54.*

40 Quoniam etiam præſumtio eſt contra præſcribentem, titulus etiam requiritur, Afflict. *deciſ. 388. n. 6.* Ejus autem locum hic prohibitio accedente prohibitorum ſcientia & patientia ſubit. Afflict. *d. n. 6. & 9.* Brunnem. *Conſil. 131. num. 172.* Quam neque violentam eſſe (Afflict. *d. n. 9.*) & probari oportet; cum ſit fundamentum Juris prohibentis, Borell. *d. l. n. 17.* quippe quæ legitimam præſcriptionem cauſare nequit. Borell. *d. l. n. 16.* licet ex lapſu 30. vel 40. annorum alias præſumatur, nec ſit demonſtrandus titulus. Brunnem. *d. Conſ. 131. n. 269.* Unde abſque titulo ſolum temporis curſum hoc caſu ſufficere exiſtimant, Joh. Pap. Arreſt. *L. 13. Tit. 8. n. 3. & per l. 10. pr. ff. Si Servit. vindic.* Petr. Gregor. Tholoſ. *Syntagm. Jur. univ. L. 18. c. 22. n. 8.* Cum vero illa prohibitio violenta eſſe nequeat, ex eo colligitur, bonam fidem quoque in hac præſcriptione requiri juxta *l. un. C. de Uſucap. transform. & pr. J. de uſucap.* vid. Afflict. *d. l. n. 9.* Quæ licet in præſcriptione 30. annorum non requiratur, *l. 3. c. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Jure Canonico tamen hoc ſecus ſe habet, per *C. f. X. de præſcript.* Cui omnino ſtandum, Mynſing. *Cent. 4. obſ. 6.* Gail. *L. 2. obſ. 18. n. 10.* Carpz. *p. 2. c. 3. d. 7.* Schneidw. *d. pr. Inſtit. de Uſucap. n. 19. ſeq.* Vice verſa quoque univerſitas præſcriptione ſibi jus poteſt acquirere, ut Dominus accepto furnagio, ſive velit ſive nolit, pati teneatur eam in ſuo furno panes coquere, *arg. l. 13. §. 1. ff. commun. prædior.* Petr. Jacob. *cit. ſup. loc. n. 12.* Poſtquam vero ex adductis patet, hoc jus non acquiri, etiamſi per tempus immemoriale ad alterius furnum quis iverit, conſequens eſt, piſtores noſtros neminem poſſe cogere, ut ad ſuum furnum in poſterum veniat, qui hactenus per diuturnum tempus eundem frequentavit: ſed ſi velint illi præſcribere, itidem prohibitione opus eſſe, ut nec ad alium furnum eant, nec in ſuo furnum aliquem exſtruant. Et ita accedente prohibitorum patientia procedet præſcriptio. Balbus *P. 4. p. 5. princ. qu. 5. n. 3.*

Conventione denique jus furni acquiri 41 poſſe dubium non eſt, de quo vid. *ſæpius allegatam diſſertat.* Dn. Stryck. *d. c. 3. num. 54.*

Sed quid dicendum, ſi quis cum pi- 42 ſtore talem conventionem iniverit, ut pro certo pretio in poſterum pro ſe & familia ſua panes ſemper coquat; quæritur, an aucta vel deminuta familia, etiam creſcere vel decreſcere debeat pretium? Quatuor caſus hic diſtinguit Cæpolla *de S. U. P. c. 51. n. 71.* Aut enim promiſſio a piſtore facta eſt univerſalis; aut particularis; aut Generalis; aut Indefinita. Primo caſu licet aucta ſit familia, pretium tamen non augebitur. Id. *ibid.* (1.) *arg. l. 23. pr. ff. de S. U. P.* (2.) *arg. C. 22. X. de privileg.* (3.) Quoniam aucta familia eſt etiam familia. *arg. l. 40. pr. ff. de pecul.* Eſt enim familia aliquod univerſale, quod augmentum & decrementum recipit. *L. 21. ff. de Legat. I.* (4.) Quoniam ſæpe inſpicitur quod evenire poteſt; æque facile autem diminui poteſt familia, quo caſu velit omnino piſtor ſervari conventionem ac augeri, quod ſi fiat, etiam ut pretium augeatur, petere nequit; quoniam uti primo caſu commodum voluit; ſic quoque naturale eſt, ut hoc caſu ab incerto eventu proveniens incommodum ſuſcipiat, *l. 10. ff. de R. J.* Cæpolla *d. l. n. 5. ſeq.* Secundo caſu, quando promiſſio v. g. mihi & duobus filiis facta eſt, dubium nullum eſt, quin augeri debeat pretium; cum limitata hæc ſit conventio, quæ limitatum producit effectum. *l. 16. ff. de A. R. D. l. 63. ff. de Contrah. Emt. vend.* Cæpolla *d. l. num. 21.* Accedit, quod in omni conventione verba ſint reſtringenda ad ſpecificata, Beſold. *vol. 2. Conſ. 75. n. 36.* & unius incluſio alterius ſit excluſio, *l. 12. pr. ff. de judic. l. 21. c. Mand.* Cardin. Tuſch. *Pract. Concl. Tom. 4. Lit. J. C. Concl. 71.* Tertio caſu promiſſio facta eſt vel ad certum tempus, vel in perpetuum, vel ſimpliciter. Et in nullo horum debet augeri pretium, quod generalis promiſſio generaliter quoque ſit intelligenda, *l. 1. § 1. ff. de Legat. præſt.* nec enim ita extenditur conventio ad incogitata contra *l. 5. & 9. ff. de Tranſaction.* potuerunt enim de eo cogitare, Cæpolla *n. 12.* niſi augmentum ſuperveniat extrinſecus, v. c. adſcitis famulis, de hoc enim non facile cogitaſſe cenſendi ſunt. Idem *num. 22.* Si annua tamen ſit conventio, quoniam ſingulis annis nova eſt conventio,

hoc

hoc verum erit saltem de augmento unius, non cæterorum annorum, *d. n. 22.* Add. Horat. Carpan. *Statut. Mediolanens. c. 394. n. 344.* Quarto casu augendum esse pretium statuit Id. Cæpoll. *d. n. 22.* (1) quod in dubio de futuris non videatur actum, sed de iis, qui reperiuntur tempore contractus, *l. 7. & 40. ff. de Aur. & Arg. Legat.* Glossa. *ad L. 23. ff. de S. V. P. lit. T.* (2) Quod omnis contractus censeatur initus rebus sic stantibus. *l. 137. §. 6. ff. de V. O.* Facit textus *in l. 69. ff. de Contrah. Emt. l. 56. in fin. ff. de condit. & demonstrat. l. f. §. fin. ff. de liberat. legat. c. 16. X. de censib.* & quod infinitas sit evitanda, *l. fin. c. de SS. Eccl.* nec ad incogitata contractus extendi possit, *l. 5. & 9. ff. de Transact.* Cæpolla *n. 10. seq.* Multo minus autem pistoris promissio eousque erit extendenda, ut, si patrefamilias mortuo filii seorsim habitare incipiant, singulis teneatur, quoniam in dubio in infinitum se obligasse censendus non est, *l. 4. §. 2. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. 11. § 18. ff. de legat. III.* Pileus Modicens. *decis. jur. Controv. qu. 48.* ubi dicit, videndum imprimis esse, quid actum sit.

43 Ad illustrationem hujus materiæ facit & lepidum exemplum, quod in Ducatu Pictaviensi olim contigit, referente Johanne de Tempore *in Commentariis ad Consuetudines Turonenses:* Nobilis quidam, plurima possidens nemora, in suo territorio concessit cuidam rustico, habitanti in suo territorio, facultatem & jus cædendi ligna in nemoribus Domini pro necessitate domus & familiæ suæ, & pro calefaciendo furno familiæ suæ, cum obligatione, ut dictus rusticus vel primus de familia teneatur in castello Domini quotannis cantare Cantilenam unam vel alteram, ultima die Aprilis circa crepusculum, ac illuc deferre viridem & florigerum arboris ramusculum, in signum reverentiæ & recognitionis. Evenit tractu temporis, quod ipsius rustici familia supra modum & affluenter fuerit aucta, ita ut nemoribus Domini multum damni illatum fuerit, excidendo in dies tantam copiam lignorum, dum ter quaterve in hebdomade furnum calefaciebat, usque dum villa ista in pagum fere integrum tandem excrescebat. Dominus nemorum hoc perpendens, familiam rustici primi acquirentis a succidendis lignis arcere intendebat. Rusticus cum integra familia sese opposuit cum oblatione, quod juxta tenorem conventionis & cantare & ramusculos offerre annuatim quam prompte velit. Controversia hæc ad Dominum Seneschallum, s. Locum tenentem Regium Pictaviensem delata, & coram eo varie, tam a Nobili, quam rusticis exagitata fuit. Sane Johannes de Tempore, seu Saissonius, quæsitus a Locumtenente dicti loci, quid juris: ab initio ad exemplum Ludovici Romani in suis singularibus mussitavit. Re tamen maturius deliberata, & utriusque partis rationibus perpensis, quas late ibidem congessit, controversiam hanc hac distinctione dirimendam esse censuit: Aut Nobilis percepit commodum a rustico & lucrum aliquod, & tunc oportet eum pati, Rusticum incidere ligna forestica cum sua integra familia, eo quod obligatio fuit simpliciter concepta, sub nomine collectivo; ideo obligatio non debet variari, licet crescat vel decrescat numerus comprehensorum sub nomine collectivo. Idque per egregium Responsum Alfeni *in l. cum proponebatur 76.* ibi: *Partibus commutatis eadem res permanet. ff. d. Judiciis l. grege 21. ff. de Legat. I.* vide de collectivo verbo Anton Bellon. *de Jur. accrescend. c. 5. qu. 35. n. 58. & per tot.* præsertim cum Nobilis perciperet aliquod emolumentum & commodum ex pactis conventis. Aut Nobilis lucri nihil a rustico ejusque familia sentiebat, quo casu ipsi officio Judicis subveniendum, propter nimiam familiæ excrescentiam. Quoniam cantilena non est lucrum, sed recognitionem denotat. Saison. *ad Consuet. Turonens. Tit. 1. Art. 13. fol. m. 17.* Aliter distinguit Hering *de Molend. qu. 20. n. 19.*

Circa Locationem Furni adjici adhuc 44 meretur, si Dominus subdito furnum privatum permittat hac lege, ne usum ejus concedat alteri, subditus quidem domum retinens extraneo ejus usum nequit concedere, cum domo tamen eundem locare non prohibetur, cum multa transeant cum universitate, quæ singula alienari nequeunt. *l. 24. ff. de Contrah. Emt. l. 62. ff. de A. R. D.* Nec subdito bonis interdici debeat prætextu servitutis bannariæ odiosæ. Hering. *de Molend. qu 31. n. 6.*

Ad Effectus juris Furnorum pertinet 45 reciproca obligatio, qua Dominus tenetur ad furni usum præstandum, adeo ut, si paratum furnum non habeat, homines non possit prohibere, ne eant ad alios. Bertran. *Consil. 39. n. 4. 6.* Similiter ut in Molendinis observatur, ut Dominus grano-

granorum eadem poſſit repetere, niſi Dominus molendini intra 24. horas eadem jubeat contundi, Tholoſan. *Synt. Jur. Univ. L. 18. c. 22. n. 8.* Camill. Borell. *de Magiſtr. Edict. L. 4. c. 7. n. 50.* Joh. Papon. *Arreſt. l. 13. Tit. 8. Arreſt. 1.* Ex quo ſequitur, Dominum furni quoque teneri ad ea, ſine quibus uſus furni inanis erat futurus. *arg. l. 2. ff. de Juriſdict.* ibique Gloſſa *verb. non potuit.* Cum enim commoda ex furno percipiat, ſecundum naturam eſt, ut incommoda quoque circa eundem ſentiat. *l. 10. ff. de R. J.*

46 Tenetur igitur I.) ad Ligna, *zu nöthi-*
47 *gem Brenn- oder Feuer-Holtz.* Ubi hoc dubium eſt, ſi de jure furni quis inveſtitus ſit, an in conſequentiam ejus quoque jus lignandi veniat? Et licet pro affirmativa militet, quod conceſſo uno concedantur omnia ad unum illud neceſſaria; Marſil. *ſingular. 75.* quod omnis Conceſſio in præjudicium concedentis interpretanda ſit latiſſime. *l. 3. ff. de Conſt. Princip.* Baro Enenkel. *de Privil. L. 2. c. 4. n. 4. ſq.* Vid. Brunnem. *Conſ. 6. n. 42. ſq.* Negativam tamen veriorem eſſe exiſtimamus (1) quoniam jus lignandi inter pertinentias remotas refertur, quæ non ſemper veniunt, licet inveſtitura expreſſe cum pertinentiis ſit facta. Andr. Knichen. *de Veſtit. pact. l. 7. n. 7. & 39.* Quanto minus igitur, ſi de eo mentio non fuerit facta. (2) Quoniam inveſtitura ſtricte eſt interpretanda, & verba in ea, prout jacent, intelligenda, *arg. 2. F. 18.* Roſenth. *de Feud. c. 6. concl. 28. n. 1. ſq.* (3) Accedit, quod multis in locis hodie jus lignandi ad Regalia pertineat. Vid. Seckendorff *im Teutſchen Fürſten-Staat P. 3. Regal. 6. n. 1.* quæ per quæcunque verba generalia non conceſſa eſſe intelliguntur. Zaſius *P. 5. n. 11.* Roſenthal. *c. 5. Concl. 14. Gloſſ. Lit. A.* Ad Contraria reſpondeo 1) quod inter jus furni & lignandi non ſit neceſſaria aliqua connexio, quia unum ſine alio eſſe & concedi poteſt; alias enim in eo loco conceſſio juris furni eſſet inutilis, ubi ſylvæ in concedentis poteſtate non ſunt, ut taceam, plus eſſe in jure lignandi, quam in jure Furni, quo caſu ante dicta regula locum non habet. Hartm. Piſtor. *1 qu. 15. n. 58.* 2) *d. l. 3.* intelligendam ſaltim eſſe de privilegiis, adeoque ad inveſtituram extendi non poſſe. Interim cum inveſtitura interpretationem recipiat ex obſervantia & uſu, Gail. *l. 2. Obſ. 148. n. 3.* videndum eſt, quale jus Anteceſſori competierit, idem enim in ſucceſſore cenſetur eſſe repetitum: Nec repugnat etiam inveſtituræ, eam pro Vaſallo contra Dominum explicari. Roſenthal. *d. c. 6. Concl. 28. n. 2. ſequ.* add. Dn. Brunnem. *Conſ. 103. n. 15.* Si neceſſitas & uſus ejus id exigant.

II.) Ad operas, quibus furnus ad co- 48
quendum habilis paratur. Has per ſubditos præſtare ſolent, ad quas tamen illi non tenentur, niſi eaſdem vel promiſerint, vel ſint quoque ad indeterminatas operas obſtricti. Operæ enim utplurimum originem ſuam ex pactis habent; igitur quantum in iis promiſſum ſit, primo inſpici oportet. Carpz. *lib. 1. Reſp. 56. n. 11.* Indeterminatæ vero licet toties præſtandæ ſint, quoties a Domino exiguntur. Gail. *L. 2. obſ. 62. n. 12.* Hic tamen non omne arbitrio Domini, ſed potius uſui & obſervantiæ relinquendum eſt. Carpzov. *d. l. Reſp. 54. n. 13.* Hinc ſi de conſuetudine antea nunquam tales operas præſtiterint, nec in poſterum ad eas cogi poſſe, certum eſt. Vid. Carpz. *d. Reſp. 54. n. 26. ſeq.* Quod ſi tamen aliis pro certa mercede operas tales locent, honeſtum eſt, ut pro eodem pretio potius Domino, quam alii inſerviant, certis tamen requiſitis obſervatis, quæ recenſet Carpz. *P. 2. C. 51. D. 9. n. 8. ſequ.* add. Id. *d. l. 1. Reſp. 57.*

III.) Ad Refectionem Furni, *daß er den* 49
Ofen im ſteten Bau erhalte. Refectio enim eſt dependens Dominii, Hering. *de Molend qu. 48. n. 1.* & hinc ad eum pertinet, qui Dominus furni eſt, adeo, ut eo nomine nec collectas poſſit imponere ſubditis, cum caſus noceat Domino, non alii, *l. 6. c. de pign. Act. l. 23. in fin. ff. de R. J.* & is pro uſu furni certam mercedem accipiat, ut in uno gravati non poſſint gravari in alio, *l. 30. ff. de jurejur. d. 6. ff. de jure dot.* iterum vero hic quæritur, an ad eam ſubditorum operæ poſſint exigi? Et hic quidem ante omnia rurſus pacta & conſuetudo inſpicienda ſunt, quæ apertiſſimam Autoritatem in rebus dubiis decidendis præſtant. Carpz. *d. Reſp. 54. n. 9.* His deficientibus Ruſtici ad harum operarum præſtationes cogi nequeant, adeo ut, licet teneantur ad operas in ædificando neceſſarias (*Bau-Fuhren &c.*) non tamen obſtricti ſint ad eas, ſi furnus reædificetur, vel novus etiam extruatur: illæ operæ enim ad ſolam habitationem reſtringuntur, nec ad alias extendi poſſunt, cum ſint odioſæ. *C. odia de R. J. in 6.* Carpz. *P. 2. c. 52. D. 3.* Quod ſi furnus tamen non ſeparato loco

sed intra domum ædificetur, iidem operas in extructione furni præstabunt, qui habitationi exigendæ inserviunt, cum accessorium sequatur principale. *l. 19. §. 13. ff. de Aur. & Arg. Legat. l. 23. §. 3. ff. de R. V. C. 42. de R. J. in 6.* Ex dictis patet, quid de lignis advehendis & cineribus avehendis tenendum sit.

50 IV.) Dominus quoque instrumenta præstat, quibus tum furnus ad usum paratur, tum quoque purgatur ab immunditie, quæ in vulgus notiora sunt, quam ut hic referri mereantur.

51 Vicissim subditi ad furnum Domini, cui tale jus quæsitum est, venire quoque tenentur, nec eum possunt eludere; adeo ut inobedientes carcere, pignorationibus & aliis pœnis, Vid. Gail. *de Arrest. c. 10. n. 2.* Carpz. *P. 2. c. 51. def. 16.* compelli possint.

52 Pariter quoque tenentur ad mercedem pro usu furni, quæ Furnagium appellatur apud Petr. Jacob. *Pract. p m. 91. n. 13.* ubi interest, an merces promissa fuerit, an non. Illo casu actio etiam ex nudo pacto, competit, quam condictionem ex Canone vocant. Vid. Wesenb. *Tr. Tit. de Pact. n. 9. verf. Atqui sciendum est.* ibique Hahn. verb. *jure Pontificio.* Posteriore vero, cum nulla adsit obligatio, quæ est mater Actionis *l. 42. §. 2. ff. de procurat.* Vultej. *comm. ad Inst. Tit. de R. D. n. 1.* deficit quoque Actio. Ex æquitate tamen, quoniam furno Domini subditi utuntur, qui eum suis sumtibus habilem ad coquendum præstare tenentur, dabitur condictio ex *L. si & me & Titium. ff. de Reb. credit.* quæ toties locum habet, quoties alter commodum ex re mea sentit, licet mecum non contraxerit. Hærsold. *P. 3. act. 3.*

53 Quod si vero iniquiori mercede eos gravaverit Dominus, ejus sævitiei inhibitione pœnali occurritur. Vid. Carpz. *l. 1. Resp. 53. n. 10. seq.* Imo jure hoc plane privari potest.

54 Illud hoc loco adhuc adnotandum est, si universitas aliqua furnum habeat, a singulis aliquod furnagium posse exigi, adeo, ut qui præsunt isti universitati, nec ab eo sint immunes. Vid. Hering. *de Molendin. qu. 7. n. 24.* Merces autem ista potest vel in certa parte panis consistere. Vid. Surdus *Consil. 127. n. 260.* Vel etiam in pecunia certa, quemadmodum pro usu molendini quoque vel pecunia vel macina certa præstatur. Hering. *d. Tr. qu. 33. n. 18.* Et competit pro ea quoque jus retentionis. Vid. Gail. *L. 2. Obs. 12. n. 5.* Carpz. *P. 2. c. 13. n. 1.* Stryck. *d. l. c. 5. n. 2. sequ.*

Ad Effectus, qui furnum ipsum concernunt, spectat (2) quod eundem exercens fumum libere possit emittere, adeo ut, licet in alienas ædes adscendat, non tamen prohiberi is possit. In terminis vid. Cæpolla *de S. U. P. C. 53. n. 1. in fin.* & Tholosan. *Synt. Jur. Univ. Lib. 4. c. 13. n. 6.* Sed contra prohibentem dabitur interdictum utile uti possidetis. *l. 8. §. 5. verf. sed & interdict. ff. si servit. vindic. l. 14. ff. de injur.* Tholosan. *d. l. n. 5.* Nec dubium de eo est, si servitus sit constituta, *d. l. 8. §. 5. ff. Si Servit. Vindic.* absque ea tamen quin jure suo fumum quis possit immittere, dubitare non sinit *d. l. 8. §. 6.* Igne enim hic opifex ad exercendum suum opificium opus habet, qui vix unquam sine fumo est, fumi vero natura sursum tendere. Tholosan. *d. l. n. 4.* Accedit, quod in suo quisque facere possit, quod velit, *l. 24. §. 12. ff. de damn. inf. l. 1. §. 11. ff. de Aqu. & Aqu. pluv.* Modo tamen 1) non fecerit animo injuriandi, sic enim actione injuriarum teneretur, *l. pen. ff. de injur. Gloss. ad d. l. 8. §. 5. Si servit. vind.* Cæpoll. *d. l.* qui tamen non præsumitur, sed probandus est, *arg. d. l. 24. §. 12. ff. de damn. infect.* 2) Fecerit ignem solitum; ignem insolitum enim, v. g. res fœtidas comburendo parans, prohiberi utique potest, de quo intelligenda *d. l. 8. §. 5. ff. Si servit. vind.* Tholosan. *d. l. n. 6.* Cæpolla *d. l.* add. Stryck. *Tract. de jure Sens. Diss. 5. c. 3. n. 8. seq.* 55

(3) Furnarius quoque tenetur ad damnum a furno datum, ubi distinguitur, an damnum revera datum fuerit, an vero saltim immineat. *l. 27. §. 10. ff. ad L. Aquil.* Priori casu adversus furnarium datur Actio ex L. Aquilia, ut præstet damna & interesse *d. l. 27. §. 10. l. 24. §. 7. ff. de damn. infect.* Cæpoll. *de S. U. P. c. 50. n. 1.* Tholosan. *Syntagm. Jur. univers. l. 4. c. 7. n. 15.* Imo præterea si culpa lata vel levis causam incendio præbuerit, pro ratione quoque damni pœna corporali vel pecuniaria potest affici, uti de eo testatur Schneidew. *ad Inst. Tit. de Lege Aquil. §. 13. n. 5. verf. secundo casu.* Berlich. *P. 4. Concl. 25. n. 1. sequ.* Carpz. *Pr. Crim. qu. 39. n. 27. sequ.* & P. Christinæus *de Consuet. Mechlinens. Art. 6. n. 2.* dicit, furnarios admonitos criminaliter puniri posse, non tamen in corpore, sed in mulcta certa, & quidem si adfuerit culpa levis 56

levis in committendo. Quæ tamen omnia apud nos æque non observantur. Vid. Schneidew. *d. l.* Berlich. *n. 23.* Notandum vero, pœnam corporalem ultra fustigationem a Judice non debere extendi, quamvis & huic demum locus sit, si incendium ex culpa latissima & magnum quidem exortum fuerit. Carpz. *P. 4. c. 17. D. 17. n. 7. seq.* Mynsing. *Cent. 6. Obs. 88. n. 9.* Nec ab hac pœna videtur recedere Jus Saxon. Glossa enim ad Weichbild *Art. 122.* dicit: *Und das soll man bey Leib und Guth stets halten.* Postquam scil. Jus Saxon. Weichbild *d. l.* statuisset, *daß ein ieglich Mann solle beschirmen seinen Ofen und Feuer-Mauer, daß die Funcken nicht fahren in eines andern Mannes Hof.* Perinde vero est, sive incendium contingat culpa furnarii, sive ejus, per quem furnum exercet; Utroque enim casu tenetur Dominus. Licet enim ex alterius delicto nemo obligetur, §. *3. Inst. de Inutilib. Stipulat. l. non debet. ff. de R. J. c. 22. eod. in 6.* maxime hodie, ubi famuli nostri sunt liberi homines, qui ex suo delicto ipsi possunt conveniri: attamen quoniam hi peccant circa officium sibi commissum, ex eorum delicto quoque obligatur Dominus. Gail. *l. 2. obs. 71. n. 6. & de Pignor. obs. 5. n. 4.* Carpz. *P. 4. c. 17. D. 13. num. 3. seq.* ubi pro hac materia elegans subjicit præjudicium. Non solum, quoniam non habeat, *l. 1. §. 4. ff. de his qui effud.* ob quam rationem etiam furnarius non tantum eatenus, quatenus famulorum merces se extendit, sed in solidum tenetur. Carpz. *d. l. n. 6. seq.* Dominus vero plane non tenetur, quando a famulo recte ignis subjectus, tectus, extinctus, vel sopitus ab alio rursus resuscitatus damnum dederit. Carpzov. *d. l. Def. 14. n. 2.* Posteriori vero casu, quando damnum metuitur vel vitio furni, vel furnarii omittentis diligenter tractare ignem, petitur cautio de damno infecto, *d. l. 27. §. 10. ff. ad L. Aquil. & l. 24. §. 7. ff. de Damno inf.* quoniam hoc vitium cadit in actionem L. Aquiliæ in factum utilem, quæ istam cautionem non excludit. Cæpoll. *supr. c. l. n. 1.* Petitur autem ista cautio implorato judicis officio, non actione aliqua personali. Hahn. *ad Wesenb. tit. de Damn. inf. n. 2.* verb. *Suo quid nomine. in fin.* Idem si metuatur damnum vitio furni & furnarii simul. Cæpoll. *d. l. vers. Tertio casu.* Quod si vero ex facto furnarii forte ignem immodicum subjicientis damnum metuatur, cautio non erit necessaria, quoniam hoc casu actio ex capite tertio legis Aquiliæ competit, quæ hanc cautionem excludit. Cæpolla *d. l. vers. si ex facto.* Verum cum Cæpolla hoc loco non facimus, cum ea intelligenda sit de eo casu, si damnum jam datum fuerit; itaque non trahenda ad illum; quo adhuc idem metuitur.

Quod si aliquis cum domo furnum conduxerit, tenetur actione locati ad damnum incendio datum resarciendum, *d. l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* Licet enim incendium inter casus fortuitos numeretur, *l. 5. §. 4. ff. Commod. l. 23. ff. de R. J.* Gail. *L. 2. obs. 21. n. 3. & obs. 23. n. 4.* Carpz. *L. 6. Resp. 107. n. 13.* quos nemo tenetur præstare, *l. 6. c. de pignorat. Act. d. l. 23. ff. de R. J.* ortum tamen hic ignis habet in inhabitatione furnarii, quo casu ejus culpa præsumitur incendium esse factum. *l. 3. §. 1. ff. de Offic. Præfect. vigil.* Ergo hoc casu quoque conductor tenebitur. Gail. *d. Obs. 21. n. 2. seq.* Berlich. *P. 4. c. 25. n. 27.* non solum locatori ex Actione locati, & vicinis ex L. Aquilia ad damnum, sed etiam ad pœnam corporalem. Mynsing. *Cent. 6. Obs. 55. n. 9.* Modo incendium ex lata vel levi culpa ortum fuerit, ad levissimam enim non tenetur. Mynsing. *d. l. n. 11.* Berlich. *d. l. n. 46. seq.* nisi ea in committendo commissa, quo casu actione Legis Aquil. recte conveniri potest. Berlich. *d. l. n. 50. seq.* Iterum vero hic factum famuli nocet Domino, sive ipse ignem subjecerit, sive alius negligentius custodierit, v. c. apud furnum obdormiendo, & sive culpa versetur in committendo, sive in omittendo, per *elegant. text. in d. l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* Ad hunc locum quoque pertinet, quando igne ob imperitiam non recte præparato, aut massa ob infirmitatem non recte subacta panis damnum aliquod contrahit, imperitia enim & infirmitas culpæ adnumeratur. §. *7. & 8. Inst. de Leg. Aquil. l. 132. ff. de R. J.* Debet enim ejus artis peritus esse, quam profitetur, nec velle imbecillitatem suam aliis fore periculosam, *l. 8. ff. ad L. Aquil.* Stryck. *d. dissert. de jur. Furn. c. 5. n. 24. seq.* 57

Ad Effectus (4) juris Furnorum quoque pertinet, quod furno certus census imponatur, qui augetur & minuitur pro quantitate eorum, quæ in eo coquuntur. Petr. Gregor. Tholos. *L. 3. de Rep. cap. 2. n. 14.* Joh. Althus. *c. 12. Polit. n. 9.* Herm. Latherus *de Censu l. 1. c. 5. n. 2.* Triplex enim genus collectæ hodie frequentatur. 58

1) Per

59 1) Per æs & libram, *nach dem Hufen und Vermögen.* 2) Per fumantes, *nach den Feuer-Stätten,* quod in Belgio vocant *das Camin-Geld.* (aliis etiam *Heerd-Recht-Zinß,* apud Wehn. *observ. Pract. p. m. 236. in sing.*) 3) Per Capitationem, *Kopff-Geld,* vid. Mund. *de Munerib. in præloq. n. 32. seq.* ad cujus secundum hic census pertinet. Ad censum vero legitime imponendum cum requiratur bonorum professio, *l. 4. ff. de Censib.* hoc casu non solum personarum numerus, qui in furno coquunt, sed etiam quot vicibus coquant, in catastro describendum erit, ut ita fructuum proportione habita census rite imponatur. Et hujus professionis quoque hic effectus erit, ne subditi jus Dominorum in suo passim ædificando furnum possint eludere.

60 (5) Ad Effectum hujus juris quoque referri potest, quod subditi, qui coguntur in furno Domini panem coquere, aliis sint præferendi, quibus pro certo furnagio Dominus ejusdem furni usum locat. Etsi enim in molendinis bannariis prior sit jure, qui prior est tempore, *wer vor kommt, der mahlet vor.* Hering. *de Molend. qu. 44. n. 19. sequ.* idque ad furnos quoque applicari possit, quemadmodum de iis dicta ad hos communiter solent applicari: Attamen prædictam regulam de eo saltim casu intelligo, quando par omnium causa est. Vid. Card. Tusch. *Pract. Concl. Tom. 6. Lit. P. Concl. 465. n. 39.* Igitur ad casum nostrum, ubi causa plane est diversa, non potest extendi. Sive enim subditi in furno Domini hoc jus sibi acquisiverint, non debet in eorum odium verti, quod in favorem ipsorum introductum est, *l. 25. ff. de LL. l. 6. c. eod. c. 61. de R. J. in 6.* nec jus quæsitum ipsis auferri, *§. fin. Inst. de his, qui sui vel alien. jur. sunt. l. f. ff. de Pact.* sive Dominus in subditos quæsiverit sibi jus cogendi, in hoc gravati debent relevari in alio. *l. ult. C. quemadm. civit. mun. indic.* Philipp. Decius *in l. 14. n. 5. ff. de R. J.* Et quæ invidia esset, cogere subditos, nec tamen usibus ipsorum paratum præstare furnum, sed spe qualiscunque lucri efficere, ut bis cogantur esse miseri. Et hoc ita in molendinis bannariis obtinet, quemadmodum cautum reperitur in Ordinat. Molendin. Gothan. vers. *Alle Mahl-Gäste.* verb. *die Zwangs-Gäste vor allen andern &c. billig vorgezogen werden,* quam exhibet Fritschius *Tr. de jure Fluviat. P. 3. p. 53. sequ.* Neque est hoc in nostro casu contra juris rationem, cum Dominus certet de lucro captando, subditi vero de damno vitando, quorum melior hoc casu utique esse debet conditio, *l. 26. ff. de damn. infect. l. 11. §. pen. ff. de minorib. l. 41. §. 1. d. R. J.* Non sunt autem hæc ad excludendum Dominum extendenda, ipse enim suas necessitates non censetur exclusisse, sed salvum sibi jus reservasse, cum ordinata charitas incipiat a se ipsa: *arg. l. 6. C. de Servit. & aqu.* modo non alias res præter panem coquat. Si enim Dominus in furno velit linum aut poma siccare, ille usus minus principalis principali merito postponetur. *arg. l. 26. ff. de Aur. & Arg. Leg. l. 7. §. 1. ff. de Injur.*

Remedia, quæ pro hoc jure competunt, 61
sunt Actio Confessoria & Negatoria utilis. Vid. Hahn. *de jur. Rer. & juris in re Specieb. c. 5. Concl. 56. & ad Wesenb. tit. si ususfr. petatur. n. 2.* Schneidw. *ad §. Æque inst. de Action. n. 11.* quarum illa agit, qui asserit, sibi hoc jus competere *d. §. Æque 2. Inst. de Action.* Vicissim Negatoria quilibet experiri potest, cum cuilibet liberum sit ædificare furnum per supra dicta, Libertas vero hujus Actionis sit fundamentum. At vero quando libertas illa per prohibitionem est restricta, eam non amplius subditi, sed Dominus vindicat; hunc enim illi turbant in quasi-possessione hujus juris, qui propterea experitur Actione Negatoria, quæ toties competit, quoties alius eo jure, quod nobis proprie competit, uti vult. Dn. Brunnem. *Conf. 57. n. 14.* quo casu subditi quoque incurrunt onus probandi, pro libertate enim est præsumtio, *l. 8. & 9. c. de Servitutibus,* quæ relevat ab onere probandi. Mascardus *de Probat. vol. 3. concl. 1194. n. 65.* Vid. Carpz. *L. 1. Resp. 6.* Sed hæ Actiones ad petitorium pertinent. Vid. Dn. Brunnem. *d. Conf. 57. n. 15.* qui vero in possessorio vult experiri, illi interdictum uti possidetis competet utile, quod datur pro rebus incorporalibus. Hahn. *ad Wesenbec. Tit. Uti possidet. n. 2.* Carpz. *P. 2. c. 7. D. 11.*

Sicuti etiam in bene constitutis Rebus- 62
publicis certa sunt Statuta condita, quæ rei panariæ modum & rationem præfigunt. Ita perquam salubre est, ut Magistratus furnos visitent, ne in periculoso loco habeantur, unde vicinis damni quicquam imminere possit. Christinæus *ad Consuetud. Mechlinens. Art. 5. n. 2.* Si enim in tabernis vinariis hoc requiritur, Brunnem. *ad l. 27. §. 15. ff. ad L. Aquil. n. 28. seq.*

ut ad excludendas Oenopolarum fraudes, ne noxia vendant vina, aut cum exoticis probis domestica, austera & aquosa misceant & confundant, Oenopolia sæpius visitentur; cujus quoque nec desunt exempla, & vocantur ejusmodi homines, *Wein-Visirer*. Conf. Manz. *Cent. Decis. qu. 25.* Quidni etiam circa furnos hoc in Rempublicam introducere suadeat periculi ratio? Maxime cum nec desint in bene constitutis Rebuspubl. quibus in æstimationem & quantitatem panis com-
63 missa inspectio, qui Episcopi Panarii vocantur. Hœltich. *Differt. de Episc. Panar.* qui eadem opera facile inspectione furnorum defungi possunt. Imo extant passim ordinationes incendiariæ, qualis etiam Vratislaviæ publicata An. 1578. in quibus cum non solum de incendiis exortis restinguendis solliciti sunt Magistratus, & in eum casum certis personis certa concrediderunt officia; sed etiam omnem incendiorum occasionem eversum eunt, jusso quolibet diligenti inspectione in officinas & focos suos defungi, quo casu non erit difficile certas personas seligere, qui inter alia statis quoque temporibus furnos inspiciant, & si periculi quædam appareat causa, id moneant, & ad Senatum de eo referant. Tales si non sint, ad officium Magistratus pertinebit ejusmodi constituere & inquirere, cum causa publicæ utilitatis subsit, *l. 13. pr. ff. de Offic. præsid. l. 10. C. de Episc. & Cler.* Et ita hoc casu observari asserit Christinæus *d. l. Art. 5. n. 2.* Vid. Dn. Stryck. *d. Differt. de jur. Furnor. c. 4. n. 2. seq.*

64 Panes non tantum in civitatibus, sed etiam in pagis coquere permissum, cum sit actus meræ facultatis, qui jure gentium omnibus competit, *l. 5. ff. de J. & Jur.* add. Berlich. *P. 2. Conclus. 3. n. 9.* Quare Carpz. *lib. 1. Resp. 44.* statuit, non solum in pagis cuique exercitium hujus juris liberum esse, sed panes coctos rusticos quoque in civitatem exportare, & ibi vendere prohiberi non posse; cum enim hoc nec lege ulla expressa, nec ratione legis prohibitum sit, absque lege quoque JCtus aliquid hoc statuere casu merito erubescet. *Nov. 18. c. 5.* Et licet hujusmodi actus jure Civili ad certum modum adstricti sint, Berlich. *P. 1. Decis. Aur. 150. n. 31.* imprimis vero illis, qui privilegiis certum collegium habendi, vel artem exercendi gaudent, jus alios prohibendi competat. Bald. *Conf. 465. n. 5. vol. 4.* Berlich. *d. Decis. 150. n. 33.* Moribus enim plerorumque locorum Collegiis opificum intra unum vel duo milliaria hoc jus prohibendi in pagis habitantes competit. Carpz. *lib. 1. Resp. 42. n. 4.* Non solis Zythopeptis, de quo Carpzov. *d. Resp. 42. n. 18. seq. & P. 2. c. 6. D. 4.* sed aliis quoque opificibus, v. gr. Fabris ferrariis Carpz. *d. Resp. 42. n. 5.* Dum enim divisi sunt pagi ab urbibus; Divisæ quoque inter cives & rusticos negociationes sunt, & his agricultura relicta, ad illos transierunt, quibus civitas instructior redditur atque beatior. Vid. Brunnem. *Conf. 53. n. 4.* Attamen nullibi expressa de pistoribus extat sanctio; verum in omnium statuum Imp. territoriis libera cuique facultas est, ubicunque jus coquendi panes exercendi. Carpz. *d. Resp. 41. n. 20. seq.* Igitur in practica non haberi potest, quod in lege non cavetur. Bald. *ad cap. 44. n. 25. X. de Elect.* Videtur tamen illi libertati modus aliquis esse positus per nundinas hebdomadales, quas *Freye- und Wochen-Märckte* vocant, his enim licentiam fecerunt Magistratus potissimum panes & similia in urbem vicinam exportandi, ibique vendendi. Quod ita Dresdæ & Lipsiæ magno cum incolarum commodo practicatur.

Amittitur denique jus Furni I. non-usu, 65
sive in modum servitutis, sive per speciale privilegium competat. *§. 3. Inst. de Usufr.* junct. *pr. Inst. de usu & Habit. l. 1. ff de Nundin. c. 13. X. de præscr.* Gail. *l. 2. Obs. 60. n. 1.* Carpz. *P. 2. c. 3. D. 23.* Interest tamen jure communi respectu temporum, quippe priori casu decem inter præsentes, viginti vero inter absentes annis amittitur, *l. 16. §. 1. C. de Usufr.* Posteriori vero casu decem annis tantum. *d. l. 1. ff. de Nundin.* Jure Saxon. utroque casu 30. annis anno & die. Carpzov. *d. Def. 23.* Procedunt vero isthæc, si alter uti potuerit, sed noluerit, alias enim si utendi occasio defuerit, nec per mille annos non utendo amittit, *l. 34. §. 1. ff. de S. P. R. & l. 35. ff. eod.* non enim valenti agere non currit præscriptio, *l. 1. §. 2. C. de Annal. Except.* nec ibi pœna esse debet, ubi non est culpa. Gail. *dict. Obs. 60. n. 1. seq.* Carpzov. *d. Defin. 23. n. 5. seq.* Non idem vero est, si immunitatem a mercede subditi velint præscribere; hoc casu enim liberant se ab actione, cui omni hodie non præscribitur, nisi 30. annis, *l. 3. c. de præscript. 30. vel 40. ann.* qui ab eo tempore incipiunt currere, quo subditi inficiati sunt mercedem, & sic Domino causam pos-

ſeſſionis mutarunt, *l. 7. §. fin. C. d. t.* Weſenb. *tot. Tit. Si ager vectigal. n. 2. verb. ſciendum eſt.*

66 II. Si quis abutatur hoc jure, v. g. ſi non ſolum cogat homines ad coquendum, ſed etiam iniquus pretium exigat, aut ut ipſi ſuis ſumtibus furnum teneantur reficere, vel inuſitatas operas ratione furni a ſubditis exigat. Stryck. *d. Diſſert. c. 4. n. 116.*

67 Remiſſione quoque III. hoc jus amittitur, eſt enim ea inſtar donationis, *l. 23. ff. de Donat. l. 1. ff. de Transact.* Weſenb. *ad Tit. ff. de pact. n. 8.* Carpz. *l. 5. R. 64. n. 13. & P. 4. c. 19. D. 20. n. 6.* Brunn. *Conſ. 133. n. 64.* Igitur quemadmodum in hac, ſic quoque in illa requiritur libera rerum adminiſtratio, ut hinc præter alios neque uſufructuarius, neque maritus, neque vidua, neque Vaſallus fundo uſufructuario dotali, dotalitio aut feudo adhærens hoc jus poſſint remittere, hi enim omnes, licet meliorem fundi conditionem, deteriorem tamen remiſſione juris non poſſunt facere *l. 74. ff. de R. J. C. 13. §. 5. ff. de Uſufr.*

IV. Amittitur quoque tempore; ſi enim 68 ad certum tempus conceſſum hoc jus fuerit, tempore illo elapſo finitur, *l. 21. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. arg. § 5. Inſtit. quib. mod. tut. fin.* Igitur ſi ad dies vitæ idem quis impetraverit, morte illud finitur. Plura de hac materia vide apud laudatum Dn. Stryck. *d. Diſſert. C. IV.*

CAPUT XVII.

DE TORCULIS.

SUMMARIA.

1. *Torculum unde dictum?*
2. *Ejus Synonymia.*
3. *Torculum quid denotet?*
4. *Ejus Forma.*
5. *Torculum vel privatum vel publicum.*
6. *Torculum privatum quid?*
7. *Torculum privatum quilibet in ſuo extruere poteſt.*
8. *Licet vicinus jam Torculum poſſideat, & ex novo damnum patiatur.*
9. *Quod extenditur, licet Princeps ipſe torculum habeat.*
10. *Principes multis in locis boni publici cauſa torcula ſibi vindicarunt.*
11. *Princeps poteſt vaſallum cum hoc jure prohibendi ædificare, torcula inveſtire.*
12. *Præſcriptione quoque adquiri poteſt jus prohibendi torculorum extructionem.*
13. *Quæ præſcriptio incipit currere a die, quo prohibitus inhibitioni acquieverit.*
14. *Conſuetudine etiam poteſt introduci prohibitio ædificare torcularia.*
15. *Hoc jus prohibendi ſeſe extendit ad omnem torculorum ædificationem.*
16. *Invectio in ædificantes torcularia Bannaria.*
17. *An in pactione de Torculo Bannali omnes & ſinguli in pago conſentire teneantur?*
18. *Torcula an bonis immobilibus annumeranda?*
19. *Legatis omnibus immobilibus etiam Torculum venit.*
20. *Excipitur torculum portatile.*
21. *An legato torculo vaſa etiam vinaria veniant?*
22. *An vendito torculo diſtrictus etiam torcularis tranſeat?*
23. *Quod procedit, ſi Dominus territorialis venditor cum torculo expreſſe quoque jurisdictionem cogendi tranſtulerit.*
24. *Sublata vinea an ſervitus in alieno torculari vindemiam faciendi duret?*
25. *Cenſus torcularis in quo conſiſtat?*
26. *An Dominus torculi Bannalis cenſum torcularem pro lubitu augere poſſit?*
27. *Hoc jus Bannale eousque durat, quousque dominus torculi facultatem habet ſubditos cito expediendi.*
28. *Dominus territorialis vi ſuperioritatis poteſtatem habet viſitandi torcula.*
29. *Ut & circa torcula certa ſtatuta,* Kelter-Ordnungen, *condere.*
30. *Domino territorii incumbit cura, ut ædificia torcularia & inſtrumenta ſarta tecta conſerventur.*
31. *Item perſonæ ad torcula pertinentes recte conſtituendæ.*
32. *Cuppæ & cuppulæ rite conficiendæ.*
33. *Dominus territorii poteſt tempus vindemiandi determinare.*
34. *Cantus calcantium uvas qualis fuerit?*

Torcu-

1 Torculum a torquendo dictum esse, non habet dubium, quia scilicet eo uvæ torquentur & premuntur.

2 Vocatur autem torculum apud quosdam Autores Torculare, seu per Apocopen Torcular, sicut ex Columell. *L. 12. c. 50.* constat; a Catone *c. 18. & 67.* item Varrone *l. 1. c. 22.* Plinio *L. 15. c. 1.* appellatur Torcularium, subintellige instrumentum. Voss. *in Etymolog. Diction. vocab.*

3 *Torculum.* Torculum vero vel notat omnem machinam, quæ tum ad exprimendum oleum, tum ad vinum est idonea.

4 Formam ejus eleganter descripserunt Cato *C. 18.* Varro, Porta aliique, & construitur vel ex lignis vel lapidibus, quod præcipue in Italia observatur, de quo sequentibus Prosper Rendella *de vino & vindemia P. 1. c. 43.* Nos in loco solido prope vineas e lapide construi curamus Torcularia, utque pavimentum superius murus ejusdem materiæ sepiat, sit etiam sub dio. Hic stratas uvas pede primum vinitores calcant, dehinc collectas & compositas congerie quadam lapidum premunt, inde extructas ac pedibus magis attritas super prela in medio decreta quasi congeriem construunt, instructa vinaria funibus vectisque allegant: Superne tympanum versatile collocant, vectibus postea ligneis torculari circumacto toto pondere urgent. Cumque desiit mustum sub prelo fluere in lacum, circumcidunt extrema ac rursus premunt. Quidam post excolatum in lacunam mustum remittunt, & refundunt super vinacea in ipso pavimento, ut aliquantulum ebulliat exhalatis vaporibus, ac feneresissa exhaurirent, quasi defecatum, & in dolia recondunt.

5 Torculum autem vel est Privatum, vel
6 Publicum. Privatum Torculum est res immobilis, quæ in privatorum est bonis.

7 Privatum Torculum quilibet in fundo suo ædificare potest, cum hoc consistat in libertate naturali perinde, ut ædificatio molendinorum, furnorum aliarumque domuum, per *l. 53. ff. de Fideicomm. libert.* Hinc frumenta serere, metere & excutere; item vineas plantare, uvas colligere, collectas singulari machina exprimere, instrumentum in hunc finem construere, actus sunt meræ facultatis, unicuique hominum citra restrictionem pro habendo victu quotidiano permissi, absque ullius impedimento aut turbatione. Anton. Thessaur. *Decis. 16. num. 1. & 2.* Cacheran. *Decis. 17. num. 8.* Wesenb. *Consil. 34. & 67. per tot.* late & acute Jacob. van der Græf. *de Regalib. c. 6. n. 6.* Jacob. Cancer. *P. 3. Var. Resolut. cap. 13. n. 122. & 255.*

Ampliatur hæc assertio, etiamsi vicinus 8
in fundo suo torculum jam extructum possideat, & ex hac novi torculi constructione ille aliquod damnum pateretur, *arg. l. 1. §. fin. l. 2. §. pen. ff de aq. pluv. arcend.* Nemo enim damnum facit, etiamsi damni tantum occasionem præstiterit, nisi qui id facit, quod facere jus non habet per *l. qui occidit. §. hæc. ff ad L. Aquil.* Mindan. *L. 2. de Mandat. c. 42. §. 2.* Nisi dolose & ad æmulationem, injuriam & damnum alterius principaliter tale ædificium extruatur, sicut hoc limitat Schrader. *ad §. 5. n. 15. Inst. de R. D*

Extenditur hoc porro, etiamsi ipse Prin- 9
ceps territorii vel Dominus pagi longo tempore solus in aliquo pago Torculum, Molam aut furnum habuerit, ad quæ subditi aut proprii homines ipsius pagi aut vicinorum locorum, tempore etiam immemoriali, ad uvas exprimendas, aut molendum, aut excoquendum panem venerunt, nullus tamen privatus pagi aut incola impediri potest a Domino loci, torculum aut Molendinum novum extruere. Cæpolla *de Servit. U. P. c. 5. qu. 1. n. 2.* Nisi subditi illius pagi in ædificando torculo a Domino loci prohibiti fuerint, & illi tali inhibitioni acquieverint. Guid. Papæ *Decis. 498. n. 1.* Myler. *in Metrolog. c. 18. § 5. sequ.*

Postquam autem Imperantes in quibus- 10
dam locis cognoverunt, quod permissa omnibus subditis facultate extruendi torcula, nullus modus esset futurus, ita ut hac potestate in certissimam rei familiaris perniciem abuterentur, boni publici ergo prudenter in multis locis introduxerunt, ut sibi solis licitum esset torcula extruere.

Ex quo & illud sequitur, Principem 11
posse Vasallum suum cum hoc jure prohibendi ædificare torcula, justa ex causa investire. Ea enim est Dominii eminentis auctoritas, ut privatis non solum rebus suis non liceat male uti, sed & ut illorum res & earum usum administrationemve ad publicam possit utilitatem dirigere. *§. 2. Inst. de his, qui sui vel alieni juris.* Vinn. *ad h. l. n. 3.* Sic secundum Glossam *in l. per provincias. C. de ædif. priv.* Dominus

quoque prohiberi poteſt in ſuo proprio ſolo ædificare, ſi ædificium præbiturum ſit materiam ſeditionis aut rixarum: Cum tali caſu (juxta Everh. Jun. *Vol. 1. Conſ. 23. n. 19.*) publica & communis alicujus pagi vel provinciæ utilitas præferenda ſit pri-
12 vatæ. Præſcriptione quoque acquiri poſſe jus prohibendi torculorum extructionem, dubio caret. Quid enim ex legibus noſtris apertius eſſe poteſt, quam quod omnes res tam corporales, quam incorporales præſcriptioni ſint obnoxiæ, niſi quibus vel natura, vel lex obſtet. vid. *pr. Inſt. de Uſucap. verb.* Dominia rerum juſta cauſa poſſeſſionis præcedente acquiruntur. *l. un. C. de Uſucap. transform.* Rachel. *Lib. 2. Jurispr. tit. 9. §. 21.* Legem quod attinet, res dubio plane caret. Nullam enim, ſi vaſtum juris iſtius civilis & publici mare pererres, invenies, quæ uſucapionem hujus juris prohibeat. Naturam ſi ſpectes, manifeſtum erit, jus hocce libere ædificandi torcula, cum ſit in commercio & per varias conventiones poſſit alienari, præſcribi quoque poſſe. Vid. Gœddæus *Conſil. Marpurg. Vol. 4. Conſ. 17. §. 254.* Imprimis ſi perpendas Philoſophiam illam Pauli *l. 28. de V. S.* Alienationis verbum etiam uſucapionem continere; vix eſſe enim ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi. Præſcribi itaque jus hoc poſſe triginta annis, ſi titulo careat præſcribens ex traditis a Matth. de Afflict. *Deciſ. 388. n. 19.* Hieron. Schurff. *Conſ. 69. n. 20. 21.* concludo. Quemadmodum quoque ſi juſto titulo & bona fide munitus longi temporis lapſum ſufficere cenſent Schurffius *Conſ. 1. n. 18.* & Weſenb. *d. l.*

13 Modo animadvertatur *ex gl. in l. 11. qui luminibus. in verb. formam. ff. de Servit. urban. præd.* quod præſcriptionum hoc genus incipiat currere a die, quo prohibitus quis fuit ab ædificando, illique inhibitioni acquievit. Natta *Conſ. 227. Tom. 1.* quia per talem prohibitionem & ſubſecutam acquietionem ſeu ſcientiam & patientiam exiſtit quaſi-poſſeſſio jurium negativorum. Franciſc. Bald. *de Præſcript. P. 4. pr. quæſt. 2. n. 3.* Neque tamen refert, an prohibitio hæc ſit judicialis, an extrajudicialis, quod multis Dd. Auctoritatibus firmat Roſenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 25. 27.* Eſſentiale itaque hujus præſcriptionis eſt prohibitio, ita ut licet Princeps longo tempore ſolus in aliquo pago torculum habuerit, ad quod ſubditi tempore immemoriali venerunt, nullus tamen privatus impediri poſſit a Domino torculum novum extruere. Vid. Myleri *Metrolog. c. 18. §. 1.*

Tertio tandem quod Conſuetudinem 14
attinet, cum leges & jura mutet, alteret, moderet, reſtringat, aboleat, conſequens eſt, eandem poſſe aliud jus contra libertatem naturalem inducere. Vid. *l. 3. C. de long. Conſuet.* Et licet dentur conſuetudines, quæ ut malæ & illaudabiles (*böſe und unvernünfftige Gewohnheiten*, Beſold. *Theſ. Pract. h. v.*) reprobentur, & legibus noſtris prohibeantur. Vid. *P. H. O. Carol. V. art. 218.* Frider. Mind. *Proceſſ. 57. n. 1.* in earum tamen numerum nec recenſitam invenies conſuetudinem prohibendi torcularia ædificare, quæ, tempore Caroli V. & latæ illius Conſtitutionis, in Saxonia inque Ducatu Lotharingiæ jamjam vigebat. Vid. Myler. *d. tr. c. 18. §. 16.*

Et hoc jus prohibendi ædificare torcu- 15
lar, vel inveſtitura acceptum, vel præſcriptum, vel conſuetudine acquiſitum ſeſe extendit ſecundum propriam ſignificationem, ad omnem torculorum ædificationem, ſive fiat in propriam, ſive aliorum utilitatem. Struv. Jun. *in Diſſertat. de jure Torcul. c. 3. §. 1. ſeqq.* Diſſentit Myler. *d. l. c. 19. §. 18.*

Ubi ſimul *§. 12. ſeqq.* acriter invehit in 16
ejusmodi Conſiliarios, qui Principibus ad Molendina, Furnos & Torcularia Bannaria abſque urgente Reipublicæ neceſſitate conſtruenda inducunt, refertque Imperatorem Fridericum III. in ſua Reformatione & Declaratione *Anno 1442.* Moguntiæ promulgata, Principes, Comites, Barones, Abbates, Civitates & Nobiles Imperii de ipſorum Conſiliariis & Adminiſtratoribus novas impoſitiones ſuggerentibus ita alloquentem: *Wo ſeynd eure erbare und tapffere Räthe, die euch zum beſten gegen gemeinen Nutzen rathen? Viel Schmeichler, Heuchler und Suppen-Eſſer habt ihr an euren Höfen: Denn ihr möget die Wahrheit nicht leiden, welcher euch aber euer Amt beſſert mit der Nutzung, das iſt ein geſchickter Geſell. Niemand fragt, ob es Rechtlich daher komme, ſo Wirs nur haben, als ob GOtt die Seinen euch zu Narren geſchaffen habe. Hättet ihr ein Chriſtlich Gemüth, ihr würdet die Göttlichen Creaturen baß bedencken.*

Sed quid dicendum, ſi Dominus cum 17
pago talem pactionem de torculo Bannali

introducendo inierit: An omnes & singuli de universitate consentire teneantur, vel an sufficiat, ut consilium universitatis cum eorum Syndico, vel major pars incolarum in talem obligationem consenserit? Et ad introducendum Jus bannale in torculis & furnis publicis, civium & subditorum omnium & singulorum consensum expressum requiri, judicamus. Quoniam in actibus mere voluntariis major pars universitatis minorem partem civium obligare non potest per *cap. quod omnes 29. de R. J. in 6.* Cravetta *Conf. 379.* Præsertim cum hac in quæstione agamus de restringenda civium libertate naturali & amittenda, quæ nobis nisi consentientibus adimi non potest. Id enim, quod nostrum est, sine nostro facto auferri non potest. *l. venditio.* §. *Si constat. ff. comm. prædior.* Doctor Marta *Consil. 1. n. 15.* Ac libertati naturali contrarium est, ut quispiam invitus ex contractu alterius obligetur, ut ex facto vel negligentia concivis suam libertatem eundi ad premendum uvas amittat. per *l. un. C. ut nullus ex vican l 11.* Nec potest major pars universitatis Jus libertatis cæterorum concivium sua conventione invitis iis infringere, secundum Responsum Jureconsulti in *l. Titio centum 71.* §. *2. ff. de Condit. & Demonstrat.* Ita in terminis generalibus Henr. Gœdden. *Consil. 5. tit. de jur. Civit.* Trentacinquius *L. 1. Var. Resol. tit. quod cujusque universit. Resol. 1.* qui *sub n. 9.* tradit, quod in Actibus maximæ importantiæ omnes de Civitate per sonum campanæ aut tubæ sint vocandi. Francisc. de Clapperiis *Decis. jur. causa 14. quæst. 1. & 2.* late Besold. *de jur. Universit. c. 6. n. 3.* late Joan. Gœddæus 4. *Conf. 16. n. 422.* Qui plura de Torculo Bannali cupit, adeat Mylerum *in Metrologia c. 19. a* §. *25. usque ad finem.*

18 Torculum inter bona immobilia merito refertur. Hoc enim postquam solo fixum inædificatumve, pro immobili jure meritoque habetur. Vid. Schrader. *in l. 1. n. 8. C. de Oper. libert.* Gœddæum *in legem 241. de V. S.* E ideo fundo sine instrumento legato respondet Pomponius *l. 21. ff. de instr. vel instr. legat.* dolia, molæ, olivariæ & prelum, & quæcunque infixa inædificatave sunt, fundo legato continentur. Sicuti quoque si ita ædificio cohæret, ut inde moveri non possit, etiam domui vel ædificio cedit. *l. 76. de Contrah. emt. l. 19. de act. emt. & vend.* Propius enim est mente Proculi *l. 38.* §. *2. ff. de act. emt. & vend.* ut inserta & inclusa ædificio partem ejus esse existimemus. Vid. Mantica *de Conject. U. V. lib. 9. tit. 3. n. 5.* Tiraquellus *ad h. l.*

Ex dictis itaque patet, quod venditis legatisve omnibus immobilibus etiam Torculum legatum venditumve censeatur. Sic quoque præscriptione longi temporis legitimum torculi acquiri Dominium, sicuti reliquorum immobilium, censeo. Quod si autem solvatur torculum, an adhuc pro immobili habeatur, quæritur? Et puto ex doctrina Javoleni ita immobile esse, si stipites ejus in terra defossi sunt, quod si supra terram sunt, rutis & cæsis (hoc est mobilibus) cedere. Sic quoque ligna, quæ ad extruendum torculum sunt fabricata, in rutis & cæsis habentur. Aliud tamen juris est in his, quæ detracta sunt, ut reponerentur. Immobilibus enim accedunt, *l. 15. ff. de act. emt. & vend.* ea scilicet ex ratione, quoniam id, quod aliquando ædificii vel fundi fuit, facilius in eandem causam recidere potest, quam quod nunquam fuit. Est enim facilis cujusque rei reditus ad suam causam. Vid. *l. 27. de pact.* §. *2. l. 242.* §. *ult. de V. S.* Hering. *de Molend. quæst. 8.* 19

Limitatur dicta resolutio de Torculo portatili, quod in hunc finem constructum est, ut de loco ad locum facile transferri possit, ac vulgo *Trotten* vocantur, eorumve usus præcipue in Austria viget. Hæc enim torcula magis instrumenta, quam partes fundi censentur, de quibus intelligendum est responsum Ulpiani *in l. instrumenti 8. ff. de instr. & instrum. legat. & l. fundi. 17. in pr. ff. de act. emt.* Bart. Chassan. *ad dict. Consuet. rubr. 6.* §. *4. fol. m. 999.* Tali enim asportatione vel avulsione non inducitur aliqualis deformitas ædificii, prout contingit in torculis solo affixis per *l. 2. C. de ædific. privat.* 20

Et hoc ad exemplum molarum manuariarum, quæ supellectili annumerantur *in l. Dolia. 26.* §. *1.* ibi: Molas manuarias. *ff. d. instr. & instrum. legat.* Jason. *in l. cætera.* §. *fin. num. 1. ff. de Legat. 1.* Matth. Coler. *Decis. 286. n. 32.* Berlich. *P. 3. Conclus. 30. n. 17.* Sicuti Scabini Lipsienses pronunciarunt, in verbis: *Jedoch verbleibt euch auf solchem Guthe die VVein-Presse auf dem VVein-Berg neben andern Mobilien billig; V. R. W.* Carpzov. *P. 3. Const. 24. Def. 7. n. 9.*

Hac

21 Hac occaſione alia occurrit quæſtio: An legato aut emto torculo, vaſa quoque vinaria (quæ alias Latine Cuppæ, Gallice *Les Cuves*, German. *Butten oder Kelter-Geſchirr* vocantur) Legatario aut emtori cedant, ac inſtar bonorum immobilium cum torculo tranſeant? Hoc eſt, quod aſſerimus. Tum primo, quod cuppæ tanquam inſtrumenta torculi ſubſtantialia neceſſario tam in contractu, quam in legato veniunt. Nam ſine his cuppis torculi uſus aut uſusfructus nullus eſſe poteſt: Ideo niſi de contraria voluntate vel teſtatoris vel contrahentium appareat, etiam hoc inſtrumentum fundi aut domus quacunque diſpoſitione continetur, per Reſponſum Ulpiani *in l. 15. §. 6.* ibi: & in cuppis. *ff. de Uſufr.* Anton. Faber. *in Rational. ad dict. C. ſed ſi is. § de quibusdam 5. ff. dict. tit.*

Cum & Torculi quæſtus & utilitas imprimis in vini torcularis perceptione & reditibus conſiſtat, utique etiam cuppæ & vaſa torcularia pro parte præcipua ipſius torculi cenſentur, ſine quibus quæſtus hic acquiri non poteſt, per *l. in fundo l. inſtrumento ff. de inſtr. & inſtrum. legat.* Caſpar. Anton. Theſſaur. *L. 1. quæſt. forenſ. 84. n. 7.* Præſertim cum cuppæ vinariæ adjiciantur torculo ad inducendam unionem, ut unum corpus conſtituant, quo tanquam parte eſſentiali ſeparatim uti frui non poſſumus. Quæ autem unam eſſentiam perficiunt, diverſo jure cenſeri non debent per *l. cum fundus. ff. de Legat. II.* Alexand. *Conſil. 169. vol. 5.* Franc. de Ponte *Conſil. 63. n. 42. & ſequ. vol. 1.*

Tum ſecundo cuppæ & cuppulæ iſtæ perpetui uſus gratia tanquam ſubſtantialia torculi inſtrumenta comparantur, & ei tanquam pars accenſentur, quarum remotio propter magnitudinem difficillime fieri poteſt. Ac licet earum uſus ſemel tantum in anno, tempore autumnali neceſſarius ſit, nihil impedit, quin inter immobilia & ſubſtantialiter torculo annexa referantur per *l. ſi cui vinum. 3. §. in cuppis autem ſive cuppulis. ff. de Tritico legat. l. dolia 26. in pr.* ibi: ut ibi perpetuo poſita ſint. *ff. de inſtruct. vel inſtr. legat.* Cæpolla *de Servit. c. 63.* Joan. Bapt. Larrea *Deciſ. Granat. 81. n. 11. & ſequ.* Proſper Rendella *de vini Subſtant. verbo: Quantum. fol. 69.* Ea autem, quæ perpetui uſus gratia parata ſunt, licet æſtate tollerentur & hyeme ponerentur, ædium eſſe, neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur, Paulus reſpondit *in l. malum. 246. §. ſtraturam, 4.* ubi Gœddæus & Dd. *ff. de V. S.* Cephal. *Conſil. 92.* Surd. *Deciſ. 134. n. 4.* Ideo de Doliis quoque modo allegatus Paulus dixit: Dolia, quæ in fundo Domini eſſent, emtori acceſſura *in l. qui fundum 40. §. Dolia 5.* ibi: emtori ceſſura *ff. de contrahend. emt.* Prout in ſimili caſu reſpondit: Dolia in horreis defoſſa, ſi non ſint nominatim in venditione excepta, horreorum venditioni ceſſiſſe videri. *in l. Dolia 76. in pr. ff. dict. tit.* Franciſc. de Ponte *Conſil. 63. num. 46. Lib. 1.* Joh. Bapt. *Hodierna Obſervat. ad Surd. 134. n 2.* latiſſime in terminis doliorum Johann. Bapt. Larrea *Deciſ. Granat. 81. per tot.* Cum res deſtinatæ ad uſum rei legatæ, veluti cuppæ ad uſum Torculi ſumme neceſſariæ, veniant cum ipſa re legata, per *l. quæſitum, 12. § 1.* ibi: Cuppæ vel culei *ff. de inſtruct. & inſtrum. legat.* Joh. Petr. Surd. *Conſil. 195.* Gizzarel. *Deciſ. 32. per tot.* Proſper. Rendella *de vini Subſtant. verb. Menſura fol. 71.* Diſſentientes vid. apud Myler. *d. cap. 18. §. 27. ſequ.*

Præcedenti quæſtioni ſuccedanea eſt hæc: An vendito torculo, diſtrictus quoque torcularis, *der Kelter-Satz*, i. e. jus cogendi vicinos, in venditorem tranſeat, in hunc finem, ut vicini vineas poſſidentes uvas quoque in eodem torculo cogere teneantur? Ac diſtrictum quoque cum torculo venire & in venditorem tranſire cenſemus. Nam ſimplex rei appellatio, etiam nullo alio expreſſo, pertinentias rei, acceſſiones & dependentias continet; Quod perſpicue probatur per reſponſum Jureconſulti *in l. ſi aquæductus 47. ff. de contrah. emt. l. qui fundum §. 1. ff. de act. emt.* ubi Paulus reſpondit, quod vendito jure aquæ ducendæ canales quoque & fiſtulæ accedant, licet extra ædes ſint; imo etiam caſtellum (*die Waſſer-Stube*) ex quo aqua deducitur, & putei & opercula puteorum, etiamſi de his expreſſe nihil conventum fuerit, nec ſcriptura contineatur ſecundum Labeonem *in l. fiſtulas. 78. in pr. ff. de emt. & vend. l. fundi. 17. §. fin. ff. de act. emt.* Nam vendito prædio, cui ſervitus aquæductus debetur, etiam aquæductum ſeu jus aquæ ducendæ in emtorem tacito jure tranſire neceſſe eſt. *l. certo generi 13. §. 1. ff. de Serv. ruſtic. præd. l. pen. ff. de evict.* Ac cum ædes venditæ in cauſa ſint, ut ſervitus aquæductus ſequatur in emtorem, etiam in cauſa eſſe debent, ut fiſtulæ 22

fistulæ & canales eundem sequantur, juxta Axioma Philosophicum: Causa causæ est etiam causa causati. Late Anton. Faber. *in Rational. P. 3. Tom. 2. Pandect. ad d. l. si aquæductus 47. & l. fistulas 78. ff. de emt. vendit.*

Unde Doctores tradunt, quod Princeps concedendo Castrum & Fortalitium intelligatur adjacentia quoque & supellectilia concessisse per *text. singul. in l. si aliquando 15.* ibi: opus publicum sibi præberi postulaverint. *C. de oper. publ.* Id quod firmat Baldus in casu non inelegantis, scilicet si Princeps concedit fortalitium, in quo multa sunt fornimenta seu munitiones, illæ omnes simul intelliguntur concessæ. Bald. *in l. beneficium. ff. de constit. Princip.* Alphonf. Modit. *in §. Principum placita. quæst. 27. per tot.*

Et hoc in nostro casu eo magis dicendum, quoniam torcularia non per se subsistunt, nec sicuti ædificia tam urbana quam rustica in habitatione consistunt, sed in hunc usum habentur & construuntur, ut uvas exprimant & cogant, non Domino simpliciter, sed subjectis & vicinis, a quibus proventus, hoc est, vinum torculare percipitur; ac propter Jus Bannale ex certo districtu oriens quasi in fructu esse dicuntur. Unde evenit, ut frustra torcula habeantur, nisi districtus adjiciatur veluti agens in suum subjectum, per *l. qui fundum 40. §. 1.* ibi: iter quoque venditorem tradere oportere. *ff. de emt. vendit.* Joan. Hering. *de Molend. quæst. 10. n. 23. ac quæst. 19. n. 1.* Itaque hoc casu verum est, quod Accursius notat: Sæpe evenire, ut ratione accessionis aliquid debeatur, quod alioquin non deberetur per *d. l. fistulas. 78.* Accurf. & Anton. Faber. *ad l. & quanquam. 49. ff. de contrah. emt. vendit.* Itaque subjecti Bannales, *die zur Nachfahrt gesessen seyn,* pro parte torculi censentur juris dependentis, non contingibiliter, sed necessario ex usu rei appropriato & connexo, veluti in furno bannali contingere solet. Nam ii, qui fortuito & sponte ad torculum meum accedunt, in nulla æstimatione aut fructu habentur, veluti ex quorum accessione ad meum torcular nullus certus proventus sperari potest, cum hoc ex mera facultate dependeat, nec jure obligationis fiat. *arg. l. viam publicam 2.* ibi: non utendo. *ff. de via publ.* Ideo Doctores inferunt, quod molitori ex uniformi usu & accessione ad molendinum etiam mille annorum nullum jus acquiratur, per *l. proculus 26. ff. de damn. infect.* Thessaur. *Decis. 16. n. 2.* Matth. Wesenb. *Consil. 67. n. 21. & 22.* Ita in terminis districtus molendinaris Bertrand. Argentræ *ad Consuet. Britan. tit. 17. in pr. n. 4.*

Hæc tamen assertio declaratur, ut emtor suo contractu non acquirat jus cogendi districtuales ad suum torcular bannale propria autoritate; sive venditor torculi fuerit privatus, sive Dominus territorii vel jurisdictionalis: Nisi Dominus territorialis venditor cum torculo expresse quoque jurisdictionem cogendi districtuales in emtorem transtulerit, quoniam Dominus directum Dominium in Torculo, seu debitam obedientiam ac jus Superioritatis, sibi ipsi reservasse censetur, simplici tantum debito in emtorem transeunte, sans jurisdiction ni obeissance, h. e. sine jurisdictione & obedientia. Ideo non potest emtor torculi seu cessionarius jurisdictionaliter coërcere eos, qui torculum bannale non adeunt, aut debita rite non solvunt, sed necesse habet, ut eos per judicem sui domicilii compellat. arg. traditorum Carol. Molinæi *ad Consuet. Paris. §. 35. n. 31.* ubi tradit, quod nulla jura debeantur per concessionem in censum. In terminis Bertrand. Argentræ, *ad d. Consuet. Britan. art. 329. num. 12.* Myler. *d. c. 18. §. 31.* 23

Cum & vinea interdum exstirpetur, vel desinat esse, quæritur: An servitus in alieno torculari vindemiam faciendi duret? Resp. Javolenus: Sublatis vineis servitus manebit, quod ea ad solum magis, quam ad superficiem pertineat *l. 13. ff. de Servit. Præd. rustic.* Scilicet postquam Paulus *l. 3. de Servit.* alias servitutes dixerat esse in solo, alias in superficie, ita ut secundum interpretes coincideret cum illa *in l. 1. de Servit.* proposita. Vid. Bacchov. *Comm. in Pandect. h. l.* Græcus ille interpres Constantinus Harmenopulus *L. 2. Epit. tit. 4. §. 126.* Dubitatum fuit, an vineis possit acquiri servitus rustica? Quia in superficie consisteret, & ad utilitatem superficiei pertineret, quod naturæ servitutis rusticæ est contrarium. Rusticæ enim servituti forma & discrimen ab urbana in eo consistit, ut pertineat ad solum ipsum, non ad putandam vineam vel inoculandam arborem, sed ad proscindendum solum, uti Apule- 24

Apulejus loquitur *L. 1. Florid.* Sed tamen obtinuit, & vineis servitutes rusticas recte acquiri, hac elegantissima ex ratione, quod hæc servitus ad totum magis, quam ad superficiem pertineat, ideoque sublatis vineis, servitus solo inhærens ipso jure remaneat. Et hæc est sententia ratioque decidendi Javoleni in lege hac *13. ff. de servit. præd. rust.* Itaque si pacti sunt contrahentes, ut solis vitibus, non fundo debeatur servitus, adhuc durabit, quia ipso jure ad tempus constitui nequit, *l. 4. de Servit.* ope tamen exceptionis, uti iterum Javolenus loquitur *dict. loc.* pacti vel doli mali se reus tuebitur: In constituenda enim servitute, ut in qualibet alia conventione, semper sequendum est, quod actum est. *l. 34. de R. J.* cum nihil tam conveniat naturali æquitati, quam pacta servari *l. 1. de pact.* scilicet data saltem ex iis exceptione. Struv. *Dissertat. de Jure Torcul. c. 3. §. 11.*

25 Census autem torcularis, quem districtuales Domino torculi bannalis, in recognitionem & pro opere & labore in cogendis uvis præstito solvunt (qui jus pressuræ vocatur a Camill. Borell. *Consil. 3. n. 2.*) consistit vel in pecunia numerata, vel in vino seu musto profluente; In Ducatu Würtenbergico Dominus torculi de quolibet cado musti, mensuræ Würtenbergicæ, trigesimam secundam partem pro censu torculari percipit ultra mercedem operariorum, quam Dominus uvarum, *der Kelter-Kundt*, solvere tenetur. In quibusdam Italiæ locis, præsertim Regni Neapolitani, Baro Trappetorum oleariorum ultra certum nucleorum numerum octavam olei partem pro jure pressuræ exigit, cum obligatione mercedem operariorum solvendi, teste Camill. Borell. *dict. Consil. 5. n. 3. & 27.*

26 Quæritur autem hoc loco non incongrue: An Dominus torculi bannalis, qui in pago cum jurisdictione præest, censum torcularem pro lubitu mutare vel augere possit, *ob der Keltern Herr könne den Kelter-Wein steigern?* Ego sane respondeo, quod non; sive census torcularis ex pacto, sive ex consuetudine percipiatur. Hanc enim quæstionem decidit Imperator Constantinus singulari Rescripto: Quisquis, *ait*, colonus plus a Domino exigit, quam ante consueverat, & quam in anterioribus temporibus exactum est, adeat judicem, cujus primum poterit habere præsentiam, & facinus comprobet, ut ille qui convincitur amplius postulare, quam accipere consueverat, hoc facere inposterum prohibeatur; prius reddito, quod superexactione perpetrata noscitur extorsisse *in l. 1. C. in quib. caus. Colon. L. 11.* Rationem adducit ipse Imperator Justinianus, in Rescripto ad Joannem præsidem Provinciæ, quoniam in redditibus præstandis veterem consuetudinem Domini possessionum observare debent. *in l. cum satis 23. C. de Agricol. & censit. Lib. II.* qui ibidem quoque rescripsit: Caveant igitur possessionum Domini, in quibus tales coloni constituti sunt, aliquam innovationem vel violentiam eis inferre. Si enim hoc approbatum fuerit, & per judicem pronunciatum, ipse Provinciæ Moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino provideat, & læsionem, si qua subsecuta est, eis resarcire curet. Ex eadem ratione Imperatores Arcadius & Honorius præcipiunt, ut exactiones militaris annonæ servata regionum consuetudine fierent, *in l. missi 7. C. de Exactor. tribut. lib. 10.* Pari modo Imperatores Honorius & Theodosius in politici canonis solutione nullam adjectionem vel innovationem sustinere jubent, *in l. si quis auctoritate, 16. C. de omni agr. desert. colend. L. 11.* Alexander *Consil. 145. L. 2.* Nicol. Boer. *Decis. 132.* Et hoc robur accipit ex ea juris ratione, quod circa exactionem decimarum & portionis congruæ consuetudo solvendi attendatur, per quam debitores acquisitum habent jus, quod ipsis invitis facile adimi non potest per *cap. dilectis. cap. cum sine. cap. aliquibus. X. de Decimis.* Petr. Rebuff. *de Decim. quæst. 10. n. 6.* Guttierrez. *Pract. L. 1. quæst. 10. n. 2.* Petr. Monet. *de Decim. c. 5. n. 87.* Ac quod Decimæ insolitæ non exigendæ, sed consuetæ solvendæ sint, tradit Christinæus, *Decis. 236. vol. 1.* Novar. *Tom. 1. Gravam. 305. per tot.* Ex eadem ratione molituræ Decimationem vel exactionem juxta consuetudinem loci fieri debere *arg. l. 4. §. fin. ff. de Publicanis.* Fr. Niger. *131. n. 13.* Myler. *c. 19. §. 25.*

Hoc jus tamen prohibendi districtuales 27
ad alia torcula privata accedere, eo usque vigorem suum obtinet, quo usque Dominus torculi facultatem & commoditatem habet subditos cito expediendi, scilicet si torcula, molendina, ferræ, battin-

deriæ & trapetta ita comparata & inſtructa ſint, quo ut diſtrictuales rite & debito tempore expediantur; alias prohiberi minime poſſunt, quin aliena torcula, molendina & ſimilia ædificia bannalia pro lubitu viſitare poſſunt. Nam jus eundi & cogendi ſubditos ad bannalia torcula & ſimilia, videtur reſpectu Domini & ſubditorum quaſi contractus ultro citroque obligatorius, ideo uno deficiente, alter quoque recedere poteſt. *arg. Julianus. §. offerri. ff. de act. emt.* Steph Gratian. *Decif. Rot. March. 86. n. 22. & ſequ.* Mareſcot. *var. reſolut. c. 90.* Nam exceptio iſta non adimpletionis contractus dicitur exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſſum. Aymon. Cravetta, *Conſ. 127. n. 14.* poſt alios Caroc. *de Except. 30.* ac *in tr. de Locat. Part. 4. cap. de Evictiοn. n. 42.* ac nunquam per ſtatutum ſublata cenſetur, cum oritur petitio. Roman. *Conſil. 244. n. 5.* Alexander *Conſ. 119. n. 2 Lib. 1.* Cephal. *Conſil. 402. n. 19. L. 3.* Mareſcot. *dict. L. 1. c. 8. n. 2. & 3.* Ac contractum non ſervanti, vel ex ſua parte non adimplenti, ab altera quoque parte obſervari non debet. *arg. l. cum proponas. 7. quæſt 17. n. 26.* In terminis Torculorum. Joan. Mar. Novar. *dict. tr. Tom. 1. Gravam. 65.* Sane Dominus molendini bannalis ita ſuos diſtrictuales in terendo frumentum promovere tenetur, ne ultra viginti quatuor horas in moletrina domini ſtare teneantur. Quod ſi tanto temporis ſpatio molituram ſeu macinam habere non poſſunt, libere recedere & alias moletrinas accedere poſſunt. Tepat. *var. jur. Deciſ. Tit. de Molendin.* Sicuti in Regno Galliæ deciſum fuiſſe refert Joan Papon. *in Arreſt. L. 13. tit. 18. Arreſt. 1 & 2.* late Joan. Mar. Novar. *dict. Tom 1. Gravam. 61.* quod de conſuetudine vel Conſtitutione Regni Neapol. ac aliarum provinciar. intelligendum. In Ducatu Britanniæ tenetur Vaſallus ac diſtrictualis, in moletrina bannali trinos dies noctesque aquam expectare, ſi ſit aquaria moletrina; Sin vero moletrina ſtabilis, diem noctemque, juxta tenorem Conſtitutionis Britanniæ: Et eſt tenu l'homme attendre l'eau trois jours & trois nuits: Et aux Moulins à vent jour & une nuit, h. e. tenetur homo obligatus expectare per tres dies & tres noctes; vel in molis pnevmaticis per diem & noctem, Conſuet. Britan. *art. 365.* computando tempus de momento ad momentum, ſicuti regulariter traditur *in l. in omnibus temporalibus ff. de oblig. & act. l. 3. §. minorem ff. de minor.* Non enim dicitur aliquid factum, cum adhuc ſupereſt aliquid agendum. per *l. penult. C. ad S. C. Syllan.* Laurent. Fænut. late *in tr. de momentan. temp. jur. c. 30. n. 1. & 9. Jul. m. 270. & 271.* In quo tempore dies quoque feriati computantur à compter l'heure, qu'il arrivera, h. e. horam computando & numerando ab eo tempore, quando advenit. Bertrand. Argentræ *ad Conſuet. Britan. art. 365. lit. D.* Nam omni tempore pane egemus, inquit Accurſ. *in l. publicas C. de Feriis.* Ac quotidie editur, igitur & panem coquere & frumenta molere etiam diebus feriatis in honorem Dei inſtitutis licitum erit, ſecundum Archidiacon. *in cap. jejunia. de conſecrat. diſt. 3.* Johan. Saiſon. *ad Conſuet. Torunenſ. tit. 1. art. 10. verb. Non feriable.* Hinc cauſam alimentorum etiam diebus feriatis agitari poſſe, deducit late Surd. *de aliment. lit. 8. Privileg. 2.* Camill. Borell. *de Magiſtr. lib. 4. c. 7. n. 45.* Id quod communiter quoque in locis vineariis, qui vinetis abundant, locum habet, ut uvæ collectæ diebus noctibusque etiam feriatis premantur, & Torcula publica exerceantur, ob periculum corruptionis uvarum calcatarum, quæ quam citiſſime putreſcere ſolent, nec ſervando ſervari poſſunt. Myler. *in Metrol. c. 19. §. 29.*

Dominum autem territorii, vigore 28
juris Superioritatis, facultatem & poteſtatem habere viſitandi torcula tam publica quam privata, de eorum uſu & uvas premendi modo ſtatuendi, probabiliter nec ſine ratione aſſerimus. Sicuti enim menſurarum & ponderum jus, item molendinorum cura ad Principem territorii pertinet; ita quoque torculorum jus & viſitatio, ac de ipſis regendis inſpectio & ordinatio. Molendinorum enim curæ compar eſt Torculorum inſpectio. arg. traditorum Ulpiani *in l. in Inſtrumento 8.* ibi: aratra, ligones, & ibi: torcularia *ff de Inſtruct. legat.* Prout hæc duo a Scriptoribus comparantur paſſim, per ea, quæ tradit Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. jur. lib. 18. c. 22. n. 8.* Joan. Papon. *in Deciſivis lib. 13. tit. 8 Arreſt. l. 2. & 3.* Gvido Papæ. *Quæſt. Deciſ. 298.* Quæ duo in quibuſdam legibus provincialibus conjunguntur, ſicuti conſtat ex Conſuetudinib. Lotharingiæ apud Abrah. Fabert. *in Comment. ad tit. 6. §. 98.* ibi: Le Droit de Bannalites de Fours Moulin & preſſoir, h. e. jus Bannalitatis, furnorum,

rum, molendinorum & torcularium, Et *tit. 8. § 118.* ibi: Et adjustement de Poids & Mesures: Mesmes de pouvoir eriger pressoir & Moulines à son usage, h. e. adæquare pondera & mensuras, & per se posse erigere torcula & molendina in suum usum.

Sicuti enim frumentum pretiosissima pars est fortunarum, per responsum notabile Jureconsulti Pauli, *in l. nam salutem. 3. ff. §. effracturæ* ibi: pretiosissimam partem *ff. de offic. præfect. vigil.* late Hieron. Marstall. *de divit. Part. 2. c. 8.* adeo ut ex hac causa Reges & Principes jure Superioritatis summam curam suis præceptis impendant, ne annona ac res frumentaria per falsas mensuras cum totius provinciæ damno turbetur, ac ne populus per ejusdem actionem gravetur per *l. 2. C. de monopol. l. 2. in pr.* ibi: cura annonæ, & ibi: quo annona carior fieret. *ff. ad leg. jul. de Annona.* Extat quoque singulare rescriptum Imperatoris *in l. 1.* ibi: Quoniam crescit inopia, si frumenta. *C. de Frument. urb. Constant. Lib. 11.* ut non male Stobæus, Omnia quibus egemus in agricultura inesse, dixerit. Stob. *tit. de Agricult. Sermon. 56.* Petr. Greg. Tholosan. *L. 48. tit. 9. c. 2. n. 4.* late Casp. Klock. *de Ærar. lib. 2. c. 91. per tot.* late Andr. Dinner. *tr. de just. rer. pret. quæst. 3. n. 1. & sequ.* Marstall. *dict. tr. part. 1. c. 3. per tot.* Ita quoque vinum singulare DEI donum existit, ac a summo Magistratu diligenter procurandum, & prævidendum, ut uvæ collectæ juste & absque fraude premantur.

29 Ex quibus sequitur, quod Dominus territorii vel pagi possit vigore jurisdictionis territorialis ac juris superioritatis de Torculis rite ædificandis & legitime dirigendis certa statuta, vulgo *Kelter-Ordnung*, condere, ut unicuique incolarum uvæ recollectæ debito modo & tempore premantur; ac vulgariter dicimus: *daß die Wein-Beeren fleissig aufgeschüttet, gebührend gehauen und rechtmäßig ausgedrückt und gekeltert werden*, h. e. ut uvæ diligenter prelo subdantur, debito numero & modo circumcidantur, & mustum exacte exprimatur.

30 Ex eadem superioritatis ratione Dominus territorii statuta condit, ut Torcularia, h. e. tam ædificia ipsa, quam eorum instrumenta, ab officialibus & ipsis torculorum Dominis sarta tecta conserventur, imprimis vero ut non tantum cuppæ, sed etiam cuppulæ cum doliis & vasis minoribus ab omni mucore & putredine custodiantur & purgentur. De quibus sequentia disposita legimus in Statutis Würtenbergicis, *der Kelter halb ist höchlich vonnöthen auch Unser ernstlicher Befehl, daß ihr Amt-Leute und Forst-Meister mit Ernst und besonderer Besichtigung der Häuser, Gebäu, wie ob, darob seyd, damit die Keltern, so Uns zustehen, oder denen Wir sonst Holtz zu geben schuldig seyn, an Dachung, Besichtigung und andern vor das Wetter und nach Nothdurfft versehen &c. auch sonst mit rein Ausführung der Tröster und in andere VVege, und sonderlich bey und unter den Bietten und Butten, auch von Verlegung ausserhalb der Herbst und Kelter-Geschirr dermassen verhütet, sauber und in gutem VVesen gehalten, damit das Holtz trocken stehe, durchgehende Lufft habe, und durch solchen VVust und Unfleiß nicht ehe die Zeit erfäulet, und darnach mit mercklichen Kosten wiederum gebauet werden muß, und insonderheit vorsehen, daß die Leit-Seul gegen der Spindel, und denn beseits vom Büet mit angeschifften und eingesetzten Biegen verbiegt werden, damit das Bieth noch die Fierling sich desto weniger schieben und verschiessen möge, damit es nicht sonst viel Geschirr und Holtz brauche.* Statut. Würtenb. *Polit. tit. 86. in princ.*

Pari modo & Dominus jurisdictionalis ordinationes publicare potest, quales ministri ad coactionem uvarum suscipiendam eligendi sint, & quomodo illi instrumenta torcularia dirigere debeant, ne damnum aliquod ædificio torculari inferatur, quod alias non sine magnis expensis reficitur, de quo sequentia in dicta Ordinat. polit. Würtenberg. *tit. 86. §. 2. Wir befehlen auch allen Unsern verrechneten Amt-Leuten, daß sie hinfüro verständige Werck-Meister und Knechte zu Kelter-Gebäuden und Herbst-Arbeit mit einem Gerichte bestellen und annehmen, und sich dahin richten und versehen, Spindel, Schrauben, Brack- und Britt Holtz in Vorrath zu haben, daß man die nicht zuerst gegen den Herbst grün nehmen und brauchen müsse, auch nicht gestatten, eines ieden Gefallen die Kelter-Bäume zu treiben und zu spannen, wie denn solches eines Theils denen Amt-Leuten in ihrer gedruckten Rechnungs-Ordnung von Uns ausgangen auferleget ist; denn solte und würde etwas hinfürter von einem oder mehr Amtmann also durch ihren Unfleiß versäumet und*

und verwahrloset werden, gedencken Wir dasselbe bey ihm einkommen zu lassen.

31 Principes enim Würtenbergici, uti in aliis, ita etiam in hac re singulari cura torculares viros & ministros ad regenda torcula eligi voluerunt, quorum primus & præcipuus est Rector seu Præfectus Torculi, *der Kelter-Meister* vulgo dictus, qui cæteras personas torculares gubernat, eas ad debita officia adigit, & sine ejus concessione nemo uvas recollectas prelo subjicere & cogere potest, ut omnis confusio evitetur, nec alter alteri tempus & locum coactionis præripiat. Ordinat. Würtemberg. vindem. *artic. 13. & 22.* Secundo præponitur Torculo Scriba publicus, *der Kelter-Schreiber*, cujus præcipuum munus in consignandis decimis & censibus in constituto torculo perceptis, quo Domino Decimarum & Torculi justa ratio reddatur, & census competens rite solvatur. Ordinat. Würtenberg. vindem. *artic. 27. 29. 30.*

Tertio constituitur Decimator, qui nomine Domini Decimatoris, *des Zehend-Herrns*, decimas & census vindemiales ex vino seu musto dimisso percipit, & debite consignat in certum libellum, sine cujus permissu & præsentia nemini licitum est palum foramini cuppæ immissum laxare, & protropum dimittere, *den Zapffen zucken und den Most abzulassen* vocamus, & quidem sub pœna decem florenorum Domino Territorii solvenda, de cujus munere late disponit d. Ordin. vindem. *art. 27.*

Quarto necessario quoque adsunt famuli torculares, *Kelter-Buben*, qui uvarum congeriem prelo subjiciunt, vectibus ligneis urgent, congeriem proscindunt aliquoties, & debite expressam dejiciunt, *welche die Tröster austragen, den Secker gebührend verhauen und wieder abwerffen müssen.* De quorum officio rite peragendo & fraudibus coërcendis passim agit d. Ordin. Vindemial. *artic. 8. & 23.* Myler. *in Metrolog. c. 20. §. 1 sequ.*

Habuerunt quoque Romani servos suos, quos torcularibus destinarunt, quorum unus pro custode torculari electus erat, qui tamen in numero servorum non existebat. Quo de Laurentius Pignor *de Servis fol. 265.* Erat quoque apud Romanos in unoquoque torculo Prælator addictus & præpositus, qui de prelo rite custodiendo & observando nomen accepit.

Quorum usus & necessitas moribus quoque nostris in torculis tam publicis, quam privatis Ducatus Würtenbergici observatur, adeo ut in quolibet torculo vindemiarum tempore certus carpentarius constituatur, qui prelum, cochleas & alia torculi instrumenta animadvertere debet, ut si quid vi coactionis rumpatur, subito reparetur, ne districtuales cum periculo uvarum diutius, quam par est, detineantur. Ordin. Vindem. Würtenberg. *art. 24.* Cæterum in omnibus fere torculis, tam publicis quam privatis, omnes ii, qui circa torcularia versantur, viri boni & integræ famæ ut sint, necesse est. Sicuti juxta ordinat. Camer. *P. 1. tit. 36.* inter alias qualitates nuncii cameralis etiam integritas vitæ, *die Redlichkeit*, requiritur, Stamm. *de Servit. personal. l. 2. cap. 20. sub num. 3.* præsertim in Ducatu Würtenbergico, ubi omnes viri torculares quolibet anno tempore vindemiarum Præfecto cujusque loci, nomine Principis Serenissimi, jurato promittere tenentur, quod vindemiatores promovere, torculi prelum observare, omne lucrum turpe, imo illius quoque suspicionem effugere velint. Ordinat. Vindem. Würtenberg. *art. 23. & seqq.* Et hoc ad exemplum Apparitoris, Forestarii, Nuncii publici, & alicujus alterius Ministri publici, qui de officio bona fide & legaliter administrando in ingressu officii jurare solent. *l. Theopompus ff. de dot. præleg..* Hermann. Stamm. *de Servit. personal. L 2. c. 20.*

Quia etiam ad vini generositatem mul- 32
tum conducit, ut uvæ recenter collectæ cum bonitate intrinseca quam cito devehantur ad cuppas, Germ. *Büttig, Kelter-Gefäß.* Ideoque is, ad quem spectat torculum, debet esse solicitus, ut cuppæ & cuppulæ vindemiales legitime conficiantur, ab omni immunditie purgentur, ac ne fraudi locus sit, debito modo & ordine ponantur, de quo prudenter dispositum in Ordin. Würtemb. Vindemial. *artic. 15. & seq.* Cuppæ autem & cuppulæ sumtibus Domini torcularis conficiuntur, & circulis constrictis sarte tecte custodiuntur, in quarum impensarum compensationem vir Torcularis, *der Kelter-Kundt*, certos musti modios Domino solvere tenetur; cuppæ autem tempore, quo torcula exercentur, famulorum custodiæ tam diurnæ, quam nocturnæ committuntur. Ordinat. Vindem. *art. 12. & seq.* Quod si mustum culpa famulorum torculariorum

damnum

damnum aliquod vel sordibus & diminutionem patiatur, ipsi damnum resarcire tenentur. Hasce enim cuppas nemo impune violat. Dict. Ordin. *art. 13.* In hasce cuppas & cuppulas uvæ conjectæ jam contritæ conteguntur, ne pluviis adulterentur, vel alio modo spurcentur. Nam is, qui vinum spurcavit, vel effudit, vel acetum fecit, actione legis Aquil. convenitur, juxta Celsum *in l. Si servus 27. §. cum eo. 15. ff. ad Leg. Aquil.* ubi Budæus *fol. 453.* Rhag. *cap. X. n. 3.* Qua de causa in multis Ordinationibus vindemialibus optima ratione provisum est, ne cuppæ ac cuppulæ stillicidiis ædium aut torculorum, *dem Dach-Trauff*, supponantur, quo minus orta pluvia autumnali uvæ congestæ aqua pluviali diluantur.

De qua ita in Ordinat. Würtenb. Vindem. provisum est: *Es solle von den Zehendern und andern unter die Keltern verordneten Personen mit Fleiß Achtung gegeben werden, daß niemand seine Büttinnen, wie von theilen bishero geschehen, unter die Dach-Trauff oder Rinnen setze.*

Id quod de Canali Stillicidii intelligendum esse censeo. Nam si vindemiarum tempore aliquæ pluviarum guttulæ in vasa vinaria & dolia ceciderint, propter hoc non solvitur species vini, sed pro vino integro vendi potest; quoniam quædam guttulæ non mutant substantiam vini. Joan Saison. *ad Consuet. Turonens. tit. 10. art. 1. in pr. fol. m. 60.* Prosper Rendell. *de vindem. P. 2. qu. 56. f. m. 36.* Ex qua ratione Canonistæ tradunt, quod si data opera parum aquæ vino commisceretur, absque speciei mutatione, posse de hujusmodi vino fieri consecrationem, per *cap. cum Matthæus*, ubi Augustin. Barbosa *num. 11. X. de Celebrat. Missæ Domin.* Soto *lib. 4. sentent. distinct. 9. qu. 1. art. 5.* Joan. Saison. *dict. tit. & art. 1. fol. m. 61.* Zach. Pasquaglius *de Sacrif. novæ leg. tr. 1. q. 308. & qu. 310. per tot.*

33 Ex eodem superioritatis jure Dominus territorii, etiam invitis districtualibus & subditis, vineas possidentibus, inhibitiones promulgare potest, de non vindemiando pro lubitu, sed expectando certum uvarum tempus plenæ maturitatis, id quod Dominus pagi invito territorii Domino, superioritatem in pago habente, vix inhibere aut permittere potest, argumento a Romanis desumto: Præsides namque Provinciarum (respondit Paulus JCtus) ex consuetudine cujusque loci, solent messis vindemiarum causa tempus statuere *in l. 4. ff. de Feriis.* Et hoc pro locorum & temporum varietate, quod aut maturius & brevius, aut tardius & longius statui debet, usque dum uvæ, juxta temperiem aëris, vel tardius, vel citius ad maturitatem perveniant, *l. 7. ff. de Offic. Proconf.* Anton. Faber. *in Rational. ad d. l. 4. ff. de Feriis.* Unde in Consuetudin. Bituriens. statutum est, quod non liceat vindemiare vineas cuiquam, donec de hoc apertura fuerit facta vindemiandi. Joan. Bouvet. *ad Consuetud. Burgund. fol. 475.* Plura de hac re vid. apud Mylerum *in Metrolog. c. 20. §. 10. seq.*

Superest, ut adjiciamus quædam de 34
cantu calcantium uvas in torculari occasione *capitis 48. Jerem. v. 33.* Super messem tuam & vindemiam tuam prædo irruit: Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo & de Moab, & vinum de torcularibus sustuli: Nequaquam calcator uvæ solitum celeuma cantabit, *Freude und Wonne ist aus dem Felde weg, und aus dem Lande Moab, und man wird keinen Wein mehr keltern, der Weintreter wird nicht mehr sein Lied singen.* Conf. *Judic. 9.*

Nimirum novimus ex veterum poëtarum cum Græcorum, tum Latinorum monumentis in vindemia vel in torculari peculiares fuisse adhibitas cantiones, quibus partim lætitia, partim gratus animus de beneficiis erga Supremum Numen declarabantur. Dicebatur autem Carmen illud ἐπιλήναιον vel ληναῖον, cumque ab Ethnicis vindemia peracta in Bacchi honorem caneretur, inde Bacchus quoque ληναῖος vocatur. Porro cum constet a torcularibus carmen ληναῖον dici, inter Hymnos Davidicos quoque quosdam ut 8. 80. 83. reperimus, qui ὑπὲρ τῶν ληνῶν inscribuntur, i. e. pro torcularibus. Sunt enim, ut notatum a B. Hilario *in præfat. Psalm.* hymni hi victoriales seu ἐπινίκιοι, & gratulatorii, inque Festo Tabernaculorum collectis jam frugibus canebantur, *Levit. XXIII, 39.* Sicuti idem confirmant quoque quidam vetustiores apud Theodorum Antiochenum, in Catena Græca, ex quorum sententia Theophylactus *in Cap. VII. Johann.* de tertio Scenopegiorum festo agens, quod (inquit) celebrant in gratiarum actionem propter confectas fruges mense Septembri Romanorum. Tunc enim gratias agebant Domino convectis omnibus frugibus. Quare etiam Tabernacula

Juris Georgici Lib. III. Ddd d

nacula fiebant, & velut in agris læti degebant. Unde Psalmos quosdam Davidis, quorum inscriptio est: pro Torcularibus, ajunt nonnulli in hujus Festi honorem compositos a Davide. Tunc enim Torcularia sua implebant, & uvas premebant, & eo nomine gratias agebant, & Psalmis atque aliis in gratiarum actionem utebantur. Talis est Psalmus 8. &c. Quod vero Vulgata in transferendo hoc loco Jeremiæ utatur voce Celeumate, non ληνάιω, duas arbitror esse causas, (1) enim Propheta per vocem in Hebræo adhibitam notare voluit ejusmodi carmen, quod in ipsa uvarum calcatione cecinere calcatores. Nunc autem ληναῖων significat carmen, quod omni opera confectum recitatur. Errat itaque Hugo Cardinalis, dum Celeuma de cantilena explicat, quam veteres solebant post prandium illud absoluta collectione fructuum institutum canere. Paterfamilias, inquit, postquam collegerat totam vindemiam in cellarium suum, familiæ & omnibus vindemiatoribus suis faciebat magnum convivium, & post prandium de abundanti collectione fructuum cantabant, & cantilenæ illæ dicebantur Celeuma; κελεύω enim, a quo celeuma descendit, notat jubeo, adhortor, & proprie usurpatur de remigibus, qui se invicem ad opus diligenter faciendum adhortabantur; & talis adhortatio vocatur κέλευσμα: improprie tamen & per Metaphoram transfertur quoque ad illos cantus, quibus famuli torculares utebantur ad socordiam & negligentiam sociorum depellendam. (2) Cum nullum peculiare nomen Latium indiderat huic Carmini, retinere voluerunt interpretes Græcum illud, quod Martialis *L. 3.* simili in materia adhibet. Struv. Jun. *dissertat. de jure Torcular. c. 6. §. 7.*

CAPUT XVIII.

DE BALNEIS.

SUMMARIA.

1. *Magistratus ex Balneis publicis haud leve commodum percipit.*
2. *Balnea pertinentiis Prædiorum accensentur.*
3. *Balnea quidam ad sublime territorii Jus pertinere contendunt.*
4. *Rectius tamen alii ad mixtum imperium referunt.*
5. *Balnea Romæ plurima.*
6. *Eorum splendor & immensi sumtus.*
7. *Balneorum forma & partes.*
8. *Eorum Usus apud antiquos maximus.*
9. *Utilitas eorum.*
10. *Cur apud Romanos ita fuere frequentia?*
11. *Luxus eorum.*
12. *Balneorum Instrumenta.*
13. *Balnea promiscua improbantur.*
14. *Tempore Heliogabali licita.*
15. *Alias semper apud Romanos prohibita.*
16. *Item apud Turcas.*
17. *Qui arcebatur a Balneo publico, poterat experiri actione injuriarum.*
18. *Judæis vetitum Christianorum balneis interesse.*
19. *Balnea privata olim Balneatoribus locabantur.*
20. *Balneum frequentare est res meræ facultatis.*
21. *Licet Subditi per longissimum tempus iverint ad Balneum Domini sui, tamen prohiberi non possunt, quo minus deinceps alio utantur lavacro.*
22. *Imo licet quis cum balneo investitus fuerit, tamen non habet jus cogendi.*
23. *Libertas illa quibus modis restringatur?*
24. *Quod fit per legem publice latam.*
25. *Vel per privilegium alicui concessum.*
26. *Vel per Statutum Magistratus alicujus inferioris.*
27. *Item per pacta.*
28. *Ut & per præscriptionem.*
29. *Pariter etiam si Dominus Prædii in commodum subditorum commune balneum extruxerit.*
30. *Vel si bellum vel pestis immineat.*
31. *Per pacta quomodo jus cogendi adquiratur?*
32. *Quomodo per præscriptionem?*
33. *Magistratui incumbit curare, ut in balneis omnia rite se habeant.*
34. *Debet prohibere, ne balneatores inter se conveniant, ne aliter balneent, quam ea mercede quam statuerunt.*
35. *Possunt Balneatores inter se Collegium constituere.*

36. *Possunt*

36. *Possunt creare Rectorem, habere fiscum, condere statuta.*
37. *Qualia statuta condere possint?*
38. *Statutum Opificum injustum ne filii Balneatorum in eorum collegia recipiantur.*
39. *Ut & si aliquis eorum viduam vel filiam in matrimonium ducat.*
40. *Privilegium Imperatoris Wenceslai Balneatoribus concessum.*
41. *Causa impulsiva hujus privilegii.*
42. *Psitacus cur Balneatorum insignibus sit insertus?*
43. *Balnea publica a Metatis sunt libera.*
44. *Non item Balneatores.*
45. *Milites olim Balneum a Cive non debebant exigere.*
46. *Magistris Militum tamen id erat permissum.*
47. *Furtum balnearium quomodo puniatur?*

1 CUm & Magistratus annuatim ex Balneis publicis haud leve compendium percipiant, Faust. *de Ærar.*
2 *Class. 15. Consil. 57.* recte pertinentiis Prædiorum ea accensentur, Besold. *Thes. Pract.* vocab. *Ehehafftin:* ubi *Ehehafftin*, sive pertinentiæ in Algoia, item Suevia sunt *Mühlen, Schmieden, Bad-Stuben und Tafernen;*
3 Quæ Jura quidam ad sublime Territorii Jus, sive altam Jurisdictionem pertinere contendunt Keller. *de Offic. Jur. Pol. L. 2.*
4 *c. 23. §. habebunt.* Alii tamen rectius ad mixtum imperium referunt Thom. Michael. *disput. de Jurisd. Th. 103. sub lit. b.*

5 Balnea Romæ erant plurima, &, ut quidam volunt, 816. tam publica, ut Agrippæ, Neronis, Vespasiani, Titi, Domitiani, Alexandri Severi, Aureliani, Constantini &c. P. Victor. *in nov. region. Urb.* Plin. *35. c. 4. & Lib. 36. c. 25. l. 2. ff. ne quid in loc. publ. l. injuriar. ff. de injur.* quam privata *l. 13. in fin. ff. de Usufr.* quæ tamen interdum a privatis hominibus publice præbebantur. *l. 35. ff. de Leg. III.*

6 Magna mole & sumtu, Alexandrino & Numidico marmore, latis specularibus, mira cælatura & arte constructa erant balnea, habebantque maximos porticus, pavimenta ex marmore, maximas columnas, quæ sustinebant immensos arcus: Ubi tenendum, in nullis Romanorum operibus plus luxus & insaniæ cerni, quam in Balneis & Thermis Imperatorum, quas in Provinciarum modum extructas Ammianus conqueritur, & reliquiæ aliquarum adhuc testantur.

7 Partes formamque Vitruvius *L. 5. Cap. 10.* ita describit: Æna super hypocaustum tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium, & ita collocanda, ut ex tepidario in caldarium, quantum aquæ calidæ exierit, influat; de frigidario & tepidario ad eundem modum Idem subjicit, Laconicum sudationesque tepidario conjungendas. Ex hypocausto autem per tubulos cuniculosque & fornaces vapor trahebatur: inde balnearii vapores *l. 3. ff. de Rivis.* de tubulis & fornacibus balneorum mentio habetur *in l. 13. de S. U. P.*

Usus autem Balneorum maximus fuit 8
tam apud Græcos, quam Romanos. Horum quædam laborum esse remedia Suidas ait, quamvis non neget, eorum nimium usum esse certissimam ad delicias viam, & frequenter his utentes effœminari, moderate tamen usurpata calorem & sanguinem conservare testatur Tertullian. *in Apolog.* Plures illorum causas Clem. Alexandrinus recenset, corporis munditiem, tepefactionem, sanitatem & voluptatem. Cum enim apud Romanos lini usus 10
esset rarior, sudorem sordesque sæpius corporibus abluere necesse habebant. Usitato more ante cœnam balneis utebantur. Item post ambulationes, exercitationes, operas sæpe necessitatis causa, non raro voluptatis. Siquidem Commodum in die octies, Gordianum Juniorem & Rhemnium Grammaticum septies lavisse legimus. Sola & parietes unguentis illinebantur, 11
idque non solum potentiores factitarunt, sed in privato quoque homine, ac demum in servo, Plinius notavit; Et Seneca aquam argenteis epistomiis fundi in plebeis fistulis, & in Libertinorum balneis gemmas calcari indignatur. Valerius & Macrobius Sergium Oratam hominem voluptuarium etiam pensilia instituisse balnea testantur. Balneorum instrumenta 12
secundum Jul. Pollucem *L. 10. c. 17.* sunt Balnei vasa, pelvis, labrum, urna, fons manu factus, cyatus, situla, aspergillum, Calvin. *ad h. voc.* quo instrumento etiam balneatorem, seu servum, qui balnei usibus deservit, contineri Martianus scribit *l. 17. §. instrumentum. ff. de Instruct. vel Instrum. leg.* Instrumenta hæc apud ditiores erant argen-

argentea, & dicebantur, balneare argentum
13 *l. 32. & l. ult. de aur. & arg.* Quamvis hodie in quibusdam locis, ut & olim Heliogabali tempore, balnea promiscua fuere, nulla habita aut sexus aut ætatis conside-
14 ratione, hoc tamen minime est approbandum, nec mirum est, quod subditi Imperatorem, qui tam profligatis moribus fuit, ut omnes ejus conatus eo spectarint, non quinam alio deterior, sed qua seipso pejor
15 esset, imitati sunt. Imo ante ejus tempora & deinceps Romanis legibus ea interdicta fuere. Hac de re lex Romuli I. Romanorum Regis extat. Ita enim in honorem muliebris sexus statuit: Qui se nudum a fœmina videri passus fuerit, criminis capitalis reus habeatur. Imo parentes cum liberis, & generi cum soceris lavare erubuerunt, sicuti Plutarchus *in vita Catonis Majoris* memoriæ prodidit. Scribit enim, eum filio præsente, non minus verecunde quam si adessent Vestales, ab obscœnis dictis sibi temperasse, neque unquam cum eo lavisse: huncque morem omnibus Romanis communem fuisse putat idem autor. Expresse tandem promiscua lavacra legibus sunt prohibita, & mulier poterat repudiari, si ita luxuriosa sit, ut commune lavacrum cum viris libidinis causa habere audeat *per l. 11. C. de Repud. Nov. 22. C. 15.* Ac indicium adulterii esse, si uxor aliena sola cum alio, quam suo viro, communi lavacro utatur, tradit Bocer. *de Adulter. C. 4. n. 51.* Unde Ludovicus Vives non sine indignatione exclamat: Quid attinet morem illum barbaricum insectari, quo apud quasdam gentes promiscue Viri & fœminæ eisdem balneis lavant? ne commemorandus quidem est, ferinus potius, quam humanus. Hujus opinionis quoque fuit Poggius Florentinus, quum describit, qualis licentia sit in Thermis Badensibus apud Helvetios, dum sexus uterque promiscuis lavacris utitur; Est autem epistola ipsius ad Leonardum Aretinum inter Epistolas Æneæ Sylvii 425. hunc habens titulum: Poggius de schola Epicureæ factionis, quæ regnat in Teutonia in balneo naturali Dominorum de Ba-
16 den. Sane Turci adhuc promiscui sexus lavacra ita aversantur, ut capitale sit viro interesse, vel conspici in loco, ubi fœminæ lavant. Imo apud ipsos nefas est, uxores eorum in publico aperta facie conspici. Camerar. *Hor. Subcis. Cent. 1. cap. 33.* Qui mos ad Italos hodie transmigravit, ita ut pro honesta muliere non habeatur, quæ se conspiciendam ex fenestra publice præbeat.

Quilibet vero poterat uti balneis publi- 17
cis, quæ publicis sumtibus & usibus erant constructa, *l. ult. pr. C. de discussoribus l. 27. §. 1. ad Municip.* eaque omnibus patebant, adeo ut qui arceretur ab iis, posset experiri actione injuriarum, *l. 2. §. 9. ne quid in loc. publ.* Judæis tamen prohibitum Chri- 18
stianorum Balneis interesse, utque vitent Balneatorum domus severe ipsis mandatum in Balneatorum privilegio, a Wenceslao Imp. concesso, apud Goldast. *Tom. 2. Const. Imper. p. 85.* Ita de Jure Can. Christianis sub excommunicationis pœna, si laici sint, vetitum, ne cum Judæis in balneo se lavent, *C. nullus. 28. Quæst. 1.*

Balnea vero privata Domini in suis ædi- 19
bus fovebant, aliquando etiam balneariam exercentibus locabant. *l. 1. C. de Ædif. Privat.* Tabor. *de Metatis. C. 6. n. 11.*

Licet autem lavare, vel balneum fre- 20
quentare, res sit meræ facultatis, adeo ut natura cuique liberum sit, an hoc vel illud lavacrum frequentare velit, ita, ut etiamsi quis per centum pluresve annos balneo certo usus fuerit, inde tamen possessori ejus nullum cogendi jus adquiratur. Klock. *Consil. 18. n. 35.* Cum nemo præsumatur accessisse eo animo ad balneum alicujus, ut idem perpetuo accedat, Menoch. *L. 1. Præsumt. 20.* Quod extenditur, licet sub- 21
diti fuerint, & ad balneum Domini sui per longissimum tempus iverint, ideo tamen prohiberi non possunt, quo minus deinceps alio utantur lavacro. Imo licet 22
quis cum jure balneum extruendi, vel etiam cum balneo jam extructo investitus fuerit, propterea tamen nullum jus cogendi sibi arrogare poterit, ut in simili tradunt Carpz. *P. 2. Const. 4. Def. 9.* Mev. *P. 1. Dec. 60. n. 3.* Nisi illud jus vel libertas per prohibitionem aut consuetudinem facultatis naturalis esse desierit, & uni competere cœperit, qui aliis deinde per investituram idem conferre queat.

Libertas autem illa quandoque certis 23
modis restringitur, idque fit vel autoritate 24
Principis per legem publice latam & pri- 25
vilegium alicui concessum; Vel Magistra- 26
tus cujusdam inferioris per Statutum; vel 27
denique per pacta & præscriptionem. 28
Mevius *d. l. n. 8. seqq.*

Si etiam Dominus prædii in commo- 29
dum subditorum commune balneum extruxerit,

struxerit, iniquum non erit, ut in compensationem sumtuum, quos fecit, jus cogendi exerceat, & subditos ad usum balnei sui adstringat, uti hoc in Molendinis constitutum, *Churfürstl. Sächsische Mühlen-*
30 *Ordnung de Anno 1661. princ.* Quod & ob alias causas, ubi belli vel pestis periculum imminet, statuendum, Rosenthal. *de Feud. cap. 5. concl. 26. n. 5.*

31 Per pacta jus cogendi in suum balneum adquiritur, cum quilibet libertati suæ renunciare & obligationem quandam in se suscipere potest. Itaque si Nobilis cum rusticis suis tale pactum inire velit, omnes præsentes esse & consentire debent, quia hic de singulorum libertate restringenda agitur, merito etiam omnium consensus ad pacti hujus validitatem requiritur. Hinc si Nobili cuidam municipium aliquod sit subjectum, non sufficiet, si Senatus vel Syndicus Municipii talem conventionem cum Nobili inierit, nisi prius singulorum Civium voluntas explorata, & ab iis declarata fuerit. Hering. *de Molend. quæst. 11. n. 114.*

32 Per præscriptionem quoque potest hoc jus acquiri, ut non in alio quam Domini balneo subditi lavent, quod fit per prohibitionem subditis vel aliis quibuscunque factam, & accedentem horum per longissimum tempus patientiam. Carpzov. *L. 1. Resp. 43. n. 14. & 15.*

33 Quia autem Magistratui haud leve commodum ex locatione Balneorum publicorum accrescit, Klock. *de Ærar. c. 12.* ideoque merito ei incumbit, curam eorum habere, & prospicere, ut omnia rite se habeant, ne lavacra promiscua virorum & mulierum instituantur, ne injusta merces
34 pro usu balnei constituatur; Item ne balneatores inter se conveniant, ne aliter balneent, quam ea mercede, quam statuerunt, quæ conventio, utpote quæ vergit in præjudicium tertii vel aliorum, de jure est invalida & monopolium sapit. Imp. Zeno *in l. unic. C. de Monopol. his verbis:* Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi, aliorumque operum professores & Balneatores penitus arceantur pacta inter se componere, ut, ne quis quod alteri commissum sit, opus impleat, aut injunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat: Data licentia, unicuique ab altero inchoatum & derelictum opus per alterum sine aliquo timore dispendii implere, omniaque hujusmodi facinora denunciandi sine ulla formidine & sine judiciariis sumtibus.

Possunt tamen Balneatores, ut & alii 35
Opifices, si ad minimum sunt tres, Collegium sive Zunftam inter se constituere, creare Rectorem, habere Fiscum & con- 36
dere propria statuta, dummodo ea sint licita, honesta & non vergant in commodum privatum, sed commodum publicum. Nam si illicita sint statuta, aut respiciant 37
privatam utilitatem, tum quia sapiunt monopolium, ideo non ligant. Quando autem dubitatur, an talia statuta propter privatam vel publicam utilitatem sint facta: tum in dubio præsumendum esset, Statutum esse illicitum, & propter conspirationem esse monopolium. Quod extenditur, licet Imperator vel Princeps vel lex aliqua generalem faceret Collegio cuidam concessionem, scilicet quod possit statuta condere, quia generalis concessio vel permissio nunquam trahitur ad illicita. Et si Imperator vel Princeps confirmet alicujus Civitatis vel Collegii privilegia, statuta vel consuetudines, tamen per illam generalem confirmationem non sunt confirmata iniqua privilegia nec malæ consuetudines. Lud. Roman. *Cons. 218.* Possunt igitur mercatores vel opifices seu Zunftæ inter se facere statuta, sed in suum præjudicium, non aliorum: ut dum textores lanæ vel lini inter se statuunt, ne vendantur panni vel linteum, nisi sigillatum, ita ut sint certi inspectores, qui possint judicare de panno vel lino parum recte texto, ut si tale inveniant, dilacerent. Sic balneatores possunt inter se facere statutum, ut lavetur certo modo, utputa certo die, ante vel post cœnam, vel tot diebus in hebdomade: Ut autem constituant inter se, ne quis lavet nisi dato certo & constituto pretio, quia hoc vergit in præjudicium aliorum, ideo non valet. Sichard. *ad Tit. Cod. de Monop. n. 5. & 9.*

Irrationabilia etiam in quibusdam locis 38
sunt statuta Opificum, in quibus prohibitum, ne filii Balneatorum in eorum Collegia recipiantur, hinc etiam tanquam injusta in Imperio Romano-Germanico abrogata atque prohibita sunt Recess. Imper. August. *de Anno 1548. In der Reformation Guter Policey* sub Rubr. *Von Handwercks-Söhnen, Gesellen und Lehr-Knaben,* verbis; *Setzen, ordnen und wollen demnach, daß die Leinweber, Barbierer, Schäfer, Müller, Zölner, Pfeiffer, Trummeter, Bader und ihre Kinder, so sich ehrlich und wohl*

gehalten haben, hinfüro in Zünfften, Gasseln, Aemtern und Gülden keinesweges ausgeschlossen, sondern wie andere redliche Handwercker aufgenommen und darzu gezogen werden sollen. Churfürstl. Sächsische 39 *Policey-Ordn. de Anno 1661. tit. 21.* Quod Carpz. *lib. 6. Resp. 99. & Dec. 18.* ad eum, qui viduam & filiam eorum in matrimonium ducit, extendit.

40 Quin & diu antea Balneatoribus contra iniquos hosce censores singulari privilegio ab Imp. Wenceslao provisum de Anno 1406. *darinnen sie allen andern Handwercken gleich ehrlich gehalten werden* apud Goldastum *Tom. II. der Reich. - Sa-* 41 *tzungen. p. 82.* Quod a Wenceslao in gratiam ancillæ, quæ in balneo serviebat, & eum captivum e custodum potestate scapha abduxerat, laribusque patriis redditum cupido concubitu exhilaraverat, factum tradit Carpz. *d. Decis.* Lehmann. *in Chron. Spir. L. 7. C. 61.* Verba Goldasti hæc sunt: *Anno 1406. ließ König Wentzel allen Badern einen herrlichen und ehrlichen Brief verfertigen, darinnen er das Bader-Handwerck allen andern Handwercken gleich gemachet, und ihr Handwerck und Dienste, so sie Königen, Fürsten, Herren, Rittern und allen andern Standes-Personen zu leisten pflegen, vor ehrlich und rein gesprochen, darneben allen Juden, Heyden und andern Unchristen oder berüchtigten Leuten verbothen, daß sie nicht allein die Bad-Stuben, sondern auch der Bader Behausung nicht besuchen, und dieselbe meiden sollen. Uber das solte sich niemand vorsetzlich unterstehen, die Bader zu schmähen, oder etwas wider ihre ehrliche Dienste zu reden; dafern aber iemands ihnen oder ihrem ehrlichen und reinlichen Handwercke zum Nachtheil und Verkleinerung etwas muthwillig reden würde, derselben ieglicher solte ohne alle Gnade in des gegenwärtigen oder zukünfftigen Kaysers oder Königs Zorn und Ungnade fallen, seines Kopffs verlustig, und alles sein beweglich und unbeweglich Guth von Rechts wegen an die Aeltisten des Bader-Handwercks gemeinen Nutz und Frommen anzuwenden schuldig seyn. Darneben hat ihnen ermeldter König aus Gnaden verliehen, daß sie allesamt dieses Wapens gebrauchen sollen, als nemlich in einem goldenen Schilde eine Blaufarb Knoten-weise gebundene Binden führen, darinnen in der Mitten ein grüner Papagey stehen solte. Dessen allen zum Zeugniß hat der König zu diesem Brief seine Majestät in weissem Wachse mit eigener Hand angehänget.* Hæc insignia non nemo ita 42 interpretatur, ut hujus farinæ hominum garrulitatem loquaci avicula expressam autumet. Limn. *de Jur. Publ. L. 6. C. 6. n. 65.*

Balnea publica a Metatis immunitatem ha- 43 bere, & ab actuali hospitatione eximi, communiter tradunt Dd. ne scilicet liber eorum usus impediatur, & militibus occasio furti & lasciviæ abscindatur, ubi tamen immunitas realis & personalis non est confundenda. Etenim ratione personæ Bal- 44 neatores nostros exemtos esse, aut privilegio personali jure gaudere, nemo facile dixerit. At de balneorum publicorum reali exemtione si quæratur, ea non tam privilegio, quam sua conditione intrinseca eximi patet; Erant enim balnea ista publica, ut publicis sumtibus, sic & usibus extructa. Siquidem pecuniæ publicæ seu Civitatum in hos usus præcipue vertebantur, in opera inquam publica, frumenti coëmtionem, portus, aquæductus, muros, vias, pontes, aggeres, balnea. Gothofr. *ad l. 4. C. de Discussorib. 10. 30.* facit *L. 1. & ult. de Fur. Balnear. l. 3. §. ult. de Offic. Præf. Vigil.* Quemadmodum autem ista balnea cives habent in usum communem. *l. 6. §. Universitat. ff. de R. D.* ita etiam curari & haberi debent ea ut publica, sive agatur de eorum ædificiis, sive de his, quæ in illis aguntur. P. Gregor. *de Republ. c. 9. n. 4.* Schönborner. *1. Polit. 14. circ. fin.* Speidel. *in voc. Bader.* Tab. *de Metat. c. 3. Art. 2. n. 9.*

Notari hic meretur olim ab Impera- 45 toribus singulariter prospectum, ne Milites balneum a Cive exigant, *l 6. C. de Metat.* Quod *in l. 12. C. Theod. de Metat.* absolute dici videtur privatum. *ibi:* nec privatum quisque a Domino Ædium postulet. Quomodo autem privatum absolute pro balneo dicatur, non video a quoquam *ad d text.* esse explicatum; Cujacius enim *ad d. l. 6.* hoc solum conjicit, quod boni etiam autores privatum pro balneo dixerint. Idem tamen *ad rubr. & l. 1. C. de ædific. privat.* clarius rem exponit, parti nim. balnei attribui nomen totius: quomodo in gallico idiotismo, le privè, ou les privés: & Julianus Ascalonita ap. Harmenopulum *τ. περὶ βαλανείε.* Hæc Cujacius. Extat alius textus *in l. un. C. ne rei militar. comit. vel tribun. lavacr. præstent.* qui 8. annos hanc legislationem antecessit, adeoque & nomen & rem ipsam liquidius declarat. Omnem, inquiunt Impp. inquietudinem a curiis (an hic intelligemus locum consilii

consilii seu βυλευτήριον τῆς πόλεως, an potius ipsas civium curias, vid. Rosin. *6. Antiquit. 2.*) & civitatibus præcipimus prohiberi, nec ulla privata ab his succendi balnea ad tribunorum, vel ducum aliorumve militarium comitum usus: nec adærationem (i. e. balnei loco æstimationem) aliquam pro hac causa profligari. (i. e. exigi.) Illustribus enim tantummodo viris, Comitibus ac Magistris militum (si tamen id voluerint) hoc ministerium indulgemus: dupli pœna violatoribus hujus sanctionis imminente. Ex quo textu missa dubitandi ratione, quæ peti potest *ex l. prædiis. 91. §. balneas. 4. de legat. 3.* tantum vocabulum privati & decisionis distinctionem hac vice eruemus & enodabimus. Quod enim vocabulum seu nomen attinet, patet ex integritate contextus, privatum non dici substantive pro parte aliqua, aut loco domus peculiari; Sed adjective: Nam non Romani tantum, sed etiam inprimis Orientales vel ob calorem intensum, vel lini usum rariorem, vid. Rosin. *1. antiquit. 14.* vel quia nudis aliqui pedibus & tibiis incedentes ex pulvere aut cœno sordes frequenter contraherent, assiduum etiam balnei usum desiderabant. Panciroll. *1. var. lect. 52. & d. part. 1. cap. 8. th. 13.* Tribus autem lavacrorum generibus utebantur: primum lavationibus in publicis fluminibus: quas militibus non utique plane interdicunt Impp. *in l. cum supra. 12. C. de re milit.* ut quidem tradit Perez. *in prælect. ad tit. Cod. ne rei milit. comit. inf.* Sed in inferioribus fluvii partibus peragi jubent. *d. l. 12.* Conf. Gothofr. *ad d. l. 12.* Deinde utebantur balneis publicis, quæ publicis sumtibus & usibus erant constructa. *l. ult. pr. C. de discussoribus. l. 27. §. 1. ad municip.* vid. Rosin. *d. c. 14.* eaque omnibus patebant, adeo ut qui arceretur ab iis, posset etiam experiri actione injuriarum. *l. 2. §. 9. ne quid in loc publ.* Denique habebant & balnea privata, Rosin. *d. l.* quæ scil. Domini in suis ædibus fovebant, aliquando etiam balnearium exercentibus locabant. *d. l. 1. C. de ædific. privat.* Hæc jam balnea exigere a municipibus hospites vetabantur: quia sc. non tantum impensam requirunt notabilem; sed etiam servitia conjuncta habent minus honesta, in congerenda & calefacienda aqua, succendendis ampullis, fricando corpore, Rosin. *d. l.* quæ forte *in d. l. 6. C. h. t.* itidem nomine infaustarum præbitionum veniunt. Nec *in l. 12. C. Th. de Metat.* vox privati absolute sumitur, siquidem is textus non est perfectus & absolutus, sed abscissus: id quod signum & cæteratum subindicat. Nec ap. Harmenop. aliquid in eam rem diversum a communi loquendi usu occurrit. Locus autem quem Cujacius citare voluit, est *in lib. 2. Epitom. tit. 4.* & agit de balnei structura, add. Hillig. *4. D. E. c. 4.*

Quod rem vero & prohibitionem ipsam 46
attinet, videtur *d. l. un.* aliquam fovere contradictionem. Etenim cum *d. l. 6. h. t.* in genere omnes milites moneat, ne balnea privata a municipibus exigant: & *d. l. un.* hoc etiam sanciat in personis tribunorum, vel ducum, aliorumve militarium comitum: Excipiuntur tamen in posteriore parte *d. l. un.* illustres viri, comites ac magistri militum, quibus, si id exegerint, ministerium hoc ab Impp. indulgetur. Et Perezius quidem in *prælect.* hoc dubium subolfaciens, distinguit inter Judices militares superioris ordinis, quales sint magistri militum & comites equitum peditumque: & inferioris ordinis, ut sint comites minores & militum tribuni. Sed rectius Pacius *in Anal. d. tit.* docet, in militia quoque duplices esse comites: Alios comites equitum peditumve: alios comites rei militaris: Illos esse illustres; hos tantum clarissimos; nempe magistri militum in ipsos quoque duces & comites militares habebant potestatem. Cujac. *in parat. Cod. de offic. Magistr. mil.* Unde ratio differentiæ & privilegii specialis manifesta fiet. adhib. Wesenb. *parat. C. eod.* Tabor. *Cap. 6. n. 11. & 12.*

Furtum denique balneariúm severius 47
puniebatur quam alia furta, fures autem balnearii sunt, qui in balneis vestimenta lavantium surripiunt: quorum manus furtificæ ut vitarentur, capsariorum usus invaluit. Sunt autem capsarii, qui mercede servanda in balneis vestimenta conducunt. *l. 3. §. ult. ff. de off. præf. vigil.* Alio sensu capsarii servi dicti, qui pueris in ludum literarium euntibus libros portabant. *l. si collectaneus. 13. ff. de man. vind.* Improbiores autem balnearios habitos vel inde apparet, quod Vibennium infamaturus Catullus furem balnearium vocaverit, hocque probrum juxta pathicum scelus collocaverit, *Epigr. XXXIV.*

O Furum optime balneariorum
Vibenni pater, & Cinæde fili:

Adstipulatur autem & eadem ratio, quam modo adduximus, quod nimirum eo gravius

vius animadvertatur furtum, quo major eſt delinquendi facultas: Eſt vero maxima in balneis, tum propter turbam, tum quod per ſe difficile ſit, ſimul & lavare, & veſtimenta cuſtodire. Qui enim veſtimenta poſuit, nihil ad cuſtodiam habet præter oculos, quos ſi vel pauliſper detorqueat, jam furandi facultas ſuppetit. Neque vero arcere furem e balneo poteſt, cum & quis ſit, ignoret, & uſus balnearum publicus ſit. Plaut. *in Rudent.*

- - Scin tu? etiam qui it lavatum
In balneas, ibi cum ſedulo ſua veſtimenta ſervat,
Tamen ſurripiuntur; quippe qui, quem illorum obſervet, falſus eſt:
Fur facile quem obſervet, videt: cuſtos quod fur ſit, neſcit.

Adjicit Ariſtoteles & iſtam rationem, quod contumelia furto balneario mixta ſit, eaque redeat partim ad rempublicam, partim ad eum, qui ſua furto perdidit. Ad rempublicam, quod ea convitiis atque maledictis proſcindatur furto in publico conventu facto; Ad eum, cui furtum factum eſt, quod ab omnibus derideatur, dum nudus cogitur diſcedere domum. Hanc ob cauſam Græcos quoque, ait, morte puniviſſe furtum in balneis, in foro, in palæſtra factum, cum in domo privata factum punirent duplo. Ant. Matth. *ad Lib. 47. Dig. Tit. II. c. I. num. 2.*

CAPUT XIX.

DE HOSPITIIS.

SUMMARIA.

1. *Hoſpitia vel Gratuita, vel Permutatoria, vel Mercenaria.*
2. *Vocabulum Hoſpitii olim ſolum Gratuitis & Permutatoriis competebat.*
3. *Gratuita peregrini receptio liberalitatis quidam actus eſt*
4. *In Turcico Imperio Hoſpitia ſunt gratuita.*
5. *Ut & in Italia in quibusdam locis.*
6. *Aliquando & ſubditi tenentur Principibus hoſpitia gratuita præbere.*
7. *Hoſpitium gratuitum debetur & Patronis & Advocatis monaſteriorum.*
8. *Debentur & hoſpitia gratuita Legatis & Commiſſariis,*
9. *Ut & Viſitatoribus Eccleſiarum.*
10. *Item Militibus.*
11. *Hoſpitium permutatorium quid?*
12. *Hujus Exempla.*
13. *Inſcriptio ſepulchri hac de re.*
14. *Fides Hoſpitii permutatorii ſancita erat certis ritibus.*
15. *Ut Conjunctione dextræ.*
16 *Datione donorum.*
17. *Item Teſſeræ hoſpitalis.*
18. *Hoſpitium Mercenarium quid?*
19. *Hoſpitii variæ denominationes.*
20. *Hoſpitia publica in nonnullis locis ad Regalia ſpectant.*
21. *Nonnullibi jus concedendi hoſpitium ſpectat ad Dominum juriſdictionis.*
22. *Libertas hoſpitandi recte a Magiſtratu reſtringitur.*
23. *Hoſpes publicus neceſſario hoſpites recipere tenetur.*
24. *Niſi hoſpitium ſit repletum.*
25. *Hoſpitem ſemel admiſſum non licet rurſus ejicere,*
26. *Niſi otio inhoneſto indulgeat.*
27. *An quis cubiculum ſupervenienti hoſpiti honoratiori cedere debeat?*
28. *Jus Hoſpitii per præſcriptionem acquiritur.*
29. *De jure communi hoſpites recipere quilibet poteſt.*
30. *Quod & de jure Saxonico obtinet.*
31. *Nobilibus Hoſpitium publicum exercere non licet.*
32. *Uti nec Clericis.*
33. *Gratuita tamen hoſpitatio non eſt interdicta.*
34. *Hoſpitatura per ſe inhoneſta non eſt.*
35. *Hoſpitia, quæ habent finem inhoneſtum, ſunt illicita.*
36. *Uti ſunt illa, in quibus compotatores, luſores vel meretrices ſuſtentantur.*
37. *Vel Latrones & Relegati recipiuntur.*
38. *Officium hoſpitis quale eſſe debeat?*
39. *Quomodo hoſpites recipere?*
40. *Quomodo tractare debeat?*

41. *In quibusdam locis schedulam receptorum advenarum nomina continentem singulis diebus Magistratui exhibere tenentur.*

42. *Debet hospiti passivo discessuro pretium legitimum cujusque accepti sigillatim recitare.*

43. *Magistratui incumbit prospicere, ut publica hospitia pro justa mercede pateant.*

44. *Hospes Activus sub pœna amissionis pretii prohibetur servis Nobilium potum subministrare sine mandato Dominorum.*

45. *Item mercedem, quam vectores activi debent, ab Hospitibus passivis poscere prohibitum.*

46. *Ut & viatores ad convivandum cogere.*

47. *Vel vinum aqua miscere.*

48. *Hospes Activus tenetur hospitem passivum ab omni injuria defendere.*

49. *Et res receptas custodire.*

50. *De rebus inscio caupone illatis quid juris?*

51. *Non tenetur hospes de custodia sine generali notitia rerum acceptarum.*

52. *Vel si protestetur ab initio se nolle teneri, & protestationi consentiat viator.*

53. *Non tenetur de receptis, qui amicum jure familiaritatis recipit.*

54 *Non tenetur, qui ex necessitate & coacte recipit.*

55. *Item si culpa ipsius viatoris res amissa.*

56. *Excusatur etiam caupo, quando vi majori datum rebus illatis sit damnum.*

57. *Item si deponens custodiam rei suæ ipsemet retinuit.*

58. *Tenetur & hospes non tantum factum proprium præstare, sed etiam servorum suorum.*

59. *Tenetur caupo non tantum ad custodiam, sed etiam de culpa levissima.*

60. *Incumbit etiam ei, orta inter hospites rixa, clamorem excitare.*

61. *Hospiti Activo sunt res illatæ hospitis passivi jure tacitæ hypothecæ obligatæ.*

62. *Competit & ei contra surripientem res passivi hospitis actio furti.*

63. *Item contra damnum dantem actiones aliæ.*

64. *Lecti in diversorio Geradæ non accensentur.*

65. *Hospitia publica ab inhospitatione non sunt immunia.*

66. *Si tamen soli hoc onus ferre cogantur, iis a milite vel a civibus satisfaciendum.*

67. *Hospes Passivus, German.* Gast, *quis sit?*

68. *Debet se legibus istius loci conformem gerere.*

69. *Debet in porta nomen & diversorium, quo usurus est, profiteri.*

70. *Moribus hospitii debet se submittere.*

71. *Debet esse modestus, & minime seditiosus.*

72. *Hospes passivus inviolabilis tam quoad personam, quam quoad res.*

73. *Causæ Hospitum summariæ.*

74. Gast-Recht *quid sit?*

75. *Peregrini an collectis onerari possint?*

76. *Hospes passivus debet se gratum erga cauponem gerere.*

77. *Non debet sibi cibos parare.*

78. *Nec comestibilia & avenam secum portare.*

79. *Hospes passivus contra cauponem denegantem hospitium potest agere ex possessorio summariissimo.*

80. *Actiones Hospiti passivo competentes.*

1 HOspitia jam olim in Gratuita, Permutatoria & Mercenaria fuisse di-
2 visa, & vocabulum Hospitii proprie gratuitis & permutatoriis competiisse, ex Cicerone & aliis satis constat. Ita enim *Lib. VII. Ep. 23. ad Fam.* Ego multo libentius emerim diversorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. Et *de Divinat. Lib. 1. p. 363.* Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponem venisse, ad Hospitem alterum divertisse. Nec non Ulpianus *in L. 5. §. 2. ff. de Injur.* Gratis, & hospitio recipi, pro eodem habet.

Gratuita vero peregrini receptio, ut ait idem Cicero *1. Offic.* liberalitatis quidam actus est; unde ejus naturalis ratio splendorque virtutis minime latet; quanto namque naturæ hominis accommodatior beneficentia, tanto virtuti propior est Hospitalitas. 3

Ejusmodi Hospitia Gratuita per totum Imperium Turcicum inveniuntur, quæ 4

quidem hoſpitibus patent, quibus certum cibi genus offertur, ſed poſt triduum mutare hoſpitium neceſſe eſt. Barbeq. *Epiſt. 1.*

5 Pariter per Italiam nonnulla in quibusdam locis hoſpitia gratuita extant, ubi pauperes peregrini per unam tantum veſperam & noctem cibis & lectis aluntur & ſuſtentantur.

6 Aliquando & ſubditi tenentur Principibus hoſpitia præbere, & privatis ſumtibus ipſos miniſtroſque ejus excipere.
7 Klock. *vol. 1. Conſil. 21. n. 16.* Hoſpitium gratuitum debetur & Magnatibus atque Patronis in monaſteriis, quorum ſunt Advocati. Beſold. *Contin.* vocab. *Atzung.*

8 Non tantum Miniſtri ſecularibus officiis addicti, ut qui mittuntur ad Jus dicendum, commiſſionem expediendam, ut & legati exterorum principum hoc jure gaudent, ſed & Eccleſiaſtici.

9 Quo pertinet, quod de procuratione in Jure Canonico conſtitutum eſt, *c. 19. 23. 24. X. de Cenſib.* quæ debetur perſonis Eccleſiaſticis Eccleſias viſitantibus ab ipſis Eccleſiis. vid. Dn. Ziegler. *ad Lancellot. de Cenſibus.*

10 Huc ſpectant etiam Hoſpitia militibus debita, quæ peculiari nomine Metata dicta, *Einquartierung.* De qua materia Taboris & aliorum integri tractatus extant.

11 Hoſpitium permutatorium eſt, quando ex certo quodam pacto hoſpitium præbetur mutuo ſine mercede, vel eſt certa determinataque hoſpitii præbendi reciprocatio.

12 Docet hoc exemplum apud Homerum, ubi Glaucus paternus hoſpes Diomedis, ſi quando peregre veniret Diomedes, tenebatur recipi a Glauco, & viciſſim Glaucus, ſi in Peloponneſum ad Diomedem diverteret. Ad pactionem hanc & cura hoſpitis ægri referenda. Sicut T. Q. Criſpinus Romanus cum Badio Campano hoſpitium fecerat, hic apud Criſpinum hoſpes æger liberaliter comiterque curatus narratur Livio *Lib. 25. c. 18.* Spectat huc defuncti ibi ſepultura quoque, qualem inſcriptionem ſuppeditat Schilter. *de jur. Hoſpit. P. 1. §. 17.*

13 D. M.
VAL. ATTICO. B. F.
COS. LEG. XLI. G.
P. FE. STIP. XXIIII.
VIXIT. ANNIS. XLI.
FECIT. AELIA. PART.
THENIS. HOSPITI.
BENE. MERENTI.

14 Cæterum fides Hoſpitii certis ſancita erat
15 ritibus, inter quos dextræ Conjunctio, ut ſimplicior reliquis & in omni fide communis fere apud pleraſque gentes, ita & antiquior. Pertinet huc obteſtatio Tullii, *Orat. pro Dejot. ad C. Cæſarem.* Per dextram te iſtam rogo, quam Regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, iſtam, inquam, dextram non tam in bellis & in præliis, quam in promiſſis de fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hoſpitium renovare voluiſti.

16 Præter mutuam dextræ dationem acceſſere & alii ritus, velut dona mutua. Teſtatur Diomedes patrem ſuum atque Glauci, cum contraxerint jus Hoſpitii, ſibi invicem dediſſe, alterum quidem purpureum balteum, alterum vero aureum poculum. Succeſſu temporis certarum teſſerarum uſum in hoſpitio jungendo obtinuiſſe apparet, & appellabant Teſſeram Hoſpitalem, cujus quippe uſus minus dolo fallaciiſque eſſet obnoxius, idque imprimis propter hæredes poſteroſque, quibus Paterni hoſpites non ſemper noti cum eſſent, requirebatur certum aliquod ſignum paterni hoſpitii. Itaque uterque hoſpitum teſſeram dimidiatam, vel duas pares aſſervabant, quibus collatis hoſpes agnoſceretur. Teſſeras vero has factas fuiſſe ex 17
ligno longiuſculo & utrinque exæquato & complanata, inſculpta imagine Jovis vel alius Dei Hoſpitalis, tradit Schilt. *in dict. Diſſert. de jur. Hoſp. P. 1. §. 17. & ſequ.*

18 Hoſpitium vero Mercenarium eſt locus, in quo hoſpes paſſivus cum rebus ſuis ab activo hoſpite pro mercede ſuſcipitur

pitur & iis instruitur, quæ ad vitam sustentandam & quietem capiendam necessaria sunt.

19 Alias Hospitium mercenarium in Jure etiam dicitur Diversorium, *l. 3. ff. in quib. caus. tac. pign.* item Meritorium *l. 5. § 5. ff. de injur. l. 13. §. 8. ff de usufr.* & ut Taberna *l. 13. § 4. ff. de damn. inf. l. 29. C ad L. Jul de Adult.* dicitur etiam Caupona; nec obstat, quod quibusdam Autoribus Caupona tantum locus sit, ubi potulenta divenduntur, non etiam hospites mansuri, ut in diversoriis recipiuntur. Hæc enim acceptio legibus Romanis non convenit, quippe in quibus Caupona Hóspitium Mercenarium proprie ita dictum. *L. 3. §. 1. & t. t. ff. Nautæ.* Conf. Salmas. *de Usuris p. 348. 351.* Tabor. *7. Racemat. crimin. §. 8.* vel ipsam negociationem Hospitis meritorii *l. 13. ff. de Instructo.* significat.

20 Hospitia porro publica in multis Germaniæ locis inter Regalia referuntur. Klock. *vol. 1. Conf. 8. n. 125.* Hinc in Ordin. Provinc. Würtenb. constitutum, Tit. *Von Wirthen und Gastgebern 3. §. Wir wollen auch, dass ohne Fürstliche sonderbare Erlaubniss keine Wirthschafft soll getrieben werden.*

21 In quibusdam etiam locis competit potestas concedendi jus Hospitii ei, qui habet Jurisdictionem loci; *Und stehet Gast-Höfe zu verleihen gemeiniglich dem Voigts-Herrn zu, fürnemlich weil etwas davon gefället, als Ungeld und dergleichen* Besold. *Thesaur. Pract.* vocab. *Gast.* Mager. *de Advocat. Armat. c. 10 n. 263.*

22 Rectissime vero libertas hospitandi promiscua a Magistratu restringitur; non tantum enim hoc publicum interesse, sed & hospitum passivorum utilitas suadet. Et sane certorum iniquitas cauponum facilius a Magistratu corrigitur, & si cuivis hospitari liceret, non facile publicus caupo inveniretur. Quæ res efficeret, ut passivi quandoque non admitterentur hospites, vel sæpius incommodo hospitio exciperentur.

23 Hujusmodi vero hospes publicus etiam necessario hospites recipere tenetur. *l. un. §. 2. ff. Furti adversus Caup.* Signo enim Cauponæ appenso, vel alio modo declarata voluntate, omnes in posterum recipiendi ipse se caupo ad omnium hospitationem obligavit. Tabor. *Racem. crimin. §. 18.* Ziegler. *de Jur. Maj. L. 1. c. 41. n 80.*

Si vero Hospitium sit repletum, *Luc. II. v. 7.* nec multitudo divertentium aliorum receptionem patiatur, sane eo casu iter agentes repellere caupo potest. Idque Exemplo Notariorum & Tabellionum, qui propter multitudinem requirentium vel occupationum recte excusantur, licet alias ex obligatione professionis ad instrumenta cuivis petenti conficienda cogi possint. Tabor. *d. l. §. 18. & de Metat. pag. 98.* 24

Semel tamen admissos non licet rursus ejicere. Namque turpius ejicitur, quam non admittitur hospes. *C. 25. X. de jurejur.* Ovid. *Trist. L. V. Eleg. VI. v. 13.* Limitat hanc assertionem Constit. Prov. Sax. de Anno 1482 §. *Es soll &c.* otio inhonesto indulgentem post triduum ejiciendum esse præcipiens, & Rebuff. *ad Constit. Reg. p. 274.* putat hospitem rixosum & injuriosum ratione vitandi scandali repelli posse, *arg. l. 14. ff. pro soc.* Idem arbitratur hospitem passivum cubiculum, quod occupavit commodius politiusque Episcopo vel Legato Reip. supervenienti cedere debere: Quo facto tamen eum in aliud a caupone deducendum, nec hospitio expellendum esse, si in eo loco nulla præterea hospitia inveniantur. *arg. l. 10. C. SS. Eccles.* Et hæc quidem posito tali casu tolerari possunt. Nam alias certum est, hospites semel receptos, accedentibus licet honoratioribus aliis, ejici non posse, per regulam communem: Qui prior est tempore, potior est jure. *c. 54. de R. J. in 6to.* Qui prius venit, prius molit, *Land-Recht L. 2. Art. 59.* Melior est ejus conditio, qui primus occupavit. *c. 6. de Procur. in 6to.* 25 26 27

Potest & jus hospitii publici per præscriptionem acquiri, quando scilicet alios hospitium exercere quis prohibet, & isti prohibenti parent, nec intra tempus præscriptioni sufficiens hospites suscipere audent. 28

Extra vero hos casus, quando quis jus hospitii publici per privilegium, consuetudinem vel præscriptionem non consecutus est, de jure communi & ex libertate naturali hospites recipere quilibet potest, etiamsi publicum diversorium non habeat, aliorumque cauponum conditionem reddat deteriorem; qui enim domo sua pro lubitu utitur, & in ea aliquid facit, quod sui commodum principaliter alterius incommodum per consequentiam secum trahit, 29

trahit, jure suo utitur, *l. 24. §. fin. l. 26. ff. de damn. infect.* Gothofr. *ad §. 7. l. 3. ff. de Incendio. c. 31. X. de Elect.* Et multum interest inter lucrum alicujus impedire, & damnum alteri facere, *l. 26. ff. de damn. inf.* Præterea cum expresse Ulpian. *in l. 1. §. 1. ff. Nautæ.* in alicujus arbitrio esse dicat, viatorem non recipere, sequitur etiam liberum e contra cuique relinqui arbitrium hospitem recipiendi. Quin & Imperator Fridericus *in Authent. omnes C. Commun. de success.* omnibus peregrinis & advenis liberam hospitandi, ubicunque voluerint, voluntatem permisit: Quæ ipsis limitaretur, si non cuivis eos hospitio suscipere liceret.

30 Quæ libertas hospites recipiendi ratione civium & laicorum in Saxonia nostra Electorali etiam videtur permissa: Quamvis enim quædam prohibitio ex Ordinat. provinc. *de An. 1555* Tit. *Brauen. §. da sich aber iemand.* & resolut. Gravam. *de Anno 1661.* Tit. *Justitien-Sachen §. 112. 113.* Conf. *Neue Pol. Ordn. Tit. 12. §. ult.* colligi posse videatur: Ea tamen loca vel de jure braxandi & divendendi cerevisiam, vel de cauponis extra civitatem, vel eo casu, quo alter ex privilegio vel præscriptione jus prohibendi habet, intelligenda esse tradit Mœbius *dissertat. de jur. Hospit. Mercen. §. 46.*

31 Nobilibus autem hospitium publicum exercere non licet, nec eorum dignitati convenit. Klock. *de Ærar. 2. c. 26. n. 15.* Peller. *ad Pol. scel. p. 357. in fin. & 361.*

32 Item Clericis habere hospitium mercenarium aut administrare in caupona, severe Constitutionibus Canonicis interdictum. *C. 3. dist. 44. C. 1. Clement. de vit. & Honest. Cleric. ubi Gloss.* concordant cum iis Generales articuli de Templis *de 1580. Tit. 16. §. Es sollen auch.* qui Ministris Ecclesiarum Hospitum pro mercede receptionem prohibent. Clericos tamen tabernas suas locare posse, & hinc iis uti frui, recte tradit Gloss. *ad L. 2. C. de Episc. & Cler.* vid. Mornac. *ad d. l.* it. Dn. Ziegl. *de jur. Maj. L. 1. c. 41. n. 19.*

33 Gratuita vero Hospitia Nobilibus & Clericis non sunt interdicta, imo Clericis ab Apostolo mandatum, ut hospitales se præbeant. Hospin. *de Origin. Monach. Lib. 14. c. 53.* ubi inter cæteras leges etiam hanc refert, Monachi ut omnes supervenientes hospites tanquam Christus gratis accipiant.

Hospitium vero mercenarium exercere per se inhonestum & homini ingenuo indignum non est. Si enim mercatura honesta, certe hospitium pro mercede justa exceptio turpis immerito habetur. Quamvis enim Anabaptistæ omne hospitium mercenarium illicitum esse statuant, *Lib. Conc. f. 625.* Attamen illi nesciunt distinguere inter usum & abusum; inter id, quod per se fit, & per accidens. Iniquum enim non est, ut caupo pro hospitii locique communicatione, conductione ministrorum hospitibus inservientium, proprioque labore, cura & industria honestum lucrum sortiatur. Constit. Provincial. *de An. 1482. §. Als.* 34

Ista namque hospitia, quæ habent finem 35
inhonestum, & ubi tantum instituuntur 36
compotationes, vel mulieres aluntur pudori suo non parcentes, ut JCtus loquitur, *in l. 43. in pr. ff. de Ritu Nupt.* merito vituperantur, *l. 1. §. 1. & l. 3. §. 1. ff. Naut. Land-Ordn de An. 1543.* Tit. *von Wirthen-Ordn. tit. 12. pr. Ehe-Ordn. punct. 4. §. die gemeinen Weiber.* Cui consequens est interdictum de lusoribus non recipiendis aut tolerandis. *Lands-Ordn. 1555.* Tit. *Dopler. Pol. Ordn. de An. 1612. §. 12.* Imo tradunt Dd. quod caupo pecuniam alicui ex lusoribus mutuans repetere nequeat, etiamsi non colludat; & quod ejusmodi receptator ad restitutionem omnium eorum, quæ in illo ludo amittuntur, teneatur, & si damnum illi datum, vel aliquid subreptum fuerit, actionem ad repetendum nec civilem nec criminalem habeat. Berl. *Dec. 66. n. 7.* Wesenb. *ad Tit. ff. de Aleator.* Finis enim hospitiorum tantum est, ut succurratur recipiendorum viatorum & hospitum necessitati & commoditatibus, sive cibatione hoc fiat, sive potu, sive igne, cubiculo, lectulis, seu qua alia rebus eorum commoda utilitate, non vero illicita voluptate.

Prohibetur hospes insuper recipere La- 37
trones, *Lands-Ord. A. 1482. §. Es soll niemand.* violatores pacis publicæ, *Ord. Land-Friedens zu Worms de An. 1521.* circumforaneos & vagos milites, *dict. Herrn-lose Knechte. Lands-Ord. 1555. tit. Einspänniger. § demnach.* Mandat. Elector. *1652.* Cingaros, *N. Pol. Ordn. tit. II. §. 3.* Speidel. *spec. voc. Zigeuner.* Bannitos & Relegatos. Carpz. *P. 1. c. 30. def. 30.* Imo generalis prohibitio *in tit. ff. de Receptatoribus, & Cod. de his qui latron.* ad hospites quosvis pertinet. Ulpianus *in l. 13. pr. ff. de Off. præs.*

præf. congruit, inquit, bono & gravi Præsidi coërcere sacrilegorum, latronum, plagiariorum & furum receptores, sine quibus latro diutius latere non potest. *Lands-Ordn.* Tit. *Plackerey.* §. *Es sollen.*

38 Ante omnia autem officium hospitis
39 activi requirit, ut hospitem advenientem blande humanisque partim verbis, partim gestibus excipiat; apud Græcos moris fuit hujusmodi verborum formula affari hospitem: χαῖρε ξένος, salve hospes; quod si dignitas vel honor advenientis exigat, obviam ei mittantur aliqui, vel hospes ipsemet obviam eundo in hospitium eum deducat. Sic enim moris est, non tantum in publicis, *v. g.* quando Princeps aut Legatus adventat, sed etiam ad privatas affinitates, amicitias & hospitia mos ille deduci cœpit. Paschal. *de Legat. c. 29.* Non sufficit vero hospitem advenientem comiter excipere, sed & necesse est, eundem apparatu commodo, & dignitatem personæ ob oculos habente, *arg. l. 14. ff. de ann. leg. l. 2. §. illustribus. C. de metat.* in tractatione ejusdem uti. Cui fini non solum hospitium amplum multosque instructos lectos, sed etiam penum copiosam in promptu habere debet, ne cogatur necessaria quæque cum damno a propolis comparare. Gryph. *Oecon. Leg. l. 1. c. 28. n. 46. & 49.*

40 Ordinariam vero adhibiturus tractationem, prandium sex, & cœnam quinque ferculis, duorum generum cerevisia & vino ad summum instruat. *Landes-Ordnung de An. 1482. §. So ordnen.*

41 In plurimis Rebuspubl. optimo instituto hospites schedulam, receptorum advenarum nomina continentem, singulis diebus Magistratui exhibere & suspectos deferre tenentur. *Müssen alle Abend einen Nacht-Zeddel und Verzeichniß übergeben, was sie vor fremde Personen bey sich haben.* Knipschild. *de jure civit. Imperial. L. 5. c. 261. num. 29. Neue Pol. Ordnung Tit. 12. §. 5. Reuterbestall. zu Speyer. de A. 1570.*

42 Hospiti passivo discessuro caupo pretium legitimum cujusque accepti sigillatim recitet, vel schedulam, in qua specialis acceptorum & pretii enumeratio, sponte exhibeat, & porrectione pyxidis a Magistratu concreditæ stipem pro pauperibus colligat. *N. Pol. Ordn. tit. 9. §. 9. Land-Ordn. 1555.* Tit. *von Zehrung in Gast-Höfen, Tax-Ordn. class. 4. §. und soll.*

Quia etiam hospites activi sæpius inju- 43
stam exigunt mercedem, & divertentes illicitis exactionibus vexant contra prohibitionem *in der Land-Ordn. 1543.* Tit. *von Wirthen pr. Exod. c. XXII. 29. cap. XXIII, 9. & C. I. X. de Emt. vend.* Magistratui merito incumbit prospicere, ut publica hospitia pro justa mercede pateant, ac certa taxa, quantum pro prandio vel cœna solvi debeat, constituatur. Ita enim *in der Policey-Ordn. zu Augspurg de An. 1548.* it. *in der Würtenb. Land-Ordnung.* Tit. *von Wirthen und Gast-Gebern,* cautum reperitur, *daß die Amtleute mit samt den Gerichten jährlich etliche mal eine gebührende Ordnung machen sollen, wie es mit den Wirthen, Gästen, Mahl und Futter gehalten werden soll.* Et in Saxonia Electorali quilibet Senatus singulis anni quadrantibus, aut ad summum sex mensibus, sub pœna centum aureorum, pretium prandii vel cœnæ, omniumque, quibus hospes passivus vel ad sui vel equorum sustentationem opus habet, cauponi præscribere, & hanc taxationem publice affigere, ac pro ratione temporis eam vel augere, vel minuere jubetur. *Pol. Ordn. 1612. §. 17. Neue Pol. Ordn. Tit. 12. §. 1. & 6.* Data insuper hospiti passivo potestas deferendi cauponem apud Magistratum, quod statuendo pretium taxationem publicam excesserit, adeoque dignus sit pœna 100. aureorum. Quo facto & legitime contra cauponem probato hospiti summarie jus dicitur, & dimidium pœnæ applicatur. *Lands-Ordn. 1543.* Tit. *von Wirthen. §. Desgleichen,* & *Lands-Ordnung 1555.* Tit. *Zehrung.*

Constitutionibus insuper Provinciali- 44
bus in his Regionibus Hospites sub pœna amissionis pretii servis Nobilium insolito tempore, & sine mandato Dominorum potum suppeditare prohibentur, *Lands-Ordn. 1550.* Tit. *von Wirthen,* & Tit. *vom Gesinde-Lohn. N. Pol. Ordn. Tit. 12. §. 2.*

Vetitum quoque est, mercedem, quam 45
vectores activi debent, ab Hospitibus passivis poscere. *S. Tax-Ordnung Class. 4. §. Mieth-Kutschen, Fütterung, wenn sie vor sich zahlen, soll in der Herrn-Rechnung nicht mit eingeschlagen werden.*

Præterea prohibentur etiam hospites 46
Activi Viatores tam directe, quam indirecte ad convivandum cogere. *N. Pol. Ord. Tit. 12. §. 4.*

47 Item vinum generosum cum deteriori vel aqua miscere. *c. 10. X. de purg. Can.* Manz. *Decis. Palat. 25. n. 5.*

48 Ante omnia tenetur hospes activus passivum ab omni injuria defendere, & curam adhibere, ut tam quoad personam, quam quoad res in hospitio tutus sit; Ita enim Alciatus *Reg. 3. præsumt 40. n. 4.* argumentatur: Si hospes tenetur de damno dato in rebus, multo magis de damno dato in persona; junge Rebuff. *in constit. Reg. tr. de Hospit.* Et laudatur Lothi, item Rahabæ meretricis virtus, quod hospites suos periculo exemtos voluerint, non sine suo periculo. *Jos. II. vers. 4. Land-Recht L. 3. Art. 78.* Gryph. *d. l. n. 64.* Domus unicuique tutum est refugium & receptaculum, *l. 18. ff. de in jus vocand.* & hospitium quoque hospitis passivi domus intelligitur. *l. 5. §. 6. ff. de injur.* Ita veteres Galli hospites etiam gratuitos ab injuria prohibuere & sanctos habuere. Cæsar *de Bello Gall. L. 6.*

49 Non minus ad custodiam rerum viatoris in hospitio receptarum obligatur, quamvis seorsim merces illi non detur custodiæ causa. *l. 5. ff. Naut. caup. Stabul.* Carpz. *P. 2. Const. 26. Def. 10.* Habentur autem pro rebus receptis, si solum immissæ aut illatæ sunt in navem, cauponam, diversorium. *l. 1. §. f. ff. N. caup.* Neque opus est, ut expresse & specifice cauponi designentur aut committantur per *l. 9. §. 3. ff.*
50 *de jur. dot.* Grivel. *Decis. 49.* De rebus ergo inscio caupone illatis si quæstio oriatur, verior est sententia, generalem rerum illatarum scientiam requiri, & sufficere, ut teneatur de iis hospes, non vero specialem, quales nimirum, cujus qualitatis & quantitatis res illæ sint, Peguer. *Dec. 45.* v. gr. Sciat caupo vallisium vel ciftam esse illatam, non vero scire aut monstrare ei necessum est, quod pecunia vel alia res ciftæ inclusa. Caroccius *de Deposit. P. 1. rubr. de in lit. jur. n. 7.* Si lis moveatur de scientia vel ignorantia illatorum, hæc præsumitur in favorem cauponis, quia in facto alieno consistit, *l. 2. ff. de jur. & facti ignorant.* Stypman. *de jur. Marit. c. 15. n. 308.* & proinde scientiam ab actore esse probandam tradit Peckius *ad l. 1. §. ult. ff. Naut. Caup.* nisi scientiæ præsumtio major & fortior elidat ignorantiæ præsumtionem minus fortem: Loccen. *de jur. Marit. L. 3. c. 8. n. 3.* Si quis curru adveniat, præsumtive instructus est omnibus ad currum necessariis, *Wagen, Pferde und Geschirr*, inepte exciperet caupo de custodia interpellatus nescivisse se, quod frenum vel rotas secum habuerit viator.

Non vero tenetur hospes (1) de custodia sine generali notitia rerum illatarum. 51

Idemque est (2) si protestetur ab initio se nolle teneri, & protestationi consentiat viator, utrumque enim concurrere 52 debet. *l. ult. pr. circ. fin. ff. Naut. caup.* Alexand. *in l. 8. §. 6. ff. de Oper. Nov. nunc.* modo protestatio facta sit post receptionem; si enim ante receptionem sola sufficit sine viatoris consensu. Bart. *in l. 7. ff. Naut. Caup.* Bacchov. *ad Treutl. Disp. 26. Thes. 5. lit. A. vol. 1.* Sed anne expressus viatorum consensus requiratur, an sufficiat tacitus? quæritur. De expresso statuit Peckius *in L. 7. ff. item si prædixerit. n. 2. ff. Naut. caup.* Sed contrarium, tacitum nimirum sufficere, rectius defendit Vinnius *in Not. ad d. Peckii loc.* & Loccen. *de Jur. Marit. l. 3. c. 7. n. 12.* Quod si itaque protestatione a caupone facta nihilominus maneat in diversorio viator, non tenebitur amplius de illatis caupo.

(3) Non tenetur, qui jure familiaritatis & amicitiæ amicum recipit, Alberic. 53 *ad l. 1. §. ait Prætor. ff. Naut. caup.* Speculator. *ad tit. de Furt. v. quid si amicus.* Bald. *in l. 3. ff. Nautæ. & in l. certi. C. locati.* Stamm. *de servit. person. lit. 2. c. 14. n. 14.* nisi forte simul caupo seu hospes publicus sit, tunc etenim tenetur, quamvis gratis aliquem recipiat. *l. 8. pr. ff. Naut. Caup.*

(4) Non tenetur, qui ex necessitate & 54 coacte recipit, e. g. in recipiendo Principe vel Comitatu ejus. Alber. *ad d. l. 1. §. ait prætor. n. 1. ff. Naut. Caup.* Tabor. *de Metat. P. 2. c. 6. n. 5.*

(5) Non tenetur, quando culpa ipsius 55 viatoris res amissa vel deteriorata, Zasius *in Parat. ff. Nautæ. n. 13.* vel saltem si concurrat culpa ejus. Bald. *in l. 5. C. locat. n. 3.* Stamm. *de Serv. pers. Lib. 2. c. 14. n. 15. per l. 203. ff. de R. J. junct. l. 11. pr. ff. ad L. Aquil.*

(6) Excusatur caupo, quando vi ma- 56 jori & fatali casu, qui præcaveri non potuit, damnum in rebus illatis est datum. *l. 3. §. 1. ff. Naut. caup.* Stamm. *de Servit. pers. Lib. 2. c. 14. n. 18.* Qua ratione tempore publici tumultus, ob monetarum depravationem Magdeburgi aliquando exorti, absolvendos esse caupones consuluit Klockius

Klockius *Vol. 3. Conſ. 135. n. 22. & ſequ. usque ad 62.* Pariter quoque cauponem, cui nocturno tempore vi majori, foribus ſtabuli effractis, equi viatorum ſunt ſurrepti, abſolvendum cenſuit Senatus Dolanus, referente Grivello *Deciſ. 49.* Faciunt huc, quæ habet P. Chriſtinæ. *vol. 5. Deciſ. 65.* & Stypman. *de jur. maritim. Lib. 4. c. 15. n. 346.* ubi de probatione hujusmodi caſus inevitabilis, quæ cauponi incumbit, plura utiliſſima adducit. Siquidem tamen, etiam vel leviſſimam culpam cauponis præceſſiſſe probare poterit viator, tenebitur de ea caupo. Strauch. *de Naut. P. 2. n. 6.* Carpz. *P. 2. def. 18. n. 6. & ſequ.*

57 Neque (7) tenetur Hoſpes de amiſſis aut deperditis, ſi deponens in diverſorio cuſtodiam rei ſuæ ipſemet retinuit, aut cuſtodiam famulis ſuis mandavit, cuſtodemque rebus ſuis appoſuit, vel ciſtam repoſuit in lecto, & claves cubiculi apud ſe retinuit. Tabor. *ad Tit. ff. de Furt. 7. 8. ult.* Bœckeln. *de jur. Hoſpit. c. 5. n. 4. & 5.*

58 Non tantum autem hoſpes circa perſonam & res viatoris factum proprium, ſed etiam alienum præſtare tenetur, v. g. ſervorum & famulorum ſuorum, neque tantum ſi in officio, cui præpoſiti ſunt, veluti coquus in culina, ſtabularius in ſtabulo, Lubler. *de Incendio c. 5. n. 60.* per Bald. *in l. 1. §. cauponis. ff. N. Caupon. & c. l. 1. §. familiæ. ff. de publican. & l. 5. §. non tamen. ff. de Inſtitor. act.* ſed etiam ſi extra officium, contra ſecuritatem viatorum vel rerum eorundem aliquid admiſerint. Farinac. *Qu. crim. 110. n. 124.* Magon. *deciſ. Flor. 3. n. 12. & 56.* aut enim fit hoc ab illis mandato Domini ſeu hoſpitis, & tum ipſe Dominus omni jure tenebitur; vel agunt ſine mandato, aliis ſcil. negotiis extra officium ſuum ſe immiſcentes, atque ſic ex hoc delicto etiam tenetur Dominus ipſe per *l. 7. pr. ff. N. Caupon. &c.* Familiæ enim factum recte ipſi imputatur, & culpæ reus habetur, opera malorum hominum utendo. *§. 3. Inſt. de obl. ex quaſ. del. l. 7. §. 4. Naut. Caup.* Gryph. *Oecon. Leg. Lib. 1. c. 28. n. 164.* Carpz. *P. 2. c. 26. Def. 11.*

59 Præterea caupo non tantum tenetur ad cuſtodiam, ſicuti depoſitarius; verum amplius de culpa etiam leviſſima præter communem juris normam ac regulam circa res alienas, *arg. l. 3. §. 1. ff. Naut. Caup.* ubi Bartol. & Alexand. Bacchov. *in Prot. ad l. 1. §. 5. eod. n. 3.* Klock. *vol. 3. conſ. 135. n. 13.* Stypman. *de jur. marit. cap. 15. n. 322. & ſequ.*

Incumbit etiam Hoſpiti activo exorta 60
inter hoſpites rixa, unde cædes oriri poteſt, vel etiam perpetrato crimine clamorem excitare, ut publice de facto, juxta & ſua innocentia conſtet, vicinis ad auxilium, judici autem copia fiat ad legitimam vindictam: interea autem homicidam fugam capeſſentem, ſi poteſt, detinere. Mev. *ad Jus Lubec. IV. tit. 8. art. 6. Land-Recht lib. 3. art. 91.*

Jam etiam circa hoſpitem activum di- 61
ſpiciendum, in quibus jura eum adjuvent. Ubi ſeſe primo loco offert, quod ratione hoſpitationis & exhibitionis alimentorum invecta & illata ab hoſpite paſſivo jure tacitæ hypothecæ obligata habeat. *l. 3. & 4. ff. in quib. cauſ. tac. pignus.* & ibi Dd. *arg. l. 4. pr. ff. de Pactis.* Mœſtert. *de tacito pign. p. 562.* Quinimo hoſpes activus, licet poſterior, prioribus creditoribus ratione mercedis præfertur. Ille enim potior eſt priore, qui in rem conſervandam impendit, & ſalvam fecit totius pignoris cauſam. *l. 5. & 6. ff. qui pot. in pign.* Et, ſi potentior eſt, cui merces horreorum debetur, *l. 6. §. 2. d. t.* etiam præferetur caupo creditor mercedis diverſorii, quod ab Ulpiano *l. 3. ff. in quib. cauſ. tac. pign.* cum horreo conjungitur. Confer. Schneidew. *ad §. 5. J. de Hæred. qual. num. 28.* Coler. *de proceſſ. Execut. P. 1. c. 2. n. 251. & ſequ.* Quare etiam jus retentionis in rebus illatis habet, donec ei impenſæ hoſpitationis fuerint ſolutæ. Poteſt igitur bona Hoſpitum apud ſe divertentium, puta veſtes, equos, currum, vel alias res, pro pretio unius vel alterius prandii vel cœnæ aliisque impenſis propria autoritate arreſtare, & usque ad ſolutionem detinere. *Proceſſ-Ordn. tit. 51. §. desgleichen wenn ein Gaſt.* Berlich. *P. 1. Concl. 73. n. 102. ſequ. & Concluſ. 74. n. 33.* Carpz. *P. 1. C. 30. Def. 18. n. 7. & P. 2. c. 25. def. 22. n. 4. ſequ.* Imo ſi hoſpes in curationem alicujus ægroti in hoſpitio impenſas fecit, vel eum mortuum propriis ſumtibus ſepulturæ tradidit, eodem jure retentionis fruitur. Berlich. *l. c.* Concedunt etiam Dd. Hoſpiti Activo jus arreſtandi viatorem ingratum, qui jam evaſit, & in alia civitate deprehenditur. Perez. *ad Cod. de primipil.*

Hoſpiti quoque, cum cuſtodiam re- 62
rum illatarum præſtare teneatur, contra ſurripientem res paſſivi hoſpitis illatas furti actio conceſſa eſt. Et ea quidem ipſi compe-

competit vel jure proprio, quando conventus vel conveniendus eſt actione de recepto, *l. 4. p. ff. Naut. l. un. §. 4. ff. Furti.adv. Naut.* vel jure ceſſo ab hoſpite paſſivo, qui actionem ex quaſi-maleficio inſtituit *l. 6. §. 4. ff. Naut.*

63 Porro Hoſpiti activo ob quodlibet aliud damnum datum contra dantem actio prodita eſt. *l. 6. §. 4. ff. Naut. Caup.* Hinc hoſpes quoque paſſivus, cujus culpa incendium ortum, cauponi ad refectionem damni occaſione incendii illati tenetur. Berl. *P. 4. Concl. 25. n. 117.* Quod æquisſimum eſt, cum ipſe caupo, licet damni infecti cavere obſtrictus non ſit, *l. 13. §. 4. ff. damn. infect.* viciſſim tamen hoſpitem ab omni damno immunem præſtare debeat.

64 Cauponem quoque non parum juvat, quod lecti, quos in diverſorio pro viatoribus recipiendis habet, Geradæ non acccnſeantur, adeoque defunctæ uxoris proximæ cognatæ non debeantur. Atque id etiam obtinet in caſu, quo uxor ipſa cauponariam facit. Carpz. *P. 2. cap. 14. Def. 37.* Rothſchutz. *Proc. Jur. P. 3. art. 13. num. 2.* Quod ſi vero Hoſpes relicto diverſorio ſecum lectos in domum aliam non hoſpitalem transferat, lecti iſti ad Geradam pertinere incipiunt. Gloſſ. *ad Land-Recht L. 1. Art. 24.*

65 Quamvis vero quidam Hoſpitia publica prorſus ab inhoſpitatione militari & metatis immunia eſſe ſtatuant, *arg. l. 35. C. de Epiſc. & Cler. l. 2. C. de Metat.* & ea, quæ xenodochiis pauperum & piis locis conceſſa, ad profana trahere licitum non eſt, *l. 19. c. de SS. Eccleſ.* Attamen cum Hoſpitia ex receptione peregrinorum magnum commodum ſentiant, iniquum eſſet, communi oneri metatorum ea ſubtrahere. Tabor. *de Metat. p. 59. §. 12. & p. 253.*

66 Hæc autem dum dicuntur, immodicum caupones gravamen æque ac cæteros cives deprecari poſſe, non negatur; ita etiam ſi ſoli hoc incommodum ferre cogantur, iis a milite vel a civibus eo nomine ſatisfaciendum eſt. Tab. *l. c. p. 98. §. 14.* Atque huc referri poteſt quæſtio Mevii *P. 3. Dec. 63.* quando hoſpes ob receptos ex juſſu Magiſtratus Officiales bellicos contra eum ad impendia agere poſſit, quam ille variis diſtinctionibus adhibitis reſolvit. Mœbius *de jur. Hoſpit. Mercen. n. 85. & 86.*

Hoſpes paſſivus, qui alias Advena, Viator dicitur, *l. 19. §. 2. ff. de judic. l. 239. §. 4. ff. de V. S.* eſt, qui non habitat in hoſpitio, ſed tantiſper hoſpitatur, Germanice dicitur *ein Gaſt*, quæ vox olim quemvis hominem ad omnia paratum, promtum & habilem ſignificavit, Gaſti inquit Camerar. *Hor. ſubciſ. 3. c. 64.* Germanico nomine a ſapientia & ſcientia rerum, atque ingenii perſpicientia dicti fuere. Sigebertus *ad An. 422.* nominat dictatores Legis Salicæ Uſogaſt, Eſogaſt, Salagaſt, Widigaſt. 67

Ante omnia autem Hoſpes paſſivus iſtius loci, ubi hoſpitatur, legibus conformem ſe præbere jubetur, *c. 2. diſt. 12.* & ibi Barboſ. *arg. l. 6. ff. de Evict. l. 2. C. quem. teſtam. aper.* Lex enim territorio data obligat omnes in territorio exiſtentes pro tempore, quo ibi agunt, alias enim pax & tranquillitas populi in loco ſervari commode non poſſet, ſi advenæ non cogerentur ſe legibus ejus loci conformare. Zœſ. *ff. de Leg. num. 20.* Struvius *Exercitat. 2. §. 12.* Eckolt. *de LL. §. 12.* Hinc mulier etiam penitus extranea in foro Saxon. aliquem convenire volens admittenda haud eſt in judicio absque Curatore. Carpz. *Proc. jur. tit. 5. art. 3. n. 55. ſeq.* Hinc contrahens obligatur juxta jura ac ſtatuta loci, ubi contrahit. Grotius *de J. B. & P. 2. 11. n. 5.* Carpzov. *Pract. Crim. p. 2. qu. 54. n. 51.* Imo & in loco contractus convenitur, *l. 19. §. 1. l. 20. l. 45. pr. ff. de judic.* Forner. *ad l. 239. de V. S.* Inde quoque hoſpes peccans ſecundum ſtatuta loci, in quo peccat, ex crimine obligatur. *l. 3. ff. de off. præſidis l. 11. de cuſtod. reor.* & pœnam ſubit non in loco originis vel domicilii, ſed delicti conſuetam. Carpz. *Pr. Crim. l. c. n. 50. ſqq.* Corvin. *ad l. 239. §. 4. ff. de V. S.* Ob eandem rationem peregrinus teſtamentum facturus in loco, ubi hoſpitatur, facere illud ſecundum ſtatuta loci illius tenetur, certa ſpe ſubnixus valiturum illud etiam quoad bona alibi ſita. Carpz. *P. 3. c. 6. Def. 12.* Gail. *2. Obſ. 123.* Conf. Carpzov. *Proc. 1. tit. 2. art. 1. n. 49. ſeqq.* 68

Legibus conformem ſe etiam gerit viator, quando ad Magiſtratus juſſum in porta ad interrogationem vigilum nomen ſuum libere profiteatur, & de diverſorio, quo uſurus eſt, certiores eos reddat. Id enim pleriſque magnis civitatibus maxime præſidio militari munitis, vel ubi Dominus aliquis Territorialis reſidet, moris eſt, ut 69

ſciatur

ſciatur exacte, quantum humanitatis ratio ſinit, viatores qua conditione ſint, unde veniant, quorſum tendant; nam & ſciri hoc ſæpe intereſt, ne quis forte hoſtis Reipublicæ aut proditor, vel maleficii notorii reus impune tranſeat. Mevius *ad Jus Lubecenſ. L. 1. tit. 2. art. 2. n. 20. Landes-Ordnung, Tit. Von Plackerey. §. Wir wollen.*

70 Poſtquam diverſorium quis ſubiit, tacite etiam legibus & moribus Hoſpitii cenſetur ſe ſubmittere per ea, quæ habet Schneidew. *ad Tit. de Act. §. 7. n 19.* proindeque obſequioſum ſe iisdem præſtabit. Aſſignato itaque præprimis cubiculo ſit contentus, Nov. *130. c. 9.* Ac ſi cui jure Hoſpitium debetur, comitum numerum præter Jus & pacta non extendat, nec ultra tempus Jure vel pacto definitum permaneat, ſin vero nullum tempus præfinitum, vel gratis hoſpitetur, & ex mero familiaritatis jure exceptus fuerit, nihilominus in tempore diſcedat. Bœckel. *c. 5. n. 10. & 11.*

71 Præterea viator modeſtiæ laudem captet, caveatque, ne hoſpiti aut familiæ ejus, aliisque diverſoribus ullatenus injuriam, offenſionem damnumve inferat, eumque in finem ne ſuccendiculum rixæ aut tumultuum in hoſpitiis præbeatur, in Italia peregrinantes portarum vigilibus & Præfectis arma ſua tradere tenentur, quæ abeuntibus illis reſtituuntur, quod mihi per Italiam iter facienti accidit. Prohibentur inſuper hoſpites paſſivi in his regionibus ſubditos ad ſeditionem commovere, *Lands-Ordnung 1550. Tit. Von verdächtigen Diſputationen,* & Rebuff. *ad conſtit. Reg. p. 274.* putat hoſpitem rixoſum & injurioſum ratione vitandi ſcandali repelli poſſe, *arg. l. 14. ff. pro ſocio.* Peregrini enim officium eſt, nihil præter ſuum officium agere, nihil de alio acquirere, minimeque in aliena Republica eſſe curioſum, Cic. *1. Offic.* & alieni regni arcana ſcrutari vetat *l. 4. C de Commerc.* Pariter de non ſcrutandis hoſpiti ſecretis civitatis, illam legem veterem, hoſpes murum non adſcendat, intelligendam eſſe putat Bernegg. *Quæſt miſcell. 125.*

72 Hoſpites paſſivos eſſe inviolabiles tam quoad perſonam, quam quoad res, jam ſupra innuimus, convenit enim hoc connato juris præcepto neminem lædendum. *l. 10. §. 1. ff. de Juſt. & Jur.* Nec eos ex diverſorio extrahere jura permittunt *l. 103. ff. de R. J. & illi.* Ludwell. eorumque ſecuritatem promovere laborat conſuetudo quorundam locorum, quæ præ foribus tabernarum publicarum erigit numellas, ad quas reprobi homines ſiſtuntur, qui in tabernis publicis excitant tumultus, aliosque verberant. Vid. Carpzov. *Proc. Tit. 2. Art. 1. n. 102.*

Hoſpitem porro paſſivum non parum 73 adjuvat, quod cauſæ ejus ordinariæ ſummariter a Judice tractari debeant, Carpzov. *Proc. Jur. Tit. 1. Art. 1. n 71.* Et æquiſſimum hoc eſt, cum non veterum tantum longæ & multæ fuerint peregrinationes *pr. Inſt. de Codicill.* ſed etiam hodie exteras viſere regiones conditio temporum imperet. Nunc ſi ordinarium ubique inſtituere proceſſum Hoſpites cogerentur, nunquam eo animo quaſi propediem redituri *l. 5. pr. de O. & A.* iter ingredi deberent, ſero certe reverterentur. Mœbius *de Jur. Hoſpit. Mercenar. § 103.*

Hinc in multis locis Germaniæ obti- 74 nere videmus illud Judicii humaniſſimi genus, quod vocatur *das Gaſt-Recht,* quando in gratiam divertentium ſummariiſſima via proceditur, levato velo brevisſimis præfixis terminis, & nonnunquam de die in diem, *von einem Sonnenſchein zum andern.* Mevius *ad Jus Lubecenſ. L. 3. Tit. 1. art. 1. n. 42. 51. ſeq.* Beſold. verb. *Gaſt-Recht.*

Collectis etiam peregrinos onerari non 75 poſſe tradunt communiter Dd. cum illæ tantum ſubditis imponantur. Ratio, quia principaliter perſonis rerum contemplatione indicuntur: Si igitur perſonæ non ſint ſubditæ, earum impoſitio locum habere non poteſt, *l. 6 §. f. ff. de muner. & Honor.* Quod tamen varie limitatur. Gail. *L. 2. Obſerv. 52. n. 12.* Struv. *Exerc. 50. θ. 53.*

Æquum denique eſt, ut hoſpes paſſi- 76 vus gratus ſit, & cauponi mercedem debitam ſolvat. Non enim ad hoc naturaliter tantum *l. 25. §. 11. ff. de Hæred. pet.* ſed etiam civiliter vi contractus vel quaſi-contractus obligatus eſt, & nemini officium debet damnoſum eſſe *l. 62. §. 5. ff. de Furt.* Præterea notiſſimum, quam omnes hoſpitem ingratum deteſtentur, & vel actione ingrati *C. 62. Cauſ. 12. quæſt. 2.* conveniendum, vel ſtigmate notandum, Senec. *IV. de Benef. 37. & 38.* vel cum mure in pera, ſerpente in gremio, igne in ſinu. *C. 13. X. de Judæis* comparandum arbitrentur.

77 Parum etiam grati sunt isti hospites, qui cibos sibi parare volunt, quod & in multis locis, teste Besoldo *de trib. dom. soc. spec. 2. c. 6. §. 5.* prohibitum.

78 Uti & illi, qui comestibilia & avenam secum portant; ad istud præcavendum a quodam caupone parieti aliquando hos rythmos inscriptos legi:

Ein Fuhrmann, der ein Knicker ist,
Und allzeit aus dem Kober frißt,
Auch mitbringet Hafer und Heu,
Der bring auch mit Stall und Streu.

79 Quando hospes jure suo in diversorium recipi petit, & receptaculum illi denegatur, potest agere ex possessorio summariissimo, O. C. *P. 2. tit. 21. §. Ob auch in obberührten Fällen*, vel ex possessorio ordinario per *l. 6. §. 1. l. 8. §. 5. ff. si servit. vindic.* vel ex petitorio *l. 2. §. 3. si servit. vindic.* vel *ex cap. redintegranda 3. quæst. 1.* vel act. de damn. & interess. vel actione ad pœnam privilegio vel juri ex quo petitur hospitatio consentaneam, Klock *de Contrib. c. 9. n. 673.* vel imploratione officii judicis extra ordinem. Peck. *ad l. 1. § 1. ff. Naut. Caup. n. 7.*

80 Præterea hospiti passivo jura tam remedia ordinaria quam extraordinaria seu specialia concedunt. Ordinaria sunt Actio injuriarum, eaque vel civilis vel criminalis, Actio furti, Actio legis Aquiliæ, Actio depositi, Actio locati si merces intervenerit, Stypm. *de jur. marit. P. 4. c. 15. n. 316.* Carpzov. *P. 2. Const. 26. Def. 11.* Inter remedia Extraordinaria & propria huic negotio recensetur 1) Actio de recepto, quæ est Actio in factum prætoria, personalis, rei persecutoria & perpetua, per quam hospites passivi seu diversores a cauponarum vel diversoriorum exercitatoribus res ab illis receptas repetere possunt, de qua actione supra latius actum.

Secundum Hospitationis negotio proprium remedium est Actio in factum prætoria, personalis, pœnalis & perpetua, quæ competit hospiti passivo seu viatori ob damnum ipsis in caupona seu diversorio illatum ab illis, qui ibi habitandi causa commorantur, vel operarum præstandarum gratia adsunt, contra hospitii exercitorem in duplum. *§. ult. J. de obl. quæ ex delict. l. 5. §. fin. ff. de obl. & A. l. 6. §. 3. l. ult. ff. Naut. Caupon.* & quidem, si plures unum diversorium exercent, contra singulos pro rata *l. fin. §. 5. ff. Naut. Caup.* nihil in contrarium nitente *l. 1. §. 2. de Exercit. act.* cui respondet Peckius *ad d. l. fin. §. 5. n. 1.* & addatur Paulus Busius *ad l. 24. ff. pro socio*, & Anton. Faber. *in Rational.*

Plura de his Actionibus vid. ap. Interpretes.

CAPUT XX.

DE TABERNIS VINARIIS.

SUMMARIA.

1. *Tabernæ nomen generale.*
2. *In specie taberna est, ubi, quæ ad cibum & potum pertinent, venduntur.*
3. *Tabernam vinariam exercere non est meræ facultatis.*
4. *Quod nec Nobilibus permissum.*
5. *Quilibet in Republica debet mandato munere fungi.*
6. *Nobiles vinum in fundis propriis natum vel si consuetudine nitantur, vendere possunt.*
7. *Quando Civitates habent privilegium de Cerevisia extranea infra milliare non vendenda, ad venditionem vini in villis adjacentibus extendendum non est.*
8. *Ministris Ecclesiæ tabernam vinariam vel cerevisiariam erigere non licet.*
9. *Quibusdam certo anni tempore tantum licet exercere jus Oenopolii.*
10. *Nonnunquam venditio vini nocturno tempore est prohibita.*
11. *Si Princeps Nobili vel alii per modum privilegii concedat jus Oenopolii, an id Civitatibus præjudicet?*
12. *Quando Princeps Oenopolii privilegium alicui concedere vult, id cum causæ cognitione fieri debet.*
13. *Si quis privilegium de vendendo vino impetraverit, quamvis antea juravit se promoturum utilitatem publicam, non peccat.*

14. *Nec*

14. *Nec in ædibus jurisdictione Magistratus exemtis Oenopolium exercere licet.*
15. *Nisi privilegium Oenopolii ædibus istis inhæreat.*
16. *Nec civibus ad domesticum usum vina aliis in locis emere & suis in cellis habere licet.*
17. *Cauponum vafrities in mensurando & corrumpendo vino.*
18. *Magistratus Oenopolis injungere debet, ut salubre vinum importetur.*
19. *Item prospiciendum, ne a vectoribus & navicularis corrumpatur.*
20. *Modus, quantum sulphuris vino addi liceat?*
21. *Noxiæ vinorum compositiones prohibitæ.*
22. *Vinum melius cum deteriore non est miscendum.*
23. *In Bavaria propter suspicionem fraudis Oenopolæ vinum, quod ipsi colunt, prohibentur juxta alia vina habere.*
24. *Vina medicamentis non sunt inficienda.*
25. *Item justo pretio sunt vendenda.*
26. *A Magistratu justa mensura Oenopolis statuenda.*
27. *Tributum Oenopolis in Gallia impositum Bilots vel appetissement dictum.*
28. *In Civitate certi officiales*, Wein-Herren, *sunt eligendi.*
29. *Judicium in tractatu Rheni* Wein-Schul *dictum.*
30. *An pro debito, pro vino vel cerevisia usuræ possint exigi?*
31. *Si vina vendenda, an præcise ab emtore exprimendum se velle primum degustare vinum, ut emtio sit perfecta.*
32. *Camum sub legato vini an contineatur?*
33. *Cerevisia sub nomine vini non venit.*
34. *Ex tabernis vinariis Gabellæ & accisæ solvendæ.*
35. *Gabella vinaria unde originem sumserit?*
36. *An exactio* des Umgelds *ei, qui jurisdictionem, an illi, qui regalia habet, competat?*
37. Bodenschatz, Niederlage *quid?*
38. *Accisa vinis medicatis non incumbit.*
39. *An ministri Principis, qui in* Frey-Häusern *habitant, immunes sint a Gabellis vinariis?*
40. *Officialis, qui civiles negotiationes exercet, ab oneribus non est immunis.*
41. *Præsides & Assessores Cameræ Imperialis immunitate gaudent a Gabellis.*
42. *Si Gabellæ de vino epoto debentur, an statuto caveri possit, ut civibus aliorsum potantibus pœna imponatur.*
43. *Si mensores vini,* Wein-Visirer, *falsam mensuram dixerint, recte convenire possunt.*

1 HOspitiis plerumque Tabernæ Vinariæ & Cerevisiariæ conjunctæ esse solent; ideoque nec hic sunt separandæ. Tabernæ autem, ut & Tabernarii, nomen generale est, omnis generis Tabernas earumque exercitores comprehendens, sicuti enim negotiatio varia est, Ferraria, Æraria, Frumentaria, Vinaria; ita etiam Taberna erat vel Argentaria, Ferraria, Cauponaria, Vinaria &c. *l. 32. de contrah. emt. l. 91. §. 2. de Leg. II. l. 13. l. 15. de Fund. instr.*

2 In specie tamen sub voce Tabernæ intelliguntur, in quibus ea, quæ ad cibum & potum pertinent, venalia erant. Gryphiand. *in Oecon. Leg. L. 1. c. 28.*

3 Tabernam autem Vinariam cuilibet exercere hodie non amplius permissum est, & res meræ facultatis; licet enim commercia libera debeant esse, & eorum libertas quibuscunque modis promovenda sit, Coler. *proc. Ex. cut. P. 1. c. 10. n. 68.* sub Magistratuum tamen directione & moderamine continetur, quorum tam potestatis est, quam officii circa esculenta & potulenta providere, ut publice privatimque commodum afferant. Mevius *ad Jus Lubec. L. 3. Tit. 5. Art. 12. n. 1.* Carpzov. *Resp. Elect. 42. n. 10. & 20. P. 2.*

Et quamvis Oenopolium videatur posse referri inter Monopolia, quæ tam Constitut. Imper. Zenon. *in l. un. C. de Monopoliis*, quam Imperii Constitutionibus sunt prohibita. Vid. *Recess. Imper. de Anno 1512. vers. und nachdem. R. Imper. de Anno 1542. §.* Item, *dieweil. R. Imp. de Anno 1592. vers. nachdem die Monopolia.* Ordin. Polit. *de Anno 1548. & 1577. Tit. Von Monopol.* Attamen non omnia monopolia sunt injusta & illicita, præcipue quæ ob commoditatem & utilitatem publicam instituuntur. Lather. *de Censu L. 3. c. 14. n. 8.* Marquard. *de Jur. commerc. L. 4. c. 7.* Ratio autem, quod tabernas vinarias non promiscue liceat exercere, potest dari, ne scilicet quid corruptionis tam nobilis speciei ex promiscuo mercatu

catu impendeat, vel quid incommodi civitas ex multiplicatione tabernarum vinariarum sustineat. Mevius *ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 5. Art. 12. in Addit. n. 2.* Hinc etiam ad exemplum juris Braxandi in quibusdam locis jus erigendi tabernas vinarias ad Regalia refertur. Treutler. *Consf. 107.* Nonnunquam tamen jus Oenopolii inferiores etiam Magistratus ac Civitates municipales, maxime quæ jurisdictionem habent, antiqua consuetudine, statuto vel præscriptione vel etiam concessione Principis hoc jus obtinent. Ita in civitatibus jure Lubecensi utentibus vinum Rhenanum non venditur nisi in cella vinaria Senatus seu civitatis publica. Mevius *ad Jus Lubec. d. l. n. 4.* Eodem jure cautum legitur, *daß niemand VVein einlegen, und verzapffen soll, ohne des Raths sonderliche Zulassung.* Et talia statuta in aliis Germaniæ Civitatibus quam plurimis obtinere testatur Fritsch. *de Jur. Oenop. c. 2. n. 10. & 11.* Vid *Chur-fürstlich Sächsische Erledigung der Landes-Gebrechen. Tit. Von Justitien-Sachen, §. Als sich zum 101. der Rath zu Zwickau.*

4 Ex quo sequitur, neque Nobilibus jus vendendi vinum aliunde coëmtum permissum esse, cum hoc nihil aliud sit, quam mercimonium exercere. *arg. l. 3. & ibi Dd. C. de Commerc. & Mercatur.* ubi dicitur: Nobiliores natalibus & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores omne mercimonium, quod urbibus perniciosum est, omittere debere, addita ratione, ut inter plebejos & negotiatores facilius emendi vendendive sit commercium. add. *l. 6. C. de dignit.*

5 Considerarunt nimirum LLatores, nihil magis noxium esse in Republica quam promiscuis actibus civium & subditorum officia turbari. Berlich. *P. 1. dec. 26.* Brunnem. ad *d. l. 3.* Nam

Ubi Rusticus est Arator,
Parochus Orator,
Nobilis Bellator,
Ibi Deus est Fundator.

E contrario pessimus est Reipublicæ status secundum vulgatum:

Wenn die Soldaten sieden und braten,
Die Pfaffen zu weltlichen Sachen rathen,
Der Bürgemeister schenckt Bier und Wein,
Die Becker mit im Rathe seyn,
Die Weiber führen das Regiment,
So nimmt es selten ein gutes End.

Cum quo consentit Constitutio Austriæ *d. Anno 1569. Was die Beschwer der Herren und Ritter-Stände wider die Neu-Geadelten in Städten und andern Orten im Lande, welche zuwider ihrer erlangten Adels-Freyheiten einen Weg als den andern in Städten Bürger und Handels-Leute seyn, und denen aus den Cantzeleyen der Adliche Titul gegeben wird, betrifft, da haben Wir es bey Unserer den Ständen hievorigen gegebenen Resolution, nemlich also: daß keiner des alten oder des neuen Adels bürgerliches Gewerb treiben, desgleichen auch keinem, so bürgerlichen Gewerbes sich gebrauchet, der Adeliche Titul gegeben werden solle; gnädiglich verbleiben lassen.* Finsterwalder. *Lib. 2. Obs. 86.*

Vinum tamen in fundis propriis natum, 6
ut & si Nobiles aut consuetudine patriæ, aut diuturna usurpatione vel præscriptione nitantur, jus Oenopolii non poterit ipsis denegari, cum Oenopolium per se non sit probrosum, nec Nobilitati officiat, *arg. l. 42. de V. S.* Unde & privilegio ac investitura id juris rite acquirunt, quemadmodum de Braxandi jure asserit Limnæus *de jur. publ. L. 6. c. 5. n. 79.* Fritsch. *de Jur. Oenop. c. 3. n. 22.*

Omnibus tamen incolis in villis adja- 7
centibus venditionem vini prohibere ex eo fundamento, quod civitates de jure fundatum habeant privilegium, ne cerevisia extranea infra milliare vendatur, plane esset iniquum; & quamvis Carpzovius hoc civitatibus de cerevisia concessum privilegium etiam ad venditionem vini extendat, sententiam tamen suam *Decis. 104. P. 2.* mutavit, quia privilegia & Statuta stricte interpretanda sint, & late privilegium monopolium sapiat, nec venditio vini rei cerevisiariæ nec quicquam præjudicet. Et ita Scabini Lipsiens. 1647. Senatui Freibergensi, *VVill an unterschiedenen Orten binnen der Meile daselbsten nicht ohne mercklichen Schaden und Nachtheil der Stadt der VVein-Schanck gemein werden, und zwar an denen Oertern, so unter die Amts-Gerichte gehörig, dahero ihr*

ihr mit dem Schöffer streitig worden, und in der Meynung begriffen, daß solches abgeschaffet, und der VVein-Schanck der Stadt Freyberg allein gelassen werden muß; Ob ihr euch nun wohl deshalben auf unterschiedene Privilegia, *die Chur-fürstliche Sächsische Landes- und Policey-Ordnung beruffen thut, darinnen ihr wegen des Bier-Brauens und Schenckens befreyet, dergestalt, daß kein ander fremde Bier, als so in der Stadt Freyberg gebrauet, binnen der Meile geschenckt werden darff. Dieweil aber dennoch die angeführten* Privilegia *und Ordnung meistentheils mit klaren VVorten allein vom Bier-brauen und schencken reden, und demnach ihrer Art nach weiter und auf den VVein keinesweges zu extendiren, was auch von anderer Handlung und bürgerlicher Nahrung darinnen gedacht, allein von den VVaaren und alle dem, so bey der Stadt Freyberg selbst gezeuget, gemacht und gearbeitet wird, auch eigentlichen zu allgemeiner bürgerlichen Nahrung gehörig, zu verstehen, darunter aber die Verkauffung des VVeins nicht mit begriffen &c. So habt ihr euch auch damit wider diejenigen, so unter dem Amte binnen der Meile VVein schencken, nicht zu behelffen; Es mag ihnen auch solches zu thun, nicht verwehret werden; V. R. W.*

8 Ministris quoque Ecclesiæ tabernam vinariam vel Cerevisiariam erigere minime licet, ejusmodi enim negotiationes sine ingenti scandalo & dedecore Ministerii exerceri haud possunt. Si enim Clerici tabernam vinariam ac cerevisiariam ingredi prohibentur, quanto magis aliis in ea ministrare, *Cap. nul. Distinct. 44.* quibus plane secularibus negotiis sese immiscere prohibitum. *t. t. X. ne clerici vel mon. reb. sec. sese immisc.* Quo pertinet Ordin. Provinc. Elector. Saxon. *de Anno 1580. tit. Vom Leben und VVandel der Pfarr-Herren. §. Es sollen auch*, ubi ita legitur: *Es sollen auch die Pfarr-Herren sich aller unehrlichen Handthierungen, wie auch des VVein- und Bier-Schenckens gäntzlichen enthalten; daß aber besonders vom VVein- und Bier-Schencken ist vermeldet, soll also verstanden werden: Da denen Kirchen-Dienern eigener VVein wüchse, oder zu* Decem *gefiele, oder sie auf der Pfarr oder sonst Gerechtigkeit hätten Bier zu brauen, mehr denn sie zur Haushaltung bedürffen, oder eigene Häuser hätten, darauf sie Bier zu brauen befugt, daß ihnen solches bey Vassen, Eymern oder Tonnen andern Leuten zu verkauffen ungewehret seyn soll; Allein, daß sie nicht schencken, Zeichen ausstecken, oder Gäste zur Zeche im Hause setzen, daraus grosse Aergerniß der Kirchen, und ihnen, den Pfarrern, mehrmalen Schimpff, Spott, Gefahr, Nachtheil und Schaden erfolget, deswegen es keinem Kirchen-Diener gestattet, sondern bey allen mit Ernst abgeschaffet werden soll, und da sich einer anders, denn wie gemeldet, verhalten würde, soll er alsbald seines Amts entsetzet werden.* Idem repetitur *in den General-Articulen, wie es mit den Pfarrern, Kirchen-Dienern &c. gehalten werden soll, Art. 16. in Cod. Aug. Tom. 1. p. 690.* add. Ordin. Saxon. Gohan *P. 1. c. 4. tit. 8.*

9 Quidam certo tantum tempore exercent jus Oenopolii; quando enim in pagis & vicis Festi dies initiales, vulgo Encæniorum (de quibus vid. Polyd. Vergil. *de Invent. Rer. lib. 5. c. 7. & c. 13.*) celebrantur, solent in Franconiæ Saxoniæque partibus & aliis vicinis locis Domini territoriorum, inferiorem jurisdictionem habentes, per suos deputatos vina non solum mensuratim vendere, sed per certos officiales illas quasi nundinationes tueri, *den Kirch-VVeyh-Schutz vertreten.* Multis tamen in locis ex antiqua consuetudine inolevit, ut non tantum Domini territorii, *so die Vogtey auf der Gassen haben*, sed alii in certis tantum prædiis jurisdictionem habentes, initialibus dedicationis diebus depromendi ac divendendi vini jus habeant, *den Bann VVein vorzulegen und auszuschencken.* Vid. Magerum *de Advoc. armat. c. 15. num. 107. sq.*

10 Nonnunquam etiam venditio vini nocturno tempore est prohibita, uti patet ex jure militari Batavorum *Artic. 80. Daß man keinen VVein nach der Sonnen Untergang oder vor der Sonnen Aufgang verschencken soll.*

11 Quæritur, si Princeps Nobili vel alii per modum privilegii vel investituræ concedat jus constituendæ tabernæ vinariæ, an ea concessio civitatibus vicinis præjudicet, ut se tali novo operi opponere nequeant? Negat hoc Tabor. *de jur. Cerevis. c. 3. §. 10.* Quia scilicet in concessionibus Principum clausula illa salvo jure tertii semper subaudienda sit, Jason. *in l. ult. §. 19. de Constit. Princip.* cum Princeps intel-

intelligatur velle, quæ sua jura volunt. *l. ex facto, ubi Gloss. de vulg. & pupill. substit:* Jura autem sic disponunt, ut quilibet in suo facere possit, quod sibi prodest: cavere tamen debet, ne alteri noceat *l. 1. §. 1. de Aqu. & Aqu. pluv. arcend. l. 2. §. 5. eod.* Et Princeps in alterius detrimentum sine justa causa & ejus cognitione concedere nihil debet, imprimis contra privilegia vicinis competentia. *C. quia. c. 1 in his, ubi Gloss. verb. sine præjud. de privileg. l. 2. §. merito ne quid in loco public.* Wesenb. *P. 1. Cons. 45. n. 44. & seqq.* Leuber. *de Stap. Saxon. n. 235. & n. 746.* ubi multos Dd. recenset, qui unanimiter docent, Principem aliquid largiendo ne quidem præsumi, vel in minimo juri alicujus tertii velle præjudicare. Dn. Fritsch. *de Jur. Oenop. c. 2. n. 29. & 30.*

12 Quando vero Princeps Oenopolii privilegium huic vel illi concedere vult, tunc hoc cum plena causæ cognitione fieri debet, & ut illi, quibus concessionis erogatione præjudicium inferendum, super ea ante omnia audiantur. Rol. a Valle *vol. 1. Cons. 2. n. 164.* Bertazol. *consil. civ. 89. n. 43.* In terminis nundinarum concessionis Klock. *de Contribut. c. 3. n. 85.* Rumelin. *ad Aur. Bull. P. 3. Dissert. 3. th. 18.* Et in terminis privilegii concedendi, quod citari debeat ille, de cujus præjudicio agitur, consuluit Cephal. *cons. 301. n. 75. vol. 3.* ubi *n. 76.* hoc ampliat, etiam tum locum habere, cum procedit de plenitudine potestatis. Add Menoch. *Cons. 426. n. 28 vol. 5.* Curt. jun. *Consil. 170. n. 32. vol. 2.* Si autem hoc neglexerit Princeps, nec ante privilegii concessionem causam cognoverit, nihilominus is, cujus interesse hic periclitatur, sufficienter est audiendus. Vid. Joh. Georgii II. Elect. Saxon. *Erledigung etlicher Landes Gebrechen de Anno 1653. und 1657. tit. Justitien-Sachen. § Als sich zum hundert und eines,* vers. *da aber.* ubi dicitur: *Da von Uns oder Unsern Christmildesten Vorfahren einer oder der andere eine* Special-Concession *des Wein-Schancks erlanget, oder sonsten eines andern berechtiget, denselben und den Rath zu* N. *(jedoch ohne Weitläufftigkeit) hören, und den Verlauff zu Unserer gnädigsten* Resolution *unterthänigst berichten sollen.*

13 Si quis privilegium de vendendo vino impetraverit, quamvis antea jurato se promoturum utilitatem publicam promisit, nequaquam tamen peccat contra juramentum, si per id privilegium nullum Reipublicæ damnum afferatur, sed tantum lucri perceptio impediatur: Inter quæ duo magna existit differentia, cum commodo suo cuilibet inhiare liceat, quamvis alterius lucro, quo is antea usus est, aliquid decedat, ut bene advertit Jacob Thoming. allegatus a Modest. Pistor. *dict. loco n. 5.* Carpzov. *P. II. C. 6. Def. 3.* Ita Domini in causa *Martini Großmanns zu Horschleben M. Majo Anno 1633.* verba sent. *Habt ihr als eine Raths-Person des Orts den gewöhnlichen Eyd ablegen, und gemeiner Stadt Bestes zu suchen, schwören müssen, worauf ihr unlängst bey der hohen Obrigkeit um den Wein-Schanck suppliciret, und auf euern Hause ein sonderbares* Privilegium, *Wein zu schencken, erhalten. Ob nun wohl hierdurch dem Raths-Keller, und also gemeiner Stadt nicht wenig Genieß entzogen wird &c. So habt ihr doch durch Erhaltung gedachtes* Privilegii *euren geleisteten Eyde keinesweges zuwider gehandelt, derowegen ihr auch mit einiger Strafe nicht zu belegen seyd; V. R. W.*

Ex antea dictis autem sequitur, quod neque in ædibus Jurisdictione Magistratus exemtis (*in einem Frey-Hause*) Oenopolium exercere liceat. Multum enim differt exemtio domus ab urbana jurisdictione, & immunitas ab oneribus negotiationis. Nec illam impetrans hanc obtinet, & qui talem in domo suscipit, eam quoad negotiationem exercitam statutis civilibus submittit. Vid. Mevius *P. 3. Decis. 321.* 14

Exceptio est, si privilegium Oenopolii ædibus istis inhæreat. 15

Imo nec civibus ad domesticum usum vina aliis in locis emere, & suis in cellis habere licet: quoties equidem mercatura alicui interdicitur, non censetur interdicta emtio ad usus proprios. Bald. *Cons. 391. n. 2 vol. 4.* quem refert Mevius *ad jus Lubec. Lib. 3. tit. 5. Art. 12. n. 5.* Exceptio tamen est, nisi talis res sit, quam in civitatem importare omnino prohibitum, (uti nonnullis in locis exotica vina plane importari non possunt) cujus possessio & usus idcirco non permittitur. Et ejusmodi Statutum ex justa & Reipublicæ congrua causa valere extra dubium est. Stracha *de decoct. P. 4. n. 1. seq.* Mev. *d. loc. n. 6.* ubi *n. sequ.* addit, ita permitti domi habere vina, si vectigal vinarium 16

(*Wein-*

(Wein-Accise) ſolvatur, quemadmodum Norimbergæ, Auguſtæ & alibi ita uſu obtinet. Et licet videatur contra jura & æquitatem, vectigal imponi rebus, quæ victus & corporis tuendi cauſa devehuntur, *l. 5. C. de vectig. l. 4. §. 1. eod.* neceſſitas tamen & conſuetudo indictionum magiſtra in eo genere dati, quod conſumendis impoſuit, hodie per Europam fere receſſit ab iſto jure; de cujus æquitate, ſi pro uſu Reipublicæ id fiat, nemo ambiget. Mevius *d. l. n. ult.* Fritſch. *d. c. 2. n. 26.* Ex gravi enim cauſa importatio peregrinarum mercium, e. gr. vini exotici, poteſt interdici *l. 2. & t. t. C. quæ res venire non poſſunt.* Marquard. *de jur. Commerc. ſing. L. 4. c. 5.* Et prohibendam eſſe invectionem vini delicatioris expreſſe ſtatuit inſignis Politicus Beſold. *Conſiderat. Vit. & Mort. L. I. c. 2.*

17 Cum & Oenopolarum & cauponum vafrities & fraudes ſint innumeræ, quibus utuntur, partim adhibendo menſuras iniquas, partim merum caſtrando & jugulando, ut Poëta loquitur; prioris delicti coërcitio olim Ædilium Curulium curæ demandata erat, qui reos flagellis cædebant, menſurasque publice in foro frangebant, *l. 13. §. 8. ff. Loc. l. 12. ff. de decur.* quam poteſtatem poſtmodum ipſis Claudius ademit. Sueton. *in Claudio.* Divi vero Hadriani decreto dupli condemnabantur, & in Inſulam relegabantur. *l. pen. ff. de falſ.* Hic mos frangendi menſuras non omnino exolevit. Et quidem ad augendam fraudantis ignominiam fractio hæc fieri ſolet ante januam illius, qui ejusmodi menſuris uſus fuerit, quod notat Molina *de Juſt. & Jur. diſp. 701. n. 10.* Pœna præterea arbitraria puniuntur. Myler. *in Metrolog c. 9. §. 3. n. 4.* De poſteriori nimirum vini corruptione jam olim conqueſtus eſt Horatius, qui perfidos & malignos propterea inſignire ſolet caupones. *Serm L. I. Sat. 1. & 5.* Martialis quoque *L. 3. Epigr. 57.*

Callidus impoſuit nuper mihi caupo Ravennas,
Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

Quanquam hoc ipſum male habet, quod pro vino diluto merum acceperit. Ravennæ ſiquidem vini copia major quam aquæ, quod docet præcedens epigramma:

Sit ciſterna mihi quam vinea, malo, Ravennæ,
Cum poſſim multo vendere pluris aquam.

Magiſtratus igitur loci curam intendere 18
debet: 1) Oenopolis injungatur, ut, quantum fieri poteſt, bonum ac ſalubre vinum importetur. Quo pertinet *Churfürſtlich Sächſiſche Tax-Ordnung. Claſſ. 3. Tit. Geträncke*, ibi: *Es ſollen ſich auch die Räthe in Städten, ſo des Wein-Schancks allein berechtiget, dahin befleißigen, daß ſie iederzeit nach Gelegenheit des Orts einen guten Trunck Weins im Vorrath haben.*

Non tantum autem Oenopolæ, ſed & 19
vectores & naviculrii, hujus nequitiæ haud ignari, vinum corrumpere, vel pro eo doliis clanculum extracto aquam immittere ſolent. Eam compeſcere ita laboravit Imper. Maximilianus Friburgi *A. 1487. in Ordnung und Satzung über die Wein.* Rubr. *Von den Fuhr Leuten der Weine.* ibi: *Nachdem auch ie zu Zeiten die Fuhr-Leute und Schiff-Leute, ſo Wein zu Land und Waſſer führen, und ihren Lohn darum empfangen, unterwegen in Herbergen, und in ihren eigenen Wohnungen aus den Faſſen, ſo ſie alſo führen, ohne der Herren, deren ſie ſind, VViſſen, VVein dieblich nehmen, und nach ihrem Gefallen verzehren, auch an denſelben genommenen VVeins ſtatt VVaſſer gieſſen, die Faß wiederum damit zufüllen; ſoll ſolches hinfüro denſelben Fuhr-Leuten und Schiff-Leuten nicht verhänget, noch geſtattet zu geſchehen, ſondern mit ſammt denjenigen, ſo ihnen deſſen verholffen hätten, es wären VVirths Knechte oder andere, nach Maaß ihrer Verhandlung, darum an ihren Ehren, Leibern und Gütern ohn Nachlaſſung geſtrafft werden.* Quod repetitur in Reform. Polit. Auguſt. Vindel. *1548. rubr. Von den Schiff- und Fuhr-Leuten.* ubi additur: *VVo auch hinfüro einiger Schiff- oder Fuhr-Mann, oder iemand anders, wie die Namen haben möchten, den VVein mit Kalck oder dergleichen ſchädlichem Zuſatz oder Einſchlag bereiten und fälſchen würde, der ſoll gleicher VVeiſe, nach Geſtalt ſeiner Uberführung an ſeinen Ehren, Leib oder Guth härtiglich geſtraft werden, und einer ieden Obrigkeit hiemit ernſtlich auferleget ſeyn, ſolchem ſchädlichen Betrug*

vorzu-

vorzukommen, und die Uberfahrer ernstlich zu strafen.

20 Modus quoque præscribitur, quantum sulphuris addi liceat *d. l. von Satzung über die Wein.* rubr. *So man die Wein ablassen wolte oder würde, daß man die dann in ein schlecht unzubereitet einigs gemächts Faß ablasse, doch also, ob iemands, wer der wäre, in dem Ablassen, um Beständigkeit willen des Weins, sein Faß mit einem Schweffel zubereiten wolte, das soll er zu thun Macht haben, doch einen Wein einmal und nicht mehr, auch nicht anders, denn zu Bereitung eines Füderichen ein Loth lauter Schwefels &c.* Quo casu vina sulphurari liceat, Vid. Stryck. *de jur. sensuum G. 48.* Conf. Joh. Marquard. *de jur. Mercat. L. 4. c. 5. n. 14.*

21 Prohibentur præterea quoque noxiæ vinorum compositiones & mixtiones, *rubr. Von Kräuter-Wein.* Item *Es sollen auch Alant-Salvey-Wermuth- und andere dergleichen VVürtz-VVein, desgleichen die Beer-VVein, Kempt-VVein und Span-VVein hierinn, die zu ihren füglichen Zeiten zu geniessen und zu gebrauchen, wie sich ziemt und von Alters herkommen ist, vorbehalten und aufgesetzt werden, desgleichen auch die Malvesier, Rheinfall und andere VVelsch-VVeine, auch gefeuerte und gesottene VVein keinerley schädliche oder böse Gemächte oder Zusatz gethan, noch daß der keiner unter den andern gezogen, auch mit andern VVein nicht gemehret; sondern ein ieder vor sich selbst hingegeben, und ausgeschenckt werde, bey der höchsten Buß, wie ob stehet,* nimirum: *Daß den Fassen der Boden ausgeschlagen, und der Wein verschüttet, und darzu ein ieder zu iedem mal an* Poen *nemlich hundert Gülden Rheinisch, halb in Unsere und des Reichs Cammer, und den andern halben Theil seiner Herrschafft, unabläßlich zu bezahlen verfallen seyn, und also gestrafft werden.*

22 Maximopere igitur Magistratui præcavendum, ne ab Oenopolis vinum melius cum deteriore *v. g.* Rhenanum cum Nationali commisceatur, aliave materia corrumpatur. Corruptum enim vinum quam naturæ nostræ sit inimicum & fere mortiferum, docet Neukrantz. *Tr. de Purpura c. 9.* Sæpe etiam caupones tam malitiosi sunt, ut vinum cum aqua misceant, *verkauffen VVasser vor VVein,* quæ mixtura neque toleranda, neque occasio ei præbenda. Præcautionis ergo jure Bavarico optime constitutum legitur, ne juxta vina exotica Bavaricum nationale ex eadem cella vendatur, *Chur-Bäyer. Land- und Policey-Ordnung Lib. 3. tit. 1. Art. 6. rubr. Daß die Leute in Städten und Märckten neben andern VVeinen keinen Bäyerischen VVein einlegen sollen*; ubi ratio in Textu adducitur: *VVelches Wir vor unziemlich erachten, und ferner aus allerhand Beysorgen daraus entstandenen Betrugs und Verfälschung nicht gestatten können.* Et d. Ord. Polit. *art. 3.* cavetur: *Es solle die Obrigkeit durch fleissig Aufmercken, und wie es am besten geschehen kan, darob seyn, daß der VVein gerecht und unvermischt durch die VVirthe ausgeben und vorgetragen, und also die schädliche Vermengung und andere betrügliche Handlung mit dem VVein bey ihnen, den VVirthen, abgestellet und vorkommen werde,* sub pœna ibid. præfixa. Concordant constitutiones Imperii, mixturam vini severe prohibentes. Vid. *dict. R. J. de Anno 1497. rubr. Satzung und Ordnung über die VVeine zu Freyberg.* Rubr. *Von Fuhr-Leuten der VVeine,* & rubr. *von dem Kräuter-VVein.* Item Reformatio Polit. Imper. *de Anno 1577. rubr. Von Schiff- und Fuhr-Leuten.* Marquard. *de jure commerc. p. 502.*

Ampliatur hæc prohibitio de jure Bavarico, ut caupones ne illud quidem vinum Bavaricum, de quo refert Casp. Manz. *Centur. Decis. Palat. quæst. 25. n. 2.* quod ipsimet colunt vel plantant, juxta alia vina habeant, ut scilicet mixtura præcaveatur, d. Ordin. Prov. *Lib. 3. art. 6.* verb. *Darneben gebothen haben, daß hinfüro kein VVirth in Städt- und Märckten, ob auch derselbe schon eigen Gewächs hätte, den Bäyerichsen VVein neben andern VVeinen einlegen und ausschencken, sondern sich deswegen gäntzlich enthalten solle.* Contrarium tamen cautum legitur *in der Pfältzischen Ungelds-Ordnung §. Item alle,* his verbis: *kein VVein-VVirth, der Francken-Necker- und Rhein-VVein ausschencket, einigen Land-VVein (ausserhalb seines eigenen Gewächses) einlegen oder schencken, damit die guten VVeine nicht dadurch gefälschet, und der gemeine Mann überführet werde.* Et paulo post: *und einer also eigen Gewächs einlegt, solle derselbe VVein allein und unvermischt ausgeschenckt und verpetschieret werden, auf welches alles die Ungelder bey ihren* 23

Pflichten

Pflichten mit sonderem Fleiß und Ernst Achtung geben sollen. In rationem diversitatis inter utrumque jus sollicite inquirit Manzius *d. quæst. n. 10.* qui videri potest. In quibusdam civitatibus, ubi jus Oenopolii est penes Senatum seu Universitatem, dolia vinaria in cella publica ita custodiuntur, ne ministri vinum corrumpere aut aqua miscere queant. Injungit Magistratibus hanc curam vini publicam Ordinatio Politica Saxo-Gothana *c. 3. tit. 12.* his verbis: *Es sollen die Räthe der Städte und andere, so VVein- und Bier-Keller haben, guten VVein und Bier verschaffen, dasselbe unvermengt und unverfälscht den Leuten um billig-mäßige Bezahlung zukommen lassen, und in alle VVege die Keller und Schenck-Städte dermassen anrichten und verwahren, daß der Schencke, oder dessen Gesinde zu den Vassen und Sponden des VVeins und Biers, ohne Beyseyn der verordneten Kämmerer oder VVein-Meister nicht kommen können, auch zumal wenn die Keller etwa verpachtet, ernstlich verfügen, und selbst darauf sehen, daß alle Verfälschung des Geträncks nachbleibe, und den Leuten recht Maaß und Ohme gegeben werde; iedesmal bey* Pœn *und Verlust des angezapfften VVeins und Biers.* Quæ sane saluberrima & æquissima est constitutio, ac optandum foret, ut ubique locorum debite observaretur. Sed teste experientia, parvis cumprimis in municipiis, non raro senatores & decuriones ipsi contravenire solent. Unde frequentes oppidanorum querelæ oriuntur. Inter Statuta & decreta societatis Hanseaticæ etiam hoc est, quod adducit Marquard. *de jur. Commerc. l. 3. c. 5. n. 28.* Nemo corrumpat vinum Rhenanum, sed ita in bonitate sua relinquatur, velut ex Dei benedictione natum est; quod si adulteratum inveniatur, juxta crimen falsi judicabitur.

24 Cæterum vina absynthio, salvia, herbisque similibus condire licitum est, non vero medicamentis sunt inficienda, Marqu. *d. tr. p. 503.* Fritsch. *de Jur. Oenop. c. 3.*

25 Magistratus quoque sedulo prospiciat, ut Oenopolæ justo pretio vinum vendant, dict. Ord. Gothan. *art. 12.* verb. *um billig-mäßige Bezahlung.* Unde utile est publicam taxam seu æstimationem vini statuere, quam transgredi non liceat, de qua ut omnibus constet, in tabella quadam publice affixa ea adscribenda est, quemadmodum quibusdam in locis ita usu servatur. Quod si vero taxa illa negligatur, vel pro arbitrio cauponum, quod est genus hominum quæstuarium, pretium statuatur, fraus illa ac injustitia severe coërcenda ac punienda est. Vid. *Chur-Sächsische Tax-Ordnung Class. 4. Tit. Geträncke-Wein,* ubi ita cavetur: *weil nicht allein die süssen Rheinischen und Francken- sondern auch Land- und andere Weine am Einkauff nach Gelegenheit des Jahrs und Fuhr-Lohns sehr ungleich; so kan kein füglicher und bequemer Tax gemacht werden, als daß man die Weine dem Wein-Händler und Schencken nach dem Einkauff æstimire. Da nun in Städten und Flecken allbereit gewisse Ordnung verfasset, bleibt es dabey billig: Zuförderst aber will der Obrigkeit iedes Orts gebühren und obliegen, darauf fleißige Achtung zu haben, daß alle und iede Weine den Ankauff Faß- Eymer- und Kannen-weise taxiret, verkaufft, verzapfft, auch gewisse Personen verordnet werden mögen, die den Wein kosten, und nach Gelegenheit des Jahr-VVachses oder mehrerwehnten Einkauffs, dessen sie iedesmal beständigen Schein oder eydliche Aussage fordern sollen, die VVeine, ihrer Güte nach, schatzen, sonderlich aber mit Fleiß dahin sehen, daß niemand zu seinem unbilligen Vortheil der Müntz-Veränderung mißbrauche, und von dem allbereit vorhandenen Vorrathe vor einen Rthlr. oder so viel alter Müntze, dem Maaß nach ein wenigers, als man bisher darum kauffen können, gebe; dabey denn den Händlern und VVein-Schencken nach Abzug des Kauff-Geldes und der Unkosten, der siebende Pfennig zum Gewinst passiret werden kan.*

A Magistratu insuper prospiciendum 26
est, ut justa mensura vinum divendatur, dict. Ordin. Sax-Gothan. *tit. 12.* ibi: *den Leuten rechte Maaß und Ohm gegeben werde.* Unde Turcæ in id incumbunt potissimum, ut mercatores in suis negociationibus nullas fraudes committant, aut si quas commiserint, gravissime puniantur. Hinc perlustrant tabernas cauponasque, atque observant, num mensuræ & pondera sint justa. Adam Rossius *tr. de Nobil. & Mercat. Lib. II. c. 5.* In quibusdam civitatibus ad coërcendas fraudes mensuræ sunt publicæ, quibus & non aliis certo charactere notatis uti licet. Ne autem vini venditores & hospites nimium graventur in vectigali vinario exsolvendo, mensu-

mensura diminui solet, sicut in Ducatus Würtenbergici Ordinatione Provinciali provisum est. Ord. Polit. Würtenb. *tit. Von den Eich.* 72. ibi: *doch soll die Schenck-Maaß ringer seyn, also daß eilff Schenck-Maaß gerade zehen Maaß lauter Eich, oder ein Jnn der lautern Eich thun sollen, damit, so er von ausgeschenckten VVein das Ungeld zu richten schuldig ist, dasselbe erholen und erstatten möge, und soll also auch ein Eymer halten ein hundert sechzig Eich-Maaß, und ein hundert siebenzig Schenck-Maaß.*

27 In Gallia species est Tributi, quod Bilots vocant, & Oenopolis imminet, alibi Appetissement appellant, voce flagitium testante, quo venia facta est talibus mensura minore vendendi, si modo ii præstarent 30. solidos in quodcunque vini dolium. Pium initio inventum, ut cætera, degeneraverit in acerbitatem exactionis, cum initio ædificandis sacris ædibus esset destinatum. Klock. *de Contribut. c. 1. p. 33.* Marquard. *de jure Commercior. Lib. 2. c. 3. n. 51.*

28 Præterea certi officiales (*Wein-Herren, VVein-Meister*) sunt eligendi, qui vina probent, & si quæ corrupta inveniant, ea vel plane non, vel minore pretio divendi patiantur. Hæc inspectio ubi negligitur, miseris hominibus pro vino aqua, magno tamen pretio, nec sine valetudinis periculo vendi solet.

29 In Tractu Rheni peculiare reperitur judicium ad decidendas controversias negotiationis cum vino, *des VVein-Handels halber*, quod vulgo *VVein-Schul* vocatur. Besold. vocab. *VVein.*

30 Ex debitis in taberna pro vino & cerevisia usuras exigi non posse, responderunt JCti Jenens. referente Richtero *Dec. 74. n. 78.* Verum hoc de jure simpliciter non esse negandum, ait Lauterbach. *Tr. Synopt. de Naut. Caup. & Stabul. §. 53.*

31 Si vina vendenda, de sapore in antecessum gustus auxilio cognoscere alter contrahentium solet. Voce pitissare hoc exprimere amavit Terentius, dum aliquo in loco sequentia ponit: Pitissando omne mihi vinum consumserunt. Sed an gustus in venditione vini semper objectum suum sortiatur, an vero requiratur, ut præcise hoc expresserit emtor, se velle primum degustare vinum, ut emtio perfecta sit, hic quæritur? Et putarem dicendum, expressa conventione opus esse, nec tacite id involvi, ut vinum degustetur. Et quanquam difficile sit, ut quisquam sic emat, ut ne degustet. *l. si quis vina. §. Si aversione. 1. ff. de periculo & commod. rei vend.* Ex his tamen verbis id minime colligitur, tacite conditionem gustationis inesse venditioni vini, sed potius id innuunt, neminem adeo imprudenter versaturum in emtione vini, qui antequam eandem perficiat, non degustet idem: vel quod magis est, qui convenerit, ut ne degustet. Quod ipsum itidem ex verbis initialibus *d. §. Si aversione. d. l. si quis vina.* haud obscure colligitur: Si non ita vinum venit, ut degustaretur, quod tunc censeatur per aversionem esse venditum. Si itaque nuda hæc omissio conditionis degustandi ex emtione ad gustum facit emtionem per aversionem, id consequentiæ vinculo exinde deducitur, degustationem tacite non inesse, quippe enim alias hæc ut tollatur, expressa conventione opus foret, ne degustetur, quod tamen in casu *d. §. si aversione.* Ulpianus non requirit, sed sufficere putat, modo ut degustetur, non conventum. Dissentit Franzkius *Comment. ff. tit. de pericul. & commod. rei vend. n. 33. & 34.*

Camum sub legato vini non contine- 32
tur, nisi vini numero a patrefamilias fuerit habitum: Cum & zythum, & camum, & reliquæ species pro hominum affectione & usu numero vini haberi possint. Francisc. de Barry *de succession. ab intestato lib. 9. tit. 19. n. 7.*

Nec Ulpianus *in l. 9. de Tritico, vino &* 33
oleo legato Cerevisiam vini numero haberi vult. Licet enim in quibusdam Regionibus & Provinciis homines isthoc potu loco vini utantur. vid. Besold. *thesaur. Pract.* voce *Bier brauen.* Klock. *l. 2. de Ærar. c. 12. n. 2.* Proprie tamen id vini numero comprehendi nemo ideo affirmaverit, cum vinum sit, quod ex vinea paratur. *d. l. 9.* Atqui cerevisia non nascitur ex vinea, sed ex lupulo & hordeo conficitur atque excoquitur. vid. Menoch. *l. 4. præsumt. 152.*

Ex Tabernis vinariis Fisco gabellæ, da- 34
tia, accisiæ vinariæ solvendæ, *VVein-Accis, VVein-Zehend, VVein-Steuer, VVein-Zoll, Um-Geld,* vel ut alii scribunt, *Un-Geld,* p. d. *Ohmen-Geld.* Wehner. *Thesaur. Pract.* voc. *Un-Geld.* De Origine hujus vinarii 35
vectigalis Argentoratenses *Tom. 1. Cons. 10. n. 27.*

n. 27. ita scribunt: *Ebenmässig verhält es sich mit dem Um-Geld, so auf den Wein, so in Herbergen durch die VVirthe, oder sonsten auf die Gassen verschencket, geschlagen wird, davon* Bodinus *schreibet (de Republ. l. 6. c. 2.) dass König* Chilpericus *in Franckreich der Erste gewesen, so den 3ten Theil der Geistlichkeit Einkommens für ein Jahr, und denn den 8ten Theil des Weins, so ein ieder durchaus in seinen Güthern erzeuget, eingefordert; Dannenhero der Wein-Zoll oder Un Geld noch auf die Stunde seinen Ursprung hat, das ist nun an einem Ort geringer und leidlicher, als am andern, ja nachdem es die Noth erheischet &c.*

36 Quæri solet, an exactio *des Um-Geldes* ei, qui Jurisdictionem, an illi, qui Regalia habet, competat? Inspecta origine jus illud exigendi *das Um-Geld*, videtur inter Regalia numerari debere per ea, quæ ex Bodino Argentoratenses adduxere, & ex eodem Fauft. ab Aschaffenburg. *Consf. pro Ærar. Class. n. Ordin. 347.* quem sequitur Caspar. Manz. *Decis. Palat. quæst. 91. n. 1.* Ex consuetudine vero Germaniæ juxta mores cujusque loci, vel ad Principes seu Dominos territorii, *so die Landes-Fürstliche Obrigkeit haben*, in recognitionem superioritatis pertinere solet, Caspar. Ziegl. *ad Aur. praxin Calvolæ §. Land-Sassi, Concl. 1. n. 150.* ut in Saxonia, Misnia, Thuringia. De Consuetudine Bavariæ & Palatinatus vid. Manz. *d. quæst. n. 11.* Quandoque, ut in Franconia, ad *Vogtey* pertinet, ubi multi Nobiles in suis pagis eo jure utuntur. Balthasar. Conr. Zahn. *in Ichnographia Juris municipalis c. 54.* Jurisdictioni simplici gabellas mercium adscribit. Et in terminis iisdem Henr. Klock. *in Discept. de Jur. vectigal. concl. 1. num. 104.* ubi multis rationibus confirmat, vi pacti & conventionis etiam in forensium præjudicium a municipio imponi posse. Cui tamen contrarius est Caspar. Klock. *de contribut. cap. 5. n. 121. & sequ.* Fritsch. *de Jur. Oenop. c. 4. n. 1. seq.*

37 Est & aliud genus gabellæ vinariæ, quod vulgo *Boden-Schatz* dicitur, *wenn ein Wein vom fremden Ort hergeführet, abgeladen und eingelegt wird, dass derselbige durch die geschwornen Visirer und Schätzer angeschlagen, visirt und geschätzet wird, wie viel es Eimer seyn, und muss alsdenn* pro consuetudine Loci *von ieglichem Fuder Weins einen Gülden*, ut *Juris Georgici Lib. III.* Halæ Suevorum, vel aliud quippiam *gegeben werden*, quæ pecunia *Boden-Schatz* vocatur, *ohne deren Abrichtung kein Wein* impune *eingelegt werden mag.* Wehner. *Obs. Pract.* verb. *Boden-Schatz.* Alibi vero hoc genus vectigalis dicitur *Niederlage.*

Hoc autem Accisiæ onus vinis medicatis, Malvatico, *welchen die Apothecker mehrentheils vor die Krancken gebrauchen*, non incumbere scribit Besold. *Thesaur. Pract.* V. *Ungeld*, licet id ubique non servetur. 38

Quæritur autem, an officiales ac Ministri Principis, qui in ædibus Jurisdictione urbana exemtis, *in freyen Häusern*, habitant, immunes sint ab ejusmodi gabellis vinariis? Negatur, nisi ædibus istis immunitas adhæreat. Alias generale vectigalium & gabellarum seu accisiarum debitum est, nec ab iis immunis, nisi qui immunitatem legitime adquisitam doceat. *l. omnium. l. sequ. C. de vectig. & commiss.* 39

Etsi vero ex privilegio vel pacto generalis immunitas ab omnibus muneribus data atque acquisita sit, haud tamen ad ista porrigitur, nisi de concedentis voluntate appareat. Est enim aliorum onerum atque vectigalium dispar ratio, quia circa illa de damno vitando agitur: in his vero, quæ mercaturam concernunt, de lucro. Mev. *P. 3 Dec. 157.* vid. idem *P. 3. Decis. 320.* ubi pluribus ostendit, officiales & Ministros Principum, qui civiles negotiationes in urbibus exercent, *die Bürgerliche Nahrung treiben*, onera etiam Civilia, non tamen omnia, sed ea saltim, quæ ob istam negotiationem incumbunt civibus, sustinere. Civilis namque negotiatio *Bürgerliche Nahrung* subjicit jurisdictioni & oneribus civitatis, postquam statuto vel moribus sic invaluit, ut non sit, nisi ejus, qui civis seu civili nexu civitati devinctus est. Si quis igitur alias exemtus est, tamen illam adsumendo & exercendo, *wenn er das Bürger-Recht gewinnet*, Jurisdictioni se reddit obnoxium, nec qua istam exemtione fruitur. Coler. *de Process. Execut. P. 2. c. 3. n. 137.* Per excessum a conditione privilegiata quis duplicem personam & respectum obtinet, & inde diversimode censetur, Cavalc. *Decis. 23. n. 13. lib. 5.* & in eo, quod extra officium est, æstimatur ut alius quisque civis. Mev. *d. Part. 3. Decis. 404. num. 5.* Vid. idem *ad jus Lubec. quæst. prælim. 3. n. 45.* 40

41 Immunitate tamen a gabellis gaudent Præsides & Assessores Cameræ Imperialis, eorumque viduæ ac liberi; modo a cauponaria abstineant, quæ illis prohibita est. Ordin. Cam. *P. 1. tit. 49.* Rec. Imp. Ratisbon. *de Anno 1654. §. Hingegen aber. 141.* ibi: *Alle zum Cammer-Gericht gehörige Personen, auch deren nachgelassene VVittwen und Kinder, so lange sie ihr häuslich Anwesen bey und an dem Cammer-Gerichte haben, ohnverrückten Stand halten, und sich der Ort nicht in die Bürgerschafft verheyrathen oder sonsten unter andere* Jurisdiction *begeben, sammt allem ihren Haus-Gesind und Haushaltung, so lange sie in den Schrancken ihrer* Cameral-Function *verbleiben, aller Orten Un-Gelds, Dats, Mauth, Zoll, und aller Beschwerung frey seyn, und damit durch niemands in keinewege beschweret, sondern bey solcher Befreyung unbetrübt gelassen, und gehandelt werden, gleichwol sie die Cammer-Gerichts-Verwandten sich auch keiner VVirthschafft oder Kaufmannschafft gebrauchen sollen.*

42 Quæritur tandem, si Gabellæ de vino epoto debeantur, an statuto caveri possit, ut civibus in fraudem accisiæ hujus alio, etiam extra statuentium territorium, potandi causa secedentibus pœna imponatur? Multi id negant; in terminis tabernæ cerevisiariæ Hart. Pistor. *Observ. 12. n. 4.* videtur autem cum Knipschildio *d. tr. Lib. 2. c. 19. n. 66. & sequ.* affirmari posse, modo statutum non eo extendatur, quod non liceat civibus, qui negotiandi & res suas agendi causa alio concedunt, ibidem bibere, sed de iis tantum, qui statuti fraudandi causa alio abeunt. Klock. *de vectigal. concl. 14. lit. C.* Æquum enim est, ut per hujusmodi accisiarum solutionem ab aliis impositionibus & gabellis, quæ capitatim pro necessitate Reipublicæ imponi possent, liberi sunt, bona fide & sine dolo solvere, Everhard. *Conf. 45. n. 3.* & alias juris est, quod per statutum cives prohiberi possint, ne quid agant vel faciant extra territorium statuentium. *l. fin. de decret. ab ord. fac.* Everhard. *d. l. n. 4.* Knipsch. *d. l.* Fritsch. *de jure Oenopolii c. 4. n. 28. sq.*

43 In bene constitutis Rebuspubl. magnisque Civitatibus a Magistratu solent constitui certi Mensores vini, *VVein-Visirer,* qui instrumentis suis, *Visier-Ruthen, Visier-Stäben*, vasa vinaria metiuntur, quantitatemque vini in iis contentam enunciare solent, qui si aliquem in mensura læserint, recte conveniri possunt per *l. 1. si mens. fals. mod. dix.* Æquitati enim conveniens est, ut, qui muneri alicui præfectus vel mercedem pactus est, etiam de negligentia atque imperitia teneatur. Periti siquidem & magistri obligati sunt non solum de culpa lata, quæ dolo comparatur, sed etiam de levi & levissima secundum culpæ & imperitiæ qualitatem. Et ratio est, quia mensor fuit in culpa, se immiscendo arti, quam non satis callebat, & quod onus suscipiebat suis viribus impar. Nemo enim suam negligentiam vel infirmitatem in alterius damnum debet convertere. *§. 7. 8. Inst. de L. Aquil.* Specul. *in tit de Paroch. n. 5.* Hieron. de Mont. *fin. reg. c. 33. n. 3.* Hinc Joahn. Oettinger. *de jur. & Controv. limit. l. 1. c. 16. n. 18. & sq. Und diese Klage hat nun so viel mehr statt, wenn eine wissentliche Hinterführung im Messen vorgangen, und so der Messer geschworen, und zu diesem Amt angenommen ist; VVo auch schon kein Vorsatz des Betrugs mit untergelauffen, und der Messer doch in der Schuld, daß durch seine Ungeschicklichkeit der Kläger vernachtheilet worden, so wird er billig zum Abtrag angehalten, weil er sich eines VVercks unterfangen, daß er zur Gnüge nicht verstanden, und über sein Vermögen ist.*

Si etiam Judices, Doctores, Advocati & Medici, qui tamen nec ex locato tenentur, ex imperitia conveniri possunt, quid præcipui sibi habebunt Stereometræ. Atque hæc omnia ita obtinent, sive mensor a partibus fuit electus, sive etiam a judice constitutus, *l. 3. §. 4. ff. si mensor. fals. mod.* Si autem quis scientiam illam nunquam affectavit, partes autem eum vel amicitiæ causa, vel voluntaria facilitate elegerunt, hic de imperitia non tenebitur, quia sibi imputare debent, qui talem adhibuerunt, *l. 1. §. 1. in med. ff. dict. tit.* In subsidium autem duntaxat, si adversarius solvendo non fuerit, hanc contra mensorem competere actionem statuunt juris interpretes, per *l. 3. §. 2. & l. 5. §. 1. ff. dict. tit.* vid. Joann. Oetting. *in Tract. de Jur. & Controv. limit. Lib. 1. c. 16. n. 21. & in Not. lit. Q.* Struv. *in Syntagm. Exercit. 15. num. 64.*

Et

Et quidem querela hæc seu imploratio judicis, qua mensura impugnatur, quovis tempore introduci potest, quandoquidem mensorum taxatorum aut aliorum omnium, (qui non ut judices judicantur, sed ex artis tantum suæ subsidiaria ope aliquid definiunt) taxatio, judicium vel sententia perpetuo impugnari potest; utpote quod nunquam ejusmodi transeant in rem judicatam. Matth. Wesenb. *ad ff. d. tit. n. 6. cum ibid. allegat.*

CAPUT XXI.
DE TABERNIS CEREVISIARIIS.

SUMMARIA.

1. *Cerevisia a Cerere nomen sortita.*
2. *Vini numero non venit.*
3. *Quomodo præparetur cerevisia?*
4. *Cerevisia recte præparata potio sanissima.*
5. *Corrupta & nimia aqua commixta corpori humano nocet.*
6. *Coquere Cerevisiam de jure gentium est res meræ facultatis.*
7. *Quod in multis locis adhuc hodie permissum.*
8. *In plurimis tamen ad Regalia refertur.*
9. *Civitates jus Braxandi infra milliare habent de Jur. Saxon. ex concessione Principis.*
10. *Nobilibus confectio cerevisiæ de Jure Saxon. Electorali interdicta.*
11. *Non tamen ratione fundi, si per alios talem utilitatem capiant.*
12. *Si Civitatibus Braxatio concessa, qualis possessio ratione Nobilium veniat attendenda?*
13. *Clericis Braxatio non est permissa.*
14. *Item nec rusticis in pagis.*
15. *Extenditur hoc privilegium de non vendenda cerevisia civitatibus concessum etiam ultra milliare.*
16. *Cives debent coquere & vendere cerevisiam sanam & incorruptam.*
17. *Ordinationes cerevisiariæ utiles.*
18. *Braxantes an collegium constituere possint?*
19. *An solis Braxantibus, an vero Magistratui competat pretium cerevisiæ statuere?*
20. *Braxantes quando sunt extra collegium, quomodo libertas coquendæ cerevisiæ restringenda?*
21. *An possidentes amplam domum sæpius possint cerevisiam coquere, quam alii cives?*
22. *An cives toties possint cerevisiam coquere, quot habeant domus?*
23. *Ad Braxationem cerevisiæ proprietas domus non requiritur.*
24. *An peregrinam cerevisiam civibus importare liceat?*
25. *An Magistratus civibus possit interdicere, ne cauponas alibi existentes visant?*
26. *Vectigal de cerevisia solvendum.*
27. *Si Zythopepta in coquenda cerevisia damnum sua culpa dederit, id resarcire tenetur.*
28. *Ordo, qui observetur in vendenda cerevisia.*
29. *Venditis ædibus braxatoriis, an Instrumenta, ut dolia & vasa, simul veneant?*
30. *Si quis illicitis mediis procuravit celeriorem venditionem, qua pœna sit afficiendus.*
31. *Milliare cerevisiarium quomodo mensurandum?*
32. *Unde initium mensurationis faciendum?*

1 Cerevisia, cujus usus quotidianus & maxime necessarius, nomen ab ipsa Cerere sortita est, Isidorus *Lib. XX. c. 3.* cum fruges materiam huic potui præbeant, frumenta autem Ceres invenisse creditur, quasi dicas Cerebibiam vel Cereris vinum. Wehner. voc. *Bier.*

Quamvis vini numero non veniat, *l. 9. de Trit. vin. & oleo. leg.* cum vinum sit, quod 2
ex vinea paratur. Cerevisia vero ex lupulo, hordeo vel tritico conficitur atque excoquitur.

Et præparatur ferme hunc in modum: Primum enim hordeum vel triticum ma-

ceratur aqua, donec emollescat, & tumefactum dehiscat ea parte, qua gluma sese aperiente germen erumpit, planta e semine enascente: Id enim macerationis sufficientis indicium est. Inde aqua exemtum congeritur in acervum, ut paulatim incalescat, sed tepore leni & moderato. Eo calore superflua humiditas ex madefactione contracta resolvitur atque exsudat, simulque latens & sopita granorum virtus excitatur, ut commoveat ac promoveat sese protrusis tenuibus filamentis, mox in germen perfectum, nisi impediretur, excreturis. At tum acervus tempestive disjicitur ac late diffunditur, ut paulatim refrigeretur ac desiccetur. Atque ut citius effumet, conceptus calor & superflua humiditas dissipetur, agitatur ex intervallis & vertitur. Ubi desiccatum est, torretur lento igne, ut duritiem mediocrem adepta tundi molis atque
3 comminui possit. Hoc modo præparata farina, polenta proprie dicta, aqua fervente perfunditur, ruticulisque assidue subigitur ac permiscetur, ut in omnes sese partes aqua diffundat, & inde vim
4 omnem exsugat atque combibat. Postea addito lupulo quantum sat est, per fermentationem redigitur in potionem corpori humano saniſſimam.

5 Corruptam vero Cerevisiam vel nimia aqua commixtam nocere, etiam Historici observarunt. Sic enim post Münsterum Zacharias Theobaldus *part. 3. des Hussiten-Kriegs c. 27. p. 150.* scribit: *Durch das geringe Bier sind nicht allein die Leute um das Geld, sondern auch um ihre alte Teutsche Stärcke kommen.* Cui defectioni virium roboris Germanici merito addi potest nimius Herbæ Nicotianæ usus; hunc enim æque vires debilitare, quotidiana docet experientia. Coquere autem Cerevisiam sequioris seculi Scriptores dixere Braxiare & Braxare, vel a Gallico Brasser, quod *brauen oder sieden* denotat, vel a Brace, grani specie, ex qua Galli veteres cerevisiam confecere. Du Fresne *in Glossar. sub hac voce.*

6 Braxare vero vel coquere Cerevisiam perinde ut frumenta molere & pinsere de jure gentium est res meræ facultatis, nisi certa lege vel consuetudine sit prohibi-
7 tum. Hinc etiam adhuc hodie in multis locis ad usum privatum rei domesticæ cuilibet licet cerevisiam domi suæ coquere, sive is sit Nobilis, vel plebejus, vel Clericus, vid. post Schraderum & alios a se citatos Klockius *l. 2. de Ærar. c. 11. Bayerisch Land-Recht. Lib. 3. tit. 2. art. 4. Von dem Biere, so ihm einer zu seines Hauses Nothdurft brauen lässet.* Unde etiam constitutiones coctionem a usum venditionis tendentem prohibentes, clausulam tamen hanc continere solent: *Jedoch daß ihnen freystehen solle, in ihren Häusern zu ihrer Nothdurft in Kesseln zu brauen.* Rauchb. *2. quæst. 12.* ubi de hujus clausulæ vi exacte tractatur. Conf. Constit. Brandeburgicam *de Nobilibus P. 4. tit. 13. §. 4.* ibi: *Wenn die von Adel in die Städte ziehen, haben sie vor ihr Haus jährlichen (doch daß sie nicht schencken und sonst Bürgerliche Nahrung treiben) zwey Brauen Bier Zinse frey.* Item de Pastoribus *d. P. 4. tit. 17. §. 4. n. 4.* ibi: *Nachdem auch etliche Pfarrer auf dem Lande ihres Frey-Brauens Unterschleiff gebrauchet; so soll hinförder keinem Pfarrer in Städten und auf den Dörffern anders nicht denn zu ihrer Nothdurfft eigen Getränck zu machen verstattet werden &c.* Quinimo si maxime quis promiserit, se nolle braxare cerevisiam, neque ullum alium quæstum ad cives pertinentem exercere; ad propriam tamen familiæ sustentationem cerevisiam braxare non prohibebitur, uti deciderunt Scabini Lipsienses contra Mollerum *4. Semest. c. 17.* apud Hartmann. Pistoris *Observ. 49.* quod & certo modo in Saxonia Electorali obtinet, *neue Erledigung n. 121. Ob auch wol denen von Adel und andern auf dem Lande, so Güther und Brau-Häuser haben, beydes vor sich und die Ihrigen zu ihrem Tisch-Trunck, so viel sie benöthiget, zu brauen berechtiget seyn &c.* Hoc tamen in dicta resolut. Grav. *n. 122.* aliquatenus limitatum, ubi: *Und demnach nicht weniger ein theils Gerichts-Herren und Beamten denen Inwohnern in Städten und Dörffern gar zu weit nachgesehen, daß ohne vorhergehende Anmeldung und Vergönstigung sie Bier in Kesseln, und zwar ohne Unterlaß, auch ausser der gewöhnlichen Brau-Zeit brauen, und da in den Städten mit dem Brauen innen gehalten würde, sie dennoch mit demselben fortfahren, und das Kessel-Bier nicht nur selbst und zu ihrem Tisch-Truncke brauchen, sondern auch anderer Orten verführen, zu Hause verzapffen und verkauffen, an manchen Orten auch der Gerichts-Herr selbsten solches verübet,*

verübet, dadurch dem allgemeinen Steuer-Wesen abermal mercklich geschadet, und denen Bürgern der Zugang der Nahrung abgeschnidten wird; So befehlen VVir gleichfalls allen und ieden Gerichts-Herrn, Schöffern und Verwalthern hiermit, daß sie bey Vermeidung Unserer Ungnade und ernster Bestrafung sammt und sonders solch heimlich Kessel-Brauen aller Orten alsobalden abschaffen, und männiglich ernstlich verbiethen, und auf die Landes-Ordnung und Steuer-Ausschreiben weisen.

8 Jus autem Braxandi ad usum publicum seu ad divendendam cerevisiam, vel facultas hoc jus concedendi, hodie præcipue in his terris Septentrionalioribus, ubi frequentior usus Cerevisiæ, ad Regalia refertur. Vid. Treutler. *Conf. 107.* incipit: *Auf der Römisch. Käyserl. n. 2.* ubi dicitur: *Das Brauwerck oder* Jus braxandi *sey der Orten Landes, da Sachsen-Recht eingeführet, oder gehalten wird, vor ein Hohes Fürstliches* Regal *zu achten, sowol in den Städten, als auf dem Lande.* Pariter Jus erigendi tabernas cerevisiarias, itemque vectigal, quod venditioni Cerevisiæ imponitur, Regalibus accensetur. Tabor. *de Jur. Cerevis. c. 2. §. 4.* Vectigal hoc apud Scriptores ævi sequioris dicebatur Bierban, ut est in Confirmatione Consuetudinum S. Audemari in Attrebatibus *in Hist. Gvinensi p. 105.* dabuntque singulæ mansiones denarios 12. in Fest. S. Michaël. & de Brotban denar. 12. & de Bierban. 12. denar. vacuæ autem nihil dabunt.

9 Cum autem tempore Cæsaris & Taciti nullæ ferme in Germania invenirentur urbes, ac earum plurimæ ortum debeant Henrico Aucupi, qui primus contra incursus Hungarorum civitates condidit & munivit, Privilegiisque ornavit, inter quæ & fuit, ne commercia & opificia extra Civitates exercerentur, Albinus *Chron. Misn. Tit. II.* Facit huc *Art. IX.* ex Legibus Torneamentorum *A. 938.* ab eo latis, in quo commercia Nobilibus interdicuntur; credibile est jam eo tempore jus braxandi civitatibus esse concessum. Cui adstipulatur Treutlerus *d. l. So viel die Städte betrifft, ist kein Zweifel, daß dieselben das Brau-Recht anders nicht, als* ex concessione Principis & provisione Juris Saxon. *haben.* Jure enim Saxonico fundatum hoc habent privilegium, ne intra milliare circumcirca coqui possit cerevisia venalis, *Land-Recht Art. 66. Lib. 3. Man mag keinen Marckt bauen dem andern auf eine Meile zu nahe,* ubi per vocabulum *Marckt* quævis intelliguntur commercia aliaque jura, quæ civium ac incolarum in urbibus sunt propria. Vid. ibi Zobel. *Lit. A. Appendix des Weichbilds Sent. 19. Daß die erbare Mannschafft, sonderlich in der Meile wegen des Weichbildes Bier zu brauen, und das durch sich oder ihre Krüger ihren Leuten oder andern Kretzmaren bey Vassen oder Kannen zu verkauffen oder aus zu schencken gar nicht Fug noch Recht haben.* Et hoc in Germaniæ Provinciis, quæ cærevisiæ potu utuntur, ita usu servari tradit Justus Hahn. *de Jure Colonario, §. 338. sequ.* De Saxonia inferiori idem testatur Tabor. *d. l. §. 5.* vid. Mev. *P. 2. decis. 2.* Henr. Hahn. *ad Wesenb. Tit. de Nund. in fin.* In Electoratu Saxoniæ hoc non habet dubium, prout constitutum *in der Lands-Ordnung Churfürst* Ernesti *und* Alberti *Anno 1482. ingleichen Churfürst* Mauritii *und* Augusti *Anno 1551. und 1555. daß ausser dem Bürger-Stande in denen Städten keiner, wer der auch sey, auf dem Lande neue Brau-Häuser und Schenck-Stätte aufrichten und sich also dieser Nahrung gebrauchen solle, Erledigung der Landes-Gebrechen de Anno 1653.* Joh. Georg. I. *§. 118. und weilen Handthierungen, Kauffmannschafften und Handwercke zu treiben, desgleichen maltzen, brauen und schencken eigentlich denen Bürgern in den Städten zu Erhaltung des Bürgerlichen Standes, aus sonderbaren erheblichen Ursachen geeignet, auch derselben Wesen und Wohlstand darauf gleichsam gewiedmet und gegründet, die Prælaten, Grafen, Herren und von Adel sowol Unsere Aemter und andere Gerichts-Herren, Bauern und Dorffschafften sich solcher Bürgerlichen Handthierung enthalten, und zum Verderb Unserer Städte nicht Ursach geben, dahero Standes- und Adelichen Personen ihrer Ritter Solden und Güther und die Bauern ihres Pflügens und Ackerwercks warten, und also ein ieder seiner Vorfahren Fußstapffen nachfolgen solle, damit unter Standes-Personen, Adel, Bürgern und Bauren ein Unterscheid zu finden sey, gestalt Uns denn auch, als dem regierenden Chur- und Landes-Fürsten ieden Stand und Unterthanen in seinem VVesen, VVohlstand und Nahrun-*

Nahrungen zu schützen, und handzuhaben obliegei. &c.

10 Quemadmodum autem Braxatio cerevisiæ a Principum aliarumque Illustrium Personarum splendore est alienissima. Limnæus *in J. P. L. 6. c. 5. n. 79. & 80.* Ita legibus fundamentalibus harum Regionum Nobilibus pariter est interdicta, ac civico Ordini concessa, cum & civitates graviora onera Reipublicæ ferant, per dictas Ord. Provinc. Ita Seren. Saxon. Dux Augustus Administrator Magdeburgicus *in Ordin. Polit. c. 4. p. 9. §. So wollen Wir,* præcipit Nobilibus, *daß die von Adel sich eines Rittermäßigen Tugendhafften Handels befleissigen, und was demselben unanständig sey, insonderheit aber der Kauffmannschafft und aller andern Bürgerlichen Handwercke darauf die Städte von Alters her gewiedmet, gleich als auch die Prælaten und Geistlichen gäntzlich äuseren, auch des Bier-Schenckens ausserhalb der gewöhnlichen Schenck-Statt enthalten sollen.* Præter hanc dispositionem juris Saxonici & Constitutiones Provinciales etiam contra Nobiles ex jure civili adducitur *l. 3. C. de Commerc. & Mercat.* ubi dicitur, Nobiliores natalibus & honorum luce conspicuos & patrimonio ditiores omne mercimonium, quod urbibus perniciosum est, omittere debere: addita ratione, ut inter plebejos & negotiatores facilius sit emendi vendendive commercium, cui congruit Textus *in l. 6. C. de dignit.* addunt & aliam rationem, ne scilicet fiat confusio in statu publico inter eminentes & inferiores: qui textus juris Civilis tamen tanti ponderis non sunt, ut Nobiles penitus a venditione cerevisiæ possint excludere, præsertim si consuetudine in aliqua Provincia introductum sit, ut Nobiles etiam cerevisiam coquant, aliisque promiscue divendant, cum consuetudo vim Legis habeat, *l. 32. pr. & §. 1. ff. de Legib.* ita ut priorem legem etiam abrogare possit *§. 11. J. de J. N. G. & C. § 3. Instit. de Legit. agnatorum successione l. 1. § 1. C. de caducis tollendis.* certe facile excusationem præstet. Novella 54. Glossa *ad capitulum venerabile, verbo migravere, X. de Consuetudine.* Reinking. *de Regim. 2. class. 2. c. 9. n. ult.* Unde consuetudo facere dicitur ex illicito licitum. Bartholus *in l. fugitivus §. Labeonem de Ædilitio Edicto.* Cravetta *Consil. 145. n. 12.* Roland. a Valle *Consil. 150.* & introducere posse quicquid privilegio potest concedi. Oldradus *Cons. 172. incipit, quia omnes.* Anchoranus *Cons. 50.* incipit, Consuetudo & quicquid per præscriptionem introduci potest, post Federicum de Senis Cardinalis Tuscus *tom. 2. lit. C. Consil. 809.* Ideoque consuetudo Patriæ etiam venit attendenda *l. quod si nolit. 31. §. quia assidua 18. de Ædilit. Edicto.* Carpzov. *P. 2. Constit. 46. definit. 17. n. ult.* Nec coctio ista aut venditio probrum aliquod naturale continet, ut Consuetudo in illud nihil possit, *arg. l. 42. de V. S.* Unde nec Nobilitati distractionem istam officere, si privilegio aut investitura jus hoc obtentum sit, arbitramur cum Limnæo *Lib. 6. de Jur. Publ. c. 5. n. 79.* Imprimis si venditio talis fiat cuppatim & culeatim en gros, vel per ministros. Bodin. *L. 3. de Republica c. 8. & Lib. 6. c. 2.* Mynsing. *6. Observat. 54.* Tabor. *de Jure Cerevis. c. 3. §. 4.*

Accedit secundum quosdam, quod licet 11
Nobilibus prohibitum sit, respectu dignitatis Personæ, Cerevisiam coquere & venalem exponere, non tamen prohibitum sit ratione fundi, ut forte per alios utilitatem talem ex fundo capiant: cum is, qui fructus ex agris suis percipit, facultatem liberam habeat, vel eosdem sic vendere, vel in aliam formam aut speciem mutatos. Schrader. *Cons. 44. n. 16.* Quod tamen stante aliqua lege prohibitiva ita simpliciter asserendum non est.

Quæstio hoc loco incidit, si civitatibus 12
solis per sanctiones pragmaticas braxatio Cerevisiæ sit concessa, qualis possessio ratione Nobilium contra Civitates hic veniat attendenda, quæ controversia in Electoratu Saxoniæ inter Nobiles & Civitates nondum est decisa, civitatibus allegantibus Leges Juris Saxon. & Ordinationes Provinciales, & quod contra leges fundamentales alicujus Principatus nulla possessio inveniat locum, quod probant tum per mandatum Electorale Civitati *de Anno 1673. d. 15. Mart.* concessum *Cod Aug. Tom. 1. p. 1641. darinnen unter andern mit geordnet, wie keiner sich auf eintzigen* Possess *gründen, sondern so fort den Bier-Schanck abstellen, sein* jus *aber* in petitorio *ausführen solle;* quod assertum etiam ex jure communi probare nituntur, quod illi, quibus jura communia resistunt, in possessione vel quasi lite pendente manutenери non debeant, nisi titulum suum exhibere, & per illum justificare suam possessionem in continente possint. *Cap. cum personæ,*

personæ, de præscript in 6to cap Decimas X. de restit. spoliat. Clem. de Quarta, ubi *DD. X. de Decimis.* Vasquez. *l. 2. Contr. c. 36. n. 19.* Olivarius Braxatus, *Dec. 1463. n. 3.* Johann. a Sesse, *tract. de Inhibitionibus c. 5. 10. n. 33. sq.*

Tum quod ille, cui resistit præsumtio juris, sine legitimo titulo possessionem acquirere nequeat, sed semper dicatur esse in mala fide, Cravetta, *Cons. 208. n. 9.* Menoch *de Recuper. Possess. Remed. 13. n. 17.* Schrader. *Cons. 4. n. 128. & n. 184.* & proinde nullius temporis præscriptione se juvare possit. *Cap. vigilante final. de præscript. cap. possess. de R. J in 6to.* Gail. *L. 2. observ. 18. n. 7.* Borellus, *Cons. 40. n. 32. & 34.* Schrader. *Cons. 20.* Costa *de Facti scient. & ignorant. c. 2. dist. 60. n. 4.*

Tum quod possessio injusta non sit vera possessio, sed mera turbatio; turbat enim, qui jus mihi debitum titulo ad id legitime destitutus sibi usurpat. Pruckman. *Vol 2. Cons. 22. n. 34.* Menoch *de Rem. retinend. Possess 3. n 84.* Mascard. *de Probat. Conf. 1390. n. 47.* Contra quæ tamen a Nobilibus regeritur I.) Juris communis & a Joh. Borcholdio *Cons. 2.* multis textibus juris probatum esse, quod etiam unico actu acquiratur possessio vel quasi juris Braxandi. II.) Quod Actus cerevisiæ coquendæ non sit continuus, non enim ita & venditur & coquitur cerevisia, sicut continue currit aqua in Aquæductu. III.) *Die Lands-Ordnung Churfürst M. & A. reden bloß von verwerther Zeit, welche Worte* in Jure Saxonico *nichts anders, als* Tempus longissimum, *nemlich 31. Jahr und Tag bedeuten, wie* ex Constit. D. August. *3 p. 2. erhellet, hierüber Constit. 6 p. 2. besaget, daß wider eine Stadt die Verjährung der 31. Jahr 6 Wochen 3. Tage Statt haben sollen, welches auch denen allgemeinen Rechten gemäß, zumal das* Jus Saxonicum *zweyerley* præscriptiones, Annalem nimirum & Tricennalem cum anno & die, agnosc*iret*, reliquæ autem, inter quas etiam est ea, cujus memoria non extat, incognita sunt. Schurpf. *Cent. 1. Cons. 32. n. 14.* Dn. Carpzov. *Part. 2. Const. 3. Def. 3. Ja was noch mehr ist, so statuiret* D. Carpzov. *p. 2. Const. 6. Def. 4. n. 4. ausdrücklich,* quod etiam Nobiles speciali concessione aut privilegio, vel etiam præscriptione 31. scil. annorum facultatem coquendi & vendendi cerevisiam acquirere possint, *welches um noch so viel weniger Bedencken hat, dieweil auch eine* Consuet. *31. Jahr und Tag* de Jure Saxon. præscri*biret werden kan.* Matth. Coler. *de Process. Execut. p. 1. c. 3. n. 29. Dec. 21. n. 5.* Schneidew. *in §. ex non script. n. 5. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Dn. Carpzov. *P. 2. Constit. 3. Def. 21. n. 5.* Churfürst Moritzens *Ausschreiben auch und die neue Erledigung, Tit. von Justitien-Sachen §. 118. des Herkommens, welches nicht anders, als eine beständige Gewohnheit ist, ausdrücklich erwehnt*, quæ controversia hodienum non est sopita.

Cum itaque jus braxandi civitatibus sit concessum, iisque qui domum, cui hoc jus inhæret, habeant, Clericique hac plerumque careant, sequitur, braxandi & divendendi cerevisiæ usum ipsis esse denegandum, tum quod braxatio sapiat mercaturam & negotiationem Clericis interdictam, *c. negotiatorem. & C. fornicari. dist. 88.* tum quod avocarentur a suis officiis, quod fieri non debet, *c. fin. dist. 88.* turbarenturque in piis cogitationibus; tum quod Clerici tabernas Vinarias ac Cerevisiarias ingredi prohibeantur, quanto magis aliis in ea ministrare, *cap nulli. dist. 44.* tum quod in terminis terminantibus Consuetudo jus vendendi cerevisiam Clericis neget. Simon Pistor. Abavus meus maternus *Cons. 3. quæst. 2. n. 11. seq.* Accedit Ordin. Eccles. Elector. Saxon. *Art. 16. Daß die Pfarrer nicht Schencken-Zeichen ausstecken oder Gäste zur Zeche im Hause setzen, daraus grosses Aergerniß der Kirchen, und ihnen denen Pfarrern mehrmals grosser Schimpff, Spott, Gefahr, Nachtheil und Schaden erfolget, derowegen es keinem Kirchen-Diener gestattet, sondern bey allen mit Ernst abgeschaffet werden soll,* quod tamen postea, quando ipsis de jure municipali braxatio est licita, limitatur, *da die Kirchen-Diener auf der Pfarr oder sonsten Gerechtigkeit hätten Bier zu brauen, mehr denn sie zur Haushaltung bedürffen, oder eigene Häuser hätten, darauf sie zu brauen befugt, daß ihnen solches bey Vassen, Eymern und Tonnen andern Leuten zu verkauffen ungewehret seyn soll.* Vid. Carpzov. *in Jurisprud. Consist. L. 1. Def. 65.* 13

Hæcce prohibitio coquendi & divendendi cerevisiam merito etiam ad rusticos in pagis, tam collectim quam divisim sumtos, extenditur per dictam constitutionem Juris Saxon. & supra allegatas Ordi- 14

Juris Georgici Lib. III. Hhh h natio-

nationes Provinciales. *Neue Erledigung der Landes-Gebrechen §. 118. Daß die Prælaten, Grafen, Herren und von Adel sowol Unsere Aemter und andere Gerichts-Herrn, Bauern und Dorffschafften sich solcher Bürgerlichen Handthierung enthalten, und zum Verderb Unserer Städte nicht Ursache geben, dahero Standes- und Adeliche Personen ihrer Ritter-Solden und Güther, und die Bauern ihres Pflügens und Acker-Wercks warten, und also ein ieder seiner Vorfahren Fußstapffen nachfolgen solle.*

15 Quæ autem hactenus dicta fuere, quod Nobilibus, Clericis atque Rusticis absque speciali concessione vel præscriptione cerevisiam vendere haud concessum sit, ea a Carpzovio etiam ad eos, qui ultra milliare in Castris & villis adjacentibus habitant, extenduntur, cum commerciorum jura sint privilegiata, ac non nisi iis concessa, qui exercendorum mercatuum licentiam Principis indultu & autoritate meruerunt. *l. un. C. de nund. l. 1. ff. eod.* Glossa Germ. *ad tit. 66. Land-Recht Lib. 3.* in verb. *Man mag keinen Marckt bauen n. 2. Art. 1.* Weichbild. *vers. Marck-Recht ist dieses.* Considerarunt nimirum veteres, nihil magis noxium esse in Republica quam promiscuis actibus & subditorum & civium officia turbari *l. 23. C. de Testament.* Mev. *P. 2. Dec. 2.* Vid. Berlich. *P. 1. Decis. 26.* Brunnemann. *ad L. 1. ff. de Colleg. & corpor. n. 4.* Quare cum nullibi Nobilibus, Clericis & Rusticis jura Commerciorum & Civitatis concessa reperiantur, utique nec absque speciali privilegio aut præscriptione iisdem exercere ea licere dicendum erit. Et ita Scabini Lipsiens. ad Consultationem Wolffens von Krafftheim *Anno. 1595. Dieweil denen von Adel vermöge gemeiner beschriebenen Rechte Bürgerliche Nahrung und Handthierung zu treiben verbothen, auch nicht zu befinden, daß in Sächsischen Rechten ein anders verordnet, sondern vielmehr auch auf Sächsischen Boden solches in Ubung und Brauch also gehalten wird, so mag auch denen von Adel, welche solche Gerechtigkeit durch ein Privilegium oder Verjährung nicht erlanget, ungeachtet daß sie weiter als eine Meilewegs von der Stadt, davon eure Frage meldet, gesessen sind, mit dem von ihnen gebrauenen Biere ihre Kretzschmar, Krüge oder Schencken zu verlegen, nicht gestattet und nachgelassen werden, wie denn auch denen Bauers-Leuten ausserhalb der Städte und Märckte in Dörffern, welche von der hohen Obrigkeit Stadt- und Marck-Recht nicht erlanget oder sonsten dermassen privilegiret, daß sie Bürgerlicher Handthierung und Nahrung sich gebrauchen mögen, ungeachtet, daß solche Dörffer von bemeldter Stadt auch weiter als eine Meile VVeges gelegen, Bier zu brauen, und dasselbe den Kretzschmaren oder andern zu verkauffen nicht befugt.* Ex quibus etiam sequitur, quod, cui non permissum cerevisiam coquere & divendere, illi etiam haud liceat polentam præparare & aliis vendere, cum confectio polentæ sit opificium & negotiatio ad civitatem pertinens, *Erledigung der Landes-Gebrechen §. 118. desgleichen Maltzen, Brauen und Schencken eigentlich denen Burgern in Städten zur Erhaltung des Bürgerlichen Standes aus sonderbaren erheblichen Ursachen geeignet, auch derselben Wesen und Wohlstand darauf gleichsam gewidmet.* Prohibito enim uno, censentur & omnia, ex quibus ad illud pervenitur, prohibita. *arg. l. oratio ff. de Sponsal.* Carpzov. *P. 3. Constit. 35. Def. 8. n. 10.*

Cum itaque Civicus ordo jus coquendi 16
& vendendi cerevisiam tanquam aliquod commercium sibi soli vindicare satagit, merito etiam ipsi providendum est, ut cerevisia sana ac incorrupta, *Bier, so Kauffmanns-Guth, auch guten und gesunden Geschmacks,* tam ad usum incolarum Civitatis, quam adjacentium pagorum semper præsto sit.

In quem finem in quibuslibet ferme 17
bene constitutis Civitatibus certæ Ordinationes Cerevisiariæ habentur, *Brau-Ordnungen,* in quibus tempus braxandi & vendendi cerevisiam præfigitur, modus polentæ statuitur &c. Item *Was vor Früchte zum Bier gebrauchet werden sollen.* Vid. Bayerisches Land-Recht *P. 3. lib. 2. Art. 7. Es sollen auch bey Einsetzung des Brauens zu iedem Bier keine andere Früchte, denn allein Gersten,* (alibi etiam alia frumenta adhibentur) *Hopffen und Wasser, nicht aber Kräuter und Saamen genommen und gebraucht werden.* Item quo tempore Cerevisia coqui debeat, *d. Const. art. 5. Wie und wenn das Sommer- und Winter-Bier gebrauet werden soll.* Item quod cerevisia ante venditionem gustari debeat. *Artic. 1. 8. 9.* cum similibus aliis. Conf. ex statutis Hamburgensibus *Anno 1604.* sancitis *articulum 36. von Satzung*

des

des Maltzes, incip. *Ein ieder Brauer &c.* Item *art. 38. Von Hopffen. art. 39. Vom Brauen, und wem sonsten zu brauen ziemet, art. 40. Von Erlaubniß zu brauen. art. 41. Von fremden Bier auszuschencken* Rostochienses olim sic censuerunt in suis Statutis *de Anno 1576. sub. Tit. Von Bier brauen und schencken : VVeil etliche grosse Säcke, die von Alters nicht gebräuchlich gewesen, machen, und darunter allerley Gefährlichkeit mit einschleicht, so gebiethen VVir ernstlich, und wollen, daß keiner hernachmals einen Maltz-Sack grösser, denn von 9. Ellen, und einem schmalen Quartier an Städtischer Masse und Breite mache ; Geschiehet aber hierwider, soll wider den Überfahrer mit gebührlicher Strafe verfahren werden. VVir wollen auch, daß die Brauer das Bier gar, und dergestalt kochen und sieden lassen sollen, daß es vor gut Rostocher Bier passiren und bestehen möge, und solches wird nicht allein einem ieden insonderheit, sondern auch gemeiner Stadt Rostock zum besten gelangen. Als VVir denn auch hiebevor verbothen, daß keiner des Montags und an andern hohen Festen vor 4. Schlägen auf den Nachmittag unter die Pfanne oder unter die Darre Feuer zu machen sich unterstehen soll, so wollen VVir solches hiemit nochmalen wiederholet haben, und die, so hierwider thun, in gebührliche Strafe nehmen. VVeil auch in den benachbarten Städten, das Bier, so zu VVasser verführet wird, zuvor geprüfet, und so es nicht gut, angehalten, und keinesweges ausgestattet wird, dadurch denn auch das Bier bey vielen Ausländischen in Beruf kommet: So wollen VVir etliche aus der Bürgerschafft erwehlen, die bey ihren Bürgerlichen Eyden und Pflichten am VVasser das Bier prüfen, und dasjenige so in der Prüfe nicht bestehen mag, aus der Stadt nicht stauen sollen; VVird sich derohalben ein ieder destomehr befleissen, daß er gut Bier brauen und sich selbst in keinen Schaden führen möge. In der Mühlen soll zur Maltzen von Maltz und Sack-Korn nicht mehr, denn von Alters gebräuchlich gewesen, genommen werden; Es sollen auch die gantze und halbe Scheffel, auch Vierthel des Scheffels mit des Raths Marcke gezeichnet werden, und keine breitere Rände, denn sich sonsten gebühret, haben ; VVürde iemand hierwider thun und handeln, soll er darüber in gebührliche Strafe genommen werden. Und ob VVir auch wohl gerne sehen möchten, daß dem Bier, so bey Last oder eintzeln Tonnen verkaufft wird, ein gewisses und immerwährendes Kauff-Geld möchte gesetzet werden, iedoch weil die Gerste nicht allzeit in einem Kauffe bleibt, sondern das eine Jahr theurer als das andere ist, so kan dem Bier-Kauff kein gewiß Ziel noch Maaß gegeben werden. VVir wollen aber alle Jahr zum Eingang des Jahres, wie das Bier verkaufft werden soll, der Billigkeit nach verordnen, und wenn solche Anordnung geschiehet, soll zugleich den Krügern und Bier-Schencken angemeldet werden, wie theur sie die Maaß Biers geben und ausschencken sollen. Es sollen auch alle Krüger und Bier-Schencken volle Maasse geben, und theurer, als ihnen angezeiget wird, die Maasse nicht verkauffen. Geschähe von iemand hierwider, soll ihm das Bier-Schencken, bis so lange er gebührlichen Abtrag gethan, verbothen seyn.*

Quin & braxantes posse collegium 18
constituere, & omnia jura his concessa sibi appropriare, dubium non est, modo consensum & approbationem Superioris impetraverint. Per Superiorem autem intelligimus eum, qui gaudet ad minimum superioritate territoriali. Knipschild. *de Jur. & Privileg. Civ. Imp. Lib. 5. c. 2. n. 155.* Hinc excludimus Magistratum, utpote qui non habet Jus concedendi Collegia. D. Hahn. *in Not. ad Wesenb. Parat. tit. de Colleg.* Constituto autem Collegio omnia poterunt, quæ alia possunt Collegia licita, qualia sunt I) Cognoscere de factis Collegiatorum, II) Communem bursam vel arcam, nec non commune sigillum habere. III) Statuta condere, Knipschild. *d. c. 2. a n. 18. ad fin.* ubi tamen sciendum, quod talia statuta alios præter collegiatos non obligent, Schneidew. *ad §. Constat. 3. Instit. de Jur. Natur. Gent. & Civ. n. 15.* Item quod hodierna consuetudine non subsistant, nisi a Principe fuerint confirmata. Schneidew. *d. l.* Carpzov. *P. 2. Const. 6. Def. 9. n. 3. & Lib. 1. Resp. 48.* Richter. *Decis. 80. n. ult.* Hahn. ad Wesenb. *Parat. de Legib. n. 3.* Knipschild. *d. l.* IV) Sint licita, qualia sunt 1) ut legitime nati tantum recipiantur, Richt. *d. l. n. 9.* Quales tamen & sunt legitimati per subsequens matrimonium, cum & iisdem dentur literæ testimoniales,

quod sint legitime nati ex probis & honestis parentibus & toro legitimo, *von ehrlichen und frommen Eltern, und aus einem rechten, unbefleckten, untadelhafftigen Ehe-Bette herkommen und gebohren.* Carpzov. *P. 2. c. 6. def. 15.* Richter. *d. Decis. 80. n. 15.* Knipschild. *d. l. n. 28.* Quamvis vero repugnet textus *im Land-Recht. Lib. 1. Art. 36. Wenn ein Weib ein Mann nimmt, gewinnet sie Kinder, ehe die rechte Zeit kommt, da das Kind gebohren werden soll, man mag es beschelten an seinen Rechten, wenn es zu frühe gebohren ist.* Testatur tamen Richter, quod hic articulus non sit receptus. 2) Ut recipiendus testimonium honestæ vitæ producat. Dn. Richt. *n. 19.* Knipschild. *n. 29.* Infames autem non recipiantur. Carpzov. *P. 4. c. 45. def. 10. n. 1.* Bude *de jur. Braxand. P. 2. c. 2.*

19 Hic quæritur, an solis braxantibus, an vero Magistratui competat, pretium vendendæ cerevisiæ statuere? Puto quod Magistratui, cum Braxantes propter affectionem, quam habent ad rem suam, verum pretium indagare non possint, & metuendum, ne lucro inhient nimio cum reliquorum civium damno. Cum hodie in plerisque bene constitutis civitatibus rerum, quarum quotidianus est usus, pretium pro lubitu vendentibus constituere Magistratus non permittat; sed Magistratus statuit iis, præsertim ad victum necessariis, pretium, habita ratione temporis & loci, teste Perez. *in Cod. tit. Ut nem. liceat in coëmt. spec. se excusare &c. n. 6.* Hahn. *in Not. ad Wesenb. Parat. ad L. Jul. de Annon. n. 4.* & Meier. *in Colleg. Arg. d. tit. th. 2. n. 4.* Harprecht. *in §. Sunt præterea. 11. de public. Judic. n. 22.* Carpzov. *P. 2. Const. 6. Def. 2.* At cerevisia est res, cujus quotidianus est usus, & quæ ad victum maxime necessaria. *arg. l. 1. §. cura. de Off. præfect. Urb.* Unde & licet collegia pistorum & lanionum sint licita, Magistratus tamen iisdem non permittit carnibus & panibus vendendis pretium pro lubitu constituere, sed interposita Magistratus autoritate juxta taxam & æstimationem publicam vendere tenentur; Alias inciderent braxantes in vitium Monopolii, *l. un verb.* non minoris, quam inter se statuerint, venundentur. *C. de Monopol.* Bude *d. cap. 2. P. 2.*

Quando vero braxantes extra collegium sunt, tunc restringitur libertas promiscue coquendæ ad usum venditionis cerevisiæ per distributionem temporum sortitione factam: alias enim facile contingere posset, ut plures eodem tempore nimiam coquant cerevisiam, quæ facile corrumpi solet: A qua sortitione eximi solent Consules, quibus ratione officii extra ordinem multis in locis braxare licet, idque vel bis, vel ter in anno, uti Tabor *d. Tr. c. 4. §. 4.* de quodam loco refert, *da haben die Bürgermeister die Freyheit, daß sie jährlichen ihres Gefallens ohne Verlesung ihr gebrauen Bier verrichten mögen.* 20

Quæri solet, an illi, qui amplam possident domum, sæpius possint coquere cerevisiam, quam alii Cives? Et respondetur negando, cum 1) illi, qui amplam habent domum, non magis sint Cives, quam qui habent parvam. 2) Inter æquales jura non possint esse inæqualia, *§. 1. Inst. & l. 29. pr. ff. pro socio.* 3) Quotiescunque suffragia sint ferenda, is, qui magnam habet domum, æque unum & simplex habet votum, quam qui parvam. 4) Alias fieret, quod divitibus, ampliores domus possidentibus tantum consuleretur, pauperum vero exiguas domus habitantium nulla haberetur ratio. 21

Dein etiam controvertitur, annon cives toties possint braxare cerevisiam, quot habeant domus, quibus hoc jus inhæret, vel pro numero domorum braxabilium braxare? *Ob sie nicht dürffen so viel mal brauen, als sie Brau-Häuser haben?* Affirmativam suadent 1) quod possessor onera ratione omnium domorum ferre debeat publica. Ergo etiam ipsis domibus uti poterit. Alias sequeretur, quod quis intuitu alicujus prædii onera quidem, lucra vero, non æque ferre debeat, quod est contra naturam, *arg. l. secundum. 10. ff. de R. J.* 2) Quia alias frustra sibi tales domus parasset, multumque pecuniæ in iisdem emendis consumsisset. 3) Quia talis civis hoc in casu habendus est pro duplici, triplici &c. cive per fictionem juris. 4) Et alias libera rerum suarum administratio est cuivis concessa, *l. 21. C. Mandat.* sicuti, qui plures habet domos, non potest unicam habenti prohibere, quo minus secundam & tertiam emat, ita nec unicam tantum domum habens, possessorem plurium 22

plurium impedire poterit, quo minus pro numero domorum braxet, maxime cum hoc ipsum in locis vicinis obtineat, ibique justum æquumque sit, quæ consuetudo viciniæ ad alia vicina loca facile porrigi & extendi poterit. Klock. *vol. 3. Conf. 148. n. 8.* Bud. *d. Tract. P. 1. c. 2.*

23 Ad braxationem vero Cerevisiæ proprietatem domus ut quis habeat, præcise necessarium non est, sed cæteris paribus sufficit, si commoda commoditas domus alicui vel in perpetuum, vel ad tempus sit concessa. Exin colligere licet, 1) quod Usufructuarius possit braxare: Percipit enim omnia emolumenta, quæ ex ipsa re salva & non immutata rei substantia percipi possunt, & ad necessitatem, & ad voluptatem *l. 7. pr. l. 9. pr. l. 59. §. 1. ff. de usufruct.* Hahn. *ad Wesenbec. Parat. de Usufruct. n. 5.* Struvius. *Exercit. 12. th. 12.* 2) Qui domum cum omni jure conduxit: Aliud itaque esset, si Dominus habitationem domus alteri tantum concessisset, sibique hoc braxandi jus expresse reservasset. 3) Liberi post mortem parentum in communione manentes possunt braxare, juxta Carpzov. *P. 2. C. 6. Def. 6.* etiamsi in civium numerum nondum sint recepti. Carpzov. *dict. loc.* Bud. *d. tr. P. 1. c. 2. n. 138.*

24 Pertinet huc etiam quæstio: An peregrinam quoque cerevisiam importare & divendere fas sit? Licet autem Emtio venditio sit ex genere permissorum. *arg. l. 28. §. 2. Ex quib. caus. maj. l. 43. §. 1. de Procurat.* & præses provinciæ curare jubeatur, ne aliquis licita negotiatione prohibeatur, *l. 3. §. 4. de Offic. præsid.* ex magna tamen causa importatio & divenditio peregrinarum mercium ab his, qui supremam in Rep. potestatem tenent, ex usu Reipublicæ potest interdici *l. 2. & t. t. C. Quæ res venire non poss. l. 11. C. de vectigal.* Cujac. *in recit. ad d. tit. C. quæ res export. non deb.* Eoque argumento solent etiam edicta sustineri, quibus peregrinæ Cerevisiæ importatio & distractio privatis prohibetur & interdicitur. Henning. Hanmel. *de action. c. 44. n. 6.* Tabor. *de jur. Cerevis. c. 4. §. 6.* Scheplitz. *P. 4. Const. Brandeb. Tit. 17. §. 1.* Solent quandoque Cives cum Magistratu contrahere, ut unum vel alterum dolium extraneæ cerevisiæ soluta certa pecuniæ summa invehere liceat, quod dicunt *die Niederlage entrichten.*

Nimium quandoque privilegia Civitatibus concessa extenduntur, veluti cum 25
Magistratus oppidani Civibus interdicunt, ne cauponas alibi existentes invisant, sed suæ civitatis hospitiis utantur, cum cuilibet sit licitum, ire quo velit, Carpzov. *Lib. 1. Resp. 66. n. 2.* & ibidem potare, ubi ipse majorem forte recreationem & commoditatem percipit. Nec statuto hoc induci potest, cum statutum pœnale etiam subditum non liget extra territorium statuentis delinquentem, per textum notabilem in terminis, *in c. 2. d. Constit. n. 6.*

Denique de Cerevisia certum vectigal 26
solvitur, *die Tranck-Steuer*, quæ & in quibusdam locis Accisia vocatur, Klock. *de Contrib. c. 1. n. 231.* Dicitur autem in recognitionem Superioritatis solvi, adeoque inter fructus & subjectionis tesseram refertur: Adcrescunt & alia compendia Fisco, tum ex Cerevisiæ præparatione, tum ex ejusdem venditione; Ex præparatione, quando Magistratus peculiares exstruxerunt ædes, in quibus polenta conficitur vel phtisana, *das Maltz- und Darr-Geld;* deinde quando sartaginem vel ahenum publico nomine subministrant, *das Pfann- und Brau-Geld*, Klock. *de Ærar. 2. c. 11. n. 13.* de his labris cupreis pro coquenda cerevisia factis notandum, quando in Prædio feudali muro fuerint affixa, *eingemauert*, ad feudi successores una cum fundo feudali pertineant, quia affixa muro membra ædium videantur, *arg. l. 44. de evict.*

Si Zythopepta in coquenda cerevisia 27
damnum sua culpa dederit, hoc ipsum resarcire tenetur, locat enim in hac operas; talis autem adstrictus est ad præstandam culpam levem. *l. 23. ff. de R. J. & l. in judicio. 28. C. locat.* Nam in quo contractu versatur utriusque utilitas, in eo contrahentes sibi invicem levem præstant culpam. *l. 5. §. 2. ff. Commodat.* At Zythopepta locat operas, ut consequatur mercedem; Civis vero conducit easdem, ut cerevisia præparetur, & sic h. l. versatur utriusque utilitas. Ergo. Maxime cum & in genere quilibet artifex teneatur ad custodiam exactam *l. 13. §. 5. & 6. locat.* ut Medicus. *§. 7. Inst. d. L. Aquil.* Nec liberabit Zythopeptam, quod vulgo dici solet: qui coquit panem & cerevisiam, forte non semper utitur æquali, Germ. *Brauen und Backen geräth nicht allezeit.*

Resp. enim distinguendo, an casu fortuito, an vero vitio aliquo, eodemque vel materiæ seu polentæ, vel Zythopeptæ damnum accidat cerevisiæ; Si casu, vera est regula, & Zythopepta non tenetur; sin vitio materiæ, neque obligatus erit ad ejusdem restitutionem: sed maxime si sua negligentia damnum datum fuerit, juxta *l. 51. ff. locat.* Sed cuinam tunc onus probandi imponendum? Resp. sub præmissa distinctione. Si Zythopepta se fundat in casu fortuito, is eundem probabit, quo probato absolvetur. Quæ enim fortuitis accidunt casibus, cum provideri non possint, nullo bonæ fidei judicio præstantur. *l. 6. C. de pignorat. Act.* ibique Gothofred. *in not.* cum cuivis etiam diligentissimo possint contingere *l. 11. §. 5. ff. de Minor.* Si damnum vitio materiæ adscribat, itidem Zythopepta probandi onere gravandus. Si vero braxans Civis Zythopeptam accuset negligentiæ, tum iste culpam & negligentiam probare necessum habet, tum quod culpa, nisi probetur, non præsumatur, *l. 57. ff de administr. tut.* sed ab allegante probanda veniat. Carpzov. *P. 2. c. 11. D. 26.* tum quod quilibet intentionis suæ debeat probare fundamentum. *l. 23. C. de probat.* Sed quæritur de actione, quam hoc in casu braxans civis possit instituere? Puto quod conducti ex *l. 51. §. 1. ff locat.* vel etiam subsidiaria in factum actione Zythopeptam possit convenire, utpote quæ datur vel contra minimæ artis professores usque ad bubulcum. Harpr. *ad §. 6. 7. 8. Inst. ad L. Aquil.* Schöpfer. *de jure Braxand. P. 1. C. 3. ubi n. 122.* præjudicium hac de re annectit.

Regula denique in venditione cerevisiæ notanda, ut qui fuit ordo in braxando, is etiam in vendenda cerevisia observetur: ita enim civibus erit prospectum, ne venditio cerevisiæ fiat nimis circa concives, & præsens lucrum intercipiatur, *daß sie einander die Ruthen, Kräntze, Wische oder Körbe nicht zu nahe stecken, oder aushängen dürffen.* Quo & respexit Serenissima Abbatissa Quedlinburgensis *in statuto illius loci h. v. Vors 2. soll kein Brauer sein frisch Bier ehender aufthun, es sey denn aufs wenigste 3. Wochen alt, sonsten soll einer dem andern, mit dem Ausstellen des Biers in dieser Ordnung, nach der Riege folgen, und alle Wege einer allein 12. Tage auf einen Brau frisch und Mertzen Bier stellen; Würde sich aber iemand unterstehen, neben dem schenckenden Brauer heimlich Bier in Kannen zu verkauffen, oder auf andere Maaße iemandes (es seyn denn Krancke, denen auf Begehren etwas zu lassen, ein ieder befugt seyn soll) abfolgen zu lassen, seinem Nachbar ein oder mehr Tage vor seiner Zeit überlassen, und die andern Brauer dadurch zu gefähren, der soll deswegen 3. Rthlr. zur Strafe erlegen.* Sed annon interim cerevisiam doliatim vendere licebit? *Ob man nicht, ehe man aufthun kan, sein Bier oder Breyhan bey gantzen Vassen verkauffen könne?* Duce observantia in affirmativam inclino: quam approbat statutum collegii braxatorii Magdeburgensis *Artic. 14. So soll auch ein ieder, so alte Bier gebrauet hat, dieselben bey sich behalten, und vor* Walburgis *nicht auszapffen, auch keinen Wisch vor der Zeit ausstecken, bey* Pœn. *12. Fl. wer hiewider handelt, und ihm von dem Herrn auszuzapffen verbothen wird, er will es aber nicht achten, der soll doppelte Strafe geben: aber gantz zu verkauffen, ist einem ieden frey.* Item *Artic. 17. so soll niemand hohes oder niedrigen Standes das Bier im gemietheten Keller auszapffen, oder ausschencken, bey* Pœn. *9. Fl. sondern dieselbe Bier sollen wiederum in die Häuser, darinn sie gebrauet sind, geführet, und daselbst ausgezapffet werden, da aber iemand ungehorsam befunden, der soll ohne Gnade gestrafet werden; Aber gantz zu verkauffen soll einem ieden freystehen.*

Quæritur etiam, an venditis ædibus braxatoriis, instrumenta, ut dolia & vasa comparata & destinata, insimul vendita esse videantur? Et quidem si tempore contractus horum vasorum expresse facta fuit mentio, res est clara: sed si de illis nihil dictum, distinguendum erit cum Doctoribus, an vasa ad perpetuum ædium usum fuerint destinata, an non; ut illa, sed non hæc simul sint vendita, juxta *l. dolia. 26. ff. de Instruct. vel instrum. leg.* Egregie hanc quæstionem declarat sequens præjudicium Facultatis Juridicæ Helmstadiensis h. v. *daß Hans Studt - Meister, welcher euch das eure, Schwäher Lorentz Haselmann Anno 1596. verkauffte Haus einräumen müssen, euch auch das mit verkauffte, aber von ihm weggebrachte Brau - Geräthe, und was darzu gehörig, zugleich auch die abgerissene Schapffe so angefasset gewesen, zu restituiren, oder alles dessen Werth zu* 29

entrich-

entrichten, wie denn auch wegen versprochener, aber nicht erfolgter Besserung der Unterschwellen und Stäche, und daher verfallener Gebäude, verursachter Schaden zu erstatten und abzutragen schuldig sey: Demnach er sich dessen aber verweigert, seyd ihr die an dem Kauff-Gelde noch restirende 120. Fl. so lange an euch zu halten wohl befugt, bis ihr obangesetzter Forderungen halber von dem vorberührten Verkäuffer gäntzlich befriediget werdet; V.R.W. Hahn. *ad Wesenbecc. de Contr. Emt. n. 8.* Esbach. *ad Carpzov. P. 2. C. 33. d. 20.*

30 Si quis superstitiosis & illicitis veluti fascinationis mediis procurare velit celeriorem cerevisiæ distractionem; *VVenn einer einen Diebes-Daumen in das Bier hänget,* non tantum tanquam præstigiator pœna arbitraria puniri potest, sed insuper jus braxandi amittit, uti tradit Theod. Schöpfer. *de jure Braxand. p. 3. C. 2. n. 101.*

31 Si in quadam regione statutum sit, quod vicini, qui sunt infra milliare ab aliqua civitate, non possint nec debeant braxare nec vendere cerevisiam, tunc quæri solet, quomodo mensuratio sit instituenda: Et quidem milliare Saxonicum continet sexaginta jugera, & quodlibet jugerum sexaginta virgulas, & virgula describitur septem ulnis cum dimidia. Carpzov. *P. 4. Const. ult. def. ult.* Estque hæc antiquissima Scab. Lipsiensium sententia post Weichbild. *Tit. Ob Edelleute mögen brauen auf ihren Lehen-Güthern, und schencken lassen. Eine Meile soll von Recht haben sechzig Gewände, und ein iegliche Gewände sechzig Ruthen, und eine Ruthe achte halb Ellen.* Vid. Georg. Schubh. *de Austr. c. 6. n. 56. & 64.* Et Joh. Jacob Speidel. *in Specul. Var. Jur. Pol. Hist. Obs. & not. lit. M. n. 70.* verb. *Meilen. p. 851. col. 1.* Lipsienses *Vol. 2. Dec. 198.* Addatur Decisionum Saxonicarum ipsi Juri Weichbildico subnexarum ultima *fol. 161. Rubrica: VVas eine Meilweges sey.*

Sprechen VVir Schöppen-Stühle von Leipzig auf solche Frage vor Recht, daß eine Meilweges von Recht haben soll sechtzig Gewände, und ein Gewände soll haben von Recht sechtzig Ruthen; und eine Ruthe soll haben achthalb Ellen; und darnach ist eine Meile nach Recht zu überschlagen und zu messen; Also, doch daß die Meil gemessen werde nicht nach dem Richt-Steige, auch nicht auf das nächste Quer-Feld, sondern nach der gemeinen Strassen, da man pflegt auf zu gehen und zu reiten, und zu fahren, da soll die Meil nach Recht, wie oben bemeldt, nach den Gewänden und nach den Ruthen gemessen werden, von Rechts wegen.

Eine Meile hat { 60. *Gewände,* 3600. *Ruthen,* 27000. *Ellen.* }

Cum autem ulnarum diversa sit significatio, qualesnam hic intelligantur, quæritur?

Opinari nonnemo posset, cubitum hic, seu ulnas intelligendas esse Mathematicas & cubitales, quæ sunt unius tantum pedis cum dimidio, seu *einer gemeinen Ellen;* Tum, quod spatium illud, si dimensio juxta usuales institueretur ulnas, pro milliari Germanico, maxime in locis non usque adeo montosis, foret nimis amplum, Joann. Köppen. *quæst. 16. num. 13. in med.* Complecteretur enim fere undecim milliaria Italica, vel bina, & quod excurrit, Germanica milliaria communia, atque extenderet sese ultra semissem diurni itineris legalis, *arg. l. 3. ff. de V. S.* Tum quod ob varietatem ulnarum nulla foret certa milliaris Saxonici longitudo. Verum hæc tanti non sunt momenti, ut in istam allicere nos possint sententiam; Nam Juris Saxonici interpretes dum unanimiter statuant, ulnas esse adhibendas eas, quæ in loco, ubi mensurari debet, usurpantur, Vid. Glossogr. *in art. 66. Lib. 3. Land-Recht lit. 6.* ibi: *Ellen und Ruthen sollen gebrauchet werden, die des Orts, da die Jrrung ist, gebräuchlich seyen.* Add. Paul. Matth. Wehner. *in Practic. Observat. lit. M.* verb. *Meilen. pag. 495. col. 1.*

Sequitur inde, non cubitales seu Mathematicas, quippe quæ ubique eædem, sed usuales esse intelligendas ulnas. Nec metuenda inde milliariorum Saxonicorum incertitudo; licet enim ob ulnarum diversitatem milliaria Saxonica in hac vel illa Provincia sint longiora vel breviora, quam in alia; Est tamen illorum ubique certa & determinata quantitas. Nec obest quasi nimis amplum hæ sint ulnæ daturæ spatium, siquidem Juri sic placuit Saxonico; certa autem quæ est, illa servanda lex erit, licet nonnullis dura videatur. *arg. l. 12. ff. qui & a quib. manum. lib. non fiant. l. 10. C. de legibus.* August. Barbos. *in Thes. loc. Com. Lib. 10. C. 10. axiom. 38.*

Est

Est perpendendum insuper, dimensionem hic non institui Geographice vel Geometrice & Diametraliter juxta rectam lineam per aërem, imo ne per semitam quidem; sed per multos viæ regiæ anfractus, & multoties, per varia quoque montium juga vallesque. Quin & ipsius inspecta rei veritate non dura hæc, sed æquissima lex est. Cum etenim juxta jura civilia omnibus commerciorum atque artificiorum simpliciter generibus interdictum sit Nobilibus plebique rusticanæ, ne ruri atque in pagis, aut Nobilium arcibus perniciosa urbibus exerceantur mercimonia *l. 3. C. de Commerc. & mercatur.* quidam Nobiles vero postea cum rusticis suis semet immiscuerint negotiationibus civilibus: Non suppressit quidem penitus Jus Saxonicum hanc diversorum vitæ generum confusionem; posuit tamen ipsi obicem, ne talia contra Jura communia in civitatum perniciem liceat tentare infra milliare. Est itaque hæc milliaris Saxonici constitutio non contra jus commune, sed potius ex ipsius tacita approbatione; Ut ita milliaria illa Saxonica, quæ ad Juris Civilis dispositionem Jurisque Gentium æquitatem quadantenus conservandam inventa sunt, quam amplissime veniant exponenda, *arg. l. pæn. ff. de constit. Princip.* Baro Enenckel *lib. 2. de privileg. cap. 4. num. 4. & seqq.*

Ex quo fundamento etiam dicendum videtur, mensurationem milliarem non a mœnibus civitatis, sed a continentibus ædificiis esse instituendam per *l. 154. de verb. significat.*

DE JURE SAXONICO

	Jugera	Virgulas	Ulnas	Pedes	Passus
continet milliare.	60	3600	27000.	54000.	10800.
	Jugerum	60	450.	900.	180.
		Virgula	7½.	15.	3.

Ubi notandum cum in dimetiendis milliaribus Saxonicis ulnæ sint diversæ longitudinis, dum nimirum semper ejus loci ulna, ubi mensurandum, attendi debet; Quod hanc nostram computationem ad ulnarum communium concinnaverimus quantitatem, quarum quælibet duorum est pedum Geometricorum. Alioquin enim in locis, ubi longiores in usu sunt ulnæ, virgula plurium erit pedum, & passuum quoque, & vice versa. Marsmann. *in Mibolog. l. 2. c. 5.*

Diversam ab hac fovet sententiam, nec milliaria ita longe extendi statuit Dn. Zieglerus *de Jur. Maj. L. I. c. 43. n. 11 seqq.* cujus verba lubet adjicere; Diximus hactenus *inquit*, quæ ratione loci Principis esse possint partes circa commercia. Quo & illud pertinet, quod certi fines interdum & limites determinari soleant, quos egredi non licet vicinis inter se populis. Ita scil. Honorius & Theodosius Impp. severe prohibuerunt, ne quis mercatorum Romanorum Nisibin, Callinicam & Artaxatam emendi seu vendendi causa ad Persas proficiscatur, etiam Judici indicta pœna, per cujus limites commeaverint, *l. 4. c. de commerc. & merc.* Simile est, quod singulæ civitates Jure Saxonico fundatum de Jure habeant privilegium hoc, ne infra milliare circum circa habeatur vinum, vel cerevisia extranea venalis, & ne fiant brasia aut decoctiones hujusmodi, neque habitare permittantur artifices vel mechanici in villis adjacentibus. Zobel. *in gloss. lat. ad art. 66. lib. 3. Land-Recht.* Circa quam tamen materiam memini disceptatum aliquando fuisse, quæ sit justa milliaris Germanici mensura, & quot virgas seu perticas connumerare necesse sit ad conficiendum unum milliare. Scabini Lipsienses veteres in sententia, quæ habetur post Weichbild *sub Tit. Ob Edelleute auf ihren Lehn-Güthern mögen Bier brauen &c.* ita responderunt, *daß eine Meile von Rechtswegen haben soll 60. Gewände, und ein ieglich Gewände 60. Ruthen, und eine Ruthe achtehalb Ellen.* Sequitur Zobelius, *d. l.* & Georg. Schultz, *ad Tit. Inst. de excus. tut. in fin.* Sed ostendimus nos, hac computatione non unum, sed duo

cum

cum dimidio fere milliaria mediocria conficî, prodeunt enim 3600. virgæ, ſive 54000. pedes, quorum quindecim unum conſtituunt paſſum Geometricum: Et ſic igitur paſſus Geometrici 10800. requirerentur ad milliare Germanicum, cum tamen ſufficiant ad commune paſſus 4000. ad magnum 5000. ad mediocre 4500. Joh. Bapt. Ricciol. *in Geograph. lib. 2. c. 8. n. 11.* Quamvis autem diverſitas ſit in magnitudine pedum, pro diverſitate locorum, uti docuerunt Wildebrordus Snellius *in Eratoſth. Batav.* Agelocrator, Jacobus Capella, & alii, ipſa etiam milliaria paſſim in Germania varient, nullibi tamen ad immenſam iſtam a JCtis definitam longitudinem nullum milliare excurret. Quocirca ita determinare maluimus, ut ad unum milliare Germanicum mediocre connumerentur virgæ 1500, quarum unaquæque conficiat pedes 15, ſive ulnas $7\frac{1}{2}$. quo temperamento iniquitas, quæ alias ex hoc privilegio naſci videtur, præſcinditur.

Hanc noſtram ſententiam juſſu Sereniſſimi Saxoniæ Electoris plenius expoſuimus *menſ. Auguſto Anno 1662.* his verbis: *Durchlauchtigſter Churfürſt, Ew. Churfürſtlichen Durchl. ſeynd unſere unterthänigſte gehorſamſte Dienſte beſten treuen Fleiſſes iederzeit zuvor &c. Gnädigſter Herr, was Ew. Churfürſtl. Durchl. ſub dato den 12. Jul. jüngſt uns gnädigſt anbefohlen, daß wir in unſern Urthels-Büchern und gehaltenen Regiſtraturen etliche Jahr zurück, wie in Abmeſſung der Meilen bey Schenck-Gerechtigkeiten, und andern dergleichen Freyheiten erkannt worden, mit Fleiß nachſuchen, und was wir diſfalls finden würden, Ew. Churfürſtl. Durchl. hiervon, nebenſt unſerm unterthänigſten Gutachten, was vor Ellen bey dergleichen Abmeſſung in dieſen Landen eigentlich zu gebrauchen, gehorſamſten Bericht erſtatten ſollen, das haben wir mit unterthänigſter Reverentz in unſerm verſammleten Collegio verleſen. Nun können wir uns nicht beſinnen, daß zu unſerer Zeit iemals dergleichen Caſus vorkommen, finden auch in unſerer Vorfahren Urthels-Büchern nicht die geringſte Nachricht, auſſer daß unſer hiebevor geweſener Ordinarius,* Henningius Gœden, *in ſeinem zwölfften Conſilio der* Lipſienſium ſententiam, *ſo dem Weichbilde faſt zuletzt angedruckt, verwirfft, und nachdem er vom Unterſcheide der Land-Meilen eines und das andere erinnert, endlich dahin ſchlüſſet, daß, wenn gehens, fahrens, oder reitens wegen ſich Streit erreget, die Meile nach der Land-Straſſen, ſonſten aber, wenn Privilegia oder Statuta auch auf eine Meile ſich erſtreckten, dieſe nach der geraden Linie gemeſſen werden müſte. Gleichwol aber ſetzt er nirgend, was vor ein Maaß darzu am füglichſten zu gebrauchen, oder wie lang und groß eine Meile eigentlich gerechnet werden ſolle, und muthmaſſen wir, daß unſere Vorfahren, ſo nach ihm gelebet, der Leipziger Urthel vor gut gehalten, inmaſſen ſolches* D. Johann Schneidewein, *ad §. Datus. num. 3. ſeqq. Inſtitut. de excuſat. tut. und ad §. Rurſus. 5. num. 40. ſeqq. ingleichen* D. George Schultz *in ſeiner Synopſi Inſtitut. tit. 25. in fin. anführen; Wir müſſen auch geſtehen, daß uns die Meynung, welche die Meile nach der Land-Straſſen, auch bey Schenck-Gerechtigkeiten und andern Privilegiis, gemeſſen haben will, viel beſſer und billiger vorkömmet, in Erwägung, daß dergleichen Privilegia gemeiniglich* in Præjudicium Tertii *ertheilet werden, welche denn mehr zu reſtringiren als zu extendiren ſeyn. Sonſten aber finden wir bey erwehntem Leipziger Urthel ſo viel, daß es eine Meile gar zu weit, nemlich auf 3600. Ruthen, oder auf 54000. Füſſe oder Schuhe, deren 15. eine Ruthe machen, hinaus wirfft, welches denn, weil es nach der gemeinen Meſſung ſich bey $2\frac{1}{2}$. mittelmäſſige teutſche Meilen beträgt, das Privilegium der Städte, ſonderlich wenn die Meile der geraden Linie nach gemeſſen werden ſolte, allzuweit extendiren, und hingegen denen von Adel und dem Landmanne allzukurtz thun würde. Und halten wir demnach unſers Theils darvor, es dürffte in dergleichen Fällen am beſten ſeyn, wenn die Meilen weder zu groß noch zu klein, ſondern mittelmäſſig genommen, und der gemeinen Land-Straſſen nach auf 1500. Ruthen, deren iedwede, hieſigem Lande Brauch nach, 15. Schuhe, oder $7\frac{1}{2}$. Werck-Ellen, in ſich hält, gemeſſen würden. Welches Ew. Churfürſtlichen Durchlauchtigkeit wir gehorſamſt berichten ſollen. Und Ew. Churfürſtl. Durchl. Dienſte zu leiſten, ſind wir iederzeit pflichtig. Datum Wittenberg den 1. Auguſti Anno 1662.*

In eundem ſenſum reſpondimus deinde ad requiſitionem *D. George Marsmanns, Syndici zu Budiſſin, Menſ. Septembr. 1672. Iſt bey einer vornehmen Perſon Zweiffel erreget worden, wie die Meilen nach Sächſiſchen Rechten zu meſſen ſeyn, nach mehrerem Inhalt des uns zugeſchickten Berichts. Wenn nun gleich von den alten*

Schöpffen zu Leipzig hiebevor gesprochen, und von andern Collegiis *hernach also gleichmässig angenommen worden, daß eine Meil Weges 60. Gewände, und ein Gewände sechtzig Ruthen, und eine Ruthe achtehalb Ellen, und in Summa eine Meile 3600. Ruthen, oder 27000. Ellen haben solle, iedennoch aber und dieweil dergleichen Art eine Meile zu messen unter denen alten und neuen* Geometris *und andern* Scriptoribus *gantz unbekannt, auch weder in den Kayserlichen noch Sächsischen Rechten fundiret, und die alten Schöpffen zu Leipzig derselben keine Autorität geben können, indem sie von einer solchen Sache, so ausser ihrer Profession ist, ihr Gutachten ertheilet, hierüber diejenigen* Doctores, *so von dergleichen* consuetudine *attestiren, sich bloß auf obgedachtes altes Schöppen-Urthel beziehen, und sonst kein Exempel, daß es also gehalten worden, anführen, endlich auch dem Land-Manne allzu nachtheilig seyn würde, wenn denen Städten zu ihrer Bier-Nahrung und anderm Gewerbe eine dergleichen Meile, so sich der gemeinen Messung nach auf die drittehalb Meilen beträgt, verstattet werden solte, in Erwägung, daß auf solche Maasse die Städte mit ihren* Juribus *an einander reichen, und sich darmit zusammen flechten, hingegen dem Land-Manne dadurch die Freyheit gäntzlich benehmen würden; So erscheinet dannenhero allenthalben so viel, daß die Meile nicht nach angeführten Schöppen-Urthel, sondern vielmehr nach der gemeinen Art, und wie es die Teutschen Feldmesser iederzeit im Gebrauch gehabt, iedoch dergestalt, daß sie weder zu groß noch zu klein fallen, zu messen, und wird also die mittelmässige Meile 1500. Ruthen, und iedwede Ruthe 15. Schuhe oder* $7\frac{1}{2}$. *Werck Ellen, und also zusammen 22500. Schuhe, oder 4500. Schritte in sich begreiffen &c.*

Observant hoc etiam alii artifices, computationem & definitionem milliarium Saxonicam parum convenire Geometricæ rationi dudum receptæ. Sic enim de ea judicat Johannes Henricus Vogt, Mathematicus Stadensis, *im ersten Hundert mathematischer Raritäten num. 11. h. v. Die* Geometræ *sind nicht einerley Meynung, was vor eine Länge eine Teutsche Meile eigentlich halte, sintemal auch die Meilen in Teutschland gar ungleich, bald groß, bald klein, bald mittelmässig gefunden werden. Insgemein wird davor gehalten oder gerechnet:*

	Stadia,	Passus,	Pedes,	*Stunden.*
Eine grosse Teutsche Meile	40.	5000.	25000.	2.
Eine mittelmässige - -	36.	4500.	22500.	$1\frac{4}{5}$.
Eine kleine - -	32.	4000.	20000.	$1\frac{3}{5}$.

Wenn aber im Sachsen-Spiegel enthalten ist, daß eine Teutsche Meil Weges von Rechts wegen soll haben:

		60. Gewände,
Jedes Gewände		*60. Ruthen,*
werden	*3600. Ruthen.*	
Jede Ruthe		$7\frac{1}{2}$. *Ellen,*
werden		*27000. Ellen.*
Jede Elle		*2. Füsse,*
werden	*54000. Füsse,*	
das sind	*10800. volle Schritt,*	
oder		$86\frac{2}{5}$. Stadia,
die erfordern		$4\frac{8}{25}$. *Stunden.*

So wird man bis hieher an der Ruthen und Meilen-Maasse viel verlohren haben. Hactenus ille.

Fateor, sententiam hanc nostram, quam supra exposui, multum discedere a reliquorum JCtorum, & Antecessorum etiam nostrorum placitis. Majores enim nostros Lipsiensium veterum Scabinorum doctrinam comprobasse, non tantum ex Schneidewini & Schultzii traditis supra allegatis, sed etiam ex sequente Responso liquet, quod exaratum est *an den Land-Voigt des Marggrafthums Lausitz,* his verbis: *Wohlgebohrner, Edler Herr. Als Ew. Gn. uns berichtet, welcher gestalt die Jrrungen zwischen den Prälaten, Herren, und denen von der Ritterschafft, im Gubenischen Weichbild, an einem, und der Stadt Guben andern Theils verglichen, auch so viel die Messung der Meile Weges anlanget, der Römischen Kayserl. Maj. hochmilder Gedächtniß Declaration zugeschickt, und gnädiglich begehret, weil höchstgedachte Kayserl. Majest. sich dahin erkläret, daß die Meilen nach Sachsen-Rechte gemessen werden sollen, Ew. Gn. des Rechtens hierüber, wie die Meile disfalls zu messen, zu berichten. Demnach sprechen wir darauf vor Recht, daß nach Sächs. Gebrauch eine Meile soll haben 60. Gewände, und ein Gewände 60. Ruthen, und eine Ruthe* $7\frac{1}{2}$. *Elle, darnach eine Meile zu überschlagen und zu messen, also, daß sie nicht nach dem Recht-*

Stege, auch nicht nach dem nächsten Uberfeld, sondern nach der gemeinen Land-Strassen, da man pflegt zu gehen, zu fahren, und zu reiten, obberührter Gestalt, gemessen werden. Und wird dissfalls die Elle, so im Gubenischen Weichbilde bräuchlich, darzu genommen und verstanden; V.R.W. Atque ita in Praxi olim observatum fuisse etiam in nostris provinciis, confirmat antiqua annotatio, quam in Bibliothecæ paternæ schedis consignatam invenit laudatus Dn. Zieglerus *d. l. n. 13.* his verbis: *Aus dem alten Pergamenen Raths-Buche zu Leipzig. Unser gnädigster Herr, Hertzog George von Sachsen &c. hat dem Rathe geschrieben, ihrer Untersass zweene gegen Kempnitz zu verfertigen, mit genugsamen Unterricht eine Meile zu messen. Demnach haben die Herren der Räthe ausgefertigt Jacob Lelen, und Hans Bercken, mit solcher Unterrichtung eine Meile zu messen, mit einem Rade, das mit einem Umgange der Länge einer Ruthen gleich treffen soll, und die Ruthe soll seyn, 7½. Ellen lang soll eine Meile halten, 60. Gewände, und eine Gewände 60. Ruthen, ist also auf eine Meile zu rechnen 3600. Ruthen, solches ist geschehen Montags* in die Georgii Anno 1509. *Macht also eine Meile 27000. Ellen oder Schritte.*

Sed enim, qui consideraverit, liberali ista milliaris commensuratione prorsus extingui libertatem eorum, qui ruri degunt, & in tanta oppidorum Saxonicorum copia alterum alteri perpetuo confine esse, & per ejusmodi mensuram conjungi, ut vix fieri possit, quin privilegio civitatibus concesso ubique in provinciis sit locus, nec dari possit unquam casus, quo non oporteat civitatis alicujus jura observare, fatebitur ipse, non tam pro privilegio id habendum esse amplius, quam pro Jure communi atque universali, & iniquam prorsus conditionem inferri reliquis Provincialibus. Ulnæ enim 27000. ut supra computavimus, facient 10800. passus, & sic plus quam dimidium itineris diurni, cum itineri faciendo viginti millia passuum in dies singulos peragenda computentur, *l. 3. ff. de V. S.* Johann. Köppen. *qu. 16. n. 13.* In ambitu istiusmodi spatii extensi non una semper, quæ in centro est, sed plures insuper aliæ civitates reperiuntur, quarum si unaquæque privilegio milliaris uti velit, plurimæ extra & ultra ambitum fimbrias suas dilatabunt, non sine insigni paganorum damno & incommodo.

Disquiritur insuper, unde initium mensurationis faciendum sit, utrum a porta 32
urbis, uti volunt Matth. Colerus *Decis. 215.* Paulus Matth. Wehnerus *in Observ. Pract.* vocab. *Meile*, an vero a continentibus ædificiis, & burgis prope civitatem, quo inclinare videntur textus *in l. 154. & l. 147. ff. de V. S.* Remissive ea de re agit Sigism. Scaccia *de Judic. Lib. 1. c. 91. num. 32.* Nobis magis placet sententia posterior. Etsi enim Urbis appellatio muris finiatur, *l. 2. ff. de V. S.* aliud tamen est urbs, aliud civitas, & non tam Urbi quam Civitati concessa sunt ejusmodi privilegia; Civitas autem comprehendit etiam eos, qui extra pomœria aut muros habitant, cum civitas non in muris, sed in viris consistat. Vid. Justin. *lib. 2. c. 12. & 14.* & quæ ibi notant Commentatores; inter Urbem & Civitatem hoc interest, inquit Nonius Marcellus *de proper. lat. serm.* Urbs est ædificia, Civitas incolæ. Et Servius: Urbs muros, Civitas ejus habitatores significat. Nec tamen dissimulo, privilegium istud civitatum reale esse, & loco adhærere. Etsi enim ultimato referatur ad personarum & civium utilitatem; quia tamen utilitas illa non directe & immediate personas afficit, sed in rebus hæret, inde istud non ex utilitate inde proveniente, sed ex qualitate & causa ipsa æstimandum est. Quemadmodum & alias Privilegium, quod personæ mysticæ, h. e. Civitati, Collegio, Universitati competit, pro reali habetur. *l. 4. §. 3 ff. de censib.* Vid. G. Franzk. *ad Tit. Digest. de Constit. Pp. num. 37. seqq.* Dn. Ziegler. *d. l. n. 15.*

Non minus disquiritur de Termino ad quem, utrum pagus, cujus extremi fines versus civitatem intra milliare comprehensi sunt, ipse totus, cum omnibus suis partibus & agris reliquis, intra istud milliare contentus intelligatur, an vero ultra Terminum dimensionis finitæ milliare non excurrat, adeoque utrum una pagi portio intra milliare, altera extra illud consistere queat? Pro negativa allegari posset, quod unum idemque corpus contrarias non recipere queat qualitates, neque universitas, qualis est pagus, intelligi amplius possit, ubi separantur corpora, ex quibus universitas constat, *arg. l. 23. ff. de usucap.* Videri enim pagum esse *ἐκ τῶν συνηγμένων*, quæ scilicet connexa alias vocantur, *l. 30. ff. eod.* ubi plures partes ita uniuntur, ut totum aliquod constituant. Quicquid autem prædicatur de parte, prædicatur etiam

etiam de toto. Atque hinc si pars aliqua pagi intra milliare consistet, ipse totus pagus intra istud intelligetur. Verum ipsimet Philosophi distinctionem hic faciunt inter ea, quæ prædicantur simpliciter de toto, & quæ prædicantur secundum quid, ita ut necesse non sit, prædicatum tale posterius de toto ita concipere, ut affectæ simul intelligantur omnes ejus partes. Neque si unica alicujus pagi domus combusta est, totus illico pagus combustus esse dicetur. Per consequens neque totus pagus milliari inclusus intelligetur, si vel maxime dimidia ejus pars intra milliare subsistat.

Responderunt ita ad utramque quæstionem Antecessores nostri. *An Bürgermeister und Rathmann der Stadt Guben: daß eine Meil Weges von äussersten Häusern eurer Vorstadt angefangen, bis an die nächsten Häuser der Dörffer vermöge der Rechten billig gemessen wird; Von Rechts Wegen.*

Et paulo plenius nos ipsi *an D. Georg Marßmann, Syndicum zu Budißin, Mens. Septembr. 1672. Auf die dritte Frage erkennen wir vor Recht, wenn gleich etliche Rechts-Lehrer der Meynung seyn, daß die Messung der Meile von dem Stadt-Thor angefangen werden müste: Dieweil aber dennoch in gemeinen Kayserlichen Rechten ein anders deutlich verordnet, und daß dasselbe iemals geändert sey, nirgend zu befinden; So wird der Anfang der Meile von den letzten und äussersten Häusern der Vorstadt billig genommen; Auf die vierdte und letzte Frage erachten wir Rechtens seyn: obschon von etlichen davor gehalten werden will, als ob das gantze Dorff, welches zu äusserst gegen der Stadt, davon die Meile angefangen worden, mit der Meß-Ruthe berühret wird, mit allen seinen Häusern und zugehörigen Feldern, in die Meile gezogen werden müste, und dergestalt die darinnen gelegene Schencke, so doch bey der Ausmessung nicht erreichet worden, annoch in die ausgemessene Meile gehöre. Dennoch aber und dieweil die Ausmessung zu dem Ende geschicht, daß man einen richtigen* Terminum ad quem *haben möge, und die Geometrische Ausmessung nach Ellen und Ruthen keine dergleichen Extension erleiden mag, oder doch auf solchem Fall man eine so genaue Ausmessung, so durch den Feld-Messer geschehen müste, nicht nöthig hätte, auch daraus, wenn die Meile mitten in das Dorff fiele, nichts ungereimtes erfolget, indeme die eine Helffte gar wohl binnen der Meile, die andere ausserhalb derselben gelegen seyn kan; So erscheinet dannenhero so viel, daß die Häuser und Schencken, so von der Meß-Ruthen bey Beschliessung der Meile nicht erreichet werden, in die abgemessene Meile nicht zu ziehen; V. R. W.* Dn. Ziegler. *d. l. n. 7.*

CAPUT XXII.
DE TABERNIS VINI ADUSTI.

SUMMARIA.

1. *Vinum adustum an vino, vel Cerevisiæ sit annumerandum?*
2. *Olim Medicamenti loco sumebatur.*
3. *Hodie ejus usus apud Populos Septentrionales frequens.*
4. *Abusus ejus taxatur.*
5. *Magistratui incumbit modum nimiæ consumtioni ponere.*
6. *Item certus Canon de Vino adusto Reipublicæ solvendus.*
7. *Quid hac de re in Saxon. Elect. cautum?*
8. *Ordinatio Witteberg. confectionem & venditionem vini adusti concernens. Ubi emolumentum ad Dominum Jurisdictionis spectat, quod tamen non ubivis obtinet.*
9. *Exstante nulla prohibitione confectio vini adusti omnibus est licita.*
10. *Licet civitas gaudeat Privilegio de non vendenda cerevisia extranea intra milliare, hoc tamen non extenditur ad vinum adustum.*
11. *In confectione vini adusti furnus quantum a muro vicini distare debeat?*

Si nobis

1 SI nobis saltem sermo esset de illo spiritu vini, qui ex vino vel ejus fecibus conficitur, merito hocce caput illi, quod de Tabernis vinariis agit, esset subnectendum; quia autem in hisce Borealibus Provinciis hoc etiam vinum adustum appellamus, quod ex frumento per destillationem præparatur, majorem cum Tabernis cerevisiariis convenientiam videtur habere.

2 Vini vero adusti, quod olim medicamenti
3 saltem vice sumebatur, hodie usus apud populos Septentrionales frequens est, ita ut Poloni & Moscovitæ eo utantur loco vini. Abusum prolixe perstringit Guarinon. *L. 4. D. 33. Vom Greuel des Brandtewein-sauffens.*

4 Et optandum esset, sed vix sperandum, ut abusus iste ubivis locorum cohiberetur, quippe quod multa millia modiorum siliginis & tritici, quæ ad usum panis & cerevisiæ prodessent, insumuntur & prodiguntur hoc potu, quo & multi inebriati repentina morte & somno sepulti interierunt. Sed malitia tanta est, ut nec periculum mortis vel inferni quem deterreat, & compendium publicum, quod Magistratus inde capit pro licentiæ causa, nec non privatus quæstus omnem Politiam confundit. Bornit. *de rerum suffic. c. 17.*

5 In circulo Suevico, *vermöge einer Ehehalt-Ordnung*, vini adusti usus extra medicamentum, item *das Brandtewein-Brennen aus dem Getreyde*, quidem prohibetur, sed ut principale istius ordinationis vix ullibi servatur, ita nec accessorium vel adminiculans *zu der Ehehalten, Taglöhner &c. Unordnung*, puta *das Brandtewein-Trincken und Brennen*, prout deceret, curatur, aut omnino prohibetur. Interim multa mala exinde sequuntur, ut experientia testatur, ac sunt qui dicunt, quod vinum adustum, ex tritico confectum vel præparatum, ob nimium ejus usum, tandem lepram generare possit: quæ unica ratio sufficiens esse deberet ad severiorem prohibitionem, Speidel. *in Specul. voc. Brandtewein.* Quanta enim frumenti optimi copia in ejusmodi Tabernis in extrahendo spiritu frumenti consumatur, vix potest sensu percipi, ut merito Supremo Magistratui cura incumbat, ne ex nimia hac consumtione frumenti caritas annonæ in Republica subsequatur?
6 Et quia hujusmodi destillatores & venditores vini adusti haud minimum lucrum ex hoc negotio percipiunt, merito etiam ad certum canonem quotannis pro sustinendis oneribus Reipublicæ solvendum adstringuntur, quod & jam olim Autor alicujus Consilii Cameralis indigitavit hisce verbis: *So viel die Brandtewein-Schencken und Brauer betrifft, welcher bald alle Städte, Dörffer und Winckel voll stecken, so das beste Getreydig sowol, als das beste und feste Holtz verbrennen, und mit keiner Steuer beleget seynd, da denn mancher des Tages mehr Geld schencket, als einer so das beste Bier hat, wann ich denn vor meine Person selbsten von dergleichen Brandtewein-Schencken so viel vernommen, daß einer, so mit einer Blasen brennet, mehr daran haben kan, als einer der ein gantzes Bier brauet. Weil denn einer von einem Bier zwölff alte Schock geben muß, wie vielmehr könte es ein solcher Brandtewein-Wirth auch geben, alldieweil sie die Mast vom Getreydigt zum besten haben, und des Morgens bis zu dem Mittag hin das erste Geld vor dem Maul hinweg nehmen; Nun wird in manchen Städten bey zehen, zwantzig und mehr Blasen gebrennet, und dessen so viel gemacht, daß es bey Vaß und Viertel Weise verkauffet, und auf der See hinweg geführet wird; Wann nun gleich auf ieder Blase nicht mehr als 6. Rthlr. zur Steuer geschlagen, so thäte es Ew. Churfürstlichen Durchlauchtigkeit jährlich ein grosses austragen, und ehe es mancher unterliesse, er würde eine höhere Steuer auf die Blase verwilligen.* Nimiæ etiam 7
consumtioni frumenti, quod per convectionem vini adusti publico decedit, obviare voluit Serenissimus Elector Saxon. *in der Erörterung der Landes-Gebrechen de Anno 1609. in fin.* hisce verbis: *Es soll auch nicht verstattet werden das übermässige in der Landes-Ordnung und sonst Anno 95. und Anno 1603. in unterschiedenen Mandaten verbothene Wein-Brennen, sowol die grosse übermachte Verfertigung des Krafft-Mehls hiermit gleichfalls verbothen, und darüber iedes Orts Obrigkeit mit Einbringung der verwirckten Straffen, ohne einigen Respect, treulich zu halten, auferleget wird, oder da man in vornehmen Städten solches zu verstatten Ursach hätte, solches doch anderer Gestalt nicht, dann mit Erlaubniß des Raths, und jährlich auf gewisse Anzahl Scheffel Weitzen geschehen soll.*

Quin & in quibusdam bene constitutis civitatibus de confectione & venditione vini adusti certæ ordinationes latæ, quemadmodum Wittebergæ in Saxonia Electorali *die 4. Febr. Anno 1628.* factum, quod ad illustrandam hanc materiam verbotenus lubet apponere: *Wir Bürgermeister und Rath der Chur-Stadt Wittenberg, thun kund und zu wissen iedermänniglich Unsern Bothmässigen hiermit öffentlich, demnach der weyland Durchlauchtigste, Hochgebohrne Fürst und Herr, Herr* Augustus, *Hertzog zu Sachsen, des Heiligen Röm. Reichs Ertz-Marschall und Churfürst &c. Unser gnädigster Churfürst und Herr, aus erheblichen und wichtigen Ursachen, Uns dem Rathe auf Unsere Stadt-Keller, als* in loco publico & privilegiato, *um besseren Aufsehens willen den Brandtewein-Schanck Anno 1568. um eine gewisse Pension gnädigst verstattet, und dargegen alle andere Brandtewein-Brenner in und ausser der Stadt abzuschaffen, bey damaligen Beamten gnädigst angeordnet; Ob nun zwar unter denenselbigen ihrer etliche zu Hof wider solche Abschaffung sich* supplicando *unterthänigst beschweret, und des Brandtewein-Schancks gleich Uns dem Rathe berechtiget seyn wollen, so hat doch Churfürst Christian der Erste, Christmildester Gedächtniß, auf unsern, wider der Supplicanten Suchen, begehrten und eingeschickten unterthänigsten Bericht es allenthalben, bey höchstermeldten Churfürst* Augusti *gnädigster Concession, vermöge eines an Dero vormaligen Amt-Schösser, Wolff Pragern, und Uns, den Rath,* sub dato *Dreßden den* 7. Decembr. Anno 1587. *ergangenen sonderbaren gnädigsten Befehliches, bewenden lassen, wie der Rath nunmehro über 60. Jahr* in possessione *solcher Gerechtigkeit geruhig verblieben und gelassen, und niemands, weder in, oder vor der Stadt, die Brennung des Brandteweins und Schenckung desselbigen ohne Unser, des Raths, Vorwissen verstattet worden. Diesem allen zuwider und ungeachtet in Churfürstl. Sächs. Constitution, und Anno 1595. und 1603. wegen übermässigen Brandtewein-Brennens öffentliche Mandata publiciret, solche 1612. in der Churfürstl. Sächs. Policey-Ordnung wiederholet, und überflüssiger Brandtewein-Schanck bey höchster Straffe verbothen worden, sich gleichwol eine ziemliche grosse Anzahl Personen befunden, und allgemach sich eingeschlichen, welche ohne Begrüssung der Obrigkeit, und Vergünstigung derselben sich des Brandtewein-Brennens und Schancks, auch Gäste Hauffen-weise in ihren Häusern zu setzen, als einer gantz Land-schädlichen Handthierung,* de facto *unterfangen dürffen, dadurch nicht allein vielen Leuten und Handwerckern zum Müssiggang, und allerhand Uppigkeit zu verüben, ihre Handwerck, Gewerb und Nahrung hindanzusetzen, Ursach und Anlaß gegeben, darüber in Armuth sich selbst gebracht, auch ihrer Leibes-Gesundheit mercklichen Schaden zugezogen, und, welches höchlich zu beklagen, an denen Sonn- und Feyer-Tagen in die Brandtewein-Häuser sich zusammen verfüget, die Predigten Göttliches Worts verlassen, allerhand Unglück bisweilen gestifftet, auch eine grosse Anzahl Getraydigt dadurch verderbet, und veröset worden. Als haben Wir, der Rath, mit den Churfürstl. Sächs. Beamten, welcher gestalt solchem verderblichen Handel in etwas doch gewehret, und derselbige, so viel zu geschehen möglichen, aufs engeste innerhalb der Stadt, und in der beyderseits Jurisdiction in den Vorstädten wohnhafftigen Unterthanen einzuziehen, heilsamen Rathschlag gehalten, und hierauf folgende Ordnung denenjenigen, so unter bemeldter massen von Uns solcher Handel zu verstatten rathsam erachtet, verfasset; und zwar erstlich haben wir die Churfürstl. Sächs. Beamten allhier Krafft ergangenen Befehlichs fleissig gebethen, wider ihre Amts-bothmässige Unterthanen in der Stadt, und bey hergebrachter* Possession vel quasi *solcher Gerechtigkeit zu schützen, und niemandes solchen Handel zu treiben und nachzulassen, darzu sie sich dann Amts halber williglichen erbothen, und wir darvor unterdienstlichen danckbar. So viel nun solchen Brandtewein-Handel belanget, ist einmüthiglich beschlossen, daß der Brandtewein hinfüro bey dieser Stadt von nichts anders als von lautern klaren Wein- oder Bier-Hefen, Hollunder oder Wachholder, Anis, und sonsten von keinem Getraydigt, wie das Namen haben mag, bey Confiscirung der Materien oder des Brandteweins, auch unser des Raths anderer ernstlicher Bestraffung, gebrannt werden soll.*

Wie auch und vors andere hinfüro niemandes in der Stadt der Brennung des Brandteweins bey Straffe 50. Rthlr. sich unterfangen soll, doch auf Unserm Stadt-Keller soll dem Schencken Rheinischer, einheimischer und ausländischer Brandte-

Brandtewein, Annis, Holder- oder Wachholder-Wasser, dem Apothecker Aqua vitæ *zu schencken unverbothen seyn. Jedoch daß unter den Sonntags- und Buß-Predigten solches eingestellet, und nicht verzapffet werde bey vier Silber-Schock Straffe, vor dem Schloß-Thore aber sollen ihrer drey, im Elb-Thore und Elster-Thore iedes Ortes nur eine einige Person, und zwar denenjenigen, so unter dem Amte saßhafftig, mit der Beamten Vorbewust, um gebührliche Pension, von uns dem Rathe zu brennen in den Häusern, Thoren und auf öffentlichem Marckt zu verkauffen, Kannen- Nössel- und Pfennig-weise zu verzapffen verstattet, und nachgelassen, auch iederman auf wiederruffen unser, des Raths, Schein darüber zugestellet werden, doch wollen Wir hiermit ernstlich allen denenjenigen, welchen solcher Handel zu treiben verstattet, verbothen haben, daß sie in den Häusern weder Sonn- oder Werckel-Tag, bey Straffe zum ersten mal zwey, zum andern mal vier Silber-Schock, einige Gäste zu setzen und zechen zu lassen sich unterfangen sollen, davon bey denen unterm Amt allein, halb dem Amt, die andere Helffte dem Rathe, des Raths Unterthanen aber die volle Straffe dem Rath allein verbleiben soll. Hierüber sollen auch diejenigen Personen alle Jahre bey uns dem Rathe um Verneuerung des vergönneten Brandtewein-Schancks anzusuchen, und unser, des Raths, Verboth, oder Nachlassung nach Gelegenheit der Person und Zeiten zu erwarten und nachzuleben, hiermit ernstlich auferleget seyn. Da entgegen aber vors dritte soll allen andern in- und ausserhalb der Stadt, sowol Fremden als Einheimischen heimlich oder öffentlich Brandtewein zu brennen, zu schencken oder damit zu handeln, bey Confiscirung der Blasen und des Guths, bey obiger Straffe eines vor alles gäntzlichen hiermit inhibiret und verbothen seyn. Zu Urkund und bester männiglichs Wissenschafft, haben Wir der Rath solche Ordnung verfaßt, unter Unserm und gemeiner Stadt Insiegel öffentlich hiermit publiciret und angeschlagen, der gantzen Gemeine auf dem Rath-Hause öffentlichen vorgelesen, auch ein Exemplar gleicher Gestalt ihren Bothmäßigern zu intimiren zustellen lassen, gegeben Wittenberg den* 4. Februarii Anno 1627.

Ex quibus patet confectionem & venditionem vini adusti de consuetudine in hisce locis hodie non cuivis esse licitam, sed a Magistratu certis personis pro annuo quodam canone solere concedi. Non ubivis tamen locorum hoc emolumentum ad Dominum Jurisdictionis spectat, quod ex Responso Dominorum Wittebergensium de dato *d. 25. Jul. Anno 1691.* videre licet. P. P. *Haben des in GOtt ruhenden Churfürsten zu Sachsen, Herrn Johann Georg des Ersten, Churfürstl. Durchl. hochsel. Andenckens, in dem Vererbungs-Briefe* sub A. Mevio *die Ober- und Erb-Gerichte, ingleichen des Postulirten Herrn* Administratoris *des Stiffts Merseburg Hoch-Fürstl. Durchl. in denen gnädigsten Rescripten* sub B. V. C. Titio *und* Sempronio *die Erb-Gerichte über unterschiedene im Amte Merseburg gelegene Dörffer, iedoch mit gewissen* Reservatis *concediret, und sonderlich besagtem Amte die dahin sonst gehörigen Frohnen, Lehn und Zinsen und dergleichen, sowol die Bothmäßigkeit über besagte Dörffer, so viel die Lehnen, Frohnen, Zinsen, und dergleichen betrifft, ausdrücklich vorbehalten, und es will Zweifel vorfallen, ob erwehntes Amt die Abzugs-Gelder sowol als den Brandtewein-Blasen-Zinß in denen ermeldten Dörffern annoch einzuheben befugt, nach mehrerm Inhalt eures Berichts und derer Beylagen. Wenn nun gleich die ordentliche unmittelbare Gerichts-Herren insgemein das Abzugs-Geld und Brandtewein-Blasen-Zinß einzubeben pflegen, und dieses* Jus detractus ad Regalia *nicht eben zu rechnen.* Mull. *Pract. Rer. Forens. March. Resp. 3. Hiernächst ist an dem, daß die Ober- und Erb-Gerichte* Mevio, *und die Erb-Gerichte* Titio *und* Sempronio, *theils* ob benemerita per donationem, *theils* titulo oneroso *gegen einen gewissen Erb-Zinß, und also* privative *concediret worden, dieses letztere auch desto beständiger daher zu schliessen, weil sie,* Serenissimi concedentes, *dem Amte nur in gewissen Fällen die Gerichtsbarkeit vorbehalten, und dahero eintziger* Concursus jurisdictionis *in denen* Casibus non exceptis *keinesweges zu erhärten. Demnach aber und dieweil die Abforderung des Abzug-Geldes und Brandtewein-Blasen-Zinß aus der Gerichtsbarkeit keinesweges nothwendiger Weise herfliesset, immassen sonsten alle und iede Gerichts-Herren dergleichen Gerechtigkeit, welches aber doch der Notorietät zuwider, sich zu erfreuen hätten, hiernächst beydes in denen gemeinen Rechten nicht gegründet, sondern bloß auf dem Herkommen und Gewohnheit beruhet, auch darüber nicht extendiret werden*

werden kan. Wehn. Obferv. Pract. sub voce *Nachsteuer; Ferner in denen gnädigsten Concessionen dem Amte alle seine Jura ausser denen Gerichten, und was denenselben anhängig, ausdrücklichen vorbehalten worden. So erscheinet daraus so viel, daß Mevius, Titius und Sempronius, Krafft habender Gerichten, des Abzug-Geldes und Brandtewein-Blasen-Zinses sich anzumassen, und dem Amte zu entziehen nicht befugt, im Fall sie aber sonsten dergleichen Gerechtigkeit beständiger Weise erlanget, sind sie dabey billig zu lassen; V. R. W.*

9 Exstante autem nulla prohibitione Magistratus vel consuetudine cuilibet confectio vini adusti erit licita: Quamvis enim quis per longissimum tempus solus certum negociationis vel artis genus exercuerit, inde jus non percipit alium excludendi: Res namque meræ facultatis, quales sunt *Brandtewein oder Essig brauen,* non præscribuntur *l. viam. ff. de via publica.* Gail. *2. Obs. 18. n. 5.* Cum Monopolia alias sint odiosa. Mevius *Part. 7. Decis. 267. & 268.*

10 Licet etiam civitas privilegio gaudeat de non vendendo cerevisiam extraneam intra milliare, hoc tamen non nocet ei extra civitatem, qui tabernam vini adusti, vel hydromelis &c. instituere velit, cum privilegia stricte sint interpretanda, prout præcedenti capite latius demonstratum est. Carpz. *P. 2. decis. 104.* Tabor. *de Jur. Cerevisiar. C. 3. §. 12.*

In erigendis Tabernis vini adusti etiam probe est observandum, ut furnus pro confectione vini adusti a muro vicini tribus pedibus ad minimum distet, prout in simili decisum invenimus in Jure Saxonico. Weichbild. *Art. 122. Back-Oefen, Heimlichkeiten und Schwein-Koben sollen 3. Fuß von dem Zaun stehen.* vid. *supra cap. 16. de Furnis.*


Qua de re propter periculum incendii 11
in civitate Francofurtensi ad Mœnum, ut confectio vini adusti extra urbem fiat, constitutum est. *Franckfurter Reformation P. 8. Tit. 5. n. 6. Die Brenn-Hütten zum Brandtewein, sollen allein in denen Vorstädten, an denen Orten, dahin sie von Alters her geordnet, und noch stehen, gestattet werden. Doch da iemand einen eigenen Garten in der Vorstadt hätte, so mit Mauren befriedet, und darinn an einem bequemen Ort, da kein Bau in der Nähe stünde, und man sich derohalben keines Unraths Feuers halben zu befahren hätte, eine Brenn-Hütten anrichten wolte; Deme sollen unsere Brau-Herren solches auf sein Ansuchen, nach eingenommener Besichtigung, zu erlauben Macht haben.*

CAPUT XXIII.

DE DECIMIS.

SUMMARIA.

1. *Decimarum Institutio, quoad substantiam est Juris Divini.*
2. *Quoad quantitatem vero Juris humani.*
3. *Decimæ quomodo definiantur?*
4. *Decimæ olim solis sacerdotibus solvebantur.*
5. *Postea in Feudum concedebantur aliis.*
6. *Pontifex Laicum capacem facere potest Juris decimandi.*
7. *Capaces etiam sunt Equites Melitenses, Ordinis Teutonici &c.*
8. *In terris Evangelicorum Jus decimandi multi Laici sibi vindicant.*
9. *Prælatis Evangelicorum licitum est Laicis decimas conferre.*
10. *Decimæ quibus debeantur?*
11. *Decimæ a quibus solvendæ?*
12. *Decimæ sunt vel prædiales, vel personales.*
13. *Decimæ prædiales quæ?*
14. *Personales quæ?*
15. *Mixta quæ?*
16. *Prædiales dividuntur in majores & minores.*
17. *Decimæ debentur de omni frumento.*
18. *Debentur toties in anno, quoties ager fert fructus.*
19. *Item quamvis diversa semina in agro spargantur.*
20. *Debentur etiam de Cannabe & lino.*


ad Lib. III. cap. 23. n. 90.
LLICA
ereZeche.
Lochstein zwischen fundgr. und unter nechsten Maas.
und
Lochstein zwischen ober 3. und 4ten Maas.
Lochstein zwischen ober 4. und 5. Maas
Ober= Stolln.
Mittel= Stolln.
Tieffer oder Erb= b= Stolln.
FIG. III.
ältere Zeche.
Jüngere Zeche.
Untere nechste Maas.
Fund grube
bere nechste Maas
d
Obernechste 2. Maas.
3te Maas
4te Maas.
i
a
a
a
e
g
f

21. *Quod & de rapis, oleribus, pisis &c. dicendum.*
22. *De Pomis & Pyris nullæ solvuntur decimæ.*
23. *Debentur & Decimæ in quibusdam locis de pastu animalium.*
24. *Item de Apibus.*
25. *Ut & de vino.*
26. *Item de Fœno, ligno &c.*
27. *Molendinis, Furnis, Metallis.*
28. *De Nucibus, Olivis.*
29. *Sacc haro, Lacte, Lana.*
30. *Item Venatione, Piscatione, Aucupio.*
31. *Mutata culturæ qualitas non mutat substantiam decimarum.*
32. *Si quis pro decimis per longissimum tempus pecuniam accepit, non prohibetur, si lubuerit eas in natura petere.*
33. *Præstandæ Decimæ in eo frumento, quod in cujusque agro procreatur.*
34. *Decimarius potest prohibere, ne fructus a fundo exportentur, nisi ipso præsente.*
35. *Quanto tempore fructus in agro debeant remanere?*
36. *Quando decimæ solvuntur in frumento, debet id fieri in præsentia Schulteti & Scabinorum.*
37. *Decimæ sponte in ædes Parochiani portandæ.*
38. *Novale quid sit?*
39. *Ad probandum Novale quid requiratur?*
40. *Decimæ Novalium ad quem pertineant?*
41. *Si ager Novalis inter duas Parochias situs, ad quam Decimæ pertineant?*
42. *In privilegio, quo quis eximitur a solutione Decimarum Novalium, non comprehenduntur Novalia, quæ tempore dati privilegii ab alio sunt possessa.*
43. *Decimæ an possint a Laicis præscribi?*
44. *Possunt etiam per transitionem tolli vel minui.*
45. *Decimæ etiam exspirant, si remittantur a Clerico, cui debentur.*
46. *Liberatur quis a Decimis, si seges bello aut clade corrupta.*
47. *Item si quis immunitatem impetraverit.*
48. *Si rustici certos modios frumenti pro decimis solvant, an teneantur præstare hanc summam, si fructus sint minores?*
49. *Fructibus non natis nullæ debentur Decimæ.*
50. *Quando tempore belli animalia hujus Parochiæ fugiant ad aliam, & ibi pariant, cui Parochiæ Decimæ solvendæ?*
51. *Sacerdotibus, qui non præstant officium, nullæ sunt solvendæ decimæ.*
52. *Decimæ Prædiales non solutæ an sequantur possessorem Prædii.*
53. *Decimæ de Domini & Coloni partiarii portione solvendæ.*
54. *Catholici ex territoriis Evangelicorum, & hi vicissim ex terris Catholicorum decimas recte petunt.*
55. *Si unus alteri neget decimas, Juri retorsionis erit locus.*
56. *Decimæ an tributis onerari possint?*
57. *Causæ Decimarum an pertineant ad Judicia Ecclesiastica?*

1 Decimarum institutio quoad ejus substantiam, ut scilicet ministris Ecclesiæ alimenta præstentur, est juris divini moralis; Quemadmodum Abrahamum & Jacobum ante Legem scriptam decimas persolvisse legimus *Gen. 14. & 28.* Quin & apud Ethnicos decimas oblatas Diis, Plin. *Lib. 19. c. 15.* refert, quasi earum obligatio & solutio quodammodo nobis insit naturaliter prospectu Divini Cultus: Ut hinc mirum non sit, si & decimæ apud Christianos lege & usu
2 receptæ sint. Quod vero quotam decimarum attinet, illius determinatio est Juris humani, videmus enim in quibusdam locis interdum octavam vel duodecimam, interdum vigesimam, tricesimam aut quadragesimam partem esse, cum pro consuetudine loci decimæ præstentur, P. Laimam. *Theol. mor. L. 4. tr. 6. c. 2.* Dissentit Brunnemannus, Decimasque Juris Naturæ esse, tradit *in Jur. Eccles. L. 2. C. 6. n. 2.*

Possunt autem Decimæ hodie ita describi, quod sint pars decima omnium 3
eorum, quæ quis licite quavis ex causa adquisivit Ministris Ecclesiæ exsolvenda, *Cap. 5. cum seqq. X. de Decim.* ubi cavetur, ut de fructibus terræ, veluti de vino, grano, fœno, de leguminibus, de fructibus arborum, hortorum, pecorum, item de lucro negotiationis, militiæ, venationis, ac generaliter de omnibus quæsitis decimæ pendantur Ecclesiarum Ministris, conse-

quenter & de proventibus molendinorum, melle apium, de captu piscium & similium, *dd. cap.* item de mercede elo-
4 catarum ædium *c. pen X. de pact.* Decimæ vero ex institutione divina olim solis sacerdotibus solvebantur, *Num. c. 18. c. 26.*
5 *de Decim.* Postea vero a Pontifice, Episcopis & Abbatibus concedebantur in Feudum Principibus, Nobilibus aliisque Laicis, propter obsequia præstita in Ecclesiæ defensionem, aut alia in eam collata beneficia, aut etiam per modum subsidii propter imminentes necessitates, ad resistendum infidelibus, hæreticis, aliisque invasoribus Ecclesiarum *1. Feud. 6. Land-Recht L. 2. Art. 58.* Zoes. *ad Tit. X. de Decim.* Quod tamen postea Episcopis aliisque Clericis præsertim ab Alexandro III. in Concilio Lateranensi fuit prohibi-
6 tum. Summum vero Pontificem Laicum capacem facere posse Juris decimandi docet Panormit. *in cap. 7. X. de Præscript.*
7 Dein admittuntur etiam in Jus decimandi Laici conversi: Quales sunt Equites Melitenses, Hospitalarii & Teutonici Ordi-
8 nis. Verum cum in Terris Evangelicorum Principum & Statuum Imperii, post reformationem, longe aliam faciem decimæ sortitæ sunt, nec omnia, quæ de iis ut rebus spiritualibus in Jure Canonico constituta, iisdem peræque applicari queunt, videmus passim Principes & Status Imperii, ut & Civitates & Nobiles aliosque Plebejos jus decimandi consuetudine, præscriptione vel aliis modis sibi tribuere.
9 Mev. *P. 8. Dec. 66. n. 3.* Multo magis igitur nostri Prælati, qui Pontificem non agnoverunt, poterunt ex justa causa ad utilitatem Ecclesiæ Decimas Laicis conferre, præsertim cum Decimæ, quatenus Decimæ, non debeantur Ecclesiis, Juri Naturali vel etiam divino N. T. sed salarium Ministris Ecclesiæ debetur, quod sive decimarum præstatione, sive alio modo suppeditetur, nihil interest; Struv. *Syntagm.*
10 *Jur. Feud. Cap. 6. Aph. 4. n. 3.* Debentur regulariter Decimæ Parochialibus aut Ministris verbi Ecclesiæ Cathedralis aut Collegiatæ, quia est pars salarii ministrorum verbi divini, Meichsner. *L. 1. Dec. n. 22. 10.* exceptis paucis casibus, ubi Episcopo debentur. Monet. *de Decim. c. 7.*
11 *n. 19. & sequ.* Tenentur vero ad Decimas suorum prædiorum omnes sine distinctione, ipse Princeps, Wammes. *Cons. 440. n. 6.* Ecclesia, Clerici, Monachi, Nobiles etiam ex Prædiis Feudalibus & Judæi. Brunnemann. *in Jure Eccles. L. 2. c. 6. n. 12.*

Decimæ autem communiter dividun- 12
tur in Prædiales, & Personales. Prædia- 13
les sunt, quæ ex fructibus Prædiorum, ut de vino, frumento & aliis fructibus solvuntur. Personales sunt, quæ ex proventi- 14
bus propria cujusque solertia & industria quæsitis, ut de negotiatione, artificio, militia & similibus solvuntur. Sed de Personalibus Decimis, inquit P. Laymannus *Theol. Moral. Lib. 4. Tr. 6 c. 1 n. 4.* sollicitos nos esse non oportet, cum eæ ferme ubique per desuetudinem abolitæ sint. Alii addunt mixtas decimas, quæ 15
ex animalium fructibus, velut lana, fœtu, lacte, caseo, &c. præstant, alii eas ad prædiales referunt, nec inepte, cum non nisi in prædiis animalia ejusmodi haberi possunt. Dn. Ziegler. *ad Lancell. L. 2. T. 26.*
§. 3. Solent quoque vulgo decimæ Præ- 16
diales dividi in majores & minores, sive minutas. Majores sunt, quæ ex frumento, vino, oleo aliisque ejusdem generis penduntur. Minores sive minutæ, quæ ex hortis & partu animalium præstantur. Zoes. *ad Tit. X de Decim. n. 14* Werndle *vom Zehend-Recht L. 3. c. 7.* Ubi infert, *daß derjenige so auf gewissen Güthern den grossen Zehend præscribiret hat, kan auf denselben Güthern auch hernach den kleinen Zehend einfordern, im Fall iemand anders desselben kleinen Zehends daselbst nicht in* possessione *und Inhabung ist.* Textus *in cap. cum in tua X. de Decim.* Rebuff. *quæst. 14. n. 23.* Debentur autem 17
Decimæ de omni grano, non saltim secali, *vom Rocken*, sed etiam de alio quocunque frumento, ut est triticum, hordeum, avena, *Cap. 3. cap. 22. X. d. Decim.* Et vulgo hinc 18
tradunt, si ager bis vel pluries in anno fert fructus, toties solvendas esse decimas, quin & ex omnium fructibus, si diversa 19
semina in eodem spargantur agro, cum Decimæ sint pars stipendii Ministrorum Ecclesiæ, quod tanquam favorabile potius amplificandum, quam restringendum. Carpzov. *Jurispr. Consist. L. 1. Def. 131.* Quia & Cannabis & Linum ex agricul- 20
tura procreantur, & pro fructibus agrariis habentur, nequaqaum ab onere decimarum eximi debent, tum quod ex omnibus ejusmodi fructibus solvuntur decimæ, *cap. 21. X. de Decim.* Tum quod ex cannabe & lino vestimenta texuntur, quæ procul dubio nomine alimentorum & victus

victus sunt comprehensa. *Decret. Synodal. Elect. Sax. de Anno 1624. §. Ob auch zwar. vers. daß von dem, so den Sommer über an Flachs, Hanff &c. auf den Zehend-Feldern erwächset, der* Decem *unweigerlich soll gegeben, und dem Pfarrer und* Custodi
21 *darzu schleunig verholffen werden.* Quod & propter rationis identitatem de rapis, brassicis, & oleribus, ervis sylvestribus, pisis, fago, pyro, milio aliisque ejusmodi fructibus agrariis dicendum est, *per allegatum Decret. Synod. Daß von alle dem, so den Sommer über an Erbsen, VVicken, Flachs, Hanff, Hirse, Heide-Korn, Kraut, weissen und gelben Rüben, Zwiebeln und andern auf den Zehend-Feldern, oder auch aus denselben gezogenen Kretzt-*
22 *Gärten erwächset, &c.* De pomis tamen, pyris aliisque arborum fructibus haud solvuntur decimæ in hisce terris, nisi aliud consuetudine loci receptum probetur: In præstandis enim Decimis non tam sanctiones Pontificum, uti hoc vult *cap. 22. X. de Decim.* quam consuetudo attendi debet *cap. 8. cap. 20. cap 32. §. ult. X. de Decim.* Rebuff. *de Decim.* Et de fructibus arborum in hisce locis nullas decimas solvi, usu obtinere testatur Carpzov. *Jurispr. Consist. L. 1. Def. 134.* vide Brunnemann. *in Jure Eccles. L. 2. c. 6. §. 13.*
23 qui improbat hanc consuetudinem. Præterea in quibusdam locis decimæ solvuntur de partu animalium, *Haus- und Lämmer-Zehend, Suppl. Consf.* Klock. *Consf. 1. n. 154. von Geiß-Zehenden.* vid. Martin. Krautmann. *vom Zehend-Recht, p. 69.* ubi notanter in illo loco Decimæ solvi debent, ubi animalia pascuntur, Rebuff. *de Decimis 90. 6. n. 25.* Nec ex fœtu Decimæ solvi debent priusquam eousque nutritus, ut lacte materno non amplius indigeat. Vinc. de Franchis *Decis. 114. Vom Enten-Zehenden.* Krautmann *vom*
24 *Zehend-Recht. d. p. 69.* De apibus & fructu earum, videlicet de cera & melle, non vero de examinibus aut de alveis.
25 Rebuff. *de Decim. quæst. 8. n. 25.* Debetur etiam Decima de vino. Rebuff. *de*
26 *Decim. quæst. 6. n. 35.* Item de fœno. *Supplem. Consf.* Klock. *Consf. 1. n. 152.* ubi tradit, pro Decima fœni invito Actori pecuniam non esse præstandam: de lignis, videlicet, ut ex decem fasciculis decimus solvatur Curato illius Parochiæ; ubi ligna creverunt: & si sit lignum ex sylva cædua, debetur quando lignum cæditur; Ex ligno vero magno decimum, vel ex pretio

decima pretii pars. Item de Molendinis, 27
de Furnis, de Metallariis, Lapidicinis. Ubi tamen semper consuetudo loci venit attendenda. Rebuff. *d. quæst. 8. n. 26.* Inter res decimis obnoxias recensentur etiam Nuces, Amygdalæ, & Castaneæ, olivæ, Folia 28
mororum, Tabacus, Blum *vom Zehend-Recht Cap. 16.* Saccharum, Pisces, ita ut decimus Carpio debeatur, & si piscina in Pratum convertatur, decimus acervus fœni. Blum *vom Zehend-Recht Cap. 19.* Ut & Lac, Lana. Item venatio, aucupium, Pa- 29
scua, Ligna, Barbosa *Jurispr. Eccles. Lib. 3. c. 36. § 1 n. 1. seqq.* Mutata autem cul- 30
turæ qualitas non mutat substantiam decimarum, & licet de una specie, nempe de 31
frumento tantum conventum fuerit, tamen ubi illud non seritur, nec crescit amplius, sed alia species successit, eadem tamen est decima, nec diverso Jure censenda, per *l. C. commissum. X. de Decimis.* Sic Pastores nostri de Prædiis illis, in quibus olim habuerunt *die Heu-Zehend,* nunc autem mutata colendi ratione frumento satis, *den Korn-Zehend,* seu decimas frumenti optimo jure petunt & percipiunt. Myler. *de Princ. & stat. Imp. c. 70.* Mev. *P. 9. d. 68.*

Si quis pro decimis per longissimum 32
tempus pecuniam acceperit, tamen non prohibetur postea, si libuerit, eas in natura petere; Si enim per mille annos eadem quantitas quotannis soluta receptaque fuerit, tamen ubi jus decimandi certum est, potest decimatio ita fieri, ut juri decimandi convenit, per quod in arbitrio decimantium est, fructuum partem, an pro ea pecuniam accipere velint: cum enim hoc meræ facultatis arbitriique sit, ideoque nulla præscriptione tollitur vel excluditur: Quod multo minus in decimis locum habet, quarum tantus favor est, ut in eam imminutionem nulla præscriptio admittatur. *C. causam. X. de Præscript.* Mev. *P. 8. Dec. 66.* quod procedit nisi alius habendi titulus appareat, vel etiam adest, cur abdicatam facultatem ad ipsas decimas redeundi præclusam putare licet, Mevius *P. 9. D. 70.*

Præstandæ autem sunt decimæ frumen 33
ti, in frumento eo, quod in cujusque agro ex cultura sua procreatur, *so gut es ihme gewachsen;* caveant ergo Parochiani, ne in mora præstandarum decimarum reperiantur, nec quoquo modo eas imminuant, quod sit, quando frumentum in glumas &

lolium convertitur, cum decimæ ſint pars non minima ſalarii Miniſtrorum Eccleſiæ. Ordin. Eccleſ. Elect. Sax. *Art. gen. 21. verſ. Damit man ſehe, daß ein ieglicher tüglich Geträydigt, und ſo gut es ihnen gewachſen, und ſie ſelbſten ſäen wollen, unausgeſondert erlege.* Cum quo conſentit Mandatum EpiſcopiBambergenſ.Decimas concernens, *de Anno 1628. Den Zehenden nicht zu verweigern noch aufzuhalten, ſondern ein ieder ſeinen gebührenden Zehend, es wäre dann an etlichen Orten die zwantzigſte oder dreyßigſte Garb, oder ſonſt ein anders wiſſentlich und unſtreitig herkommen, an allerley Früchten, es ſey wie obſtehet, an Wein, Geträyde, Schmal- Saat,* (Werndle *de Decimis pag. 54. nennets Aber-Saat,*) *Kraut, Rüben, Hanff, Flachs, Zwiebeln und dergleichen, Heu oder andern, groß oder klein, todten oder lebendigen, zu Dorff und Feld, nichts ausgenommen, ohne einige Gefahr, Schmählerung und Widerſetzung, gehorſamlich und gutwillig reiche und gebe, und da die geordnete Zehend- Beſtändner oder Sammler nicht iedesmal vorhanden, doch den rechten Zehenden im Felde liegen und*
34 *bleiben laſſen.* Hinc Decimarius, ſive is ad quem decimæ jure proprio ex fundo, pertinent, ut Parochus, vel cui per inveſtituram competunt, aut ex jure ceſſo habet, poteſt prohibere, ne fructus a fundo exportentur, niſi ipſo monito, ut videat eorundem fructuum deſcriptionem fieri. Marc. Anton. *in Prax. Archi-Epiſc. Cur. Neapolit. c. 79.* Tiraquell. *de Retract. Lignag. § 1. Gloſſ. 7. n. 38.* Et hoc vult Sereniſſ. Elector. Saxoniæ in Ordin. Eccleſiaſt. *Art. 22. in pr. verb. So ſoll zu Vorkommung deſſelben keiner, der dem Pfarrer oder Kirchner Zehend zu geben ſchuldig, etwas von dem Zehend-Acker heimführen, er habe denn dem Pfarrer ſolches zuvor vermeldet, und ihme den Zehenden nach rechter Anzahl des Gewächſes überliefert und zugeſtellet.* Idque repetitum in Decreto Synodali *de Anno 1624. §. wenn auch keiner.* verb. *Er habe es denn zuvor dem Pfarrer oder Kirchner zu wiſſen gethan, und ihme ihren Zehend an tüchtigen guten Garben unvortheilhafftig entrichtet.* Poſſunt & Clerici propria autoritate cuſtodes in agris apponere & prohibere, ne fructus ex agris detrahantur prius, niſi ſoluta antea decima. Barboſa *de Imp. Eccleſ. L. 3. c. 26. §. 1. n. 42.* Ita erat in Sicilia antiquitus conſcripta illa Hieronica Lex, de qua Cicero *Act. 3. in Verrem.* ut neque in ſegetibus, neque in areis, neque in horreis, neque in amovendo, neque in aſportando frumento, grano, vino, poſſet arator ſine maxima pœna fraudare decumanos: Et in Gallia extat conſtitutio Franciſci Regis hac de re, ne fructus ante collectam decimam exportentur *Lib. conſt. Regn. p. 610.* Et talem conſuetudinem relinquendi decimas in agro, antequam fiat aliqua fructuum ſeparatio, extare ac de jure ſubſiſtere tradiderunt Monet. *de Decim. c. 6. n. 7.* Vivius *L. 1. Dec. 4. n. 8.*
Quanto tempore vero fructus debeant 35
remanere, dubitatum in Senatu Pedemontano, tandemque deciſum, per duodecim horas diurnas gerbas eſſe retinendas in fundo poſt illarum inciſionem ad effectum deſcriptionis, quo tempore elapſo & monito decimario impune liceret fructus reducere, relicta in agris decima, & ita judicatum refert Gaſp. Ant. Theſſaur. *L. 1. Quæſt. 9.* Quoad vinum vero obſervari ſolet, ut doliorum capacitate æſtimata, antequam eruatur vinum, decimarius ſive exactor ad id deputatus moneatur ſaltem per biduum ante extra-
ctionem, Theſſ. *d. l. n. 2.* Quando loco 36
decimæ ſolvitur frumentum trituratum, *an Körnere*, fallaciis & fraudibus ut occurratur, conſtitutum in hiſce terris, ut in præſentia Schulteti & Scabinorum Decimæ Miniſtris Eccleſiæ admetiantur; ita Sereniſſimus Saxo *in Ordin. Eccleſiaſt. artic. gener. 2.* verb. *Und allda in Beyſeyn der Richter oder Heim Bürger gemeſſen werden, damit man ſehe, daß ein ieglicher tüglich Geträydig, und ſo gut es ihme gewachſen, und an rechten Maaß erlege.* Et in Decret. Synod. *de Anno 1624. § Neben dem. verſ. und im Beyſeyn des Richters, Schöppen oder Heim- Bürger, ſo gut die Leute es auf ihren Aeckern erbauen, und es auſſäen wollen, erſchütten laſſen.* Scil. quia autoritas Judicialis omnem fraudis & fallaciæ præſumtionem excludit. *Cap. in præſentia 6. X. de renunciat: l. 1. C. de Præd. & al. reb. minor.*

Solvendæ autem ſunt decimæ ſponte 37
antequam petantur; Panormit. *in cap. pervenit. X. de Decim.* Petr. Rebuff. *de Decim. Quæſt. 12. n. 7. & ſeqq.* Et quod plus eſt, parochiani ad ædes miniſtrorum Eccleſiæ eas portare adſtricti ſunt, 1) *per text. in c. revertimini ad me*, verb. Ecce annus expletus eſt, & nihil in meos theſauros, ſed in

in vestra horrea comportastis &c. Et postea: Hortor vos atque commoneo, ut inferatis decimas in horrea, h. e. in thesauros templi, & habeant Sacerdotes atque Levitæ, qui mihi ministrant, cibos &c. *caus. 16. quæst. 1.* 2) Estque ratio hujus rei haud obscura: nam decima est quædam oblatio; Quis vero nescit, oblationem sponte dari, antequam petatur? Joh Azor. *dict. cap. 7. §. Decimo septimo quæritur.* 3) Quo & facit sanctio expressa in Ordinat. Eccles. Saxon. *art. general. 21.* in verb. *Was man dem Pfarrer und Schreibern auf den Dörffern vom Korn und Hafer zinset, soll alles in des Pfarrers und* Custodis *Haus auf einen Tag gebracht werden &c.* Et in Decreto Synodali *de Anno 1624. §. Neben deme soll die Obrigkeit*, vers. *den Dörffern aber des Pfarrers und* Custodis *Zins-Getraidig in ihre Häuser auf einen Tag bringen &c.* Vid. Carpzov. *Jur. Cons. Lib. 1. Def. 135. & 136.*

38 De Decimis autem Novalium cum sæpius habeatur quæstio, sciendum, quod Novale de Jure Canonico sit ager nunc primum præcisus *c. 1. X. de V. S.* de Jure civili est terra præcisa quæ anno cessavit *l. 30. §. novalis ff. de V. S.* sed Juris Canonici magis propria est significatio, ubi de decimis agitur. Describitur Novale a Joh. Werndle *vom Zehend-Recht L. 4. c. 1. Ein neu Reut ist nichts anders denn ein Grund und Boden, so zum erstenmal aufgebrochen ist, als da man reutet, das ist, Gestäud, Reiß-Werck*, item *Baum, oder alte Stöcke, Stein, Wurtzeln, und dergleichen ausgräbet, ausbrennet, ausreutet, und denn solches aufbricht, und anbauet.*

39 Ad probandum autem Novale non sufficit, quod terra illa antea inculta fuerit, sed quod etiam ex illa nihil fuerit solutum, neque etiam debitum nomine Decimarum. Unde si pascua, prata, sylvæ, nemora redigantur ad culturam, non mutata earum terrarum natura quoad decimas, quæ semper illi persolvendæ sunt cui ante culturam solvebantur, Rebuff.

40 *de Decim Quæst. 14.* Quando igitur quæritur, ad quemnam decimæ Novalium pertineant? Distinguendum inter Jus Canonicum & Jura Consuetudinaria. Jure communi Canonum Decimæ Novalium, si ager intra Parochiam aliquam situs sit, haud dubie ad Parochum spectant. Quod si vero Novale in nulla limitata Parochia existat, Ecclesia Episcopalis sive Cathedralis, vel ejus nomine Episcopus, in cujus est diœcesi, jure sibi eas vendicat. Jure consuetudinario vero decimæ Novalium vigore Juris superioritatis & territorialis ad Principes & Status Imperii Seculares pertinent. Besold. vocab. *Neubruch; ibique* Dither. *Was wegen Einziehung der Noval-Zehenden zu Regenspurg Anno 1594. vor ein* Gravamen *einkommen.* Quia enim Principum sunt loca deserta *per tot. tit. C. de omni agr. des.* hinc si ad culturam redacta sint, decima pars fructuum Principi loco vectigalis pendi solet. Alciat. *ad L. sylva. 30. §. Novales 2. ff. de verbor. signif.* Besold. *Cons. 233. n. 25.*

Imo contra Cleri prætensiones quoad decimas Novales jam olim conquesti sunt Principes & Status Germaniæ, quando gravamina sua contra Clerum in comitiis Noribergensibus. *Anno 1522.* obtulerunt, Vid. Hartm. Hartmanni. *Practicar. Observat. Lib. 2. Tit. 53. obs. 10. n. 2.* Gylman. *Symphoremat. supplicat. Tom. 1. P. 1. Tit. 2. Vol. 1. n. 35.* Alia est ratio agrorum incultorum quidem, sed de quibus abunde constat, quod decimæ Ministris Ecclesiæ aliquando exinde fuerint præstitæ; in quibus agris tradente Dn. Stryck. *ad Brunnem. Jus. Eccles. L. 2. c. 6. §. 9.* in Marchia Brandenburgensi beneficii loco indulta pastoribus, ut partem illorum accedente autoritate Magistratus occupare, & in compensationem decimarum sibi debitarum colere possint. Qua de re cautum in Recess. Provinc. March. *de Anno 1653. §. 8.* In Saxonia vero Electorali aliud obtinet. *Neue Erledigung der Lands-Gebrechen. §. 21.* Verbis: *Befehlen dabey allen Beamten, und andern Gerichts-Herren ernstlich, dahin sorgfältig zu seyn, damit die wüsten Aecker weder von Geistlichen, noch von ihnen selbsten oder andern Leuten, unter dem Vorwand des* Decem *oder anderer Forderung (allermassen, einkommenden Klagen nach, hin und wieder geschehen seyn solle,) ausgesauget, oder die Höltzer auf wüstliegenden Güthern abgetrieben, und solchergestalt die künfftige Annehmere abgeschrecket, sondern vielmehr solche Güther in einem leidlichen Zustande erhalten, und desto eher an einen Mann befördert werden mögen, ehe aber zum zwey und zwantzigsten solche wüste Güther an einen Mann gebracht werden, sollen zwischen den Beamten, Gerichts-Herren und Geistlichen die* Fructus Naturales, *und was*

Kkk k 3 *sonsten*

sonsten davon zu nutzen, pro rata *gethei-let werden &c. Jedoch dabey Unsere Verordnung* Edicti de dato 19. Novembr. Anno 1659. *in acht genommen, auch andere benachbarte Unterthanen weder bey besag-ten Beamten, Gerichts-Herrn oder Pfar-rer, diese wüste Güther der Gefälle und* Contribution *halber zu übertragen nicht angehalten werden.* Circa Novalia tan-dem notandum, quod in instrumento Pa-cis *de Anno 1648. Tit. 5. §. 15.* Jus deci-mandi ex agris Novalibus etiam in alieno territorio salvum remansit, modo die primo Januarii Anno 1624. quis in pos-sessione fuerit. In aliis decimis Novali-bus res relicta est dispositioni juris com-munis, receptæ consuetudini, & pactio-nibus desuper initis.

41 Sed quid juris, si novalis ager non unius Parochiæ vel districtus sit, sed inter Paro-chias duas situs, utri earum decimæ no-valium debentur? Et recte respondet Rebuff. *de Decim. quæst. 14. n. 4.* quod utrique Parochiæ pro ratione limitum, ut si v. g. limites unius Parochiæ protendunt se ad tres partes Novalis, huic tres partes decimarum cedunt, reliqua vero pars quarta alteri Parochiæ, *arg. §. Insula*
42 *Inst. de R. D.* Præterea animadverten-dum est in privilegio, quo quis eximitur a solutione decimarum novalium, non comprehendi Novalia, quæ tempore dati privilegii erant ab alio possessa. *c. 13. X. de Privileg.* idque ne alteri præjudicetur, Canis. *de Decim. cap. 11.* Et qui in alieno præscripsit decimas, non propterea per-cipit decimas ex Novalibus *cap. 29. h. t.* Unde hanc theoricam elicit Panormita-nus *n. 5.* quod præscriptiones certorum jurium de præsenti non extendantur ad futura omnino consimilia juribus præsen-tibus præscriptis, Brunnem. *in Jur. Eccles. L. 2. c. 6. n. 9.*

43 Decimas etiam vel ex parte, vel in totum, præcedente justo titulo, quadra-ginta annis, vel absque titulo imme-moriali tempore a Laicis posse præscri-bi, communiter tradunt Dd. *per cap. 1. de præscript. in 6to.* Lessius *de Just. & jur. disp. 62.* Werndle *de Decimis L. 3. c. 7.* Moneta *de Decimis c. 5. quæst. 5. n. 105.* Bonacina *Disp. ult. Quæst. 5. Punct. 5. Præposit. 2. n. 6.* ubi ait, quod particulares personæ per legitimam præ-scriptionem immunes fieri possint a de-cimis tempore immemoriali, vel spatio 40. annorum, interveniente titulo pro-babiliter præsumto. Plura de præscri-ptione decimarum vid. apud Gilken. *de Usucap. & Præscr. P. 3. c. 8.* Besold. *P. VI. Cons. 182.* ubi in fine addit, ita judi-catum esse, in Consistorio Constantiensi, imo in toto orbe servari, ut possint de-cimæ certorum bonorum præscribi, Piase-cius *in Praxi Episcop. fol. 335.* Everhar-dus Sen. *Cons. 183.* Requiritur tamen, ut præscriptio sit specialiter de singulis deci-marum speciebus probata, nam in uno genere frugum probata præscriptione non est probata in cæteris. Wammes. *Cons. 441. n. 24.*

Quod etiam transactione tolli, vel sal- 44
tem imminui possit præstatio decimarum, probat Textus *in c. 2. & c. veniens 6. X. de transaction. & in c. ex multiplici 4. X. de Deci-mis.* Idque non tantum ubi Clerici inter se transigunt, sed si cum Laico sit facta transactio, *d. c. 2.* & ibi Bernardus *in fine glossæ ibid.* & Hostiensis, & facit Textus *in c. 2. X. de his quæ fiunt a Prælat.* dummo-do auctoritas Episcopi vel Summi Pontifi-cis transactioni accesserit, alioqui trans-actio perpetua non est, sed personalis, hoc est, personam clerici transigentis non ex-cedit dictis juribus: Nam cum in aliena-tione rei Ecclesiasticæ; qualis est & trans-actio, *l. non solum 4. c. de prædiis & aliis rebus*, regulariter consensus & subscriptio Capituli, si Ecclesia est Cathedralis, *c. sine exceptione. 12. quæst. 2.* sin inferior Ecclesia, Episcopi assensus *c. placuit eod. quæst. 2.* necesse est, & in transactione perpetua ejus auctoritas interveniat *d. c. 2. & d. c. 1. ve-niens.* Sed in Monasteriis, quæ conven-tum habent, hoc amplius est, ut transactio etiam temporalis de decimis iniri non possit, nisi & consensus saltem tacitus ipsius Conventus accedit. *c. continebatur. 2. X. de his, quæ fiunt a Prælat.* & *c. 2. de rebus Ecclesiæ non alienand. in Clement.* Idem communiter obtinet & in aliis Præ-latis, ut non minus hi in transigendo capi-tuli sui consensum adhibere teneantur *c. 3. & ibi* Panorm. *n. 3. eod. tit. de transact.* Licet enim prælatus a Jure generalem administrationem habet in rebus ecclesiæ suæ. *c. 2. X. de donat.* non tamen ea con-tinetur transactio, quæ quædam alienatio est, *l. mandato generali 60. ff. de procura-tor.* juncta dicta *l. non solum.* Ubi tamen meminisse oportet, quod transactio in decimis ita demum procedit, si in vicem compen-

compensationis nulla res temporalis intervenit, veluti si simpliciter agri certi utrinque assignentur *d. c. 2. de transact.* vel ne decimæ ex quibusdam agris præstentur, *c. 3. X. de decimis.* Nam ut pecunia, aut alia res pretio æstimabilis transactionis nomine detur, Jure improbatum est *c. fin. X. de rerum permutatione.* optima sane ratione, quia & decimæ inter immobilia numerantur, cum firmum & fixum habeant subjectum, semperque in actu permaneant. Besold. *P. 2. Consf. 47. n. 9.*

45 Est & modus exemtionis a Decimis, si remittantur a Clerico cui debentur, vel ratione paupertatis, vel scandali vitandi causa, exemplo Divi Pauli *Actor. 20. circ. fin. & 2. ad Corinth.* Canis. *de Decim. c. 17. n. 18. & 19.*

46 A præstatione Decimarum liberatur etiam aliquis, si seges bello aut clade corrupta, tunc enim non debentur. Panorm. *in cap. 4. h. t.* Basil. *Vol. 3. Disp. 6. §. 7.*

47 Item si quis immunitatem impetraverit, quæ est specialiter probanda nec præsumenda. Wammes. *Consf. 441. n. 3.* Quam immunitatem tamen a decimarum solutione per viam privilegii ab Episcopo non posse concedi asserunt Dd. Rebuff. *de decim. Quæst. 5. n. 28.* Fagund. *ad Præc. 5. Eccles. L. 2. c. 4. n. 6.* Sed hoc ob illam rationem, quia Episcopo contra Papam vel Concilium non permittenda dispensatio. Verum apud Protestantes, ubi Jura sacrorum Superioritati territoriali annexa, nullum est dubium concessioni immunitatis a decimis locum esse, si aliunde sustentationi Ministrorum Ecclesiæ abunde prospiciatur. Ejusmodi tamen immunitas ad Novalia non pertinet, sed stricte de præsentibus decimis explicanda. Guttierrez. *l. 2. c. 21. n. 130.*

48 Cæterum quæri solet, an Rustici, qui a Decimatore fructus Decimales pro certo numero scapharum aut modiorum, verb. grat. pro decem vel duodecim, sibi comparant, teneantur præstare hanc summam taxatam, si fructus percepti minores sint? Quod affirmatur, cum enim crescentibus & auctis fructibus non augetur decima, etiam diminutis iis non diminuetur. Manz. *in peculiari dissertatione de defectu fructuum & redituum p. 215. ubi & p. 214.* tractat, an clericis permittendum, ut ipsi decimam partem fructuum pendentium, & a Domino prædii neglectorum, demetant.

Fructibus autem non natis vel perceptis, nullæ debentur decimæ. *Vol. 3. Disp. Basil. 6. 7 §. 6. & 7.* Quando tempore belli animalia hujus Parochiæ fugiant ad aliam & ibi pariant, tunc decima est solvenda Parochiæ, a qua fugerunt. Boer. *Dec. 13. n. 54.* 49 50

Sacerdotibus, qui non præstant Officium, non esse solvendas decimas tradit Werndle *vom Zehend-Recht, p. 2. c. 7.* Cum beneficium detur propter officium *c. fin. de rescript. in 6to.* ubi enim nulla opera laboresque nulli, ibi nullæ mercedes, & ubi nulla militia, ibi nullum stipendium esse debet: Nam teste D. Gregorio, ille solum qui Ecclesiasticis inservit, Ecclesiastica remuneratione gaudere debet: *C. consului. Distinct. 79.* Et qui in labore & servitio est, ille sine mercede, præmio & recompensatione condigna stare non debet, *l. charitatem 12. Quæst 2.* ubi dicitur, quod justum sit, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. 51

Controvertitur etiam, utrum decimæ Prædiales non solutæ sequantur possessorem Prædii. Finge Titium eundem fundum transtulisse in Mevium, hic igitur quæstionis est, utrum Mevius decimas ejusdem fundi ante non solutas Ecclesiæ inferre cogatur? Nam certum est, solummodo Titium cogendum esse propter fructus fundi a se perceptos; non vero Mevium, ad quem fructus non pervenerunt. Quare si fructus apud Titium adhuc extant, recte is convenitur condictione ex Canone, quo sc. decimæ introductæ sunt, *l. un. ff. de condict. ex leg.* aut si consumti sint, condictione sine causa, vel injusta causa *l. 3. c. de condict. ex leg.* Nec his refragatur textus *in L. 7. ff de Publican. in l. 2. & 3. c. sine Cens. & reliqu.* Quibus locis possessores fundi tributarii conveniuntur etiam quoad tributa ante non soluta? verba *d. l. 7.* hæc sunt: Imperatores, Antoninus & Verus, rescripserunt, in vectigalibus ipsa prædia, non personas conveniri, & ideo possessores etiam præteriti temporis vectigal solvere debere; Nam alia hujus rei ratio est, quod fundi affecti sint onere vectigalium vel tributorum ex dispositione Juris, atque idcirco cum eodem onere transeunt in novum possessorem juxta *l. 67. ff. de contrahenda emtione & venditione.* At decimæ non ipsos fundos afficiunt, sed tan- 52

tum-

tummodo eorum fructus, Canis. *de decim. c. 4. n. 3. seqq.* Werndle *de Decimis L. 3. c. 6.* Verum in hisce Regionibus decimæ non solutæ a novo prædii possessore exiguntur, potest tamen, quas pro tempore præterito solvit, decimas a suo autore recuperare *l. 41. ff. de act. emt.* Vid. Carpzov. *L. 1. Jurispr. Eccles. Def. 128.* Brunnem. *in Jure Eccles. Lib. 2. c. 9. n. 7. ibique not.*

53 Quando quæstio oritur inter Dominum & Colonum partiarium, uter eorum Decimas solvere debeat? dicendum, decimas de utraque, & coloni & Domini, portione esse præstandas, atque sic antequam fructus inter illos dividantur, *c. 24. & 26. X. de decim.* Vincent. Caroc. *de locat. Conduct. P. 4. quæst. 39. n. 19.* Garf. *de Ex-*
54 *pens. c. 1. n. 22.* Cum & in transactione Passaviensi & pace religionis hoc Juris indultum est Catholicis, ut census, decimas & reditus ex ditionibus & territoriis Evangelicorum sibi debitos jure petere valeant, nec in horum perceptione status Evangelicos impedire, vel id prohibere possint. Quod idem vicissim Evangelicis permissum, ut reditus & decimas ex districtibus Catholicis sibi debitas, jure & absque Catholicorum prohibitione petant & exigant, dict. Pacif. Religios. *de Anno 1555. Dagegen soll'n die Stände*, in verbis: *sollen bey ihrer Religion, Glauben, Kirchen - Gebräuchen, Ordnungen und Ceremonien, auch ihrer Haab, Güthern, liegend und fahrend, Landen, Leuten, Herrschafften, Obrigkeiten, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, Renthen, Zinsen, Zehenden unbeschwehret bleiben, und sie derselben friedlich und ruhiglich gebrauchen, geniessen und unweigerlich folgen lassen &c.* Videmus hinc sæpius decimas inter Catholicos & Evangelicos ita distributas, ut ex ditionibus Catholicorum Pastores Lutherani decimas suas percipiant, quæ vicissim Catholicis ex districtibus Evangelicorum præstantur ex prædicta conventione & Pacificatione Religionis. Quod & novissimis Imperii Legibus sancitum, ne lites desuper inter Pontificios & Evangelicos oriantur, ut Evangelicis etiam ex Catholicorum Provinciis absque ulla exceptione solvantur decimæ, in quarum possessione Evangelici Anno 1624. fuerint, non attento, an Monasteria illa, quibus destinatæ erant decimæ, adhuc existant, an destructa sint, hoc casu enim decimæ Domino cedunt Territorii, in quo situm fuit monasterium. Vid. Instr. Pac. Osnabrug. *de Anno 1648. Tit. 5. §. 15.* Quod 55
si itaque Catholici decimas Pastoribus Evangelicis ex suis territoriis debitas detrectent, optimo sane vicissim Evangelici Jure retorsionis decimas, quæ Catholicis ex districtis Evangelicorum debentur, denegare possunt, prout latius demonstrat Carpzov. *in Jurispr. Consist. L. 1. Def. 123.* Vid. Brunnem. *in Jur. Eccles. L. 2. c. 6. §. 5. ibique notata.*

Decimas Ministris Ecclesiæ debitas tri- 56
butis onerari posse negat Montacutius *de Orig. Eccles. p. 2. n. 60.* ex principio a Canonistis accepto, decimas esse juris naturalis aut divini. Et hinc prohibuit Pontifex, ne census aut tributa de fructibus, de quibus decimæ persolvendæ fuerint, primitus deducantur. *C. 33. X. de decimis.* in Thesi non dissentimus, siquidem ex solis decimis vivendum fuerit Ministris Ecclesiæ; sed negamus decimas esse Juris Naturalis aut Divini, & propterea in censum venire non posse. Id tantum est juris Naturalis & Divini, ut sufficiens merces Ministris Ecclesiæ reddatur, ut honeste se & familias suas possint alere, & ministerium suum peragere; ut autem per decimas præcise fiat, nulla ratio naturalis dictat. Nec igitur ex Jure Naturali, sed ex Jure Divino positivo est specificatio illa in Vet. Test. qua Israelitæ jussi fuerunt decimas exsolvere. Rivet. *in Genes. Exercit. 30.* Gisbert. Voet. *Pol. Eccles. P. 1. L. 4. Tr. 3. c. 5.* Quod si aliunde sua habeant alimenta Clerici, non erit absurdum, ut tempore necessitatis ex ipsis illis decimis Collectæ solvantur, cum plane intermitti hoc casu possit jus decimandi. Vid. Ægid. Thomat. *de Collect. §. subjiciunt. n. 29. 30. 35.* Dn. Ziegler. *de Jur. Majest. L. 2. c. 2. §. 27.* Causæ 57
autem Decimarum regulariter in Judicio Ecclesiastico tractandæ & decidendæ sunt, *tot. Tit. X. de decim.* Canis. *de Decim. c. 18. n. 12. seqq.* Morlæ *in Empor. Jur. P. 1. Tit. 2. de Jurisdict. in Præmiss. n. 137.* Quia pertinent ad sustentationem Ecclesiasticarum personarum, Nic. Reusn. *L. 4. Dec. 2. n. 31.* & dicuntur possessiones ipsius Dei. *C. revertimini 16. quæst. 1.* & patrimonium Christi *C. 16. X. de præbend.* ex quibus alimentandi veniunt ministri Dei. *Cap. 29. X. de Decim.* Consequens hisce est, decimarum causas hodie in Consistorio Ecclesiastico tractari, Finckelthaus, *de Jure Patronatus cap. 8. n. 9.* quod

quod pro competente earum habetur Judicio, Math. Stephan. *de Jurisdict. L. 3. p. 1. c. 15.* nisi forsan in possessorio Judicio controversia de decimis fuerit mota. Carpz. *in Jurispr. Consist. L. 1. Def. 139.* Quin & decimarum causas, quando seculares esse cœperunt, appellabiles esse tradit Mevius *P. 9. Dec. 67.*

CAPUT XXIV.

DE METALLIS.

SUMMARIA.

1. *Decimis Prædialibus affines sunt Metallicæ.*
2. *Romani Metallifodinas ad rem rusticam transtulerunt.*
3. *Sub vocabulo Metalli JCti omnis generis fossilia intelligunt. Item Metallarii qui fuerint?*
4. *Olim Metalla privatorum fuere.*
5. *Postea fodinæ erant vel fiscales, vel privatæ.*
6. *In Metallum damnati mittebantur in fodinas fiscales.*
7. *In Imperio Romano-Germanico Imperatores jam Carolino & Ottonum ævo sibi Metallifodinas vindicarunt.*
8. *Hoc jus Regale Metallifodinarum munificentia Cæsarum postea per Auream Bullam & Recess. Imp. ad Status Imperii translatum.*
9. *Item ex immemoriali præscriptione acquiritur hoc Jus.*
10. *Omnes ferme Provinciæ Germanicæ Metallifodinis sunt fertiles.*
11. *Non tantum Metalla, quæ ex Montibus, sed etiam quæ in arenis rivorum inveniuntur, ad Principes spectant.*
12. *Potestas in arenis perquirendi aurum, a Principe est petenda.*
13. *Quod in Delphinatu cuilibet est permissum.*
14. *Regale Metallorum Jus consistit I.) in potestate instituendi Metallifodinas, vel eas aliis concedendi.*
15. *II.) In potestate constituendi Præfectos rei Metallicæ.*
16. *Inter quos primum locum tenet supremus Metallurgiæ Præses,* Ober-Berg-Hauptmann.
17. *Hunc sequitur supremus rei Metallicæ Magister,* der Ober-Bergmeister, *& ejus Officium.*
18. *Decimator,* der Zehndner, *Diribitor,* Austheiler, *& Actuarius,* Receß-Schreiber.
19. *Magister Operarum,* Bergmeister, *quis?*
20. *Jurati,* die Geschworne.
21. *Præfectus rationum,* der Schichtmeister.
22. *Scansor,* der Steiger.
23. *Operarii,* Bergleute, *quotuplices?*
24. Gewercken, *ad quos quæstus fodinæ pertinet.*
25. *III.) Consistit Regale fodinarum Jus in potestate condendi Leges & Ordinationes Metallicas.*
26. *IV.) It. in potestate exigendi canonem Metallicum.*
27. *Ut & Jus Protimiseos in auro & argento.*
28. *Non tantum fodinæ auri & argenti, sed etiam ignobiliorum metallorum ad Regalia pertinent.*
29. *Possunt tamen a privatis immemoriali præscriptione acquiri.*
30. *Quæ tamen præscriptio non extenditur ad similia.*
31. *Sub generali concessione meri & mixti imperii Metallifodinæ non comprehenduntur.*
32. *Princeps in concessione castri quamvis certa quædam Regalia sibi soli reservanda exceperit, tamen reliqua concessa non sunt.*
33. *In institutione Metallifodinarum quomodo Domino privato prospectum sit?*
34. *Certus Canon,* Erb-Stollen-Recht, *competit ei, qui cuniculum suis impensis excitavit.*
35. *Fodina,* ein Bergwerck, *quid sit?*
36. *Fodinæ sunt vel dimensæ, vel nondum dimensæ,* vermessene oder unvermessene Gruben.
37. *Fodinæ sunt vel primariæ* Fund-Gruben, *vel secundariæ,* oder Massen.
38. Gegendrumb, *quid sit?*
39. Ein Zug, *quid sit?*
40. *Fodinæ sunt vel cultæ,* bauhaffte Zechen, *vel incultæ,* auflässige Zechen.

41. *Fodinæ sunt vel steriles*, Zubuss-Zechen, *vel opulentæ*, Ausbeut-Zechen.
42. *Fodinæ sunt vel surgentes, vel cadentes*, steigende und fallende Zechen.
43. *Fodinæ sunt vel simplices, vel compositæ*, einfache oder zusammen geschlagene Zechen.
44. *Fodinæ sunt vel minorales, vel majorales.*
45. *Fodinæ sunt vel Dominicæ vel Sociales*, Herren-Zechen oder Gewerck-Zechen.
46. Frey-Bergwercke, und Bergwercke die Stadt-Recht haben.
47. *Fodinæ cujusque areæ in quantum se extendant?*
48. Lehn, Maassen, Uberschar, *quid sint?*
49. *Areæ fodinarum quomodo differant?*
50. *Orgia Metallica*, Berglachter, *quanta sit?*
51. *Venæ rectæ & devexæ dimensio.*
52. *Venæ dilatatæ*, schwebenden Ganges *dimensio.*
53. *Lapides terminales*, Loch-Steine, *quid sint?*
54. *Geometræ Metallici*, Marck-Scheiders, *Officium.*
55. *Partes fodinæ visibiles quæ?*
56. *Partes fodinæ invisibiles.*
57. *Fodinæ quomodo dividantur in partes intelligibiles?*
58. *Fodinæ minorales quomodo dividantur?*
59. *In quem finem hæ divisiones introductæ?*
60. *Ad societatem Metallicam*, zu einer Gewerckschafft, *quot requirantur?*
61. *Fodina in plures socios divisa melius ædificatur.*
62. *Fodinæ majorales in 128. partes seu Kuckus dividuntur.*
63. *Kuckus unde dictus, & quid sit?*
64. *Duo illi Kuckus seu partes, quarum una Ecclesiæ, altera Civitati competit, etiam sub numero 128. de Jure Metallico comprehenduntur.*
65. *Ex consuetudine tamen isti duo, item unus nosocomio competens, & sic tres his 128. adjunguntur.*
66. *Nonnullibi hic numerus ad 132. excrescit.*
67. *Partes illæ quomodo rursus subdividantur.*
68. *Fodinæ & partes Metallicæ rebus immobilibus accensentur.*
69. *Proventus tamen separati*, die Ausbeute, *rebus mobilibus annumerantur.*
70. *Jus investigandi Metalla*, das Schürffen, *cuilibet permissum.*
71. *Hoc jus ita generale, ut nil nisi mensa, lectus & focus sit exceptus.*
72. *Quod & convenit Juri Romano.*
73. *Societas*, eine Gewerckschafft, *quid?*
74. *Primo inventori*, dem Lehn-Träger, *quid incumbat?*
75. *Fraudulenta distributio quomodo deprehendatur?*
76. *Autor Societatis præ reliquis nullam prærogativam habet?*
77. *Societates Metallicæ debent institui auctoritate publica.*
78. *Similis hic contractus est Emphytevsi.*
79. *In nonnullis locis Metalla viliora ad eum spectant, qui per Investituram habet merum & mixtum imperium.*
80. *Nonnullibi etiam lapidicinæ primo occupanti cedunt.*
81. *Inter Cultores fodinæ contractus societatis initur.*
82. *Singularia quæ hic contractus habet.*
83. *Metallifodinæ quomodo amittantur?*
84. *In laboribus metallicis quomodo tempus* die Schicht *dividatur?*
85. *Amittitur Jus fodinæ, si per certum tempus opus Metalli intermittatur.*
86. *Alius modus amittendi fodinam est, quando sc.* das Recess-Geld *non solvitur.*
87. *Acquiritur per hanc solutionem senium fodinæ.*
88 *Senii prærogativa.*
89. *Lepidus casus de hac re.*
90. *Tres alii casus cum eorum Ichnographia.*
91. *Quomodo mora in prædictis modis purgetur.*
92. *Alii casus, quibus labor Metallicus sistitur.*
93. *Singuli sociorum partes suas Metallicas amittunt impensis non solutis.*
94. *Partes Metallicæ ut valide alienari possint quid requiratur?*
95. *Venditio partium Metallicarum ob læsionem ultra dimidium rescindi non potest.*
96. *Hypothecæ partium Metallicarum quomodo constituantur?*
97. Leihen und Verborgen der Kuxe, *quid sit?*
98. *Proxenetæ Metallici*, Kux-Krentzler, *qui sint?*
99. *Emtio portionis Metallicæ fodinæ infæcundæ non valida est.*
100. *Usufructu partium Metallicarum relicto, quid ad usufructuarium pertineat?*

101. *Qui-*

101. *Quibus Actionibus partes Metallicæ petantur?*
102. *Ex Obligatione partium Metallicarum Hypothecaria competit.*
103. *Jura singularia de Negotiis Metallicis.*
104. *Ad decidendas causas Metallicas Judicia Montana constituta.*
105. *Quæ causæ ad Judicia Montana spectent?*
106. *Administratorum rerum Metallicarum defraudatio.*
107. *Quomodo puniendus Officialis, qui cum damno Cultorum fodinarum Principis commoda auget?*
108. *Decumani circa officium suum delinquentes quomodo puniantur?*
109. *Retardatum quid sit?*
110. *Si rationalis intra terminum solutioni destinatum non descendat in fodinam, quomodo puniatur?*
111. *Non debent Officialium famuli vel convictores ad operas Metallicas adhiberi.*
112. *Fraudes Proxenetarum quomodo puniantur?*
113. *Cautela in emptione partium Metallicarum observanda.*
114. *Metallarii quando Metalla occultant, qua pœna afficiendi?*
115. *Cautela alia contra cultores fodinarum observanda.*
116. *Si Mensor Metallicus falsum modum dixerit, quid obtineat?*
117. Jn die Schnur greiffen, *quid sit?*
118. *Judæus ab incolis Metallicarum Civitatum per noctem non est hospitandus.*
119. *Nemo ob delictum vel debitum partibus Metallicis potest privari, nisi ratione earum sit contractum.*

1 CUm Decimis Prædialibus affines sint decimæ Metallicæ *l. 3. C. de Metallis.* Brunnem. *in Jur. Eccles. l. 2. c. 6. §. 17.* haud incongruus de Metallis hic tractandi erit locus. Nec alicui mirum videri debet, nos rebus Georgicis Metalla annumerare, quia res rustica latissime patet, & circa omnia versatur, quæ Rus ipsum vel intra terræ viscera, vel in ejusdem super-
2 ficie vegetat, producit & alit; Eoque consilio Sarsennam Romanum Scriptorem & Metallifodinas & Figulinas non sine ratione ad rem transtulisse rusticam, Varro refert. Nam cum Cato, Varro, Columella & reliqui omnes rei rusticæ Scriptores tam Græci quam Latini Agriculturam & Pastoritiam rusticæ scientiæ partes faciant, eidemque non agros tantum proprie dictos, sed & prata & hortos, & vineas, & pomaria, & sylvas a specie excellentissima summeque necessaria ad totum genus translata appellatione subjiciant: Pastoritiæ vero non animalia tantum terrestria, sed & volatilia & aquatilia tribuant: multo majore profecto cum ratione Metalla & Saxa, quæ ab ipsa terra producuntur, cum agri frugibus & fructibus convenient, quam animalia, quæ non e terra oriuntur, sed supra terram nata ex terra tantum pabulum sumunt. Theod. Zwinger. *in Meth. Rust. sect. 1. c. 1.*
3 Sub vocabulo autem Metalli JCti Romani intelligunt omnis generis fossilia, ut patet inter alia ex *L. 3. §. 6. ff. de reb. eor. qui sub tut.* ubi ita Ulpianus: Si lapidicinas vel alia metalla pupillus habuit stypteriæ, vel cujus alterius materiæ, vel si cretifodinas, argentifodinas, vel quid aliud huic simile, It. *ex L. 8. §. 10. ff. de pœnis.* ubi idem JCtus: In calcariam quoque vel sulphurariam damnari solent, sed hæ pœnæ Metalli magis sunt. Conf. Spiegel. *Lexicon Jurid. voc. Stypteriæ.* Diether. *Not. ad Aur. Bull. Carol. IV. Imp. tit. 9. v.* cujuscunque generis metalli. And. Alciat. *Parerg. Jur. L. 1. c. 39.* Et Joh. Gœddæ *Comment. ad L. 17. ff. de Verb. signif. n. 10.* intrepide metallorum, ait, appellatione continentur quæcunque mineralia ex aurifodinis, argentifodinis, ærifodinis, & cujusque generis aliis erui possunt, in tantum ut & marmora & alios lapides complectamur. *L. 1. l. 2. l. 3. & seqq. C. de Metallis. L. 8. §. 10. ff. de pœnis. l. 3. §. 6. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Gypsum tamen, argilla, carbones fossiles, lapides viliores metallis haud annumerari debent, Wehner. *Observ. Pract. voc. Gips.* Matth. de Afflictis *super III. L. Feud. Tit. quæ sint Reg. v. argentariæ n. 11.* Hisce consentit Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten Staat P. III. c. 3. Art. 1. Bergwercke nemmet man solche Oerter, allwo allerhand Metallen, Ertz, Mineralien, auch köstliche Steine gefunden, ausgegraben, auch zubereitet werden, als da ist Gold, Silber, Kupffer, Zinn, Bley, Eisen, Queck-Silber, Allaun, Vitriol, Schwefel, Kobolt, daraus blaue Farbe gemachet wird, Mennig und Zinnober zu rother und gelber Farbe, Spieß-Glaß, Berg-Saltz, Jaspis, und andere köstliche*

Marmol und Steine. Sintemal gemeine Steine, Thon und Leimen für keine Berg-Art gehalten, sondern dieselbe zu graben und seines Gefallens damit zu handeln einem ieden Herrn des Ackers oder der Gemeine iedes Orts verstattet wird. Metallarii autem dicuntur, qui laboriosis effossionibus suisque ingeniosis artibus, non tamen prohibitis, metallorum venas inquirunt, *l. 3. C. de Metallar.* Ac sub nomine Metallariorum comprehendebantur etiam eorum filii, qui sicut eorum patres retrahebantur ad Metallum fodiendum, & patris exercitium adstringebat filium, *l. 7. C. de Metallar.* Joh. Guidius *de Mineral. Tit. 1.*

4 Metalla vero omnis generis olim privatorum fuisse, ex multis Historiarum & Juris Civilis locis constat, *L. 9. §. 2. ff. de Usufr. L. 13. §. 5. ff. eod. L. 7. §. 14. ff. solut. matrim.* Cujac. *L. 5. Obs. 21.* Heig. *1. qu. 13. n. 17.* Quicquid enim sub fundo meo est in imis terræ cavernis, ad ultimum usque centrum, meum est, perinde ut aër supra fundum ad cœlum usque. Sensim tamen ac pedetentim privatis metalla subtracta sunt, initio facto a Tiberio Cæsare, qui publicatis bonis S. Marii Hispanorum ditissimi aurarias ejus seposuit. Tacit. *6. Annal.* de eoque refert Suetonius, quod plurimis civitatibus & privatis veteres immunitates & jus Metallorum & Vectigalium ademta per illum sint. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. L. 2. C. 19. §. 12.* Gryph. *de Insul. c. 11. n. 32.* Referebantur enim paulatim Metallifodinæ in censum, ut aliæ possessiones *l. 4. ff. de Cens.* & insuper certum Vectigal Metallarium & canonem pendere debebant possessores *l. 17. l. fin. §. 11. ff. de Publ. & Vectig. vid. tit. C. de Metall.* Et sic etiam a posterioribus usurpatum fuit Imperatoribus, ita ut inter Regalia tandem referrentur ejusmodi fodinæ. *II. Feud. 56.* Hoc etiam ex jure eo, quod Principes circa Metallifodinas sibi vindicarunt, finxisse apparet, quod licet olim Domino invito in alieno fundo nec privato nec publico nomine lapides, & ob eandem rationem metalla cædere aut effodere licuerit, nisi consuetudo præstito solatio id admiserit, quo tamen casu ita demum id licitum fuit, ne usus necessarius rei intercludatur, nec commoditas Domino adimatur, *l. 13. §. ff. Commun. præd.* Utilitatis tamen publicæ causa postea permissum fuit, ut, si ipse Dominus fundi metalla vel marmora quærere nollet, cuilibet alii hæc facultas daretur, ut effodere posset domino invito, modo ædium fundamenta non labefactet, & tam Domino fundi, quam Fisco Canonem solvat, huicque quod reliquum erat, justo pretio redimendum offerat, *l. 1. 3. 6. C. de Metall.* conf. Cæpoll. *de Serv. Præd. Rust. c. 21. n. 4.* Guid. Volaterran. *de Miner. L. 1. 17. n. 1.*

Dispescebantur etiam fodinæ Metallicæ in Imperio Romano in duo Metallicarum genera; aliæ enim, quæ in loco Fiscali aut auctoritate Cæsaris exercebantur, pleno Jure ad Cæsarem pertinuerunt; aliæ vero, quæ in prædiis privatorum erant, spectarunt ad fundi Dominum, uti ex *L. 13. §. 9.* apparet. Uti autem prioris generis fodinæ certum reditum, qui deductis impensis superesse poterat, Cæsareo Fisco inferebant, unde a Cæsare locabantur, *l. 15. pr. ff. de public. & vectig.* Ita hæ Posterioris generis fodinæ non secus atque aliæ privatorum possessiones, quæ in censum deferebantur, *L. 4. ff. de censib.* Cæsaris Fisco erant vectigales, eique certus canon ex iis debebatur, *L. 1. 2. 3. C. de Metallar. & Metall.* reliqua autem emolumenta pertinebant ad Dominos, a quibus fodina exercebatur. Qui in Metallum vel in opus Metalli damnabantur, ut *L. 8. §. 4. ff. de pœnis.* 6
loquitur, in eas provincias missi sunt, ubi fiscus suis impensis aut per publicanos fodinas exercuit. In Imperio certo Romano-Germanico Imperatores jam Carolino & Ottonum ævo Metallifodinas sibi vindicarunt, quod conjicitur tum ex capitulari Caroli Magni, quod extat in Capitular. Reg. Francorum *Tom. 1. p. 332.* ex editione Stephani Balurii. Ita autem jubet Carolus Rex *artic. 62.* ut unusquisque Judex per singulos annos ex omni conlaboratione nostra, quid de bobus, quos bubulci nostri servant, quid de mansis, qui arari debent, & multis redituum speciebus interjectis pergit: quid de tornatoribus & fellariis, de ferrareis & scrobis, id est, fossis ferrariciis, vel aliis fossis plumbariciis, quid de tributariis, quid de Poledris & Putrellis habuerint, omnia seposita, distincta & ordinata ad nativitatem Domini nobis notum faciant, ut scire valeamus, quid vel quantum de singulis rebus habeamus: tum ex charta divisionis Imperii a Ludovico Pio *A. C. 812.* facta: ita autem ibidem disponitur *cap. 12. p. 577.* de tributis vero & censibus, vel Metallis, quicquid in eorum potestate exigi vel haberi poterit, ipsi habeant, ut ex his in suis necessitatibus consulant, & dona seniori fratri deferen-

deferenda melius præparare valeant. Seculo autem decimo Otto Imperator in terra Saxonica venas auri & argenti primus industria sua aperuit: verba sunt Sigeberti Gemblacensis *Chronogr. ad ann. 968.* apud Pistor. *Scriptor. Germ. Tom. I.* vel ut Gottfried. Viterb. *in Chron. ap. Pistor. Tom. II. p. 478.* ostendit, ipse primus in Goslaria Saxonica Argentifodinas invenit: Unde Ditmarus Episcopus Merseburgicus *L. II. Chron.* gloriatur: Temporibus Ottonis I. aureum illuxisse seculum, apud nos inventa primum vena argenti. Clarius hoc Regale Jus Metallorum sibi asseruit Henricus VI. Rex Romanorum, quod exhibet Goldastus *Constit. Imper. Tom. III. fol. 362.* Ita autem Imperator: Henricus, Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus, Fidelibus suis Episcopis, Mindensi, Paderbornensi & Osnabrugensi, Comitibus quoque & Nobilibus, & universis hominibus in eisdem Episcopatibus constitutis, gratiam suam & omne bonum. Cum omnis Argentifodina ad jura pertineat Imperii, & inter Regalia nostra sit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quæ nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad nostram totaliter spectet distributionem. Unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoscimus, nisi hoc a nostra liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus vobis & singulis sub obtentu gratiæ nostræ præcipientes, ut nullus vestrum se de prædicta argentifodina intromittat, nec aliquid juris sine nostra licentia sibi in ea usurpet; Quod si quis temerario ausu forte attentaverit, indignationem nostram se noverit incursurum. Puntium autem latorum fidelem Nuncium nostrum ad partes illas transmisimus, ut de eadem argentifodina ordinet & disponat, prout nobis videtur expedire. Mandamus itaque Dilectioni vestræ, attente rogantes, ut ei consilio & auxilio fideliter assistatis, grates affectuosas a Serenitate nostra recepturi. Datum apud Nonnensteine, Anno Domini M. C. LXXXIX. Indictione VIII. XII. Kalend. Aprilis. Idem Henricus deinceps tertiam tantum partem istius argentifodinæ sibi retinuit, reliquas duas Episcopo Mindensi concessit, uti ex tenore investituræ, quam Goldast. *l. c.* exhibet, apparet, quod rescriptum exhibet Pistorius *in Chronolog. Episcop. Mindensi incerti autoris p. 743.*

8 In specie autem hoc jus Regale Metallifodinarum, quod consistebat in libera de iis in utilitatem fisci Regalis disponendi facultate, munificentia Cæsarum, ad Principes & Status Imperii, ad Monosteria quoque translatum, uti præter jam allegatam concessionem Henrici VI. constat ex multis vetustioris ævi monumentis. Anno enim 1157. ipse Fridericus I. Imperator, Pater memorati Henrici, Monasterio Walckenredensi dedit quartam partem Ramelsbergi Goslariensis, cum libera potestate permutandi res & bona sua cum S. R. Imperii subditis, teste Henrici Eckstormii *Chronico Walckenredensi in primo Monasterii seculo pag. 50.* Quam donationem Monasterio factam Anno M. CC. IX. confirmavit Otto IV. Imperator. Dn. Eisenhart, qui omnibus in Jure Metallico facem prætulit, *de Regal. Fodinar. Jur. c. 2. §. 37.* Pariter Philippus II. Rex Germaniæ Saltzburgensi Archi-Episcopo & suæ Ecclesiæ confirmavit traditionem, quam post ipsum Ludovicum Otto Imperator suo privilegio super hoc dato confirmavit, expresse statuens, ut prædicta cum omnibus pertinentiis ejusdem curtis, & quæcunque utilitas in hujusmodi catenis seu fodinis salis vel metallorum in quibuslibet fundis Ecclesiæ, & fluminibus fluentibus per fundos Ecclesiæ meantibus perpetuis temporibus a Saltzburgensi deinceps Ecclesia & ejus Archi-Episcopo absque omni obstaculo inconvulso vestitu quiete possideatur. vid. Wigulei Hundii *Metrop. Salisburg. Tom. I. p. 75. lit. b.* Pari ratione Antecessorum suorum vestigiis insistens Fridericus II. Imperator. Regale illud jus in Metalla suarum ditionum concessit Duci Bojoariæ, Episcopo Misnensi aliisque, prout ex tabulis authenticis ostenditur in dissertatione Historica. In Diplomate Erectionis Ducatus Brunsuico-Lüneburgensis, factæ in Comitiis Moguntinensibus A. 1235. etiam Serenissimæ Domui Ducum Brunsuicensium ac Lüneburgensium idem Regale jus in Metalla concessum est ab eodem Friderico II. Integrum diploma exhibet Henricus Merbomius in opusculis variis historicis res Germanicas concernentibus *p. 503.* ad cujus illustrationem nonnulla afferuntur in laudata dissertatione historica *§. 36. seqq.* Idem Imperator Fridericus II. Anno 1229. Ludovico Comiti Palatino Metallifodinas concessit, Donavimus (*inquit*) sibi & hæredibus suis, & in rectum feudum concessimus omne genus Metalli, tam in auro & argento quam in aliis, quod in terris patrimonii & feudi

feudi sui fuerit repertum, cum omni jure & utilitate exinde perveniente, & quam nos & Imperium exinde percipere deberemus. Marqu. Freherus *Orig. Palatin. c. 17.* Tandem vero Imperator Carolus IV. Anno 1356. in Pragmatica Constitutione Aureæ Bullæ *Tit. IX.* Bohemiæ Regi, nec non universis & singulis Imperii Rom. Germ. Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, qui in perpetuo fuerint, universas auri & argenti fodinas atque mineras Stanni, Cupri, Plumbi & alterius cujuscunque Metalli, ac etiam salis tam inventas, quam inveniendas in posterum quibuscunque temporibus in regno prædicto ac terris & pertinentiis eidem Regno subjectis: Nec non supra dicti Principes in Principatibus, terris, dominiis ac pertinentiis suis tenendas concessit, & legitime possidendas cum omnibus juribus, nullo prorsus excepto, prout possunt seu consueverunt talia possideri.

Et sic quidem illud jus Metallifodinarum cum emolumento canonis Metallici ad S. R. I. Principes translatum est, quod proinde non amplius tanquam reservatum Imperatoris, sed tanquam portio Regalium, quibus Principes & Status Imperii gaudent, considerari meretur. Et quod in A. B. per privilegium attribuitur Electoribus, illud partim jam ante, partim postea ad alios quoque Principes & Status Imperii cœpit pertinere, vel ex peculiari concessione & investitura, vel ex imme-
9 moriali præscriptione. Knichen. *de Sax. non provoc. Jur. verb. Ducum. c. 5. v. Bergwerck und Saltzwerck.* Limnæ. *J. P. lib. III. c. 2. n. 12.* Unde in Recess. Imp. *de A. 1551. §. weiter so setzen &c.* de Statibus Imp. indefinite ita dispositum: *Doch ausserhalb denen (Ständen) so mit Bergwerck begabt, denen solt ihr Gold und Silber, so viel sie bey ihren Bergwercken ausbringen, und weiter nicht, auf vorgemeldt Gehalt und Kornt zu vernützen unbenommen seyn.* In Recess. 1545. §. *und wiewol &c.* ita legimus: *Auch ein ieder von Churfürsten, Fürsten und Ständen, darzu die Stände, so an Gold oder Silber Berg-*
10 *werck haben &c.* Et Andr. Althamer. *Schol. in C. Tacitum de Morib. Germ. v. argentum & aurum &c.* ait: Vix est ora aut Princeps in Germania, qui suas auri, argenti ærisque fodinas non habeat: quod licet nimis cordate dictum videatur, de multis tamen Provinciis id constat tum ex W. Lazio *Comment. Reip. Rom. lib. 2.* tum ex Georg. Agricol. *de veteribus & novis*
metallis Lib. I. ac II. Non tantum au- 11
tem ad Principes spectant Metalla, quæ ex montibus & visceribus terræ effodiuntur, sed etiam quæ in arenis rivorum & fluminum passim per Germaniam inveniuntur; de Rheno & Danubio celebratissima omnium fama est; de Albi ocularem testem vide Maximilianum Faust. *in Consil. pro Ærar. Cl. 16. Consil. 27. ord. 1112.* Item Albinus *in der Meißnischen Berg-Chronica* Tit. 15. *Es wird Gold in der Elben, in der Mulda und mehr fliessenden Wassern und Bächen des Landes zu Meissen gewaschen und geseifft, welches gediegen, und in Flötzschen oder Körnern, wie* Kentmannus *in seinem* Catalogo rerum fossilium Misniæ *und anderer Oerter meldet:* Aurum purum & ignem non expertum in Albi & multis rivis Misenæ lavatur. *Hertzog Joh. Friedrich, Churfürst zu Sachsen, hat eine Ketten gehabt von Wasch-Gold aus der Elben, so um Torgau gesammlet worden, die sechzehndehalb Marck gewogen, und ist das Quintlein stets um 25. Groschen von ihme bezahlt worden, wie mich etliche glaubwürdige Leute berichtet. Eine Stuffe gediegenes Goldes aus der Elbe habe ich selbst gesehen, welche meiner guten Freunde einer von Wittenberg an der Elben Ufer spatzierend, wie er zwar gegen mir fürgegeben, gefunden, gantz lustig zusehen, gehet durch einen weissen harten Marmor oder Spat (wie denn das Gold gemeiniglich seine Quartz, wie es die Berg-Leute nennen, das ist, Kießling und Spat, oder Marmor-Gänge hat.)* Variis vero locis tractus Rhenani exercetur hoc Regale, sed a Manhemio e Rheni Nicrique confluentibus Salletionem usque; Quorum præcipua: *Rachesheim bey Petersau, der Grübel-Stein, Germersheim, (wo der beste Gold-Grund) Mittel-Grund, Pfeiffers-Grund, Unter- und Ober-Scherffer, Gens-Grund, Wörder-Michelfeld, Rinderhöcken, Tarstenwerth, Hagenbach der Raumne Hock, Kragenwerd, Münch-Hausen, Kindels-Grund, Dan-Hausen; Dan-Häuser grün Seltz.* Neque ita nova res est, quin jam superiori ævo nota fuerit, Æneas certe Sylvius alicubi notavit, *Germaniæ C. LVIII.* Rhenus aureas evolvit arenas. In Bohemia fluvii sunt, in queis ad magnitudinem ciceris aurea grana Thaboritæ inveniunt. Vid. Marqu. Freher. *Origg. Palat. c. XVII.* Sed ne peregrina recensendo nostras, Misniæ scilicet & Thuringiæ, divitias omittamus, audiamus adhuc

huc Albinum *in Chronico Misniæ*, qui in arenas Misniæ minutas auri particulas sæpius reperiri passim tradit. Quid quod Salam quoque amnem in agro Jenensi, pariter ac Comitatu Schwartzburgensi compertum, arenam minutissimis auri particulis refertam ferre, abhinc paucis annis observatum est, ejusque rei periculum non omnino sine successu factum. De cæteris minoribus fluviis auriferis recensendis totus est Leonhard Thurneyser *zum Thurn. in Pisone inprimis Lib. II. c. 13.* add. Tabor. *in Obs. Metall. c. 1.* Albinus *Chronico Misniæ* & *in der Berg-Chronica.* Garzon. *Schau-Platz p. m. 652.*

Ejusmodi igitur aurum, German: *Gold-Schlich, Seiffen-Gold,* tanquam nobilissimum Metallum, ad Principem pertinere, dubium non habet. Aur. Bull. *Tit. 9.* & supra tradita Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat* p. 337. *von andern dem Landes-Herrn allein zustehenden Wasser-Nutzungen, ist von denen Wassern die im Sande Gold führen.* Simile tradit *von den Gold-Gründen des Rheins* Noë Meurer. *Tom. V. des Forst- und Jagd-Rechts p. 103. Die Gold-Gründe werden vor ein sonder Regal der hohen Obrigkeit zuständig gehalten, und mag die hohe Obrigkeit, wie man es nennet, golden lassen.*

12 Sicut etiam potestas perquirendi aurum in arena fluminum a Principibus per certos contractus privatis conceditur, uti ab Electore Palatino factum, quod sequens concessio testatur. *Von GOttes Gnaden, Philipp Wilhelm, bekennen und thun kund offenbar mit diesem Brief, daß Wir Johann und Andreas Friedenbach, Gebrüdere von Worms, auf ihr unterthänigstes Ansuchen Unsere an dem Rhein habende Gold-Gründe, von Mannheim an dem Rhein hinab bis nach Oppenheim, zu besuchen, und daselbst Gold zu waschen, bis auf wiederruffen, verliehen haben; Verleihen ihnen auch solche also und dergestalt, daß sie erstlich ermeldten Bezirck, so offt es nur immer seyn kan und mag, ohne Verlierung einiger Zeit, fleissig besuchen, und Gold darinnen waschen, und bey Leibes-Straffe alles Gold, welches sie solchergestalt waschen und erlangen werden, niemand anders, als Uns zu Unserer Hof-Cammer liefern sollen, dargegen Wir ihnen vor iede Cron geschmeltzten und auf die Probe geläuterten Goldes, (welches sie auf ihre Kosten thun, und iede Cron in feinem, wenigstens 22. Karath und 4. Gran halten solle) zween Gülden, dreyssig Kreutzer ietziger Unserer Landes-Wehrung bezahlen lassen wollen. Zweytens sollen sie sich ausser vorgedachtem Bezirck aller anderer Unserer Gold-Gründen enthalten, wobey Wir Uns hiermit vorbehalten, neben ihnen, bevorab wenn sie sich im Gold-Waschen liederlich und saumselig erzeigen, oder sonsten dem Werck nicht gnugsam gewachsen seyn, mehr andere Goldner zu bestellen. Drittens sollen sie keiner andern Herrschafft, wer die auch sey, einig Gold waschen noch liefern, oder deshalben sich in Bestallung einlassen, bey Verlust dieser Unserer ihnen ertheilten Concession, sondern alles eroberte Gold Uns alleine liefern, und darvon nichts veräussern. Vierdtens sollen sie jährlich zum besten Unserer Cantzeley sechs Simmern guten wohl gewaschenen Gold-Sands zu liefern gehalten seyn. Hierauf haben sie Uns versprochen, und einen leiblichen Eyd zu GOtt geschworen, Uns treu und hold zu seyn, vorstehendem allen bey Verpfändung ihrer Haab und Nahrung getreulich nachzukommen, Unsern Schaden nach aller Möglichkeit abzuwenden, Frommen und Nutzen, so viel an ihnen ist, zu befördern, und alles das zu thun, was redlichen und getreuen Gold-Gründen wohl anstehet und gebühret, alles getreulich sonder Gefehrde. Dessen zu Urkund haben Wir ihnen diesen Brief unter Unserm Churfürstlichen Insiegel gegen ihren Revers zustellen lassen, so geschehen Heidelberg den 4. Augusti 1687.*

Alia plane ratio est in Provincia Delphinatensi, ubi aurum perquirere in littoribus fluminum omnibus licitum, absque eo, quod tradatur aliquid Principi, dum tamen non portetur extra patriam, sed in propinquiorem monetam ibidem cudatur, ut loquitur Marc. *Decis. Delphin. Decis. 121.* Dn. Struv. *dissert. de auro fluviatili §. 12. & 15.* 13

Prædictum itaque S. R. I. Principum jus Regale metallifodinarum in sua plenitudine spectatum continet (1) potestatem aut propria impensa instituendi metallifodinas in montibus & agris metalliferis, aut vero exercitium illud metallurgicum aliis concedendi, qui suo periculo suisque impensis illud instituant. (2) Potestatem constituendi Præfectos rei Metallicæ, Magistros Montium, & quoscunque Officiales metallicos, Senatus denique & Judicia rerum metallicarum. 14 15

In hisce autem terris singulis fere rei Metallicæ expeditionibus singulares præpositi

positi sunt Officiales vel Operarii, qui commode in tres dividuntur classes, quarum prima comprehendit officiales supe-
16 riores, inter quos primum locum tenet supremus Metallurgiæ Præses, *Ober-Berg-Hauptmann*, summus Præfectus, *der Berg-*
17 *Hauptmann*. Præcipuus rei Metallicæ Magister, *der Ober-Bergmeister*, qui omnes concordiam, justitiam atque utilitatem in Metallifodinis procurare, fraudes ac nefas omne punire debent, cæterisque Officialibus omnibus loco Principis præscribendi potestatem habent. *Ord. Elect. Sax. Art. 4.* Hos præprimis decet esse viros graves reique Metallicæ peritissimos, *die da Lust und Liebe zum Bergwerck haben, und wissen, wie demselben mit Stollen, Schachten, Wasser-Künsten, Holtz, Kohlen, Schmeltzen, Proviant, Verlag und dergleichen zu helffen sey.* Quibus vero disciplinis præcipue instructi esse debeant, docet Kircher. *in Mund. Subterran. L. 10. Sect. 2. c. 1.* Apud Romanos rei Metallicæ præpositi erant Comites Metallorum *l. 1. l. 4. C. de Metallar.* quibus suberant procuratores metallorum, de quorum Officiis docte agit Pancirol. *in notit. Imp. Orient. C. 47. 74. p. 119. & Occid. c. 35.* it. *de Magistrat. Munic. c. 16. sqq.* Jacob Gothofr. *l. 3. C. Theod. de Metall.*

18 In secunda classe primum locum obtinet Decimator, *der Zehndner*, qui cum Diribitore, *dem Austheiler*, & Actuario rationum, *dem Recess-Schreiber*, peculiarem præfecturam, quod vocant *das Zehndner-Amt*, constituit. Hujus officium satis clare exprimitur *in Ord. Metall. Elect. Saxon. Art. 10. Daß er die von Schichtmeistern eingeliefferten Blick- und Brand-Silber wäget, verzeichnet die Churfürstliche Gerechtigkeit, und der Gewercken Gut in Acht nimmet, das Silber in die Müntze einschicket, kein ander Geld ohne Befehl des Landes-Herren verlohne, noch zur Ausbeute gebe, denn was aus dem Silber vermüntzet*, ac propterea sub certa pœna campsoriam exercere prohibentur Decimatores.

19 Huic in secunda classe succedit Magister Operarum seu Montium, *der Bergmeister*, qui in omnes Fossores imperium exercet, exceptis monetariis, argentique purgatore: Per pœnas quoque in negligentes operas animadvertit, controversias circa fodinas ortas dirimit; jus fodinarum dat petentibus, confirmatque, fodinas metitur, earumque terminos statuit; quid in unaquaque fodina faciendum docet ac præscribit, cui omnes cæteri operarum Præfecti rationem de pecunia præcedenti hebdomade expensa reddunt, quam Scribæ codici consignant. Plura ejus requisita recenset Agricola *de re metall. Lib. 4.* Præcipuum vero requisitum est, ut Magister montium exquisita rei metallicæ peritia calleat, & a prima statim infantia Metallorum fossioni & culturæ adfuerit, seu, ut loqui amant Metallarii, *ein Bergmeister soll von Schlägel und Eisen herkommen.* Impossibile enim est, eum rebus suis bene fungi posse, quarum cognitione destituitur. Hinc imperitia Magistri montium ad præcipuas causas meretur referri, quæ fodinarum decrementum conciliant. Cæterum de ejus officio videri poterit *Ordin. Elect. Saxon. Art. 6. 7. 18. 19. 27. 28. & 29. & passim.*

Sequuntur nunc Jurati, *die Geschworne*, 20
qui Viri bonæ fidei reique Metallicæ æque periti esse debent; eorum autem numerus est pro fodinarum multitudine vel paucitate. Horum Officium est fodinas invisere, quid agatur, actumque sit, inquirere, de machinis, substructionibus, novisque fabricis faciendis consultare, cæterisque omnibus, quæ bonum fodinarum concernunt, deliberare, fossionum in duris, asperis & saxosis locis, item in mollibus, argillaceis similibusque labores subeundos juxta Arithmeticæ proportionis leges solvere. Præterea Jurati, si manifestam negligentiam aut fraudem Præsidis alicujus vel operarii deprehendunt, eos primo de officiis & muneribus exequendis monent, aut objurgant: Deinde si diligentiores & meliores facti non fuerint, rem deferunt ad Magistrum Montium, qui sua autoritate fretus eos orbat officiis & laboribus, aut si flagitium commiserint, in carcerem conjicit. De cætero æqualibus fere partibus cum Magistro Metallurgiæ funguntur, nisi quod ille solus fodinas concedat, ipsisque juratis præscribat. Vid. *Ordinat. Elector. Saxon. Art. 18. 20.*

Juratos mox sequitur Præfectus ratio- 21
num, *der Schichtmeister*, qui est exercitorum minister, quibus etiam liberum est eligere, quem velint, modo postea confirmetur a Magistro montium. Hujus officium non unis absolvitur partibus, quæ secundum varias Constitutiones hisce notis describuntur: *Ein Schichtmeister dependiret eigentlich von den Gewercken, und ist seines Amts, daß er die Zubuß anschläget, einfordert und einkauffen läst.* Ordin. Elect. Saxon. Art. 58. 59. *Die Zeche mit tüchti-*

tüchtigen Arbeitern beleget, und denselben am Lohn-Tage auslohnet, Art. 47. die Gebäude oft befähret, auf der Steiger Ein- und Aus-Fahren Achtung hat, den Hauern Fördern aufsiehet, daß sie rechte Schicht machen. Art. 46. über Einnahme, Zubuße, Steuern und gemeine Ausgaben, Berg, Schmiedt- und Hütten-Kost alle Quartal Rechnung führet. Art. 50. quæ ratio reddenda alioqui diversimode vel particulariter vel universaliter contingit: Ibi, coram tribunali inferioris judicii, quando expensas in schedulis singulis pro singulis septimanis consignatas Magistratui isti tradit. Vid. *Art. 47.* vocaturque hæc in specie *der Anschnitt, weil vor die Berg- und Hütten-Kost auf Kerb-Holtzen angeschnidten worden.* Hic vero rationem eandem vel coram ipsis exercitoribus, *vor denen Gewercken*, quæ in specie audit *die Ufrechnung*, conf. *Art. 58. & 48. §. fin.* vel coram Superioribus Metallurgiæ Præfectis reddere tenetur, ubi sepositæ illæ schedulæ cum indicibus iterum conferuntur, & hæc in specie dicitur *die Amts-Rechnung*, quam innuit *Art. 54. 55.* d. Ordin. Saxon. *Unverzubußte Kuxe in Retardat setzet, Art. 62. Bey dem Schmeltzen in Hütten Acht hat, das Werck dem Abtreiber selbst zuwäget. Art. 89. & 90. und dem Blick- und Brand-Silber selber in Zehnden antwortet, Art. 16.*

22 Succedit jam Custos fodinæ, seu Scansor, *der Steiger*, qui cum suis Operariis tertiam classem constituit. Hunc, ut partes suas sibi concreditas fideliter expleat, sequentia nosse oportet: *Er muß sehen was für ein Geberg es sey, was für eine Donley und Feldachtige Art und Gelegenheit es habe, ob auch mit Nutz und Frommen kan gebauet werden.* Item *daß er wisse, wie man Schächte stecken, dieselben mit Bestände auszimmern und fassen solle; wie er Stollen und Feld-Oerter treiben, Wetter in die Schacht bringen und Stollen strecken, Pompen und Wasser-Künste hängen, Rad-Stuben brechen &c. Es soll ihm auch das Streichen der Gänge, Klüffte, Geschücke und Absetze des Gesteines wohl bewust und bekannt seyn.* Ipsi quoque incumbit, ut fossores diligentes excipiat, segniores vicissim dimittat: Idem fossoribus, cum operas jam daturi sunt in metallis, dat ferramenta, & sevum quidem ad certum pondus distribuit in lucernas: Eosque, ut fodiant utiliter, instituit, & fideliter observat.

Ultimo nunc loco veniunt Operarii, 23 *Berg-Leute*, qui non tantum respectu Operarum, ob quas peculiaria sortiuntur nomina, sed etiam ex indumentis quadantenus a se invicem distingui possunt & diversis nominibus veniunt: Ut *Hauer, Berg-Anschläger, Haspler, Hunde-Läuffer, Karrn-Läuffer, Wasser-Knechte, Ertz-Scheider, Krotz-Wascher, Pocher.* Cahlcis. *Diss. de defraudat. Metall. P. 1. c. 3.* Simili ratione ut in navi, caupona, stabulo sunt plures, quorum opera navis, aut caupona, aut stabulum exercetur. §. 3. *Instit. de Oblig. quæ ex quasi. del.* Quemadmodum & 24 ii, ad quos quæstus fodinæ pertinet, *die Gewercken*, commodo vocabulo Exercitores fodinæ appellantur.

III) Potestatem etiam continet Regale 25 jus Metallorum condendi Leges vel Ordinationes rei Metallurgicæ, ex quarum præscripto tum illi, qui Metallurgicam societatem coeunt, in ea se gerere, tum Præfecti & Officiales Metallici singuli suum officium administrare & jus suum cuique tribuere teneantur. Quod ex Ordinationibus Metallicis Principum & Statuum Imperii passim videre licet.

IV) Potestatem exigendi certum ca- 26 nonem Metallicum ex proventibus fodinarum, quæ ea lege aliis concessæ sunt, ut inde certus canon annuus præstetur. Eisenhart. *de Regal. fodin. Jur. c. 2. §. 38.* Qui canon Metallicus non semper est decima, sed pro locorum conditione quandoque a Domino territoriali remittitur, ut sit vicesima vel trigesima, præcipue in novis fodinis, Meltzer. *in Hermund. Metallurg. Part. spec. c. 4. §. 3.* Ad Canonem Metallicum etiam in Saxonia Electorali referri potest census mallei signatorii, qui est reditus officinæ Monetariæ, *der Schlege-Schatz;* cujus mentionem facit P. Albinus *Meißnische Berg-Chronica. Tit. IV. p. 31. 32. 33. 36.* Sic autem Albinus *p. 31. Obwol, wie etliche wollen, die Schläge-Schätze nicht allemal so viel antreffen soll als der Zehenden, (wie doch andere hingegen gemeynet, und besser verzeichnet haben) so ist doch dieses gewiß, daß, wenn man den Zehenden abgezogen, neunmal so viel bleibet, so zur Ausbeute in die Müntze verkauffet wird, darvon der Obrigkeit nochmals ihr Vortheil mit dem Schlag-Schatz gebühret.* Dn. Eisenhard. *de Reg. Fod. Jur. c. 2. §. 67.* ubi in appendice *Vorstellung*

des Berg-Regals n. 7. ita differit, *daß der Müntz-Herr den Schläge-Schatz nicht als einen blossen Gewinst und Vortheil, sondern guten Theils* titulo oneroso *zu geniessen hat, als wovon er die Wardeien unterhalten, und andere zu Fortsetzung und Beförderung des Müntz-Wesens benöthigte* Onera *abtragen muß, dannenhero auch nicht unbillig, daß er von seinem zu solchem Müntz-Wercke angewandten Capital die Landüblichen Zinsen aus dem Schläge-Schatz geniesse, oder aber eine gewisse jährliche* Recognition *von demjenigen, welchem er die Müntz-Freyheit verliehen, zu gewarten habe. Dieses erhellet aus dem* Privilegio Käysers Sigismundi, *so Anno 1429. der Käyserlichen Freyen Reichs-Stadt Franckfurth ertheilet, welches beym* Lymnæo *J. P. Lib. VII. cap. 16. n. 35. zu lesen, dessen hieher gehörige Worte lauten also: Auch sollen die Ehegenannten von Franckfurth Uns oder Unsern Nachkommen an dem Reich von einer ieglichen Marck feines Goldes, die also vermüntzet wird, einen halben Gulden zu Schläge-Schatz geben Unser und des Reichs-Kammer, also doch daß dieselben von Franckfurth einen Wardeiner von solchem Schläge-Schatz sollen und mögen lohnen und Kleidung geben. Sie sollen auch jährlich Uns oder dem, wem Wir das befohlen, redliche Rechnung thun oder geben. Dieses billiget auch* M. Tilemann. Friesens *Müntz-Spiegel Lib. 1. cap. XIX. folgender Massen: Denn eine gemeine Regel ist, daß der Schlag der Müntze dem Halt und innerlichen Korn respondiren, und ebenmässig seyn soll: Jedoch abgezogen des Unkosten oder Schlage-Korns, welcher in dem Fall nicht überflüssig, sondern gleichmässig mag von dem Korn abgezogen werden, also, daß die Müntze den Unkosten, und nicht der Müntz-Herr tragen darff, wie auch der* Doctorum *gemeine* Opinion *und Meynung ist. Wann aber der Schläge-Schatz gehöhet, und dem Müntz-Meister dagegen eingeräumet wird, den Gehalt an Schrot und Korn nach seinem Gefallen einzurichten, alsdann wird das Müntz-Wesen in eine Landverderbliche* Mercanz *verwandelt, welche in den Reichs-Satzungen verbothen ist.* Vid. Tilemann. Friesens *Müntz-Spiegel Lib. IV. Cap. XXXVII.*

27 Huc etiam pertinet jus protimiseos in auro ac argento *der Vorkauff an Silber.* Princeps enim, qui omnium socialium fodinarum Dominium directum habet, gaudet jure protimiseos in omni metallo, quod e terræ visceribus eruitur; Hoc enim officinæ ejus Monetariæ vendendum est moderato pretio, prout *L. 1. C. de Metallar. & metallis*, diserte cautum; quicquid autem amplius colligere potuerint, Fisco potissimum distrahant, a quo competentia ex largitionibus nostris pretia suscipiant. conf. Happel. *Discurs. Juridico-Metall. de Jure quod est circa venas metallorum latentes. n. 124. 125.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 16. n. 21.*

Quæ de auri- & argentifodinis dicta, 28
eadem applicanda sunt etiam ad fodinas æris, stanni, ferri, argenti vivi, salis, nitri, aluminis, vitrioli, & similes, nempe eas hodie etiam inter Regalia referri, & a Principibus sub certo canone privatis concedi. Et sic ex generali fere consuetudine statuendum, inter privatos nemini ejusmodi mineralia fodere & scrutari licere etiam in proprio fundo, nisi specialiter id a Principe impetraverit. Vid. Carpzov. *P. 2. Const. 53. def. 1. 2. 3.* Eaque assertio fundamentum habet tum in Aurea Bulla Caroli IV. Imp. *Tit. 9.* ubi expresse ad Regalem potestatem Electoribus concessam referuntur auri- & argentifodinæ atque mineræ stanni, cupri, ferri, plumbi & alterius cujuscunque Metalli; Tum in jure Saxonico communi, ubi *L. 1. Art. 35.* dicitur: *Alle Schätze unter der Erden begraben, tieffer denn ein Pflug gehet, gehören, zu der Königlichen Gewalt*, quem textum Optimus Saxonici Juris Interpres Serenissimus Elector Saxon. de Metallifodinis acceptum voluit *P. 2. Const. 53.* haudquaquam de Thesauris, uti olim putaverunt nonnulli. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. l. 2. c. 19. §. 16. Nieder-Oesterreichische Berg-Ordnung. Art. 7. Wir vorbehalten Uns aber alle Saltz-Eisen-Quecksilber- und Alaun-Bergwerck, dieselben sollen alleine durch Uns selbst, oder wem Wir deshalben sonderlich Gewalt geben und befehlichen, verliehen werden.* Præscriptione tamen im- 29
memoriali acquiri posse Metallifodinas diffitendum non est, qua præscriptione Jura Fisci transferri posse communiter statuunt DD. Brunnemann. *ad L. 37. ff. de reb. autor. Jud. possid.* Richter. *P. 1. Decis. 21. n. 52.* Ac in hujusmodi Præscriptione, quam & Recessus Imperii *de Anno*

Anno 1548. §. *56. wenn euch.* & *59. hätte aber*, &c. comprobat, Victor. *de Exemt.*
30 *Imp. Concl. 17. n. 18. 19.* & *27.* Quia autem, uti omnis alia præscriptio, ita hæc immemorialis quoque non extenditur ad similia, ideoque præscriptio viliorum minerarum non poterit extendi ad mineras auri & argenti, tanquam sub diverso genere comprehensas. Dn. Eisenhart. *d. tr. Cap. 2.* §. *60.*

31 Nec sub generali concessione meri & mixti imperii Metallifodinæ comprehenduntur, quippe quæ ad Regalia pertinent. Imo si Princeps Vasallo concedat omne jus, quod super hoc seu illo fundo aut feudo habeat, non censetur transtulisse id quod ei tanquam Principi competit. Sixtin. *de Regal. Lib. 2. c. 16. n. 82.* Omnis enim concessio, a Principe subdito aut alteri privato, quocunque modo, facta, semper intelligenda est salvo jure superioritatis. Christoph. Mingius *de Superioritate Territor. C. 4. n. 54.* & *55.*

32 Quamvis etiam Princeps in concessione castri certa quædam Regalia sibi soli reservanda exceperit, propterea tamen reliqua Vasallo concessa videri non debent; quippe exceptio non extendit regulam ad casus, quos alias regula non comprehendit: nisi quatenus diserte exceptum est. Quod si tamen aliqua ex hujusmodi Regalibus essent expressa, & postea verba generalia sequerentur, ut si Princeps diceret: Concedo tibi telonea, vectigalia & quæcunque alia, jam cætera regalia seu jura fiscalia translata intelliguntur, juxta Doctrinam Zœsii *Comment. in Usus feud. P. 5. n. 12.* Atque eadem vis inesse statuitur concessioni castri a Principe factæ cum juribus & pertinentiis omnibus; Quæ tamen concessio Metallifodinas complecti videtur eo saltem casu, si inter illas pertinentias jam sint argentifodinæ vel aurifodinæ inventæ; easque sibi Princeps expresse non reservaverit. Hen. Gœden. *Consil. 3.* Hactenus enim plenius pro impetrante interpretanda est larga illa concessio, ut fructus & obventiones & utilitates fundi ac districtus concessi, etsi singulæ in specie haud nominantur, comprehendat, quotquot salvo jure territoriali tanquam ad separatum genus jurium Regalium pertinentes percipiuntur. Quandocunque autem una, duæ aut plures jurium regalium particulæ civitati aut privato solum concessæ vel acquisitæ sunt, hoc amisso nomine regalium, in nomen ac speciem privilegii transeunt. Ziegler. *ad Praxin Calvoli concl. l. 1.* §. *Civitas in limit. n. 24.* & *23.* Maurit. *Posit. Jur. Feud. controv. Decis. 6. aph. 2.*

Regale autem illud jus metallorum in- 33
stituendi, vel concedendi aliis ut instituant Metallifodinas, ex naturali æquitate intelligitur fieri salvo jure Domini privati, cujus indemnitati duplici ratione prospectum est. Primum enim cavetur, ne defossis in altum cuniculis aliarum ædium fundamenta labefactentur; & hanc æquitatem declarat, eique scriptæ legis vigorem addit *l. 6. C. de Metallariis.* insuper statuendo, ut si quando marmora sub ædificiis latere dicantur, perquirendi eadem denegetur copia, nisi forte is, qui fodiendi potestatem in eodem agro aut fundo habet, superficiei Domino æquivalens velit reponere, quod ille æquis conditionibus oblatum acceptare tenetur, maxime si Principis Fiscus interesse suum urgeat. Deinde cuncti, qui per privatorum loca saxorum venam laboriosis effossionibus persequuntur, uti decimas Fisco, sic decimas etiam Domino repræsentare jubentur, cætero modo suis desideriis vindicando *l. 3. C. de Metallariis* & *metallis:* quæ lex exstat quoque *Lib. LVI.* Βασιλικῶν *tit. 12.* Hoc tamen solitum solarium, quod *in L. 13. ff. communia prædiorum.* fundi Domino præstari jubetur, non habet eundem modum in omni genere Metallorum: In Argentifodinis enim privato fundi Domino haudquaquam repræsentanda est decima argenti portio, sed hæreditariæ quædam portiones fodinæ certis legibus ei assignantur, quæ vocantur *Erb-Kuxe*, Ordinat. Metall. Elector. Saxon. *Art. 22. Erb-Kuckus belangende, wie viel und wem die gebühren.* Ubi: *Es soll hinfürder ein ieder Grund-Herr von Adel, Bürger oder Bauer, alsbald eine neue Fund-Grube oder Maassen bestätiget, seinen Erbtheil im Bestätigen zu befördern schuldig seyn, dem auch der Lehen-Träger solches vor der Bestätigung anmelden, und soll der Grund-Herr Macht haben vier Kuckes vor seinen Erbtheil zu nehmen und selbst zu verlegen, oder einen Kuckes, welcher von denen Gewercken, in allermassen der Kirchen- oder Stadt-Kuckes, frey verbauet werden soll, behalten.* In pactis conventis inter

Maximilian. Imperat. & Status Regni Bohem. anno 1574. initis, quæ exhibet Deucerus *im Königlichen Berg-Buch p. 249. p. 258.* cautum est hunc in modum: *Die Gewercke sollen dem Grund-Herrn, auf daß Grund-Gold und Silber sich erzeuge und gebauet werde, so fern anders derselbe Grund-Herr die Gewercken mit der Nothdurfft Holtz unter der Erden ohne Wald-Zinß versehen und befördern kan, vier Erb-Kuckes bey den Fund-Gruben, Maassen, Schachten und Stollen auf ihre Kosten zu erlegen und zu verbauen schuldig seyn, wofern aber einer oder der andere Grund-Herr nicht so viel Bau-Holtz hätte, davon die Gewercks-Gebäue unter der Erden versehen und beständig erhalten werden möchten, also daß die Gewercken dergleichen Nothdurfft Bau-Holtz anderstwo um ihr selbst-Bezahlung erhohlen müsten, so sollen sie dem Grund-Herrn nicht mehr als zween Erb-Kuckes zu erbauen, und die Ausbeute davon zu reichen schuldig seyn.* conf. Spans *Berg-Urthel Tit. 12. §. 1. Von Erb-Kuckfen.* Porro jus Protimiseos etiam competit Domino privato ratione *der Ertz-Hölfuhren.* Nobil. Dn. a Schönberg. *Berg-Informat.* voce *Ertz-Hölfuhren.* Exceptio tamen est, ut nulla competat portio Domino ex cuniculo. *per d. Art. 72. Ord. Met. Sax. So man auch auf Stollen oder andern Gebäuden Gänge in der Gruben überführe, sollen die Finder oder Lehen-Träger niemand den Erbtheil anzubiethen, vielweniger zu geben verpflicht seyn; so sie aber Schachte und Räume bedürffen würden, sollen sich die Gewercken um den Raum nach Erkänntniß der Amt-Leute vertragen.*

Quemadmodum igitur privato fundi Domino certa portio proventuum fodinæ in agro ejus excitatæ assignatur, sic & Princeps, si quidem in locis domanii, aut Fiscalibus aut proprio & patrimoniali agro fodinam instituere societati metallurgicæ permittat, portiones illas hæreditarias, *die Erb-Kuckfen*, Jure sibi vindicat; Et quamvis Princeps in montanis sui territorii partibus ad Fiscum, aut domanium, aut privatum suum patrimonium pertinentibus incolis civitatum montanarum permittat instituere divisionem agrorum, quia fodinis & opere metalli adhuc vacant, si tamen in his quoque postea recludantur specus quærendis venis argenti aliorumve metallorum, partes hæreditariæ, *die Erb-Kuckfen*, soli debentur Principi, utpote qui salva libertate montana permisisse censendus est distributionem illarum montanarum partium, per quas libertas illa, *die Berg-Freyheit* sese diffundit.

Diversus quoque a Canone Metallico, 34
qui competit Principi Jure Superioritatis, est iste canon, qui cuniculo jus possessionis habenti debetur, *das Erb-Stollen-Recht*, de quo ita Freibergenses Metallici JCti apud Spanium *Berg-Urthel. n. 489. Wo ein Erb-Stollen einer Zechen Wasser benimmt und Wind bringet, da hat er sein neundtes Theil billig.* Conf. G. Agricola *de re Metall. L. IV.* Löhneyss *Bericht von Bergwerck P. 1. Tit. von Stollen p. 31.* Span. *d. tr. tit. 13. §. 1.* Deucerus *tit. vom Ursprung des Bergwercks pr.* Churfürstlich Sächsische Berg-Ordnung *Art. 77. §. Da nun ein Erb-Stollen also in eine Zeche kommt, da er der gantzen Zechen Wasser benimmt, und Wetter bringet, ob er gleich die Oerter, da Ertzt ist, mit der Wasser-Seigen nicht erreichet, soll ihm dennoch des neundten die Helffte gegeben werden; wenn er aber die Wasser-Seige an die Orte da Ertzt bricht, bringet, soll er das neundte gar haben.* In Ordin. Metallica Ducis Brunsuic. *P. 2. Art. 8.* tali cuniculo etiam plenius prospectum est. Atque hunc canonem Princeps Jure quoque percipit, quando cuniculum jus possessionis habentem suis impensis excitavit. Cæterum de illo reditu, quem cuniculus iste sibi vindicat, legi meretur *integrum consilium* Henningii Goeden *in ejus Consiliorum parte prima Tit. de Auri- & Argenti-fodinis quintum*, in quo ille reditus cuniculi jus possessionis habentis satis acri disputatione controvertitur. P. Heigius tamen *P. 1. Quæst. 13. n. 52.* ostendit reditum illum justissimam caussam habere; nam *ait* & negotium metallariorum utiliter per cuniculos illos gestum est, & publica commoda similiter adjuta sunt. Eisenhart. *de Regal. fodin. Jur. c. 2. §. 66.*

Fodina autem, *ein Bergwerck*, nihil aliud 35
est quam locus in terra, ex quo terræ metallicæ vel minerales vel aliæ terræ species effodiuntur. Varen. *Geograph. General. L. 1. c. 11. prop. 1.* Varie dividuntur fo- 36
dinæ, & quidem prima fodinarum divisio est in nondum dimensas, & jam dimensas, *unvermessene und vermessene Gruben oder Maassen,*

Maaſſen, quippe ad præcavendas lites inter vicinarum fodinarum diverſos vel Dominos vel exercitores Jure Metallico introducta eſt certa fodinarum menſura, de qua infra plenius dicetur: Non autem ſtatim in primordio fodinæ dimenſio ejus poſtulari ſolet; ſed exſpectant cultores fodinæ certum aliquem eventum, & explorant, num ſpes proventuum adſit, & fodina mereatur dimenſionem. Illa ſpes quam primum adfulget, fodina dicitur menſuratione digna, *eine Maaß-würdige Zech.* v. Span. *Berg-Urthel, Schiedt-und VVeiſunge tit. 8. von Vermeſſen &c.*

37 II. Ex ordine inventionis & culturæ ac dimenſionis initio dividuntur fodinæ in primarias ſeu capita fodinarum, *Fund-Gruben*, & ſecundarias *Maaſſen, Gruben und Zechen*, Petrus Albinus *Meißniſche Berg-Chronica tit. 2. p. 8. Iſt auch gleichergeſtalt ſonſten gebräuchlich, daß man, ſo neues Bergwerck aufkommet, gemeiniglich die allerbeſte Zech, (da ſich vielleicht zuvor auch etwas bewieſen und errüget) die alte Fund-Grube zu nennen pfleget, ohne einigen andern Nahmen;* Eodem modo caput fodinæ deſcribit Deucerus *corpore Juris Metallici, ſub titulo Urſprung und Ordnung der Bergwerck, cap. 10. p. 63. Eine Fund-Grube iſt die erſte Zeche oder
38 Grube auf einen neuen Gang &c.* Cui, ſi vena ultra flumen aliquod aut vallem ſeſe exporrigat, reſpondet caput fodinarum adverſum, *ein Gegendrum*, quo nomine ſalutatur in illius venæ parte adverſa prima fodina. Georg. Agricol. *de re Metall. Lib. IV. VVenn ein Gang über einen Thal oder VVaſſer Streichens hat, und eine Fund-Grube oder Maaſſe gemuthet würde, ſo heiſſen ſie es ein Gegendrum.* Löhneyſs
39 *d. tr. tit. Von Vermeſſen &c.* Atque in ejusmodi locis, ubi metalla in venis deliteſcunt, quæ in eodem tractu ſunt fodinæ ſecundariæ, una cum ſuo capite conſtituunt *einen Zug.* Inde Junghans in ſylloge, *ein Zug*, ait, *iſt wo viel Zechen neben einander auf einen Gang liegen.*

40 III. Tertia diviſio hæc eſt, quod fodina alia culta, ſeu quæ actu colitur, *eine bauhaffiige Zeche*, alia eſt fodina inculta ac deſerta, vel derelicta: *eine eingeſtellete, unverlegte, aufläßige Grube:* Per voluntariam autem culturæ omiſſionem jus fodinæ acquiſitum amittitur, prout Spanius docet *tit. 3. Von freyen und ausläßigen Gebäuden, wie auch dem freymachen,* vid. ibid. *Hiſtoriſcher Bericht von An-und Aufkunfft der Harziſchen Bergwercke cap. 5.* Hinc Matheſius *Sareptæ ſuæ Conc. 2. VVer ſein Gebäu läſſet brach liegen, oder erhält es mit Friſten und Liſten, oder gibt Lauer-Saamen an der Zubuß, das fället billig wieder ins Freye, und das* Retardat *friſt ſolchen Kucks, nach altem Berg-Recht, Geld oder Feld &c.*

IV. Quarta fodinarum diviſio in tria 41
membra deducitur: aut enim 1. fodina adhuc plane ſterilis eſt, & aut nullos fundit proventus, aut eos non in tanta copia producit, quæ impenſis in foſſores aliosve operarios & opera metallica faciendis ſufficiat, ut proinde exercitores ac ſocii ſtatis temporibus ſymbolam conferre teneantur ad fodinæ culturam, & hæc vocatur *eine Zubuß-Zeche &c.* aut vero 2. ad eam fœcunditatem fodina proceſſit, ut proventus metallici jam pares ſint ferendis ſumtibus prædictis; & licet peculio fodinæ, *dem Vorrath,* jam aliquid ex illo reditu accedat, nondum tamen tanta ſunt incrementa, ut inter Exercitores diſtributio emolumentorum poſſit fieri; atque hæc eſt, fodina mediæ fœcunditatis, *eine Zeche die ſich frey bauet:* aut denique 3. tanta eſt fodinæ proventuum ubertas, quæ & omnes impenſas exhibeat, & exercitoribus ſeu ſociis emolumenta porrigat; hæc eſt fodina opulentæ fœcunditatis, vocaturque *eine fündige oder Ausbeut-Zeche:* Atque hic proventus, *der Uberſchuß*, qui deductis impenſis ſupereſt, itidem ſtatis anni temporibus inter ſocios diſtribuitur, dummodo ita notabilis ſit, ut diſtributionem mereatur: Hinc in conſtitutione metallica Sereniſſ. Ducis Brunſuic. *Part. 2. Art. 60. von der Ausbeute zu beſchlieſſen, und was ſich zur Ausbeute erſtrecket;* ita definitum: *VVürde ſich in der Rechnung befinden, daß von Silber oder Neundten* (decima quippe portio ad Principem pertinet) *ſo viel Uberlauffs vorhanden, daß auf einen Kucks einen Gülden auszutheilen, die ſollen auf geordnete Rechnung ausgetheilet werden, was ſich aber zur Austheilung nicht erſtrecket, das ſoll den Gewercken zu gut im Zehenden zum Vorrath erhalten werden;* Ab hac tamen diſpoſitione noſtra ætas receſſit, nec tam feſtinato gradu ad proventuum diſtributionem procedere ſolet; ſed uberior quædam copia proventuum ſeponitur, quibus ſubitis fodinarum periculis & caſibus adverſis occurri poſſit; ne

ubi festinato auxilio est opus, tota fodina propter inopiam irreparabile damnum incurrat; Exercitores enim, postquam ex longo impensarum onere ad emolumenti perceptionem semel processerunt, subita illa mutatione in deterius perculsi ad novas collectas ægre admodum induci videntur. Unde opera danda erat, ut fodinæ adversus improvisas calamitates in se ipsis remedium habere ac se quodammodo exhibere possent.

42 V. Uti enim aliarum rerum sublunarium, sic & metalli fodinarum magna est vicissitudo: eleganter hoc declarat Petrus Eichholtz *Part. II. des geistlichen Bergwercks* Meditatione secunda: *Bergwerck bauen und fortsetzen, wie solches ein herrliches VVerck und Christliche Nahrung ist, so ist desselbigen Bau über die Maassen veränderlich, daß es mit demselben kaum einen Tag stehet, wie den andern: Denn bald haben sich die Anbrüche veredelt, bald verringert, bald sich gar abgeschnidten, oder eine Feste gar vorgeschossen, bald sind die VVasser aufgangen, oder es ist Schade am Gezimmer geschehen; Ist im Sommer heute die VVitterung also gethan, daß die Arbeiter ihre Arbeit verrichten können, vielleicht morgen hat es sich geändert, und ist das VVetter stehen blieben, daß keiner arbeiten kan.* Ita ille. Ex hoc fodinarum statu firmo talo stare nescio quinta efflorescit earum divisio in surgentes & cadentes, *steigende und fallende Zechen*; Hæ autem fodinarum differentiæ non ex momentaneo statu, qui quidem status dici vix potest, sed ex incremento aut decremento minimum per trimestre spatium continuato, *von Quartalen zu Quartalen*, æstimandæ sunt.

43 VI. Sexta est divisio fodinarum in simplices & compositas, *einfache und zusammengeschlagene Zechen*: Fieri enim potest, ut ex duabus fodinis una fiat; idque consensu duarum societatum: *Wenn zwo Gewerckschafften einhellig verwilligen, ihre Zechen oder Lehen zusammen zu schlagen, und sich dessen vor dem Berg-Meister im Amt erklären, soll es derselbe nachgeben, und solche Zusammenschlagung ins VVerck zu bringen verfügen*, Spanius *d. tr. tit. 15.*

44 VII. Fodinarum septima divisio ex re subjecta desumitur in Majorales & Minorales. Ita enim Sebastian. Span. *d. tr. tit. XII. §. 2. So muß man auch wissen, ob die Bergwerck* minoralia *oder* majoralia *seyn, welches zu erkennen aus dem meisten Metall nicht der VVaage nach, sondern nach dem VVerth.* Videlicet si fodina argenti quidem exiguam, plumbi vero majorem fundat copiam, dum tamen argentum istud pretio suo superet pretium totius molis plumbi, hanc non plumbi, sed argenti fodinam æstimare oportet: Ac simile est de reliquis judicium juxta pronunciatum Juris reique metallicæ Consultorum apud Spanium *d. tr. tit. XII. §. 2. sentent. 479. 480.* Unde apparet auri argentique fodinas Majorales dici; reliquas vero metallorum viliorum Minorales, sub quo genere continentur *die Eisen-Gruben, Zwitter-Gruben.*

VIII. Octava fodinarum divisio, a 45 qualitate personarum suo sumtu fodinas colentium vel exercentium desumta, hæc est, quod aliæ sunt Dominicæ, *Herrn-Zechen*, aliæ vero Sociales, ut sic dicam, *Gewercken-Zechen.* Prioris generis sunt fodinæ, quas Princeps vel Dominus territorii, in quo fodinæ sunt, suis aut per suum Factorem suppeditatis impensis exercet; Posterioris generis sunt, quas Dominus territorii privatis sua ipsorum impensa permittit exercendas. Vid. Dn. Seckendorff *Teutschen Fürsten Staat part. 3. membr. 1.* De hoc posteriore fodinarum genere ita G. Agricola, Vir metallicæ rei callentissimus, *de re metallica Lib. 4.* cum multæ magnæque impensæ faciendæ sint in fodinam, is, cui Magister metallicorum primo dedit jus ipsius, plerumque alios sibi adsciscit, qui cum eo societatem ineant, & ex parte impendant sumtus, lucrumque aut damnum faciant ex fodina. Et aliquibus interjectis ita pergit Agricola: Quoniam vero fodinam nostri vocant symposium, id est compotationem, *eine Zeche*, pecuniam quam Domini contribuunt, symbolam sive collectam nominare consuevimus. Nam ut qui ineunt symposium, symbola dant, ita qui sibi fossionis quæstus proponunt magnos atque uberes, ad eam pecuniam conferre solent.

IX. Nona divisio ipsas simul universi- 46 tates & corpora metallariorum afficit, qua quædam dicuntur *freye Bergwercke*, quædam vero *Bergwercke die Stadt-Recht haben*; ita enim legimus in *reform. Polit. de Anno 1530.* Item *die Berg-Knappen, so an freyen Bergwercken sind, die eigene*

Ordnung

Ordnung haben, sollen sich der Ort ihres Bergs Ordnung halten, und der geleben, wären sie aber ausserhalb derselben freyen Bergwerck, oder sonsten in Bergwercken, die Stadt-Recht hätten, sollen sie sich dieser Unser Ordnung nach gemäß halten. Inde & ipsa oppida, quæ metallariis domicilium præbent, dicuntur *freye Berg-Städte.* In Regno Hungariæ septem liberæ civitates montanæ numerantur in Ortelio Redivivo & a M. Maiero continuato *parte 1. pag. 25. Das andere Glied im vierdten Stande des Königreichs Ungern, nemlich bey den Frey-Städten, sind die sieben freyen Berg-Städte, unter welchen die berühmtesten Cremnitz, Schemnitz und Neusol;* & postea: *So giebt es auch noch andere Berg-Städte in der Graffschafft Zips, so nicht freye Städte sind, noch auf den Land-Tagen Sitz und Stimmen haben; als Wagendrüssel, Schwedeler, Gelnitz, Schmölnitz, Metzenseuffen, Stos und Einsede, in welchen sehr viel Eisen gegraben und geschmiedet wird.* Sed hæc quidem dictarum civitatum libertas non præcise ad exercitium metallorum videtur restricta esse, sed denotat statum & conditionem eminentiorem, qua illæ particulari Principum aut Comitum imperio exemtæ locum & suffragium in Comitiis regni obtinent; At nostra libertas metallariorum consistit tum in aliis Juribus, quæ declarat Löhneyss *Bericht vom Bergwerck. part. II. von der Berg-Freyheit,* tum præcipue in immunitate ab oneribus realibus & personalibus, ita Löhneyss. *d. l. So geben Wir ihnen hiermit diese weitere Gnade und Freyheit, daß sie von Uns, Unseren Erben und Nachkommen, mit Zinß, Steuer, Schoß, Schaar-Wacht, und Frohn-Dienste nicht beschwehret noch beladen, sondern deren, wie auf andern freyen Berg-Städten üblich und gebräuchlich ist, doch Unserm Fürstenthum an denen vor Alters ausgesetzten Erb-Zinsen und Gerechtigkeit ohn Schaden, befreyet seyn, auch zu Heer-Fahrten nicht sollen gezogen werden.* Alterum vero genus *der Bergwercke die Stad-Recht haben,* quæ communi Jure municipali fruuntur, duriore vivunt conditione, iis destitutæ privilegiis, quæ prioribus indulta sunt. Consueverunt autem Principes & populi rerum suarum satagentes ad rei Metallurgicæ studium homines, a duro & periculoso illo labore quem metallurgia exigit, alieniores, præclaris honoribus, immunitatibus ac privilegiis allicere: Unde Polybius *Lib. X. Histor. cap. X.* memorat ad Carthaginem novam Aletæ tumulum conspicuum fuisse, quem fama est propter inventa argenti metalla Diis immortalibus pares honores esse consecutum Dn. Eisenhard. *de Reg. Fodin. Jur. c. 2. n. 3. seqq.* Unaquæque autem fodina aream amplectitur 4
certa dimensione definitam: Et ista quidem area major est in capite fodinarum, minor vero in fodinis secundariis: Et area capitis fodinarum idiomate Metallico vocatur *das Feld einer Fund-Gruben,* area reliquarum fodinarum eodem sermone vocatur *das Feld einer Maasse.* Vid. Georg. Agricol. *in Catalog. rei metallicæ nominum. L. IV.* Idem Agricola *Lib. IV. de re metall.* totam hanc rem eleganter explicat seqq. Verum venæ partem, quæ primo inventa foditur, caput fodinarum appellamus, quod ab eo reliquæ fodinæ procedant, ut nervi a capite, & Magister Metallicorum ordiatur dimensionem: Hac autem de causa capiti assignat aream capaciorem quam aliis fodinis, ut primo venæ inventori meritam gratiam referat, & cæteros metallicos excitet ad studium quærendarum venarum. Sed quia fodinarum areæ sæpenumero pertinent usque ad torrentem & rivum aut amnem, ultima si absolvi non potest, subcisivum vocatur; Quod si demensum duplicatum fuerit, ejus jus Magister Metallicorum dat illi, qui primo petiit: Sin demensum simplex vel paulo plus, id ipsum in proximas utriusque fodinas distribuit. Consentit his Löhneiss *Bericht vom Bergwerck P. 1. tit. Vom Vermessen der Fund-Gruben und Maassen. p. 29. 30.* Et subcisivum 4
quidem vocatur *ein Uberschaar,* demensum *eine Lehn,* demensum duplicatum, *ein Wehr,* prout Agricol. *in Catal. nom. Metallic. L. IV.* ostendit. Porro quoque *ein Lehn ist 7. Lachter, zwey Lehn ist ein Wehr, drey Wehr ist eine Fund-Grube, zwey VVehr ist eine Maaße. Ein Lachter* vero proxime accedit ad passum metallicum, de cujus longitudine Agricola *L. IV.* Quod tamen in quibusdam 4
locis variat, ut Fribergi in Misnia Nicol. Voigtel. *in Geometr. Subterran. P. 13. n. 5. Weiln zu Freyberg in Meissen ein Lehn 20. Lachter breit und 60. Lachter lang;* Item *im Ober-*

Ober-Gebürge bey Seiffenwercken auch die Länge 100. Lachter, und die Breite 50. Lachter ist.

50 Modus autem areæ fodinarum mensura passus comprehenditur, qui Metallicis est sex pedum: Atque mensura quidem est utriusque manus extensæ, una cum latitudine pectoris: Sed aliæ gentes aliam ei latitudinem tribuunt: Nam Græcis, qui Orgyam nominant, est sex pedum, Romanis quinque. Hæc autem mensura Metallicis usitata ex Græcorum consuetudine videri potest defluxisse ad Germanos: namque pes Metallicus propius accedit ad longitudinem pedis Græci: Nam eo tribus tantummodo digitis longior est; sed æque ac Romanis dividitur in suas duodecim uncias. Hæc Agricola. conf. Albinus *Meißnische Berg-Chronica. Tit. 22. p. 121.* Et talis quidem ac tanta est area Metallifodinarum.

51 Ex eo quod demensum simplex, vel paulo major area in proximas fodinas quandoque distribui dicitur, quandoque etiam duarum fodinarum areæ in unam conjunguntur fodinam, patet, quomodo intelligendum sit Fribergensium Metallici Juris Consultorum apud Spanium *n. 546. Denn das Wort Zech in sich nicht beweisen mag, wie viel Lehn oder Maassen eine iegliche Grube vor sich und hinter sich dem Gange nach haben mag &c.* Observari autem meretur, areas fodinarum in formis quoque differre pro venarum varietate: Si namque vena profunda fuerit, area capitis fodinarum ex tribus demensis duplicatis, i. e. passus complectitur in longitudine 42. in latitudine 7. quibus numeris in se multiplicatis fiunt passus 244. Atque his terminis Magister Metallicorum circumscribit jus Domini capitis fodinarum. Sed alterius cujusque fodinæ area, ex utra capitis fodinarum parte erit, componitur ex duobus demensis duplicatis, & in latitudine septem passuum: Hæc Agricola. *d. l.* 4. Löhneyss *P. 2. tit. Von der Berg-Freyheit p. 43. zum drey und zwantzigsten soll es mit dem Vermessen nach Unserer Berg-Ordnung und Gebrauch gehalten werden, nemlich eine Fund-Gruben 42. Lachter, und dann einer Maassen 28. Lachter Feldes, und der Vierung des Ganges Streichen nach, an des Ganges Saal-Band anzuhalten drey und ein halb Lachter ins liegende, drey und ein halb Lachter ins hangende, nach des Ganges-Fall, in ewige Teuffe gegeben werden*, Matth. *in Sarepta sua Conc. 2.* Nicol. Voigtel. *in Geometr. Subterran. P. 13. n. 6. Eine Vierung zeiget ein iedweder Gang oder Fletz, ja auch ein Erb-Stollen. Er werde nun auf einen Gang oder in queren Gestein getrieben als* $3\frac{1}{2}$ *Lachter ins hangende und* $3\frac{1}{2}$ *Lachter ins liegende mit sich.* Simili ratione *eine Maaße hat zwey Gewehr, acht und zwantzig Lachter, in ewige Teuff, nach dem Fall des Ganges und ihre eigene Vierung.* Quin etiam, pergit Agricola, si vena recta descendit, tota area similiter recta descendit: Sin vena fuerit devexa, tota quoque area devexa erit, cujus latitudinis jus areæ Dominus, quatenus vena descendit in profundum terræ, perpetuo retinet; Et paucis interjectis: Hactenus (ait) de formis arearum venæ profundæ earumque dimensionibus; nunc vero ad venam dilatatam, cujus areas non uno modo loci circumscriptio metitur.

Et quidem vena dilatata vocatur *ein* 52
schwebender Gang oder Fletz; de cujus area Metallicæ rei Consulti hunc in modum: *Wenn man auf einen Fletz verleibet, so verleibet man in die Vierung, als eine Fund-Grube in die Länge 42. Lachter, und in die Breite auch 42. Lachter.* Deucer. *in Corp. Jur. Metall. Tit. Vom Ursprung des Bergwercks in fin. cap. 10.* Löhneyss *Bericht von Bergwercken, P. 1. tit. hiernach folgen etliche Berg-Phrases.*

Prædictis terminis ac mensuris defini- 53
tur fodinæ area, qui termini in aprico designantur per lapides terminales, *Loch-Steine*; in profundo iidem designantur per signa a Geometra metallico, *dem Marck-* 54
scheider, saxo incisa; quæ signa appellantur *Erb-Stuffen.* vid. Span. *d. tr. tit. 9.* Ipsa autem fodina in varias partes integra- 55
les & visibiles dividitur, quæ a putei ore usque ad lacunam infimam diversis sub appellationibus numerantur: & hæ partes visibiles inde dicuntur, quod demonstrari ad oculum possint, v. c. quis sit puteus, *der Schacht*, quis sit cuniculus, *der Stollen*, quæ sit lacuna infima, *Erb-Teuff &c.*

Diversæ ab his sunt partes fodinarum 56
incorporales vel intellectuales, quæ ad singulos quidem pertinent, non tamen singulis ad oculum demonstrari potest, quæ sua pars in fodina sit; Et hæ sunt partes fodinarum ad commodam inter socios, vel colonos, vel exercitores fodinæ

(qui

(qui Germanice *die Gewercken* vocantur,) impensarum & proventuum distributionem usu receptæ, & metallico jure comprobatæ. Hujusmodi partim aliæ majores sunt, aliæ minores; illæ in unaquaque fodina numero pauciores sunt, hæ vero numero plures: id quod natura ita contingit in omni quanto, ut sc. partes exiguæ numero plures sint, magnæ autem pauciores.

57 Ita ad commodam distributionem impensarum ac proventuum fodinæ in partes intelligibiles dividuntur:

1. In duos semisses.
2. In quatuor partes.
3. In octo partes.
4. In XVI. partes.
5. In XXXII. partes.
6. In LXIV. partes.
7. In CXXVIII. partes.

Et hæc quæ de partibus fodinarum intellectualibus diximus, clarius explicat G. Agricola *de Re Metall. lib. IV.* Quanquam autem (*ait*) areæ fodinarum & cuniculorum individuæ manent, tamen propter impensam & fructum quæque fodina aut cuniculus tanquam aliquod totum in partes dividi dicitur: quæ divisio multiplex est: Nam Fodina, quod etiam de cuniculo intelligendum est, aut dividitur in duas dimidias partes, tanquam as in suas semisses; quomodo duo Domini in eam æqualem faciunt sumtum, & ex ea æqualem fructum capiunt; nam uterque possidet semissem. Aut distribuitur in quatuor partes, quo pacto quatuor ejus possessores esse possunt, ut quisque possideat quadrantem; aut in octo partes; aut fodina dividitur in sedecim partes, quarum quæque est semuncia & silicius; aut in tringinta duas, quarum unaquæque est silicius & dimidia sextula, aut scripulum: aut in sexaginta quatuor, quarum singulæ sunt sextula & simplium: aut denique in centum viginti octo; quarum quælibet est dimidia sextula & simplium. Hæc Agricola.

58 Non tamen omnis generis fodinæ omnes prædictas divisiones recipiunt. Fodinæ enim minorales quas dicunt, in pauciores dividuntur partes: Nam ferraria fodina, verba sunt Agricolæ *l. c.* aut individua manet, aut in duas partes dividitur, aut in quatuor; perraro in plures; quod accidit propter bonitatem venarum. At fodina plumbi nigri, cinerii, candidi, itemque æris, argenti etiam vivi præterea dividitur in sedecim, aut in triginta duas; raro in sexaginta quatuor, ultra quem numerum Fribergi in Misnia partitio fodinæ argentariæ quondam non est progressa; Sed patrum memoria metallici fodinam argentariam, itemque cuniculum Senebergi primum diviserunt in centum viginti octo partes. conf. Löhneyss *Bericht von Bergwercken, tit. wie die Zechen p. 28.* Span. *d. tract. tit. 15.*

Omnis autem prædicta divisio fodinarum introducta est eum in finem, ut plures possint iisdem legibus recipi in communionem impensarum & lucri metallicæ fodinæ: ita scilicet, ut qui plures dictarum partium possidet, plus impensarum faciat, & pro rata majus quoque speret percipiatque commodum. Eleganter hoc declarat Löhneyss *d. tr. p. 1. tit. wie die Zechen. pag. 28.* 59 *Wiewol die Gruben und Stollen an sich selbst unzertheilet bleiben, iedoch von wegen der Zubuß und Ausbeute werden die Zechen nachfolgender Gestalt abgetheilet, welche Theilung aber mancherley ist: Erstlich wird eine Grube oder Stollen in zwey Theile getheilet, da zweene Gewercken gleiche Kosten tragen, und gleiche Ausbeute nehmen, oder es wird in vier Theile getheilet, dergestalt, daß vier Gewercken seyn, und ein ieder den vierdten Theil oder eine gantze Schicht habe,* (quæ portio vocatur *ein Schicht-Kuckes*, ut Dn. Chr. Berward notat *in suo interprete phraseologiæ metallurgicæ.*) *Es wird auch wol in acht Theile getheilet, also daß ein ieder eine Schicht habe, welche obgemeldte Theilung man für eine Gesellschafft rechnet; wann aber mehr denn acht Gewercken seyn, so ists eine Gewerckschafft, &c.* Ita Georg. Engelhard. Löhneyss *l. c.* 60

61 Et quamvis in Electoratu Saxoniæ uni vel duobus permissum sit integras possidere, suisque impensis exercere fodinas. *Ordin. Saxon. Elect. Art. 36.* ubi: *Würde auch einer, zwey, drey, oder viere aufs meiste, eine oder mehr Zechen bauen, und dieselben zugleich oder einer draus die verwesen wollen, das soll unser Berg-Hauptmann und Bergmeister verstatten;* unde etiam usitatum nomen *Eigenlehner.* Junghans *in Bergwercken.* Observari tamen meretur in Ducatus Brunsuicensis ac Luneburgensis metallifodinis hodie non permitti tribus aut quatuor personis integram fodinam excolendam suscipere: Ita enim Dn. Berward. *in suo interprete metallurgico.*

Lehnschafft ist, wenn ihrer dreye oder viere eine Zeche bauen, es ist aber bey dem Bergwerck allhier, weil sie zu Ruin der Bergwercke zielen, auf Lehnschafft bauen verbothen; causa dictæ prohibitionis affertur hæc: quod talis concessio ad ruinam fodinarum pertineat, idque inter alios modos ita quoque videtur contingere, si, quod in adeo exiguo colonorum vel exercitorum numero facile potest fieri, unus colonorum aut majorum sumtuum pertæsus deserat societatem, aut moriatur, & hæredes nolint descendere in eandem societatem damni aut lucri, ubi illud quidem præsens, hoc vere longe adhuc remotum est: quæ causa & alios deterrere potest, ut non facile in talem societatem se conferant. Genuinam dictæ prohibitionis causam planius declarat Löhneyss *in Ordin. Metall. P. 2. Art. 14. Dieweil die Lehnschafften eine Verwüstung des Bergwercks seyn, und dieselben nur auf den Raub bauen, die Teuffsten und Strocken mit Berg verstürtzen, da offtermals noch gute Anbrüche und Ertz könte gelanget und erbauet werden, die Schächte auch nicht mit Zimmern nach Bergwercks-Gebrauch verwahren, sondern zu Untergang und grossem Schaden des Bergwercks gereichet, also soll dasselbe hiermit gäntzlich abgeschaffet und verbothen seyn.* Quando autem plures sunt ejusdem fodinæ partes, ita ut onus in multis divisum sit, facilius & alliciuntur & retinentur exercitores sive coloni. Bene Imp. *in Novell. 38. Proœm.* ex interpretatione Gregorii Holoandri: Siquidem in multos divisum onus, parum aberat quin his, qui id subibant, absque sensu & pondere esse soleret.

62 Fodinæ igitur Majorales in plurimas plerumque partes dividi solent, & hanc quidem ob causam, ut impensæ nimirum metallicæ leviores existant, nec singulorum facultates immensitate sua exhauriant, & ut illius benedictionis Divinæ, quæ ex Metallifodinis hauritur, quamplurimi possint esse participes, usu & legibus metallicis introducta est divisio metallifodinarum majoralium & socialium in centum viginti & octo partes; de qua divisione paulo

63 ante dictum. Hæ demum partes fodinæ metallico idiomate vocantur *Kuxe*, ab inventore hujus repartitionis *Kuckus* dicto, ut quidam volunt, Berward. *Phras. Metallicis hac voc.* JCtis quoque audit Kuckus. vid. Carpzov. *P. 3. Const. 25. def. 1.* Kuckus vero, *ein Kux*, nihil est aliud quam metallifodinæ pars 128. fictione juris constituta, nempe ad commodum impensarum, &, qui deducta decima supersunt, proventuum metallicorum inter ejusdem fodinæ cultores & socios secundum regulam societatis distributio. Et hæc divisio metallifodinarum majoralium in centum viginti & octo partes ordinaria est, legibusque metallicis definita & usu recepta. De fodinis Misniæ & Vallis Joachimicæ id testatur Löhneyss *d. tr. P. I. Tit. wie die Zechen und Stollen in unterschiedliche Theile &c.* In Ordin. Metall. Ser. Duc. Brunsuic. *P. 2. Tit. II.* idem diserte cautum est: *Auch sollen in alle Wege in einer Zeche nicht mehr denn 128. Kuckus, darunter viere Uns und Unsern Brüdern zum Erbtheil gemacht und eingeschrieben werden.*

Quamvis autem in illo centum viginti 64
& octo partium numero ex dispositione Juris Metallici debeant quoque contineri duæ illæ partes, quarum una sacræ ædis, altera Civitatis ærario infert quicquid fert proventuum, prout diserte testatur Spanius *d. tr. tit. 15.* imo & tertia illa pars, cujus proventus ptochotrophio cedunt. Löhneyss *d. tr. part. 2.* Ordin. Metall. *tit. 18. p. 229.* Idem tamen dicti ope- 65
ris præliminari tractatu *p. 2. tit. von der Berg-Freyheit p. 42.* prædicto numero centum viginti & octo partium ex usu atque observantia tres adhuc partes adjungi testatur, ita ut 128. illæ cultoribus ac domino soli, & demum hæ tres piis causis ac civitatis ærario cedant; *Nachdem auch*, ait, *zum achtzehenden, auf allen löblichen Berg-Städten gewöhnlichen, da durch die Gnade GOttes die Zechen fundig, und zu der Ausbeute gerathen, daß die Ausbeute auf 131.* Partes *gemacht werde, daß der eine Theil der Kirchen, der andre Theil der Gemeine, der dritte Theil dem Hospital zum besten angewandt werde, daß die gottselige und löbliche Gewohnheit auch also hinförder auf unserm Bergwercke gehalten werde.* Nonnullibi illum numerum ad 66
centum triginta ac duas partes excrevisse idem testis affirmat, *d. tr. P. 1. tit. wie die Zechen und Stollen in unterschiedene Theile &c. &c.* his verbis: *Auf dem Zeller-Feld und Wildemann werden die Zechen 128. Kuxe verzubusset, aber zur Ausbeute 132. berechnet, davon 2. der Kirchen, und 2. dem Rathe, die Zubusse geben allein die Gewercken und Zechen; Was des Grund-Herrn vier Kuxe anlanget, giebt er keine Zubusse, sondern giebt den Gewercken alles Holtz*

Holtz, das man zum Gebäuden der Zechen, Stollen, Karren, Pochwercken und Schmeltz-Hütten haben muß, umsonst; deßgleichen giebt auch der Kirchen, Stadt oder Armen-Theil keine Zubuß. Pro majori aut minori partium illarum numero Kuckus aliter atque aliter definitur. Eisenhart. *d. l.*

67 Ex prædictis centum viginti octo partibus unaquæque dividi ulterius potest in duas partes, in quatuor, in octo; quin etiam in tres, in sex, in duodecim, inque alias minores; Quod ipsum, docente Georg. Agricola *de re metallica Lib. IV.* partibus evenire solet, cum ex duabus fodinis una fit; tum enim, qui ante erat Dominus dimidiæ partis, fit quartæ Dominus; qui vero quartæ, octavæ; qui tertiæ, sextæ; qui sextæ, duodecimæ. Löhneyss *d. tr. P. I. Tit. Wie die Zechen &c.* idem docet: *Wann man aber zwo Zechen zusammen schläget, werden offtmals die Kuxe in zwey, vier und acht Theile getheilet, daß der zuvor einen halben gehabt, hernach ein Viertel, und der ein Viertel ein Achttheil bekommet.* Atque hæc subdivisio partium fieri potest non tantum per actus inter vivos, ubi aut impensæ partium singularium magnæ sunt, aut mediocrium facultatum homines si non integram portionem, saltem semissem habere possint; aut reditus ita ampli sunt, ut partis alienatio commode institui possit; Sed etiam patrimonio alicujus, in quo una saltem fuit pars metallica, ad plures hæredes transeunte

68 idem contingit: Observandum vero, quod uti ipsæ fodinæ, sic & portiones seu partes illæ tanquam Jura iis inhærentia, rebus immobilibus annumerentur, prout etiam expressa constitutione in Jure Saxonico definitum apud Carpzov. *Jurispr. Forens. P. 3. Const. 25. Defin. 1.* Zobel. *Differ. Jur. Civil. & Saxon. Part. 3. diff. 10.* conf. Philipp. Knipschild. *de Fideicommissis Familiarum Nobil. cap. V. n. 66.* cum

69 pluribus ibi allegatis. Ipsi autem proventus metallici jam separati & percepti, *die Ausbeute,* juxta prædictos autores, perinde ut aliarum rerum licet immobilium reditus, inter res mobiles referuntur: Ita & Hahn. *Obs. ad Wesenb. de rerum divis. §. nisi per interpretationem.* Eisenhart. *de Regal. Fodin. Jur. cap. 3.*

70 Hactenus vidimus differentias & modum mensurandi & dividendi metallifodinas, sequitur ut de earum partium Metallicarum acquisitione, & jure quæsito agamus. Quando igitur præsumitur metallum sub terra latere, optimo consilio ad invitandos labores metallicos ubique ferme locorum unicuique permissum jus investigandi vel quærendi mineras sub cespite latentes, quod Germ. *Schürffen* dicitur. Joh. Guidius *de Mineral. Tit. 1. n. 13.* ubi hoc etiam ad Clericos extendit, cum licet negociatio Clericis sit interdicta, non tamen artificium, *88. distinct. per tot.* perquirere autem Metalla & subtili artificio ea distinguere, separare, & ad propriam materiam reducere, sit artificium. *l. 1. C. de Metall.* Churfürstl. Sächs. Berg-Ordn. Art. 2. *Und damit Unsere Bergwercke geöffnet, und männiglich so vielmehr derer geniessen mögen, so ordnen Wir hiermit, daß einem iederen, so einen neuen unverschrotenen Gang erschürfft, und am Tage ausricht, der Silber eine Marck oder mehr hält, zwantzig Gülden, da er eine halbe Marck hält, zehen Gülden, und unter der halben Marck von iedem Loth einen Gülden aus Unserem Zehenden iedes Orts soll gegeben werden.* Fürstl. Brandenburgische Berg-Ordnung de Anno 1619. Art. 2. *Und damit Unsere Bergwercke geöffnet und männiglich derer so vielmehr geniessen mögen, beruffen Wir hiermit ein gemein und offen Freyschürffen und Einschlagen nach Ertz allenthalben in Unsern Landen, und gebiethen, daß, wie das nach Berg-Recht üblich und Gewohnheit ist, von niemanden Edel oder Unedel daran gehindert werde.* Plenius hoc explicat Spanius *im Berg-Urthel-Buche* Tit. 1. §. 1. *Schürffen suchen und einschlagen nach Ertz, Gängen, Klüfft und Geschick, ist einem ieden vergönnet und frey, wie in allen Berg-Ordnungen, Berg-Freyheiten, und Bergwercks-Reformationen zu befinden, daran kein Grund-Herr oder Besitzer der Güther hindern kan, sie seyn gleich geistliche Kirchen-Güther, Frey-Städte oder Schloß-Güther, Hof, Acker, Wiesen, Auen, Vieh-Hut, Garten und dergleichen, wo es heissen mag, da sich Bergwerck erweiset.* Berg-Recht-Spiegel *P. 2. C. 1. §. 1.*

Et hoc jus investigandi metalla in loco 71
alieno ita generale est, ut nullibi nisi sub mensa, lecto & foco alterius mineras quærere sit prohibitum *Fürstl. Brandenb. Berg-Ordnung* d. l. *und ist weiter nicht, denn unter dem Tische, Bette und Feuer-Stätte gefreyet, doch dergestalt, daß der Schürffer niemand muthwillig zum Nachtheil oder aus Neid einschlage, und insonderheit der besämten Aecker so viel möglich verschonet werde.* Quod & convenit Juri Romano ubi cuilibet

cuilibet permissum erat fodere Metalla, dummodo solvat quæ fisco debentur, per *L. I. C. de Metallar.* Joan. Guidius *de Mineral. Tit.* 1. *n.* 13. & 34.

73 Quia autem non semper expedit inventori soli Metallifodinam exercere, vel propter sumtuum magnitudinem, vel propter prohibitionem nonnullorum locorum, hinc socios sibi solet adscifcere, qui cum ipso in partem impensarum metallicarum descensuri sint, quæ societas *eine Gewerckschafft* vocatur. Ac talem societatem coiri posse dubium non habet, *l.* 1. §. 1. *ff. quod cujus Univers. nom.* ubi Glossa dicit, quod ut aurum vel argentum simul fodiant, quandoque ineunt societatem, & ejusmodi sociis concessum est, habere corpus & Collegium ac arcam communem. Guidius *de Mineral. Tit.* 1. *n.* 30. Neque prohibitum eis erit statuta inter se condere, quod & aliis Collegiis permissum.

74 Et quidem primus ille inventor seu pararius dictæ societatis, quem Metallici *den Aufnehmer oder Lehn-Träger* vocant, aliis, quos ad societatem secum coëundam pellexit, aut vendere, aut gratis concedere solet unam pluresve, quotquot quisque desiderat partes metallicas, accedente concessione fodinæ Principis auctoritate & inscriptione in libro publico, *Gegenbuch*, & documento evictionis *Gewehrschein* vocant, præfecturæ metallicæ auctoritate munito: Clarius hoc explicat Spanius *d. tr. Tit.* 15. *von Gewerckschafften und Gewercken ist ferner zu wissen, daß ieder Zechen Gewerckschafft dem Bergmeister erstlich soll übergeben, hernach von demselben mit seiner Hand unterzeichnet, dem Berg-Schreiber in das Gegenbuch zu verleiben, befohlen werden.*

75 Solet autem interdum fraudulenta distributio partium metallicarum fieri, cum is, qui societatem partium metallicarum instituit, plures quam revera habet partes aliis aut donat, aut vendit; quæ fraus deprehenditur cum evictionis schedula, *der Gewehr-Schein*, postulatur; Hinc cautelæ loco observandum, ut evictionis documentum sub manu Scribæ Montani accipiatur, tunc enim omnis suspicio fraudis exulat, & pars in ea nominata optimo maximoque jure acquisita censetur. Eisenhart. *d. tr. c.* 4. §. 4.

76 Auctor vero societatis metallicæ, utut majorem numerum partium metallicarum sibi retineat, attamen nullam præ reliquis, quos sibi adscivit sociis prærogativam habet, nisi quod pro majori numero partium plus impensæ teneatur conferre, eoque nomine amplioris lucri spem ac fiduciam animo possit concipere. Regia Ordin. Metallica Wenceslai VI. Bohemiæ Regis *Lib. II. c.* 1. prædictum articulum ita definit: *Es sollen auch alle und iede Bergleute wissen, daß durch den Lehnträger, der den neuen Gang erstlich in Lehn empfähet, die andern seine Mitgewercken aber dasselbe Recht so starck und kräfftig empfahen, als wären sie Lehnträger, alleine daß der erste Lehnträger oder Aufnehmer einen ieglichen seiner Mitgewercken mit seinen Berg-Theilen namhafftig machen, und daß keiner daselbst für einen Gewercken erkannt soll werden, denn der durch den Lehnträger eingeschrieben und namhafftig ist.*

Cum & aliæ multæ societates aut to- 77
torum bonorum, aut alicujus negociationis valide coiri possunt solo consensu contrahentium; hæc metallifodinæ cultorum societas initium pariter & complementum vigoris sui debet auctoritati publicæ: Primum enim is, qui fodinam socialem aperire satagit, pro se suisque, quos proxime nominaturus est, sociis jus fodinæ impetrare debet ab eo, cui Princeps vel Dominus territorii fodinarum reique Metallicæ inspectionem curamque injunxit, sive is sit Magister Metallicorum, *der Bergmeister*, sive Senatus Præfecturæ Metallicæ, *das Berg-Amt*; Et in Regno Bohemiæ quidem, in Electoratu Saxoniæ ac Ducatu Brunsuico-Lüneburgico hujuscemodi concessio atque acquisitio juris metallifodinæ,
quod titulum & negocii, unde illud jus 78
fodinæ profluit, speciem attinet, in essentialibus quidem, sive substantialibus contractus, ut vocantur, cum emphytevticario contractu majorem quam cum ulla alia contractus figura cognationem habet: Uti enim ex contractu emphytevticario dominium utile prædii Emphytevtici, conjunctum cum obligatione colendi, conservandi & ad meliorem statum perducendi prædii, ad Emphytevtam transfertur, directo dominio penes concedentem remanente; ita & ex concessione juris fodinæ societati ejusque parario facta dominium utile societati accedit, itidem conjunctum cum obligatione colendæ fodinæ, impensasque ad metallorum effossionem, donec seipsam exhibeat fodina, & impensas ferat, conferendi: Et sicut Dominus Emphytevtici Prædii directus in recogni-

recognitionem hujus sui dominii habet jus ab Emphytevta exigendi canonem Emphytevticum; sic dominus territorii, postea quam jus metallifodinæ societati concessit, habet jus ex proventibus fodinæ canonem metallicum, qui plerumque decimam partem proventuum complectitur, percipiendi.

Non tamen in naturalibus utriusque contractus omnimoda juri metallifodinæ intercedit cognatio cum jure Emphytevtico: Nam utut Metallicæ fodinæ cultorum societas personam Emphytevtæ in uno alteroque juris articulo sustineri videatur; in reliquis tamen Emphytevtæ vel juribus vel obligationibus, contractusque emphytevticarii proprietatibus illa convenientia & cognatio haud apparet: Quippe dictæ societatis membra nec ad renovationem contractus, nec ad laudemii solutionem obstricta sunt; tametsi imago quædam renovationis ac laudemii conspicua sit in illa trimestri recognitione, quæ a Metallicis vocatur *das Verrecessen*, de qua infra plura, & singulæ quoque partes, exceptis iis, quas proprietarius habet, *Erb-Kuxe*, & quæ Civitati piisque causis deputatæ sunt, a Dominis suis pro lubitu obligari atque alienari possunt, quanquam, ut contractus ille libro publico ad fidem in judicio præfecturæ metallicæ faciendam insinuetur, publica lege nonnullis in locis ordinatum fit. vid. Spanius *d. tr. Tit. X.* ubi, ex Imperat. Rudolphi Ordinatione metall. ad Vallem S. Joachim. directa *p. 2. c. 9. §. 4.* adducit dispositionem. In prædio etiam Emphytevtico Dominus jus habet protimiseos, quod in partium Metallicarum alienationibus haud receptum. Et quæ ob non solutum stato tempore canonem Emphytevtæ imminet caducitas, in metallifodinis locum non habet. De hoc canone metallico ita legimus apud Spanium *d. tr. Tit. XII. §. 2. Solchen Zehend aber kan der Grund-Herr,* qui simul Regalia habet, *auf einen gewissen Canonem richten, und sich wegen nicht-Zahlung desselben an die Bergwercke, als sein Unterpfand, halten, aber solches darum nicht gar einziehen.* Et prædicta quidem ratione qui inter Dominum territorii & Metallifodinæ socios intercedit, contractus, per quem his conceditur jus fodinæ aperiendæ, conjunctisque impensis excolendæ, emphytevticarii contractus instar se habet; Nam licet initium dicti negocii in contractus feudalis speciem cadere videatur, si respiciamus tum illud breve testatum, *Muth-Zettel*, seu documentum petitæ concessionis metallifodinæ, de quo in plerisque Ordin. Metallicis sub init. agitur; tum ipsum nomen *Muthung* & *Lehnschafft* in dicto concessionis genere usitatum, Feudi naturam redolens; Exitus tamen ejusdem negocii ad Emphytevseos naturam magis accedit, utique cum in concessione fodinæ vasallagii & fidelitatis, & renovationis investituræ ac laudemii, quale in feudis locum habet, nulla mentio, nec ullum personale servitium vel expresse vel tacite in illum contractum deducatur, sed potius realis aliqua præstatio & jus canonis metallici inde emanet. Atque hanc culturæ metallifodinarum cum emphytevsi convenientiam observavit quoque C. Zobel. *diff. Jur. Civ. & Saxon. P. 3. diff. 10. num. 4.* ubi sic statuit; Primum enim certum est ejusmodi culturam argentifodinarum similem caussam habere emphytevseos: quia perforantur & fodiuntur montes steriles propter meliorationem & lucrum argenti, quod in iis reperitur. In nonnullis vero provinciis, ubi non nisi ferri metalla fodiuntur, mera locatio conductio obtinet in concessione fodinarum, quique suis impensis fodinas exercent, nullum jus in re, sed nudum conductoris titulum consequuntur. Quoniam & hujusmodi vilius metallum minore impensa effoditur & excoquitur, nec tot substructionibus & molibus subterraneis indiget, uti auri atque argentifodinæ, quarum venæ terram profundius fere ingrediuntur, hinc & singulis personis titulo locationis permittitur ferrifodinam aperire & exercere; salva tamen libertate societatis cum uno alteroque ad impensarum & lucri communionem ineundæ. Si autem quis hoc, quod inter Dominum territorii & Exercitores fodinæ intercedit negocium, cum Juri Civili sit incognitum, peculiari plane & singulari nomine dignum forte existimet, illi non adeo refragabimur cum Consult. Dn. Hornio *in dissertat. de Regal. II. §. 26.* Non enim negociis omnium Gentium juris Justiniani doctrina absoluta quadam necessitate oportet applicari. Si enim nullum piaculum est, Feudale negocium Romanis incognitum singulare plane dicere, nec ad aliquod Civilium referre, non adeo improbari potest illorum conatus, qui de Metallico idem sentiunt, cum aliam plane rationem Juris Metallorum hodierni

esse ac Jure Romano fuit, dubium non sit.
79 Cæterum si in nonnullis provinciis me-
talla viliora, & saxa atque lapides, qui in
venis subterraneis delitescunt, ex tenore
investituræ ad eos pertinent, qui de mero
aut mixto imperio certi districtus sunt in-
vestiti, aut vero si in nonnullis provinciis
talia ad privatos agrorum Dominos perti-
nent, ibi quidem diversi a prioribus sunt
acquisitionum tituli: Quæ enim inve-
stitura Feudali comprehenduntur Me-
talla ac Lapidicinæ, investituræ illius
minime contemnendo nituntur titulo:
Quæ autem ex antiqua Regionum con-
suetudine aut ad Magistratum loci, aut
ad incolas pertinent, accessionis cujus-
80 dam titulum præ se ferunt. Sunt quo-
que districtus, in quibus incolæ lapidici-
nas exercent, inventionis aut primæ occu-
pationis titulo securi; dum cuilibet ex in-
colis permissum est in montibus, qui pu-
blici juris sunt, lapidicinas pro lubitu in-
stituere, nulla vel specialis concessionis im-
petrandæ, vel solvendi canonis necessitate
adstricto. Dn. Eisenhart. *de Reg. Fodin. Jur. C. 4. §. 8.*
81 Qui vero inter ipsos cultores vel exer-
citores fodinæ initur contractus, quo ad
impensas in metallifodinas conferendas se
obligant, ut lucrum inter eos commune
sit, societatis, ut jam ante dictum, nomen
speciemque gerit, & vocatur *eine Gewerck-*
82 *schafft.* Revera autem hic contractus
haud pauca habet plane singularia, quæ-
que egrediuntur notissimos societatis ter-
minos, id quod aliis quoque contractibus
accidit, v. c. deposito *L. 24. L. 26. §. 1. ff. depositi;* Primum enim, licet aliæ societa-
tes etiam inter duas personas possint coiri; hæc tamen metallifodinæ cultorum socie-
tas, quæ quidem *eine Gewerckschafft* dici possit, octo personarum numero amplior esse debet; (2) In aliis societatibus alius sociorum operam, alius pecuniam, aut uterque utrumque, aut alter unum ho-
rum, alter vero utrumque confert, prout inter socios conventum; Hæc vero, de qua in præsenti agimus, ab initio est tan-
tummodo impensarum, quæ in pecunia-
rum collatione consistunt; labores vero a fossoribus cæterisque metallurgicis ob-
euntur, qui ab exercitoribus diversi esse possunt; horum vero sumtibus conducti sunt ad istos labores obeundos, qui ad metallorum inventionem, egestionem, excoctionem &c. pertinent; Ipsi tamen quoque fossores & reliqui operarii in ipsis illis fodinis, in quibus metalla per-
quirunt, suas portiones habere possunt, ut ita duplicem personam gerant, & exerci-
torum & operariorum. (3) In aliis socie-
tatibus mensura conferendorum arbitrio sociorum relicta est, v. c. si contracta sit societas olei aut vini, aut frumenti emen-
di vendendique, prout sociis visum majo-
rem aut minorem summam in eam nego-
ciationem conferre, & partes lucri aut damni pro lubitu definire possunt: Ve-
rum in nostra hac societate primo unifor-
mis inque omnibus ejusdem generis fo-
dinis valitura adest distributio partium, quarum unus aut unam, aut duas, aut plu-
res suscipere potest, prout ipsi visum; De-
inde modum symbolæ non constituit so-
ciorum unusquisque suo arbitratu, sed prout fodinæ fructus aut majorem aut mi-
norem impensarum mensuram implent, minor aut major symbola, quæ a singulis pro rata & quota partium conferenda sit, constituitur, & quidem sequenti modo, quem tradit Spanius *d. tr. Tit. IV. Wenn Gold und Silber nicht gleich zu Tage aus-
wächset, noch die Ertzen alsobald unter der Damerde gefunden werden, daß sie gediehen seyn, und den Kosten tragen mögen, als müs-
sen die Gewercken zusammen legen, und was die Ertze nicht tragen, zubüssen, damit die Gebäu und Arbeit kan fortgetrieben wer-
den; Es wird aber mit der Zubusse also ge-
halten, wenn ein Schichtmeister oder Vorste-
her der Zeche, nach der Rechnung, auf fol-
gend Quartal so viel Vorrath nicht behält, daß er die Zeche bis weiter auf nächste Rech-
nung bauhafftig halten kan, sondern muß auf die Gewercken Zubuß anlegen, soll er ei-
nen Uberschlag machen, was auf das ange-
stellte Gebäu wöchentlich, und denn das gan-
tze Quartal über vonnöthen, und auf einen Kux kommet, und wenn die meisten Gewer-
cken also damit zufrieden, soll solche Zubusse auf Befehl des Bergmeisters vom Berg-
Schreiber eingeschrieben, und hernach mit Rath des Bergmeisters und des Geschwor-
nen nützlich angewandt und ordentlich ver-
rechnet werden.* Sed in Ordin. Metall. Ducis Brunsuicens. *P. 2 art. 12.* ea de re sic dispositum. *Ein ieglicher Aufnehmer alter und neuer Zechen soll ihm, dem Bergmeister, nach seiner Achtung, bis zu nachfolgender Rechnung, nothdürfftige Zubuß anlegen las-
sen.* conf. *ibid. Art. 71.* Etsi autem (4) privato consensu perfici possit societas ne-
gociatoria; hæc tamen matallifodinæ cul-
torum consociatio inita actis præfecturæ

metal-

metallicæ insinuari debet, prout tum in aliis legibus metallicis, tum quoque in Ordinat. Metall. Ducis Brunsuic. *P. II. Art. 21.* declaratum: *Wenn Zechen und Lehn obenberührter Weise bestätiget, und ins Berg-Buch einverleibet worden sind, dann sollen die Gewerckschafften verzeichnet, dem Bergmeister zugestellet werden, der soll dieselbigen Zechen, wenn und wie sie ins Gegenbuch kommen, mit Vermelden des Lehn-Trägers Namen in ein sonderlich darzu geordnet Buch einschreiben lassen, folgends mit seinem Wissen ins Gegenbuch zu verleiben befohlen werden.*

82 Olim Jure Romano Collegia & societates inire non promiscue absque publica autoritate erat concessum, corpora vero Aurifodinarum, Argentifodinarum & Salinarum instituere non erat prohibitum, per *L. 1. ff. quod cujusque univers. nom.* In Principatibus tamen Germaniæ illa privatorum libertas magis restricta est, & societates metallifodinæ Cultorum ut Principis auctoritate niterentur, e re publ. visum. Hinc omnis rei Metallicæ directio, provisio, impensarum & symbolarum indictio, emolumentorum distributio publica fit auctoritate, Præfectis, Magistris, Rationalibus, Distributoribus, Scribis a Principe ad id constitutis; Ipsis vero sociis, qui, ut supra dictum, *die Gewercken* vocantur, non nisi stato tempore, vel symbolas indictas pro rata solventibus, vel qui deductis impensis, deducta decima, quæ sine onere ad Principem pertinet, supersunt fructus percipientibus: qui tamen certis casibus a Præfectura Metallica ad deliberationem, de majoribus forte impensis, aut aliis magni momenti ad fodinæ statum spectantibus rebus instituendam vocantur. Prope simili ratione nunc quoque apud Batavos florentissima societas Indicana privato nonnullorum mercatorum consilio ausuque cœpta a fœderatis Statibus in unum corpus redacta est, impositis diversas per urbes curatoribus, qui legatos interdum convenirent, & lata lege, ne quis seorsim viginti intra annos ultra montem Bonæ spei aut Megallani fretum navigaret. Præfinita dies, intra quam nomina sua, qui onerum obventionumque participes esse vellent, profiterentur, ita ut decennio demum exacto nova fieret professio, teste Hugone Grotio *Histor. de Reb. Belgicis. Lib. XI.*

Quantumvis etiam (5) societas negociatoria solvatur morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit: Sed etsi consensu plurium societas contracta sit, morte unius socii solvitur, etsi plures supersint; nisi in coëunda societate aliter convenerit, ita Imp. Justin. *§. 5. Inst. de societat.* Hæc tamen metallifodinæ cultorum societas continuatur, & in hæredibus sociorum, aliisque, titulo etiam singulari in eorum locum subeuntibus. Etenim unusquisque sociorum partes suas in hæredes transmittit, potest quoque suas partes aliis legare; aut per actus inter vivos alienare, exceptis fundi Dominis, qui partes suas *die Erb-Kuxen,* de quibus supra dictum, a prædio separare non possunt: Et primo quidem per testamentariam dispositionem partes metallicæ transferri possunt, quod patet ex pronunciato apud Spanium *n. 330.* Secundo per successionem ab intestato eædem acquiruntur. *ibid. n. 361. 362.* Hæredes autem ratione harum quoque partium in jura suorum Antecessorum active & passive succedunt; *Die Erben der Gewercken müssen bezahlen, wenn sie sich der Bergwercke haben angenommen.* Span. *d. tr. Tit. XV.* Dn. Eisenhart. *d. tr. C. 4.* quem propter multa singularia, quæ circa rem metallicam habet, in hoc capite magna ex parte secuti sumus.

Circa amissionem autem partium Me- 83
tallicarum sciendum, quando constituto corpore vel societate metallifodinæ jus fodinæ legitime impetratum est, statim sese convertere debent Exercitores ad procurandas operas metallarias, ut obtineri possit finis, cujus gratia initur dicta societas; qua cura omissa per temporis spatium in ordinatione Metallica definitum; si a Magistro montium ex causis necessariis dilatio haud impetrata sit, jus fodinæ amittitur: *denn wenn Gebäude, Fund-Gruben, Maassen, Schacht, Stollen, &c. zu dem Ende verliehen werden, daß sie mit Hand-Arbeit beleget, gebauet und bauhafftig sollen erhalten werden, darauf denn auch die Berg-Amtleute wegen des Grund-Herrn eigen Interesse fleissig zu sehen, derowegen nicht zugelassen, daß die Zechen mit ledigen Schichten oder Posen bauhafftig zu halten; Sondern wo es also geschiehet, die Gewercken oder der Schichtmeister fürbeschieden und gewarnet, auch dafür nach solchen, wie es die Ordnung giebet, nicht gebauet, oder zum wenigsten 3. oder 4. Schichten in einer Wochen nicht verfahren werden, die Zeche einem andern, der sie frey zu fahren begeh-*

begehret, frey erkennet und beliehen werden, damit bauwürdige und höffliche Oerter nicht liegen bleiben; Doch ist hiervon ausgenommen, wenn arme Gesellen oder Bergleute eigene Gebäue haben, und solche mit Weil-Arbeit als alle Tage 4. Stunden, es sey frühe oder Mittag, erhalten; also auch wenn der Bergmeister einer oder andern Zeche etwan Wassers oder Wetters halber oder aus andern mercklichen, nothdürfftigen und wichtigen Ursachen, als Winters Zeit wegen Ungewitters, item *zu Absenckung der Licht-Löcher Frist gegeben hat.* Ita Spanius *d. tr. tit. 2. §. 7.*

84 Omnis autem ille labor, qui in Metallifodinis subeundus, certis temporum periodis definitus est, quarum unaquæque metallico idiomate appellatur *eine Schicht.* Ita hanc in rem Löhneyss *d. tr. Part. 3. pag. 54. Es sind 24. Stunden in Tag und Nacht, die werden in 3. Schichten getheilet, eine iegliche Schicht hat 7. Stunden, die übrigen 3. Stunden sind zwischen den Schichten die Ruhe-Stunden)* alibi eas appellat *die Löse-Stunden, in welchen die Hauer an- und ausfahren; Die erste Schicht fänget sich an früh Morgens, und währet bis zu eilffe, die andere fänget an um 12. Uhr, und währet bis zu sieben, diese zwey heisset man Tage-Schichten, die dritte ist die Nacht-Schicht, die gehet an den Abend um 8. Uhr, und währet bis gegen Morgen um 3. Uhr, diese läst man nicht gerne zu, es erforderts denn die Noth. Sie arbeiten aber gemeiniglich auf ihren Gedingen und Weil-Arbeiten, ziehen Wasser oder Berg so ihnen verdünget ist; damit sie von Müdigkeit nicht schlaffen, so singen sie einen lustigen Berg-Reyhen, aber einem Hauer wird nicht zugelassen, zwo Schichten zu fahren, darum, daß er gemeiniglich in der Gruben pfleget zu schlaffen, oder fähret langsam an, und eher ab denn sichs gebühret, wenn sie aber ihre Schichten, der Gebühr nach, nicht verfahren, wird ihnen am Lohn etwas abgezogen: An etlichen Orten wird es ihnen zugelassen, darum, weil sie sich von einer Schicht nicht erhalten können. Jhnen wird auch nicht verbothen ledige Schichten zu fahren, wenn man ihnen nur eine rechte Schicht zulässet.* Prædictæ autem Periodi cum sint Juris positivi, in diversis locis diversæ esse possunt. In Ordinat. Metall. Sereniss. Ducis Brunsuicensis *P. 2. Art. 38.* sic de iis dispositum. *Man soll allezeit zu ieglicher Schicht eine halbe Stunde zuvor andeuten, damit sich die Arbeiter darnach zu richten, und destoweniger ihre Unsäumligkeit zu entschuldigen haben, und allezeit frühe zu 4. Uhren die erste Schicht, und zu zwölff Schlägen die Posen oder Weil-Arbeit anfahren, und das ist die Tage-Schicht. Die Nacht-Schicht hebet sich an zu 4. Uhren Nachmittage, und währet bis zu sieben Schlægen, und das ist die Weil-Arbeit, und zu acht Schlägen die Schicht bis zu 4. Uhren des Morgens, das ist die gantze Nacht-Schicht mit der Weil-Arbeit, und also iegliche Schicht und Weil-Arbeit sollen die Hauer und andere Arbeiter vollkömmlich 11. Stunden an die Arbeit bleiben, und ehe man ausklopffet, nicht von Oertern fahren.*

Amittitur itaque jus fodinæ, si per temporis spatium in ordinatione Metallica definitum opus metalli intermittatur, cum dilatio legitime haud impetrata, & Exercitores, aut qui eorum consensu constitutus, eorumque personam & vices certo modo gerit, Præfectus rationum, *der Schichtmeister,* a Magistro montium admoniti opus illud continuari haud curaverint: prope simili modo amitti usumfructum constat ex §. *fin. Inst. de Usufr. verb. & non utendo per modum & tempus;* Brevior autem est præscriptio, qua jus fodinæ amittitur, ut mox dicetur. Atque ipso illo modo fodina libertatem montanam recipit, *fället wieder ins freye,* & alteri societati a Magistro montium concedi potest, perinde uti feræ bestiæ, & volucres & pisces; cum tuam evaserint custodiam & in libertatem naturalem sese receperint, tuo in dominio esse desinunt, & rursus occupanti cedunt. In Ordinat. Metall. Brunsuicens. *P. 2. Art. 6.* sic definitum: *werde iemand alte Zechen für unser freyes muthen, der soll in der Muthung zum wenigsten mit zween Geschwornen beweisen, daß dieselbe Zeche ohne des Bergmeisters Zulassung drey anfahrende Schichten nicht bauhafftig gehalten sey, und soll alsdenn mit Muth-Zeddeln und Bestätigung gehalten werden, wie auf neuen Gängen, doch soll der Bergmeister vor der Bestätigung der alten Gewercken Ursachen hören, warum die Zeche nicht frey gefallen seyn solte, und wo ihre Ursachen nach Berg-Recht genugsam, soll er sie dabey bleiben lassen;* eadem habet etiam *Churfürstl. Sächsische Berg-Ordnung. Art. 23.* Conf. Span. *d. tr. tit. 2. pr.* Georg. Agric. *de re metall. L. 4.* 85

Singularis igitur vigilantia & industria requiritur in Præfecto rationum, qui una cum subordinato sibi scansore, *dem Steiger,* inter alia officii sui munia fodinas suæ inspectio-

spectioni commendatas observare tenetur, ut continuo opere exerceantur. Ut autem is ad illam vigilantiam fortius devinctus, & Exercitorum Societati illius negligentia non sit damnosa, ad satisdationem in susceptione officii sui compellitur; Prædict. Ordinat. Brunsuicens. *P. 2. Art. 14.* in quo agitur *von Bestallung der Zechen mit Steiger und Schichtmeister*, de hoc ita cautum: *der Schichtmeister soll einen Vorstand setzen, also, daß die Gewercken, und iederman dasjenige, so er zu thun und zu pflegen schuldig, auch was er Schaden thäte, oder Schadens Ursache wäre, an ihm bekommen möge.* Add. Span. *d. tr. tit. 17.* ubi de officio Rationum Præfecti plenius agitur.

86 Amittitur & jus metallifodinæ hoc modo, de quo ita Spanius *d. tr. tit. 2. §. 8. Neben dem Bauen oder baulicher Erhaltung müssen auch alle aufgenommene und verliehene Lehne und Zechen altem Berg-Gebrauch oder Gewohnheit nach, von denen Schichtmeistern oder Vorstehern derselben quartalich verrecesset werden, also, daß von ieglicher Zeche, Maaß und Stollen, sie werden gleich gebauet, oder mit Fristen erhalten, 7. kleine gr. gegeben und verrechnet werden sollen; doch woferne ein Stollen Maassen hätte, giebt er das Recess-Geld allein von demselben, und müssen solche Recess-Gelder vor die Lehen und Zechen gegeben werden, sie seyn gleich auf der Grund-Herrschafft eigenen oder der Lehn-Leute Gründen, es sey auf was Metall oder Mineral es wolle.*

87 *Also gar aber ist das Berg-recessen nothwendig, daß wo eine oder mehr Zechen zwey Quartale nach einander nicht verrecesset wird, so muß der Schichtmeister und Vorsteher, oder welcher Gewercke sich der Zechen oder Theil anmassen will, vom ersten Quartal 10. Fl. und von dem andern 20. Fl. ohne allen Behelff und Verzug dem Grund-Herrn zur Straffe erlegen, und damit derselben Zechen Alter und Gerechtigkeit erhalten; wann aber eine Zeche in drey Quartalen nicht verrechnet noch verrecesset wird, so fällt die ohne alle Mittel in das Freye, und verleuret ihr Alter und Gerechtigkeit, die auch dem ersten Muther, so derselben begehret, vermöge der Ordnung* in Elector. Saxon. Metall. Ordin. *Artic. 24.* In Ordin. Metall. vallis S. Joachim. *Part. 2. Art. 76. wieder verliehen werden kan.* Item dispositum est in Ducis Brunsuic. Ordin. metall. *Part. 2. Art. 74.* Quæ omnia rerum judicatarum autoritate confirmantur apud Span. *sentent. 97. 98. 103. 105.* Dicta recognitio quem in finem debeat fieri, in jam allegatis verbis ita designatur: *Und damit derselben Zechen Alter und Gerechtigkeit erhalten.* Senium fodinæ & jus 88
inde suspensum numeratur a priore seu prius facta concessione ejusque insinuatione; Ipsum vero illud jus est prærogativa quædam & facultas omnes alios excludendi ab illa area, quæ per concessionem a Magistro montium factam in alicujus quasi proprietatem pervenit; cumque ante illam concessionem locus vel area vigore libertatis montanæ unicuique pateret, per dictam concessionem aliquod jus proprietatis in unum confertur, quod suas vires extendit ad omnia metalla, quæ in area illa uni societati concessa deprehenduntur, ita ut qui in eodem tractu vi dictæ libertatis montanæ metallorum venas perquisiverunt, ei teneantur cedere, qui primus investituram obtinuit; quæque post eum in vicinia aliis conceduntur, juniores fodinæ illi seniori teneantur certas prærogativas relinquere, quas illa jure Senioratus sibi vindicat. De illo Senioratus jure inter plures fodinas, quod ex præoccupata vel ante alios obtenta investitura consurgit, vid. Span. *d. tr. tit. 2. §. 6. Muthung und darauf erfolgtes Bestätigen und Verleihen giebt vor den nachfolgenden die Erstigkeit und das Alter oder Vorgeben, also, daß den, der am ersten gemuthet, und ihn verleihen oder bestätigen lassen, keiner, der in seinem Felde mit Bergwerck-Bau befunden wird, austreiben kan, sondern der erste oder ältere wird bey seinem Lehn, Erstigkeit, Vorzug und Alter erhalten, dargegen der Jüngere weichen muß, ungeacht ob der Jüngere in der Gewehr mit der Hand-Arbeit läge, und der Aeltere nicht.* Nonnullis interjectis sic pergit Spanius: *Doch ist die Regul, daß nemlich der Jüngere dem Aeltern weichen muß, mit der Bescheidenheit zu verstehen, wenn nemlich der Aeltere auf den Jüngern mit offenen Durchschlägen, und dahin gebrachten richtigen Salband weiset.* Hæc Span. *l. c.* Quippe & post longum temporis spatium Senioratus ille vim suam exserit, si venæ metallorum oblique descendentes vicinorum sociorum areas & quadrata ingrediantur, qualis concursus interdum existit, quamvis in summa telluris parte putei fodinarum legitimam inter se habeant distantiam: Hoc tamen casu ille, qui jus Senioratus sibi competere affirmat, evidenter docere tenetur, venam suam alterius aream ingredi.

Span. *d. tr. Tit. VI.* hoc ita declarat: *Es begiebet ſich offte, daß auf Gängen gemuthet, Niedergeſencken gebauet und angeſchnidten wird, welche am Tage weit genug von einander, in der Teuffe aber zuſammen oder einander in die Vierung fallen, daraus Jrrthum und Neid erwächſet, auf welches Begeben, Bergläufftigem Gebrauch nach, der Jüngere dem Aelteſten weichen &c.* Probatio quæ Senioratum alleganti hoc caſu incumbit, metallico idiomate vocatur, *vom Vater her beweiſen,* i. e. uti *Gottfried Junghanß* explicat, *wenn ihrer zweene auf einem Gang ſeyn, und einer Ertz antrifft, ſo muß der Aeltere im Felde mit offenen Durchſchlägen beweiſen, ob das Ertz ihm zukommet.* Conf. Span. *d. tr. ſentent. 188. 189. 190. & Tit. VI. §. 2. & 3.*

89 Dn. Eiſenhart. *d. tr. c. 5.* Vim & prærogativam illius Senioratus lepido hoc caſu metallico illuſtrat Matheſius *in Sarepta Conc. 2.* his verbis: *Ein Bergmann iſt allhier auf einer Maaß belehnet geweſen, da er auch Kübel und Seil eingeworffen, und ſein Gebäude, wie gebräuchlich, erhalten: Da ihm aber ein ander fündiger Gang in ſeine Vierung fället, fahen ſeine benachbarten Gewercken einen Hader mit ihm an, und wollen ihn austreiben, und auf die Halbe ſetzen, ſchicken ihm ein Kerbholtz, und laſſen ihn vorfordern, und weil ihre Sache auf faulen Gründen ſtund, rüſten ſie ſich mit einem groſſen Beyſtand und Anhang, und ziehen einen berühmten Redner zu ſich, der böſer Sache ſoll eine Geſtalt machen. Der Bergmann erſcheinet als ein Gehorſamer, denn gute Sachen dürffen bey Erbahren und Verſtändigen nicht viel Procuratoren. Die Kläger geben ihre Sache mit groſſen Geplatz ſcheinlich für, und thun eine geſchwinde Klage, die ſie mit Worten überſchwemmen. Dem Bergmann wird auch vergönnet zu antworten, der kommt* de ſimplici & plano, *ſchlecht und gerecht, und ſpricht: Herr Bergmeiſter, Herr, ich bin der Aelteſte im Felde, und habe meine Zeche auf meinem erkohrnen Gang, wie ein ehrlicher Bergmann nach vermöge der Ordnung erhalten, welches ich mit dem Berg-Buche, des Abſchrifft ich euch hiemit fürlege, und mit den Receſſen darthun und beweiſen kan, ſo ſind meine Widerſacher die Jüngſten, drum bitte ich, Ew. Weisheit wollen an ſtatt unſers gnädigen Grafens mich bey meinem Alter und Rechten beneben der Ordnung, wie einen andern Bergmann, ſchützen und handhaben. Darauf thut der Gegentheil einen Abtritt, und nach gehaltenen Rath replicirt der Procurator, und weil ihre Sache nicht gar gut war, träget er ein Löthlein ein, und macht weitläufftig Ding, damit er den Parth einen blauen Dunſt für die Augen mache, und vom Haupt-Grunde ableite. Wie er zugeführt und beſchloſſen, ſpricht der Bergmann einfältig: Lieben Herren, ich gönne euch gerne, daß ihr für die lange Weile aufs Gebürge ſpatzieren gehet, aber im Berg-Buche müſſen wir doch wieder zuſammen kommen. Jch bin der älteſte, und liege mit Hand-Arbeit in meiner Zechen, und die Ordnung und das Berg-Buch ſind meine Beyſtände und Zeugen, darum gebe ich mich in keine Weitläufftigkeit, und hoffe, man werde mich bey meinen befugten Rechten erhalten, darum ich den Herrn Bergmeiſter und ſeine Geſchworne von Amts und Rechts wegen zum andernmal bitte. Der Gegentheil fähet wieder an zu tripliciren, aber der Bergmann ſtehet auf ſeine achtzehen Augen, berufft ſich wie vor auf ſein Alter und Berg-Buch, und will darüber ſich erkennen und weiſen laſſen, wie ein ehrlicher Bergmann;* & tandem: *doch kunte man nicht fürüber, man muſte das Alter und Berg-Buch bey Ehren erhalten: Alſo bliebe der Bergmann bey ſeinen befugten Rechten.* Hæc Matheſius vir ingenio amœno & facundia Metallicorum auribus accommodata ad memoriam poſteritatis inclytus. Ex quibus colligimus, inſtitutum illud, *das Vorreceſſen,* primum obſervari cœpiſſe & nunc quoque obſervari ad alendam vigilantiam, induſtriam, æmulationem & ardorem culturæ metallicæ. Etenim licet plures in eodem tractu montano venas metallorum perquirant, ille tamen prærogativam Senioratus acquirit, qui primus inveſtituram impetrat, per quam integra area ſatis amplæ magnitudinis & addicitur & conceditur; cujus inveſtituræ virtute ex ſua area omnes reliquos excludere poteſt, qui intra terminos areæ ſibi conceſſæ metalla ſcrutati ſunt, aut poſtea in eandem incidunt; ut ſuum quadratum, *ſeine Vierung,* i. e. aream quatuor rectis angulis concluſam, quæ in tali habitudine usque ad infima telluris deſcendit, vid. Span. *d. tr. Tit. 6. §. 4.* propriam ac liberam teneat. Uti hac ratione excitatur certamen quoddam & æmulatio inter cultores rei metallicæ, ſic idem continuatur per trimeſtrem illam recognitionem; hac autem per novem menſes intermiſſa, jus & prærogativa Senioratus amittitur.

Ad

90 Ad illustrationem hujus materiæ lubet ex Nicolai Voigtelii *Geometria subterranea Part. 17. pag. 123. & seqq.* subjicere tres quæstiones controversas inter Exercitores fodinarum, prærogativam Senioratus concernentes, & quia ejusmodi casus Geometrice solent describi, ad meliorem intellectum Ichnographiam eorum adjunximus.

CASUS I.

Es hatten Tabul. VIII. Fig. I. *die Gewercken der ersten Zechen mit einem Spathe, worauf sie vor denen Gewercken der andern Zechen das Alter erlanget, einen flachen Gang bey* B. *überfahren, welchen aber gedachte Gewercken der anderen Zeche in ihrem Felde bey* A. *eher erbrochen, gemuthet, bestätiget, auch darauf eine gute Ecke ausgelänget, und wolten beweisen, daß es ihr Gang sey: Daß also die Frage entstunde, was von solchem in beyderley Gewercken Zechen überfahrnen flachen Gange iedweder Gewerckschafft zukommen könte oder nicht? Demnach müste zuförderst abgezogen und gesehen werden, ob der Gang* A. *dem Streichen und Fallen nach vor den Gang* B. *zu halten wäre. Befände sichs nun, daß* A. *und* B. *vor einen, nicht aber vor zwey Gänge zu halten, so wäre entweder, wenn etwan denen Gewercken der anderen Zeche als vermuthlich ältere Gewercken des flachen Ganges, denen der Beweis auf solche masse zustünde, von* A. *nach* B. *zu grosser Festigkeit wegen nicht wohl abzuteuffen möglich, eben nicht vonnöthen den Beweis mit so grossen Kosten zu führen. Massen in dergleichen Fällen nur ein oder zweyer verpflichteter Marck-Scheider Bericht an Beweises statt öffters zu gelten pfleget und genug ist. Oder doch da sich die Gewercken der ersten Zechen als vermuthlich jüngere Gewercken, solchergestalt aus ihrer Belehnung nicht setzen zu lassen gemeynet, die älteren Gewercken fest versichert, daß sie in Führung des Beweises von* A. *nach* B. *zu mit Absinckung eines Schachtes richtig erschlagen, und also die aufgewendeten Unkosten nicht vergeblich seyn würden, da denn letzteren Falls der Bergmeister bey* A. *allwo die Gewercken der anderen Zeche den Gang zuerst erbrochen, eine Stuffe schlagen, welche vom Marck-Scheider der Seiger gerade noch an Tag gebracht, und daselbst ein Lochstein gesetzet werden muß, und von dar die Vermessung der Fund-Grube, entweder, nachdem es bey der Muthung begehret worden, halb hinunter und halb hinaufwerts, oder nur etliche Lachter hinauf, und das übrige hinunterwerts zu verrichten; und woferne die Gewercken den andern Zechen den Beweis Berg-üblicher massen auf ihrem Gange, der, wenn derer noch mehr vorhanden, ihnen zugleich vor ihr Trum zu kiesen oblieget, bis an den streitigen Ort mit känntlichen, hangenden und liegenden auch Sahlbändern, obgleich der Gang etwas aus seiner Stunde gekommen wäre, wenn (denn liegend und hangend machet allein einen Gang nicht, aber allein das Streichen) richtig verführet, welches alles, wenn eine Zuerkänntniß des Beweises erfolgen soll, also geschehen muß, ausser diesen aber nichts bewiesen werden mag, es wäre denn, daß in Führung des Beweises der Gang durch mächtige Fäulen, festes Gestein, oder andere übersetzende Gänge verdrucket, und dadurch unkänntlich würde, und der Beweis-Führer ihn dahero durch Gesencke oder sonst verstatteter massen (denn dergleichen ist vermöge der Berg-Rechte verstattet,) in seiner Vierung wieder suchen müste, auch darinnen fände, und darauf vollends den Beweis zu führen vermöchte, so muß alsdann der Jüngere weichen, hat aber doch im gegenwärtigen Fall* ratione *des Alters auf dem Spate vor denen Gewercken der anderen Zeche auf diesem flachen Gange die Vierung erhalten, welche Vierung sich in des Spathes hangende vierdte halbe Lachter, dem Winckel-Creutze* E. F. *nach, als in die Figur bis nach* C. *und* D. item *über sich von* E. *nach* G. *und von* D. *nach* H. *an die Marck-Scheid-Linie, unter sich aber in ewige Teuffe erstrecket; daß demnach mehr besagter flacher Gang denen Gewercken der anderen Zeche, als welche darauf durch geführten Beweis vor denen Gewercken der ersten Zeche das Alter erlanget, zukommet. Hätten aber die Gewercken der andern Zeche ihren obgelegenen Beweis ietzt-gedachter massen nicht verführet, so wäre denen Gewercken der ersten Zechen nicht allein die Vierung auf dem flachen Gange, so weit sich ihr gemuthetes Feld darauf erstreckte, zukommen, sondern sie hätten auch das Alter, und* consequenter *den Gang erlanget.*

CASUS II.

In der Tabul. V. Fig. II. *Marck-scheiden oder schnüren zweyerley Gewercken Zechen mit einander auf einem Gange, welchen beyden iedweder ihr Feld nur beyläuffig oder mit verlohrner Schnure auf dem ausgehenden des Ganges am Tage als der*

älteren Zeche Feld nach O. M. *und der jüngeren Zeche Feld nach* M. P. *nicht aber nach dem Haupt-Streichen des Ganges in der Gruben, als hier* A. B. *richtig zugeschlagen worden, und der Gang bekäme auf der Marck-Scheide bey* M. *zweyerley Streichen, daß also in iedweder Gewerckschafft Felde ein ander Streichen erschiene, welchem nach die Marck-Scheid-Linien als der älteren Zeche ihre vermeynentlich nach* M. H. *und der jüngern Zeche ihre vermeynentlich nach* M. K. *anfielen, und solchergestalt gleichsam eine Uberschare als* M. H. K. *verursacheten; um die Marck-Scheide herum aber brechen gute Ertzte, und entstunde deswegen die Frage: Was von solchen Ertzten iedweder Gewerckschafft zukommen könte oder nicht? Weil nun in dergleichen Fällen keinem etwas zuvoder abgesprochen werden kan, ausser der Aeltere habe denn, nachdem die Zeche von einem verpflichteten Marck-Scheider mit Fleiß abgezogen, in Grund gebracht, des Ganges Haupt-Streichen in der Grube genaue erforschet, und die Marck-Scheiden in der Grube angegeben und an Tag gebracht worden, sein Feld durch richtiges Erbvermessen zu sich genommen, als müssen diese Dinge zuförderst geschehen, und mag erst nach deren Erfolg ein richtiger Ausspruch Rechtens geschehen, und nachdem in der Figur die Linie* C. I. *vor die richtige Marck-Scheid-Linie befunden werden, so gehöret dasjenige, was an Ertzten über der Linie* C. I. *gegen* H. *zu bricht, der älteren Zeche, was aber über die Linie* C. I. *gegen* K. *zu erbrochen wird, der jüngern Zeche.*

CASUS. III.

Ferner in der Tabula V. Figur. III. *Marck-Scheiden oder Schnuren abermal zweyerley Gewercken Zechen mit einander auf einem Gange, welcher beyden iedweder ihr Feld nur beyläuffig oder mit verlohrner Schnure auf dem ausgehenden des Ganges am Tage als der älteren Zechen Feld nach* H. D. *und der jüngern Zechen Feld nach* D. L. *nicht aber dem Haupt-Streichen des Ganges in der Grube als hier* H. I. *richtig zugeschlagen worden, und der Gang bekäme auf der Marck-Scheiden bey* D. *zweyerley Streichen, daß also in iedweder Gewerckschafft Felde ein ander Streichen erschiene: welchem nach die Marck-Scheide-Linie als der älteren Zechen ihre vermeynentlich nach* D. F. *und also in des jüngern Feld, und hergegen der jüngern Zeche ihre vermeynentlich nach* D. E. *und also in des älteren Zeche einfielen; An welchen Orten aber gute Ertzte brechen, und deswegen die Frage entstünde, was von solchen Ertzten iedweder Gewerckschafft zukommen könte oder nicht; Demnach müste, wie im nächst vorhergehenden Exempel gedacht, der ältere sein Feld zu sich nehmen, welches allhier die Marck-Scheid-Linie* D. G. *dergestalt andeutet, daß diejenigen Ertzte, so über dieser Linien gegen* E. *zu brechen, der ältern Zechen, welche aber gegen* F. *zu erbrochen werden, der jüngern Zeche gehören, womit der jüngere, wenn gleich über* D. G. *von den streitigen Ertzten gar nichts übrig bliebe, vergnügt seyn muß: Denn dieses nicht anders als Berg-Rechtens ist, massen der jüngere in dergleichen Fällen nicht eher als der ältere vermessen darff, es käme denn, daß der ältere nicht zu vermessen, oder dem jüngern daran zu hindern, hingegen aber der jüngere willens wäre, sein Feld durch ordentliches Arbeiten zu sich zu nehmen: Auf solchen Fall denn müste zu Ende des älteren Feldes ein Loch-Stein gesetzet, und mit des jüngern Vermessen darauf angehalten werden: Und was sodann in des jüngern Feld das ordentliche Erbvermessen mit sich brächte, solches bliebe billig dem jüngern, hält sich aber an seinen Nachbar, von welchem er das Alter im Felde erlanget, auf der Marck-Scheide hingegen zu erholen, weiln ihm wider diesen, wie zuvor sein älterer wider ihn gethan, zu verfahren freystehet.*

Prædicti vero duo modi, quibus supra metallifodinas amitti ostensum est, ex quadam negligentia oriri videntur, quam si purgare velint, socii vel domini fodinæ audiri debent: Uti & si recognitio prædicta, *das Verrecessen*, statis temporibus intermittatur, antequam fodina pro derelicto habita declarari, & novæ societati possit concedi, publica intimatio debet fieri, si forte antiquiores socii docere possint nondum effluxisse tempus, cujus decursu jus suum interire potuerit; vid. Span. *d.* §. *8. vom Verrecessen.* Potest vero societas metallurgica & maturo deliberatoque proposito deserere exercitium metallorum; id quod consuevit fieri, si sumtus sint immensi & nulla spes emolumenti adfulgeat: qua ex causa Curtius Rufus in agro Mattiaco quærendis venis argenti reclusos specus quondam deseruit, uti C. Tacit. *Annal. XI. c. 20.* refert. Eleganter hanc in rem Löhneyss sæpe *alleg. tr. Part. 2. tit. wie und durch was Mittel ein Bergwerck zu erheben, Art. 5.* ubi inter 91

media

media illa hoc quoque proponit: *Daß den Gewercken auf schweren wassernöthigen Zechen Gnaden-Geld oder Befreyung des Neundten und Zehenden gegeben wird*, & hanc dictorum adfert rationem: *Denn wenn die Unkosten so groß, daß es die Zechen nicht mehr ertragen können, so lassen die Gewercken liegen, denn man pflegt zu sagen: Niemand will des heiligen Grabes umsonst hüten, da dann, wenn die Zechen liegen bleiben, der Hohen Obrigkeit an ihrem Zehenden und Vorkauff der Metallen quartalich ein ansehnliches entgehet.*

92 Cum autem permissu Magistri metallicorum, aut Præfecturæ metallicæ consensu, ad tempus sistitur exercitium & cultura metallifodinæ, hactenus quidem singulorum sociorum jura illibata durant: Hujuscemodi enim induciæ, ubi ipsum quidem negotium & opus ad tempus cessat, proposito tamen operis continuandi durante, in aliis quoque negotiorum generibus occurrunt; & metallarii cumprimis ex naturalibus caussis possunt in opere metallorum impediri, videlicet propter aquarum aut abundantiam aut penuriam, propter metallariorum raritatem, aut seditionem, aut secessionem, quæ omnia cum citra culpam sociorum iisque quam maxime invitis evenire possint, his sane ex caussis jus iis quæsitum interire haud potest; Si quidem propositum & spem continuandi operis retinuerint, nec tale sit impedimentum operis, quod irreparabilem jacturam fodinæ inferat; utpote si aquis illa penitus sit immersa, aut ruina major omnes specus, omnes cavernas, puteos, cuniculos, præcluserit, ita ut nullus reparationi supersit locus. Nam si propter naturam rei, veluti si prædium inundatum sit, aut propter latronum potentiam non potest possideri, recte dicitur, non esse quod possideatur: Ita Paulus in *L. 12. ff. de rebus auctorit. jud. possidendis.* Et Emphytevsis interit, si quidem tanta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei, quæ per emphytevsin data est, faciat interitum; Ita Imp. Zeno in *L. 1. C. de jur. emphytevtico.* Ac denique unumquodque jus in re perimi videtur intereunte re vel corpore, quod juri illi subjectum erat: Uti enim jus in re præsupponit rem sibi subjectam, ita hoc præsupposito intereunte, jus quoque interire necesse est. Easdem caussas, propter quas metallorum exercitium deseritur & fodinæ intereunt, declarat Georg. Agric. *de re Metall. lib. VI. non procul a fine, his verbis:* Concidunt præterea montes, eaque ruina oppressi homines intereunt. Certe cum quondam Goslariæ Ramelsbergum desedisset, ruinis tot homines sunt oppressi, ut uno die circiter quadringentas fœminas viris orbatas esse Annales loquantur; Et abhinc annos undecim Aldebergi suffossi montis pars resoluta resedit, & sex fossores ex improviso oppressit: Absorbuit etiam casam atque una matrem cum filiolo. Id autem plerumque accidit his montibus, quibus venæ sunt cumulatæ. Itaque fossores relinquant fornices crebros montibus sustinendis, aut substructiones faciant. Et nonnullis interjectis sic pergit: Itaque prima & potissima caussa est, quod non sint fœcundi metallorum, aut si ad aliquos passus fœcundi fuerint, quod in profundo sunt steriles. Secunda affluentis aquæ multitudo, quam nec metallici possunt derivare in cuniculos, quia tam alte in montes agi non possunt, neque machinis extrahere, quod putei sint admodum profundi, aut si possent eam extrahere machinis, quod ipsis non utantur, nimirum quod impensæ sint majores quam pauperioris venæ fructus. Tertia est aër gravis, quem interdum Domini non arte, non sumtu emendare & corrigere possunt, quam ob caussam fossio non puteorum tantum, sed etiam cuniculorum deseritur. Quarta virus, in singulari loco genitum, si id funditus tollere, vel levius facere in nostra potestate non fuerit: Ea de re specus ad Planam, Laurentius dictus, non fodi solebat, cum argento non careret. Quinta dæmon truculentus & homicida; etenim ab eo, si expelli non possit, nemo non fugit. Sexta substructiones si labefactatæ conciderint; eas enim ruina montis sequi solet. Substructiones autem tunc solum restituuntur, cum vena admodum dives metalli fuerit. Septima motus bellici, propter quos, nisi certo constet, fossores deseruisse puteos & cuniculos, reficiendi non sunt; Non enim credamus, majores nostros tam inertes & ignavos fuisse, ut fossiones quæ potuerint fieri, cum fructu reliquerint. Nostris profecto temporibus non pauci metallici, cum anilibus fabulis persuasi refecissent puteos desertos, operam & oleum perdiderunt: Ne igitur posteritas acta agat, ex re ejus erit, in tabulas referre, quam ob causam cujusque putei vel cuniculi fossio relicta sit. Hæc Agricola.

Quod ſi etiam per omiſſionem aut culturæ aut recognitionis fodina amiſſa ſit, ſi quidem prima aut ſecunda vice in libertatem montanam ſeſe receperit, & de novo alicui conceſſa, priores ſocii admittendi quoque ſunt in novam illam ſocietatem, ſi impenſarum portionem, quam adhuc debent, intra certum tempus ſolverint. Talis autem admiſſio priorum ſociorum, quæ in jure metallico vocatur *die Ablöſung*, locum non habet, ſi tertia vice prædicto modo fodina amiſſa ſit. Vid. Spanius *d. tr. tit. 3. §. 2. & ſentent. 135. Würde aber die Zeche zum drittenmal frey gefahren, ſo wären die erſten Gewercken der Zechen gantz verluſtig, und könten ferner nicht admittiret werden.* Et his quidem modis partes metallicæ velut per univerſitatem amittuntur.

93 Singuli quoque ex ſociis, eodem licet jure ac Senioratu fodinæ permanente, poſſunt ſuas portiones amittere per modum commiſſi, dum impenſis, majoris partis ſociorum conſenſu & auctoritate præfecturæ metallicæ indictis, ſtato tempore non ſolutis, ad privationem partis metallicæ proceditur: Ita Span. *d. tr. Tit. V. Welcher Gewercken in den vier Wochen nach angeſchlagenem Zubuß-Brief entweder ſelbſt oder durch ſeinen Verleger, den Schicht-Meiſter oder Vorſteher, die Zubuſſe nicht reichet und vergnüget, dem werden ſeine Theile ins Retardat geſetzet, im Gegenbuch ausgethan, und den andern verlegten Gewercken zugeſchrieben: Doch werden fremden Gewercken über gedachte vier Wochen noch 14. Tage nachgeſehen, damit ſie durch ihre Factoren oder Vorſteher mögen deſto beſſer berichtet werden, und ſie ſich des Übereilens oder Unwiſſens nicht zu beſchweren haben.* Georg. Agric. *Lib. IV. de re metall.* ita hanc in rem: Si Domini ſymbolam, quam ipſis Præfectus fodinæ vel cuniculi indixit, menſtruo ſpatio non dederint, ſtato die eorum nomina magna voce pronunciata eximuntur de Dominorum numero, præſente Magiſtro metallicorum, Juratis, Scriba fodinarum, itemque partium; quorum uterque eos refert in præſcriptos. Attamen ſi triduo, ad ſummum quatriduo dederint ſymbola Præfecto fodinæ vel cuniculi, & Scribæ partium pecuniam, quæ ſolet dari, numeraverint, eorum partes eximit de præſcriptorum numero: poſtea non reſtituuntur in integrum, niſi reliqui Domini conſenſerint. Ita Agricola.

Igitur mandatarios ſuos in civitatibus montanis aut earundem vicinia habere debent extranei partium metallicarum Domini, per quos ſtato tempore ſolvantur expenſæ, ne partes in commiſſum cadant, aut proſcriptione vel præſcriptione amittantur. Id enim natura vel contractus vel conſortii hujus exigit, ut qui in communionem Dominii metallifodinæ pervenit, ex lege illius conſortii vel communionis teneatur, aut pro rata & quota conferre impenſas, aut vero pati, ut partes ſuæ in alium transferantur, impenſas illas promptius ſoluturum. Hujuſcemodi anguſtiora præſcriptionum tempora, quorum lapſu jus ex negligentia amiſſum vel extinctum eſſe dignoſcitur, in Jure Civili haud ſunt plane inuſitata; habemus enim præſcriptionem viginti horarum continuarum, quibus marito permiſſum eſt retinere in privata cuſtodia adulterum cum uxore ſua deprehenſum, hujusque temporis lapſu jus illud vel facultas illa finitur. *L. 25. ff. ad L. Jul. de adulter.* habemus præſcriptionem unius diei, duorum, trium, quinque, novem, decem, quindecim, viginti dierum &c. quas conjunctim explicat Dynus de Muxello *Tractatu Præſcriptionum.* Quamvis autem anguſtiores illi præſcriptionum termini ad perimendum jus Dominii jure civili non ſint recepti; in partibus tamen metallicis ſpeciali ratione recepta eſt illa præſcriptio quatuor aut ſex ſeptimanarum, ut intra hoc tempus impenſis non ſolutis dominium illius partis, *des unverlegten Kuxes,* auctoritate præfecturæ montanæ Domino negligenti poſſit adimi & ad alium transferri. Vid. P. Heigius *Part. Prior. qu. 13. n. 51.* Uti enim alia, ſic cumprimis & metallica jura vigilantibus ſcripta ſunt, & omnis negligentia etiam in re propria culpam continet; quæ tanto major eſt in mora ſolvendi impenſas metallicas, utpote quæ mora toti ſocietati metallifodinæ cultorum damnoſa eſt; cum impenſis quæ foſſoribus cæteriſque operariis & metallariis in mercedem laboris deſtinatæ ſunt, ſtato tempore non ſolutis, ipſæ quoque operæ intermittantur, qua intermiſſione tota ſocietas jus fodinæ amittit, prout ſupra oſtenſum. Eiſenhart. *d. tr. cap. 5.*

Partes porro metallicæ alienantur & 94
transferuntur in alios per donationem inter vivos & venditionem, ad quarum tamen alienationum validitatem nonnullis in locis opus eſt inſinuatione aliqua, idque cautum

cautum (1) ordinatione Wenceslai VI. Bohem. Regis *Lib. III. c. V. Es haben etliche Neufänger eine böse Gewohnheit bisanhero gehalten, auf den neuen Gängen und Zechen offt mehr Theil, dann sie darinnen gehabt, verkauffet, und wiewol der letzte Käuffer bisweilen sein Gewehr bekommen, und den Vorzug gehabt, so seynd doch ihrer viel, die zuvor gekaufft, betrogen worden, und darum wollen Wir, daß im Kauffen der Berg-Theile diese Regul gehalten werden solle, daß weder der Käuffer, noch der, dem die Theile geschenckt und gegeben werden, an denselbigen gekaufften und geschenckten Theilen, kein beständig Recht oder Gewehr erlangen soll, sie werden ihme denn durch den Verkäuffer, oder der sie ihm geschenckt und übergeben hat, in Gegenwart des Berg-Meisters überschrieben und zugeeignet.* (2) In Ordinat. Rudolphi II. Imp. ad Vallem S. Joachim directa *P. 2. c. 9. §. 4.* idem extenditur ad omnes contractus de partibus metallicis initos: *Hierinn ordnen und wollen Wir, wenn hinfüro dergleichen schrifft- oder mündlicher Vertrag und Contract, so vorher aufgericht, abgeredt, oder noch künfftig aufgericht und abgehandelt würden, und wären mit des Berg-Amts Wissen nicht geschehen, auch ins Berg-Buch zu einer Berg-Wissung nicht einverleibet, noch verzeichnet worden, oder noch zu verzeichnen begehret worden, so sollen Unsere Berg-Amt-Leute iedes Orts darüber nicht verhelffen, sondern dergleichen heimliche Contracte sollen todt und nicht kräfftig seyn, und die Berg-Theile und anders sollen dem verbleiben und zuerkannt werden, der im Gegenbuch die Gewehr, und im Berg-Buch das Leben hat. Und wann auf solche Contracte Geld ausgegeben oder empfangen wäre, so soll das Berg-Amt darüber auch nicht verhelffen, alsso soll es auch mit allen andern Berg-Sachen, welche nicht vor dem Berg-Amt, sondern heimlich gehandelt, und ins Berg-Buch nicht verzeichnet, gehalten werden &c.* Quod si tamen praxin & quæ in ea sese fundant res judicatas inspiciamus, sufficit ad ejusmodi negotiorum validitatem etiam præsentia Magistri metallicorum & Juratorum, licet insinuatio non accesserit. vid. Span. *tit. 2. §. 5. & pronunciat. 80.* Liberam nihilominus habet quisque facultatem alienandi suas partes metallicas absque consensu Præfectorum, dummodo evictionis documentum intra tempus legitimum ex libro Præfecturæ metallicæ procuretur: Span. *d. tr. sentent. 334.* ex sententia Consultorum in Valle Joachimica. In Ordinat. metallica Ducis Brunsuicens. *Part. 2. Art. 71.* ita definitur hic Articulus: *So einer dem andern Theil wird verkauffen oder geben, soll der Verkäuffer im Gegenbuch die Gewehr in vier Wochen thun, und der Käuffer soll auch verpflichtet seyn, die Gewehr in bestimmter Zeit zu fordern, so aber die Forderung nicht geschicht, und Mangel der Gewehr am Verkäuffer nicht gewest, soll er alsdann zu gewehren nicht schuldig seyn, sich befünde denn, daß der Käuffer die Gewehr zu fordern mercklicher und redlicher Ursachen halber verhindert worden.* Idem quoque ipsa rei metallicæ Judiciorum praxi receptum esse testantur præjudicia apud Spanium *n. 361. 362.* ubi concluditur, cohæredibus a communione discedere volentibus a præfectura metallica præfigi posse terminum, intra quem teneantur operam dare, ut sua nomina in actis præfecturæ metallicæ conscribantur una cum partibus hæreditario jure ad se devolutis, ut confusioni inde alias orituræ ansa præscindatur. Ut autem contractus simulati & jure communi per *L. 54. ff. de Oblig. & Act.* prohibentur *verbis:* Contractus imaginarii etiam in emtionibus Juris vinculum non obtinent, cum fides facti simulatur non intercedente veritate; sic etiam in partium metallicarum alienatione simulatio diserte prohibita est, Ordinat. Wenceslai *VI. Lib. III. c. V. So aber einer seine Theile unter dem Schein eines Geschenckes verkauffen wird, so soll solcher verblümter unwahrhafftiger Kauff nichts seyn.* Eisenhart. *d. tr. C. 4. §. 18.*

Ut autem integra portio metallica debita solennitate observata valide alienari potest; sic etiam semissis ejus, *ein halber Kux,* valide alienatur, nec potest cohæres vel alter, qui ex divisione hæreditatis aut alia quadam communione alterum semissem accepit, jus protimiseos vel jus congrui eo casu exercere; ita pronunciatum refert Spanius *n. 330.*

Hujuscemodi quoque portionum me- 95
tallicarum venditio obtentu læsionis rescindi aut impugnari haud potest: idque ob singularem fodinarum metallicarum conditionem, quæ subitaneis & improvisis mutationibus obnoxia est, receptum; Ita enim Spanius *d. tr. tit. X. §. 2. Wie denn einem ieden Gewercken freystehet, seine Kuxe und Berg-Gebäude einem andern um Kauff zu überlassen, der auch gültig,*

wenn

wenn er verschrieben und bekräfftiget, also, daß der Verkäuffer die alienirten Berg-Theile vor das Pretium wieder anzunehmen nicht schuldig, ungeachtet der Læsion oder Benachtheilung, denn Bergwerck steigen und fallen über Nacht, wie vorgehende Urtheil n. 292. 301. 302. *vermögen.* Conf. supra quintam differentiam Fodinarum. *Aber wohl kan sich der Verkäuffer wieder daran halten, wenn sie ihm zum Unterpfand verschrieben seyn.* Quod autem jure communi dispositum, ut res transeat cum sua causa & cum suo onere, *L. 18. §. 2. ff. de pignorat. Act. L. fin. §. fin. ff. de contrahend. emt.* idem in alienatione partium metallicarum hoc quoque casu receptum est, si venditor debeat adhuc certam summam impensarum, deque iis in venditione nihil expresse cautum sit. Sed inspiciendum hic est tempus initi contractus, & distinguitur, an in ipsa illa septimana, quæ rationibus a rationum Præfecto recipiendis deputata est, venditio celebrata sit; Priori casu pars metallica transit cum onere impensarum præteritarum & futurarum ad emtorem, sed posteriori casu venditor tenetur præstare partem metallicam ab onere præteritarum impensarum liberatam. In Ordinat. Metall. Duc. Brunsuicens. *Part. II. Art. 23.* hac de re ita cautum: *Dieweil sich hiebevor der Zubuß halben auf Theile, so von der Rechnung an bis zu folgenden Retardat verkaufft seyn worden, viel Zancks, Widerwillen und Bevortheilung hat zugetragen, so ordnen Wir, welcher forthin in der Wochen, darinnen man rechnet, Kuxe kauffen würde, der soll die aufs folgende Retardat selbst zu verlegen schuldig seyn, welcher aber, auf nächsten Montag nach geschehener Rechnung anzufahen, bis auf das folgende Retardat kauffen würde, der soll frey gewehret werden.*

96 Obligationes quoque & hypothecas partium metallicarum Actis Præfecturæ montanæ insinuari oportere, alioquin infirmas futuras, constat ex traditis a Spanio *tit. X.* quæ paulo supra ex Imp. Rudolphi ordinatione metallica plenius adducta sunt, & ex pronunciato apud eundem *sub n. 364.* idem haud obscure colligitur. Hæc autem insinuatio obligationum & hypothecarum super metallica parte contractarum hunc quoque in finem est necessaria, ut Præfecturæ rei metallicæ Jurisdictio fundata sit, & nomen contractum pro credito metallico possit haberi. Siquidem, ut Spanius *d. tr. Tit. XI.* docet, *auf Bergwercken hergebracht, daß Bürgers Schulden von Bürgers Güthern, Berg-Schulden, (die von Bergwercken herrühren) von Bergwercken gezahlet werden, zumal wann sie darauf verschrieben.* Et specialis ratio dictæ insinuationis militat in pignore antichretico, si portio metallica creditori in pignus antichreticum data sit, aut proventus fodinarum in vicem & locum usurarum concessi, id quod fieri posse vel ex Richtero *Part. II. Decis. LXXIV. n. 15.* patet. Hoc quippe casu creditori per dictam insinuationem prospiciendum est, ut a distributore proventuum metallicorum possit consequi fructus in antichresin vel in vicem usurarum sibi concessos, qui alioquin ad Dominum, cujus nomen in libro metallico annotatum, perventuri essent. Illa hypothecarum in partibus metallicis constitutarum insinuatio singularem habet effectum in concursu creditorum, de quo ita Löhneiss *in Part. V. Ordinat. metallicæ Art. 55.* (extat illa *in parte IX. operis de re metallica.*) *Wenn sich auch zu Zeiten Sachen begeben, daß viel Gläubiger zusammen kommen, die* super prioritate *disputiren: Setzen, ordnen, und wollen Wir, daß die Gläubiger, denen die Berg-Theile vor unsern Bergmeister und Geschwornen ins Berg-Buch durch den Berg-Schreiber, vermittelst eines erbarn, redlichen Contracts, ohne Wucher, zu Pfande, Miethe oder Eigen, ordentlich, richtig und erbar verschrieben, sollen für allen andern den Vortritt haben, denen sollen die Gläubiger folgen, die da können beweisen, daß sie ihre Gulden und Geld haben dem Gewercken, den oder dessen Erben sie mahnen, zu Erbauung und Erhaltung der Berg-Theile vorgestreckt.* Conf. Span. *Tit. XI. §. 1. pronunciato 366.* Et uti jam ante ostensum, debita metallica ex partibus metallicis, debita civilia ex reliquis bonis solvenda sunt; de quo apud Span. *d. l. num. 365. Diejenigen Bürgerlichen Schulden aber, so nicht aufs Bergwerck gewandt, werden in Mangel baarer Zahlung billig, ausser der Berg-Theil, wieder mit Stadt-Güthern abgeführet und vergnüget.*

Est & aliud circa partes metallicas re- 97
ceptum negotii genus, quod, si ex nomine ei imposito de natura ejus judicare licet, inter contractum mutui & commodati fluctuare deprehenditur. Intelligo *das Leihen und Borgen der Kuxe;* quæ nomina mutui & commodati communia esse certum est, licet ipsa hæc negocia, quibus impo-

imponuntur, specie differant. In ordinationibus metallicis, quæ haberi potuerunt, de hoc negocii genere nullam inveniri dispositionem, sed nec ab aliis Scriptoribus quicquam de illo traditum deprehendi scribit Dn. Eisenhart. *d. tract. c. 4. §. 21.* Quare hactenus quidem ex Lege ac traditione scripta de hujus negocii specie pronunciare non licet: Quod si autem eas dicti negocii proprietates & qualitates, quas ei inesse ex hominum metallicæ rei peritorum relatione sincera constat, ad formas & species contractuum scripto jure definitas examinaverimus, formam ac speciem dicti negocii propius intuebimur. Igitur uti in locis maritimis, quæ negociatione transmarina florent, contractus Assecurationis, quo spes pretio emitur, usitatissimus est; quod tamen negocii genus in aliis civitatibus, quæ mercatura tabernaria & transportatione mercium in vicina oppida contentæ esse solent, adeo inusitatum est, ut & nomen ejus ignoretur: Ita & in locis metalliferis, ubi metallorum exercitium abundat, permutationis & venditionis partium metallicarum atque alibi inusitatæ conventionum figuræ celebrantur: Inter alias locum haud postremum tenet prædictum negocium; cujus nomen ante indicavimus: Consueverunt enim qui plurium metallifodinarum arcana sibi perspecta esse existimant, hanc suam singularem scientiam ea ratione in spem lucri intendere, ut si alium quendam pecuniis suis fortunam metallicam solicitare gestientem inveniant, ei numerato pretio vendant partem metallicam, quam ipsi non habent. Sed quo fidem contractus impleant, ab alio mutuam accipiunt partem, quam alteri possunt tradere, ut emtio venditio perfecta sit. Occasione permutationis quoque idem negocii genus celebrari potest, si alteri de proxima ubertate fodinæ, in qua suam partem habet, nihil certi constet, illamque proinde exiguo æstimet pretio, alter vero sciat ipsam illam fodinam brevi uberes proventus præbituram, & alterius cujusdam fodinæ partem cum illius parte permutaturus, quam non habet, ab alio mutuam accipit, ut ex permutatione illa spem magnam possit acquirere: Utrumque negocium duplici vel conventione, vel contractu constat; in priori emtio venditio, in posteriori permutatio conspicua est: alterum vero illud negocium, quod in utroque illo velut in subsidium advocatur, quo venditor aut permutator partis non suæ fidem suam liberet, est id de cujus indole ac specie jam disputamus. Sed hic quidem ex Legibus & Ordinationibus metallicis necessaria est publica autoritate munita traditio partis, vel mutuo datæ vel commodatæ; alias enim is, qui eam vel mutuam vel commodato accipit, non potest eandem cum effectu vendere aut permutare; uti & posterior hæc venditio aut permutatio libro metallicis actis & negociis conservandis destinato insinuanda est, uti supra dictum. Sicut igitur in hac aut venditione aut permutatione ex natura horum negociorum id agitur, ut dominium aut mercis aut pretii, aut rerum permutatarum transferatur; sic quoque is, qui alienam illam partem Domini voluntate accipit, si dominium ejus non acciperet, haudquaquam posset in emtorem, aut eum, cum quo permutationem instituit, dominium transferre: Traditio enim nihil amplius transferre debet vel potest ad eum qui accipit, quam est apud eum qui tradit. *L. 20. ff. de acquir. rer. dom.* Et hactenus quidem a natura commodati plane recedit dictum negocium, utpote quod titulum Dominii translativum continet, cum in commodato dominium rei commodatæ ad commodatarium haudquaquam transferatur. Difficultas adhuc præsto esse videtur in objecto hujus negocii, an scilicet, & sub quo genere rerum fungibilium, partes metallicæ comprehendantur: Materia enim contractus mutui sunt res quantitatis, quæ in genere suo functionem recipiunt, & in creditum per functionem ire nihil aliud est, quam ejusmodi rebus datis accipientem sibi obligare, quæ ejus sunt naturæ, ut præstando rem aliam ejusdem generis creditori satisfactum, idemque quod creditum est, solutum censeatur. *pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Kitzelius *Exeg. tit. de obligatione mutui cap. V. n. 6.* Jam vero partes metallicæ *die Kuxe*, cum sub genere rerum incorporalium comprehendantur: ad pondus quidem & mensuram examinari non possunt, quorum alterum fieri posset, si, (ut ii, qui partium earundem ante ignoratum nomen primum audiunt, nec ipsius rei naturam callent, festive sibi persuadent,) quæque metallifodina in centum viginti & octo cameras, fornices aut foramina divideretur, quæ tot Kuckus efficiant: tali enim rei nomen Kuckus ab inspiciendo deductum apprime conveniens videtur; verun-

veruntamen quoniam partium metallicarum ea est conditio, ut singularum fodinarum singulæ partes semper uniforme habeant pretium, & singularum unius fodinæ partium æstimatio simul minuatur; quæ quidem incrementa aut decrementa sic satis frequentia sunt, ex causis supra allegatis; & hactenus quidem, si certæ cujusdam fodinæ una portio æstimetur decem Imperialibus, unaquæque ex reliquis ejusdem fodinæ partibus eandem habeat æstimationem, & si unius portionis æstimatio usque ad 50. imperiales augeatur, unaquæque ex reliquis tanta accessione aucta intelligatur, ejusmodi partes metallicæ Legibus de objecto vel materia contractus mutui definitis accuratissime conveniunt; Si enim ulla res, certe partes metallicæ ejusdem fodinæ recipiunt functionem, & unam pro alia solvendo creditori satisfacit, si quidem ante solvat, quam æstimatio singularum partium mutetur; nam utut illa æstimatio sit mutabilis, semper tamen uniformiter in singulis mutatur, uti jam jam dictum: Cum itaque in prædicto genere negocii non eadem res in individuo, sed alia ejusdem generis restituenda sit, (ipsa enim illa, quæ mutua data est, jam pridem in tertium aliquem per venditionem aut permutationem est devoluta,) hactenus quoque ab indole commodati iterum longe recedit hoc negocium. Singularis tamen ejusdem negocii indoles hæc est, quod is, qui ab alio partem metallicam mutuam accepit, eam cum onere accipiat, *mit der Zubusse*, si forte nulla adhuc utilitas ex fodina ad dominos & socios redundet, hos sumtus is, qui partem mutuam accipit, solvendos suscipit; idque tacite actum videtur, quoad partem metallicam restituat; Ubi vero commodum aliquod ex fodina percipitur, *Ausbeute* vocant, commodatarius (retineamus hoc nomen absque periculo, etsi negocium ipsum aliud sibi deposcere videatur,) singulis anni quadrantibus fructus illos commodanti solvere obstrictus est, quisque partem metallicam reddit, ne scilicet alter commodum sentiat cum alterius detrimento. Ad quem periculum pertineat, si forte æstimatio partium illius fodinæ ante restitutionem partis mutuo acceptæ decrescat, aut si restitutionis tempore æstimatio creverit, num restitutio facienda sit secundum æstimationem quæ erat tempore contractus, an vero secundum eam quæ erat tempore solutionis, hoc quidem ex lege conventionis huic negocio a contrahentibus adjectæ intelligitur. Et ita quidem uti aliarum actionum, sic & hujus negocii jus in facto positum est, ut hic cumprimis locum habeat, id quod Oldendorp. *Class. IV. Act. 17. in fine* scite pronunciat: Ostende mihi factum & ego ostendam tibi jus.

Cum & inter socios culturæ metallicæ 98
nonnulli sint vel indigenæ, nimirum incolæ ac Cives civitatum montanarum, alii autem peregrini, qui vocantur *die fremden Gewercken:* Ad peregrinos vero in societatem culturæ metallicæ attrahendos instituti sunt certi Proxenetæ metallici, qui vocantur *Kuxs-Krentzler.* De Proxenetis locus eximius est in *L. fin. ff. de Proxeneticis.* verba Ulpiani hæc sunt: Est enim Proxenetarum modus, qui emtionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis utiles non adeo improbabili more se exhibent. Cum autem hoc genus hominum valde propensum deprehendatur ad deceptiones, nec subsistere soleat in nuda commendatione, quæ venditoribus permissa est. *L. 37. ff. de dolo L. 19. pr. ff. de Ædilitio Edicto;* Nonnullis in locis jurati sunt hujuscemodi Proxenetæ, prout ex Ordinat. Metall. Sereniss. Elect. Saxon. *Art. 20.* item Comit. Hohnstein patet, ubi habetur *der Krentzler-Eyd*; & conceptis verbis jurare tenentur: *Jederman rechten wahrhafftigen Bericht thun, was iedes Orts der gemeine Kauff ist, keinen Vortheil noch Betrug suchen noch gebrauchen;* idem patet ex Ordinat. metall. Vallis S. Joachim. *part. 2. art. 92.* Sed in Ordinat. metall. Ducis Brunsuicens. *part. 2. artic. 102.* tantum dolus Proxenetarum coercetur, jurisjurandi, cujus religione adstringendi sint, mentione inter Juramenta reliquorum metallicorum omissa. Hi Proxenetæ cumprimis in commerciis partium metallicarum procurandis occupati sunt, in quarum emtione venditione nonnunquam singularis quidam ritus adhibetur, *das Seizen*, de quo ita Gottfried Junghanss *in Sylloge terminorum & phrasium metallic.* *Setzen nennen die Kuxs-Krentzler, wenn sie 1. 2. 3. 4. oder mehr Thaler (gemeiniglich so viel die Zeche Ausbeute giebt, auf den Tisch legen, und vernehmen, ob iemand auf dieser oder jener Zeche Kuxe kauffen oder verkauffen will, und hat der Setzer Macht solch Geld zu nehmen und den Kuxs zu schaffen.* Nimirum conveniunt duo de emenda vendendave certa

certa parte metallica, de qua ubi certi ſunt, de pretio agunt. Alter illorum certam pecuniæ ſummam pro quantitate pretii majorem minoremve loco arrhæ offert, ut ipſe ſcribat. Hoc ſcribente iſte eam, quæ arrhæ loco numerata eſt, pecuniam arripit & ſibi habet, in ejusque arbitrio eſt pro definito pretio emere vel vendere, alterutrum autem facere tenetur, ita tamen ut ſi vendere mavult, arrham in pretii partem imputare ſit neceſſe. Et ita contractus eſt perfectus, a quo neutri ullo modo recedere datur.

99 Obſervandum quoque eſt, cum in donationem, venditionem permutationemve deducitur portio metallica fodinæ adhuc infœcundæ, *ein Zubuß-Kux*, hanc quaſi aleæ donationem, emtionem permutationemve videri & validam eſſe, licet nullus unquam fructus ex illa portione proveniat. De emtione aleæ vel ſpei ita Pomponius *in L. 8. ff. de contrahenda emtione* pronunciat, aliquando tamen & ſine re venditio intelligitur, veluti cum quaſi alea emitur, quod fit, cum captus piſcium, vel avium, vel miſſilium emitur; emtio enim contrahitur, etiamſi nihil inciderit, quia ſpei emtio eſt. Vid. Eiſenhart. *Cap. 4. §. 22. & 23.*

100 Quod ſi Uſusfructus partium Metallicarum aut ex lege, aut ex conventione, aut ex ultima voluntate ad aliquem pertinere cœperit, jure Saxonico quidem ipſi proventus metallici, *die Ausbeute*, ad uſufructuarium haud pertinent, prout expreſſe deciſum in Conſtitut. Saxon. apud Zobel. *Part. 3. Diff. 10. n. 29. & in Quæſt. & Conſult. Saxon. Lib. II. Part. 2. quæſt. 16.* his verbis: *So ſollen die* Uſufructuarii *ſolche Ausbeute alſo brauchen, daß ſolche Ausbeute unvermindert bleiben. Derowegen ſoll die Ausbeute auf Zinſen ausgethan oder ſonſten angeleget werden, oder der* Uſufructuarius *mag es bey ſich behalten und verſichern, (der Vater aber iſt den Kindern ſolche Caution zu thun nicht pflichtig) aber das* directum Dominium *ſolcher Ausbeute ſoll den Kindern oder der Frauen bleiben:* quia enim proventus illi non renaſcuntur, non ſunt in fructu; Qua ratione motus idem ſtatuit Philippus Matthæi *Vol. 2. Conſil. Marpurg. Conſ. XXVII. n. 66. 67.* Carpz. *J. F. Part. 3. C. 25. def. 5.* junct. *L. 7. §. 13. ff. ſoluto matrimonio.* & Dn. Struv. *S. J. Civ. Exerc. XII. §. 15.* ſtatuit, nihilo tamen minus uſufructuarium habere uſumfructum pecuniæ ex proventibus metallicis præceptæ; ipſe vero ſi uſufructuarius fodinas aperuerit, & ſuis impenſis paraverit, omne emolumentum, etiamſi non renaſcatur lapis aut minerale, uſufructuarii eſſe tradunt Dd. *arg. d. l. 7. §. 13. & L. 18. ff. de fundo dot.* Conf. Gœddæ *Comment. ad l. 77. n. 8. 9. ff. de V. S.* Adeoque in partibus metallicis non verus, ſed tantum quaſi uſusfructus, qui per cautionem inſtituitur, prout *§. 2. Inſt. de Uſufr. & tit. ff. de uſufructu rerum, quæ &c.* definitum, ex prædictorum Doctorum ſententia locum habet, præſupponitur autem dicto caſu conſtitutus uſusfructus partis metallicæ, vel partium metallicarum, *der nießbare Brauch der Kuxen;* quod ſi enim proventus partium metallicarum per legatum ſunt relicti, legatarius utique acquirit Dominium illorum proventuum, *die Ausbeute von den Kuxen,* neque hic caſus dubitationem continet, item ſi uſusfructus proventuum metallicorum legato relictus ſit, hoc quoque caſu res dubio caret: Et ex interpretatione Doctorum Saxonicorum uſusfructus partis metallicæ revera nihil eſt aliud, quam uſusfructus proventuum partis metallicæ: Quæ ſententia num rationi ac diſpoſitioni juris communis congruat, & extra Saxonicas provincias uſu recepta ſit, paulo plenius examinat Dn. Eiſenhart. *d. tr. c. 4. §. 13. ſeqq.* cujus hac de re ſententia ſingularis minime prætermittenda. Verba *(ait)* dictæ Legis *7. §. 13. ff. ſoluto matrimonio,* qua prædicti DD. nituntur, hæc ſunt: Si Vir in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas invenit, & fundum fructuoſiorem fecerit, marmor quod cæſum neque exportatum, eſt mariti, & impenſa non eſt ei præſtanda; quia nec in fructu eſt marmor, niſi tale ſit, ut lapis ibi renaſcatur; quales ſunt in Gallia, ſunt & in Aſia. Zaſius *in Part. 2. Intellect. ſingular. ad d. l. divortio §. Si vir.* caſum hujus legis ſic format: Titia cum nuberet Valerio, apportavit ei fundum ſterilem & modici uſus, in quo maritus lapidicinam aperuerat, atque ita fundum fructuoſiorem fecerat, hoc eſt, majoris commodi & utilitatis; marmor cæſum, ſed non exemtum fuerat, & poſt ſolutum matrimonium oritur diſceptatio, cujus ſit hoc cæſum marmor, an mariti, an uxoris, an vero dividi debeat pro rata temporis? Reſpondet eleganter & bene JCtus, quod, ſi ejus naturæ ſit lapidicina, quod marmor non renaſcatur, excisi lapides mariti ſunt, nulla tamen deducta impenſa, cum non ſint in fructu: Si vero marmor renaſca-

renascatur, dictos lapides tanquam fructus soluto matrimonio dividi debere, & impensas eo casu deducendas. Ad sequentem vero *dict. Leg.* §. *14.* sed si cretifodinæ, argentifodinæ, vel auri, vel cujuscunque alterius materiæ sint, vel arenæ, utique in fructu habebuntur. Zasius *in Comment. ad hanc legem* §. *si fundum:* Ejusdem, *ait,* conditionis sunt cretifodinæ, mineræ auri & argenti, & ubi arena foditur: ista enim renascuntur, quapropter sunt in fructu, & pertinent ad dividendos fructus: Et quamvis Zasius hanc rationem ex suo cerebro addiderit, quod prædicta fossilia ideo sint in fructu, quia renascantur, ea tamen haudquaquam vana atque a veritate aliena est; Etenim mineras metallorum nonnullis in locis renasci, a præstantissimis Autoribus traditum accepimus: Georg. Agricola *Lib. II. de vet. & nov. metallis. cap. XV.* Verum in Lygiis, *ait,* ad Sagam oppidum e pratis eruitur ferrum, fossis ad altitudinem bipedaneam actis; nec enim propter abundantiam aquarum altius agi possunt; id decennio renatum denuo foditur, non aliter ac Ivæ ferrum. Idem tradit Petrus Albinus *Meißnische Berg-Chron. Tit. VII.* hunc in modum: *Bey der Stadt Sagan in Schlesien, da der Queis in die Bober fället, und einen guten Strich herauf gegen Lausitz, hat man sehr beruffene Eisen-Hämmer, und wächset der Eisen-Stein daselbsten in 10. Jahren wieder, den man wegen der Tieffe des Wassers nicht tieffer als zwey Schuhe graben kan, und in denselben Graben, die ich im Jahr 1565. selbst gesehen, findet man in 10. Jahren wieder guten Eisen-Stein, daß er also stets wieder wächset (wie das Eisen in der Insul Ilva, oder Elba, so bey Toscanien in dem Hetrurischen Meer lieget, davon hernach vielleicht noch Meldung geschehen soll, und das Bley im Berg Fesulano in Italien, sowol das Gold in dem Schlichhauffen zu Corbach in Westphalen, und das Kupffer bey der Stadt Apollonien in Dalmatien,) davon* Fabritius *ferner schreibet, daß der gegrabene Eisen-Stein an gemeldten Oertern in der Schlesien und Lausitz auch zunehme, und daß die Erde und Holtz oder Stock in demselben auch darinnen zu Eisen werden, desgleichen auch in den Graben geschehen soll, daß man erstlich ein dickes Wasser findet, welches wie ein Schlich setzet, und wird gleich als ein Letten daraus, der endlich hart wird.* Wilichius *schreibet von Sagan, Sorau, Sprotta und Görlitz, daß daselbst eine solche Menge Eisen-Stein sey, daß man ihn stracks unter Rasen finde, welcher auch stets für und für wieder wachse.* Verba Wilichii *Comment. in Corn. Tacit. German. tit. 9.* hæc sunt: quod & in nostra vicinia apud Lygios, quos hodie Silesios nominamus, in ea parte, qua est Saganum, Sorabium, Sprottum & Görlicium, tanta ferri copia perpetua suppeditaretur. Qua autem ratione in Insula Ilva renascatur ferrum, sic ostendit Albaro Alonso Barba *Berg-Büchleins part. 1. cap. 18. Wenn sie es so hohl und tieff, als sie immer gemocht, gegraben, so werffen sie die umher liegende Erde darein, und füllen dieselbe wieder darauf, und innerhalb zehen oder funffzehen Jahren aufs längste arbeiten sie diese Bergwercke wiederum, und ziehen daraus ein überflüssiges Metall, darein die neue Erde verwandelt worden.* Albinus quoque *dicti libri tit. XI.* sic pergit: *Dieses ist nun wider etlicher Meynung, so da gesagt haben,* venas metallicas semel excisas nunquam recrescere: *aber es probiret* Agricola *und* Mathesius *in ihren herrlichen Schrifften vom Ursprung, Zu- und Abnehmen der Metallen, daß die Metallen noch täglich wachsen, zunehmen, und letzlich auch überständig werden, und also ihre ἀκμὴν, wie alle Dinge auf dieser Erden, haben, nach welcher, wenn sie erreichet, wieder abnehmen,* vid. Agric. *de Ortu & causis subterraneorum Lib. V. Cap. 1.* ubi sic loquitur: Sed Philosophi, Chymistæ, Astrologi ortus metallorum & causas perquirunt, quia nihil sine causa fiat, & metalla nunc, ut quondam, ortu generari recte adserunt. Quo minus est ferenda vulgi opinio perridicula, Poëtarumque alicujus fabulæ similis & omni experimento contraria, quod ait, non modo saxa, sed & in eorum venis, fibris, commissuris metalla & gemmas, ac varia terrarum genera in initio mundi Deum finxisse talia & creasse, cujusmodi nunc inveniri solent, nec medio temporis curriculo ulla ex materiis ad id apta esse nata vel renata, neque aliquam vim naturæ ad eorum perpetuitatem machinatum esse Summum rerum Opificem; Quod quam falsum plenumque erroris sit, ex iis, quæ in proximas de ortu terrarum ac lapidum disputationes inserere necesse fuit, satis intelligi potest. Mathesius *Sareptæ suæ concione III.* de ortu, incrementis ac decrementis metallorum tractans ait: *GOtt hat in Krafft seines Worts Metall-Saamen in die tieffe Abgründe der Erden geworffen, daraus er natürlicher Weise durch die Sonne,*

Monden und anderer Sterne und Elementen Krafft, ein Ertz nach dem andern wachsen lässet. Idem ex Mathesio repetit, eandemque de ortu & incrementis metallorum sententiam pluribus observationibus confirmat Löhneyss *d. tr. part. 1. cap. dass GOtt noch täglich das Gestein und Ertz wachsen läst;* & cap. seq. *wo, und woraus die Ertze wachsen, pag. 18. & 20.* & novissimus Scriptor Anglicanus, Johan. Webster. *in Metallographia Anglice edita cap. III. & IV.* nec non Albaro Alonso Barba *Berg-Büchlein part. 1. cap. 18. 19. 20.* Et quamvis tardiora sint metallorum incrementa, nec enim tam cito ea renasci videntur, uti gramina in pratis Italiae, de quibus Poëta:

Et quantum longis carpunt armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.

Quamvis & in nonnullis fodinis metallorum venae ita tandem exhauriantur, ut longissimo annorum spatio metallum non renascatur, unde G. Agricola *de re metall. Lib. 6. in fine* e re esse putat in tabulas referri, quam ob causam cujusque putei vel cuniculi fossio relicta sit, ne posteritas acta agat, reficiendo puteos propter sterilitatem quondam desertos: Hoc enim metallorum venae cum reliquis corporibus habent commune, ut tandem effoeta steriliaque evadant, & fructus foetusque producere desinant: plerisque tamen in locis metalliferis ea est metallorum copia, ut eaedem quoque fodinae per quam plures annos longe supra vitae humanae spatium exerceri ac metalla ex iis extrahi queant. De Hispaniis Plinius *Natural. Historiae Lib. XXXIII. Cap. VI.* Mirum, *ait*, adhuc per Hispanias ab Annibale inchoatos puteos durare, (ultra ducentos quinquaginta annos) sua ab inventoribus nomina habentes: Ex queis Bebelo appellatur hodieque, qui CCC. pondo Annibali subministravit in dies, ad mille quingentos jam passus excavato monte, per quod spatium Aquitani stantes diebus noctibusque egerunt aquas lucernarum mensura, amnemque faciunt. Ex Plinio idem tradit P. Albin. *Meisn. Berg - Chron. tit. XIV.* & G. Agricola *in Bergmanno cap. 10.* Hungariae metalla jam per complura secula inexhaustae sunt foecunditatis, utpote quae exerceri coeperunt seculo octavo post Christum natum, vid. Petr. Albin. *d. Chron. tit. 9.* G. Fournier *Geographica orbis notitia lib. XI. cap. 10.* His proxima sunt Goslariae montis, Rameli, inventa seculo X. uti *supra cap. II. §. 31.* ostendimus: Hujus montis cavernas quondam ingressus quoque est Albertus Magnus, ut ipse affirmat de rebus metallicis *Lib. V. cap. VI.* De aliorum metallorum inventione ac duratione venarum inexhaustae foecunditatis post Loccen. *Antiquit. Sueco - Goth. lib. 2. cap. 17.* vid. Albin. *d. tr. in fine. sub tit. Periodi inventorum metallorum in Misnia & vicinis aliquot regionibus.*

Cum igitur idem tractus terrae per plura secula metallorum copiam ferat, atque eadem fodina ultra longissimum vitae humanae spatium lucro aut spe lucri cultores suos in opere detineat, optima profecto ratione metallifodinas earumque partes in fructu haberi, & verum usumfructum in iis constitui posse statuit Dn. Eisenh. *d. l.* qui sc. salva fodinae substantia percipi possit, utpote quae satis spatiosa terrae parte & vel ad meditullium telluris, si fieri posset, descensura profunditate constat: Quod si forte intra aut post decursum seculi fodina desinat esse metallifera, & propter sterilitatem deseratur, hanc non amplius metallifodinam dicimus, sed exhaustam atque inanem cavernam; perinde uti animalia senio aut morte desinunt foetus, qui in fructu habentur, ex se parere: Nec ad usumfructum requiritur, ut res, quae in usumfructum datur, instar agri in solo fertili sempiterna foecunditate exuberet, cum & animalia verum praebeant fructum, etsi vita eorum paucorum annorum spatio definiatur. Metallifodinae quoque, licet in breviori periodo, amplissimam saepe habent ubertatem, praeclare hoc ostendit G. Agricola *de re Metall. lib. 1 seqq. verbis:* Sed metallicorum quaestus, quo minus est stabilis, eo est uberior, ut inita ratione, quod stabilitati deest, ubertate reperiatur aequari; Etenim fodinae plumbariae quaestus annuus cum fructibus agri optimi comparatus, ipsis triplus aut minimum duplus. Quot ergo partibus antecedit eisdem fructibus quaestus argentariae vel aurariae venae? Idem *de Veter. & novis metallis lib. II. Cap. IX.* Neusolae Hungarici metalli foecunditatem memorat: Verum in Carpato monte est Neusola admodum celebre: Fructus, quos Rex ex eo capit annuo tempore, Fuccari redimunt viginti millibus nummis aureis Ungaricis. Idem tradit P. Albin. *d. tr. tit. IX. Von den Kupffer - Bergwercken in den Ungarischen Gebür-*

Gebürgen oder auf dem Carpato ist die neue Sahl am beruffensten, so ungefehr vor 230. Jahren soll aufkommen seyn: das Einkommen aber, so der König daraus zu nehmen, haben vor 30. Jahren die Facker an sich gebracht, und dem König jährlich 20000. Ungarische Fl. dafür gegeben. Ex prædictis manifestum est, distinctionem allegati §. 13. *L. 7. ff. soluto matrimonio*, casum plane singularem complecti, & ordinarie in metallifodinis locum non habere. Unde *seq.* §. 14. argentifodinæ, auri vel alterius materiæ indistincte in fructu haberi dicuntur, & *in l. 9. §. 2. & 3 ff. de Usufructu.* Idem Ulpianus ait: Sed si lapidicinas habeat, & lapidem cædere velit, vel cretifodinas habeat vel arenas, omnibus his usurum Sabinus ait, quasi bonum Patremfamilias: quam sententiam puto veram. Sed si hæc metalla post usumfructum legatum sint inventa, cum totius agri relinquatur ususfructus non partium, contineantur legato. Paulus quoque JCtus in *L. 8. ff. soluto matrimonio*, hunc in modum: Si fundus in dotem datus sit, in quo lapis cæditur, lapidicinarum commodum ad maritum pertinere constat; quia palam sit, eo animo dedisse mulierem fundum, ut iste fructus ad maritum pertineat, nisi contrariam voluntatem in dote danda declaraverit mulier. Udalr. Zasius *in paratit. lib. 7. tit. 2. de usufructu, n. 24.* denique, ait, & metalla, aurique & argentifodinæ, lapidicinæ & cæteræ id genus fructuosæ venæ, etiamsi ex postfacto aliquæ in fundo fruibili emerserint, ad fructuarium pertinent.

Hactenus itaque Saxonica illa decisio de proventibus metallicis in sortem redigendis, & quod non ipsi illi proventus, sed tantummodo usuræ ei acquirantur, cui ususfructus partis metallicæ relictus est, ipso notante Reinhardo Doctore Saxon. apud Zobel. *Part. 3. Diff. 10. n. 20.* Juri communi haud peræque conformis videtur, utpote quod solas steriliores fodinas marmoreas in fructu non vult haberi. Et sane ususfructus partis metallicæ diversus est ab usufructu proventuum metallicorum. Proventus hi, qui cultoribus fodinæ distribuuntur, cum ex hodiernis rei metallicæ institutis in pecunia numerata consistant, non nisi quasi-usumfructum recipiunt, sed partes metallicæ (cum sint ipsius metallifodinæ partes pro indiviso aut jura metallifodinis inhærentia, dum metallifodinæ ista in centum viginti & octo, aut centum triginta ac duas partes divisione intellectu magis partes habent quam corpore, ut in re simili loquitur, *L. 5. ff. de stipulat. servorum.*) consistere in suo corpore possunt, etiamsi nullum ferant reditum; adeoque harum partium ususfructus minus recte confunditur cum usufructu ipsorum proventuum: nam partis metallicæ fructus consistit in proventu metallico, per jura supra adducta, sed proventuum metallicorum ususfructus consistit in usuris, quæ ex proventibus collectis & in sortem redactis percipi possunt, *arg. L. 4. ff. de pactis dotalibus*, ubi ostenditur pacto convento id agi posse, ut in dote essent fructus, quosquos maritus percepisset; & si quidem fundus vel ususfructus in hoc traditus sit, non ut fundus vel fructus fieret dotalis, sed ut fructus perciperet dotis futuros; cogendum, ait JCtus, maritum de dote actione instituta fructus reddere: Erunt igitur, ait, in dote fructus, & fruetur iste usuris, quæ ex fructibus collectis & in sortem redactis percipi possunt. Aliter itaque se res habet, si ipsius partis metallicæ ususfructus ad aliquem pertineat; hic enim usufructuarius ex ratione ac dispositione juris Civilis ipsos proventus pleno jure sibi acquirit. Et hanc quoque interpretationem Responso Facultatis confirmat Dn. Hahn. *in Obs. ad Wesenb. tit. de usufructu & quemadmodum. Es seyn Berg-Theile oder sonst liegende oder andere Güther, davon gebühret Euch der Usufructus und volle Abnützung.* In Ducatus Brunsuico-Lüneburgens. civitatibus Montanis, ubi ex communi illorum locorum consuetudine ususfructus omnium bonorum defuncti mariti ad viduam ejus, quamdiu ea ad secundas haud transit nuptias, pertinet, usufructuarias illas lucrari quoque ipsos proventus partium metallicarum, si quæ sint in bonis mariti, & hoc ibi quotidianis exemplis doceri posse ex eorum relatione, qui praxin forensem per quam plures annos ibidem exercuerunt, attestatur Eisenhart. *d. l.*

Quod Actiones circa res metallicas attinet, sciendum, partes quoque metallicas, 101
die Berg-Theile oder Kuxe, casu emergente per utilem rei vindicationem peti posse. Sunt enim partes metallicæ, prout supra dictum, jura quidem & res incorporales, sed quæ rei corporali inhærent, nempe metallifodinæ, ejusque areæ, quæ partem terræ certa longitudine ac latitudine, & vel usque ad meditullium telluris protensa profunditate definitam complectitur, cui

cui ita inhærent, ut inde separari non possint. Tota illa fodina ejusque area societatis Dominio utili subjecta est, in qua singuli Exercitores habent suas partes pro indiviso, ut Quintus Mucius loquitur *in L. 25. ff. de V. S.* partis appellatione rem pro indiviso significari; Et illud Dominium utile societati Exercitorum acquiritur per concessionem & admensurationem, *durch das Verleihen und Vermessen*, de quo supra; in qua concessione unus ille, quem *den Aufnehmer* vocant, totius societatis personam sustinet; unde & alias vocatur *der Lehnträger;* Ipsa interim fodina ut a pluribus commode exerceri possit, non nisi partes pro indiviso recipit; Atque ita civiliter & juris intellectu fodina dividitur, naturaliter indivisa. Hanc communis Dominii naturam eleganter declarat *L. 5. ff. de stipulat. servorum, his verbis:* Servus communis sic omnium est, non quasi singulorum totus; sed pro partibus ubique indivisis, ut intellectu magis partes habeat quam corpore: Nec non *l. 66. Mevius. §. 2. ff. de Legatis 2.* Plures, ait, in uno fundo Dominium juris intellectu, non divisione corporis, obtinent. Conf. Hotoman. *quæst. illustr. 18.* Gœddæ *Comment. ad L. 25. ff. de Verb. signif.* & *tr. de Contr. & Committ. stipulat. cap. VI. n. 299.* ubi docet, non continuo quod dividuum est, intelligi revera divisum: quippe omnes res corporales natura sua quidem sunt dividuæ, quæ tamen si revera dividerentur, interirent, uti homo, navis &c. tales igitur indivisæ manentes certa ratione partes pro indiviso recipiunt, ubi in Communionem incidunt: quanquam individua & illa dicantur, quæ, licet per naturam suam dividi possint, si tamen separentur, commodum & utilitatem tantam non afferrent, quantam adferunt conjuncta, *per text. in L. quod autem. §. fin. & L. seq. ff. de in diem addict. & in L. ejusdem. §. interdum. ff. de ædil. Edict.* & *in L. si quis aliam. ff. de solut. & tradit.* Bart. *in L. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indebiti.* ita Vultej. *Consf. Marpurg. vol. 3. Consf. 30. n. 32.* Consentiente Cravetta *Consf. 592. n. 90. exstat parte IV.* Atque in hoc communionis statu quilibet suam partem, quam pro indiviso habet, potest alienare invito altero condomino; locum quoque eo casu habet rei vindicatio, per *L. 8. L. 26. ff. de rei vindicat.* ubi & incertæ partis vindicationem dari affirmatur. Etsi autem in donatione aut venditione aut permutatione partis metallicæ traditio realis haud interveniat, notum tamen est certos quosdam actus in jure civili vim & effectum realis ac propriæ traditionis habere, qualis est traditio clavium, *§. 44. Inst. de rerum divis.* monstratio rei in conspectu posita, quæ vocatur traditio per fictionem manus longæ, *l. 79. ff. de solutionibus.* Joh. Petr. de Ferrariis *Papiens. Pract. Form. Lib. in act. real. tit. 2. Gl. 9. v. Jure Dominii vel quasi n. 34.* Sic & in hoc genere partium metallicarum instar traditionis habet, *das Ab- und Zuschreiben im Gegenbuch*, de quo *supra;* qua quidem mutatione nominum, dum alterius nomen deletur, alterius jam primum libro publico a Scriba montano inseritur, ex causa ad Dominii translationem idonea interveniente, Dominium partis metallicæ sine dubio transfertur. Zobel. *Diff. Jur. Civ. & Saxon. Part. 3. Diff. 10. n. 14.* Totius vero fodinæ dominium & possessio a societate Exercitorum retinetur non tantum animo, sed & corpore per metallarios, dum ordinarias operarum suarum periodos observant, de quibus *supra n. 85.* Et partium quidem metallicarum utilis vindicatio potest institui a Legatario, cui ejusmodi partes in testamento relictæ sunt, *arg. §. 2. 3. Inst. de Legat.* si quidem testator suas, non alienas partes alicui legaverit, qua ratione legatarius in communionem Dominii ipsius fodinæ succedit, in qua partem ab ipsa fodina inseparabilem pro indiviso acquirit; quamvis reditus fodinæ sint res naturaliter & civiliter dividuæ.

Ex obligatione & hypothecis partium 102
metallicarum actis præfecturæ montanæ, seu libro talibus negotiis destinato, insinuatis actionem hypothecariam nasci, aut utilem actionem ex interdicto Salviano dari nulla ratio vetat. In cæteris quoque negotiorum figuris circa partes metallicas celebratis eædem actiones institui possunt, quæ ex proposita facti specie fluunt, quas quidem omnes ac singulas hoc loco enumerare supervacaneum esse duximus.

Observandum tamen est, de perso- 103
nis, rebus ac negotiis metallicis jura specialia introducta esse, quæ partim scripto, partim sine scripto constant: Atque ex horum præscripto causæ illæ, *die Berg-Sachen*, decidendæ sunt, siquidem jura hæc a jure communi diversa esse deprehenduntur. Petr. Heig. *P. prior qu. 13. n. 15.* id quod haud obscure indicant metallicæ rei Consulti apud Spanium *Sentent. 433.*

Weil

Weil aber die verkaufften Stück Kuxes seyn, und derhalben nicht nach gemeinen Kayserlichen Rechten, sondern nach Berg-Recht und Ordnung reguliret und geordnet werden sollen, und in diesem Fall ein anders die Berg-Ordnung, ein anders die gemeinen Rechte setzen, &c. Hinc inter alia monita de iis, quæ in peregrinatione observanda sint, Hilarius Pyrckmair *in Commentariolo de arte apodemica, seu vera peregrinandi ratione* hoc inculcat: Huc pertinent fodinæ metallicæ, quæ sunt diligenter inspiciendæ, auri & argenti separatio; metallicorum leges & consuetudines, in quibus plerumque singularia repeviuntur, quæ & admiratione & cogitatione digna sunt. Ipsa quoque specialia illa jura metallica, quamvis in nonnullis conformia sint, in multis tamen quoque differunt; id quod ex iis, quæ supra aliquoties allegatæ sunt, Ordinat. metallicis Bohemiæ, Saxonicis, Brunsuic. aliisque manifestum est, ac diserte responsum a Fribergensibus apud Spanium *Sent. 438.* Qua vero parte Jura metallica scripta aut non scripta deficiunt, proxima judicandi norma consistit in reliquo Jure Provinciali, & qua parte hoc quoque deficit, in jure communi. Hunc enim ordinem juris in Judiciis observandum esse constat, vid. Joh. Oldendorp. *Præf. in Class. action. forens. tit. de Ordin. Jur.*

104 Ad decidendas vero causas metallicas certa Judicia Montana, *Berg-Cantzeleyen, Berg-Schöppen-Stühle, Berg-Aemter*, so-

105 lent constitui, quæ causæ metallicæ denominantur ex objecto negotii, & personarum officio potius, si hoc circa metalla versetur, quam ex nuda personarum conditione & loco ubi vivunt; Unde ipsi quoque metallarii in civilibus causis separatum Judicem Oppidanum habere possunt, licet ratione officii & delicti contra officium suum commissi Præfecturæ Montanæ Jurisdictioni sint subjecti. Exercitores tamen non nisi ratione rei & causæ forum Præfecturæ montanæ agnoscere tenentur, nempe cum de fodinis, earum senio, limitibus, jure aut accessionibus & debitis fodinæ nomine contractis quæritur, aut cum pars Metallica creditori, Actis præfecturæ montanæ intervenientibus obligata, nomenve Metallicum exigitur, *eine Berg-Schuld*, aut denique pars metallica vel arresto constringi tentatur, vel rei vindicatione petitur. Indicat hoc Löhneyss *Bericht vom Bergwerck* in parte quinta formulæ Ordinat. Metall. *Art. 52.* his verbis: *Ist nun die Person nicht in seinem Amte, sondern unter anderer Herrschafft gesessen, und die Schuld nicht vom Bergwerck herrühret, da soll er keinen Kummer gestatten, auch keine Hülffe thun, sondern den Kläger vor des Beklagten Obrigkeit weisen, es wäre denn der Schuldiger nirgends gesessen, oder auf flüchtigen Füssen stünde, oder seine Berg-Theile dem Gläubiger vor dem Berg-Meister und Geschworenen oder dem Berg-Gerichte kräfftig vorunterpfändet oder sonst verobligiret, und ins Berg-Buch verzeichnet wäre, oder bewilliget die Zahlung daselbst zu thun, und allda zu Recht zu stehen &c.* Item Artic. I. dict. P. 5. *Wenn Irrungen und Gebrechen zwischen Gewerckschafften oder Pa then vorfallen, sollen sie am ersten vor Berg-Meister und Geschworne gelangen &c.* Secundum Generos. & Nobiliss. Dn. Abraham a Schönberg *im Entwurff der Churfürstl. Sächs. Berg-Proceß-Ordnung* Art. II. *Was eigentlich vor Berg-Sachen zu halten, und unter die Berg-Gerichtsbarkeit gehörig*, sequentes causæ Jurisdictioni montanæ debent esse subjectæ, *daß nicht allein die Händel, welche unter der Erden in der Gruben, um Klüffte und Gänge, Stollen, Schächte, und Feld-Oerter, und was sonst daselbst streitig werden mag, sondern auch, was vor Händel ausserhalb der Gruben und Bergwerck, um Ertz, Kieß, Kobold, Mineralien und Metallen, Berg-Theile, Steuern, Neundten, vierdten Pfennig, Schuld, Zubusse, Ausbeute, Berg- und Hütten-Kosten, Pochwercke, und Räumen zu Käuen, Schächten, Häusern, Wege und Stege, Teiche, und Wasser-Läuffte; Hierzu auch alle Schmeltz-Sachen, und was von Bergwerck kömmet, darzu gehörig und gebraucht wird, oder werden kan, und anderer Handel und Wandel, Verträge und Verschreibungen, und wie das sonst Namen haben mag, und alles das, was vermöge der Berg-Ordnung und alter wohlhergebrachten Bergwercks-Ubungen und Gebräuchen, auch dafalls ergangene Special-Rescripten, so Bergwerck anbetrifft, oder von Bergwerck herfleußt, es sey gleich persönlich oder sächlich, peinlich oder bürgerlich, gemeine oder sonderliche Zusprüche, rechtlich oder dingliche Processe, Gewercken, Amtleute oder Diener, und alles, was sich unserer Bergwercke gebrauchet, oder zwischen ihnen, ihren Aemtern und Privat-Händeln, so viel Berg- und Schmeltz-Wesen, und was davon herrühret, antrifft, sich zutragen mag;*

Darun-

Darunter Wir auch diejenigen Injurien-Sachen und andere Delicta, *so von Berg- und Schmeltzwesen herkommen, wenn zugleich auch die Partheyen, oder die Delinquenten entweder zusammen, oder doch wenigstens der* Reus *ein Berg-Beamter, oder Bergwercks-Verwandter ist, mit gerechnet, und* propter connexitatem *hiermit vor Berg-Sachen erkläret haben wollen, und können nicht geschehen lassen, daß solche und dergleichen* propter celerem expeditionem *vor andere Gerichte, ob schon die Partheyen und dergleichen Injuriant oder Delinquent darunter seßhafftig, gezogen, und dasjenige, was Unsere bauende Gewercken, Beamte, Diener, und Bergwercks-Verwandte, zu Erheb- und Beförderung derer Gebäude bedürfftig, auf die Juristen und Advocaten, mit langer Verzögerung derer* Processe *und Sachen, gewendet werden soll.* Cum & defraudatio
106 Administratorum rerum Metallicarum & Metallariorum valde frequens sit, dubium non habet, illos eodem modo ac alios Administratores in Electoratu Saxonico, quia circa res fidei eorum commissas perfide se gesserunt, puniri, secundum scil. Constitut. Divi Elector. Augusti *P. IV. Const. 41. Wenn die Summa solches veruntraueten, unterschlagenen und in ihren eigenen Nutz betrüglicher Weise angewendeten Guts unter 50. Fl. Müntze seyn würde, sollen sie mit Gefängniß, oder mit zeitlicher Verweisung des Landes gestrafet werden, da sich aber solche Summa über 50. Fl. Müntze erstreckte, sollen sie mit Stauppen-Schlägen des Landes ewig verwiesen werden; würde die bemeldte Summa auf 100. Fl. Müntz oder darüber lauffen, sollen sie mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafet werden.* Quamvis enim Jura metallica, quibus in his terris utimur, nihil certi in hac re decernant, tamen judicandi norma ex reliquo jure Provinciali, & qua parte & hoc deficit, ex jure communi est desumta. Ord. Metall. D. Georg. Ducis Saxon. *Art. 138.* Rescript. Elect. *d. 9. April. 1609.* D. Eisenhart. *de Reg. Met. Jur. C. 6. §. 5. n. 1.* Mentem & hanc fuisse D. Augusti, Authentica Interpretatio *peculiari rescripto de dato* Wiederhain *den 20. Sept. Anno 1528.* comprehensa abunde testatur, exhibet illud Carpzov. *Quæst. 85. n. 48. Liebe Getreue, was gestalt Wir verruckter Jahre unter andern Unsern Landes-Constitutionen auch eine von den vertrauetem Guth in offnen Druck ausgehen lassen, habt ihr euch zu erinnern. Als Wir aber ietzo in Erfahrung kommen, daß euch bedencklich ohne ausdrückliche Erklärung, ob angezogene Unsere* Constitution *von vertrauetem Guthe auch auf die Schicht-Meister und Berg-Leute zu erstrecken, die Untreu aber auf Unsern Berg-Städten sehr gemein werden will, also daß ernstes Einsehen höchlich vonnöthen. Als begehren Wir hiermit, ernst Befehlende, solcher Unser* Constitution *nach, die Wir auf die Schicht-Meister und andere Berg-Leute erstrecket haben wollen, die in solcher Unser* Constitution *einverleibte Strafe auch wider die Schicht-Meister und Berg-Leute zu erkennen, und euch hieran den 54. Articul Unserer Berg-Ordnung nicht irren lassen &c.*

Jurис Georgici Lib. III.

Rescriptum hoc nominatim de Rationalibus, *Schicht-Meistern*, loquitur, qui a Cultoribus fodinarum (*Gewercken*) præscitu saltem & consensu Magistratus Metallici constituuntur *Art. 42.* Ordin. Elect. Metall. Et sic non Electorales Officiales, sed Cultorum Ministri, quibus etiam cumprimis fidem promittunt. vid. *form. Juram. der Schicht-Meister post Artic. 20. der* Churfürstlich Sächsischen Berg-Ordnung. ibi: *und sonderlich meinen Gewercken treulich vorstehen &c.* Quod si itaque rationalis talis, cui inter alia incumbit, ut eas res, quibus opus est, e. g. *Unschlit, Eisen, Karrn, Seil, Tröge, Kübel, Holtz, Bretter, Nagel, Planen, Pulver &c.* quantum potest, viliori pretio comparet, *Art. 45.* O M.E. ibi: *Um der Gewercken Geld aufs nächste, als es zu bekommen möglich ist, und selber an solchen Stücken gantz keines Nutzes gewarten, auch aus Gunst oder Freundschafft mit der Gewercken Nachtheil niemand deshalben keinen Nutz oder Vortheil zuwenden &c.* sub cariori pretio inter expensa quædam referat, quam quo revera sunt emta, vel alias id genus fraudes lucri faciendi causa committat, extra omnem dubitationis aleam defraudator iste secundum nostram Constitutionem erit puniendus.

Diversum tamen obtinebit, si Rationalis quasdam ejusmodi res ipse habeat, vel quæstus causa, vel non, ac ad usum fodinæ adhibeat, necessitate præsertim urgente & præscitu Magistri Metallici ac Juratorum (*Berg-Meister und Geschworne*) & majus quoddam, quam quo ipsi emtæ,

 non

non injustum tamen pretium sibi assignet. Hocce enim casu fraus cessabit, atque non invidendum adeo est Rationalibus lucellum, quod & alias Domini fodinarum non denegassent. Quoniam vero res periculi plena est, si Rationales mercaturam in rebus ad cultum fodinarum necessariis exercent: maxime consultum est, si plane illa interdicantur. Quod & in quibusdam locis ita observatur. Est enim tale quid *in der Schlackenwaldischen Zinn-Bergwercks-Ordnung Art. 19. §. Und damit dem Bergwerk*, in verbis: *So soll fortan nicht geduldet oder gestattet werden einigem Händler, daß er ein Schicht-Meister oder Gewercken-Factor sey.* Cum ea, quæ modo dicta, declaret responsum Facultat. Jurid. Wittenb. sequens, non piget illud addere: *Hat Eingangs bemeldter Factor von dem Herrn von* N. *eine Post Holtz an 1000. Schragen am 22. Maji 1683. besage des* Contracts sub L. *erhandelt, und von seinen eigenen Mitteln bezahlt, in Meynung die daraus geschlagene Scheit-Höltzer entweder zu seinem Nutzen zu verhandeln, oder solche zu verkohlen und an die herum liegende Schmeltz-Hütten und Handwercks Leute zu überlassen, nachgebends aber da selbiges und folgendes 1684. Jahr über Vermuthen wegen grosser Dürre und VVasser-Mangels einiger Mangel an Brunn-Höltzern sowol bey der Fürstlichen Flösse, als der Stadt* N. *von welcher sonst das Fürstliche Farb-Werck die benöthigten Höltzer um einen gewissen Preiß zu empfahen pfleget, vorgefallen, und er befahren müssen, daß das Werck dadurch gesencket, Sr. Churfürstlichen Durchlaucht grosser Schade und Nachtheil zugezogen werden dörffte, diese vor sich erhandelte Höltzer angegriffen, das Fürstliche Werck angeschaffet, selbige aber um einen etwas höhern Preiß als sie ihm zu stehen kommen, verrechnet, weswegen ihm ietzt ein* Defect *gezogen, und mehr nicht als was ihm die Hölzer würcklich kosten, paßiret werden will. Ob nun gleich ein ieder Beamter oder Diener, der auf Rechnung sitzet, dasjenige was er seines Herrn wegen erhandeln muß, aufs genaueste einzukauffen verbunden, und eines eigennützigen Vortheils sich hierunter zu gebrauchen nicht befugt: Dieweil aber der Factor eurem Anziehen nach die Höltzer vor sich erkaufft, und solche also sein Eigenthum worden, selbige auch in dem sich ereignenden Nothfall zu des Wercks Besten hergegeben, iedoch aber nicht theurer ieden Schragen berechnet, als wie sonsten solche Hölzer in der Stadt* N. *bezahlet werden, und dem Fürstlichen Blau-Farben-Werck zu stehen kommen, da er hingegen, wenn er sie verkohlet und anderen Leuten überlassen, ein weit mehrers damit gewinnen können, bey dieser Bewanndniß aber vielmehr das Fürstliche Werck als einen sonderbahren Vortheil genossen; So ist ihm auch der angesetzte Preiß in Rechnung billig zu paßiren; V. R. W.*

Etsi vero, uti dictum, rescriptum allegatum de Rationalibus, de quibus forte ad Principem retulere Scabini, nominatim loquitur: nullus tamen dubito, quin & illud cum ipsa constitutione de omnibus Officialibus, qui a Principe Electore per Consilium metallicum (*Berg-Raths-*Collegium) vel a Præfectura Superiori (*Ober-Berg-Amt*) constituuntur: quorum illi *Beamten*, hi vero *Diener* audiunt, quocunque demum nomine veniunt, sive in fodinis, sive in officinis excoctoriis, sive alibi officia & ministeria exerceant, debeant intelligi. Quod si enim aliorum Ministros tam severe coërcere, atque hac rigorosa pœna constituta perfidiam & fraudes impedire voluit Serenissimus Legislator: multo magis credendum est, eam de propriis idem sensisse arg. eorum, quæ habet Everhard *in Loc. Top. a minor.* præsertim cum & constitutio ipsa generaliter loquatur, & diserte Officiales Electorales nominet, & ratio constitutionis in Rescripto comprehensa ad Officiales hos quoque satis quadret, & sub generalitate vocum: *und andere Berg-Leute*, omnes qui rei metallicæ operam navant, comprehendantur.

Satis certa hæc quidem sunt, si de illis Officialibus metallicis quæratur, qui proprie administratores dici possunt, & ad rationes sive in scriptis, sive sine scriptis obligantur. (*die Zehenden Hütten-Floß- und andere Cassen, ingleichen* Recess-*Gelder, Büchsen-Pfennige, oder auch Silber, Kupffer, Ertz, Eisen, Holtz, Unschlitt, Seile &c. und andere Materialien in Händen haben und berechnen müssen*, e. g. *Zehender, Hütten-Reuter, Ausscheider, Berg-*Recess-*und Hütten-Schreiber, Ertz-Kauff-Vorsteher, Hütten-Meister, Steiger &c.*) Sed quid de illis dicendum erit, qui nec Principis, nec Largitorum nomine pecu-

pecuniam vel alias res accipiunt, nec expendunt (*die nicht auf Rechnung sitzen*) quorum tamen fidei vel custodiæ aliorum res committuntur, e. g. Magistris montium (*Berg-Meister*) ejusque Collegis Viris Juratis (*Berg-Geschworne*) & operariis metallicis (*gemeinen Berg- und Hütten-Arbeitern.*) Fingamus Magistrum montium, quos & ipsos sæpius peccare experientia testatur, licet Melzer. *in Gangræn. metall. c. 14.* ab omni labe immunes fere pronunciet, vendidisse contra prohibitionem *Art. 31. O. M. E.* ædes vel suguriola ad fodinas pertinentia (*Zechen-Häuser oder Kauen,*) & pecuniam in suos redegisse usus. Vel finge Juratum, ad cujus officium inter alia spectat, ut illius auspiciis operæ metallicorum conducantur, & merces justa statuatur (*daß er die Gedinge mache, und darauf siehet, daß sie redlich verrichtet und heraus geschlagen werden,*) fraudulenter agere justo majorem constituere mercedem, atque partem deinde recipere a metallariis. Pone porro, Magistratum montium vel Juratum metallariis mercede largitorum conductis domesticis operis adhibere (*daß sie blinde Hauer oder Knechte mit in Anschnidt oder Register bringen, ins Lohn gehen lassen, und zu ihrer eigenen Arbeit brauchen;*) qua de re non infrequenter in Civitatibus metallicis conqueruntur. Quæstio ergo oritur, an & in his & similibus casibus pœna aliqua juxta d. Constitut. decernenda? Sane gravissime peccare ejusmodi Officiales certum est, qui, cum aliis præsint, atque fraudes omnes, quantum fieri potest, impedire atque sedulo cavere debeant, ne metallica res quid capiat detrimenti, ipsi dolo malo se dedunt, & pessimo exemplo ad malas artes alios invitant. Expeditum etiam est, esse eos officiales & quidem sub jurisjurandi religione constitutos, ac ita quidem, ut non tantum Serenissimi Electoris jura tueri, sed Largitorum quoque commoda promovere sint obstricti: Quod satis indicant formulæ, quæ in Ordinat. Metall. extant; Magister enim montium in alia capitula ita jurat: *Daß er Seiner Churfürstlichen Durchlauchtigkeit Gerechtigkeit handhaben, derer Gewercken und gemeinen Bergwercks Nutz fördern wolle;* a qua formula non absimilis est, quam Jurati præstant. Quis ergo neget omnia ista, quæ ad fodinas spectant, ad illorum curam, fidem ac custodiam quodammodo pertinere. Fateor tamen me vix adduci posse, ut credam constitutionem huc esse trahendam. Non enim illa de Officialibus indistincte loquitur (*die zu einem Amte verordnet*) sed per particulam copulativam addit: *Und von Unsern oder eines andern wegen Geld aufzuheben und einzunehmen hat, von den Leuten mehr an Zinsen, Schulden, Lehen-Waar u. d. g. einnehmen denn er berechnet, im Kauffen und Verkauffen, Verleihen und Ausmessen, unrechten und falschen Scheffel und Maaß gebrauchen, Holtz, Geträyde und dergleichen verkauffen, und in Rechnung nicht einbringen, oder anderes mehr unterschlagen, und solches alles in seinen eigenen Nutz anwenden oder dergleichen Veruntrauung und Betrug gebrauchen, so Uns oder Unsern Unterthanen, oder andern Leuten zu Nachtheil und Schaden gereichte, so sollen der oder dieselbigen unterschiedlich mit folgenden Pœnen belegt und gestraft werden.* Quibus rebus satis, nisi fallor, indicatur, illum, quem sanctio tangit, non esse debere solum Officialem, sed etiam talem, qui accipit & expendit. Tales autem cum non sint, de quibus modo dictum, vereor ut ad illos lex extendi possit. Nec obstat Rescriptum Electorale supra allegatum, quod metallariorum indistincte facit mentionem: Nam explicandum id est ex ipsa constitutione, & ad illos restringendum, qui administratores pecuniæ, vel rei alienæ proprie dici possunt. Illud interim utique inficias ire nequeo, arbitrarie & gravissime quidem id genus hominum, qui exemplo plus nocent publicæ rei, quam damno dato, esse coërcendum, si turpia lucra quærere non erubescant. Extat hanc in rem locus in Ordin. Metall. Elector. *Art. 43 §. fin.* ubi 20. florenis qualibet vice mulctari jubentur illi Officiales, qui operariis, equis & instrumentis largitorum abutuntur, & ad proprios destinant usus: *Die Hauer oder Arbeiter, denen von der Gewercken Zubuß gelohnet wird, zu ihrer eigenen Arbeit gebrauchen, oder auch Pferde und Geschirre auf denen Göpeln ohne Noth* (necessitas enim non habet legem) *von denen Künsten nehmen, und zu ihren Geschäfften gebrauchen.* Nullum tamen dubium est, quin pro re nata, circumstantiis id exigentibus, gravior pœna infligi queat.

Ex eadem ratione non puto posse trahi sanctionem istam Electoralem ad omnes indistincte operarios, quorum opera certa mercede conducitur (*gemeine Berg-Leute und Hütten-Arbeiter*) quorum fidei quidem & custodiæ, non vero semper administrationi, multa committuntur. Quare nec alia, quam arbitraria, si quicquam ex rebus fidei & custodiæ commissis subtraxerint, & in suos usus converterint, pœna habet locum. Quod si tamen administratio quædam concessa, quale quid intuitu custodum (*derer Hüt-Leute*) qui jurejurando fidem promittunt, interdum & aliorum quoque contingit, aliud esset dicendum, si modo juramento ex hypothesi Carpzoviana supra allegata adstricti, id quod raro ab operariis (*denen Berg Leuten die anfahren auf der Zechen oder in der Gruben arbeiten*) exigitur. Dictis non adversatur §. *da aber auch.* ibid: *peinlich gestraft Art. 31.* O. M. E. quo cautum, illum, qui aliquid nobilioris metalli abstulerit, criminaliter juxta dispositionem juris communis esse puniendum. Quæ verba quid sibi velint, non adeo in propatulo est. Ego puto multum interesse, utrum extraneus, cui nullum circa illam fodinam negotium commissum; utrum vero unus ex Officialibus administratione proprie sic dicta destitutis, vel metallariis operam ibi exercentibus, commiserit furtum. Ille pœna, qua alias fures afficiuntur, & pro re nata suspendio plecti potest: hi vero arbitrarie, pœna nimirum corporis afflictiva, si opus, puniri debebunt. Si vero ex iis, qui administrationem gerunt, sit aliquid interversum, nostra Constitutio sibi vindicabit locum. Hujus rei exempla nobis exhibet Mollerus *in Annal. Freiberg. pag. 335.* ubi inter alia sic refert: *Den* 25. Julii (puta 1580.) *ist der Steiger auf Elias Fund-Grube, der seinen Gewercken über 180. Fl. veruntrauet, zum Strange verurtheilet, und auf Vorbitte mit dem Schwerdte gerichtet worden. Kurtz zuvor hat man einen andern Steiger, weil er blinde Hauer und falsche Register gehalten, aus der Stadt und dem gantzen Lande auf sechs Jahr lang verwiesen.* Idem ille *pag. 387.* refert, *daß den 10. April. 1606. ein Steiger sey gehänget worden, welcher im Bergwerck untreulich gehandelt und viel Ertz gestohlen.* Et licet Autor hic de Scansoribus in specie referat, in pari tamen delicto eos comprehensos fuisse, de quibus præsens noster §. loquitur, deprehendimus.

Sed quomodo ejusmodi Officialis, qui 107
cum damno cultorum fodinarum Principis commoda augere non dubitavit, puniendus? Ut res clarior fiat, fingere liceat casum: Ad Regale Jus metallicum inter alia quoque refertur jus colligendi in officinis argentariis particulas quasdam minutas, quæ vocantur germanice *die Schour*, i. e. *das geringste und ausgehaltene von denen offen Brüchen, welche denen Gewercken zuständig, so in Hütten Pochwerck gepochet, über das Sieb gewaschen, und hernach Kretze, oder Hütten-Gekretze genennet wird.* vid. *Art. 92.* Ordin. Metall. Elector. Saxon. quæ particulæ colliguntur ab homine, quem vocant *Hütten-Wäscher*, excoquuntur postea (*wird daraus in Hütten Silber gemacht*) atque argentum inde redactum ad Præfecturam Decumanam perfertur. Cum vero homo iste sæpius in quibusdam locis non hebdomadalem mercedem, sed eam pro quantitate argenti ex ramentis illis redacti accipiat, fieri potest, ut plura quam par est bidenti rastro suo (*Kreil*) corradat, & inter ramenta referat eum in finem, ut & argentum illud augeat, & per id mercedem suam. De pœna ergo hujus hominis videndum est. Atque primo quidem officialem eum esse existimo, & licet non in dignitate constitutum, talem tamen de quo ipsa constitutio loquitur, *der etwas aufzuheben und einzunehmen hat.* Hoc posito & secundum sæpius allegatam Constitutionem puniendus erit, si modo lucri faciendi causa sit commissum, & cætera paria sint. Sed quid tunc dicendum, si spes lucri abfuit: Fingamus, accipere illum hebdomadalem mercedem, referre tamen plura dolose, quam par est, inter ramenta, eum saltem in finem, ut noceat, vel ut penes sui similes laudem mereatur. Sane cum finis delicta distinguat, hæcque species, si injuriæ, vel nocendi, vel alia causa tale quid factum, in aliud genus delicti quam furtum cadat, *L. 39. L. 52. L. 53. ff. de furtis §. 1. Inst. de Oblig. quæ ex delicto nasc. L. 5. §. 5. L. 41. ff. ad L. Aquil.* Carpzov. *Pr. Crim. quæst. 80. num. 6.* asserere non ausim, his vel similibus casibus nostræ Constitutioni esse locum. Interim quis neget, perditum talem hominem severe

pœna

pœna corporis afflictiva quoque pro re nata esse coercendum. Quid vero de Officinarum Præfectis ipsis, si in ejusmodi fraudibus conniveant, & contra *Artic.* Ordinat. Metall. forte peccent, vel etiam de aliis Officialibus metallicis, pro quibus tamen omnibus præsumtio in meliorem partem semper militat, *Nov. Dec. Sax. 3.* si simile committant delictum, sentiendum, ex dictis facile apparet.

108 Dantur insuper casus quidam speciales, in quibus etiam specialis quædam pœna in his terris intuitu Officialium metallicorum dolose agentium est constituta. Supra enim dictum, ad Regale jus metallorum jus protimiseos quoque pertinere, quo cultores fodinarum sunt obstricti offerre & vendere argentum Principi certo pretio, quod jus, uti supra dictum, ex jure Romano originem trahit, *L. 1. C. de Metallar.* & german. *der Silber-Kauff* vocatur. Heig. *P. 1. quæst. 13. n. 29.* Dn. a Seckendorff. *im Fürsten-Staat. P. 3. c. 3.* Quod si igitur Cultores fodinarum post varios labores & circuitus, variaque pericula, argentum purum tandem nacti sunt, id ad Decumanum perferri debet, (*Es müssen die Schicht-Meister die Blick- und Brand-Silber in den Zehenden liefern, Art. 16. der Churfürstlich Sächsischen Berg-Ordnung*) qui id quod accepit, ad officinam monetariam mittit, & inde pecuniam ex eo cusam accipit, ex qua pretium consuetum rationalibus postea solvit. Cum itaque dura sit nonnihil conditio illorum, qui spem lucri satis incertam interdum emunt, quod ipsis pro lubitu, quanti pluris possent argentum vendere, non liceat, æquum visum fuit, ut proba moneta, & quidem ex illorum argento cusa, pretii loco solvatur. Qua de causa severe in verbis juxta Ordin. Metall. constitutum; *Kein ander Geld soll auch ohn Unsern Befehl nicht verlohnet, noch zur Austheilung gegeben werden, denn was aus den Silbern gemüntzet, und sollen die Zehendner sonderlich keine Wechsel halten bey Leibes-Strafe.* Duo in hoc textu prohibita leguntur: 1) ne alia pecunia ex Præfectura Decumana pro argento solvatur, nisi quæ ex eodem argento facta, sive illa mercedibus Metallariorum impendenda, sive vero inter Cultores distribuenda. 2) Ut eo melius fraudes, quæ in leges committi solent, evitentur, ne Decimatores Campsoriam exerceant. Utroque casu, si secus fiat, pœna corporis afflictiva est constituta. Non enim puto constitutionem pœnæ ad ultimum tantum pertinere, quod nec vocabulum *sonderlich* evincere potest, cum illius vis hæc sit, ut exprimat casum minus dubitabilem, includendo etiam magis dubitabilem, Strauch. *in Lex. Part. Jur.* Vocab. *sonderlich.* Ratio autem hujus rei, uti dixi, in favore partim est quærenda, partim etiam ipsius publicæ rei, cujus maxime interest, ne proba moneta exportetur, & provincia mala repleatur. Atque hac de causa ego existimo pœnam hanc corporis afflictivam etiam tum habere locum, si nullum damnum præsens inde vel exiguum datum sit largitoribus, vel quando minimum saltem in alia moneta est solutum; vel si admodum parce campsoriam exercuerit Decumanus. Voluit enim Serenissimus Legislator rem pessimi exempli abesse a civitatibus metallicis, & obicem ponere iis malis & damnis, quæ ex improbis fraudibus circa monetam usitatis oriuntur, ac non statim primo impetu in oculos incurrunt, sed successu temporis pedetentim demum patescunt. Et, sic licet una ratio deficiat hoc casu, non tamen altera deficit æque principalis, quæ dispositioni facit locum, Franz. *ad Tit. de LL. num. 45.* nec dolum abfuisse delinquens dicere poterit, cum in dolo omnis sit & mala fide, qui contra legis mercatur prohibitionem *L. 7. C. de Agr. & Cons.* nec vulgata regula juvabit delinquentem: Quod minima non curet Prætor. *L. 4. ff. de rest. in integr.* notum quippe est, illam tantum tunc locum sibi vendicare, si de remedio restitutionis in integrum, vel alio quodam agatur, Brunnemann. *ad d. l.* non vero in aliis causis, nec in pœnalibus quidem, Hilliger ad *Donell. Lib. 21. c. 9. lit. L.* Sebast. Med. *Reg. 5. num. 6.* Corset. *in Tr. de Minimis in 2. fundam. part. affirm.* Camill. Gall. *de V. S. L. 10. C. 2. num. 9. c. 25. num. 32.* quando præsertim in minimo ea, quæ in magno, militat ratio, Marc. Giurb. *ad Consuet. Messan. c. 6. Gl. 6. num. 11.* verumque est, quod in *L. 10. C. de Resc. vend.* habetur, dolum ex qualitate facti, non ex quantitate pretii esse æstimandum. Anton. Fab. *Dec. 7. Err. Pragm. 10. num. 1.* Et, si dura forte videatur hæc lex, ita tamen est scripta *L. 12. ff. qui & ex quib. caus.* Limitatur dispositio tamen eo casu, si alia moneta ex mandato Serenissimi Electoris fuerit soluta, quod non

non nisi ex causa prægnanti fieri solet, & tunc, si nullum inde damnum & Publicæ rei, & Largitoribus contingit. Dn. Cahleis *dissert. de defraud. Metall. P. Spec. C. 1 §. 32. & 33.*

109 Quæ sit ratio retardati, *supra hoc capite* ostensum: Si scilicet cultores fodinarum symbolam indictam debito tempore non dederint, nomina illorum numero eximuntur, & partibus metallicis privantur, quod vocant *ins* Retardat *setzen*, Retardat *halten*, ita ut nec egestas nec minor ætas excusationem mereatur. Heig. *Quæst. 13. num. 50.* Natum hinc vulgatum dicterium; *Das* Retardat *frisset die Kuxe.* Item *wer Bergwerck bauen will, muß geben Geld, oder räumen sein Feld.* Hujus rei causa in publica salute posita est, quæ maximopere exigit, ne metallica res ob morosam Symbolarum collationem damnum sentiat. Dn. Eisenhart. *de Regal. Metall. Jure c. 5. in fin.* Quænam autem forma huic negotio data, ex Ordin. Metall. passim, & Elector. Saxon. *art. 38. 58. 62.* disci potest. Quibus jungendi sunt Classici Metallurgiæ Scriptores, G. Agricol. *L. IV. de Re Metall.* & Sebast. Span. *im Berg-Urthel-Buche Tit. V.* Variant tamen interdum mores locorum, atque vel consuetudo, vel nova lex veteribus constitutionibus aliquid addit. Span. *d. l. Sentent. 163. 165.* In Electoratu Saxonico sequentem fere in modum hodie res sese habere solet: *Daß, wenn in der andern Woche des Quartals die Zubuße ordentlich bey der Aufrechnung, mit Vorwissen des Berg-Amts, und Einwilligung derer Gewercken öffentlich, unter des Berg-Meisters Hand und Siegel angeschlagen, der Anschlag 4. Wochen gestanden, und immittelst denen Gewercken die Zubuß Zettel zugeschickt worden, Mittwochs, (an welchem Amts-Tag gemeiniglich gehalten wird) in der sechsten Woche desselbigen Quartals vor sitzendem Berg-Amte derjenigen Gewercken, die ihre Zubuße nicht gäntzlich bezahlet, oder zum wenigsten sich mit etwas darauf nicht anhängig gemacht, ins* Retardat *gesetzet, und da sie hernach von gemeldter Zeit an, bis in die sechste Woche des zu nächst darauf folgenden Quartals ferner säumig seyn, und die restirende Zubuße nicht gäntzlich abführen, alsdenn scharff* Retardat *gehalten, die Kuxe vor verstanden erkläret, und entweder denen übrigen Gewercken* pro rata *ihrer sonst habenden Berg-Theile zugeeignet, oder sonst verlassen werden.* Compertum tamen est, fraudes etiam hac in re interdum committi a Rationalibus (*von Schicht-Meistern.*) Quod si itaque Cultor fodinæ, cujus nomen in Retardantium classem relatum, ea, si tempestive Symbolam dederit, non eximatur iterum juridica proxime sequenti a Rationali, hic 5. Floren. mulctatur: Si vero per totum trium mensium spatium cesset Rationalis, officio exuitur, & arbitrarie præterea punitur. Probat id *Artic. 63. Ord. Metall.* Elector. Saxon. verb. seqq. *Weil auch etliche Schicht-Meister mit Betrug handeln, nehmen oft die Zubußen von denen Gewercken, und lassen sie doch nichts destoweniger im* Retardat *stehen bleiben; wo nun ein Schicht-Meister solches hinführder thun würde, und er nähme nach empfangener Zubuße nicht des nächst folgenden Verleihe-Tags die Theil wiederum aus dem* Retardat, *der soll, so oft solches geschicht, 5. Gülden alsbald zur Strafe erlegen; da er aber ein gantz Quartal damit verziehen würde, so soll er beneben Entsetzung seiner Dienste mit Ernst unnachläßig gestraft werden.*

Cum igitur Jura Metallica vigilantibus maxime scripta, extranei partium metallicarum Domini in tractibus montanis mandatarios, *Verleger*, habere debent & solent, per quos stato tempore impensæ solvuntur. Sicuti autem nullum hominum genus sine vitio est, ita nec hoc ab omni labe est immune; Graphice describit eorum fraudes Ordin. Metall. *A. 60. Desgleichen auch etliche Gewercken, sonderlich aber die Verleger sich unterstehen, wenn die Schicht-Meister die Zubuße fordern, daß sie die Zubuß-Zettul von ihnen nehmen, hergegen Bekänntniß geben, und hernach die gantze Rechnung nichts nachzahlen, noch ablegen, sondern überschicken die Zubuß-Zettul ihren Herrn, als hätten sie die entrichtet, empfahen darauf das Geld, wenden es in ihren Nutzen, und entrichten darnach die Zubussen nach ihrer Gelegenheit, auch oft wie obgedacht, mit bösen Waaren, und verbotener Müntze, in Meynung, daß sie von ihren Herrn kein Geld bekommen hätten, unterstehen sich auch etliche, denen Arbeitern ihren Lohn, und den dritten, wol vierdten und fünfften Pfennig abzuwässern, welches alles Unserm Bergwerck zum höchsten Nachtheil &c.* quæ verba ideo integra huc transferenda fuere, quia sensus illorum aliis commodius exprimi non potest. Pœna itaque ejus-

ejusmodi fraudum viginti florenorum mulcta est, quæ tamen pro re nata exigentibus circumstantiis augeri potest, *d. art. circ. fin.* Etsi vero tantum de Mandatariis (*Verlegern*) Rubrum d. a. sit conceptum: Nigrum tamen satis docet, etiam dispositionem istam de ipsis Largitoribus sive Dominis esse intelligendam, d. a. verb. *dergleichen auch etliche Gewercken &c.* Debent enim illa quæ in Rubricis omittuntur, ex nigro suppleri, applicari & intelligi. Duavenus *ad Tit. de Vulg. & Pupill. subst.* D. Lincke *Disp. de nigro*
110 *c. 2. num. 29.* Dantur adhuc aliæ quædam pœnæ in peculiaribus casibus in Rationales constitutæ. Exemplum est in *art. 46. O. M. E.* Si rationalis ipse intra terminum solutioni destinatum, (*zwischen denen Lohn-Tägen*) qui 14. dierum esse solent, non descendat in fodinam (*die Zeche selbst nicht befährt*) salario per istud tempus erit privandus; si per integrum trimestre spatium cesset, ab officio removendus. Existimarem, exceptum esse summum inopinatæ & inevitabilis necessitatis casum. Barbosa *in Thes. L. 12. c. 6. v. 11.* Prout & ipse articulus admittit excusationem ob infirmitatem vel aliud vitium corporis, sed ita, ut alius æque idoneus substituatur ex consensu Magistri Montium, forte & Largitorum, quorum maxime interest, ut omnia in fodina recte curentur. Aliud exemplum occurrit in *Art. 43.* in quo pœna 20. florenorum non minus rationalibus & scansoribus, quam aliis Officialibus metallicis decernitur, si operariis, jumentis vel instrumentis largitorum ad domesticas
111 operas utuntur. Sub eadem pœna in d. a. *43.* prohibitum est, ne officialium, rationalium, aut scansorum famuli illorum mercede conducti, vel convictores, ad operas metallicas adhibeantur. Prioris ratio in eo posita est, quia homines isti illorum, in quorum famulitio sunt, operas magis solent curare quam Largitorum, juxta vulgatum: *Dess Brod ich esse, dess Lied ich singe.* Nec commode etiam duobus Dominis servire possunt. Posterius vero ideo prohibitum est, ne occasione convictus ad proprios potius quam largitorum usus adhibeantur. Ad hæc impedire voluit sapientissimus Legislator, ne ex convictu nimia familiaritas, & ex hac vel contemtus, vel collusio quædam oriatur. Suspecta certe est nimia familiaritas, quæ inter Officiales, qui præsunt aliis, & hos intercedit, atque sæpe cum damno eorum, ad quos res illa pertinet, conjuncta; optime hoc intelligit Serenissimus Saxo ita *Art. 46.* decernens: *Es sollen auch die Schicht-Meister und Steiger auf einer Zechen nicht Brüder oder Vettern seyn, sich auch in keine sonderliche Einigkeit geben, die den Gewercken zum Nachtheil kommen mag &c.* scilicet eventus non raro in fraudibus positus est, quæ communicato consilio struuntur, vel si hoc absit, connivent saltem Præfecti in negligentia aliisque peccatis inferiorum, nec hiscere audent: Inferiores vero jussa illorum negligunt & vilipendunt, ac sic utrique partes, quæ concreditæ, minus ac par est, explent. Taceo convictum illum in commessationes sæpe abire & compotationes, quibus mala hæc incrementa capiunt, qua re nihil perniciosius bono publico esse potest. Causam hoc dedit Legi Antiæ, quæ cavebat, ne, qui Magistratum gererent, passim apud omnes convivarentur, qua familiaritati Magistratuum nimiæ cum aliis obicem ponere, atque ut incorrupta essent judicia, efficere prudentissimi Romani voluerunt. Indecorum quoque esse credebant, eos, qui Magistratus officio funguntur, & intra dignitatem sunt constituti, apud omnes passim convivari & cauponari. vid. Speid. *Spec. notab.* V. *Gasterey.* Cæterum cum hac nostra lege concordat fere Ordin. Metall. Brunsuic. *Art. 43. 44.* non tamen convictus ibi simpliciter prohibitus legitur, sed hoc tantum, ne Rationalis vel Scansor cogat, vel alia ratione inducat operarios, ut convictu illius alantur, vel compotationibus indulgeant, quod ex principio *Art. 44.* *Kein Schicht-Meister oder Steiger soll keinen Arbeiter noch Hauer dringen, oder sonst in andere Wege ursachen noch müssigen, die Kost bey ihm zu haben, oder sein, noch anderer Bier auszutrincken &c.* apparet. Meretur huc referri saluberrimum monitum Domini a Löhneyss *in tractatu vom Bergwerck Part. II. c. 12.* *Dass die Berg-Beamten und Arbeiter ein erbar, unsträflich, nüchtern Leben und Wandel führen, und dass sonderlich Berg-Meister, Geschworne, Steiger und Arbeiter, zu voraus an Arbeits-Tagen, sich viel Hochzeitgehens, langwierigen Kind-Tauffen, Winckel-Gelacken, Schlaf, Collation und Quaserey enthal-*

enthalten, denn wenn die Berg-Leute viel Ausbeute und gut Gedinge haben, so brauchen sie den Durchlaß, setzen es wedlich wieder hinein, arbeitens über den Schlem-Graben, setzens über die rohe Schicht, schlemmen und demmen, bis sie das gewonnene Gütlein wieder hindurch bringen. Cahleis. *de defraud. Metall. part. spec. cap. 1. §. 34. & 35.*

112 De Proxenetis Metallicis *von Kux-Kreutzlern* jam supra dictum, quod propensi sint ad deceptiones *L. 37. ff. de Dol. L. 19. pr. ff. de Ædil. edict.* & in metallicis rebus fraudibus sæpe indulgeant. Factum inde est, credo, quod in rubrica *Art. 74.* Ordin. Metall. Elect. in eodem prædicamento quasi constituti *die Kreutzler und Kuxes-Parthierer* conjungantur: Lepida sunt, quibus Vulpes apud Authorem *des Frosch-Mäußlers cap. 14* horum mores salse describit:

Die Ausbeut aber wolt nicht kommen,
Wie auch mein Weib, wenn sie vernommen,
Daß die Kux-Kreutzler sich einstellten,
Sie vor Land-Räuber pflag zu schelten,
Die zusagen Ausbeut zu bringen
Und nur Ausbeuteln sich bedingen,
Daß man nach Ausbeut, auf Vorrath,
Alles ausbeutelt was man hat.

Quæ mala autem ab hujusmodi hominibus rei metallicæ contingant, satis graphice describitur *d. a. 74.* verb. *dadurch also die Leute betrogen, von dem Bergwerck abgescheuet, und Unsern Bergwercken grosser Nachtheil eingeführet wird &c.* Ut itaque hæc evitentur, cautum primo est Legib. Metall. ne alius, quam cui officium Proxenetæ Metallici concessum, huic rei sese immisceat: *Daß ausserhalb der verordneten Kux-Kreutzler, sich niemand des Kreutzelens und Kuxes-Verkauffens unterstehen soll. dict. Art. 74.* quo tamen ipsi Domino seu proprietario partium Metallicarum neutiquam facultas ademta partes suas etiam sine Proxenetæ opera aliis b. f. vendendi: Nam de hoc casu textum non loqui ipse satis clare docet, & praxis quotidiana testatur. Quod si autem non obstante ista prohibitione, nihilominus quis privato ausu proxenetæ partes sibi sumat, varias constituit Ordinatio Metallica pœnas, quibus talis homo in ordinem redigendus.

Satis distincte allegata Ordinatio procedit, atque tres potissimum casus vult discerni. Primus est: si quis partes metallicas, proprias etiam, dolose majoris vendit, quam in eo loco, ubi sitæ sunt, venire possunt, pecuniam fraudulenter acceptam in continenti restituere, & ad minimum per mensis spatium in carcere detineri debet; Ita enim disponunt verba Ordin. d. a. *daß sie* (scil. *die Amt-Leute*) *nach eingenommener glaubwürdigen Klage solchen Betrüger gefänglich einziehen, und ihme auferlegen sollen, daß er dem Käuffer alsbald sein Geld, darum er ihn betrogen, baar wiederum erlege, und ihn, den Parthierer, zum wenigsten 4 Wochen lang, auf seine eigene Kosten gefänglich enthalten.* Quod si vero pecuniam consumserit, eamque restituere nequeat, ad aliquot annos præstita urphoda ex locis metallicis est relegandus.

Secundus est: quod si major sit fraus commissa, e. g. partes venditæ fodinarum, quas per legalem concessionem non acquisivit (*so er nicht gemuthet*) vel in quibus non habet partes (*wenn er blinde Kuxe verkaufft, die er nicht im Gegen-Buch hat*) si fodinarum fictarum & in Utopia sitarum partes vendat, si metalla ex fodinis emta falso jactet & ostendat; si falsa instrumenta (*falsche Gewehr- und Zubuß-Zettel*) conficiat, &c. duriori carceri est includendus, & per bimestre spatium in eo retinendus, ad restituendam in continenti pecuniam per fraudes exactam condemnandus, & si restitutio fieri nequeat, ex Provinciis Electoralibus omnibus (nam hoc importat apud nos vocabulum *Lands-Verweisung* juxta *Const. 47. P. IV.* ibique Carpzov.) relegandus erit. Non expressum est, an perpetua, an vero temporali relegationis pœna sit afficiendus talis impostor. Puto ergo arbitrio Judicis illud esse relinquendum, qui pro re nata pœnam determinare poterit. *L. 10. Cod. de Pœn.* Carpzov. *Pract. Crim. quæst. 130. n. 16.*

Tertius denique casus est: Si dolus tantus sit, ut pœna corporis non sufficere videatur, vel si reiteratio accedat, virgis cæsus, in perpetuum non tantum locis metallicis, verum etiam omnibus Serenissimi ELECTOR. SAXON. ditionibus exulare debet.

Num

Num vero hocce ultimo casu restitutio quoque injungenda? quæstionis est. Articulus sæpe allegatus Ord. Metall. de hac re plane tacet. Existimo tamen decisionem ex illis peti posse, quæ habet Carpz. *Prax. Crim. P. 2. quæst. 50. num. 106. seqq.* Scilicet multum interest, num pecunia, qua emunxit dolose alium circumscriptor, adhuc extet, an sit consumta? Priori casu Domino restitui debet, licet fustigationem delinquens sit passus. Rationes ex Carpzov. *d. l. num. 107.* & præsertim ex *Constitut. 33. Part. 4.* possunt peti: Posteriori vero casu restitutio cessabit: Durissimum enim esse volunt, ut reus ultra pœnam corporis afflictivam damnum & interesse resarcire teneatur, Carpz. *d. l. n. 3.* In quam rem optime facit Decisio Noviss. Elect. *86.*

Notabile est Constitutionem hanc non tantum delicta coërcere, quæ in his terris sunt commissa, sed etiam quæ extra illas: *d. A. 47. verbis: in oder ausserhalb unserer Lande &c.* e. g. si quis Norimbergæ vel Augustæ Vindelicorum, in quibus locis multi & hodie quoque vivunt, qui Freibergæ & alibi fodinas vel partes earum possident & colunt, imposturam exerceat. Habet enim hanc facultatem Princeps, ut subditis suis etiam extra Rempublicam degentibus leges præscribere queat, *arg. L. 2. & L. 4. de Commerc. L. 2. C. de Eunuch. L. fin. ff. de Decret. ab ord. fac.* Alexander. *L. V. Conc. 41. num. 6.* Subditus enim, licet ad tempus extra territorium degat, non desinit esse subditus, nec obligatio qua tenetur ad id, quod Magistratus suus e Reipubl. commodo judicavit, desinere potest; qua de caussa vulgatum illud axioma: Leges & statuta extra territoria Legumlatorum & statuentium non obligare suos, limitare solent Dd. in iis casibus, si lex vel statutum est prohibitivum, & id vel exprimatur in iisdem, vel effectus ejus incipiat, vel restringatur in territorio. Quod per exempla declarant Bartholus & Baldus *ad L. fin. C. de Commerc.* Tusch. *Concl. 544. n. 33.*

Habent hæc ita, si ex subditis Potentissimi Elector. Saxon. quos perpetuos vocant, quis delinquat in hanc legem, sine dubio locum, *arg. L. 9. C. de LL.* Nullus tamen ambigo, quin idem dicendum sit de illis, qui temporarii dicuntur, & apud nos negotiandi & peregrinandi caussa, sine animo tamen fixam ibidem eligendi sedem, ad tempus morantur, in his terris ejusmodi fraudes committunt. Majestas enim, &, quæ illi analoga est, Superioritas territorialis, per totam diffundit se Rempubl. legesque ab ea latæ non tam personis, quam territorio feruntur, & omnes, qui id intrant, obligant. Imo & hi, qui territorium intrant, & patrocinium & tutelam a Magistratu expectant, subjiciunt se illi, & dum delinquunt, quasi contrahendo ad pœnam Legibus statutam sese obstringunt. *L. 3. ff. de Offic. Præf. L. 11. ff. de custod. & exhib. reor. L. 7. §. pen. ff. de Accusat.* Grot. *L 2. C. 11. §. 5. num. 2.* Beckmann. *Medit. Polit. c. 19. num. 8.* Perillustriss. Dn. L. B. a Friesen *Differt. de Jur. Princip. extra Territ. c. 3. num. 177. seq.* Nec ignorantiam poterit allegare, cum is, qui negotia metallica tractare vult, & debeat & possit quoque scire Leges ad ea pertinentes publicas. *L. 7. C. de LL. l. 12. C. de Jur. & fact. ignor. l. 11. §. fin. de his, qui not. infam.* Sed quid si ejusmodi homo exeat Saxonia, & alibi, Francofurti fortasse ad Mœnum, ubi Domini partium metallicarum Saxonicarum quoque habitant, vel in Bohemia alios circumveniat vendendo partes metallicas in locis Saxonicis sitas. Multum dubii hic habet casus. Nam & extra Saxoniam delictum est commissum, & ab eo quidem, qui eo tempore subditus non amplius videtur. Fatendum tamen & hoc in casu nostræ locum esse legi. Dum enim impostor id sibi sumit, ut de metallicis partibus Saxonicis disponat, pro subdito temporario hactenus haberi potest, quem & extra Saxoniam leges, quæ ad territorium & res inibi sitas restringuntur, obligare ex dictis haud male colligi poterit. Quæ hactenus de illis dicta, qui privato ausu munus Proxenetarum metallicorum usurparunt juxta *§. fin. de A. 74.* & locum inveniunt in illis, qui publica autoritate constituti. Nam & hi peccant sæpe, & susque deque habent juramentum, cujus forma in Ord. Metall. habetur, quibus ad fidem adstringi solent. Atque cum perjurium simul committant, eo gravius peccant, & sic forte etiam graviorem merentur animadversionem. conf. Ordin. Metall. Vall. Joach. *P. II. Art. 92.* Ordin. Metall. Brunsuic. *P. II. Art. 102.* ex quibus locis præsertim formula jurisjurandi modo allegata, in quo officium Proxenetæ consistat, abunde patescit.

113 Quod a Severo & Antonino in *L. 2. C. de furt.* monitum est: Curate cautius negotiari, ne in damnum incidatis; id quoque omnes

omnes sibi dictum putent, qui metallicis rebus sese immiscent. Dici enim vix potest, quantæ tam hic, quam alibi novæ fraudum formæ quotidie edantur. Caveat ergo sibi quisque, ne facilitate damnum contrahat: Atque hinc tam larga in foro cautelarum materia. Non caret iis & metallurgia nostra, atque ut saltem unicam in medium proferam, ita sibi & venditor & emtor a fraudibus Proxenetæ cavere potest, si id curent: *Daß der Verkäuffer das Pretium oder Werth des Kuxes, wie hoch solcher an den Kux Krentzler verlassen, in dem Abgewehr-Zeddel deutlich benieme, der Gegen-Schreiber aber in dem Gewehr-Zeddel, so der Käuffer bekômmt, das Kauff-Pretium wieder ansetze.* Hoc enim modo ex collatione schedulæ resignatoriæ atque concessoriæ (liceat tantisper ita vocare, *die Ab- und Zugewehr-Zeddel,*) videre facile est, an Proxeneta aliquid pretii interverterit, nec ne. Magis autem tunc fraudibus obviam iri potest, si Antigrammatei (*die Gegen-Schreiber*) expressa lege jubeantur, ne recipiant literas resignatorias, nec edant concessorias, in quibus pretium haud expressum. Quod & in quibusdam locis ita fieri, testatur Dn. Kahleis. *d. Differt. P. spec. c. 1. §. 43.*

114 Non prætermittenda est insignis illa metallariorum quorundam nequitia, quæ in occultatione metallorum consistit, & originem dedit vulgato Germanorum diverbio: *Er hat mir eins versetzt;* de quo ita disserit Christ. Berward. *in Phraseol. metallurg. pag. 40. Dieses kömmet her von einer betrüglichen Gewohnheit, so vorzeiten bey den Lehnschafften im Schwange gangen. Denn wenn sie die Herren haben wollen auflässig machen, haben sie die Ertz verzimmert oder verschmieret. Wenn nun die Herrn, in Meynung, daß kein Ertz vorhanden sey, die Gruben haben liegen lassen, sind diese vor sich oder durch andere zugetreten, und haben diese ins Freye gefallene Gruben gemuthet. Die Bergleute sagen: Die Alten haben neben dem Ertz hingelochet und sie verschmieret &c.* Quod malum inter causas, quibus res metallica ad incitas redigitur, merito refert Nobiliss. a Löhneyss *in tract. von Bergw. P. 3. p. 50.* Non aberrabo a scopo, si ipsius hujus autoris verba rem optime exprimentia apponam: *Zum sechsten ist der fürnehmsten Ursachen eine, wenn GOtt einen schönen Anbruch bescheret, daß man die Ertzte stehen lässet, darauf nicht bauet, dieselben versetzen, verschmieren, verzimmern, neben dem Ertz hinein lochen, und wieder verstreichen, oder mit Berg verstürtzen, die rechten Gewercken mit schweren Zubussen abschrecken, bis daß sie auflässig werden, alsdann lassen sie dieselben durch andere wieder muthen und aufnehmen, bauen etliche Quartal mit Listen und Fristen, damit es das Ansehen habe, als wenn sie solche Ertz erst erbauet hätten, um solche Bubenstück und Untreu willen entzeucht GOtt seinen Segen, daß die Anbrüche sich wieder abschneiden und verschwinden.* Atque hac de causa res hæc adeo ipsis honestioribus metallariis improbata jam olim fuit, ut sodalitio illos, quos criminis hujus reos putarunt, excluserint jam olim, (*daß sie einen solchen Bergmann weder in der Frühe-Suppen noch unter der Fahne gelidten,*) qua de re vide sis *Theatr. Freib. Chron.* Mollers *Sect. 4. C. 4. pag. 468.* Quod si itaque vel Officialis, vel Metallarius, cui administratio quædam concessa, dolo malo, animo lucri faciendi, venas occultaverit, ac postquam veteres coloni migrarunt, fodinas occupaverit ipse, vel alius in gratiam impostoris, re comperta, pro quantitate rei interversæ secundum Constitut. Elect. *41. P. IV.* erit puniendus. Ad quam sententiam firmandam apprime facere puto verba *d. Constit. Oder dergleichen Veruntrauung und Betrug gebrauchen, so Uns oder unsern Unterthanen, oder andern zum Schaden und Nachtheil gereichet &c.* Sed hæc ita tunc locum habebunt, si & lucrum delinquens percepit. Hoc enim cessante, si forte tantum, ut officiat, delictum commisit, non pœna quidem constitutione expressa, arbitraria tamen erit decernenda. Quæ & tunc vindicabit sibi locum, si ab eo, cui non quidem administrationi, fidei tamen & custodiæ est concessa fodina, fraus hæc facta; sive locupletior redditus, sive non sit pessimus impostor. Omnibus autem hisce casibus severe & cum rigore esse coërcendos istos puto homines, qui tam enormiter peccant, ac non tantum privatos lædunt damnoque afficiunt; verum etiam Principi & publicæ rei nocent, & incredibilium malorum sunt autores. Atque ut eo felicius hæc evitentur, prudenter admodum in Ordinatione nostra *Art. 33.* cautum est, ne ullo modo liceat, etiamsi forte absit animus lucri faciendi, sine præscitu Magistri montium profundiores cuniculos, venas excavatas, aliaque loca subterranea etiam cum consensu Magistri montium derelicta, rebus effossis adimplere, vel asseribus

aut

aut contignationibus occultare, (*tieffe Stollen, Strecken und andere Oerter verbauen oder verstürtzen,*) &, ut rigorose in violatores hujus legis animadvertatur, mulcta vel pœna corporis afflictiva illi afficiantur. Qua re posteritati consulere voluit prudentissimus Legislator, ut, si forte futuro tempore alii quasdam impensas in has fodinas facere velint, conditiones illarum, & quid ibi actum fuerit, penitius possint explorare. Qua de caussa etiam sub eadem pœna prohibitum est, ne fodinæ inscio Magistro montium derelinquantur. Officium enim hujus est, ut cum juratis ipse inspiciat fodinam, in quo statu illa sit, atque, quam ob caussam deseratur, studiose inquirat, illaque omnia diligenter ad acta deferri curet. Præclare hæc declarant verba Generosiss. Dn. a Schönberg *in Artic. 37. Ord. Nov. Metall. So ein Tieffes oder Zeche aufflässig wird, sollen Schichtmeister und Geschworne solche befahren, die Anbrüche behauen, probiren lassen, Zeddel daran binden, solche hinterlegen, und in ein sonderbares Buch mit allen Umständen verzeichnen, warum die Aufflassung geschehen, wie mächtig die Gänge, wie feste das Gesteine, was die Anbrüche halten, wie tieff das Gebäude, auch was vor Oerter, auch wohin selbige getrieben, damit man hernach gewisse Nachricht davon haben könne, &c.* Illud & notari meretur, quod in allegata Ord. Metall. habetur, juratum ipsum, sub cujus dispositione & districtu fodina sita est, *in dessen Revier die Zeche gelegen, und der dasselbe Gebäude zu befahren hat*, si hac in re conniveat, vel negligens sit, ordine esse movendum, vel alia quavis pœna esse afficiendum.

115 Hisce fraudibus non absimilis est alia, quam ipsi interdum largitores & cultores fodinarum committunt, cujus tamen, si fiat, officiales quidem non possunt non esse participes. Scilicet experientia docuit, aliquando largitores, si spes quædam lætior affulsit, (*wenn die Gebäude höfflich werden wollen,*) consilia agitasse, ut extraneos colonos, vel inferioris conditionis ac egestate laborantes e consortio ejicerent, ut raperent ad se eorum partes: Atque hac de caussa subito symbolam adauxisse (*haben jähling grosse Zubuß oder Verlag angeleget,*) necessitatem caussatos, in eum saltem finem, ut vel extraneos, ob absentiam rerum, quæ in fodinis aguntur, ignaros, ac tenuioris sortis homines meticulosos efficiant, illosque vel sponte cedere cogunt jure suo, vel pati, ut inter proscriptos referantur. Sed cum juxta LL. Metall. symbola non possit indici sine consensu Magistratus Metallici, cujus est, omnia diligenter examinare atque decernere, an e re fodinæ sit, hanc vel istam a largitoribus exigere summam; Non poterit, uti dictum, fraus hæc locum invenire, si Officiales non ejusdem sint cum pessimis his hominibus farinæ. Gravissime sane hac in parte peccari, quis non videt? compertumque est, Deum ipsum ultorem crimen hoc habuisse, postquam expulsis per has artes sub specie recti quibusdam spes omnis decollavit, atque venæ ditissimæ sub manibus & pedibus quasi evanuere. Ita nempe verum est vulgatum Metallariorum dicterium: *Bergwerck leidet keine Untreu, wie die Bienen.* Albin. *in der Meißnischen Berg-Chron.* Etsi vero in impostores hosce, sive Officiales sint, sive cultores fodinarum, delictum hoc, quod stellionatum forte dixeris, *arg. L. 3. §. 1. ff. de stellion.* committentes, pœna LL. Metallicis expresse non sit constituta: Non indulgendum tamen erit hisce malitiis, *L. 38. ff. de R. V.* nec impune ferre insigne hocce nefas debent; sed præter civilem de dolo actionem rigorosa indigent animadversione, quæ ex arbitrio judicis decernenda, *arg. L. 2. & 3. §. 2. ff. de stellion.* Nullus etiam dubito, quin rationalis, vel ex officialibus quidam, cui administratio data quædam, si dolos hosce struxerit, & lucrum inde perceperit, secundum Const. Elect. Sax. *41. P. 4.* sit puniendus.

Si mensor falsum modum dixerit ob dolum vel latam culpam in mensuratione commissam, datur actio ad id, quod interest, contra mensorem. *L. 1. §. 1. L. 3. §. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit.* Non vero ob culpam levem, licet honorarium acceperit, *L. 1. pr. §. 1. inf. L. 1. pr. ff. de var. & extraord. cognit.* Franz. *P. 4. h. t.* nec ob imperitiam, *L. 1. §. 1. h. t.* sive a Judice, sive a partibus sit electus, *L. 3. §. 4. h. t.* cum sibi imputare debent partes, quod vel in minus peritum consenserint, vel illum admiserint, Struv. *Exercit. 15. th. 65.* & licet Prætor actionem hanc in factum adversus agrorum mensorem tantum primo proposuerit, porrexit tamen postea judicium latius ad alterius rei mensuram, *L. 1. pr. L. 5. §. fin. d. t.* Franz. *n. 9. b. t.* Hoc posito nullum dubium est, quin etiam actio hæc utilis competat adversus mensorem Metallicum, quem nomine satis conveniente 116

veniente vocant *einen Marck-Scheider*, h. e. finium divisorem, & quidem non tantum ex dolo vel culpa lata, verum etiam, cum præter mensores autoritate publica constitutos nulli liceat hoc munere defungi, *Art. 17. Ord. Metall. Elect.* & sic hi necessario sint adhibendi ob imperitiam. Facit *L. 8. ff. ad L. Aquil. L. 132. ff. de R. J.* Ord. Metall. Vall. Joach. *P. 1. Art. 12.* & Span. *Berg-Urthel-Buch tit. 8. Sent. 281.* Scio quidem, articulum dictum 17. serio velle, ne alii, nisi qui Geometriæ subterraneæ, quam artem Nicol. Voigtelius non ita pridem peculiari libro docuit, probe periti, editis prius artis speciminibus, ad munus hocce admittantur; atque præsumtione quadam homines istos, quod idonei sint, gaudere. Cui & id accedit, quod sacrilegium committere dicatur, qui de idoneitate ejus, quem præposuit Princeps, dubitat, *L. 3. C. de Crim. Sacril. L. 1. C. Ut dign. Ord. servetur.* Quoniam tamen & sagacissimi interdum falluntur, & plus sperant de hominum facultatibus sæpe, quam in illis est, fieri posset, ut & minus periti muneri imponantur, & imperitia istorum appareat postea, si in rerum ipsis argumentis jubeantur versari. Nec sacrilegium erit, de illorum idoneitate dubitare, cum nec a Principe semper, vel si id contingat, forte non ex certa scientia Principis semper præficiantur, quod tamen dictæ leges ad sacrilegium tale requirunt, Dd. *ad d. LL.* B. Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. Lib. I. cap. 29. §. 4.* Cum vero dolus, culpa vel imperitia subterraneorum horum mensorum non tantum privatis, verum etiam publicæ rei & Fisco Principis maxime noceat; dum falso modo dicto Operarii aberrant a scopo, tempus, sumtus, operam & oleum perdunt, Decuma aliaque jura Principis minuuntur, & Largitores rei Metallicæ pertædescunt, jure meritoque Ordinatio nostra metallica *Art. XVII.* jubet, ut arbitraria quoque, condigna tamen pœna mensores isti afficiantur.

117 Dum de mensoribus ago, in mentem venit *Art. 29. Ord. Metall. Elect.* ubi de solennibus dimensionibus agitur, quibus finis ac termini fodinis assignantur. Hæc dum fiunt, Legibus Metallicis prohibitum est, ne quis temerario ausu negotium impediat, atque decempedam tangat; secus si fiat, temerarium istum hominem secundum jura metallica puniendum esse, *Art. alleg.* docet: *Und soll sich niemand in die Schnur zu greiffen bey Straffe, wie die Berg-Rechte vermögen, unterfangen.* Sed quænam illa quæso pœna? Certe in harum terrarum legibus nihil peculiariter hac de re constitutum. Confugiendum ergo erit ad Ordin. Metall. Vall. Joach. ad quam deficiente domestico Metallico jure Ordinatio Dn. Georgii, Ducis Saxon. *Art. 138.* peculiari Rescripto a Dn. Christiano II. de dato Dresdæ *9. April. 1609.* probata, confugere nos jubet, antequam ad communia accedamus jura; ita vero habet dicta Joach. Ordin. *P. 2. Art. 29.* *Und ob iemand das Vermessen zu hindern, und ohne gebührliche, bescheidene und rechtmässige Einrede seine Gerechtigkeit darzuthun, fürsetzlich und aus Muthwillen in die Schnur zu greiffen sich unterstehen würde, den soll der Bergmeister entweder gefänglich einziehen, oder nach Gelegenheit des Handels sich vor unserm Hauptmann und Verwalter zu stellen, verstricken, und da der Parth, so den Eingriff in die Schnur gethan, endlich unrecht befunden, so soll er Uns ohne alle Genad um geübten Frevel 20. Marck Silber verfallen seyn.* Ex quo decisio erit petenda, nisi alicubi aliud forte moribus introductum. Conf. Span. *Berg-Urthel-Buch tit. 8.* Cæterum de singulari Privilegio, quo Senatus Freibergensis ratione metationis solennis, quæ ibi *das Erb-Bereiten* dicitur, ab Anno 1320. gaudet, vid. Moller. *Theatr. Freib. Chron. Sect. 2. C. 1. p. 171. Sect. 4. C. 1. p. 438.*

Quia etiam in toto Electoratu Saxonico 118 Judæi haud tolerantur, nisi quod commerciorum caussa, soluto certo vectigali, commorari ad breve tempus ipsis liceat; cum hæc gens furtis aliisque fraudibus vel committendis vel occultandis apprime sit apta, prægnantes ob rationes *Art. 76. Ord. Metall. Elect.* vetat, ne Judæus apud incolas metallicarum civitatum per noctem hospitetur; verba articuli hæc sunt: *Vielmehr wird erfahren, daß Ertz und Silber den Jüden, so ihren Unterschleiff und Practicen in unserm Lande machen, soll unterschoben, und von ihnen ausgekaufft und förder aus unsern Landen verschleiffet werden, so wollen Wir nun, daß hinfürder kein Jüde aus unsern Berg-Städten an einem Ort über Nacht von iemands unser Unterthanen soll beherberget, da ihn aber iemand, es sey Wirth oder andere, herbergen würden, der soll ernstlich darum gestraffet werden, und sollen sich also alle die Unsern enthalten, bey Leibes-Straffe, die ihnen im Fall der Ubertretung begegnen soll, irgend mit einem Jüden disfalls Gemeinschafft zu haben, zu handeln,*

handeln, oder über Nacht zu hausen. Würde aber ein Jüde darüber betroffen werden, so soll er den halben Theil alles des, so bey ihm befunden, Uns, und den andern Theil deme, der ihn zu hafften bringen wird, verfallen seyn, und so er mehr denn einmal brüchtig, soll er an Leib und Guth gestrafft werden. Ex istis verbis colligitur (1) illos arbitrarie esse puniendos, qui hospitio nocturno Judæum recipiunt, etiamsi nec cum illo commercium habeant, nec fraudes misceant, quoniam & occasionem fraudum præscindere voluit Legislator. Puto tamen hic ἐπιεικείαν locum invenire. Quid si enim quis Judæum cœli injuriis expositum, cum forte alia loca non posset attingere, vel ægrotantem ad paucas horas nocturnas reciperet, bono animo & cognatione illa, quam inter homines natura constituit, ductus. Vix crederem, illum pœnæ obnoxium esse, aut sensisse Legislatorem de tali casu, argumento eorum, quæ habet Franzk. *ad Tit. de LL. n. 78.* (2) Colligitur eos, qui res ex fodinis vel officinis excoctoriis furto ablatas recipiunt, Judæis aut per illos distrahunt, vel in hunc finem saltem hospitium concedunt, *die mit Jüden Unterschleiff halten und Practiquen machen, &c.* pœna corporis afflictiva esse afficiendos. Quod singulare est, cum alias receptores & occultatores rerum furtivarum etiam mitiori pœna, quam fustigatione, ac raro ultra relegationem perpetuam puniantur, Carpz. *Pr. Crim. qu. 87. n. 49.* Cæterum alia commercia licita Christianum cum Judæo transeunte interdiu bona fide in locis montanis exercere posse existimo, tum ob vocabulum *darfalls* Articuli nostri, quod referri debet ad ea, quæ sub initio Articuli dicta, tum quod commercia sint Juris Gentium, & cum Judæis quoque licita, nisi in quantum interdicta, vel limitata. *§. 2. Inst. de J. N. G. & C. L. 34. §. 1. de contrah. emt.* Reform. Polit. *de A. 1548. & 77. Tit. 20.* (3) In *§. Würde aber* agitur de pœna Judæi in civitate metallica pernoctante: Dubium tamen est, an vocabulum *darüber* ad proxime præcedentia verba, quibus non solum de pernoctatione, verum etiam de illicito commercio agitur, saltem sit referendum, an etiam ad antecedentia, ubi tantum de hospitio nocturno agitur. Si prius dicam, pernoctatio sola ratione Judæi impunis erit: Sin posterius, eadem pœna erit Judæi pernoctantis tantum, & illius, qui etiam illicita commercia simul exercet, vel eorum causa saltem hospitatur. Quod cum absurditate non careat, amplecterer illud, diceremque, nullam ex hac lege ob solam pernoctationem in metallicis civitatibus Judæis pœnam esse statutam, visumque fuisse sufficere, si incolæ pœnarum terrore impediantur a receptione Judæorum. Si vero Judæus vel commercia illicita exercuerit, res furto ablatas emerit, vel sub alio titulo acceperit, vel etiam tantum ejus rei causa in civitate metallica pernoctaverit, rebus omnibus, quas secum habet, prima vice erit privandus, quarum pars altera Fisco Principis, altera denunciatori cedet, & si iterum deprehendatur, pœna quoque corporis afflictiva erit afficiendus. Atque si pœna emtoris rei furtivæ, quæ alias arbitraria est, Carpz. *Prax. Crim. P. 2. qu. 87.* in hac specie quadantenus est determinata, quæ & simul exemplum præbet, ubi conatus eodem modo, ac delictum consumtum, punitur. Conf. Carpz. *P. 2. Crim. qu. 17. n. 13.* Illud tralatitium forte est, LL. has non tantum quoad Civitates metallicas, sed etiam quoad pagos, ubi metallifodinæ exercentur, quales multi dantur, licet de his nominatim non loquatur textus, ob identitatem rationis locum habere, per ea, quæ tradit accuratissimus Franzk. *ad tit. LL. n. 40. 46.* Dn. Cahleis. *d. diss. P. spec. c. 1.*

Ultimo denique circa delicta notandum, 119 quod partibus metallicis ob delictum, sive tempore belli, sive pacis commissum, nulli confiscationi subjaceant, nec ob debitum nemo iis possit privari, nisi ratione partium metallicarum sit contractum, quod insigne Privilegium certe ad invitandos homines ad labores metallicos est introductum. Ita enim Sereniss. Elect. Saxon. in Ord. Met. Art. 1. *Nemlichen, daß in Unsern Landen alle Bergwercke und Theile, mit anhängiger Nutzung und Ausbeute, die seyn erkaufft, erbauet oder ererbet, iederzeit im Kriege oder Friede, den Gewercken um keinerley Ubertretung oder Verbrechung willen, eingezogen, genommen oder entwendet werden, sondern in alle Wege frey bleiben sollen; Da sichs aber zutrüge, daß einer bey Unsern Bergwercken seßhafftig oder nicht gesessen, in oder ausser Unserm Fürstenthum einige Schuld gemachet hätte, und zu desselben Berg-Theilen geklaget würde, so soll nicht zu den Berg-Theilen, sondern zu seiner, des Gewercken Person, geholffen werden, doch ausgeschlossen die Berg-Schuld, da*

man um ausständige Zubuß, Hütten-Kost und dergleichen zu mahnen hätte; da aber die Haupt-Schuldener verstorben, und sich ihre Erben oder andere der Berg-Theile und Nutzung derselben unterfahen wolten, zu denselben Personen und nicht zu den Theilen mögen sich die Gläubiger obberührter Gestalt gleichfalls halten. Wolten sich aber die Erben oder andere um solche Berg-Theile und derselben Nutzung nicht annehmen, alsdann soll den Gläubigern um ihre Schulden, so ferne die beweislich, zu den Berg-Theilen verholffen werden.

Darneben wollen Wir Uns auch aller Confiscation, so sich aus Straffe oder Verbrechung der Gewercken im Kriege oder Frieden zutragen möchten, gegen solchen ihren Berg-Theilen und Nutzungen, hiermit gnädiglich verzeihen, und allein mit Straffe gegen den Personen verfahren lassen, es wäre dann ein solcher Anfall, darzu kein gesipter Freund vorhanden, alsdann soll zu den Theilen gebührlichen verholffen werden.

CAPUT XXV.

DE QUIBUSDAM METALLIS IGNOBILIORIBUS, ITEM LAPIDICINIS, LATERARIIS, CALCARIIS, THESAURIS ET VIRGULA MERCURIALI.

SUMMARIA.

1. *Ignobiliora Metalla hodie etiam ad Regalia pertinent.*
2. *De jure Romano Lapidicinæ ad Regalia non spectabant, Privati tamen tenebantur Principi dare Decimam.*
3. *Lapidicinæ an hodie ad Regalia pertineant?*
4. *Item an Lapides in agro jacentes?*
5. *Calcaria, Lateraria, Miniaria an ad Regalia spectent?*
6. *Consuetudo hac in re maxime attendenda.*
7. *Quid de Gypso & Carbonibus fossilibus, it. cespite ustibili,* Torff, *sentiendum?*
8. *Ex Nitro etiam utilitas potest Fisco adcrescere.*
9. *Non debet concedi facultas quærendi Nitrum cum ædium periculo.*
10. *Cadmia metallica,* der Kobolt, *potest ad Regalia referri.*
11. *Lateraria in his regionibus ad Regalia non spectant.*
12. *Princeps tamen iis Canonem imponere potest.*
13. *Jus Laterarii & Figulinæ etiam in alieno jure servitutis competere potest.*
14. *Lateres seu Tegulæ per se non possidentur, sed ad ædificium pertinent.*
15. *Tegulæ an legari possint?*
16. *Aliæ Actiones, quæ circa Tegulas obtinent.*
17. *Calcis varius Usus.*
18. *Calcis Præpositura dignitas apud Romanos.*
19. *Ex Calcariis collecta solvitur, in hisce tamen terris Regalibus non accensentur.*
20. *Servitus calcis coquendæ quæ sit?*
21. *Vinum calce & sulphure corrumpens quomodo puniatur?*
22. *Sulphurariis, Nitrariis, Picariis &c. potest a Principe imponi Vectigal.*
23. *Potest & prohibere Princeps, ne Nitrum, Sulphur & similia extra Territorium ad armandos Hostes evehantur.*
24. *Salinæ quoque ad Regalia pertinent.*
25. *Salinæ Hallenses non nisi Civibus ejusdem Civitatis conceduntur.*
26. *Princeps Salinas in fundis Privatorum inventas sibi reservans, pretium fundi subditis restituere tenetur.*
27. *An mortuo Vasallo Filiæ ex Salinis elocari debeant?*
28. *Fructus ex Salinis post mortem Vasalli ad quem pertineant?*
29. *An Princeps Fontibus acidulis, it. Thermis,* Sauer- und Gesund-Brunnen, *possit censum imponere.*
30. *Thesaurus in loco privato inventus ad quem pertineat?*
31. *Thesaurus proprie ita dictus, quid sit?*
32. *In quibus locis Thesauri ad Regiam spectent potestatem?*
33. *Thesaurus in loco Principis inventus ad quem spectet?*

34. Si

34. *Si in Loco religioso Thesaurus inveniatur, pertinet ad Ecclesiam.*

35. *In prædio Feudali & Emphytevtico inventus Thesaurus spectat ad Vasallum & Emphytevtam.*

36. *Thesaurus in fundo usufructuario inventus non spectat ad Usufructuarium.*

37. *Item si in prædio retrovenditioni obnoxio inveniatur, non pertinet ad emtorem.*

38. *Idem statuendum erit in bonæ fidei possessore.*

39. *Ut & in Creditore, si in prædio Hypothecario Thesaurum invenerit.*

40. *Item in Marito, si in prædio dotali Thesaurus esset repertus.*

41. *Si quis fundum, in quo latitat Thesaurus, ab ignorante emat, an Thesaurus ad emtorem spectet.*

42. *Aliud, si quis captum piscium emat.*

43. *Pecunia condita non est Thesaurus.*

44. *In quem usum olim pecunia reponebatur.*

45. *Thesaurus de Jure Saxonico an pertineat ad Regalem Potestatem?*

46. *Actiones contra celantem Thesaurum in alieno solo repertum.*

47. *Thesaurus Magicis artibus quæsitus, totus ad Fiscum pertinet.*

48. *Virgula Mercurialis*, die Wünschel-Ruthe, *an sit Instrumentum licitum ad investigandos Thesauros aliaque Metalla?*

49. *Ejus Usus incertus.*

1 SUperiori Capite aliquoties indigitatum, etiam ignobiliora Metalla hodie ad Regalia referri; Multi tamen Doctorum Saxonicorum tradunt, in terris Electoris & Ducum Saxoniæ usu receptum esse, ut, si quis de Feudo cum Jurisdictione superiore & inferiore investitus, & in isto Feudo Metalla viliora, ut Cuprum, Stannum, Plumbum aut Ferrum &c. inveniantur, ad Vasallos illa pertineant, atque, si hæc viliora Metalla cum nobilioribus conjuncta sint, interesse, num aurum & argentum superent viliora Metalla, num hæc illa? Priori casu metalla ad illum, qui Regalia habet, posteriori ad investitum spectare volunt Heig. *qu. 13. n. 42.* Knich. *de Privil. Sax. non provocand. rubr. Ducum. c. 5. n. III.* Imo Rauchbar. *P. 1. Qu. 72.* fodinas ferrarias quemlibet privatum absque Decimarum onere & sine investitura posse in fundo suo secundum consuetudinem instituere, idque consilio aulico placuisse tradit; quod & probat Carpz. *P. 2. C. 53. D. 2. n. 8.* Sed aut errasse hos autores, aut alia iterum consuetudine contraria abolitam esse pernotoriam praxin in his terris, attestatur Juris metallici peritissimus, Dn. D. Casp. Heinr. Hornius *in dissert. de Regal. II. th. 15.* atque ita non semel in Scabinatu Freibergensi Metallico responsum esse asserit. In Ordinatione nova metallica, quam jussu Dn. Electoris Joh. Georgii II. Illustris Dn. Abraham a Schönberg, Potentissimi Electoris Saxon. Præfectus metallicæ rei Supremus, conscripsit, quamque Dn. Joh. Georg. III. in Comitiis Universalibus 1687. Statibus Provincialibus, ut monerent ea, qua decet, submissione, quæ interesse sua & publicæ rei putarent, clementissime communicavit, *P. 2. Art. 2.* hæc verba, postquam antea de prohibita scrutatione Metallorum sine impetratione concessionis actum, habentur: *Welche auf ihren eigenthümlichen Güthern von Uns mit Bergwercks-Regal* specialiter *beliehen, die sind, so ferne sie solcher Special-Concession* per actus contrarios *nicht renunciret oder remittiret, von Muthen, wie auch dem Bestätigen und Quatember-Geld billig befreyet, und mögen ihre eigene Berg-Meister halten, und andern das Feld verleihen.* Quæ nemo ex Ordinibus, licet alias varia monita exhiberentur, in dubium vocavit: manifesto indicio, his terris haberi pro concesso, nemini sine speciali concessione (ubi tacitam quidem, per præscriptionem scilicet, non excludendam esse, ratio postulat,) Metallifodinas exercere, nec viliora metalla effodere licere, conf. Span. *Berg-Urthel-Buch* Tit. 2. §. 2. *Alldieweil Eisen unverneinlich ein Metall ist, wiewol nicht so wichtig, als die andern und höhern, der Eisen-Stein aber die Materie, daraus das Eisen gemachet, als wie aus andern Ertzten das Gold, Silber oder Bley, aus Zwittern das Zinn, aus Kiesen Kupffer und Schwefel, auch davon nichts wenigers als den vorbenannten der Zehend gereicht, und sich des zugefügten Schadens halber mit dem Grund-Herrn vertragen wird, überdis gemeldter Eisen-Stein neben denen Schlacken und Sunderhauffen bey abgegangenen Hämmern auf gleiche Weise wieder in das Freye fällt, muß Eisen-Stein ebenfalls nach der Ordnung der Berg-Rechten und Gebräuchen, wenn er von einem Bergmann ausgeschurffet und in*

einem Felde angetroffen, gemuthet, bestätiget, mit bauen und verrecessen erhalten werden, sintemal zwischen diesen und jenen in solchem Fall kein Unterscheid, und die Berg-Ordnung klare Masse giebet, &c.

Ex quibus & illud patet, nec scorias ferri derelictas, *Schlacken- und Sunderhaussen*, sine speciali concessione posse occupari, quod & sequens Freibergensium Responsum confirmat. P. P. *Sprechen wir Bürgermeister und Rathmann der Churfürstl. Sächs. Berg-Stadt Freyberg vor Berg-Recht, daß aus denen Acten allenthalben so viel erscheinet: Obwol die Rappelte, Gebrüdere, in ihrer unterthänigen Supplication* de dato d. 12. Nov. Anno 1620. *vorschützen, daß sie neben dem Hammer-Werck auch den Sunderhauffen theuer genung erkauffet, und solches mit einem Extract aus ihrem Kauff-Briefe bescheinigen wollen; Dieweil aber dennoch kein Eisen in dem Eisen-Hammer, die Fichte genannt, vermöge der bey denen Acten befindlichen Beylage* Num. 1. *in 30. Jahren nicht gemachet, das Pochwerck auch in 8. Jahren nicht bauhafft erhalten, noch in dem Sunderhauffen etwas jährlich gearbeitet, und Jnhalts des 73. Artickels Churfürstl. Sächs. Berg-Ordnung vorgeführet, viel weniger dem Berg-Amte der Pacht-Zinß an statt des Recesses jährlich entrichtet worden, daß auch Berg-üblichem Gebrauch und angezogener Churfürstl. Berg-Ordnung nach bey solcher Beschaffenheit obberührter Sunderhauffen bey dem Hammer-Guthe nicht verblieben, sondern in Unsers gnädigsten Churfürsten und Herrn Freyes gefallen ist; Von Berg-Rechts wegen.*

Negandum tamen interim non est, quod si Vasallus de minoribus Metallis investitus sit, atque nobiliora Metalla istis admixta reperiantur, differentiam istam usu servari: Utrum argentum vel aurum cuprum, stannum vel plumbum &c. superet, an vice versa? Ita nempe, ut casu posteriori investitus retineat venam cum omnibus juribus; priori vero Domini Territorii Regalia habentis jus potius sit, illique vena cum omni jure relinquatur. Quibus casibus tamen non ad pondus metallorum, sed ad valorem seu pretium respiciendum. (*Die Mehrung und Grösserung des Ertztes ist nicht nach der Wage, sondern nach der Achtbarkeit und Würdigung des Ertztes zu schätzen, darum solche Gänge und Bergwercke, da das gemachte Silber besser und würdiger ist, als das Bley, Eisen oder Zinn, nicht vor Bley, Eisen- oder Zinn-Gänge und Bergwercke geschätzet und geachtet werden.*) Uti hoc latius ex Responso Freibergensium apud Span. *Tit. 12. §. 1 n. 479.* perspicere licet. Atque hoc seduxit forte Dd. rerum Metallicarum parum peritos, ut in prædictam inciderint opinionem. Dn. Horn. *d. dissert. th. 16.*

2 De jure Romano Lapidicinas ad Regalia non pertinere, sed fundi ac privatorum utilitatibus annumerari, patet ex *l. 3. §. 2. ff. de S. P. R. l. 5. eod. l. 3. §. ult. ff. de reb. eor. l. 8. ff. sol. matr. l. 9. §. 2. ff. de Usufr. l. 13. §. 1. ff. Com. præd. l. 77. ff. de contrah. emt.* Adeoque Privati ex iis cædere, iisdemque frui recte poterant: tenebantur tamen Principi dare Decimam, *l. 3. C. de Metall.* Tholos. *de Republ. l. 3. c. 4. n. 4.* quæ ita æstimatur, ut non ex decem Lapidibus unus, sed ex pecunia, quam quis lucratur, Decima solvatur. Petr. Rebuff. *Tr. de Decimis qu. 8. n. 23.* Idem obtinet in marmoreis Lapidicinis. Neque hodie id aliter obtinere, neque Lapidicinas ad Regalia referendas, volunt Dd. Wesenb. *Consf. 60. n. 30. & Consf. 292. per tot.* Knichen. *de Sax. non provoc. jur. c. 5. n. 114.* Rauchb. *p. 1. qu. 22. n. 10. & seqq.* Besold. *in Thes. pract.* sub voce *Ziegel-Hütte.* Schultz. *in Synops. jur. Feud. c. 7. n. 177.* Carpzov. *P. 2. c. 53. D. 3.* Dn. de Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat P. 2. C. 3. pr.* verb. *sintemal gemeine Steine, Thon und Leimen für keine Berg-Art gehalten, sondern dieselbe zu graben, und seines Gefallens damit zu handeln, einem ieden Herrn des Ackers oder der Gemeine iedes Orts verstattet wird.* De quo tamen dubitari 3 potest, constat enim, metalla per A. Bull. in totum ad Regalia esse relata, jam autem Lapidicinæ sunt Metallifodinæ, & Saxa, & Lapides metalla appellantur, Rubr. *C. de Metall. & l. 3. & 6. c. eod.* Rauchb *d. l. n. 4.* Rosenth. *C. 5. Concl. 88. n. 5.* Jacob. Gothofr. *in Not. ad Cod. Theodos. L. 10. tit. 19. de Metall.* Et in A. Bull. non tantum auri & argenti fodinæ ad Regalia referuntur, sed & alia cujuscunque generis metalla, *verb.* & alterius cujuscunque generis metalli &c. Ergo & hisce universalibus & generalibus verbis Lapidicinæ comprehenduntur, neque obstant rationes decidendi, quibus Wesenb. *in all. Consf. 292.* in contrarium prolixe utitur, eæ enim quin jure Romano ita obtinuerint, dubium non est, & quod dicit, aurifodinas quidem

quidem de Regalibus eſſe, non vero Lapidicinas, id jure Romano aliter verum non erat, niſi in ſola Decima ex iis debita, quæ Regalium jure pendebatur. Sed id quoque obtinebat in lapidicinis, ubi decima Principi ſolvenda erat, *d. l. 3. C. de Metall.* Ergo & Lapidicinæ, cum Metallorum ſint ſpecies, Metalla autem in Aur. Bulla in univerſum ad Regalia pertineant, de iisdem eſſe creduntur. Aſt jus hoc ut ſterilius & ignobilius tantopere non curare Principes, quin ad Privatos dimanare permittant, ait Beier. *in Not. ad Schnob. diſp. feud. 4. Th. 9. verb. lapidicinæ.* Maurit. *Poſit. Juris Feud. controverſ. Dec. 6. Aphor. 6.* cum talia titulo mere lucrativo & ſæpius absque Canonis Obligatione concedere ſoleant vel ipſis agrorum Dominis, vel iis, qui in eo diſtrictu merum aut mixtum imperium habent. Atque illa ratione refrenatur licentia, quam obtentu juris Romani ſibi ſumere poſſent, qui per privatorum loca ſaxorum venas invito Domino fundi perquirere *in l. 3. C. de metallariis &c.* cunctis permiſſum exiſtimant, ne turbis & cædibus promiſcua illa facultas occaſionem

4 ſubminiſtret. Hæc autem ad Lapides in fundo ſuo cædendos ſpecialis Conceſſionis impetrandæ Obligatio non extendit ſeſe ad illos Lapides, qui absque laborioſis effoſſionibus citra defoſſos in altum cuniculos, vel, ut interpretes loquuntur, ſine agone in fundis & agris inveniuntur, conf. Hartm. *Pract. For. Lib. 2. Tit. 24. Obſ. 1. n. 9.* Hujusmodi tamen ſaxa in agris privatorum jacentia ad murorum Civitatis inſtaurationem a Poſſeſſoribus agrorum contribui debent, idque Theodoricus Gothorum Rex apud Caſſiodorum *Varior. Lib. 1 Epiſt. 28.* Gothis & Romanis imperavit. Ante omnia autem in Metallis tam Nobilioribus, quam Ignobilioribus, conſuetudo eſt ſpectanda. Joh. Guidius *de Mineralibus Tit. 14. n. 2.* ubi teſtatur, in Territorio Volaterrano de Sulphure, Vitriolo & Lapidicinis de conſuetudine nihil ſolvi Fiſco, ſed totum ad inventorem ſpectare, eo ſcil. caſu, quo invenit in fundo

5 proprio. De Calcariis, de terra ad Lateres coquendos idonea, *Ziegel-Erde*, de Miniariis, Nitrariis, Sulphurariis, Cotoriis aliorumque viliorum metallorum fodinis, quod ad Regalia non pertineant, idem *d. l.* ſtatuit Carpz. alleg. præter Weſenb. & Andream Rauchbar. *P. 1. qu. 22. n. 12.*

6 Et hoc quidem non tantum teſtantur JCti Saxonici, ſed præter hos alii quoque, qui omnes tandem provocant ad conſuetudinem in decidenda quæſtione, num metallorum viliorum perquiſitio a Fundi Domino in ſuo Agro poſſit inſtitui absque ſpeciali conceſſione ac inveſtitura Principis, & num ex his quoque decima Fiſco debeatur: Ita enim Afflictis *ſuper 3. Feud. 1. quæ ſint Reg. verb. Argentariæ n. 11.* Eſt tamen differentia inter aurum & argentum & alia metalla, quia iſta, ſcil. aurum & argentum, ſunt de Regalibus, ſive inveniantur in Publico, ſive in Privato, ſecundum Andr. *Sic.* ſcil. in aliis metallis; Si inveniantur in Privato, Fiſcus habet Decimam, & privatus Dominus Fundi habet Decimam, & illa Decima, quæ datur Fiſco, eſt Jus regale, alleg. Luc. de Penna *in l. cuncti. C. de Metallariis.* Et in hoc Fiſcus eſt privilegiatus, quod in Fundo privato poteſt fodere metalla, dummodo ſolvat Decimam Domino ſoli, paulo ante *§. 10.* dixerat; Sed ſicut judicatur de metallis, ita judicandum eſt de iſtis Lapidicinis & alumine. Namque an ſint Regalia, inſpicitur conſuetudo ſecund. Andr. & alios; intelligit autem Andream de Iſernia, celebrem Feudiſtarum Patriarcham; qui ad *d. t. quæ ſint regalia.* verb. *Argentariæ* ſic quoque ſtatuit: Conceſſio exercitii metallorum, ut quærantur metalla, quæ ſunt ſubtus terram, pertinet Principi ratione publicæ utilitatis.

Non tamen illæ conſuetudines, quæ viliorum metallorum fodinas a præſtatione Canonis metallici eximunt, ſtatim injuſtæ ac naturali juri contrariæ ſunt; poſſunt enim impenſæ & operæ, ad exercitium alicujus vilioris metalli neceſſariæ, propemodum exhaurire emolumenta ac reditus, quo caſu ſervile fuerit Dominum adigere ad operas illas ſuo ſumptu faciendas absque ſpe emolumenti, quod labori & moleſtiæ & impenſæ reſpondeat. Uti enim Opifici & Mercatori res ſuas paulo carius vendere permittunt Leges, ut ſolatium laboris habeat, & ulterioris induſtriæ incentivum, ſic haudquaquam probanda eſt ea Fiſci avaritia, qua rerum totius Provinciæ neceſſitatibus ſublevandis idonearum ſcrutatores & proviſores eo rigore velit ad cenſum compellere, quo nec a vili Opifice tributum efflagitat. Et huc pertinet quod a Doctoribus traditur, in dubio contra Fiſcum eſſe judicandum. vid. Dietrich. *ad A. B. Cap. IX.* Talia poſſideri, poteſt quoque ipſa illa conſuetudo in favorem eorum eſſe introducta, qui de tota Provin-

Provincia conſilio manuque præclare merentur, utpote ſi Statibus Provincialibus liceat viliorum metallorum fodinas habere absque onere Canonis. His enim non quidem ſtata & fixa, certa tamen & caſu emergente ſatis gravia incumbunt onera capitationis, laudemii Servitiorum Feudalium, ſub quibus continentur *die Ritter- oder Lehn Pferde.* vid. Wehner. *Pract. Obſ. lit. R.* voc. *Ritter-Dienſte.* Non tamen ſtatuimus, nec arbitramur ſtatuendum, per totam Germaniam vigere illam conſuetudinem, quæ Privatis in ſuo agro aut merum & mixtum imperium, *die Gerichte Ober und Nieder* (vid. Wehner. *Obſ. Pr.* voc. *Gericht*) habentibus in agris ac fundis ſuæ jurisdictioni ſubjectis permittat, absque ſpeciali conceſſione ejus, cujus territorium eſt, inſtituere, & absque onere Canonis, Fiſco ejus alias debiti, habere fodinas quorumcunque Metallorum ignobiliorum. Nam uti Jura Provincialia, quæ ſcripto conſtant, non ſunt uniformia per totam Germaniam, ſic diverſarum Provinciarum & circa eandem rem diverſæ ſunt conſuetudines. Unius tamen Territorii conſuetudo univerſalis extenditur etiam ad loca ejusdem Territorii, in quibus nunquam fuit obſervata, prout ſtatuit Aymo Cravetta *de Antiqu. Tempor. Part. 4. §. Antiquum. n. 57.* ubi hoc adjungit exemplum; puta, eſt conſuetudo in Civitate & toto ejus Territorio, quod licitum ſit lapides cædere in agro alieno, juxta Text. *in l. 13. venditor. §. ſi conſtat. ff. Comm. prædior.* (quem Textum admirabilem dicit Udalr. Zaſius *Comment. in l. de quibus. n. 27. ff. de Legibus;*) pone, quod Dominus agri nolit pati, Lapides cædi in ſuo agro, dicendo, nunquam fuiſſe cæſos in agro ſuo eo invito, numquid poteſt contradicere? certe non, quia conſuetudo, ex quo eſt univerſalis in toto Territorio, omnes ligat; ita Oldrad. *in Conſ. 267.* referente Cravetta. Ubi autem talis conſuetudo non viget, Domino, qui in agro ſuo Lapidicinas habet, invito nec privato, nec publico nomine quispiam Lapidem cædere poteſt, cui id faciendi jus non eſt, ut diſertis verbis definitum *d. l. Venditor.* Et hujusmodi Lapidicinæ ſunt in commercio, uti aliæ res ſingulorum aut Communitatum, unde legimus in H. Meibom. *Chronico Marienthalenſi XXV. Anno MCCCXCVI.* Conventum Monaſterii Marienthalenſis vendidiſſe Senatui Helmſtadienſi Lapidicinas ſuas, ut libere ex iis lapides in Oppidi uſum cædere ipſis liceret, pro marcis X. Brandenburgenſibus, annexa Clauſula, ut ſoluta eadem pecuniæ ſumma liberum maneret Monaſterio Lapidicinas ſuas redimere. Dn. Eiſenhart. *de Reg. Metallifod. Jur. C. 2.*

Conſuetudo igitur cujuscunque loci præprimis attendenda eſt, quæ ſi alicubi obtinet, non tamen extendenda eſt ad alias Provincias, cum ſtricti ſit juris: Quamvis tamen Princeps non prohibeatur talibus fodinis, Lapidicinis, Miniariis, Nitrariis, Sulphurariis, Cotariis & ſimilibus certam Legem tributoriam imponere, vel in futurum ſibi vindicare. Döring. *in Biblioth. Jur.* voce *Ærarium n. 140.* Speidel. ſub voc. *Stein-Gruben.* Sic Lapides ſciſſiles, vulgo *Schiefer-Stein,* ſibi vindicat Landgravius Haſſiæ, ſub onere tamen Decimarum quoslibet ad fodiendum admittens, inſuper fodientibus & eximentibus libertatis perſonalis gratiam faciens, & ligna ad fulciendam & muniendam fodinam, ne corruant, gratioſe (ſolvendis ſaltem a ſciſſoribus ſaltuariis debitis ſportulis, *Stamm-Geld,*) concedens. vid. Krebs *in Tract. de Ligno & Lapid. p. 211. n. 13.*

Huc referunt quoque Gypſum & Car- 7
bones foſſiles, quos inter Metalla non numerari vult Wehner. *in Obſerv. Pract. p. 172.* & Conſ. Francon. *88.* a quo tamen diſſentit Klock. *de Ærar. l. 2. c. 27. n. 6.* Gypſum, Cretam & ſimiles inter infimi generis Metalla numerans, atque eorum culturam neceſſitatis & utilitatis publicæ cauſa diligenter in Republica inſtituendam eſſe. Quod Carbones foſſiles *Stein-Kohlen* attinet, illi etiam Metallis haud annumerantur, uti conſtat ex Reſponſo Freibergenſium. Span. *Berg-Urthel-Buch* Tit. 2. §. 2. n. 30. *Auf eure an Uns ergangene Berg-Urthel-Frage wegen des Eiſen-Steins und Stein-Kohlen, ob dieſelben vor Metall und Berg-Art zu rechnen? ſprechen wir vor Berg-Recht, daß Eiſen-Stein ohne allen Zweifel vermöge Churfürſtl. Sächſ. Berg-Ordnung und aller andern Berg-Rechten vor Metall geachtet und gehalten wird, die Stein-Kohl aber nichts in ſich hält, derowegen auch kein Metall Unſers Erachtens zu achten ſey; V. R. W.* Ex iis tamen Comites Schaumburgenſes plus paratæ pecuniæ quotannis haurire poſſe, quam alii ex Argentifodinis, & exinde quoque Cenſum vel Canonem ex foro Carbonario *Kohlen-Zinß* appellari, teſtatur Klock. *d. l. c. 2. n. 17.* In Haſſia Carbones foſſiles, quorum prope Civita-

Civitatem Eſchwegam & Caſſelas ingens copia reperitur, ad Dominum Territorii pertinent, iisdemque cuſtodiendis, & pro certo pretio vendendis, præpoſitus eſt quidam, quem *den Berg-Schreiber* appellare ſolent, adeoque illic Privatis eos eximere non licet.

Eodem modo ex ceſpite uſtibili, quem Belgæ dicunt *Torff*, qui naturalis eſt paluſtris pinguis & de coctæ glebæ terra, atque in Brabantia & inferiori Germania effodi ſolet, Fiſcus lucrum quoddam quærere non prohibetur. Klock. *d. l. n. 18.*

8 Neque curam Nitri quærendi, cujus maximam eſſe utilitatem neminem latere poteſt, Princeps ſusque deque habere debet, unde in plerisque Germaniæ Provinciis Opificium excoquendi aluminis Halinitri, *Salpeter zu ſieden*, ſumptu publico paſſim exercetur, *da viel Salpeter-Sieder hin und wieder gehalten werden*, quibus Princeps vel Magiſtratus licentiam dat fodiendi, ubicunque terra nitroſa reperitur, boni publici cauſa. Speidel. *voc. Salpeter.* Beſold. *ead. voc.* Fodinisque nitrariis Leges imponit Rauchbar. *qu. 22. n. 11. & 12.*

9 Concedere tamen non debet facultatem quærendi Nitri cum ædium periculo, Afflict. *Deciſ. 321. n. 6.* Brunnem. *ad l. 6. C. de Metall* cum Privatis & Reipublicæ ſic noceatur, illis eorum ædes deſtruendo, huic autem urbem ruinis deformando, *l. 2. C. de Ædif. privat.* Alias Præfecti Nitri, vel etiam *die Salpeter Sieder* a nullo prohiberi debent. Dn. de Rhetz *L. 2. de Jur. publ. tit. 17. §. 5.* Dn. Stryck. *de Jure Principis ſubterran. cap. 4.*

10 Ad Metalla ignobiliora merito referimus Cadmiam metallicam foſſilem, *Kobolte*, quam Princeps vi ſupremæ poteſtatis poteſt ad Regalia referre, atque neceſſitate publica ſuadente ejus commercium certis limitibus circumſcribere, Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. L. 1. c. 41.* Pertinet huc Mandatum illud Electorale Saxonicum, A. 22. Maji 1683. publicatum, quo cautum eſt, ne Cadmiam metallicam foſſilem (*Kobolt-Ertze*) nemini vel in his terris quidem, niſi Inſtitori Electorali, *der Blau-Farben-Wercks-Factor*, Cultores Fodinarum, ubi effoditur, vendant, vel per permutationes, aut alio modo in alios transferant: pœna 500. Florenorum Imperialium in illos conſtituta, qui contra hanc deliquerint Legem, ita tamen, ut & merx hæc in commiſſum cadat, & pro re nata pœna Corporis afflictiva, aut capitali quoque, temeritas horum hominum coërceatur: Ita enim ſeſe habent verba Mandati: *Wollen dahero hiermit bey unnachläſſiger Straffe ernſtlich verbothen haben, daß, ſo wenig an die Blau-Farb-Wercks-Beſitzer Unſers Churfürſtenthums, als auf die Böhmiſche Farbe-Mühlen oder andere Oerter und Perſonen, wie die Namen haben mögen, einiger Centner mehr oder weniger von denen gewonnenen Kobolten, Weißmuth, Graupen, Schlich und Gräuplein verkauffet, oder durch Tauſch und andere Wege veräuſſert oder weggelaſſen, ſondern allein auf erwehntes Unſer Blau-Farben-Werck, und darüber beſtellten Factor gegen verglichner Zahlung geliefert werden, und zwar bey 500. Thaler Geld- auch nach Gelegenheit und befundenen Dingen Leib- und Lebens-Straffe.* Scilicet certiſſimum eſt, valde utile eſſe Reipublicæ, ſi exportatio materiæ crudæ, quam Cives ipſi commode tractare, & ex ea lucrum quærere poſſunt, haud concedatur, Bodin. *l. 6. de Rep. c. 2.* Perez. *ad tit. Cod. de Litor. & Itin. cuſtod.* Marquard. *l. 5. de Jur. Mercat. c. 3. n. 28.* Cum itaque ex Cadmia hac cum genere quodam Pyritæ (*Quartz*) & cinere certa methodo præparato (*Pott-Aſche*) mixta nova ſpecies producatur, cœruleus ille Color, ad extremos Indos usque ferri ſolitus; Cadmia autem in pauciſſimis locis fodiatur: Cur commodo ex artificio & commercio hujus rei naſcente carere, illudque aliis cum Cadmia in manus quaſi dare velimus? Prudentiſſime ergo Cadmia ad genus prohibitorum eſt relatum, & ne legi fraus fiat, omnes, ut ita loquar, viæ obſtructæ, per quas ad exteros tranſire poſſit. Quantum autem ex Edicto colligi poteſt, non tam ad eos pertinet, qui Domini ſunt Cadmiæ, ſed etiam illos ſtringit, qui eam ſunt furati, vel alio titulo malo acquiſivere.

Repetitum eſt hoc Mandatum *6. Julii Anno 1686.* atque pœna ſuſpendii ſimul expreſſe ſtatuta in illos, qui vel Cadmiam ſaltem a Furibus compararunt, in verbis: *Als wollen Wir ſolche auf Lebens-Straffe und den Strang hiermit extendiret haben, damit ſowol die Kobolt-Diebe, als auch ihre Gehülffen, und die ihnen die Kobolte abnehmen, verführen und verparthieren helffen, zu belegen, &c.* Cahleiſ. *de Defraudat. Metall C. 2. §. 48.*

Lateraria autem, *Ziegel-Hütten, Ziegel-Scheunen*, in quibus fit coctio laterum in 11

fornacibus, utilissimum inventum humano generi, ut si natura loci Lapidicinas recusat, arte defectum supplere possis, cum & lateribus structuræ subtiliores & ornatiores reddantur, quam aliis Lapidibus, Fauft. *Conf. pro Ærar. 8. Ordin. 1093.* Et ejusmodi Fornaces coquendi lateres non modo Reipublicæ necessarias, verum etiam utiles esse, testatur Mund. *de Muner. & Honor. c. 6. n. 154.* Genus hoc Opificii lateritii requirit terram aliquantillum pinguem, quæ aqua mixta maceranda, volutanda, & tandem in Lapides seu Lateres ad formam ligneam efformanda, exsiccanda ad aëris siccitatem, & igne in fornace concluso coquenda, donec duri & perfecti existant; De quibus Agricol. *Lib. 17. c. 21. de nat. foss.* Lateres autem formantur & coquuntur ad parietes, *Mauer - Ziegel*, ad pinnas, *Zinnen*, ad solum sternendum, *Pflaster*, ad tegulas cavi & plani, *Tach-Ziegel*, vide Polydor. *Lib. 3. c. 8.* Vid. Mantz. *ad Tit. de Servitut. Præd. Rustic. num. 345.*

12 Lateraria vero non Regalibus, sed reliquis Fundi utilitatibus annumerari tradit Wesenb. *Conf. 60. n. 30. & Conf. 292. n. 15. seqq.* cui consentit Carpz. *P. 2. Const. 53. Def. 3. n. 6.* Ubi ante omnia consuetudo loci attendenda est, Struv. *Syntagm. Jur. Feud. C. 6. § 26. n. 7.* Principem tamen Canonem fodinis terræ lateratitiæ imponere posse statuit Klock. *de Ærar. L. 2. c. 35. n. 1.* Et in Thuringia Officinas, in quibus lateres coquuntur, sub certo vectigali a Principe subditis concedi solere, refert Fritsch. *in Append. Besold.* vocab. *Ziegel-Hütte*; est itaque ante omnia loci consue-
13 tudo attendenda. Jure etiam servitutis in fundo alieno Jus Laterarii vel Figulinæ habendæ competere potest, si Lateres ex terra vel luto ducere & igne excoquere, adeoque Laterarium in fundo alieno exercere liceat. Vid. Mantz. *de Servit. rustic. præd. tit. 3. n. 346.* Idem est *mit dem Brenn-Ofen.* Weitzenegger. *de Servit. c. 7. num. 10.*

14 Lateres autem seu tegulæ, a tegendo dictæ, per se non possidentur, sed cum universitate ædificii, nec ad rem pertinet, an fixæ sint, an tantum positæ, *l. 8. ff. quod vi aut clam*, confirmat hoc *l. 18. §. 1. ff. de Actionibus emti*, ubi expresse statuitur, tegulas ædium partem esse, si detractæ sint, ut reponerentur.
15 Ex quo & illud sequitur, tegulas legari non posse, cum non aliter præstari possint, quam ut ædibus detrahantur, *l. 41. §. 9. ff. de Legat. 1.* Et tegulas de ædificio tollens interdicto quod vi aut clam tenetur, *l. 7. §. si quis ædific. ff. quod vi aut clam.*

Si Tegulæ ædificii vitio nocere possunt, 16
damni infecti satisdatio locum habet, *l. 24. §. 4. ff. de damn. infect.* Et per tegulas decidentes si quis occidatur, quænam actio competat, tradit Jod. Damhouderus *in Prax. Crim. C. 87. n. 1.* Si in supremitate muri crassioris, vel superprominentibus sustentaculis, *auf dem Pfeiler*, reperiuntur lateres, vel tegulæ hamatæ, vel scutulatæ, ad avertendas pluvias appositæ, versus quam partem sese inclinant, ejus murus esse intelliguntur, *gegen wem die Ziegel ableg seyn, oder gegen wem sich die Absetz laden*, quod in hortis & areis, aliisque muris improtectis frequens est. Mantz. *de Servit. p. 493.* De Tegulis porro, quatenus inter mobilia computentur, recenset Papo *in Consuet. Burbon. §. 282. fol. 253.* & an arguant proprietatem vid. Corn. *227. n. 1. Lib. 1.* Personal. *in Miscell. qu. 47. n. 17.* Sprenger. *de Jur. Ædif. p. 50. 83.* Besold. *Continuat.* voc. *Ziegel-Stein.*

Nec minus Calcariæ utiles sunt Reipu- 17
blicæ, ubi ignis beneficio ex Lapidibus præparatur Calx in varios usus Cœmentariorum, Incrustatorum, Cerdonum &c. Conficiuntur etiam ex Lapidibus contusis calce mixta Pavimenta, vulgo *Estrich*, incendii causa avertendi; Sunt & qui parietes & tecta ex Gypso variis figuris ornant, imo & Gypsum & Marmora faciunt, & columnas olim prægrandes instar obeliscorum fusas, quasi ex solido lapide effossas, refert Salmut *per tit.* Agricol. *de Natur. Fossil. l. 7. c. 21.* Fit autem calx ex Lapidibus in Fornace concoctis, potissimum ex Lapidibus albis, non variis, nec duris effossis, qui meliores ad id opus, quam ex ripis fluminum collecti. * Fit & in India ex Ostreis & buccinorum testaceorum testis. vid. Petr. Greg. Tholos. *in Syntagm. Jur. L. 4. c. 20. n. 3.* Isti autem, qui apud Romanos calcem conficiebant, calcis coctores, seu qui calcem coquebant, audiebant. *l. fin. ff. de J. immunit.* Calcis Præpositura erat 18
dignitas apud Romanos, Adam. Conzen. *L. 7. Polit. c. 30. §. 2.* Unde Cassiodor. *Epist. 7. tit. 7.* Coctilis Calx nivibus concolor, spongiis levior, Te ad coctionem distributionemque calcis nostra præponit autoritas. Calcem Legibus Romanis Metallis connumerari constat *ex l. 8. §. 10. ff. de Pœnis.* Et ex Calcariis in quibusdam locis 19
collectas solvi refert Mundus *de Muner. & Honor.*

Honor. C. 6. n. 154. Quamvis in hisce terris inter Regalia etiam non referantur, sed a Dominis fundi libere exerceri possint sine præstatione Decimarum, uti attestatur Dn. Horn. *in alleg. Dissert. de Regal. II.*
20 *§. 16.* Potest & Servitus calcis coquendæ acquiri, qua quis in usum sui prædii calcem in fundo alieno coquere potest, quæ servitus rustica est, uti constat *ex l. 1. §. 2. l. 5. ff. de S. P. R. §. 2. Inst. de Servit.* & hanc præstat commoditatem, ut tantum Calcis coquatur, quantum pro prædii necessitate sufficit, ut casas, tuguria extruere & reficere liceat, quibus fructus colligantur, *d. l. 5.* Urbana autem fit, cum urbano constituitur prædio, si quæ vero ita constituatur, ut ex calce quæstum facere liceat, non realis, sed personalis Servitus erit dicenda. Cæpolla *d. S. R. P. c. 10.* Jus Calcis coquendæ inter rusticas Servitutes quoque numeratur a Ludwell. *Disput. ad Instit. f. 87. Lit F.* Fomann. *Disp. 10. Lit. D.*

21 Quandoque Vinum calce, sulphure aliisque mixturis corrumpitur, quod quomodo puniendum, vid. *supra Cap. de Tabernis vinariis n. 20. & 21.* Stryck. *de Jur. Sens. c. 4. de effect. Gust. in crim. n. 9.* conf. Joh. Marquard. *de Jur. Mercat. L. 4. c. 5. n. 14.* Et calcem excoquere aërem reddit, cumprimis æstate, æstuosum ac vaporosum, hincque suffocantem. Joh. Frider. Mustagk. *in Parerg. Academ. Jurid. de Aëre.* Ac calce recens illitum cubiculum causam mortis præbuisse refert Rupert. ad Valer. Maximum *L. 9. C. 12. §. 2.*

22 Quod autem de Laterariis & Calcariis jam dictum est, id etiam in Sulphurariis, Picariis, *Pech-Hütten, Pottasch-Hütten*, Officinis Nitrariis, Cretifodinis, item Cotoriis locum habet, *l. 8. §. 10. ff. de Pœnis. l. 13. §. inde est. ff. de Usufr. l. 52. §. si Sulphurar. ff. de furt.* Dn. a Seckendorff *im Teutschen Fürsten-Staat P. 3. C. 3. Reg. 6.* Klock. *de Ærar. l. 2. c. 34. n. 15. 19. c. 35. n. 5. c. 9. n. 9.* Rauchb. *Qu. 22. n. 11. & 12.*

23 Quibus omnibus Principem Canonem imponere posse dubium non habet, uti & prohibere, ne Sulphur, Nitrum, Pix & similia extra Territorium ad armandos hostes evehantur, cum inter res hostibus a Romanis subvehi prohibitas Paulus JCtus etiam Cotem referat, & Frumentum & Sales, cur non exportatio Salis, Nitri & Sulphuris, ex quo pulvis pyrius potissimum belli instrumentum hodie conficitur, possit interdici. *l. 11. ff. de Publican. & Vectigal.* Cotem, *inquit*, ferro subigendo necessariam, hostibus quoque venundari, ut ferrum & frumentum & sales, non sine periculo capitis licet. Fuisse vero haud exiguum circa Cotes Commercium, *ex l. 15. ff. eod.* patet, ubi ex Cotoriis Creticis integræ naves Cotibus onustæ memorantur; imo Creticas olim Cotes, non alias notas fuisse, testatur Plinius *l. 18. cap. 28. & lib. 36. c. 22.* Fuit, *inquit*, hoc quoque majoris impendii apud priores, Creticis tantum transmarinisque Cotibus notis, nec nisi Oleo falcis aciem excitantibus, igitur cornu propter Oleum ad crus ligato fœnifex incedebat. Italia aquarias Cotes dedit, limæ vice imperantes ferro. Quemadmodum igitur Imperatores arma hostibus subvehi prohibuerunt, ita & Cotes, quod per eas etiam validior reddi hostis possit, dum arma sua exacuit, Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. L. 1. c. 61. n. 55.* quæ prohibitio optima ratione hodie ad Sal, Nitrum, Sulphur, Picem, Carbones, Arma, Equos, &c. extendi poterit.

Salinas quoque inter Regalia numerari 24
constat, cum Privati hodie non amplius Salinas possideant, nisi demum ex concessione, privilegio & investitura Principis; namque uti Metallifodinæ totæ inter Regalia numerantur, ita quoque Salinæ, *A. Bull. c. 9. vers. Auf Saltzes das funden ist und noch funden wird &c.* Ac præter Regem Bohemiæ & Electores cæteris quoque Principibus & Imperii Statibus ex singulari Privilegio vel Præscriptione competit. Dn. Otto *de Jur. Publ. C. II. fol. 309.* Sprenger. *in Jur. Publ. c. 3. p. 210.* Speidel. *in Notab. voc. Saltz, Saltz-Handel.* Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. L. 2. C. 19. num. 16.* Imo Salinas tanquam Regalia jam ante A. B. a Principibus possessas & exercitas esse Historiæ docent. Sic Salinæ Hallenses ab Imperatore Ottone Archi-Episcopatui Magdeburgensi concessæ, & ita Juris Episcopalis factæ sunt. Heig. *P. I. qu. 14. n. 28.* Spreng. *d. l.* Deinde rursus ab Archi-Episcopis, Capitulo Magdeburgensi id ratificante, Civibus Hallensibus partim in Feudum concessæ, partim vero mensæ Archi-Episcopali destinatæ hac lege, ut certam quotam ex illis reditibus Archi-Episcopis pendant, reliquum autem sibi servent, *daß sie um die gewöhnliche Ausläuffte etliche Pfannen zu versieden haben*, Heig. *d. l. num. 33.* Carpz. *P. 2. C. 52. D. 11. n. 4.* Klock. *de Ærar. L. 2. c. 9. n. 9.* Speidel. *voce Saltz-Juncker*, quæ quota deminuitur & Episcopo decedit, si lignorum inciderit caritas. Speidel. *d. l.*
Concedere autem plerumque solent Salinas 25

tantum Civibus ejusdem Civitatis, uti in Civitate Hallensi ordinatum esse docet Consiliarius Regiminis Magdeburgici meritissimus, Dn. D. Frideric. Hohndorff, *in Beschreibung des Hällischen Saltz-Wercks c. 3.* qualis quoque Statuti meminit Wehner. *in Obs. Pract.* sub voce *häußlich und heblich*, vigore cujus nemo Jus Salinarum exercere, eoque uti potest, nisi simul personaliter in ipsa quoque habitet Civitate. Etiam quod monopolia Salis attinet, hodie in Germania usitatum est, ut facultatem Salis emendi & vendendi habeant urbes, non pagi, *daß den Saltz-Kauff die Städte haben*, in quibus ærarii locupletandi ratio militat, *und nicht die Dörffer*, Fritsch. *d. l.* qua in re plerumque statuta sive consuetudines cujusque loci attendendæ sunt.

26 Cæterum si Princeps Salinas in fundis Privatorum inventas sibi reservet, nec subditis aliquid ex iis concedat, pretium tamen fundi iis restituere tenetur, alias enim ageret contra *l. 4. C. de Emanc. lib.* subditis sua auferendo, quod obtinet quoque, si fundus, in quo reperiuntur Salinæ, corrumpatur, etiamsi ipsæ etiam simul extinguantur, Richt. *V. 2. Cons. 405. n. 2. & 4.* verb. *Würde solch erbauetes Saltz-Werck seinen glücklichen Fortgang erreichen, und in Aufnehmen kommen, so ist davon der zehende Theil an statt der Jnteresse zu reichen.* Schneidew. *P. 2. n. 106. de Feud.* Rosenth. *c. 5. concl. 89. n. 2.* Coler. *Dec. 98. n. 3. Jm Fall aber das Werck umschlüge, und sich der Saltz-Brunnen nicht erhöhe, so ist der Schade, so durch Zuführung des Holtzes, der Steine,* it. *mit treten der Zimmer und anderer Leute auf der Wiesen, wie auch ander beweislich Jnteresse oder der Werth erwehnter Wiesen billig zu erstatten.* Rosenth. *d. c. 5. c. 88. lit. f.* vid. Besold. *in Thes. Pract.* voce *Saltz-Pfanne.*

27 Quod si moriatur Vasallus, cui Salinæ concessæ in feudum, relictis quidem Filiabus, sed non tantis allodialibus bonis, ut Filiæ inde elocari possint, tum in subsidium quoque tenetur hoc casu Princeps vel Dominus Feudi, per Ordin. Polit. *Von Ausstattung der Töchter aus den Lehn-Güthern.* Quod obtinet quoque in Fratribus & Agnatis, qui deficientibus allodiis filias juste ex Feudo elocare debent per dict. Ord. Polit. *Von Ausstattung der Töchter &c.* ibi: *So ein Lehnmann einen oder mehr Söhne hat, und zugleich auch Töchter, oder aber keine Söhne, sondern nur eine Tochter, und an Erb-Güthern so viel nicht verlassen würde, daß die Tochter ihres Herkommens und Geburt nach davon ausgestattet werden könte.* Nec distinguitur, utrum Feudum sit novum, an antiquum, propter verba generalia d. Ord. Polit. *Von Ausstattung der Töchter aus den Lehn-Güthern.*

De Fructibus post mortem Vasalli, quorum ii sint, paucis adhuc videndum, & quidem Jus Commune feudale quod attinet, quo industriales fructus ad feudi Successorem, vel etiam Dominum feudi, si ei feudum aperiatur, pertinent, si Vasallus ante Calendas Martii vel post Augustum decesserit, si autem medio tempore inter Martium & Augustum decedat, suos ad Hæredes allodiales Vasallus defunctus eos transmittit, *2. F. 28. §. Hos consequentur.* Rosenthal. *c. 6. concl. 60. & c. 10. concl. 42. n. 14.* Berlich. *P. 3. c. 43. n. 25.* huc applicari nequit, neque Jus Saxon. quo fructus industriales agro sato & rastris subacto ad Hæredes allodiales transeunt, *Land-Recht L. 2. art. 58.* Fructus enim Salinarum, neque subactionem, neque rastrationem admittunt exemplo Lapidicinarum. Schrad. *Disp. 3. num. 66.* Sed Dominus feudi statim post mortem Vasalli succedit in ejusdem Jus, ita tamen, ut Successores in possessione maneant eo anno, Dominus autem lucretur fructus, *die Ausläuffte*, & Agnati tantum *den Siede-Profit.* vid. Ellenberg. *Disp. de Salinis Hallens. Th. 7.* Dn. Stryck. *de Jur. Princip. subterran. C. 3.* Non minus ex fontibus 29
acidulis, thermis, aquis & aliis liquoribus mineralibus, vulgo *Sauer-Brunnen, Gesund-Brunnen, warm- und metallischen Bädern*, licite & honeste Principem compendium aucupari posse, putat Klock. *de Ær. l. 2. c. 13. n. 1.* De quo, si Princeps hosce reditus ad augendum ejus ærarium impendere velit, omnino dubito; namque Deus liquores salutares non divitibus ad se ulterius ditescendum, sed pauperum gratia fortasse excitavit; *Dann GOtt der HErr nicht eben die Bäder oder Brunnen um der Herren und Reichen willen, und daß sie daraus jährliche Einkünffte haben, und ferner sich bereichern sollen, entstehen und fliessen, sondern auch den Armen, und vielleicht am meisten solche gedeyen lassen will.* Besold. *in Thes. Pract.* voce *metallische Bäder*, ubi addit, *daß man aus denen Bädern*, (idem sentiendum de fontibus salutaribus, *von Gesund-Brunnen,*) *kein Regal machen solle*, sed quod ea omnibus potius communem usum præbere debeant; verendum enim alias, ne tales Thermæ, dum earum usus non omnibus

bus gratis vacat, iterum exarescant, quod contigit in nonnullis Germaniæ Thermis salutaribus, inter quas etiam *der Griesbach, nicht weit von Straßburg gelegen*, quas, dum non omnibus volentibus uti gratis, sed exacto pretio permitterentur, plane exaruisse, sublato autem illo iniquo vectigali & pensione, concessoque usu libere omnibus valetudinis curandæ gratia advenientibus rursus ex Fontibus copiose, ut antea, manare cœpisse constat. Camer. *Medit. Hist. Cent. 2. c. 69.* Besold. *d. l.* Et ea propter Carolus IV. Imper. Privilegio munivit, *das Wild-Bad der Voigtey zu Bern*, verb. *Wir* Carol. IV. *befreyen auch ihr von GOtt gesegnetes Wild-Bad &c.* uti id refert Limn. *P. I. addit. ad J. P. L. 5. c. 7. p. 813.* Quodsi tamen Princeps modicam pensionem ex iis exigat, & non suo ærario, sed piis causis, v. g. templis vel similibus in talibus locis exstruendis impendat, quin hoc valeat, dubium non est, cum sic non in proprium, sed ipsorum pauperum commodum vertatur, talia autem loca prope Fontes salutares institui quotidie videmus, quo ægroti & miserabiles personæ Sacris quoque exercitiis simul vacare possint, adeoque hæc vectigalia & pensiones potius necessariæ videntur ad eadem loca, quibus Sacri Cœtus haberi queant, exstruenda. Dn. Stryck. *d. l c. 4.*

30 Potest & Domino prædii non minima accessio ex terræ penetralibus obvenire ratione Thesauri, in Fundo ejus forte fortuna inventi. Et quidem si ipse, vel qui in potestate ejus est, in proprio loco, item in loco Sacro, aut religioso privato ad ipsum spectante, (sive casu fortuito, sive data opera,) Thesaurum invenerit, ipsius est totus. *§. 39. Inst. de R. D. l. 63. ff. de A. R. D.* Si alius casu fortuito, dimidium Domino Fundi, alterum dimidium inventori debetur. Si data opera, totus ad Dominum Fundi pertinet, cum alienis inhiare prohibitum, *l. un. C. de Thesaur.* & Brunnem. *ibid.* Quod si quis Magicis artibus quæsiverit, ad Fiscum pertinet, quod verum est, si quis in suo ita quæsiverit, non in alieno, sic enim adhuc Domino fundi de-

31 betur. Bocer. *de Reg. c 3. n. 177.* Est autem Thesaurus stricte ita dictus quædam vetus depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam Dominum non habeat. Sic enim Thesaurus ejus fit, qui invenerit, quod non alterius sit, alioquin si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terram, non est Thesaurus, cujus etiam furtum fit. *l. 31. §. 1. ff de A R. D.* Quando igitur saltem probabiliter constat de Domino pecuniæ, non acquiritur inventori, sed tota Domino ejusque hæredi restituenda. Brunnem. *ad d. l. un. C. de Thesaur.* Ut si Faber ad Domus refectionem inductus, aut emptor a venditore defossam pecuniam invenerit, vel si Studiosus aliquis in libro alieno aurum fortuito invenerit, uti enim libri Dominus non est incertus, ita nec auri, quod in libro latitabat. Harprecht. *ad §. Thesaur. Inst. de R. D.* Item si pecunia inveniatur, ex cujus inscriptione colligi haud difficulter potest, eam intra hominum memoriam esse signatam, Thesauri proprie dicti nomine non venit, *l. 31. ff de A. R. D.* Struv. *Syntagm. J. C. Exerc. 41. th. 513.* Thesauros etiam apud multos populos ad Regiam spectasse potestatem satis constat. I.) Constantinus Imperator indistincte medietatem inventi Thesauri, si inventor sponte se deferat, Fisco adjudicavit; Integrum vero si quis occultet, & invenisse prodatur. *l. 1 C Theod. de Thes.* II.) Nicephorus totos ademit Cedreno Teste, quem laudat Cujac. *Obs 37.* III.) Gothorum Reges perinde integros sibi vindicarunt. Cassiod. *6 var. 8.* Petr. Gregor. *l. 3. c. 11. n. 6* Ren. Choppin. *de Doman. Gall. l. 2. cap. 5 n. 11.* IV) Siculis & Apuliæ Legibus Guil. I. Fried. II. Siciliæ Regum thesaurus eodem pervenit: *Constit. Neap. 59. & ibid* Matth. de Afflict. P. Gregor. *l. 3. Synt. jur. c. 11. n. 6.* quam ideo summæ iniquitatis postularunt Siculi, Summont. *l. 2. Hist. Neap. cap. 3.* allegatus ab Arnisæo *de Jurib. Majest. minorib. c. 6. n. 27.* V.) In Gallia antiquis temporibus regnante Ludovico IX. Regis Constitutio omnem aureum Thesaurum Fisco, argenteum Proprietario tribuit: cujus rei Decreta *sub anno 1259. & 1261.* a Senatu Paris. facta extare, ait Choppin. *de Doman. lib 1. tit 5 n 9.* P. Gregor *d. Cap. 11 n. 6.* Connanus ait, quandoquidem res vacantes loci Regulo, altam justitiam habenti, adjudicentur, inde inductum, ut in Thesauro idem receptum velint. At recte hoc improbat: Quod res vacantes les espaues omnino aliud sint a Thesauro. Add. Chassan. *Consuet. Burg. de Thesaur. Instit. §. 1. verb. Espaues n. 1.* Et Raguell. *Indice des droicts Royaux, verb. Espaues.* Quod tamen strenue assertum a Procuratore Regio Ambiano ibidem narrat Joann. Gall. *Decis. 293.* & ex eo Johann. Papon. *recueil d' Arrests, Livre 13. tittre 7.* Eo tamen res rediit, ut inventus in proprio

prio distribuendus sit inter Inventorem & loci Dynastam meri imperii potentem; si in alieno, inter hos duos & loci Dominum. Papon. *dict. loc.* ubi Joann. Cheru *in addit. allegat. Joann. Gall.* Chopp. *lib. 2. de Dom. Fr. tit. 5. n. 11. & 12.* Carou. *au. 3. des Responces, Chap. 20.* VI.) Apud Hispanos Lege Regia quinta tantum (alii legunt quarta) pars Inventori relinquitur, reliqua in Fiscum coguntur, *lib. 7. tit. 12. lib. 6. ordinat.* Covarr. *in relect. c. Peccatum. p. 3. §. 2. n. 4. de R. I. in 6.* Alia tamen ab his notat Gometz *ad Legem Tauri 45. n. 51.* VII.) In Europæa Sarmatia, quam Poloniam vocamus, quum Sbigneus, alter e Filiis Uladislai Regis, totum Thesaurum sibi vindicaret, nimirum in arce Plosensi, quæ sibi destinata erat, anno 1202. inventum, Boleslaus Frater natu grandior sibi eundem arrogavit jure Regio. Remisit tamen Boleslaus, aliis se interponentibus, & Fratri medium concessit: refert ex Cromero *in reb. Polon.* Choppin. *de Dom. Franc. l. 2. c. 5. n. 11.* VIII.) Eduardus I. Angliæ Rex statuit Thesauros de terra Domini Regis esse, nisi in Templo vel Cœmeterio invenirentur, eoque casu aurum Regis fore cum argenti dimidia parte, residua parte Ecclesiæ attributa, *in Leg. Sax.* Lambardi, laudante P. Gregor. *Synt. l. 3. c. 3. n. 6.* & Renato Choppino *de Dom. Franc. l. 2. c. 5. n. 10.* IX.) Richardus I. Rex Angliæ vi armata persecutus nobilem sibi subditum, quod erutum in loco proprio thesaurum tradere sibi recusaret, Giral. *9. Hist. Fr. in Phil. Aug.* laudante Camer. *Medit. Hist. 1. c. 63. p. 286.* Arnis. *de Jur. Majest. minor. c. 6. n. 27.* Chopp. *de Dom. Franc. l. 2. c. 5. num. 10.* Historiam breviter exhibet Andreas du Chesne *in Antiquitatibus Franciæ lib. 1. c. 141.* quod est de Lemovicio, his verbis: *Chalur, ou l' on tient, qu' un Seigneur d' iceluy trouva souz terre l' an 1199. les images d' un Empereur, de sa femme & des ses enfans, assis à une table, le tout de fin or, & que le Roy adverty de ce les voulant avoir contre Son grè le fist assiger au Chasteau, où il fut tué d' un coup de fleche.* Et in quibusdam locis invaluisse consuetudinem, ut thesauri etiam a Dominis in propriis fundis licite reperti ad Principem pertineant, Grotius *de J. B. & P. l. 2. c. 8. §. 7.* Christinæus *Vol. 5. Decis. 16. n. ult. & Dec. 17. n. 7.* Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. l. 2. c. 2. §. 19.* Quam consuetudinem irrationabilem esse quidam opinantur, vid. Schultz. *Synops. Instit. l. 2. tit. 1. num. 181.* Sed eam, imo talem Principis Constitutionem, ut thesaurus ubicunque repertus Fisco cedat, omnino valere, asserendum potius est; non enim Princeps prohibetur disponere de iis, quæ sunt nullius, Molin. *de J. & J. 2. D. 56. n. f.* Covarr. *in c. Peccatum. Part. 3. §. 2. n. 4.* Barbos. *d. l. num. 40.* Et cum Principi bona quædam debeantur, unde dignitatem suam sustinere & Rempublicam tueri possit, optima ratione ab illis rebus initium fit, quæ nullius sunt, & sine cujusquam damno tribui possunt. Grotius *d. l. §. 5.* Ziegler. *d. C. L. 2. c. 2. th. 19.*

Hodie si in loco Cæsaris, vel Principis 33
aut religioso, non data opera inveniatur, dimidium; si vero data opera, integer ejus est, *2. Feud. 26.* Rosenthal. *c. 5. concl. 92. n. 1.* Schultz. *in Synops. de Feud. c. 7. 181.* Alienis enim inhiare nemo debet, *l. un. C. de Thesaur.* Intelligitur autem hic per locum Cæsaris non privatum Principis Patrimonium, sed locus Fiscalis; alias in illo Princeps dimidium non ut Regale, sed ut quilibet alius fundi Dominus acquireret. Bocer. *de Regal. c. 3. 177.* Sed in 34
loco religioso inventi dimidium hodie ad Ecclesiam pertinere volunt Dd. cum loca religiosa sint in Dominio Ecclesiæ, *c. 10. X. de Constit.* Schneidew. *ad §. 39. J. de R. D. n. 9.* & Ecclesiæ etiam suus sit Fiscus, *der Kirchen-Kasten*, hinc & Fisco Ecclesiæ thesaurum, quamvis diversimode pro ratione inventionis, tribuere convenit. *l. ult. C. de SS. Eccles.* Neque etiam deterioris conditionis esse debet Ecclesiæ, quam privati ratio, uti patet ex Constit. Frider. *de Statut. & Consuet. contr. Libert. Eccles. edit.* Alvarot. *ad Cap. un. quæ sint regal. n. 8.* Schröter. *dissert. de Thesaur. c. 3. thes. 11.* Sequitur & hoc, si Vasallus vel Emphy- 35
tevta in prædio Feudali vel Emphytevtico thesaurum invenerit, eum totum sibi acquirat, nec Dominus Feudi vel Emphytevseos quicquam de eo potest petere. DD. communiter & Accursius *ad §. thesauros. Inst. de R. D.* cum & Vasallus & Emphytevta onera & incommoda ferre teneatur, *l. 1. vers. sin vero. C. d. J. Emph. l. 10. ff. de R. J.* Et si ipse Dominus directus invenerit thesaurum in fundo Emphytevtico vel Feudali, tunc Vasallus vel Emphytevta potest petere medietatem. Zobel. *Differ. Jur. Civ. & Saxon. 62. vers. ultima est.* Si autem tertius vel extraneus invenerit thesaurum, tunc Vasallus dimidium, & extra-

extraneus, alteram dimidietatem excluso Domino directo adipiscitur. Oldendorp. *Class. 3. n. 13. vers. Locum* ante Lipold. *von Schatz-finden* §. 4.

36 Quærere autem hic non immerito quis posset, utrum usufructuarius thesaurum in prædio usufructui subjecto inventum totum sibi acquirat? Tametsi quidem ad usufructuarium omnes fructus ex solo provenientes spectant: Quandoquidem tamen usufructuarius non est Dominus fundi, ideo thesauri inventor existens, ad instar extranei, qui thesaurum in fundo invenit alieno, illum cum Domino proprietatis ex æquo dividere tenetur per *l. 7. §. 12. in fin. ff. solut. matr.* Harpr. *ad §. thesauros. Inst. de R. D.* Et licet fructuario secundum *l. 62. pr. de Usufr.* fera animalia, quæ in naturali laxitate constituta nullius sunt, capiendi sibique acquirendi facultas concedatur; cum tamen diversa ratio sit in thesauro, qui terræ visceribus inhæret, eique loco, in quo absconditus jacet, quasi destinatus est, neque sine multis effossionibus ad eum accessus datur, quæ sine Domini permissu nemini conceduntur, mirum non est, si diversum Jus quoad hoc sit constitutum; cessante enim ratione, cessat legis dispositio. Et ita pronunciasse JCtos Lipsienses in causa *derer von Triessenau,* testatur Carpz. *P. 2. Const. 53. Def. 6.* in verb. *Dieweil aber die Fruchtniessung vorgedachtes Hauses euch auf euer Leben verschrieben, &c.*

37 Idem asserendum videtur, si quis in prædio retrovenditioni obnoxio thesaurum invenerit; talis enim emptor non plus juris habet in eo fundo, quam usufructuarius, quod interim fructus percipiat, & loco usurarum lucretur, donec res redimatur; thesaurus autem vicem fructus non obtinet, ideoque emptor, qui tantum est Dominus revocabiliter, tanquam alius extraneus dimidium, alteram vero dimidiam partem venditor nanciscitur, *arg. l. divortio. §. 12. sub fin. ff. solut. matr.* Berl. *L. 2. Concl. 2. n. 57.* Rectius tamen talis thesaurus emptori est adjudicandus, cum verus sit Dominus. Tiraquell. *de retract. Convent. §. 7. Gl. 2. n. 97.* vid. *supr. 41.* Hoc asserendum etiam venit de Marito, qui in fundo dotali, vel Vidua, quæ in dotalitio thesaurum invenit. Lipold. *von Schatz-finden §. 5.* Berl. *d. l. n. 62. & 63.*

38 Consimilem in modum bonæ fidei possessor, quantumvis in fructuum perceptione pro Domino habeatur, *l. 25. §. 1. ff. de Usur.* & propter bonam fidem, quæ tantundem præstat possidenti, quantum veritas Domino, *l. 136. de R. J. & l. 25. §. 1. de Thesaur. l. 48. pr. de A. R. D.* tam naturales, quam industriales fructus suos faciat: In illis tamen, quæ fructus non sunt, ut Thesaurus, hæc nullo modo procedunt.

Idem de Creditore dicendum, qui, licet pignus distrahere, *§. contra. Inst. quib. al. lic. vel non. & l. 46. de A. R. D. & tot. tit. C. de distract. pign.* & hactenus pro Domino haberi posse appareat; cum tamen Creditore pignus vendente voluntate Debitoris, ex pacto vel tacito vel expresso, ipse Debitor id alienare videatur, *l. 4. C. de pign. act.* palam est, hunc Thesaurum, a se ipso in re oppignorata inventum, totum non acquirere, sed dimidium proprietario relinquere oportere; nihil vero ejus, cum ab extraneo repertus fuerit, participare. 39

Sed nec Maritus Thesaurum in Prædio dotali inventum, cum in fructu non sit, integrum lucratur. *l. 7. §. 12. sol. matr.* Ungebaur. *Exerc. Justin. V. qu. 4. in NEGO.* 40

Sed quid si emtor, exploratum habens, 41 thesaurum in fundo alieno latitare, eundem ab altero ignorante emat, ideo, ut thesauro potiatur; an jure merito ipsi sit tribuendus? Enim vero videri posset, quandoquidem emtor callide celavit venditorem, thesaurum in agro jacere, quem si scivisset, forte tantillo pretio non vendidisset, ad venditorem thesaurum illum pertinere. At vero, cum unicuique jure sit concessum, ut fundum alienum emolumenti capiendi, sicque etiam thesauri eruendi gratia sibi comparare possit, & ille demum dolus, qui cum damno & injuria alterius est conjunctus, legibus vindicetur, *l. Juris gentium. 7. §. sed si fraudandi. ff. de pact.* non potest non emptori, utpote inventori, thesaurus recte attribui. Hic enim ante inventionem vacat Domino; Effossus vero loco novi cujusdam primumque nascentis emolumenti habetur. Huc spectare videtur illud Salvatoris nostri Matth. 13. inquientis: Simile est regnum Cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit universa, quæ habet, emitque agrum illum. Strauch. *diss. 6. th. 32.* Aliud procul dubio dicen- 42 dum, si quis captum piscium vendiderit, & deinde aliud quid jactu retis, quam de quo actum, scilicet res pretiosa, extraheretur.

Hoc enim emptor sibi vindicare non potest, sed venditori manet, qui præsumitur omne reliquum, de quo non actum, sibi reservasse. Talem casum olim contigisse in Milesia regione memorat Plutarchus. Ubi piscatoribus post emtionem captus piscium mensa contigit aurea, de qua consultus Apollo Delphicus Sapientissimo eam adjudicans, juris se prodidit oppido insipientem. Strauch. *disp. 15. th. 3.*

43 Thesauris affinis est pecunia reposita, *hinterlegt versteckies Geld*, quæ a Patrefamilias ad usum futurum & supervenientem forte necessitatem vel lucri vel custodiæ causa recondita est, *l. 31 §. 1. ff. de A. R. D.* quod rustici præsidium vocant. *l. si Chorus. 79. §. 1. ff. de Legat. & Fideicom.* Et talis pecunia in dominio & possessione reponentis manet, *l. 76. in fin. ff. de rei vind.* Menoch. *l. 1. præsumt. 30. n. 8.* nec interest, an in suo vel alieno prædio recondidit. *l. peregre. 44. ff. de A. vel A. P.* Sixtin. *in Consil. Marpurg. Vol. 1. Cons. 13. n. 20.* Siquidem quod in ædibus fit, per inhabitantes factum præsumitur, *arg. l. si vendita. ff. de commod. & peric. rei vend. l. non salutem. ff. de Offic. Præf. Vigil.* Carpz. *P. 2. C. 53. Def. 7. & 10.* Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 41. th. 53.* vid. elegantem casum, qui contigit in Urbe Genuensi, apud Schneidew. *in Comm. ad Inst. §. Thesaur. de R. D.* referente Jason. *in l. 3. §. Neratius de acquir. poss.* Unde qui ejusmodi opes surreptas Domino restituere detrectat, furti tenetur. *l. 31. §. 1. de acquir. rer. dom. l. 44. de acquir. vel. am. poss. l. 3. §. 3. eod. l. 39. §. 1. de aur. & arg. leg. l. 32. fam. hercisc. l. 4. §. 6. ad L. Jul. peculat.* Brunnem. *in Comment. ad L. Unic. de Thesaur.* Exemplis res fiet manifestior; Si Faber ad Domus refectionem inductus, aut emtor a venditore defossam pecuniam invenerit, proprie & stricte thesaurus dici non meretur, nec si Studiosus aliquis in alieno libro, adstante ejus Domino, aurum fortuito invenerit, cum huic Thesauri definitio non competat, ei nec definitum competere potest, per *not.* Bald. *in l. maximum 4. C. de Lib. præteritis.* & Everh. a Mittelb. *in hoc Legal.* Harpr. *Comm. in Inst. ad §. thesauros*, uti enim libri Dominus non est incertus, ita nec auri, quod in libro latitabat, imo quando saltim probabiliter constat de Domino pecuniæ, proprie thesaurus non est, nec ejus jure censetur. *l. 67. de R. V. l. 15. ad exhib.* Struv. *d. l.* Si igitur pecunia inveniatur, ex cujus inscriptione colligi haud difficulter potest, eam intra hominum memoriam esse signatam, thesauri proprie dicti nomine non venit, *lib. 31. de A. R. D.*

Deponebatur autem olim pecunia varie, interdum in majorum tumulis, qui Sacrorum in numero habebantur, nec sine piaculo violari poterant. Fest. *l. 17.* in voce *Sacrum*, & in voce *religiosus*. Hoc discimus ex nobili illa Cyri Persarum Regis historia, quam Arrianus *Lib. 6.* descripsit, & Q. Curtius *lib. 10.* Forte sepulchrum Cyri Alexander jussit aperiri, in quo conditum erat ejus corpus, cui dare volebat inferias, auro argentoque repletum esse crediderat: quippe ita fama Persæ vulgaverant. Sic quoque Hircanus & Herodes e monumento Davidis talenta tria millia, ornatum ex auro & thesaurum multum abstulisse leguntur. Joseph. *Antiq. Judaic. l. 11. c. 11.* vide etiam edictum Theodorici, Gothorum Regis, ap. Cassiodor. *l. 4. epist. 30.* Neque infrequens erat in templis pecunias reponere, unde apud Jacobum Rævard. *varior. l. 1. c. 15.* rem pecuniamque signatam in æde deponere. Paulus JCtus: Sed constat, ut ante litem contestatam Præses jubeat in æde Sacra pecuniam deponi. Cic. *l. 5. Epist. famil.* nam de Lucejo est ita actum, ut Autore Cn. Pompejo ista pecunia in fano poneretur &c. Præterea nimia diffidentia & olim & hodienum sæpius avaros eo adigit, ut opibus suis quærant latibula, quemadmodum Euclio ille apud Plautum *in Aulvil.* nobis depingitur, & Simon Luciani *in Somn.* qui sub lectica & præsepi Thesauros suos recondidit. Huc spectat illud Manilii *l. 5. Astronom.* 44

- - Sub Terris scrutari cœca Metalla
Depositas & Opes.
- - Veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.

Quod autem quidam interpretes ob Textum Juris Saxonici, Land-Recht *L. 1. Art. 35. Alle Schätze, die unter der Erden begraben liegen, tieffer denn der Pflug gehet, gehören zur Königlichen Gewalt*, apud Saxones omnes pede altius defossos Thesauros Regalibus annumerent; id nihil est, fallit enim generalitas dicti articuli, qui neutiquam intelligi debet de thesauris in terra absconditis, sed de fodinis auri & argenti, aliisque venis metallicis, prout ipse Elector Augustus, defensor ac interpres Juris Saxonici, illum explicat *Nov. Const. 53. Part II. Dieweil aber unsere Verordnete* 45

dahin geschlossen, daß solche Correction der gemeinen Rechte nicht zuzugeben, bevorab, weil der Text von allen Schätzen, so unter der Erden, nicht von den Thesauris reconditis, *sondern von dem Bergwerck und Ertz zu verstehen*, quem propterea male ac parum modeste reprehendit Reinh. Bachovius *in animadversionibus ad Treutlerum Vol. 2. Disp. 20. th. 2. lit. g.* verb. *etsi autem jur. Saxon* animadvertere namque debuisset Bachovius verba subsequentia *dict. Art. 35. Silber mag auch kein Mann &c.* ex quibus Electoralis explicatio sat probata est. Standum ergo hoc casu in Foro etiam Saxonico Dispositione juris communis. Carpz. *ad dict. Const. Defin. 4.*

46 Actiones & remedia quod attinet, si quis in alieno solo Thesaurum repertum celaret, Domino prædii seu fundi competit vindicatio, qua dimidiam thesauri fortuito inventi partem sibi asserit; consulto vero investigatum, totum vindicat. Et hoc remedium etiam Fisco & cuivis Domino competit. *l. 23. ff. de R. V.* Si vero hunc in finem occultaverit, ut totum retineret, pœna insuper arbitraria coërceri potest, uti statuit Jacob. Menoch. *L. 1. præsumpt. 30. n. 7.* Carpz. *Jurisprud. for. Const. 53. Def. 7.* Ubi JCtos Lipsienses ita respondisse asserit *Mense Nov. Anno 1660. So ist der Zimmermann den halben Theil des gefundenen Geldes demjenigen, auf dessen Grund und Boden er es gefunden, zuzustellen pflichtig, und wird von wegen dessen, daß er solch Geld verborgener Weise allein behalten, mit Gefängniß auf 14. Tage lang billig gestraffi; V. R. W.*

Si vero Inventor pecuniam a se repertam non quidem diffiteatur, quantum vero illius fuerit, fateri tergiversetur, ad juramentum compelli potest, ut hac ratione veritas manifestetur. Carpz. *Jurispr. for. Const. 53. Def. 8. P. 2.* & Bechmann *Exoter. Exerc. p. 2. tit. de A. R. D.* Si autem homo fuerit levis animi, & de perjurii metu suspectus, torturæ subjici potest. Sic respondit Coll. Jenens. 1628. teste Schrödter. *dissert. de Thesaur. c. 5. th. 3.*

Licet præterea inventor animum non habuerit Thesaurum retinendi, si tamen in restitutione ejus moram commiserit, agi a Domino potest ad id, quod interest, Thesaurum e vestigio sibi oblatum fuisse. *l. un. C. de sentent. quæ pro eo &c.* Denique si Thesaurus fuerit repertus in re communi, tunc socii agere possunt ad illius, veluti rei communis, divisionem actione communi dividundo, ut æqualiter lucrentur. *l. 2. Comm. div.*

Magicis vero artibus, & ut Leo Imp. lo- 47
quitur, sceleratis puniendisque sacrificiis quæsitus, & a Sortiariis speculo, cribro, characteribus, scypho conceptis verbis, & simili superstitionis genere exploratus Thesaurus, tantum abest, ut inventori fiat, ut potius totus Fisco mancipetur. *l. un. C. de Thesaur. l. 5. C. de Malefic. & Mathemat.* Carpz. *Pract. Rer. Crim. P. 1. qu. 49. n. 3. & quæst. 50. n. 37.* Et hoc in pœnam ita sancitum, si quis in loco suo incantamentis ejusmodi thesaurum sit venatus; si vero in alieno privato thesaurum quis vetitis artibus rimatus fuerit, non Fisco, sed Domino fundi eundem cedere debere, ex eo probari posse videtur, quod Dominus fundi non deliquerit, atque adeo hic ob alterius delictum puniri non potest, cum ibi debeat esse pœna, ubi est noxa. *l. 22. C. de pœnis. l. 155. ff. de R. J.* Brunnem. *Exercit. Justin. 6. §. 39.* vid. Carpz. *ad citat. Constit. Def. 7.*

Cum & multi ad investigandos thesau- 48
ros aliaque metalla Virgulam adhibeant Mercurialem seu Divinatricem, paucis de hac agendum erit. Hanc virgulam instrumentum licitum esse contendit Melzerus *in Disp. de Hermandur. Metallurg. Argent. Part. Spec. C 1. §. 24.* ubi plures suæ sententiæ Patronos allegat, ut: Bodin. *in Dæmon. ff. 45.* Dn. a Seckendorff *f. 400.* Camerar. *Hor. subc. c. 73.* & de cætero hujus instrumenti naturalem effectum demonstrare anxie satagit. Sed an satis prægnantes sint ejus rationes, paulo post videbimus. Est autem hæc virgula bifurcata ex variis arboribus pro explorandorum metallorum conditione effecta. Putant vero plerique superstitiosiores hujusmodi effectum eam consequi non posse, nisi die Dom. Paschatos aut die Solstitii fuerit excisa, aut supra venam excreverit, neque negotium ullum successum habiturum, si explorator die DOMINICA non fuerit natus. In ejus vero tractatione sic procedunt: Utraque virgulæ cornua manibus prehendentes pugnos faciunt, necesse autem est, ut digiti compressi ad cœlum spectent, utque virgula erigatur ea parte, qua cornua coëunt. Tum huc & illuc passim per locos montosos vagantur: Itaque dicunt, simul atque supra venam pedem posuerint, statim virgulam versari & volvi, sibique prodere venam:

Ubi pedem retulerint & ab ea discesserint, rursum virgulam immobilem manere. Huic opinioni multi tam fortiter adhæserunt, ut inter alios prædictum effectum tanquam infallibilem Matthes. *in Sarepta Homil. 3. f. 34.* & Suchland *in der Allegorischen und Historischen Beschreibung des gantzen Bergwercks Concion. 2. pag. 241.* pro concione deprædicare, ac prior quidem quodam loco pro singulari DEI dono virgulam agnoscere non erubuerint.

49 Verum (ut accuratissimis Kircheri verbis utar,) uti natura rerum hisce superstitiosis circumstantiis ad agendum non indiget; Ita quoque suapte sponte ostendunt, hujus artis Magistrum alium non fuisse, nisi Satanam, qui homines auro divitiisque plus æquo avidos in sua retia trahere cum ultima animarum ruina satagat. Unde passim a peritis & timoratis ceu magicæ illusiones ex quocunque tandem pacto introducta vanitas respuitur; neque enim ulla ratio dari potest, cur virga bifurcata utroque cornu firmiter apprehensa, etiam omni magico pacto excluso, tantam tamen violentiam a vaporibus metallicis sustineant, ut eam deorsum trahant. Certo ego sæpius hujus rei supra metallica corpora auri & argenti experimentum sumens, semper spe mea frustratus sum, atque luculenter adverti, manifestam esse non Dæmonis, sed virgam tractantis illusionem, dum imaginationis vi deceptus, putat virgam ad metallum suapte sponte vergere, cum ipse eam inadvertenter detorqueat. Siquidem fieri non posse puto, ut virgæ non æquilibratæ, sed violenter tortæ latentia metalla tantam & tam subitaneam vim imprimant, ut illa ultro se ad terram usque inclinare cogatur. Hactenus laudatus Kircherus. Et licet tandem omnes incantationes a Virgula Divinatoria abesse concesserim, ex nulla alia tamen ratione naturali & solida illius effectus mihi videtur probatus. Nam quæ alios vi ad se attrahendi prædita sunt, ea omnia in orbem non torquent res, sed eas ad se alliciunt: v. g. Magnes ferrum non volvit, sed id ad se trahit; & Succinum attritu concalefactum non vertit paleas, sed simpliciter eas ad se allicit: Similiter vis venarum, si eandem cum magnete aut succino naturam haberet, virgulam toties non versaret, sed semel tantummodo ad spatium semicirculi versatam recta ad se traheret, & nisi compressio hominis, qui virgulam teneret in manibus, ipsi venarum vi resisteret & repugnaret, virgulam ferret ad terram: quod cum non fiat, necessario sequitur, tractationem esse causam motionis virgulæ. Id vero hinc etiam perspicuum est, quod callidi isti Tractatores rectam virgulam non capiunt, sed furcatam, atque eam colurnam, aut aliquam aliam ita flexibilem, ut, si sic tenetur in manibus, ut eam tenere solent, omni homini, quocunque in loco steterit, in orbem vertatur: Nec mirum, si virgula non versatur, cum inertes eam tenent; Etenim cornua ejus acriter comprimunt aut leniter stringunt. Hoc autem ipsum vulgo Metallicorum fidem facit, Virgula venas inveniri, quod ea utentes casu aliquas inveniunt, sed iidem multo sæpius perdunt operam, & ut venas invenire possint, nihilominus in fossis agendis defatigantur, quam adversæ partis Metallici. Fateor quidem, multos gravissimos Viros eo fuisse perductos, ut vel virgulæ hujus illusoriæ effectum tandem crediderint, inter quos ipse Nobilissimus a Löhneyss *in Tract. von Bergwerck. P. I. p. m. 14.* partim indifferenter de ea senserint. Sed quicquid alii dicant, tantum tamen abest, ut eorum opinioni me subscribam, ut potius Virgulæ Mercuriali vim & effectum omnem denegaverim. Idque (1) propter suspectam originem: Nam ex incantatorum Ægyptiorum impuris fontibus in Metalla defluxisse videtur Virgula divina, Teste Agricola. (2) Quia ejus Tractatores adhuc hodie utplurimum Carminum incantamentis *(des Segen-sprechens)* utuntur, aut saltem in ea excidenda certam diem Dominicam, scil. Paschatos, aut diem Solstitii, eligunt, ejus quoque Tractator die Dominica natus esse debet, quod apertam superstitionem sapit. (3) Quod, licet venæ interdum ope hujus Virgulæ fuerint detectæ, casu tamen potius & forte fortuna hoc accidere crediderim: præsertim cum multo sæpius operam perdant Metallici, & ut venas invenire possint, nihilo secius in fossis agendis defatigantur & spe exuuntur. (4) Propter innumeras defraudationes, quæ contingunt Virgula hac bifurcata. Metallicus igitur, quia eum Virum bonum & gravem esse decet, Virgula incantata non utitur, quia rerum naturæ peritum & prudentem, furcatam intelligit sibi usui non esse. Sed, ut supra ostensum,

habet naturalia venarum Signa, quæ observat. Itaque ea si natura vel casus aliquo in loco ad fodiendum apto patefecit, ibi Metallicus agit fossas, si non ostendit, crebris fossionibus usque eò scrutatur locum, quoad venam reperit. Et tantum de Virgula Divinatoria. vid. Dn. Cahleis. *de Defraudat. Metallic. Tract. gener. c. 2.*

CAPUT XXVI.

DE VECTIGALIBUS.

SUMMARIA.

1. *Jus exigendi Vectigal ad Regalia spectat.*
2. *Tamen passim prædio privatorum adquisitum videmus.*
3. *Quod per concessionem, infeudationem vel præscriptionem fit.*
4. *Vectigalis nomen generale.*
5. *Vectigalium genera varia.*
6. *Cajus Caligula edulis, litibus, it. meretricibus Vectigal imposuit.*
7. *Vespasianus urinæ.*
8. *Licita Vectigalia apud Romanos percipiebantur ex Salinis, Metallis, Piscinis, &c.*
9. *Vectigalia tantum, quæ præstantur ex his rebus, quæ invehuntur aut evehuntur, nostrum sunt propositum.*
10. *Vectigal & Pedagium quomodo differant?*
11. *Vectigal quomodo aliis nominibus dicatur?*
12. *Vectigal quomodo definiatur?*
13. *Vectigal solus Princeps potest imponere.*
14. *Quid hac de re cautum sit in Capit. Cæsar.*
15. *Nemo potestatem circa Vectigalia habet, nisi eam acquisiverit Privilegio, vel præscriptione, vel contractu.*
16. *Privilegium tale quomodo sit impetrandum?*
17. *Exemplum novi impetrati telonii a Comite Oldenburgico.*
18. *Quomodo Jus Vectigal imponendi per præscriptionem acquiratur?*
19. *Jus Vectigalium a subditis adquisitum non amplius est regale.*
20. *Subditus abutens Vectigalium Jure, eo a Principe privari potest.*
21. *Emolumenta Regalium quomodo ab ipsis Regalibus separari possint?*
22. *Constitutum Vectigal, non constituendum, præscribi potest.*
23. *Variæ species Vectigalium tempore Dagoberti.*
24. *Vectigalia sunt vel terrestria, vel fluviatica, vel maritima.*
25. *Justitia maritimorum Vectigalium.*
26. *Item fluviaticorum.*
27. *Ut & terrestrium.*
28. *Pedagia num juste exigantur.*
29. *Qui merces vehit, tenetur eas profiteri.*
30. *Si nullus adsit portitor, quot horas expectari debeat Publicanus.*
31. *A quibus & pro quibus mercibus Vectigalia possint exigi.*
32. *Immunes a Vectigalibus sunt Clerici.*
33. *Item Equites Ordinum Teutonici & Johannitici.*
34. *Item ipsæ Ecclesiæ, & qui in Nosocomiis & Orphanotrophiis degunt.*
35. *Idem dicendum de rebus prædictarum Personarum.*
36. *Quod tamen non procedit, si mercaturam exerceant.*
37. *Nec per alios licitum Clericis mercaturam exercere.*
38. *An post ternam admonitionem demum Clericus mercator Vectigal debeat.*
39. *An Clerico super causa Vectigali convento, competat privilegium fori.*
40. *An emtores fructuum, it. Coloni Ecclesiæ a Vectigalibus sint liberi.*
41. *Immunitate a Vectigalibus gaudent Electores, Principes, aliique Illustres in Imperio.*
42. *Item Præsides Provinciarum.*
43. *Ut & Palatini & Milites.*
44. *Item Nobiles Imperii immediati.*
45. *Quod & ad alios Nobiles extenditur.*
46. *Indignos se reddunt hac immunitate, si mercaturam exerceant.*
47. *Liberi a Vectigalibus sunt & Præsides, Consiliarii, Secretarii &c.*
48. *Quod tamen ad eorum filios non extenditur.*
49. *Immunes porro sunt Doctores, Studiosi, ut & Practici.*
50. *Nisi studia deserant & animum ad alia applicent.*

51. *Liberi sunt etiam a Vectigalibus Navicularii.*
52. *Dominus Vectigalis si alicui Vectigal locavit, an liber sit a Gabellis?*
53. *Item an is, qui alicui Vectigal in feudum concessit.*
54. *Qui Gabellas exigendi jus habet, potest hanc præstationem cuilibet remittere.*
55. *Num Imperator, qui alicui jus Vectigal exigendi in feudum dedit, nihilominus postea alicui immunitatem extra ordinem concedere possit.*
56. *Publicani Gabellas cuivis remittere possunt.*
57. *An privilegium transeundi sine onere, ad reditum quoque sit extendendum.*
58. *Immunitas hæc, quæ personæ competit, producitur etiam ad familiam.*
59. *Non tamen extenditur a Venditore ad Emtorem.*
60. *Immunis a solutione Vectigalis non est immunis a solutione pontivegii.*
61. *A solutione Vectigalis liberæ sunt merces ad publicum Civitatis usum comparatæ.*
62. *Illi tamen, qui ejusmodi merces advehit, & in illis mercaturam exercet, similis immunitas non competit.*
63. *Non solvitur Vectigal pro fructibus ex propriis rebus adquisitis.*
64. *Neque earum rerum, quæ ad usum proprium inferuntur.*
65. *An libri Studiosorum victus nomine contineantur.*
66. *Exercendi ruris gratia quod vehitur, Vectigalis onere exemtum est.*
67. *Consuetudo tamen regionis in his maxime spectanda.*
68. *Rebus non promercalibus & obscœnis Vectigal imponere bonis moribus adversum est.*
69. *An pro transferendo mortuo juste Vectigal exigatur.*
70. *Vectigal an in pecunia numerata, an ex mercibus sit solvendum.*
71. *Qui vinum transvehunt an dolia aperire, & partem Vini loco Vectigalis præstare cogi possint.*
72. *Quantum Vectigalium nomine solvi oporteat.*
73. *Quo loco Vectigal solvi debeat.*
74. *An Princeps Telonium ex uno loco in alium transferre possit.*
75. *An propter lutosas vias locum semel electum mutare & telonii perceptionem in alium transferre liceat.*
76. *Loco, ex quo Vectigal imperatur, destructo, ut transiri nequeat, Vectigal amplius non debetur.*
77. *Existente ponte eundo per vadum evitari pontenagium poterit.*
78. *Nisi consuetudine aliter servetur.*
79. *Vel præter pontenagium etiam Vectigal solvatur.*
80. *Ex parte ejus, qui merces vehit, necessaria est earum professio.*
81. *Nisi res sint notorie immunes.*
82. *Officium Portitoris est, ut recipiat Vectigal, nec exigat quid ultra id, quam lege constitutum est.*
83. *Publicanorum iniquitas.*
84. *Actiones contra Publicanos competentes.*
85. *Interest Reipublicæ fraudibus eorum occurrere.*
86. *Pœna illorum, qui fraudandi Vectigalis gratia merces non profitentur.*
87. *Pœna commissi unde dicatur.*
88. *Cessat commissum, si professio facta fuerit.*
89. *Merces omnes indicandæ sunt.*
90. *Munes & immunes res an omnes in commissum cadant, si professio facta non fuerit?*
91. *Curru in commissum cadente an idem sentiendum de Equis?*
92. *Soluto Vectigali pro parte mercium, reliquæ totæ non cadunt in commissum.*
93. 94. *Error & ignorantia an in tali casu excuset?*
95. *Pœna commissi quando remittatur?*
96. 97. *Quando pœna commissi plane locum non habeat?*
98. *Res, quæ in commissum cadit, desinit esse ejus, qui Vectigal fraudavit.*
99. *Pœna fraudantium Vectigal de Jure Saxonico.*
100. *Princeps & conservare debet vias publicas, & securas præstare.*
101. *In quam rem Vectigalia solvuntur.*
102. *Hinc indemnes præstare debet Princeps Viatores.*
103. *Princeps in conscientia obligatus ad damnum Viatoribus resarciendum.*
104. *Vis major & fortuiti casus non præstari debent a Principe.*

1 CUm jus exigendi Vectigal absque
dubio ad supremam spectet Pote-
2 statem; tamen hodie passim Prædiis
3 privatorum, sive id per concessionem, vel
infeudationem, sive per præscriptionem
immemorialem factum sit, illud acquisi-
tum videmus, ideoque merito inter per-
tinentias Prædiorum recensendum erit.
4 Vectigalis autem nomen generale est, &
significat, quicquid emolumenti & com-
pendii ex quacunque re ad publicum
usum capitur & exigitur, *arg. l. 17. de V. S.*
hinc Canon Emphytevticus dicitur Ve-
ctigal, & ager Vectigalis idem est, quod
ager Emphytevticarius. *Rubr. d. t. ff. si*
5 *ager Vectig.* Et si antiqua Historiarum
rimamur monumenta, variæ Vectigalium,
eorumque ridiculorum pariter & turpium
6 apparent species. Sic Cajus Caligula, re-
ferente Suetonio, nova & inaudita insti-
tuit Vectigalia, nullo rerum aut hominum
genere omisso, cui non tributi aliquid im-
poneret. Pro eduliis certum statumque
exigebatur; pro litibus atque judiciis ubi-
cunque conceptis quadragesima summæ,
de qua litigaretur; ex gerulorum diurnis
quæstibus pars octava; ex capturis prosti-
tutarum quantum quæque uno concubitu
mereret. Additumque ad caput Legis,
ut tenerentur publico & quæ meretricium
& qui lenocinium fecissent, nec non &
7 matrimonia obnoxia essent. Vespasianus
urinæ Vectigal commentatus est, & notus
est, cum filio pecuniam ad nares admovis-
set, in ea re ejus jocus. Filio enim Tito
id reprehendenti, pecuniam ex prima pen-
sione admovebat ad nares, sciscitans, num
odore offenderetur? Et illo negante, at-
qui inquit e lotio est. De Vectigali um-
8 bræ ex arboribus vid. Plin. *L. 12.* Licito-
rum autem Vectigalium modi præcipui
erant, quibus percipiebatur aliquid a Ro-
manis ex Salinis, Metallis, Piscinarum redi-
9 tibus, &c. Sed quia de his alibi a nobis
actum, hoc loco potissimum propositum
est, tractare de illis Vectigalibus, quæ præ-
stantur ex his rebus, quæ invehuntur aut
evehuntur propter usum viæ publicæ, un-
de etiam dicta sunt a Vectura, quasi ve-
hendi vel transferendi causa datum. Regn.
10 Sixtin. *de Regal. L. 2. C. 6. n. 1.* Unde
etiam apparet differentia inter Vectigal in
specie dictum, & Pedagium; nam hoc ab
ipsis transeuntibus exigitur, Besold. *in The-*
11 *saur.* voc. *Zoll.* Italis Pedaggiò dicitur
Vectigal, & aliis nominibus Gabella, Da-
cia, Talia, Licentia, Passagium, Pontive-
gium, Guidagium a Gallico Guider, i. e.
ducere, portorium, item Assasia a Gallico
Assises, quod significat consessum, quia
Telonarii in suis teloniis plerumque se-
dent, indeque apud Germanos valde usi-
tatum *Zise, Accise,* quanquam communiter
hujus vocabuli alia sit significatio, Germa-
nis Vectigal dicitur *Mauth, Zoll.*

Potest vero Vectigal ita describi, quod 12
sit onus reale pro mercium vectura aut
transitu Principi in auctoramentum præ-
stitæ securitatis & refectionis viarum pu-
blicarum debitum. Regulariter igitur
soli Principi competit: Vectigalia enim 13
sine Imperatoris præcepto neque Præsidi,
neque Curatori, neque Curiæ constituere,
nec præcedentia reformare, & his vel ad-
dere vel diminuere licet, *l. 10. ff. de Publ.*
& Vectigal. atque hinc optimo jure inter
Regalia refertur. *II. Feud. 56.* Nec olim
tantum Vectigalia ad supremam spectabant
potestatem, sed & hodie ad ea consti-
tuenda Imperatoris & Ordinum consensu
opus est. In Comitiis enim Anno 1576.
Ratisbonæ cautum est Constitutione Im-
perii §. *Weiter sind.* §. *dardurch den.* & §.
derhalben damit, ubi & diserte Vectigalia
referuntur ad Superioritatem, & simul ve-
tatur, ne privata autoritate alicujus ex Or-
dinibus Imperii aliorumque hominum
nova Vectigalia instituantur, vel etiam ve-
tera augeantur, & ut hac in parte abusui
eo magis occurratur, *in dicto* §. *Derohalben*
damit, expresse omnibus Ordinibus Impe-
rii in singulis circulis, & nominatim etiam
circulorum Ducibus & eorum Adjunctis
mandatur, ut sedulo inquirant, an, ubi
& qua ratione nova Vectigalia instituan-
tur vel vetera augeantur, quocunque tan-
dem prætextu hoc fiat, additurque ibi-
dem, debere in inquisitione illa comperta
in deputatorum Ordinum Conventu ad
Cæsarem, Commissarios ac Electorum
Consiliarios deferri, & ab his re prius de-
liberata Cæsari relationem fieri. Cum & 14
in Capitulatione Moderni Gloriosissimi
Imperatoris multa contineantur singularia
de Vectigalibus, operæ pretium erit, ea
huc transscribere. *Art. 21. Wir sollen und*
wollen auch insonderheit, dieweil die Teutsche
Nation und das H. Röm. Reich zu Wasser
und Lande zum höchsten darmit beschweret,
nun hinfüro (iedoch unbeschädiget deren
vor diesem von dem mehrern Theil des Chur-
fürstlichen Collegii bewilligter Zoll-Con-
cessionen, Prorogationen und Perpetuatio-
nen, samt deroselben aus der Kayserlichen
Cantze-

Cantzeley oder auch von dem Churfürstl. Collegio zwar also geschlossener, aber daselbsten, wegen entzwischen kommenen Kayserl. Todes-Fall, oder anderer Verhindernissen, noch nicht ausgefertigter respective Gutachten Consens-Brief und Diplomaten,) keinen Zoll von neuen geben, noch einige alte erhöhen oder prorogiren lassen, auch vor uns selbsten keinen aufrichten, erhöhen oder prorogiren, es seyn denn die benachbarte und interessirte Stände, und dero erfordertes, auch in gebührende Consideration ziehendes Gutachten vorhero darüber vernommen, und hernacher aller und ieder sieben Churfürsten Wissen und Willen, Zulassen und Collegial-Rath mit einhelligem Schluß also und dergestalt in diesem Stück vorgangen, daß keines Churfürsten Wider-Red oder Dissens dargegen, sondern alle und iede dero Collegial-Stimmen einmüthig seyn, massen Wir disfalls die Majora nicht attendiren, auch ohne vorgehende Unanimia zu keinem Stand bringen, und den Supplicirenden mit seinem Begehren gäntzlich hinweg und abweisen, wie auch alle diejenigen, so um neue Zölle, es sey gleich zu Wasser oder Land, oder der alten Erhöhung, oder auch solcher Erhöhung Prorogation anhalten werden, einer Collegial-Versammlung zu erwarten erinnern, und neben dem Churfürstl. Collegio iedesmal dahin sehen sollen und wollen, damit durch die ertheilende neue Zölle und Concessiones andere Churfürsten, Fürsten und Stände in ihren vorhin habenden Zoll-Einkünfften keine Verringerung, Nachtheil oder Schaden zu leiden haben. It. eod Art. *So sollen alle und iede dergleichen, sowol unter währenden Krieg, als vor demselben, auf allen Strömen und Schiffbaren Wassern des Reichs, ohne Unterschied neuerlich anmassende Vornehmen, und ohne ordentliche Verwilligung des Churfürstl. Collegii also ausgebrachte Concessiones, oder sonsten ein und andern Orts, vor sich unternehmende Usurpationes, unter was Schein und Namen auch dieselbe erhalten worden, oder einiges Gewalts und Willens, durchzuführen gesucht werden möchten, null und nichtig seyn, dergleichen auch von Uns niemanden, von was Würden oder Stand auch derselbe oder dieselben seyen, ohne ob lauts des Churfürstlichen Collegii Consens und Einwilligung ertheilt werden, auch einem iedweden des H. R. Reichs Churfürsten, welcher sich damit beschwert befindet, frey und bevorstehen, sich solcher Beschwerung, so gut er kan, selbsten zu entheben.* It. *Auf den Fall auch einer oder mehr, wes Standes oder Wesens der oder die wären, einigen alten Zoll, oder eines alten Ersteigerung oder Prorogation in ihrem Chur- und Fürstenthum, Graf- und Herrschafften und Gebiethen, zu Wasser und Land, im Auf- und Abfahren für sich selbst, ausserhalb unserer Vorfahren am Römischen Reich und des Churfürstlichen Collegii Bewilligung, angestellt und aufgesetzt hätte, oder künfftiglich ohne unsere mit obgedachtem einmüthigen aller und ieder sieben Churfürsten Collegial-Consens ertheilte Begnädigung also anstellen, oder aussetzen würden, den oder dieselben, sobald Wir dessen von Uns selbsten in Erfahrung kommen, oder andern Anzeig darvon empfangen, sollen und wollen Wir durch* Mandata sine clausula, *und andere behörige nothdürfftige Rechts-Mittel, auch sonsten in alle andere mögliche Wege davon abhalten, und was also vorgenommen worden, gäntzlich abthun und cassiren, auch nicht gestatten, daß hinführo iemand* de facto, *und eigenes Vornehmens neue Zölle anstellen, für sich dieselbe erhöhen, oder sich deren gebrauchen und annehmen möge.* Art. 23. *Desgleichen wollen Wir auch diejenigen Stände, denen von unseren Vorfahren, den Römischen Kaysern mit Verwilligung des Reichs Churfürsten, mit dieser Maaß und Vorbehaltung, entweder neue Zölle gegeben, oder die alten erhöhet oder prorogirt worden.* Art. 24. *Demnach denn solche Zoll-Regal und Privilegia allein von Römischen Kaysern und Königen, mit Bewilligung der sieben Churfürsten, nach Anweisung des* 21. Art. *im Reich ertheilt und gegeben werden.* Conveniunt hæc cum iis, quæ habentur in Instrumenti Pacis Germanico-Gallici *Art. 9. §. 1.* ibi: Tollantur vectigalia & telonia penitus, quæ sine consensu Imperatoris atque PP. Electorum Imperii invecta sunt. Præterea in Capitulatione sese adstrinxisse Imperatorem, quod ne quidem literas promotoriales ad PP. Electores pro impetrandis vectigalibus velit alicui concedere, ostendunt pacta a Rudolpho II. cum Electoribus inita, relata a Paurmeistero *de Jurisd. lib. 1. C. 4. verb.* Si quis vel novorum instituendorum vel augendorum teloniorum jus a Nobis petierit, nemini spem ullam eorum obtinendorum faciemus, nec literas commendatitias ad dictos Electores dabimus.

Apparet inde, neminem potestatem 15
circa telonia habere, nisi eam acquisiverit vel Privilegio, vel Præscriptione, vel Contra-

16 Contractu. Privilegium autem ut tale impetretur, adeundus est Imperator, oblato libello supplici, cui omnes petiti circumstantiæ pro & contra sunt inferendæ, reticeri enim hic non debent, quæ in contrarium possunt facere, ne postea vectigal per sub- & obreptionem impetratum esse clament illi, in quorum præjudicium id forte vergit, privilegiumque ita vim suam amittat. Omne igitur vicinorum interesse exprimatur, quorum etiam Consensus si impetrari, aut voluntas conciliari poterit, maxime illud supplicanti erit proficuum. Rosenthal. *de Feud. C. 5. Concl. 43. n. 7.* Præcipua autem & maxime communis, quæ ad obtinendum allegari solet, causa est magnitudo sumtuum in muniendis viis & reficiendis pontibus, quodque aliter nec securitas a Latronibus & Piratis præstari possit. Caussa autem per Commissarios cognita vel Decretum negatorium sequi solet, vel Consensus & Investitura, quæ vel sub generali aliqua super Territorio facta comprehenditur, vel per se subsistit & solide Vectigalis exactione est concepta; Ex cujus quidem tenore potissimum dijudicanda est ipsa vectigalis forma, consistens in modis, qui vel ratione quantitatis, vel loci, vel ipsius exactionis observandi præscribuntur, Werner. *de Regal. Vectigal. Jur. th. 11. seqq.*

17 Observata sunt pleraque hæc a Dn. Comite Oldenburgensi in supplicatione, junctaque deductione pro impetrando novo Vectigali in Visurgi, *Anno 1612. Mense Jun.* Imperatori oblata, in qua locum, ubi erigi illud volebat, designat his verbis: *Auf meinem durch meine Landschafft herfliessenden Wasser-Strom der Weser, nemlich zu Blexen, oder zu Quellgürne, da die Weser meine Herrschafft beyderseits rühret, &c.* caussasque plus sedecim pro petito militantes in deductione exponit, & quæ contra se facere videbantur, simul prompta responsione diluit. Juvat ex eadem paucas hic referre: *§. 2. Wird der neue Zoll auf gedachtem Strom also gering gebeten, daß daraus Ersteigerung der Waar, oder grosse Theurung nicht zu besorgen, sondern vielmehr zu vermuthen, weil die Handthierende mehr Beförderung und Sicherung dadurch gewinnen, es würde sich die Zufuhr und Kauffmannschafft erweitern, zu bessern Kauff Ursach geben, und also der gemeine Nutz keinesweges gehindert, sondern vielmehr befördert werden.* It. *§. 11. So bin ich auch von vielen vornehmen Kauff-Leuten ersuchet worden,* in ostio maris, *und sonderlich an den Oertern, da die Weser in die offenbare See laufft, Backen, Tonnen und andere* Vestigia *zu setzen, wie gleichfalls auf dem Thurn zu Wangeroda eine immerwährende Leuchte zu halten, darnach man sich in der* Navigation *zu richten, welches alles auch der Thurn und dessen Gebäu an sich selbst, mit grossen Unkosten verordnet und unterhalten werden muß:* It. *§. 14. Weiters bezeuget es der Augenschein, daß der Weser-Strom um den Ort, da man den Zoll begehret, unterschiedliche Sand-Berge aufwirfft, welche ie länger ie mehr mit Backen und Tonnen, als See-Zeichen, gemercket und angezeiget werden müssen, und wenn das verbliebe, könnte sich leichtlich begeben, daß wol auf einmal in einem Schiffe dem gemeinen und Privat-Nutzen so viel Schade geschehe, als in funffzig Jahren der Zoll eintragen möchte.* Si post causæ cognitionem Electorum consensus sequatur, is sequentibus formalibus fieri solet, prout exemplum suppeditat supra allegata causa Oldenburgica; *Was bey den Hochwürdigsten, Durchlauchtigsten, auch Wohlgebohrnen, des Römischen Reichs Churfürsten &c. wann sie denn aus Ersehung ietz berührter* Commissions-Relation *so viel vernommen, daß zuvor wohl gedachter Graf von Oldenburg, mit vielen schweren kostbaren Wasser-Gebäuen und andern schweren Auslagen, zu Erhaltung des Reichs Gräntzen und Beförderung der Schiffahrten und Commercien, beladen, benebenst auch sich erbothen, den auf dero Insul Wangeroda derwegen erbaueten Thurn nicht allein, sondern auch benebenst der Versicherung der See-Fahrten, und Verhütung vieler besorglichen Schiff-Brüche, eine immerbrennende Laterne darauf zu halten, als ist derentwegen im gehaltenen Churfürstlichen Collegial-Rath beschlossen worden, daß, um dieser und anderer mehr angezogenen Ursachen willen, mehr gedachtem Grafen N. N. in seinem Suchen, des gebetenen Churfürstlichen Consens halber, zu willfahren, und zu willigen sey, den begehrten andern Zoll auf dem Weser-Strom, auf ihrer Ober- und Herrligkeiten, der obbenannten beyden Orten einen anzustellen und aufzurichten &c.* Diplomatis Cæsarei eidem Comiti olim dati hic est tenor: *Daß die Kayserliche Majestät solchs*

solchs Gesuchs Ursachen und erwehnte Beschaffenheiten, auch andere mehr, insonderheit bene merita, præstanda servitia, *gnädiglich angesehen, drum wohlbedächtlich*, ex certa scientia, *auch in Erwägung ermeldten der Churfürsten Bedencken folgender Maaß und Form ihren Kayserlichen Consens und Verwilligung geben thäten, daß auch noch von Römisch Kayserlichen Majestät Macht Vollkommenheit, wissentlich Krafft dieses Briefes, meynten und setzten, und wolten, daß mehr gedachter Graf N. N. zu Oldenburg &c. seine Leibes-Erben, und Erbens-Erben, oder regierende Grafen zu Oldenburg und Herren zu Jehver, solch gebetenen und verwilligten Zoll, in ihrem* Territorio *und* Jurisdiction, *an welchem Ort es demselben gefällig und bequem seyn möchte, aufrichten und anstellen, und denselben* a Cæsare & Imperio *Erb-Lehnsweise inhaben, nutzen und niessen, &c. Damit nun solcher Zoll desto eher und leichter zu würcklicher Anstellung bracht werde, geben und verleihen Jhro Kayserliche Majestät Jhme und seinen ehelichen Leibes-Erben und Nachkommen aus Römisch Kayserlicher Majestät Macht und Gewalt, die berührte Zolls-Gerechtigkeit, und befehlen darauf Hohen und Niedrigen, daß iederman, er sey in- oder ausländisch, der sich des Weser-Stroms, auf- oder abwerts an dem Oldenburgischen, Delmenhorstischen und Jehverischen* Territorio, *durch Schiffahrt gebraucht, seine Waare treulich beym Zoll-Hause anmelden, sich der Tax gemäß halten, dawider auch nichts thun, noch vornehmen, unter keinem* Prætext, sub pœnis &c. Decretum negatorium Cæsaris & Electorum Comes Oldenburgensis *Anno 1632. Mens. Novembr.* accepit tale: *Die Römisch Kayserliche Majestät auch die anwesende Churfürsten &c. haben der &c. der Kayserlichen Majestät auch ihren Churfürstlichen G. G. um Zoll-Begnadigung vorgebrachte Supplication und Anlangen, und was dabeneben solchen gebetenen Zollen zu entgegen, durch etzliche Fürsten und Landschafften, Städte und Communen vorgewandt, sich der Zollen zum Theil zum höchsten beschweren, mit Erwägung, daß dadurch alle Waaren und Güther, klein und groß, so ohne das hoch bestiegen, nochmehr ersteigert würden, welches endlich zu überschwenglicher und unleidlicher Theurung gelangen thäte, und ingemein der Kauff-Handthier- und Bauers-Mann, ein ieder seiner Gelegenheit nach, aufs höheste erdrücket und ersteigert würden, zu der Churfürsten, Fürsten und anderer Stände Unterthanen, und gantzer Policey endlichen Verderben und Untergang, zu dem sie zum Theil, mit unterschiedlichen sonderbahrlichen Privilegien und Freyheiten, von Alters hero der Zoll halber befreyet, und darauf zum unterthänigsten und hochfleißigsten gebeten, daß solche Zoll nicht solten gegeben werden. Wiewol nun &c. Dieweil aber mit solcher Zolls-Begnadigung fast alles, was zu menschlicher Unterhaltung die Nothdurfft erfordert, so ohne das in einem hohen Werth aufgewachsen, weiter ohne Zweifel ersteigert werden möchte, dadurch die Unterthanen und Einwohner Teutscher Nation zum höchsten beläftiget und ausgeschöpfft, und nicht allein sie, sondern auch die Stände gemeiniglich hiermit in mercklichen Schaden gebracht, und sich dessen höchlich zu beschweren. Aus welchen denn der Römisch Kayserlichen Majestät, auch den Churfürsten allerhand Nachreden entstehen möchten, und den andern Ständen, Communen und Städten im Reich, durch diese Begnadigung und Bewilligung, Ursach geben wird, wie allbereit etzliche zuvor seyn sollen, um dergleichen auch anzusuchen und zu bitten und zu begehren, denen ihr Anlangen in ebenmäßigem Vornehmen, in Betrachtung es diesen Ansuchenden zugelassen, nicht wohl abgeschlagen werden möchte, damit aber die Teutsche Nation in überlästige, unerträgliche, immerwährende Theurung gestellet, und der Untergang des gemeinen Nutzens, und den Einwohnern zu unerträglichen und nachtheiligen Nachtheil, dadurch auch der gemeine Mann letzlich zu fernerm Nachdencken und Ungedult bewegt werden möchte: Zudeme die benachbarte anrührende Könige, Fürsten und Landschafften, Städte und Communen, welche diese beschweren, mit berühren, gleichfalls Zoll und andere Auflagen in ihren Landen und Gebieten gegen die Teutsche Nation anzustellen, und vorzunehmen Gelegenheit schöpffen würden, so können und mögen die Kayserl. Majestät, auch die Churfürsten, dieser Supplicanten Anlangen, Bitten und Begehren, ob sie denen gleich sonsten mit Freundschafft und Genaden wohlgewogen, nicht statt geben, oder sich willfähriger erzeigen, sondern müssens also, aus oberzehlten und andern mehr erheblichen Ursachen, bey diesen bewenden lassen &c.*

Caveat igitur Princeps, ne, dum novum instituit telonium, alterius jura violet, suæque potestatis fimbrias latius extendat. Sic enim hodie usu venit in Imperio Romano, ut intra territorium Principis portio aliqua sæpiuscule cum istiusmodi variis regalibus ad tertium aliquem, eumque talem, cujus haud paulo minor cæteroquin est potestas, proprio jure pertineat, cujus proinde terminos & limites si involare velit Princeps, istius territorii ambientis Dominus, non incivile tantum id erit, sed etiam iniquum. Et ut maxime tertius ille vasallagii jure Principi obligatus fuerit, non erit tamen hoc ei vitio vertendum, sicubi Principi, tale quid molienti, contradixerit, suumque jus vindicaverit, maxime si id non a Principe, sed Superiore alio acceperit. Atque in hunc modum responderunt Juris Consulti Wittebergenses, *an Hans Heinrich, Grafens zu N. Amtmann zu Neuburg am Walde, Mens. Februar. 1634. Seynd die Herren Grafen zu N. mit der Graffschafft G. welche vor etliche hundert Jahren vor eine freye-Reichs-Graffschafft erkannt, und dahero von Kayser* Maximiliano *dem Ersten, allerglorwürdigsten Andenckens, zur Reichs-Graffschafft, iedoch dem Churfürstenthum P. seine Lehnschafft der gemeldten Graffschafft G. hierinnen vorbehaltende, und deme unvorgegriffen, erhoben worden, mit allen Herrligkeiten, insonderheit aber den Fähren, Zöllen und Gebäuen auf dem Rhein zu G. beliehen; es hat sich aber vor weniger Zeit begeben, daß Churfürstliche Durchlaucht zu P. in Dero Landen auf etliche Waaren einen neuen Gräntz-Zoll angeordnet, und selbigen in vorgedachter Graffschafft G. Fähren auf dem Rhein zu eröffnen, und zu dessen Behuff absonderliche Zoll-Einnehmer zu bestellen, auch Gräntz-Zolls-Seulen und Tafeln in selbigem* districtu *und Gebiete aufzurichten, gewisse Commissarien abgeschickt. Ob nun wol davorgehalten, und vorgewendet wird, weil mehrermeldte Graffschafft G. an der Gräntze gelegen, daß hierdurch Umfahrt und Durchschleiff solchen neuen Gräntz-Zolls abgewendet werden möge. Dennoch aber, und dieweil wohlgedachte Herren Grafen zu N. mit den Fähren und Zöllen auf dem Rhein, von der Römisch Kayserlichen Majestät* Maximiliano *dem Ersten beliehen, sich auch solcher weit über Rechtsverwährte Zeit unturbiret gebrauchet, und dieselben im Besitz gehabt, und wenn solche nun eröffnet werden solten, nicht allein ihre Bothmäßigkeiten und Herrlichkeiten nicht wenig geschwächet und gehindert, sondern auch Ihrer Gnaden, weil sie auf die zu den Zöllen und Fähren bestellte Leute, wie auch auf Teiche und Dämmen, viel Unkosten aufwenden müssen, grosser Schade zugezogen würde, hierüber auch in den Reichs-Abschieden ausdrücklich verboten, daß kein Stand des Reichs, ohne Kayserlicher Majestät Consens und Einwilligung des Reichs Churfürsten, vor sich selbst mit eigener That zu Wasser und zu Lande neuen Zoll anstellen solle; So sind die Herren Grafen, solches neuen Zolls Anordnung sich mit Recht zu entbrechen, wohl befugt, und wider ihren Willen disfalls etwas einzuräumen unverbunden; V. R. W.*

18 Per immemorialem quoque Præscriptionem jus vectigal percipiendi non minus ac per Privilegium acquiritur, communis enim hic est acquirendi modus omnibus Regalibus, sive majora sint illa, sive minora. *Cap. 26. X. de V. S.* Quamvis enim ibi Consuetudinis tantum fiat mentio, tamen cum in præscriptione eadem sit ratio, tempus sc. immemoriale, quod utrobique spectatur & vim privilegii Imperatorii habet, recte etiam a DD. pro præscriptione allegari solet, quæ sententia communissima est, & in Camera Imperiali usu recepta. Mynf. *Cent. 5. Obs. 29. n. 6.* Recess. Imper. August. §. *Wann auch ein Ausgezogener.* & §. *wo aber innerhalb Menschen-Gedencken.* In quo Jus Saxon. nihil quicquam differt a Jure Communi. Carpzov. *P. 2. C. 3. D. 24.* Ita Scabini Lips. in causa M. L. ab U. *Mens. Jul. 1628.* verb. sent. *Obwol die Zoll-Gerechtigkeit ein sonderbares Regal-Stück ist, und demnach ohne sonderliche Concession durch die gemeine Verjährung der 30. Jahr, Jahr und Tag auch nach Sachsen-Recht nicht erlanget werden mag. Da ihr aber dennoch, wie zu Rechte, darthun und erweisen möchtet, daß ihr und eure Vorfahren über Menschen-Gedencken zu jeder Zeit ohne einiges Menschen Hinderung und Einhalt euch dieser Gerechtigkeit gebrauchet, und von den Durch-Reisenden einen gewissen Zoll gefordert und eingenommen hättet &c. So würdet ihr dabey billig gelassen, und es möchte euch nunmehr solche Gerechtigkeit mit Bestande nicht entzogen werden; V. R. W.* Tantam autem immemoriali præscriptioni tribuunt

vim, ut fortius per eam adquiri quam per ſpecialem Conceſſionem Principis affatim DD. exiſtiment, paſſimque dicatur vetuſtatem vim legis, Privilegii & conſtituti habere, *l. 20. pr. ff. de S. P. U.* Gail. *L. II. Obſ. 20. n. 15.* Deinde communis eſt DD. ſententia, ea, quæ Principi non debentur in ſignum ſupremæ poteſtatis & ſubjectionis recognitionem, ſed ita competunt, ut alius ea præter Principem expedire queat, ab inferiore per præſcriptionem immemorialem acquiri poſſe. Maul. *de Jur. inter Dom. & Subd. Tit. 10. n. 15.* Et ratio hæc eſt, quia poſſunt hæ res communicari a Principe cum ſubditis, tale autem tempus eſt loco conſtituti. Zœſ. *ad Tit. de Uſucap. n. 22.* Nec neceſſe tum eſt vel titulum allegare, quia curſus temporis immemorialis habet vim Privilegii & Conceſſionis Principis, C. Ant. Theſaur. *Quæſt. 8. n. 11.* vel bonam fidem probare, quia iſta præſumitur, vel ſcientiam vel patientiam Principis allegare. Dn.
19 Ziegler. *de Jur. Maj. L. 2. c. 6. n. 4.* Illud vero hic notandum eſt, omne id, quod ex his rebus ſubditis vel conceſſione vel præſcriptione adquiſitum eſt, non habere formam Regalium, neque deinceps ut Regale aliquod conſiderari poſſe. Quamprimum id Majeſtatis deſerit viſcera, non alia ejus eſt conditio, quam aliorum jurium, quæ privatis & ſubditis competere poſſunt, & ſemper excepta intelli-
20 gitur ſuperioritas Principis. Cujus vi etiam proſpicere poteſt Princeps, ut jure ſuo debito modo utatur ſubditus, adeo ut privari tali jure poſſit, ſicubi nimiis abuſibus, violentis exactionibus & exco-
21 riationibus id continuaverit. Poſſe vero ſeparari emolumenta Regalium ab ipſis Regalibus, atque jus aliquod percipiendi illa transferri in ſubditos, ut tamen hæc ſimul non conferantur, exemplo uſusfructus declarari poteſt; differt enim uſusfructus a commoditate uſusfructus. Et hinc cedi non poteſt uſusfructus. *§. 3. Inſt. de Uſufruct.* Commoditas tamen fructuum vendi & locari poteſt, *l. 12. §. 2. l. 38. ff. de Uſufruct.* per ceſſionem enim ipſum jus uſusfructus, per venditionem autem jus tantum percipiendi transfertur. Franzk. *Exerc. 5. Quæſt. 5.* Itaque non valet ceſſio, valet tamen conceſſio. Carpzov. *P. 1. Conſt. 32. Def. 21. & P. 2. C. 25. Def. 16.* Et transfertur tum non perſonale jus uſusfructus, ſed reale, Arn. Vinn. *ad §. 1. Inſt. de Uſ. & Habit.* quod conſiſtit in commoditate fructuum. Conf. Joh. Del Caſtill. *de Uſufruct. C. 69.* Ad eundem modum commoditas & Jus percipiendi emolumenta ex vectigalibus concedi a Principe ſubditis poteſt, ut tamen ipſi non adquirant ſimul Regale, neque per modum Regalis vectigalibus utantur. Dn. Ziegler. *d. l. n. 5.*

De præſcriptione Vectigalis inſuper 22
notandum, eam de conſtituto vectigali accipiendam eſſe, non de conſtituendo, nec adeo jus conſtituendi vectigal, ſed jus exigendi & percipiendi iſtud præſcriptum dici. Tantum enim tempus, quale eſt immemoriale, habet vim conſtituti. *l. 3. §. 4. ff. de Aq. quot. & æſtiv. l. ult. ff. de Aq. pluv. arcend.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Diſp. 18. th. 9. lit. C.* Poſſeſſio ſcilicet eſt cauſa proxima præſcriptionis, *l. 25. ff. de Uſucap.* & ſine ea nec uſucapio, nec præſcriptio procedit. Quod igitur poſſeſſum non eſt, nec præſcriptum intelligitur, quia ex vulgata regula tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum eſt. *C. 18. X. de Præſcript. l. 1. §. 5. ff. de Itin. actuque privat.* Unde ſi quis allegat præſcriptionem ſuper jure colligendi vectigal de rebus prætervectis vel præternavigatis, caſu, quo tale vectigal hactenus de certis tantum rebus perceptum eſt, intelligitur in illis ſolum acquiſitum eſſe jus, de quibus apparet uſus, non autem in cæteris. Matth. Coler. *ad Capit. auditis X. de Præſcr.* Et ſic neque augeri quidem poterit vectigal præſcriptum ultra id, quod hactenus præſtitum eſt, cum & augmenti hujus ratione novum cenſeatur eſſe vectigal. Regner. Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 6. n. 24.* certiſſimo argumento, jus vectigalis, ut eſt regale, non acquiri per præſcriptionem poſſe. Dn. Ziegler. *cit. loc. n. 7.*

Non autem hodie ſaltem, ſed & olim 23
innumeræ Vectigalium fuere ſpecies, quod ex privilegio Dagoberti, quod ſuper mercatu S. Dionyſii promulgavit, perſpicere licet, ubi hæc leguntur verba: Telonios vel navigios, portaticos, pontaticos, rivaticos, rotaticos, vultaticos, themonaticos, coſpitaticos, pulveraticos, foraticos, meſtaticos, laudaticos, ſanmaticos, ſaltuaticos omnes & ex omnibus quicquid ad partem noſtram vel Fiſco publico de ipſo mercato ex ipſa mercimonia exactitari potuerat, &c. Sufficit tamen ſub his 24
tribus generibus omnes Vectigalium ſpecies comprehendere, ſcil. ut vel terreſtria ſint, vel fluviatica, vel maritima.

Juſtitia

25 Juſtitia maritimorum Vectigalium ex eo patet, quod mare & ejus littora hodie absque dubio ſpectent ad Principem. In arbitrio etiam Domini aut Imperantis eſt, utrum concedere velit peregre advenientibus vel appulſum ad littora, vel tranſitum per mare a ſe occupatum; Cur enim non liceret Principi, quod licet cuivis privato, *l. 3. §. 1. ff. de A. R. D. l. 16. ff. de S. R. P.* Quod ſi igitur hoc in ipſius eſt arbitrio, iniquum non erit, ſi a navigantibus pecuniola aliqua exigatur, præſertim cum ſolventibus repromittatur ſecuritas in portibus per territorium, & damni reſtitutio. Præterea tenetur is, qui ſe jactat maris Dominum, portum ſtruere & reficere, ut tutam in eo naves habeant ſtationem, vaſcula eminentia ad alendum ignem nocturnum erigere, ponere ſtipites coronatos, palos introrſum implicatos, item tonnas prægrandibus ſaxis fundo inhærentes & aquæ ſupernatantes, ut earum aſpectu evitari poſſint loca periculoſa, & navigantibus tuta ſint itinera, omne denique id avertere, quod impedimento navigationum eſſe queat. Franc. Stypman. *de Jur. Marit. P. 2. C. 2. n. 246. & P. 5. C. 3. n. 13.* Et ob hoc officium non peti tantum, ſed imperari etiam poſſunt Vectigalia, nec tum liberum eſt advenis & navigantibus, utrum ſolvere ea velint, ſed omnino ſolvere tenentur, quandoquidem in eo loco jam ſunt, qui eſt in dominio Imperantis.

26 Vectigalia autem in fluminibus poſſe inſtitui, minus habet dubium, cum jam olim pro publicis, h. e. talibus, quæ in ditione ac poteſtate populi ſunt, habita fuerint, *§. 2. Inſt. de R. D.* ac proinde uſus fluminis facile circumſcribi a populo potuit. Cumque deinceps quicquid populi erat, in Principem translatum fuerit, cœpit etiam fluminis uſus ex Principis arbitrio dependere, adeo ut a Juſtiniano publicæ res perinde deſcriptæ videantur, atque deſcripta ab eo invenitur Lex *§. 4. Inſt. de J. N. G. & C.* in habitudine ſcilicet & reſpectu iſto, quem in ſtatu populari habuit. Diſerte Fridericus I. flumina inter Regalia retulit, *2. F. 56.* ut ſic uſus fluminis hodie publicus amplius non ſit, nec navigare in eo cuivis ex populo pro lubitu, nec piſcari in eo liceat. Vinn. *ad §. 2. Inſt. de R. D.* Ex quo facile patet, pro uſu exteris conceſſo poſſe eum, qui ſummum tenet imperium, Vectigalia ac tributa imponere. Viciſſim vero tenetur illos modos, qui navigationem impediunt, tollere, flumina retare, i. e. ripam munire & alveum purgare, ſecuritatem præſtare & damna data reſtituere. Dn. Ziegler. *de Jur. Majeſt. L. 2. c. 7. §. 15.* Ubi monet, quod in hiſce vectigalibus exigendis moderata debeant eſſe Principum ſtudia. Inter capitula Caroli Magni *L. 4. n. 31.* legitur: Ubi neceſſe eſt fluvium aliquem per pontem transmeare, vel ubi navis per mediam aquam aut ſubter pontem ierit, & ad ripam non appropinquaverit, neque ibidem aliquid emtum vel venundatum fuerit, ulterius telonium non detur; At hodie diverſum plane obtinet, & cogitur navis ad ripam appellere & vectigalia exſolvere, idque repetendum in uno fluminis ductu innumeris vicibus. Sic enim in Viſurgi intra 27. Milliaria ſupra Bremam 26. diverſa vectigalia numerari ſolent. Et in Albi Magdeburgum inter & Hamburgum novendecim. Ut vere dictum ſit *in der weltlichen Reformation* Sigismundi Imper. *c. 1. Man ſoll auch wiſſen, daß alle Lande gar ſchwerlich überſetzet ſeyn mit Zollen, in ieglicher Stauden iſt ſchier ein Zoll,* apud Goldaſt. *in Conſt. Imper. p. 188.*

Non alia ratio eſt Vectigalium terre- 27
ſtrium, cum & ipſæ viæ publicæ, quibus iter fit, ad Principem ſpectent, *2. Feud. 56.* & ibi Dd. Et quia utilitatis publicæ cauſa receptum eſt, ut transeuntibus & mercibus, quæ vehuntur, ſecuritas præſtetur a territorii cujusque Domino, utque viæ publicæ complanentur & muniantur, iniquum haud erit, ſi ad compenſanda hæc onera vectigal aliquod mercibus imponatur. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. Lib. 2. c. 2. n. 14.* Perez. *ad Tit. Cod. de Vectigal. n. 1.* Atque ideo juſtitia omnium Vectigalium deducitur ex impenſis, quas in viarum & pontium, ut & riparum & portuum refectiones & exſtructiones, tum & ſecuritatem viatoribus & mercibus præſtandam inſumere oportet, atque ſic iniquum non erit, ut harum impenſarum nomine modicum aliquod Vectigal exigatur, cum publice & privatim interſit commercia inter populos conſervari. Knipſchild. *de Civit. Imper. L. 2. Cap. 18. n. 21.*

De Pedagiis adhuc dubitari poſſet, num 28
juſte exigantur. Dicta ea volunt a pedibus, quod ab euntibus ſine vehiculis pro nudo tranſitu ſolvi oporteat. Pro negativa ſententia facit textus *in Jure Saxon.*

L. 2. Art. 22. Ein ieglich Mann soll auch Zoll frey seyn, er fahre, reute oder gehe, wo er Schiffs oder Brücken nicht bedarff. Sed quia viæ nonnullæ non minus atque pontes quotidiano usu & attritu deteriores reddantur, atque hinc refectione, munitione atque aggerum constructione interdum opus habeant, dubium non est, pro refectione ista exigi a transeuntibus pecuniolam posse, præsertim cum & his securitatem præstare teneatur Princeps, qui vectigal imperat. Knipschild. *de Civ. Imp. L. 2. c. 18. n. 17.* Jus Saxonicum quale olim fuerit, attendere nnnc nihil attinet. Positiva enim Jura uti ex arbitrio Legislatoris proficiscuntur, ita mutari ea, abrogari, transformari, figi & refigi quandoque possunt, prout scilicet utilitas aut necessitas Reipublicæ exigit. Dn. Ziegler. *L. 2. C. 7. n. 19.*

Quia etiam Vectigalium impositio & exactio tam justa prædicari nequit, quin sæpe ex circumstantiis injustitiæ maculam contrahat, sequentibus agendum erit, a quibus & ex quibus mercibus vectigal exigere liceat; deinde quid & quantum, & ubi loci solvere impositum vectigal oporteat, & denique de modo videndum erit, quem in hoc negotio adhibere conveniat.

29 Circa vocabulum exactionis, quod sæpius in hac materia occurrit, notari meretur, illud non captandum esse, ac si solvi non debeat, nisi exigatur vectigal, sed vox hæc eo pertinet, quod vectigal exigi possit. Hoc enim fere portitorum est officium. Quod si non petatur vel exigatur vectigal, non propterea alter a solutione ejus liberatur. Quin tenetur, qui merces vehit, non interrogatus sese offerre & merces profiteri. *l. 16. ff. de Publican.* Petr. de Ferrar. *in Prax. Tit.*
30 *29. Glossa. 8. n. 2.* Quod si nullus adsit portitor, neque ullus, qui vectigal recipiat, in pœnam quidem commissi non incidit, qui paratus fuit solvere, etsi deinceps absque vectigalis solutione porro iverit, non propterea tamen a tali solutione liberatur. Mascard. *de Probat. Concl. 834. n. 12.* Expectari tamen per integrum trium horarum spatium & excitari clara voce debere Publicanum, jure Suevico constitutum est, antequam porro ire liceat. Verba habentur *cap. 214. Ist niemand da, der Zoll fordert, der Kauffmann soll drey Stunden ruffen nach dem Zöllner, so er allerlautest mag, und ist niemands da, so soll ers Gott ergeben, und seine Strasse fahren.*

Ut igitur constet, a quibus & pro 31
quibus mercibus solvi Vectigalia necesse sit, generale hoc statuitur axioma, ab omnibus hominibus & pro omnibus mercibus exigi ea posse, nisi vel persona, vel merces vel utræque simul immunitate gaudeant. *l. 6. l. 7. C. de Vectigal. t. t. C. de immun. conced.* Inter immunes autem 32
communi quasi gentium consensu primo loco sunt Clerici, quorum tamen immunitas aliunde petenda non est, quam ex beneficio Imperatorum & Principum *l. 5. C. de SS. Eccles. l. 8. C. Theod. de Episc. & Cleric.* Servator enim ipse non renuit dare tributum vel censum *Matth. XVII, 24.* Et Apostolus *ad Rom. XIII, 7.* expresse præcipit. In arbitrio igitur est ejus, cujus est vectigalis imponendi potestas, utrum immunes velit esse Clericos, & proinde improbari nequit institutum Argentinensium, quod neminem omnino, & ne quidem Clericum quemcunque immunem esse voluerint a Vectigali illo, quod conservando ponti destinatum exigunt. Petr. Frider. *de Process. L. 2. C. 2. n. 20.* Quod & Aureliæ observatum & judicatum refert Annæus Robertus *L. 2. Rer. Judic. c. 3.* Add. Jacob. Gothofred. *ad l. 6. C. Theod. de Itin. mun.* Quamvis, ut immunes habeantur Clerici ab ejusmodi Vectigalibus, sanctitas vitæ, quam profitentur, quodammodo urgeat. Dn. Ziegler. *L. 2. C. 8. n. 2.* Adnumerantur 33
etiam Clericis Equites Ordinum Teutonici, Meichsn. *Tom. 2. L. 1. Dec. 6. n. 5.* & Johannitici. Gratian. *discept. For. 363. n. 22.* Item ipsæ Ecclesiæ, & omnes 34
illi, qui in Nosocomiis, Orphanotrophiis &c. degunt. Gölnitz. *de Jur. Vectig. C. 3. n. 27.*

Idem dicendum est de rebus eorum, 35
quas ad privatos usus familiæ suæ deferri faciunt. Quod si vero etiam negotiatio- 36
nibus indulgent, & mercaturam exercent, minus dubium est, pro mercibus solvi debere Vectigal, quas & ipsas excipiunt ab asserta immunitate Constitutiones Pontificiæ *C. quanquam 4. de Censib. in 6to.* & Clement. *3. eod.* Etsi enim mercatura Clericum prorsus dedeceat, *C. ult. X. de vit. & honest. Cler.* namque tantum in eum finem ipsis permissa fuit negotiatio, ut victus inde comparetur, & residuum quod acquiritur, in egenos & pauperes distri-

diſtribuatur, quo caſu immunes olim præſtiterunt Conſtitutiones Imperatoriæ, quæ extant *in l. 10. l. 14. l. 15. C. Theod. de Epiſc. & Cler.* Negotiatio tamen Clericorum extra caſum iſtum neceſſitatis frequentiſſima jam olim eſſe cœpit, cui proinde fibula injicienda fuit ab Imperatoribus, uti videre licet *ex l. 11. C. Theod. de Luſtral. collat.* Gutierrez. *de Gabell. quæſt. 93. n. 6.*

37 Non tantum autem Clericis ipſis prohibitum eſt mercaturam exercere, ſed nec per alios illud facere permiſſum eſt, *arg. l. 2. §. 1. de admin. rer. ad Civ.* quia nec hoc caſu prohibitionis ratio, quæ eſt, ne turpi lucro inhiando a divinis cogitationibus avertantur, *C. qualitas lucri 2. de Pœnitent. diſt. 5.* plane ceſſat. Gutierrez. *de Gabell. quæſt. 93. n. 95.* Non autem videntur negotiari, ſi vel fructus in fundis Eccleſiaſticis natos, vel novam ſpeciem ex rudi materia emta arte ſua productam vendant. Köppen. *Deciſ. 50. n. 36.* Sed quoties emunt res, animo eas immutatas & integras lucri cauſa revendendi, *C. 11. diſtinct. 88.* Purlador. *Rer. Quotid. L. 1. c. 3. §. 1. n. 2. & 9.* tunc enim & ipſi gabellis ſunt obnoxii, etiamſi prima forte vice ejusmodi actum exerceant, Gutierrez. *d. quæſt. n. 43.* cum alias unicus actus mercatorem non faciat. Marquard. Freher. *de exiſtim. L. 2. c. 3. n. 17.*

38 Quæri hic ſolet, an poſt ternam demum monitionem Clericus mercator vectigal debeat? quod negandum; adeo ut nullam neceſſario præcedere oportere exiſtimemus: Non enim ut Clericus, ſed ut mercator tunc conſideratur. Gutierrez. *d. quæſt. n. 10.* Neque obſtat *C. fin. de vit. & honeſt. Cler.* ex quo tamen Dd. contrarium probare contendunt. Terna enim denunciatio ibi non requiritur, ut poſt eam demum a Clerico negotiante vectigal poſſit exigi, ſed ut ter denunciatus, nec a negotiationibus abſtinens omnia perdat privilegia Clericis alias competentia. Klock. *de Jur. vectig. th. 28. in exeg. l. c.*

39 Quæritur etiam hic, an perſonæ Eccleſiaſticæ, ſuper Vectigali cauſa conventæ, competat adhuc privilegium fori? quod itidem recte negatur, etiam tum, quando actione perſonali ex delicto convenitur, *arg. C. fin. de vit. & honeſt. Cler.* Trentacinqu. *Var. Reſol. L. 1. tit. de Jur. Fiſc. Reſol. 5. n. 8.* Si enim vindicatio adverſus res commiſſas inſtituatur, minus id habet dubii. Borcholt. *de Feud. c. 10. n. 21.*

Diſceptari etiam ſolet, an emtores fru- 40 ctuum & Coloni Eccleſiæ, itidem ac ipſi Clerici, a Vectigalibus ſint liberi? Affirmant eam nonnulli ex hoc capite, quod alias, licet non directo, per obliquum tamen Eccleſiæ minuatur libertas, utpote quæ tunc vilius locare aut vendere cogeretur, ſi illi, quibuscum contrahit vectigal, tenerentur pendere. Carol. de Graſſis, *de effectis Clericat. effect. 3. n. 146. ſeqq.* Negativa tamen verior videtur: Non tam enim hoc caſu per indirectum Eccleſiæ libertas imminuitur, aut eidem damnum infertur, quam lucrum aliquod impeditur. Adhæc immunitatem illam perſonæ Clericorum adhærere, certum eſt, a qua proinde, tanquam privilegium perſonale, in emtores & colonos non transmittitur. *l. 13. ff. ſolut. Matrim.* Renat. Chopin. *de privil. Ruſt. L. 1. c. 12.* Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſt. L. 1. c. 39. n. 59.* Utraque ratio ſufficiet, etiamſi quæſtio hæc in genere de quibusvis cum quovis privilegiato contrahentibus formetur. Non tamen deſunt, qui hosce contrahentes ſingulari quadam cautela etiam in ſe derivare poſſe exiſtimant libertatem illam a teloniis, quam habent illi, cum quibus contrahunt; ſi ſcil. in ipſo contractu, vectigalia ſibi alias ſubeunda, ab ipſis Clericis aut Privilegiatis redimant, quaſi & in hos certis pactis rejiciant, ita ut jure ſuæ immunitatis rem venditam ultra telonii locum tradant. Perſonal. *de Gabell. n. 82.* Menoch. *Conſ. 112. n. 19.* Peregr. *de Jur. Fiſc. L. 6. Tit. 5. n. 26.* Verum hanc Cautelam in Præjudicium Fiſci aut Vectigalis Domini ipſis non profuturam, recte defendunt Modeſt. Piſtor. *Conſil. 48. n. 10. & 13. Volum. 2.* Köppen. *Deciſ. 50. n. 20.*

Præterea immunitate a Vectigalibus 41 gaudent Electores, Principes aliique Illuſtres in Imperio. *arg. l. 6. de Vectig. & Commiſſ. Ordnung des Regiments zu Augspurg. de Anno 1500.* Rubr. *Alle ſo in des Reichs Regiment gehörig &c.* ibi: *Sollen Churfürſten und Fürſten &c. Zoll und anderer Beſchwerung frey ſeyn &c.* Et *Ordnung des Regiments zu Worms, Anno 1521. §.* Item *ſollen Churfürſten &c.* ubi expreſſe id reperitur. Diſſent. Henr. Klock. *Diſc. de Jur. Vectig. th. 30.* ubi immunitatem Illuſtrium nec ex jure communi, nec ex conſuetudine derivari poſſe exiſtimat. In Receſſib. autem Imperii, quæ

quæ hac de re habentur & modo citata sunt, restringit ad ea, quæ *zu nothwendigem Proviant und zu Fürstlicher Hofhaltung und Tafel geführet werden*, adeoque in his præ privatis personis nihil esse publicis concessum autumat *arg. l. 5. C. de Vectigal. & Commiss.* Quæ lis in meis Prædiis non decidenda venit.

42 Principibus annumerantur Præsides Provinciarum, *l. 4. §. 1. de Publicanis & Vectigal.* Sixtin. *de Regal. L. 2. C. 6. n. 3.* Quia & hi personæ sunt publicæ, unde eandem cum illis habent immunitatem, ut liceat ipsis sine Vectigali per aliena territoria libere ad usum suum quasvis res vehere. Wehner. *in Obs. Pract.* Voc.
43 *Zollfrey.* Excipiuntur porro a solutione Vectigalium Palatini & Milites, qui etiam nec privatam degunt vitam, *p. l. 6. C. de Vectigal. l. 3. C. Theod. de immun. concess.* Ex quibus legibus patet, nec milites, nisi rescripto muniti sint, a Vectigalium solutione liberos esse, qui tamen hoc speciale habent privilegium, quod ob commissas professiones pœna commissi non teneantur, *l. 3. l. 7. C. de Vectig.* Sed nec Palatinos quidem, sive eos, qui in Palatio degunt, aliter immunes esse voluit Imperator, quam per rescriptum a se impetratum, qui tamen Principis domestici erant, & multis præclaris privilegiis gaudebant, *l. un. de Castrens. omn. pal. pecul.* Cur autem rescripta privatis concessa invalida esse voluerit Valentinianus, rationem reddit istam, quia talia rescripta privatorum suffragio elicita, sive obreptitia, præsumuntur, cum in illis, quæ fisco inferri moris est, nulla privatis concedi debeant privilegia, sed in publicis functionibus omnium æquam oporteat esse inspectionem five agnitionem. Liberalior quidem in ejusmodi immunitatibus concedendis videtur fuisse Honorius Imperator, sed qui ipse tamen non aliter eas valere voluit, nisi Palatini Sacrarum largitionum prius hujusmodi preces, quibus immunitas petebatur, instruxissent, *l. 4. C. Theod.*
44 *de immun. concess.* Hoc privilegium etiam extenditur ad Nobiles Imperii immediatos, *die Freye Reichs - Ritterschafft*, per Franconiam, Sueviam, tractum Rhenanum, Wetteraviam; Ita Nobilitati Rhenanæ & Wetteravicæ; Carolo V. *Anno 1547.* libertas a teloniis est concessa verb. *Daß sie alle ihre eigene Früchte und Wein, und was ihnen auf ihren Güthern an Zinsen, Geldern und Zehenden erwächset, oder gefället, oder sie zu ihrer Haushaltung erkaufft, an allen Mauth- und Zoll-frey unbeschweret werden.* Limnæus *L. 6. c. 3. n. 66.* Quod Rudolphus II. *Anno 1491.* non modo confirmavit, sed postea *Anno 1605.* auxit. *Daß solche Freyheiten und alle andere zu ihrer Haushaltung und Bau gehörigen Nothdurfften, so sie aus anderen Herrschafften zu Wasser oder Land, durch ihre selbst eigene Leute, Roß, Fuhre und Mann, oder auch andere fahren lassen, verstanden, und sie dieser ietzt gehörten Sachen eben so wenig als wegen Wein, Getreydes, mit einigem Zoll, Mauth, Auflage beschweret werden sollen.* Limnæus *d. l.* Quis sit tenor privilegii Equestri Ordini Suevic. ab eodem Rudolpho II. *Anno 1601. d. 1. Octobr.* concessi, & a Ferdinando II. *d. 18. Mart. Anno 1620.* confirmati, videre est apud Gölnitz. *d. tr. cap. 3. n. 60.* Kreidemann. *in diplomatib. tractatui de Nobilit. Germ. annexis, diplom. 6.* Alia adhuc Rudolphi II. *de annis 1578. & 1601.* exstant Diplomata, ut prætereamus nunc Ferdinandum I. Maximilianum II. Matthiam, horumque Gloriosissimorum Impp. privilegia larga manu huic Nobilitati concessa, quibus omnibus accedit inveterata Germaniæ consuetudo, & viridis in Imperio observantia. Petr. Frieder. Mindan. *tr. de mandat. Judic. lib. 2. cap. 42. §. 6. num. 20.* Johann. Biedenbach. *qq. Nobil. q. 18. n. 1.*

Sed & aliis Nobilibus in plerisque 45
omnibus Provinciis talis immunitas competit. *Churfürstlich Sächsische Erledigung der Landes-Gebrechen Tit. Cammer- und Rent-Sachen §. 9. So befehlen Wir hiermit Unsern Zoll- und Gleites-Einnehmern, daß sie dasjenige, so die Einländischen von Adel und andere, so Ritter-Güther besitzen, vor ihre Haushaltung und Besserung der Ritter-Güther bedürffen, als VVasen, Bau-Holtz und andere Materialien, auch da sie von ihren eigenen erwachsenen oder sonst in der Haushaltung erlangten Früchten, als Getreydig, VVolle, Butter, Käse und dergleichen zu Marckte bringen, altem Brauch nach, doch auf ihre Patenta oder Paß-Zettel frey durchkommen lassen; jedoch da einer oder mehr von Adel übermäßige VVaaren, Vieh oder anderes angeben, dessen er vor seine Haushaltung nicht gar bedürfftig, den oder dieselben die Ubermaaß solcher VVaaren sowol, als die, so kauffen und wieder verhanthieren, unnachläßig vergleiten lassen sollen.*

Indignos

46 Indignos tamen se reddunt Nobiles insigni hac prærogativa, quando exercent Mercaturam, cum ipsis serio hoc putetur esse prohibitum, *l. 3. C. de Commerc. & Mercat.* Et si hoc faciant, ut eadem omnino cum Mercatoribus ferant onera, incivile non est; imo si non ferrent, plane iniquum esset, cum placere debeant tum jura, tum onera, quibus eadem placuit conditio.

47 Palatinis, de quibus *supra* dictum, annumerantur Præsides, Consiliarii & Assessores, Cameræ aliarumque Supremarum Curiarum Consiliarii, itidem Adjuvæ ratiociniorum, Secretarii, Notarii; atque ita apud Gallos servari refert Papon. *L. 5. Tit. II. Arest. 12. & 13.* Idem in Hispaniæ territoriis obtinere testatur Perez. *Tit. Cod. de Vectig. n. 4.* De Cameralibus, & qui ad hos pertinent, meretur hic adscribi Textus *in O. C. p. 1. Tit. 49. Und sollen Cammer-Richter, Urtheiler, Advocaten, Redner, Schreiber und alle andere Personen, zum Cammer-Gericht gehörend, so lange sie ihr häuslich Anwesen bey und an dem Kayserl. Cammer-Gericht haben, samt allem ihrem Haus-Gesinde, auch ihren verlassenen Wittwen, Ungelds, Datz, Zolls und aller Beschwerung frey seyn.* add. *Ordnung des Regiments zu Worms Anno 1521. aufgericht, § item sollen Churfürsten.* ibi: *alle andere zu solchem Reichs-Rath gehörende, und ihr aller Diener &c. des Zolls und aller Beschwerung frey seyn.* Adsessoribus autem non immerito adnumeramus Exadsessores, qui honeste a munere sunt dimissi, *arg. L. un. C. de Comit. qui prov. reg. lib 12. L. omnes. 2. C. ut dign. ord. L. eam legem. 14. C. de Excus. mun. lib. 10.* licet repugnare videatur ipse Text. Ordinat. C. *ibi: so lange sie ihr häuslich Wesen bey und in der Cammer haben,* quibus tamen verbis non quidem in Adsessoribus, sed cæteris inibi enumeratis
48 personis effectum tribuunt Dd. Quod autem in d. Ord. de viduis habetur, id minus recte nonnulli ad filios Adsessorum, patribus scil. jam defunctis, extendunt. Jacob. Benius *de privileg. JCtor. part. 3. privil. 89. num. 1.*

49 Immunitatem a Vectigalibus insuper tribuunt Doctoribus & Studiosis, quibus nonnulli annumerant Practicos extra Academiam viventes. Werner *de Jur. Vectig. th. 31.* Quia scil. literatis idem esse solet favor, quam Ministrorum Ecclesiæ. De hoc saltem contentionis serram reciprocant Doctores, utrum privilegium immunitatis per celebrem illam authenticam, habita *C. ne fil. pro patr.* concessum sit? Cumque in ea inter alia hæc legantur verba: Indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi, quam eorum nuncii veniant, & cum eis secure habitent; protinus inde conficiunt aliqui, immunitatem tum ab illis oneribus, tum inprimis a vectigalibus hic contineri, cum secure satis non faciat iter, qui vectigalibus gravatur. Sed enim verba ista generalia nimis sunt, quam ut specialem hanc immunitatem probare queant. Leges scilicet omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuunt, *L. 28. §. 7. ff. de pœn.* nec tamen propterea omnes immunes sunt a vectigalium solutione; securitas non impeditur, si ab aliquo exigantur communes & solitæ præstationes, ut nec debitores eo minus secure vivere intelliguntur, quo magis debita ab eis exiguntur. Vid. Limn. *Jur. publ. Lib. 8. cap. 9. num. 17.* Ita tamen invaluit ante adducta interpretatio, ut contra leges peccasse dicatur, quisquis gabellas aut pedagia a studiosis exigere velit, cum tamen tota ea immunitas ex dicta authentica non nisi per consequentiam & illationem, & ex aliis legibus, qualis est *L. 5. C. de vectigalib. L. 6. C. de Prof. & Med. L. 1. C. de navicular. L. 9. §. 7. ff. de publican.* non nisi per analogiam induci queat. Quod ergo lege expressa cautum non est, id interpretatione receptum, & longo usu ita confirmatum hactenus habetur, ut injuriam bonis literis facere credatur, quisquis contrarium statuere nunc velit. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. L. 2. C. 8. n. 8.*
50 Perdunt tamen hoc privilegium studiosi, quando studia deserentes ad alia animum applicant; quemadmodum etiam indignos se eo reddunt, qui in Academiis quidem vivunt, aliis tamen rebus potius, quam studiis liberalibus operam dant. *arg. l. 9. C. de SS. Eccles.* Zœs. *ad Tit. de Vectig. & Commiss. n. 10.* Gail. *Obs. 118. L. 2.*

51 A vectigalibus etiam liberi sunt Navicularii, quorum immunitas fundatur in *l. nullam. & tt. C. de Navicul. Lib. II. l. 5. §. 3. ff. de Jur. immun. l. 6. C. de Vectig.* Per hos tamen non intelliguntur, ut nonnulli existimant, quivis nautæ simpliciter, sed ii tantum, qui publicæ vehendæ annonæ serviunt. *d. l. 5. §. 3.* Sic qui Lutetiis annonam advehunt ex privilegio Ludov. XI. & Francisci I. Regum Galliæ; it. qui Romam annona juvant, ex statutis Urbis Vectigal non solvere, ex Chopin. *de doman. L. 1. Tit. 8. n. 9.* ostendit Klock. *de Vectig. th. 33. in fin.* ubi

ubi & de Hanseaticarum Urbium quoad telonia nonnullis in locis favore facit mentionem.

52 De Dominis Vectigalium, qui aliis vel vectigal locarunt, vel in feudum aliis concesserunt, num a Gabellis liberi sint, nec ne, quæritur? Priori casu distinguunt nonnulli inter Principem vel fiscum gabellas locantem, & alium locatorem fisci jura non habentem. Illi immunitatem competere non negant, per *expreß text. in l. locatio. 9. §. fiscus de publ. & vectig.* Huic vero maxime, quod alias fiscus specialiter non sit exemtus, *d. §. fiscus.* Verum quicquid hujus rei sit, indistincte de locatoribus, etiam privatis, affirmamus, quod a vectigali sint immunes, modo jure proprietatis vel dominii utilis vectigal locatum ad eos pertineat: (aliud enim obtinet in sublocatoribus, nisi expresso sibi prospexerint pacto. Gutierr. *de Gabell. qu. 85. n. 18.*) cujus potissima ratio est, quod conductor pro consequendo vectigali non possit agere, nisi a Domino ipsi cedatur actio; jam in hoc casu, quo Dominus & locator eadem est persona, cessio hæc fieri non potest, nisi tu malis dicere, quod quis adversus seipsum nullam habeat actionem, & tamen aliquam adversus se possit cedere, quod absurdum.

53 Qui in feudum vectigal concesserunt, eos similiter ab onere isto esse liberos, si non aliunde, facile tamen demonstratur argumento, a regulari illa inter vasallum & dominum feudi obligatione deducto: Si enim in genere nullus vasallus beneficio suo in præjudicium & damnum domini potest uti, non est ratio, cur usum telonii in feudum dati adversus dominum cuiquam concedamus. Schrader. *de Feud. p. 6. c. 6. n. 124.*

54 Præter hos remittere hanc præstationem cuilibet potest, qui Gabellas exigendi jus habet, sive sit Princeps, sive sit Civitas,

55 sive Publicanus. Principem seu Imperatorem etiam eo casu, quo jus vectigal exigendi ab unoquoque in feudum dedit, nihilominus alicui immunitatem irregulariter & extra ordinem concedere posse, apparet ex eo, quod Electores in Capitulationibus hoc nomine sibi caveri curarint, ne imposterum id amplius fieret. Sic enim habet Capitulat. Carol. V. *Artic. 23. Und demnach etliche Zeit her die Churfürsten am Rhein mit grossen und vielen Zoll-Befreyungen über ihre Freyheit und Herkommen offtermals durch Fürderungs-Briefe, und in andern Wegen ersucht und beschweret worden: Das sollen und wollen Wir als untrăglich abstellen, fürkommen, und zumal nicht verhängen, noch zulassen, fürder mehr zu üben, noch zu geschehen.* Quod postea repetitum *in Capitulationibus* Ferdinandorum II. & III. vid. Limnæus *de Jure publ. Imp. Rom. lib. 1. c. 12. n. 33. & 34.* unde etiam hodie ejusmodi exemtiones non tam facile impetrantur.

56 Publicanos etiam pro tempore, quo officio præsunt, (ultra enim id talis remissio nullam habet vim, neque successores obligat,) remittere cuivis, a quo alias exigere ipsis jus erat, gabellas posse, non dubitamus; modo publicanus vectigal conduxerit, non vero nudum saltim in exigendo præstet ministerium: tunc enim de bonis fisci magis, quam suis videretur largus esse, quod Officiali permissum non est, *l. omnes. 4. c. de annon. & tribut. l. præses. 12. c. de transact. l. Imperatores. 37. ff. de pact. l. fin. §. 12. ff. de publican.* licet, qui ab ejusmodi ministro remissionem bona fide acceptat, domino non teneatur ad pœnam commissi.

57 Hic quæri solet, utrum privilegium sine onere transeundi ad reditum quoque sit extendendum? Affirmant hoc nonnulli argumento a salvo conductu desumto, quod in hoc reditus includi intelligatur. Verum negativa videtur verior, & ratio differentiæ hæc subest, quod alias salvus conductus nullum haberet effectum, si secure etiam non liceret recedere, contra ac in nostro casu, ubi etiam immunitas solius accessus sua non caret utilitate.

58 Cæterum immunitas, quæ personis competit, personalis est, nec ad alios producitur, nisi ad familiam; cum nec prodesset patrifamilias, nisi uti ea posset cum familia. Nic. Boer. *Dec. 213. n. 5.* Joh. Papon. *L. 5. tit. 11. Arest. 33.*

59 A venditore autem in emtorem non transit, & ideo Pistores, ementes frumenta a Clericis, non sunt immunes a Gabella, licet Clerici venditores exemti sint. Joh. Petr. de Ferrar. *in Prax. Tit. 29. Gloss. 8. n. 11.* Petr. Costal. *ad l. 17. §. Fiscus. ff. de Usur.* Sic enim etiam Fiscus ab omnium Vectigalium præstationibus immunis est. Mercatores autem, qui de fundis Fiscalibus mercari consueverunt, nullam immunitatem solvendi publici Vectigalis usurpare possunt. *l. 9. §. fin. ff. de Publican.* Conf. Joh. Azor. *Instit. Moral. P. 3. L. 5. C. 20.* Anton. Matth. *de auction. L. 2. C. 7. n. 27.* Quin & hoc recte statuitur, immunitatem Clerici nihil omnino juvare socium Laicum, sed hunc pro sua parte vectigalium oneri obnoxium manere. Azor. *d. l.*

60 Satis de personis, de quibus hoc insuper notandum, immunem a solutione vectigalis ordinarii, per hoc non esse immunem a solutione pontivegii, quod pro pontium structura exigitur. Phil. Knipschild. *de Civit. Imp. lib. 3. c. 13. num. 30.* Pergimus ad merces, quarum & ipsæ aliquæ ab hoc onere exemptæ inveniuntur.

61 Inter quas primo loco referimus merces ad publicum cujusque civitatis usum comparatas. Comparatas, inquam, ab ipsa scilicet Republica, aut ejus Curatoribus. Hæc enim sine dubio fuit mens eorum, qui in civitatem ab initio coierunt, ut res suas, publico nomine comparatas, ab omni onere a se imponendo liberas acciperent, atque sic perpetuo exceptas haberent. Quicquid igitur alibi emptum aut comparatum publica autoritate advehitur, qualecunque id fuerit, sive ad annonam pertineat, sive ad armaturam, sive ad ædificia publica extruenda, id omne immune & exemptum est. *l. 9. §. 7. & 8. ff. de Pu-*

62 *blican.* Ut vero illi etiam, qui talia suo nomine advehit, atque in illis mercaturam exercet, similis immunitas competat, ut maxime bonum publicum inde promoveatur, necesse non est, neque eadem suadet ratio. Et proinde mercatores, annonam ad exercitum vehentes, immunes non sunt. Amad. a Ponte *de Laudem. Qu. 21. n. 4. 5.* Si tamen tanta rerum necessariarum inopia laborat Respublica, ut sibi ipsa ex publicis reditibus consulere nequeat, sed exterorum aut privatorum auxilio opus sit, poterit tum & debebit talem immunitatem omnibus illis, qui Rempublicam suis facultatibus juvant, sive cives fuerint, sive exteri, liberaliter elargiri, quo magis scilicet invitentur illi ad præstanda hæc subsidia.

63 Recte igitur subditis immunitas conceditur, qui fructus naturales, ex propriis rebus acquisitos, in foro exponunt, quod & in nostris his observari solet Provinciis, uti id testatum facit Constitutio Electoralis *in Erledigung der Landes-Gravam. tit.*

64 *Cammer und Rent-Sachen, n. 9.* Præterea non solvitur vectigal earum rerum, quæ ad usum proprium inferuntur, *l. 5. C. de Vectigal. l. 4. §. 1. ff. de Publican.* Joh. Köppen. *quæst. 50. circa fin.* Henr. a Rosenthal. *de Feud. cap. 5. conclus. 38. num. 5.* Thomas Sanchez. *Consil. moral. lib. 2. c. 4. dub. 44.* Quid sit autem ad usum proprium inferre, docet Alfenus Varus *in l. 203. ff. de V. S.* ubi dicit, sub verbis illis id tantum, quod victus sui causa paratum est, contineri, atque sub eo etiam servos intelligi, qui ad patrisfamilias corpus tuendum atque ipsius cultum præpositi destinatique sunt. Verbo enim victus, ex Ulpiani interpretatione *l. 43. ff. de V. S.* continentur non tantum quæ esui, potui cultuique corporis, quæque ad vivendum homini necessaria sunt, sed vestis etiam & cætera, quibus tuendi curandive corporis nostri gratia utimur. *l. 44. eod.* Vid. Paul. de Citadinis *de Jur. Patron. part. 6. art. 4. num. 10.* Et quia adeo sub victus vocabulo non cibus tantum potusque, verum etiam vestimentum, habitatio, ministerium famulorum ac servorum, & si quæ sunt ejus generis alia, continentur, Joh. Gœddæus *ad d. l. 44.* dubium non est, omnia ista, quæ eo pertinent, a vectigalibus libera esse. Atque sic puto etiam id jure Romano immune fuisse, quod quis domus suæ ædificandæ vel reficiendæ causa vehit. Sichard. *ad rubr. C. de Vectig. n. 10.* Ant. Fab. *in addit. ad Cod. tit. de Vectig. def. 3.* secus atque vult Guid. Pap. *quæst. 4.* & post eum H. Hahn. *ad Wesenbec. de Publican. n. 4.* nisi de illis intellectum id velint, quæ ad luxum magis faciunt, quam ad decentem & competentem habitationem. Alias enim necessaria magis est habitationis instructio, quam junctorum cubiculariorum, cocorum, ministratorum atque aliorum ejusmodi servorum apparatus, quos tamen ad usum patrisfamilias pertinere, & ex hoc a portorio immunes esse, dixit Alfenus *d. l. 203. de V. S.*

Quæritur vero, an sic etiam libri Studiosorum victus nomine contineantur, ut 65
ex hac ratione immunes a gabellis habeantur? Negat Regnerus Sixtinus *de Regalib. lib. 2. c. 6. n. 134.* quod libri & aliæ res studiorum causa comparatæ ab hujusmodi necessario victu plane separatæ sint. Quo facere videtur textus *in l. 6. ff. de aliment. leg.* ubi dicitur, ea, quæ ad disciplinam pertinent, legato alimentorum non contineri. Sed enim, etsi strictius aliquando victus ratio & alimenta sumantur, si præsertim de obligatione extranei quæstio fuerit, causa tamen studiorum ad educationem pertinet, uti patet *ex l. 6. §. 5. ff. de Carbon. edict. l. 12. §. 3. ff. de adminiſt. tut. l. 4. ff. ubi pupill. educar. deb.* & quæ in alimenta, educationem, ministeria studiaque erogata sunt, æquiparantur, *l. 2. C. de aliment. pup. præstand.* & sub eadem illic rubrica continentur. Atque hinc tentari posset,

possit, etiam libros & alia studiorum causa comparata, non minus atque ministeria usualia, immunia a vectigalium solutione haberi debere. Nec tamen necesse est, longius petitis argumentis immunitatem Studiosorum defendere, sed sufficit ad specialia Principum, quæ quisque Academiis suis indulsit, Privilegia provocare.

66 Exercendi ruris gratia quod vehitur, vectigalium onere exemptum est, *l. 5. C. de Vectigal.* ubi perperam a quibusdam legitur: juris exercendi gratia. Fuit enim vero hæc Constantini Imper. cujus est ista constitutio, haud vulgaris circa annonam sollicitudo, ut etiam Agricolis, intuitu utilitatis publicæ, quam laboribus suis strenue promovent, plurima concederet Privilegia, enumerata Fr. Balduino *de Legib. Constant. pag. 160. seq.* inter quæ præcipuum est istud, quod securi esse debeant, ita ut neque servi aratores, neque boves aratorii, nec alia eorum instrumenta, ad agriculturam pertinentia, pignoris causa ab executoribus capi possint, *l. 7. C. quæ res pign. obl. poss.* Consimilis igitur plane est hæc Constitutio, qua a vectigalibus immune esse jubetur, quicquid exercendi ruris gratia vehitur, & quidquid adeo ad agriculturam pertinet, quo non male etiam fructus ad seminandum refert Rutgerus Ruland, *de Commissar. part. 4. lib. 2. cap. 5. num. 76.*

67 Et hæ quidem res ut plurimum, & apud plerasque gentes Europæas exemtæ sunt. Circa quas ipsas tamen consuetudo potissimum attendenda est, quippe ad quam etiam provocat Jurisconsultus Paulus *in l. 9. §. 6. ff. de Public.* Adeoque fieri hinc potest, ut res, quæ in his terris munificæ sunt, in aliis immunes habeantur, & vice versa. Quod & de personis observare licet, Garf. Mastrill. *Decis. 156.* Atque sic invaluit apud nonnullos, ut etiam res usuales, quas scil. quis usus sui gratia comparavit, non immunes amplius sint. Quam consuetudinem prævalere dicit Julius Clarius *lib. 5. sentent. 5. fin. qu. 76. num. 2.* ipsi Constitutioni Pontificiæ *in C. Quanquam de Censib. in 6.* etsi in ea consuetudo talis damnata sit. Atque sic etiam apud Batavos hodie res proprii usus ac victus causa paratæ vectigalibus sunt obnoxiæ, Johann. Jac. Wissenbach. *ad l. 5. C. de Vectig.* idque ideo primitus receptum dicit Ant. Matthæus, *de auction. l. 2. cap. 7. num. 36.* quia pro libertate atque religione adversus pecuniosissimum Regem bellum gerentibus intendendæ fuerunt publicæ functiones. Jus commune autem in duabus fere his regulis consistit, quas construxit Johann. Sichardus *ad rubr. C. de Vectig. n. 16.* Prima est: Quicquid privati usus gratia vehitur, est immune. Altera: Quicquid negociationis gratia vehitur, obnoxium est exactioni vectigalium. Si quis igitur 68
res non promercales, & tales quidem, quæ nec in commercium cadunt, vectigalium oneri subjicere velit, dubium non est, consociationi & conversationi humanæ, tum & bonis moribus, & ipsi quodammodo naturæ eum valde adversum esse. De Chrysargiro nota res est, fuisse pensionem talem, ut quisque mendicus aut pauper, meretrix, sive jam emerita, omnis servus, itemque libertus inferrent in ærarium pro urina & stercore jumentorum etiam & canum, sive in agris, sive in oppidis habitarent, & homines quidem utriusque sexus numisma argenteum: equus, mulus, bos tantundem, asinus & canis folles sex. Vectigal istud a Constantino Magno impositum refert Zosimus, Scriptor Gentilis sub Honorio Imper. Sed eum non Evagrius tantum, Scholasticus suo tempore, circa annum Christi DXC. defensum ivit, sed etiam nostrates JCti, Franciscus Balduinus, *in Constantin. Magn. lib. 2. pag. 104.* Jacobus Gothofredus *ad l. 1. Cod. Theodos. de Lustral. collat.* Reprehendit vero & de facto pene dubitat Claudius Espencæus, *de voto continent. lib. 4. cap. 13.* Plura addere nolo, cum non possit non ex rebus ejusmodi fœtidis Lectori nausea oboriri, quamvis Vespasiano aurei nummi, quos ex lotio acceperat, non male olere viderentur. Exempla ejusmodi alia congesserunt Casp. Klock. *de contribut. cap. I. num. 321. seq.* Herman. Lather. *de cens. l. 1. cap. 5.* Sed quid est, quod dici- 69
tur *l. 37. ff. de relig. & sumt. fun.* etiam vectigalia erogata corporis causa inter funeris sumtus computari? an putabimus hinc, juste exigi pro transferendo defuncti corpore vectigal? Ita videtur sentire Cujacius, *lib. 5. observ. ult. & lib. 10. observ. 11.* sequens fidem & interpretationem βασιλικῶν. Sed Elbertus Leoninus *lib. 3. emendat. cap. 10.* in isto textu non vectigalia, sed vestiaria legendum esse, tum ex autoritate quorundam Codicum defendit, tum ex ratione, quod onus istud vectigalium favori sepeliendorum cadaverum valde refragetur. Sane edicto D. Severi mandatum fuit, ne corpora detinerentur per territoria

toria oppidorum transferri, *l. 3. §. 4. ff. de sepulch. viol.* atque id Præsidis provinciæ officium esse, scribit Ulpianus *in l. 38. ff. de religios.* Nec alibi legitur constitutum, ut pro transferendo defuncti corpore aliquid solvatur. Imo vero contrarium lege definitum est, ut nullum in quopiam loco vectigal ab aliqua persona pro corporibus latis præbeatur, *l. ult.* quam ex Basilicis restituit Cujacius, *Cod. de relig.* Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. L. II. c. 9.* qui omnium
70 solidissime hanc materiam tractavit. Justissimum autem illud est vectigal, quod solvitur in pecunia numerata, nisi ipsi vectores ex mercibus suis dependere id malint. Quam in rem DD. imprimis notant textum *in l. 5. C. de Vectig.* quod ibi dicatur, pro rebus, non ex rebus, vectigal exigi, aut non exigi debere. Neque obstat, quod octavæ fiat mentio *in l. ult. C. de Eunuch. l. 7. & 8. C. de Vectig.* & vectigalis octavarii *in l. 7. C. locat.* ex quo videri posset, octavam ipsarum rerum promercalium solutam fuisse. Id enim vero intelligendum est non de parte specierum, quæ transvehuntur, sed de parte pretii, Henn. Bocer. *de regalib. cap. 2. n. 196.* cum explicari alias nequeat, qua ratione pro Eunucho octava solvi possit, de qua agitur *in d. l. ult. C. de Eunuch.* Quo facit, quod putat Jacobus Gothofredus, *ad l. 2. Cod. Theodos. de fisc. deb.* coassandos, sive conglutinandos esse textus, *in l. 4. C. de conven. fisc. deb. & in l. 7. C. de vectig.* atque ex hac junctura talem effingit casum: Mercatorem ob venditas in nundinis merces octavarii vectigalis fisco debitorem esse. Non potest, inquit, is exactionem fisci morari, hoc obtentu, quod dicat, eos, quibuscum contractus iniit, vel quibus merces vendidit, debitores suos sibi obnoxios, pretium sibi mercium nondum solvisse, &c. Ex quo sequitur, octavam illam non fuisse partem ipsarum mercium, quippe jam venditarum, sed potius pretii inde confecti. Quod vero limitationem addidi, si vectores ex ipsis mercibus vectigal solvere velint, vectigal pecuniarium omitti posse, id non ita intelligendum est, ac si integrum sit negotiatoribus pro arbitrio & lubitu vel nummos solvere, vel partem mercium, sed quod fieri aliquando id queat, non invito publicano, adeoque utriusque consensu interveniente, dummodo id, quod publice constitutum est, observetur, & Reipublicæ a publicano satisfiat, siquidem pecunia numerata in fiscum inferenda fuerit. Solvit enim tum negotiator per publicanum, quod solvere oportuit, nec interest Reipublicæ, a quo solutio fiat, interest autem publicani, conditionem suam facere meliorem, ex receptione scilicet earum mercium, quas alias carius emere oporteret. Id quod ipsi invidendum non est. Sed hoc tamen tum cavendum, ne æstimatio rerum a publicano fiat, sed ab ipso potius mercatore, neve per modum concussionis plus a viatore exigatur, quam ipse revera
debet. Atque hinc patet, quid sentien- 71
dum sit de quæstione: utrum, qui vinum aut cerevisiam per loca vectigalia transvehunt, ipsa aperire dolia, & partem vini aut cerevisiæ loco vectigalis ex iis præstare cogi possint? Et non posse, recte statuunt Henning. Gœden. *Cons. 7. & 8.* Johann. Schneidewin. *ad §. 3. n 3. Inst. de L. Aquil.* Henricus Bocer. *de regal. c. 2. 196.* Christoph. Winzler. *de collect. consil. 6.* Johann Georg. Becht. *de securit. num. 66.* eo scil. quod apertura ista & delibatio fieri nequeat sine detrimento & deterioratione vini aut cerevisiæ. Caveri enim vix potest, ut, si aqua repleantur vasa, vinum non fiat spurcum; aut, si non repleantur, non fiat acetum, quod utrumque actionem ex L. Aquilia subministrat. *l. 27. §. 15. ff. ad L. Aquil.* Neque ignotum esse potest cuiquam ex re œconomica, quibus corruptelis obnoxia sint ejusmodi poculenta, ut incivile prorsus & iniquum sit, corruptioni causam dare, suoque cum exiguo lucro damnum alteri decuplo, vel etiam tanto majus inferre. Communis etiam utilitas in vectigalibus attendi debet, ut & commercia conserventur, quod fieri nequit per istiusmodi delibationes & carpturas.

Porro, ut ad quantum veniamus, quod 72
solvi vectigalium nomine oporteat, vix est, ut hic certum quid definire liceat. Octavam apud Romanos dari oportuisse pretii partem, modo diximus, atque hinc conductores vectigalium octavarios dictos fuisse *ex l. 8. C. de vectigal.* constat. Magnum id fuisse videtur Brunnemanno *ad l. 7. C. eod.* sed ex hoc forte excusatum, quod non ita frequenter, sed semel tantum solvendum fuerit. Atque hæc octava Theodosii & Valentiniani ævo ita distributa fuit, ut duæ partes fisco inferrentur, tertia in ditione urbium municipumque remaneret, *l. fin. C. de vectig.* quod false perstringit Albericus de Rosate, notante Johanne Sichardo *ad rubr. c. eod.*

num. 7. idque ex cupiditate fisci male servari ait Lucas de Penna, referente Rolando a Valle *volum. 2. consil. 84. n. 17.* Hodie in omnibus vectigalibus Principum, aut eorum, qui summum tenent imperium, dicta observari necesse est, sed quæ ita adornari debent, ne gravia nimis sint & bono publico adversa, ut adeo quantitas vel augeri pro re nata queat, vel minui, prout necessitas exegerit aut remiserit. Nec enim sine justa & rationabili causa vectigalia vel augeri vel nova constitui debent. Rol. a Valle *vol. 2. Cons. 91. num. 31 seq.* Quæ hic addunt Doctores de vicesima quinta, aut quinquagesima, aut centesima rerum venalium, de quadragesima judiciaria, de vicesima hæreditatum, & aliis, huc non pertinent, quanquam, ut ab initio dixi, loco vectigalium habeantur. vid. Just. Meyer. *in Colleg. argent. de public. & vectigal. n. 4.*

73 Quod locum attinet, ubi vectigalia solvi debeant, plerumque is certus & definitus est, unde & ipsæ publicanorum stationes, in quibus vectigalia recipiunt, telonia dicuntur. Francisc. Hottomann. *in 2. F. 56.* Ad istum locum certæ plerumque erigi solent Hermæ, sive statuæ Mercuriales cum elogio aliquo, per quas viatores de officio suo admoneantur. Et quandoque necesse est tales erigi, si præsertim noviter constitutum fuerit, quod exigitur, vectigal. Neque tum debetur vectigal prius, quam ad istum locum quis pervenerit, quia reliqua omnia loca naturaliter libera esse intelliguntur. Henric. Klock. *de vectigal. jur. n. 71.* Nec tamen propterea liberum est viatoribus, utrum loca illa a publicanis notata accedere velint, an minus; quin imo si per Provinciam ire destinatum est, tenentur aurigæ semper procedere in via publica, qua communiter utuntur omnes, idque si non fecerint, non carent suspicione fraudati vectigalis. Nisi forte transiens per viam inusitatam hoc fecerit ex justa aliqua & legitima causa, quia forte communis & usitata via ab aquis inundata, aut latrunculis occupata est, tum enim videtur carere dolo. Matthæus Coler. *de process. execut. part. 1. c. 3. num. 81. seqq.* Henricus a Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 39.* Jos. Mascard. *de probat. conclus. 834. num. 35.* Atque hinc certi a Principibus constitui solent speculatores, ad hoc unum intenti, ne aurigæ vel vectores mercium, per insolitas vias deflectendo, defraudent vectigalia. Quod & stationariorum olim, octovariis adsidentium, fuisse munus ex Dionis *lib. 54.* notat Dionysius Gothofredus *ad l. 5. c. de vectig.* add. Joh. Georg. Becht. *de securit. n. 60.*

Constitutum hunc locum & vectigalibus 74
recipiendis destinatum, utrum Principi liceat mutare, adeoque utrum possit telonium ex uno loco in alium transferre, commodum erit hic disquirere. Ego vero nullus dubito, Principi id licere. Qui enim vetera augere, qui nova constituere potest vectigalia, cur non etiam mutare ea & in alium locum transferre possit? Plus utique est noviter constituere, quam constituta transferre. Et quis erit, qui Principem transferentem prohibere ausit? Loquor autem de Principe, qui summum tenet Imperium, quique telonia nulli alii accepta refert. Aliud igitur statuendum erit de eo, qui vel feudi, vel alio titulo jus tale habet, quippe quod hac ratione ex jussu & voluntate ejus, a quo concessum est, dependet. Quo pertinet quod ait Hermogenianus *in l. 10. ff. de Publican. & Vectig.* Vectigalia sine Imperatorum Præcepto neque Præsidi, neque Curatori, neque Curiæ constituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere vel deminuere licet. Et sub hac limitatione accipienda sunt, quæ scribit Henr. Bocer. *de regalib. c. 2. n. 105.* Petrus Frieder. *de process. l. 2. cap. 42. num. 17.* Etsi enim quis generaliter & indefinite sine determinatione loci jus Vectigalia percipiendi feudi titulo acceperit, telonio tamen semel adornato neque locum mutare, neque vectigalia augere, neque merces immunes munificas facere deinceps potest: non magis, quam ille, cui simpliciter via per alterius fundum concessa est, mutandæ ejus potestatem habet, qua primum eam direxit, *l. 9. ff. de servitut.* Add. Henr. Klock. *de vectigal. numer. 73. & 74. lit. C.* Ita responderunt Domini *an F. S. geheime und Cammer-Räthe zu M.* Mens. Octobr. 1660. *Wenn gleich Herr Beklagter, vermöge seines Lehn-Briefs, in der Herrschafft N. mit der Zoll-Gerechtigkeit belieben, auch durch ein absonderliches Privilegium, die neu-erkaufften Güther, mit allen Freyheiten und Rechten, gleich andern seinen in der Herrschafft N. gelegenen Güthern zu besitzen, erhalten. Dennoch aber und dieweil die Zoll-Gerechtigkeit eine Beschwerung mit sich führet, welche ohne der hohen Obrigkeit Verwilligung weder gesteigert, noch von einem Ort zum andern gelegt werden mag, auch nach so langwie-*

langwierigem Gebrauch gewisser Zoll-Stätte, dergleichen neue anzulegen einem Lehnmanne nicht zukommt, &c. So ist Herr Beklagter an denen Orten, in welchen hiebevor der Zoll nicht abgegeben worden, denselben zu fordern, und dadurch neue Zoll-Stätte aufzurichten nicht befugt. Es wolle dann die hohe Landes-Obrigkeit ihme solches, in Ansehung, daß er nur einmal durch seine gantze Herrschafft den gesetzten Zoll erhebet, und die Fuhrleute wegen des auf die Herrschafft M. gerichteten Strassen-Patents die alten B. Zoll-Stätte nicht mehr betreten dürffen, verstatten, dessen genösse er
75 *billig; V. R. W.* Fieri tamen potest, ut propter graves causas, præsertim si propter scabras lutosasque vias aurigæ per anfractus locum vectigali destinatum evitent, locum hunc semel electum mutare, & telonii perceptionem in alium transferre liceat. Id vero, cum plerumque vicinis publicanorum stationibus damnum afferre soleat, ne id fiat, videtur non aliter locum habere posse, nisi prævia causæ cognitione & sub certis conditionibus. Disputatum ea de re memini in Supremo Appellationis Judicio Electorali Saxonico *Term. Martini 1672.* in causa *Actorn Martin Schülers wegen des Amts Frauenstein* contra *Caspar Heinrichen von Schönberg*, & tum pronunciabatur in hunc modum: *Daß der von Schönberg, gestalten Sachen nach, bey dem Zoll zu Claußnitz* (erat hoc telonium novum, cum antea vectigalia in pago *Neuenhauß* exigerentur; atque illud quidem prohibere volebat quæstor Frauensteinensis, quod videretur inde damnum inferri telonio Principis, in pago *Rechenberg* instituto,) *zu schützen. Er ist aber, seiner gethanen Erklärung nach, den Weg nach der Hasen-Brücke zu verbieten, und zu solchem Ende denselben mit Schlägen zu verwahren, auch da Chur-Fürstl. Durchl. zu Sachsen, unser gnädigster Herr, vor gut befinden und befehlen würden, gedachte Hasen-Brücke gantz und gar abwerffen zu lassen, und darneben zu verstatten schuldig, daß das Amt Frauenstein vor sich, und ohne Begrüssung seiner Gerichte, iedoch im übrigen seiner Gerichtsbarkeit unschädlich, die Fuhr- und andere Leute, so sich dieses, und der dabey befindlichen Ab- und Schleiff-Wege bedienen, gleich seinen eigenen Gerichten, und wer unter ihnen solche am ersten antreffen wird, anhalten, pfänden, oder sonsten, der Gebühr nach, bestraffen*
76 *möge; V. R. W.* Sequitur hinc, loco isto, ex quo vectigal impetratur, destructo, ut transiri nequeat, vectigal isthic amplius non deberi. Qua ratione pontenagium non debetur, ponte non amplius existente. Deficiente enim causa, deficit res ipsa, quæ ex ista causa oritur. Klock. *d. l. num. 72.* Sed existente ponte, utrum 77
eundo per vadum evitari pontenagium a viatoribus queat, non videtur omni dubio carere. Sane integrum est Principi designare viam publicam, qua ire peregre advenientes velit. Et, ea designata, licitum non est aurigis aliorsum deflectere, viamque aliam facere. Quo & facit, quod in simili casu statuunt Doctores, ad reficiendum puteum communem, vel reparandam viam publicam teneri unumquemque ex vicinia sumptus facere, nec liberari quenquam, etsi renunciare usibus & commoditatibus putei aut viæ velit. Joh. Bapt. Costa *de Rat. qu. 27. n. 8.* Ægid. Thomat. *de Collect. §. retenta. n. 17.* Ad eundem igitur modum non videtur immunis esse a solutione pontenagii, qui non utendo ponte communi usui ædificato vada transit, & alio modo flumen superat. Sed vero contraria sententia inter Doctores recepta est & lege confirmata, *in capit. Lothar. lib. 2. tit. 31.* Nullus cogatur ad pontem ire ad fluvium transeundum propter telonii causam, quando in alio loco compendiosius transiri potest fluvius. Liberum est Principi designare viam publicam, sed liberum non est, id facere cum damno viatorum extra casum necessitatis. Pontes ideo etruuntur, ut superari possint flumina, quæ si per vada transiri possunt, quid opus erit ponte? Aurigis deflectere a via publica non licet eum in finem, ut fraudentur vectigalia. At pontenagium, qua tale, a reliquis vectigalibus distinctum est, quippe quod pro solo pontis usu solvi oportet, nec adeo, si non solvatur, reliqua illico denegantur vectigalia. Imo vero pontenagium tale vectigal non est, ut si solutum non fuerit, merces propterea in commissum cadere debeant. Sumptibus ad communem puteum reficiendum ideo quis non liberatur, quia communis in eo versatur utilitas, & sumtus ex conventione a majori parte vicinitatis, cujus ipse est membrum, decernuntur. At pontenagium ex conventione prævia non debetur, neque pontis aliqua est utilitas, quando ejus nullus est usus, aut supervacuus. Quocirca iniquum prorsus mihi videtur vectigal istud,

quod

quod in locis quibusdam pro transitu pontonibus faciendo exigitur tum, quando flumen congelatum & glacie ita induratum est, ut superari pedestri itinere queat, & pontonis omnino nullus est usus, etsi quis uti maxime velit. Cum id, quod physice impossibile est, in moralibus nullam ex se præbere possit speciem justitiæ ex possibi-
78 litate provenientem. Limitat communem Doctorum sententiam supra relatam Schneidew. *Epit. feud. part. 2. num. 112.* attendendam esse consuetudinem, cum diversum plane receptum esse queat. Quam consuetudinem ego eatenus probo, quatenus reditus tempore eo, quo pontis usus est, ex pontenagio provenientes non sufficiunt ponti conservando. Tum enim tempore etiam eo, quo per vada transitus est, quin exigi pontenagium queat, nullum penes me dubium est, etsi viator tempore exundationis factæ rediturus forte non sit. Ratio est, quia propter incertitudinem & varietatem tempestatis, quæ etiam præsenti tempore fluminis exundationem, & hinc pontis indigentiam inducere potuisset, satius est, exiguum aliquod vectigal pro usu pontis in perpetuum & subitaneum usum parati exsolvere, quam pluviosis diebus, ubi ad flumen exundans ventum fuerit, nullo ibi ponte reperto, magno cum dispendio temporis commorari, & undam
79 recedentem expectare. Addo ego adhuc aliam limitationem, non posse pontem a viatore præteriri eum in finem, ut vectigal defraudetur, siquidem præter pontenagium etiam vectigal ipsum, sive portorium, quod pro mercibus importandis & exportandis exsolvitur, isthic exigatur. Uti enim supra dixi, telonia ejusmodi constituta præterire, aut per vias inusitatas incedere nemo debet. Liberum tamen adhuc erit aurigæ, soluto hoc vectigali, utrum per pontem, an vero per vada ire velit, quia tum fisci nihil amplius interest, dummodo, ut vectigal solveret, ad locum illum accesserit.

80 Addendum nunc est etiam de modo, qui in teloniis observari debet. Circa quem considerandum est officium tum viatoris, & ejus, qui merces vehit, tum ipsius portitoris. Ex parte ejus, qui merces vehit, necessaria est earum professio, *l. 16. §. 3. 9. & 12. ff. de publican.* etsi merces ipsæ immunes fuerint, & nullum pro eis vectigal debeatur, *§. 3. & 9.* Cujac. *14. obs. 3.* Nec necesse est, ut publicanus veniat & transgredientem moneat, aut instruat, *§. 6. eod.* Sed ipse vector venire debet, & profiteri plane non admonitus, Sebast. Guazzin. *de confiscat. bonor. conclus. 13. ampl. 82. num. 2.* quanquam dissentiat Johann. Gutierrez, *de Gabell. qu. 3. num. 48.* quod durissimum sit obligare advenas ad sciendum statuta. Sed quæ ratio ideo parum sufficiens est, quia ubivis terrarum vectigalia in usu sunt, & hinc advena ignorare non potest, etiam illic loci, quo transit, vectigal solvendum esse, & hinc adeo ei incumbit locum istum inquirere, Aymo Cravetta *Consil. 115. num. 3.* quoniam hujusmodi ignorantia de re apud omnes gentes usitata crassa est, & debuisset ac potuisset interrogando facile fieri certior. Hen. a Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 37. num. 1.* Joh. Mascard. *de probat. conclus. 834. num. 8.* Thom. Sanchez. *consil. moral. l. 2. c. 4. dub. 10.*

Distinguunt Doctores inter res notorie 81
immunes, & illas, de quarum libertate ambigitur; primas illas etiam a professione immunes faciunt. Fundamentum petunt *ex d. l. 16. §. 3. ff. eod.* sed meo judicio non satis accommodate. Agitur ibi de mancipiis tum venalibus, tum usualibus sine professione invectis, & ait Juris Consultus, in utrisque pœnam commissi esse, si tamen novitia, inquit, mancipia fuerint, non veterana. Cur in veteranis aliud receptum fuerit, nullam se reperire causam, dicit Cujacius *d. l.* nisi quod eis habitus hic fuerit veluti honor propter usum & peritiam rerum. Sed veteranum quem esse, unde notorium esse poterit? Et cur non æque notorium esse poterit, mancipium esse usuale? quippe pro quo ipso etiam vectigal nullum solvitur. *l. 5. C. de Vectigal. & l. 203. ff. de V. S.* Et tamen dicitur mancipium usuale, quod veteranum non fuerit, si nulla ejus professio facta sit, in commissum cadere. Utraque qualitas, esse usuale & esse veteranum, æque ignota esse potest. Et cur ergo circa notorietatem ad hunc textum provocant Doctores? Sane si minor usus causa mancipia duxisset, & in sola professione errasset, quia scil. profiteri debuerat, etsi vectigal pro iis nullum debeatur, ignoscendum esse ei, Divus Pius rescripsit, *l. fin. §. 9. ff. h. t.* Si minori propter omissam professionem rerum immunium ignoscendum est, non erit ignoscendum majori. Sic enim describitur illic loci subjectum, cui ignoscendum est, ut indultum id videatur ætati, & hinc ad alios extendi non debeat. In praxi tamen hæc

eorum

eorum ſententia ita recepta eſt, ut difficulter hodie contrarium ſtatuatur. De qua etiam teſtatur David Mevius *ad Jus Lubecenſ. lib. 2. tit. 3. art. 6. n. 10.* ubi aſſerit, fruſtra rerum immunium fieri profeſſionem, niſi eo tantum fine, ut de immunitate conſtet, omiſſam autem profeſſionem nunquam operari pœnam. Add. Henr. Klock. *de Vectig. Jur. num. 88.* Henr. a Ro-
82 ſenthal. *de Feud. c. 5. concluſ. 38.* Officium Portitoris eſt, ut recipiat vectigal, quantum lege conſtitutum eſt, nec quid ultra exigat. Atque illud etiam niſi paratus ſit ſolvere viator, commiſſi pœna jure civili locum habebat, de qua mox plenius dicam; Sed jure hodierno captura quandoque & carcer decerni ſolet ad petitionem publicani, & ipſi interim detentio mercium permiſſa eſt. Matth. Coler. *de Proceſſ. execut. part. 1. c. 3. num. 74.* Juſt. Meyer. *in Colleg. Argent. h. t. n. 15.* Joh. Papon. *lit. 13. tit. 9. arreſt. 7. & 8.* Johann. Köppen. *qu. 50. n. 11. 12.* Ne vero & hic aliqua a publicanis injuria vectoribus inferatur, ſedulo diſpiciendum eſt illis, qui publicanis hanc poteſtatem fa-
83 ciunt. Quam enim iniqui illi, & in omnes fraudes proclives eſſe ſoleant, omnis ætatis hiſtoria, & quotidiana inſuper docet experientia. Abundat penes illos, expoſitore Suida, *πεπαρρησιασμένη βία, ἀνεπιτίμητος ἁρπαγὴ, ἀναίσχυντος πλεονεξία, πραγματεία λόγον μὴ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορία.* Taleſque utplurimum fiunt ex militibus, quorum res ad manticam redacta fuit, vel ex procuratoribus famelicis, aut aliis nullius pretii hominibus, uti eos deſcribit Loyſeau apud Limnæum *ad Capitul. Ferdinandi III. art. 20.* Et huc demum abit omnis eorum nequitia, ut plus æquo per vim aut dolum extorqueant nomine vectigalium, utque viatores itineri abſolvendo intentos circumveniant, & rebus ſuis cum damno aliorum conſulant. Dn. Ziegl. *d. l.*

84 Ut vero audacia hæc & temeritas, qua maxime famoſæ ſunt publicanorum factiones, *l. 12. ff. h. t.* compeſcatur, plurimæ in eos ex jure conſtituto competunt actiones tam rei perſecutoriæ, quam pœnales, poſitis tamen terminis habilibus. Datur ſcilicet condictio indebiti, *l. fin. §. 3. & 4. ff. h. t.* & pro re nata atque concomitante crimine aliæ plures. Sed & ſpecialem Prætor adverſus eos dedit actionem, quod hoc hominum genus ſingulari modo propter frequentiam ſcelerum & infinitos fraudes notari debuerit, edixitque, ut ſi quid publicanus, aut alius publicani nomine, aut familia publicanorum vi ademerit, aut illicite exegerit, in duplum illi, poſt annum in ſimplum condemnentur, *l. 1. ff. eod.* concurritque actio ex hoc edicto cum actione bonorum vi raptorum, cum actione furti; cum actione damni ex L. Aquilia, ne ſcil. melior ſit publicanorum, quam cæterorum improbiſſimorum hominum cauſa. *d. l. 1. §. 4.* Quod tamen cum grano ſalis accipiendum eſt. Uti enim recte obſervat Bachovius *ad Treutl. vol. 2. diſp. 18. th. 8. lit. D.* vindicatur ex hoc edicto delictum & proprium ſive ſpeciale & commune. Speciale eſt, ſi publicanus plus, quam decet, exigat, nulla adhibita vi, neque commiſſo aut concurrente furto, nullo illato damno, quod L. Aquilia vindicatur, ita ut delictum publicani per ſe ſtet, nec aliquod aliud concomitans habeat. Et tum utique reliquæ actiones concurrere nequeunt, ſed unica tum locum habet actio ex hoc edicto: Commune autem delictum eſt, ſi a publicanis aut familia eorum damnum detur, violentia aut furtum committatur. Atque tum non furti tantum, aut ex L. Aquilia, aut vi bonorum raptorum actio datur, ſed etiam ſpecialis hæc ex delicto de publicanis, *l. 1. §. 2. ff. h. t.* propter quem concurſum delictum hoc commune dici poteſt, quod ſcil. ob unum idemque factum generalis aliqua, & ſpecialis hæc actio locum inveniat. Ubi & illud notandum eſt, in concurſu tali, ſi intentetur ſpecialis, qualis eſt hæc actio ex edicto de publicanis, non propterea excludi actionem generalem, quo minus & iſta contra eundem, jam ex ſpeciali actione condemnatum, intentari queat, quatenus ſc. plus eſt in generali, quam in ſpeciali. Joh. Sichard. *ad l. 8. C. de furt. n. 5.* Competit actio iſta ſpecialis, quando intra annum inſtituitur, ad duplum ejus, quod ademptum aut exactum eſt, poſt annum ad ſimplum, *l. 1. pr. ff. h. t.* ſed ita, ut in duplo illo ipſius etiam inſit rei perſecutio. *l. c. §. 1. ff. eod.* Et in hoc ſcil. gravior eſt, quam actio damni injuria ex L. Aquilia, quippe in qua reus condemnari ſolet in id, quanti plurimi res eo in anno fuerit, *pr. inſtit. de L. Aquilia.* non præciſe in duplum. Melior tamen viciſſim eſt actio, quam furti aut vi bonorum raptorum, quippe cum in duplum detur, cum vi bonorum raptorum in quadruplum ſit, & furti manifeſti æque in quadruplum. *l. 1. §. 3. ff. de Publican.*

Sed non ideo tamen minus tenentur publicani furti, aut vi bonorum raptorum, ſiquidem talia delicta concurrunt, ſicut raptor, ſi apprehendatur, præter actionem vi bonorum raptorum, etiam furti tenetur. *pr. inſt. de vi bonor. rapt.* Imo vero in eo quoque gravior eſt ſpecialis hæc contra publicanos actio, quod ſi non exhibeant familiam, quæ damnum, vim aut furtum fecit, aut aliquod illicite exegit, in ſolidum ſuo nomine teneantur, *l. 1. §. ult. ff. h. t.* Cujac. *in paratitt. ibid.* Franc. de Amaya *ad l. 1. C. de exact. trib. n. 18.*

85 Præter iſtas actiones omnes etiam extra ordinem in publicanos animadvertitur. Alteram enim utilitas privatorum, alteram vigor diſciplinæ publicæ poſtulat, *l. 9. §. 5. ff. de Publican.* Quæ diſciplina utinam exacueretur haud raro, & ſeverior in ejusmodi homines exiſteret, non ita proſtitueretur bona Reip. fama, nec tam male audirent apud exteros, quod ſæpiſſime nunc contingit, Proceres & Gubernatores Imperii. Ipſi Principi hic incumbit ſedulo inſpicere, quid rerum gerant & quatenus officio ſuo fungantur publicani & alii publicarum pecuniarum receptores, eosque, qui doloſe & fraudulenter in eo verſati fuerint, pro ratione culpæ aut criminis commiſſi ita punire, ut metus ad reliquos perveniat. Multum contulerit, inquit Johannes Mariana *de Reg. & Regis inſtit. 3. c. 7.* regia vectigalia, undecunque exiſtant, diligenter curari, ne a vafris hominibus & pravis, qui omnes pecuniæ vias norunt, omnesque fraudes pecuniæ cauſa ſuſcipiunt, minuantur, ſive publicani ii ſint, ſive quibus cura regiorum vectigalium credita eſt, qua peſte vix ulla magis tetra excogitari poteſt. Quam grave Reipubl. bonis invidioſum, pleroſque ad eam procurationem accedere exſuccos, ſine cenſu: eosdem intra paucos annos copioſos & beatos evadere: a quibus profecto exigendum eſſet, ut rationem opum quæſitarum exactam reddant, &c.

86 Satis jam de pœnis Publicanorum, ſupereſt, ut etiam de pœna illorum, qui fraudandi vectigalis gratia merces non profitentur, aliqua addamus. Et hæc pœna de jure civili dicitur eſſe commiſſi. *l. ult. ff. de Publican.* Committi vetus verbum eſt, JCtis familiare, & ſignificat aliquid committi, propter quod res debeat uni dari, & alteri adimi: quia videlicet quippiam vel factum non eſt, quod debuit fieri, vel factum eſt, quod non debuit fieri. Et hanc vocis explicationem adverſus Claudii Salmaſii impugnationes defendit Joſephus Gibalinus *de Uſur. lib. 3. cap. 7. art. 13. conſect. 4.* ubi oſtendit, in talibus 87 caſibus, quibus commiſſo locus eſt, ſemper unam legem committi, & in aliam, ſive contra aliam ſimul committi. Sic enim lex eſt, ut qui merces apud publicanum non profitetur, eas amittat. Qui igitur facit & committit quamobrem merces amittat, committit contra legem, quæ jubet fieri poſſeſſionem mercium, eam tamen implet & committit, quæ merces non profeſſas fiſco vindicat. Tota lis eſt de acceptione vocabuli. Sufficit noſſe, commiſſum nihil aliud eſſe, quam rerum merciumve caſum in fiſcum, propter fraudem a Domino admiſſam. Et ſic commiſſum facit, ut res deſinat eſſe ejus, cujus antea fuit, quomodo in venditione lex commisſoria facit, ut res deſinat eſſe emptoris; in pignore ut deſinat eſſe debitoris; in vectigalibus ut deſinat eſſe ejus, qui vectigal non ſolvit. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 1. th. 26. lit. D.*

Cadunt ergo merces in commiſſum, 88 quas quis non profeſſus eſt apud publicanum, fraudandi vectigalis gratia. *l. fin. §. 1. & 3. ff. de Publican.* Repetendum enim ex ſuperioribus, neceſſariam eſſe profeſſionem mercium ex parte vectorum. Omiſſa tali profeſſione merces fiſco acquiruntur, nec opus tum eſt prævia admonitione portitoris. Ut autem præter profeſſionem a viatoribus etiam ſolutio offeratur, publicanis, æque neceſſarium non eſt, & ſufficit, paratos eos eſſe ad ſolvendum. Imo vero ſibi imputare debet publicanus, cur vectigal non exegerit. Hoc igitur caſu, cum profeſſiones recitantur, commiſſum ceſſat, *l. ult. §. 12. ff. h. t.* niſi quis poſt profeſſionem illico ſe ſubduxerit animo non ſolvendi. Tum enim paratus ille ad ſolutionem dici nequit, & hinc dubium non eſt, merces tales in commiſſum cadere, Anton. Matthæus *de Auction. lib. 2. c. 7. n. 5.* non obſtante profeſſione, quippe quæ ſine ſuo culpa ipſius profitentis deſtituitur.

Poſſunt enimvero tales coincidere circumſtantiæ, quæ, dum facta tantum fuerit profeſ-

professio, viatores & vectores properantes sæpe & festinantes ab omni pœna immunes & excusatos reddunt, quæque dolum omnem excludunt. Et tum incivile profecto erit, imo haud parum iniquum, sicubi publicanus inter commissa referre merces exportatas velit. Juvanda & promovenda sunt commercia, non sufflaminanda per exactiones justa ratione destitutas, faciendumque, ut non aliter pœna decernatur, nisi postquam de delicto & animo fraudulento constet. Atque ex his principiis noluerunt Domini fraudati vectigalis reum habere negotiatorem, qui post professionem factam merces exportaverat, nec adhuc tum vectigal exsolverat, *an J. V. O. zu Hamburg,* Mens. Aug. 1635. *Hat* A. *im verschienenen Herbst unter andern 60. Kippen Ochsen-Häute von* B. *der Stadt Hamburg Bürger, erkauffet, und als er, seiner Gelegenheit nach, die Häute von Hamburg nach Ypern in Flandern abschiffen wollen, dieselben öffentlich aus* B. *Behausung bis ans Waysen-Haus führen lassen, in Meynung, dieselben durch einen Ever an Schiffs-Bort zu schaffen, auch weil der Wind gut, und der Schiffer segelfertig gewesen, und eilend abfahren wollen, alsofort zu Schiffe gebracht, und es hat der Rath zu Hamburg die Häute aus dem Schiffe nehmen lassen, thun auch dieselbe* A. *bis auf diese Stunde vorenthalten. Wenn nun gleich* A. *die von ihm in das Schiff gebrachte Ochsen-Häute nicht richtig verzollet; Dennoch aber und dieweil er dieselben bey des Raths zu Hamburg Zoll angegeben, gegen den Zoll-Verwalter erkläret, er wolte von* B. *seinem Verkäuffer, ob es freye oder unfreye Häute wären, schrifftlichen Bericht einschaffen, immittelst nicht allein die von dem Herrn der Zolle begehrte Caution auf N. N. Reichs-Thaler geleistet, sondern auch den gantzen Werth der Häute auf N. N. Reichs-Thaler in Banco verbürget, und der Zoll-Verwalter damit zufrieden gewesen; So sind viel erwehnte Häute nicht verfallen, und werden auch nicht unbillig wieder ausgeantwortet; V. R. W.*

89 Quia vero munes aliæ, aliæ immunes sunt merces, & inter has aliæ notorie tales, aliæ, de quibus adhuc dubitari possit; ideo jam supra dixi, ita hodie observari, ut istarum rerum, quæ notorie immunes sunt, professio secure & sine metu commissi omitti queat. Ne tamen obtentu immunitatis fraudetur Respublica mercibus quoque non immunibus, immunium nomine traductis, denegandum non erit portitoribus, ut, si quando suspicionis argumenta habuerint, accuratius inquirant, ipsasque merces sibi exhiberi & ostendi faciant. Imo vero, ut evitetur omnis suspicio, rectius meo judicio juberet Princeps omnes in universum merces, & sic etiam notorie immunes profiteri, non quidem ea cum comminatione, ut in commissum cadant omnes, si neglecta fuerit professio, sed ut immunes munificæ fiant, aut alia aliqua mulcta pecuniaria in transgressores statuatur.

Sed quæritur, stante vulgari Doctorum sententia, si quis res munes & immunes simul advexerit, & illas in totum vel pro parte celaverit, utrum munes tantum, an vero & immunes, & porro, utrum pars tantum illarum, quæ celata est, an vero universæ in commissum cadant? Et universas confiscari, exemplo mercium licitarum & illicitarum, quæ simul advehuntur, probatur. Ita enim jus est, ut licitæ una cum illicitis Fisco vindicentur, *arg. 11. §. 2. ff. h. t. l. 3. C. de naut. fœn.* ubi dicitur, propter merces illicitas etiam ipsam navem publicari, quæ tamen inter res illicitas referri non potest; quanto magis ergo reliquæ res illicitis junctæ. Vid. Nicol. Boër. *Decis. 172.* Joh. Bapt. Costa *de fact. scient. & ignor. cent. 1. dist. 46. n. 2.* Sed hoc tum demum obtinet, quando Dominus navis non ignorat, merces illicitas in nave sua contineri. August. Barbos. *ad d. l. 3.* Joh. Petr. de Ferrariis *in prax. tit. 29. gloss. 8. num. 8.* Eo enim ignorante si immissæ fuerint tales, navis dispendium non sustinet. Et sic etiam, si, cum plures mercatores eandem onerarent navem, unus ex illis merces illicitas, reliquis insciis aut invitis, immiserit, aut unus merces suas munes pro- 90

professus non sit, reliqui professi sint, hujus solius merces publicabuntur. Nam & cum ex pluribus hæredibus unus rem munem publicanos celaverit, factum ejus cohæredibus non nocet. *l. 8. ff. de Publican.* Anton. Matth. *de Crimin. tit. de Læs. Maj. cap. 5. num. 19. & de Auction. l. 2. c. 7. num. 14.* Pet. Peck. *ad l. 1. C. de Navicul. num. 6.* Qua ratione etiam socii excusabuntur, si unus ex illis non solvit vectigal, ut propterea tota eorum res communis non cadat in commissum. Henr. a Rosenth. *de Feud. cap. 5. conclus. 41. num. 3.*

91 Sed hic etiam illud notandum est, quod pro regula traditur a Doctoribus *ex l. 16. §. 2. ff. de Publican.* id tantum inter commissa referri, quod proprio nomine in causam commissi incidit. Sic enim mancipiis commissis res peculiares non esse in eadem causa, rescripserunt Divi Severus & Antonius. Pari modo ancilla commissa, non committuntur nati ejus, quia scil. nati non accedunt ancillis, sed æque principaliter se habent atque ipsæ ancillæ. Francisc. Zoannett. *ad l. in pecudum fructu. ff. de Usur.* Arnold. Vinn. *ad §. 17. Inst. de Legat.* Quod vero inferunt hinc aliqui, curru incidente in commissum non publicari equos, id dubio non videtur carere. Cur enim currum magis aut rhedam propter merces illicitas, quæ impositæ sunt, in commissum cadere dicamus, quam jumenta currum ducentia? Currus ex se non movetur, nec vehuntur merces, nisi ab equis ducantur. Nisi veherentur merces illicitæ, in commissum non caderent. Cadunt ergo ideo, quia ab equis ducuntur, & contra interdictum aliorsum vehuntur, unde & vectigal dicitur. Quod si vel centies oneraretur currus mercibus illicitis, non propterea publicari deberet, quemadmodum nec ipsæ merces, nisi in alium locum ducerentur. Et cur ergo currus magis, quam equi jugales, in commissum cadat? Posito scil. propter merces vetitas in commissum cadere debere currum, ad exemplum navis mercibus prohibitis onustæ. Quod si non intuitu mercium, sed ideo publicandus erit currus, quia ejus nomine nullum fuit solutum vectigal, uti alicubi non merces tantum, sed ipsa etiam vehicula vectigalibus obnoxia sunt; *l. 60. §. pen. ff. locat.* facile assentior, hoc casu non simul publicari debere jumenta, quia currus non est inter res vetitas, ut propter eum perinde in commissum cadere debeant jumenta, uti propter merces illicitas in commissum cadit currus & navis.

Et exhinc dubitare incipio, utrum valeat argumentum, quod faciunt Doctores, & inferunt a mercibus prohibitis atque illicitis ad merces munes, professione non indicatas & cum immunibus junctas, ut sicuti illo casu una cum illicitis licitæ confiscantur, ita confiscari etiam debeant hoc casu immunes cum munibus universis, aut ex parte celatis. Gravius est delictum exportare res illicitas, quam merces vectas non profiteri. Et gravior ergo illic, quam hic decernenda erit pœna. Confiscatione universorum bonorum & capitali insuper pœna plectitur, quisquis arma ad hostes exportaverit, aut frumentum, aut sales, *l. 2. C. quæ res export. non deb. l. 11. pr. ff. de publican.* Non ita puniuntur, qui merces licitas occultant. Atque sic facilius potuit confiscari navis, quæ merces illicitas gestat, cum & alia universa Naucleri bona in fiscum cadant, quam quæ gestat merces occultatas; quanquam & hanc publicari posse non negem, si ita lege constitutum fuerit. Extra legem autem æquius esse videtur navem non publicari, neque merces immunes propter munes celatas, neque reliquas munes propter partem occultatam. Quia enim statuta, de pœnis loquentia, stricti sunt juris & interpretationis, ea tantum res & eatenus committetur, pro qua & quatenus vectigal non præstatur. Atque sic etiam soluto vectigali pro parte tantum mercium, reliquæ totæ & integræ non incident in commissum, quia soluti vectigalis ratio est habenda ad proportionem mercium. Petr. Frider. *de process. lib. 2. cap. 43. num. 15.* Henr. a Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 41. num. 2.* 92

Ut au-

93 Ut autem pœna commissi obtineat, necesse est, scienter dolo malo res sint celatæ. Ignorantia ergo & error quodammodo excusant. Dixi quodammodo, quia pœna commissi eis condonatur, & alia levior substituitur. Nec aliter hic ignorantiam accipio, quam quatenus cum errore convenit, aut errori proxima est. De errante expresse dicitur *in l. ult. §. 10. h. t.* eum quidem in caussam commissi incidere, sed duplo vectigali publicanos debere esse contentos. Sed cur non omnino hoc eis impune est? quod enim scelus error habebit? cum consilio & animo defraudandi destituatur, qui per errorem res aut prorsus non profitetur, aut falso profitetur. Sic enim jus est, ut interpretatio fraudis, non ex eventu solo, sed inprimis ex consilio fraudantis sumatur. *l. 79. ff. de R. J.* Nimirum a regula illa exceptio hic facienda est, ut fallat in vectigalibus & commissis, quam exceptionem favor & necessitas Reip. effecit. Anton. Matth. *de auction. l. 2. c. 7. n. 20.* Et nihilominus tamen non semper, duplum ut ab errante solvatur, admitterem. Quid enim si per errorem quis mercem pro merce professus est, & utraque mox æque pretiosa est, & eidem obnoxia vectigali? non poterit tum dici fraudatum vectigal. Atque sic puto non aliter errantem ad duplum solvendum teneri, quam ubi de eventu constat, revera defraudatum esse vectigal, & professionem factam Reipubl. esse noxiam, Dav. Mev. *ad jus Lubecens. part. 2. tit. 3. art. 6. n 14.* qui eventus non ex eo demum tempore dijudicandus est, quando actus jam consummatus est, & vector rem pertulit quo voluit, sed imprimis ex eo, quando ultra telonium jam abiit, & vel nulla vel falsa professio facta est. Ant. Matth. *d. l. n. 22.* Simul atque enim merces telonium prætervectæ sunt, locus est commisso, nec postea moræ purgatio aut pœnitentia admittitur, *l. 14. ff. h. t.* Jos. Mascard. *concl. 834. num. 26. & 27.*

94 De ignorante sic ait JCtus *in l. fin. §. 5. ff. h. t.* Licet quis se ignorasse dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere Divus Adrianus constituit. Per pœnam vectigalis pœnam commissi intelligi debere, nullus dubito. Et nihil addit vel Adrianus Imp. vel JCtus, utrum etiam hoc casu remissa pœna commissi duplo vectigali portitores debeant esse contenti. Quod argumentum est, deteriorem esse conditionem ignorantis, quam errantis. Et in hoc etiam distingui alterum ab altero putat Franciscus Duarenus *ad h. t. cap. 3.* quia error est in eo, qui culpa vacat; at culpa non vacat ignorans. Idem discrimen notat Cujacius *l. 14. obs. 3. in fin.* ex hoc ipso textu. Etsi autem alias inter Doctores pro Synonymis habeantur ista duo actionum humanarum principia, cum etiam is, qui errat, quatenus errat, ignoret, error tamen, si attentius res consideretur, positive se habet ad ignorantiam, dum supponit judicium aliquod seu notitiam perversam ejus, circa quod erratur, conciliatam per visum, opinionem, famam &c. Ignorantia ex se nullum cognitionis actum supponit, sed habet se privative. Henr. Hahn. *ad tit. de jur. & fact. ignor. num. 1.* Atque adeo dubium mihi nullum est, de jure civili ignorantiam non excusare, neque liberare a pœna commissi, quia, ut Cujacius recte ait, ignorare nemini licet, quæ ad jus publicum spectant. Et hinc in ignorantia vincibili, eaque admodum crassa, versatur, culpamque latissimam committit, qui ignorat, quod omnes viatores scire oportet. Conf. Joh. Köppen. *quæst. 50. n. 26.* Quia vero Doctores erranti quodammodo ignosci *ex d. l. ult. §. 10. ff. h. t.* observant, & errantis atque ignorantis aliquam convenientiam colligunt, etiam ignorantiam, quæ probabilis est, quodammodo excusare statuunt. Sed quæ, ut dixi, potius in errorem incidit. Vid. Henr. a Rosenthal. *de feud. cap. 5. Conclus. 37.*

Dantur vero insuper alii casus, quibus aut plane locum non invenit commissi pœna, aut remittitur. Sic enim ignosci solet militibus, *l. 3. C. de Vectigalib.* pupillo, si intra triginta dies vectigal inferat, *l. 7. §. 1. ff. de publican.* minori, si in sola professione erraverit, *l. 16. §. 9. ff. eod.* Est ergo hactenus inter pupillum & minorem aliqua differentia. 95

Nec faciendum cum illis, qui putant, etiam minoribus, perinde ut pupillis, concessum esse spacium triginta dierum, intra quod evitari pœna commissi queat. Nec succurritur aliter minoribus, nisi per beneficium restitutionis in integrum, *l. 9. §. pen. ff. de minor.* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. part. 2. quæst. 82. art. 4.* Et quidem si per errorem aut culpam aliquam pœnæ causam dederit. Quod si enim dolus intervenit, cessabit restitutio. *d. l. 9.* Cumque majori etiam propter errorem adversus fiscum succurri soleat, uti supra exposui, non male hinc colligit Anton. Matth. *de auction. l. 2. c. 7. n. 30.* etiam ob minus probabilem errorem minorem in integrum restitui, ut aliqua inter majorem & minorem sit differentia, quippe qui non aliter pœnam commissi evitet, quam error allegatus probabilis sit.

96 Aliquando vero commissi pœna omnino locum non habet. Quid enim si propter necessitatem adversæ tempestatis expositum onus fuerit? non debere hoc commisso vindicari, Divi fratres rescripserunt, *l. fin. §. 8. ff. h. t.* Et ex hinc conficiunt Doctores, nautam, qui necessitate tempestatis in devium portum defertur, ejus loci vectigalia solvere compellendum non esse. Petr. Peck. *ad l. 5. de navicul. n. 2.* Item si quis metu hostium, latronum aut piratarum iter mutaverit, & locum, ubi profitendæ sunt merces, non attigerit, quia fraudis consilio caret, in pœnam commissi incidisse dici nequit. Sed & commisso locum esse negant Doctores, quando injustum constitutum est vectigal, id enim fraudare licere, plerorumque omnium est sententia, quos longo ordine adducit Andreas Tiraquellus *de retract. in præfat. num. 69.* & sequitur Celsus Bargalius, *de dol. l. 1. c. 7. num. 49.* data ratione, quia Princeps injustum vectigal imponens primus peccat, & suos subditos defraudat, & fraus potest fraude repelli, nec tam dolum dicit committi a viatore fraudante, quam fraudem Principis injustum vectigal jubentis excludi. Quod & locum habere dicunt, quando cessat causa, propter quam constituta est gabella, & hæc nihilominus exigitur. Vincent. Carocc. *de locat. conduct. part. 3. quæst. 4. n. 10.* Videtur enim tum quoque vectigal injustum esse.

Verum theoria hæc & falso nititur fun- 97
damento, & in praxi plane non procedit. Præsupponit nempe, Principi iniquo & injusto parendum non esse, quod est contra monitum Apostoli, *1. Petr. II. 13. 14. 15. 18. Rom. XIII. 1. 2. 5. 7.* ubi & hoc dicitur, oportere dari vectigalia a Principe imposita propter conscientiam de Deo, hoc præcipiente. Et quis vero de injustitia vectigalis impositi judicium ferre vel debet, vel potest? Injustum vectigal dicit esse Celsus Bargalius *d. l. n. 48.* duobus modis, vel quia est impositum ab eo, qui jus imponendi non habet, vel quia non ad expensas necessarias, sed potius ad luxum & delicias insumitur.

Addidi ego paulo ante tertium, quando cessat causa, propter quam impositum est vectigal. Primus huc non pertinet, quia potestatem non habenti impune non paretur. Henr. a Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 43. n. 1.* Sed secundus & tertius non sufficit, ut denegetur vectigal imperatum. Præter id enim, quod difficile est de Principis merite judicare, non quid Princeps intendat, uniuscujusque conscientia considerare debet, sed quid ipse Deus velit, & quid nos ad parendum nostris Magistratibus obliget, quando impium non est quod mandatur, nec flagitiosum, uti recte tradit Hadrianus Saravia *de imperandi autor. & Christi obed. lib. 2. c. 5.* In praxi autem ideo nullus ejus doctrinæ usus est, quia Princeps talia vectigalia imperans commissi pœnam decernet, quotiescunque defraudantem deprehendet, nec tum, utrum commissæ res fuerint, longam disputationem admittet. Dn. Ziegl. *d. l. c. 12.*

Quotiescunque vero pœna commissi 98
locum habet, res, quæ commissa est, statim desinit ejus esse, qui crimen contraxit dominiumque rei vectigali acquiritur. *l. 14. ff. h. t.* quod singulare videtur Francisc. Duareno *ad h. t. cap. 3.* contra juris rationem, *l. 20. C. de pact.* Ea propter commissi persecutio sicut adversus quemlibet possessorem, sic & adversus hæredem competit *d. l. 14.* non demum post litem contestatam cum defuncto, uti putat Regnerus Sixtin. *de regalib. l. 2. c. 6. num. 167.* sed etiam tum, quando vivo eo, qui deliquit, quæstio mota nondum fuit, cum simpliciter dicatur, *l. 8. ff. h. t.* fraudati vectigalis crimen ad hæredem ejus, qui fraudem contraxit, commissi ratione transmitti,

mitti, dummodo possidet hæres, aut dolo possidere desiit, quod in omni rei vindicatione necessarium requisitum est, *l. 27. §. 3. & l. 36. in pr. ff. d. R. V.* Quem vero pro sua sententia Sixtinus adducit textum, *ex l. ult. §. 13. ff. de publ.* ad præsens negotium applicari nequit, cum agat de hæredibus delinquentis publicani, notante glossa *ibid.* quem variis pœnis obnoxium esse dixi supra. Et quia rei vindicationem fisco competere diximus, facile hinc intelligitur, possessionem rei, quæ in commissum incidit, penes viatorem & vectorem tamdiu manere, quoad sententia supervenerit declaratoria. Nec enim, quia dominium ipso jure amissum est, amissa etiam propterea illico est possessio. Et generaliter leges & statuta, quæ inducunt privationem, ipso jure ad dominii tantum, non possessionis simul privationem spectant. Andr. Gail. *l. 2. obs. 51. n. 5.* Sebastian. Guazzin. *de confisc. bon. conclus. 15. n. 11. 13. seq.* Vincent. Carocc. *de locat. part. 4. quæst. 8. n. 17.* Et sic ergo publicani propria autoritate rem commissam auferre nequeunt, Henr. a Rosenthal. *feud. cap. 5. conclus. 36. n. 3.* Denique & istud notandum, cessare vindicationem istam, si quinquennium sine lite elapsum sit. *l. 2. C. de vectigal.* Et hinc igitur dominium, quod competebat, recessisse videtur.

99 Jure Saxonico pœna commissi constituta non est, sed mere pecuniaria. Qui enim valvarum, pontium, sive aquarium telonium non persolverit, quadruplum refundere, telonium autem forense qui non dederit, triginta solidos pœnæ nomine persolvere tenetur. *Wer Brück- oder Wasser-Zoll verfähret, der soll ihn vierfältig vergelten. Wer Marckt-Zoll verfähret, der soll dreyssig Schilling zur Busse geben, Land-Recht lib. 2. art. 27.* Coler. *Decis. 190.* Quod ipsum tamen restringunt nonnulli ad casum, quo ex negligentia aut ignorantia vectigal non solvitur, atque diversum plane obtinere volunt, quando fraudulenter & dolose peccatur, ut tum pœna arbitraria, puta carcer, aut mulcta pecuniaria decerni queat. Carpzov. *p. 4. Const. 41. def. ult.* Et huc pertinet constitutio Saxonica, quæ habetur inter non editas, *part. 4. num. 4.* In genere notandum, consuetudinem cujusque provinciæ attendi oportere, *l. 4. §. fin. h. t.* quæ tamen non obstat, quo minus mutari queat ab eo, qui jus vectigalia constituendi habet.

Reliquum est, ut videamus, quid vicis- 100
sim præstare debeat Princeps propter vectigalia soluta. Id vero intelligitur ex fine, propter quem vectigalia & gabellæ primitus institutæ sunt. Finem supra diximus esse duplicem, alterum quidem ut conservari & reparari queant viæ publicæ, alterum vero, ut securi ire atque redire queant cum bonis suis viatores. Andr. Knichen. *de Sax. non prov. jur.* verb. *Ducum. C. 5. n. 77.* Utrumque oppido necessarium est in bene constituta Republ. utrumque ad finem istum communem tendit, ut commercia ultro citroque conserventur. Quia enim viæ publicæ ad Principem spectant, & inter regalia referuntur, ut viæ usui esse possint & civibus & peregre advenientibus, Principi incumbit efficere. Usui autem esse nequeunt, si vel inviæ factæ fuerint, vel a latronibus obsessæ. Principis igitur hæc cura est, ut complanentur viæ publicæ, & ut a malis hominibus eas obsidentibus purgentur, tutæque reddantur, & ad eam curam isti ex officii ratione, quatenus Principes sunt, obligantur.

Posito hoc principio fortior adhuc & 101
haud paulo adstrictior fit obligatio, quando accedit perceptio vectigalis in eum finem constituti. Sane videri poterant terrarum Domini turpiter accipere pecuniam ejus rei gratia, ad quam ipsi ex officii ratione tenentur. Thomas Maul. *de jur. conducendi tit. 7. n. 4.* Sed quia res ista sine impensis & sumptibus perfici nequit, non magis improbanda erit vectigalis constitutio ad reficiendas & securas reddendas vias, quam improbari potest tributorum indictio & exactio ad defendendos cives & subditos; ad quam defensionem itidem ex officio tenetur Princeps. Nec vero quisquam est, qui non malit Principi in eam rem aliquid contribuere, quam per vias salebrosas & destructas, aut minus securas incedere. Secus est, quando ex sola libidine dominorum, sine publica utilitate commeantium, sed solo arbitrio vectigalia exiguntur. Talia enim non refectiones, sed obsessiones viarum rectius dici, & in quibusdam locis sine publico commodo durissime ab Helvetiis exigi, scribit Carolus Molinæus *ad l. 7. C. de SS. Eccles.* Nec vero, quod supra dixi, alia dari potest ratio, propter quam excusari queat vectiga-

vectigalium receptio, quam ut loca & itinera a prædonibus & latrunculis tuta reddantur, utque munitæ & bene compositæ semper habeantur viæ. Ex perceptione igitur pedagii aut vectigalis videtur percipiens ultra debitum ex jure Principis perveniens tacite se obligare ad præstationem securitatis per territorium suum.

102 Ex quo sequitur porro, a domino territorii damnum omne, quod culpa ejus viatoribus infertur, resarciendum esse. Dum enim tenetur Dominus securitatem præstare; si non præstet, per omissionem ejus, quod facere debet, in culpa est, ut viator damnum patiatur. Culpa enim hic in damno non avertendo consistit,& ad desidiam ac negligentiam pertinet. Nic. Burgund. *de peric. & culp. c. 1. n. 6.* At ratio naturalis dictitat, eum, qui culpa sua damnum alicui dat, damnum illud resarcire debere, posito, quod obligatus sit damnum istud avertere. Sed & oppido gravis esset pœna commissi propter defraudationem vectigalis constituta, nisi vicissim hoc haberent a Principe viatores, ut, ubi solutum a se fuerit vectigal, indemnes ipsi præstentur. Et hanc sententiam plerique omnes defendunt Doctores, Udalr. Zasius *lib. 1. consf. 14. & 15.* Andr. Gail. *l. 2. Obs. 64.* & ibi Bernhardus Græven. *conclus. 64.* Paris de Puteo *de Synd. verb. Robaria n. 2.* Petr. Anton. de Petra *de pot. princ. c. 8. n. 38.* Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. 2. c. 18.* & ibi Marqu. Freherus. Petr. Binsfeld. *ad cap. 9. X. de injur. & damn. dat. quæst. 8.* Matth. Coler. *de process. execut. p. 1. c. 2. n. 335. & decis. 189.* Mynsing. *Cent. 5. obs. 70.* Joh. Köppen. *quæst. 37.* Ant. Gothofred. *disp. feud. 3. th. 7. lit. C.* Thom. Maul. *de jur. conducend. 7.* Andr. Knichen. *de Sax. non prov. jur. c. 5. n. 80.* Phil. Knipschild. *de civit. Imp. l. 2. c. 5. n. 146.* Dn. Tabor. *de hoplophor. cap. 4. num. 6.*

103 Primus, ni fallor, in diversam abiit sententiam Henricus Bocerus, *de regal. c. 2. n. 156.* statuens, non esse obligatum territorii Dominum ad resarciendum damnum, quod viatoribus in via publica datum est. Sed meo judicio non satis considerate. Dum enim ex jure privatis proposito æstimari vult jus publicum, quale hoc est, quod ad regalia pertinet, imprimis si habeatur respectus ad alios, qui subditi non sunt, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν mihi videtur. Non esse ullam obligationem, nisi quæ jure aliquo vel civili, vel prætorio constituta, vel comprobata sit, ad jus civile Romanorum privatis præscriptum pertinet, non ad jus Principum; nec admitterem ego consulem Romanum excipientem, pacta sua cum Pœnis inita a Prætore suo non esse comprobata. Et quorsum igitur necessum erit, omnes species contractuum vel quasi contractuum, delictorum vel quasi delictorum enumerare? Quorsum necesse est, de actione, quæ viatoribus ob damnum datum adversus Principem competat, scrupulose inquirere & scrutari? Dicam simpliciter, Principem obligatum esse ideo, quia Princeps est, & teneri in conscientia, ut damnum ab aliis datum, quod avertere debuit, resarciat, etsi conveniri actione, aut cogi non possit.

Restringenda tamen est sententia com- 104
munis ad casum istum, quando dominus territorii prohibere injuriam & damnum datum potuit, & non prohibuit. Si quando enim repente in territorium magna prædonum & bannitorum copia irruat, & prædam faciat, ut occurri eis ex tempore manu armata nequeat, nec prævideri casus ille potuit, non teneri Principem damnum datum resarcire, verius est. Petr. Binsfeld. *d. l.* Matth. Coler. *de process. exec. l. 1. c. 2. n. 336.* quanquam, ut impediat talem irruptionem, ad omnem diligentiam obstrictus sit. Et hactenus admittere possum, quod statuit Thomas Maul. *de jur. conduc. tit. 7. n. 3.* non excusari Dominum, si asserat, prohibere se non potuisse, posito scil. vim talem fuisse, quæ prævideri aut prohiberi potuerit, & quidem pro conditione & statu ipsius Principis. Ut enim integrum ille ad vim talem repellendam semper alat exercitum, incivile esset eum adstringere. Vis major autem, ut & fatale damnum & fortuiti casus a nemine præstandi sunt. Etsi autem Johannes Köppen *decis. 37. n. 10.* distinctionem faciat inter dominos eos, qui vectigalia accipiunt, & qui nulla talia accipiunt, illosque indistincte ad restitutionem damni, sive prohibere potuerint, sive minus, hos vero tum demum, quando prohibere potuerint, teneri existimet, eumque sequatur Bernhardus Grævenus *d. l. n. 5.* æquior tamen videtur sententia simpliciter asserens, non teneri dominum, si prohibere non poterit, cum ad impossibilia nemo obligetur; Illud obiter notandum est, non teneri Principem ad restitutionem, si viator in via regia & solita non incesserit. Dn. Ziegl. *d. l. C. 13.*

CAPUT

CAPUT XXVII.
DE OPERIS RUSTICORUM.

SUMMARIA.

1. *Operæ quomodo in Germania cœperint?*
2. *Clodovæus & Carolus Magnus earum Autores.*
3. *Leges Caroli Magni de servitutibus non admodum rigidæ.*
4. *Successu temporis plurimi libertatem consecuti.*
5. *Operarum diversitas per Germaniam.*
6. *Operæ secundum consuetudinem dijudicandæ.*
7. *Ex subjectionis jure operæ præstandæ.*
8. *Operarum vocabulum quomodo hic accipiatur?*
9. *Operarum Definitio.*
10. *Operæ debent esse honestæ.*
11. *Jus Connagii improbatur.*
12. *Primarius operarum finis utilitas Domini.*
13. *Secundarius defensio subditorum.*
14. *Operæ vel Officiales vel Artificiales.*
15. *Item vel determinatæ vel indeterminatæ.*
16. *Si subditi ad certa officia obligati vi majori impediantur, quid juris?*
17. *Operæ indeterminatæ quomodo præstandæ.*
18. *Operæ aut præstantur jumentis, aut manu.*
19. *Operæ vel consuetæ vel inconsuetæ.*
20. *Personæ quæ ad operas rusticas obligatæ.*
21. *De Jure Civili Liberti.*
22. *Rustici & Agricolæ.*
23. *Nobiles & Clerici Prædium Rusticum coëmentes.*
24. *Item Ecclesiæ.*
25. *Hæredes utrum in solidum ad operas obstricti?*
26. *Prædia servitiis obnoxia non sunt dividenda.*
27. *Ad Operas personales singuli rustici pro sua persona obstricti.*
28. *Operas præstare subditi tenentur in defensione Domini, ejusque castri.*
29. *Unde multis in locis certus selectus solet evocari.*
30. *Convenientius est certos milites conductitios alere.*
31. *Tributa Deum Autorem habent.*
32. *Quilibet subditus arma contra hostes suscipere est obstrictus.*
33. *Qui modus belligerandi pro optimo habetur.*
34. *Operæ præcipue consistunt in agrorum cultura.*
35. *Item in Ædificatione & refectione Prædii Dominici.*
36. *Ut & in reficiendis Castris & Fortalitiis.*
37. *An Statibus Imperii liceat nova Munimenta exstruere.*
38. *Consistunt & Operæ in refectione viarum ac pontium.*
39. *Constituuntur Operæ I. Conventione.*
40. *II. Statuto Provinciæ.*
41. *III. Consuetudine.*
42. *IV. Casu publicæ necessitatis, ad quem casum spectant Angariæ & Parangariæ.*
43. *V. Præscriptione.*
44. *Operæ sunt fructus Jurisdictionis.*
45. *Pertinent ad Jurisdictionem Inferiorem.*
46. *Quoad modum exigendi Operas determinatas, consuetudo singulorum locorum respicienda.*
47. *Operæ indeterminatæ ex Dominorum arbitrio dependent.*
48. *Varietate circumstantiarum variantur Operæ.*
49. *Si subditus partem prædii vendiderit, non integras operas sustinere cogitur.*
50. *Aucto prædio, augentur & operæ.*
51. *Augentur Operæ vel pristinarum Operarum specie manente, vel ea mutata.*
52. *Operæ præstandæ secundum conventionem.*
53. *Si nullæ Operæ definitæ, quomodo præstandæ?*
54. *Si consuetudo sit incerta, Dominorum sævitiæ non nimium est indulgendum.*
55. *Durities quorundam Dominorum.*
56. *Operæ tempore convenienti præstandæ.*
57. *In subditorum arbitrio situm non est tempus pro tempore eligere.*
58. *Operæ per diem præstandæ.*

59. *Excepto tempore necessitatis.*

60. *Nec Operæ diebus festis præstandæ.*

61. *Nisi casu extremæ necessitatis.*

62. *Quibus Diebus præstandæ, ex Dominorum necessitate dependet.*

63. *Operæ non præstandæ, nisi fuerint indictæ.*

64. *Nec subditi eas possunt pecunia redimere.*

65. *Excusantur Rustici ab operis propter morbum.*

66. *Aut si ipsis fuerint erepti Boves aut Equi Aratorii.*

67. *Rusticus valetudine impeditus per substitutos operas præstare tenetur.*

68. *Utrum dies itineri insumti Rusticis prosint?*

69. *Si extra provinciam præstandæ operæ, sumtibus Domini id fieri debet.*

70. *Alias propriis sumtibus operas exhibere tenentur.*

71. *Nisi sint ita egeni, ut necessariis alimentis destituantur.*

72. *Consuetudo & Pacta circa operas maxime spectanda.*

73. *Operæ quando precario præstantur, sumtus spectant ad Dominum.*

74. *Regulariter subditi propriis Instrumentis operas exhibere tenentur.*

75. *Si jumenta in præstatione operarum ab hostibus eripiantur, damnum pertinet ad subditos.*

76. *Si Prædium Domini, ad quod subditi operas debebant, sit destructum, an ad aliud prope pristinum locum constructum operas præstare teneantur?*

77. *Quando Domini in locis dissitis habitant, an operas in pecuniariam præstationem commutare, vel alteri cedere possint?*

78. *Si pro operis pecunia solvenda, quanam in moneta fieri debeat?*

79. *Si Rustici per longissimum tempus loco operarum certam pecuniam uniformiter solverint, an per hoc contra operas præscripsisse censeantur?*

80. *Operæ an alteri cedi possint?*

81. *Actiones Domino circa operas adversus tertium competentes.*

82. *Actiones competentes Domino contra rusticos.*

83. *Quando de ipsa possessione & Jure Operarum inter Dominum & Rusticos lis existat, quid obtineat?*

84. *Quomodo Jus operarum probandum sit remissive?*

85. *An libri Censuales,* die Erb-Bücher, *contra Rusticos plenam probationem faciant?*

86. *Actiones & Remedia Rusticis contra Dominos competentia.*

87. *Quibus modis Jus Operarum finiatur?*

1 OPeras & servitia in Germaniam Clodovæum & Carolum Magnum, subjugatis Alemannis & Saxonibus, introduxisse jam *supra l. 2. c. 7.* indigitatum est. Quomodo enim operæ cœperint, luculenter ostendit Christoph. Lehmannus, Rerum Germ. scriptor egregius, in *Chron. Spir. lib. 2. c. 20.* Ubi: *Anno Christi 499. haben die Francken am Rhein mit den Alemanniern &c. grosse Kriege geführet, darinn endlich die Francken, und deren König* Clodovæus *die*
2 *Ober-Hand behalten, und also alle überwundene Teutschen nach Exempel der Römer in Dienstbarkeit gesetzet. Diesem Exempel hat hernach Käyser* Carolus Magnus *nachgefolget, als er den Sachsen und Westphalen obgesieget,* Exceptis scil. illis, qui Christiana Sacra profiterentur, hisce hominibus propriis certas leges præscripsit, operasque indixit: *Daß sie haben müssen wöchentlich gewisse Frohn-Dienste verrichten: Nemlich, welcher Leibeigener so viel Pferde oder Ochsen gehabt, daß er damit in einem Tage seines Herren Acker bauen und pflügen können, daß derselbe sonst in selbiger Wochen, seinem Herrn, zu keiner Frohn-Arbeit verbunden seyn, jedoch sonsten wöchentlich einen Tag zu Frohn schaffen sollen: Welcher aber in einem Tage die schuldige Frohn nicht verrichten können, der hat den andern Tag mit zusetzen müssen: Der aber so viel Pferde und Ochsen nicht gehalten, daß er seines Herrn Arbeit in einem Tage nicht bestellen können, und einen andern erbethen, daß er ihm zugespannet, und durch dessen Beystand sein Tagewerck geschaffet, so hat ein solcher noch einen Tag in der Wochen mit der Hand arbeiten müssen. Welcher kein Pferd oder Ochsen zum Acker-Bau erhalten, der hat drey Tage in jeder Wochen seinem Herrn, von früh Morgens bis zur Nacht, mit der Hand arbeiten müssen, die übrigen Tage sind sie ihrer eigenen*

nen

nen Arbeit nachgangen, Lehmannus *d. l.*
3 Ex hisce laudati autoris verbis clare apparet, Leges Caroli M. de servitutibus latas non adeo rigidas fuisse, quippe potentia & fortuna Caroli permoti maximam partem sese ipsi dederunt, ac proinde durum istud servitutis jugum effugerunt, unde etiam non servi, sed dedititii, adscriptitii, h. e. agricolationi adscripti, item glebæ addicti, & homines proprii, *die Leib- und halb-eigen, so nicht gantz frey, demnach auch nicht vollkömmlich* Mancipia *und Leibeigene seyn*, appellari consueverunt. Husan. *de Homin. propr. c. 2. n. 22.* Hahn. *ad Tit. de Manumiss. n. 1.*

4 Verum cum & illæ Leges præscriptæ nimis duræ viderentur, plurimi successu temporis partim armis, partim meritis, item precibus, pretio, ut & præscriptione pristinam libertatem consecuti fuere, magna tamen pars hodiernum usque in diem vel in totum vel ex parte operis obnoxia remansit, vid. *supr. Lib. I. c. 28. & Lib. II. c. 7.*

5 Quia tamen operæ per universam Germaniam mirum in modum variant, ideo secundum consuetudinem locorum dijudicandæ sunt, Husan. *de hom. propr. c. 6. n. 90.*

6 Et exinde justitia earum jure meritoque defenditur, Balthasar. *de oper. subdit. cap. 2.* quippe cum observantia jus faciat, *l. 37. ff. de LL. l. 13. §. ult. vers. usurpatum. ff. de injur. & famos. libell.* Dn. Struv. *Synt. Jur.*
7 *Civ. Ex. 2. th. 22. & 40.* Et hoc præterea omni fere dubio careat, quod ex communis subjectionis jure & ob indicium susceptæ protectionis per universam Germaniam a subditis *von den Unterthanen* operæ præstentur, idque per longævam consuetudinem invaluerit, igitur earum origo etiam Juribus summæ Majestatis magna ex parte adscribenda est, vid. Dn. Hahn. *ad tit. de oper. Libert. n. 4.*

8 Vocabulum operarum quod attinet, varie illud in Jure sumitur; hoc loco accipitur id præcipue pro officio diurno, *l. 1. ff. de Oper. libert.* Germanica quoque operarum appellatio non est uniusmodi, & Consuetudines singulorum locorum sunt inspiciendæ; in nonnullis enim locis vocantur *Robwold*, alibi *Scharwerck*. Balthas. *de oper. subd. c. 3.* in nonnullis locis dicuntur communiter *Frohn-Dienste*, ab antiquo verbo *Frohn*, quod sacrum significat, quia nimirum sacræ libertatis, quæ per manumissionem contigit, sunt quædam testimonia & Compensationes. Wehner. *Obs. Pract.* verb. *Dingnottell.* Balthas. *d. l.* in Saxonia nostra communiter appellantur *Hof- oder Herrn-Dienste*, quasi operæ, quæ dominis debentur, quæ appellatio omnium quoque videtur propriissima, cum naturam simul operarum quodammodo explicet.

Definiuntur autem operæ libertorum 9
in l. 1. & 3. ff. de Operis libertorum quod sint officium diurnum. Diurnum dicitur officium duobus modis, vel quia per singulos dies datur, uti sumitur *in l. 20. §. 5. ff. de statu lib.* vel quia per diem laborandum est, & sic accipitur *in d. l. 1. & 3. ff. de oper. libert. l. 2. ff. de ann. leg.* Quanquam hic non neget JCtus, noctu etiam ex justa ratione præstari posse, respexit tamen ad id, quod frequentius fieri solet, juxta *l. 3. & seqq. ff. de LL.* Zasius *Libr. 1. singul. intell. cap. 3. n. 4. & 6.* Ex moribus hodiernis describi possunt operæ rusticorum, quod sint Officium honestum, regulariter diurnum, Principi vel etiam aliis Dominis in personarum vel prædiorum utilitatem a subditis præstandum *l. 1. l. 3. de Oper. Libert. l. 2. de ann. Legat.* Wissenb. *d. t. n. 3.* Coler. *de Process. Execut. p. 1. c. 9.*

Honestæ debent esse operæ; unde ex- 10
cluduntur illæ, quas subditi Canonicis & Comitibus Lugdunensibus per speciale pactum præstare tenebantur, quod licentiam Dominis dabat pro recognitione feudorum prima nocte concumbere cum Vasallorum sponsis, quod jus laxandæ Coxæ aut Connagii jus nominarunt, Chopin. *ad LL. Andegavens. L. 1. c. 31. n. 8.* Camill. Borell. *Consil. 1. n. 158.* Unde honestatis 11
causa pro virginitate a Jurisdictionis Domino delibanda Malleolinus III. Scotiæ Rex tributum imposuit, & de virginitate tributo redemta vid. Klock. *de Ærar. L. 2. c. 146. n. 27. 28. 29. Sprenger.*

Primarius Operarum finis in utilitate & 12
emolumento Domini ejusque prædii videtur consistere. *L. 24. L. 26. §. 1. ff. de Operis libert.* Secundario tamen operæ viden- 13
tur præstari, ut Dominus, quia fides reciproca esse debet, Zasius *de Feud. P. 7. n. 56.* subditos illorumque bona defendere, imo privilegia & rationabiles consuetudines salvas conservare teneatur *arg. II. Feud. 6.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 2. aph. 5. & c. 12. aph. fin.* Adeo ut Doctores nonnulli statuant, quod, si Dominus officio suo negligentius fungatur, subditi ad operas alio-

alioquin præstandas non sint obstricti, Balthas. *de Oper. subd c. ult.* Jon. Euchar. Erhard. *de Oper. rust. Conclus. 33.* qui enim non facit quod debet, non recipit quod oportet. *cap. frustra. 75. de R. J. in 6to.*

14 Secundum Jus Romanorum olim dividebantur operæ Libertorum in Officiales & fabriles sive Artificiales *L. 6. & 9. §. 1 ff. de Oper. libert.* Illæ sunt magis personales, & personæ patroni exhibendæ, ut adesse, comitari. *L. 38. §. 1. ff. de Oper. libert.* Hæ artificio aliquo præstantur *l. 9. §. 1. ff. eod. l. 26. §. 12. ff. de Condict. indeb.* & subdistinguuntur in illas, quæ ad exhilarandum Dominum præstantur, & quæ res ad patrimonium Domini ejusque utilitatem concernunt. Prioris generis sunt, quas exhibent Cantores, Parabolani, Cytharedi, Mimi, Saltatores, Histriones, *Spiel-Leute*, *Gauckeler*, *Hof-Narren*, *kurtzweilige Räthe*, quos voluptatum Artifices JCtus *in l. 7. §. 5. ff. de oper. libert.* vocat. Alterius generis sunt Sartores, Pictores, Architecti, Fabri lignarii, & similes artifices. Zas. *lib. 1. sing. Respons. cap 3. n. 7. & multis seqq.*

15 Ex consuetudine hodierna operæ varie dividi possunt, præcipue vero vel ratione quantitatis, vel modi: Priori casu, Operæ sunt vel determinatæ vel indeterminatæ; Illæ Germ. vocantur *gewisse oder gemessene oder gesatzte Frohn - Dienste, benannte Frohn - Tage*, *Hof - oder Herrn - Dienste*, quæ vel ad certum tempus vel numerum restrictæ sunt. Hæ vero, scilicet indeterminatæ, *ungemessene Frohn-Dienste*, quæ nullo certo tempore, neque numero circumscriptæ sunt, sed ex Dominorum arbitrio & voluntate aut regionis consuetudine pendent, & toties præstari debent, quotiescunque opus fuerit. Gail. *Lib. 2. Obs. 62. n. 12.* Dn. Hahn. *ad tit. ff. de Oper. libert.* Richter *Decis. 98. n. 8.* Struv. *Tit. ff. de statu hom.* Knich. *de vest. pact. L. 2. cap. 3. n. 45.* Wehner. verb. *Diengnotiel.* in his regionibus vocari solent *ungemessene Dienste*, extraordinar. *Herren-Dienste*. Cujus generis sunt, *die Burgfeste*, *Flachs- und Erndte-Tage*, quanquam & hæ hodie in nonnullis locis ad certum numerum determinentur.

Determinatæ autem dicuntur operæ, videlicet quod in mense, vel septimana semel, vel toties in anno Domino servire & operas præstare debeant cum aratro, cum curru, Obrecht. *in Disp. de Regal. th. 50.* vel cum personis, ut Dominorum seu Nobilium ædificia exstruant, reparent atque reficiant, fodiant, triturent, metant, ligna cædant, findant, fissa bene collocent, & quicquid usquam operarum manualium erit, quæ, cum consuetudine vel lege certa definitæ sint, non facile in disceptationem & querelam deduci poterunt, *c. dilecto X. de offic. Archid.* Mindan. *lib. 2. de mandat. c. 44. n. 3.* Knichen. *d. lib. 2. c. 3. n. 52. & seq. L. 1. & 2. C. ne rustic. ad ullum obseq. revoc. L. 1. C. in quibus caus. coloni.* Rosenth. *Lib. 1. c. 5. Conclus. 71. n. 3.* Vultejus *vol. 2. Cons. Marpurg. Cons. 30. n. 210.* Certæ autem appellantur operæ, non quoad substantiam, tunc enim quia in facto consistunt, omnes sunt incertæ. *L. ubi autem. 75. §. qui id. 7. ff. de V. O.* & paulo clarius *in L. stipulationes non dividuntur. 72. §. Celsus ff. c. t.* & ibi late Bart. Zasius & alii; sed quoad numerum & qualitatem, v. g. cum indicitur messoria, aratoria &c. tot & tot dierum: Non enim omnia possumus omnes. Sichard. *ad rubr. C. de O. L.* summa Azonis in *L. liberti 10. C. c. t.*

Occasione autem antecedentium quæsitum, si subditi seu rustici ad certa servitia tantum fuerunt obligati, v. c. *den Herbst Heu zu machen* vel *den Hopffen zu pflücken*, usus vero eorum eo in loco hoc anno vel vi tempestatis, vel hostium incursu desiit, an ad alia servitia manualia teneantur? Et videtur quod non, per text. *in L. cum patronus. 22. §. 1. in fin. L. Operis. 31. ff. de O. L.* & passim ibidem, quæ determinatio efficit, ut quæ in illa non fuerint expressa, pro exclusis censeantur, atque ideo non præstanda. *arg. L. 12 ff. de judic.* Anton. Gothofr. *Disp. Feud. 7. Conclus. 2. lit. D.* Wesenb. *Cons. 45. n 14. C. nonne. X. de præsumpt.* Paris. *Cons. 68. n 32. part. 3.* Et hoc in casu a JC. Wittenbergens. pro sententia negativa responsum, apparet apud Georg. Beatum *in centur. suis casuum varior. t. 24. in fin.* Si enim ad longe alia producere obligationem voluisset Dominus, nulla fuisset difficultas eorum mentionem facere, ut Imp. Justin. ait, *in L. un. §. 11. vers. sin autem deficientis in fin. C. de caduc. toll.* Modestin. Pistor. *Consil. 21. n. 52. vol. 2.* 16

Operas indeterminatas quod attinet, 17 secundum acta curialia *Dingnotul*, *Erb-Register*, quibus omne rusticorum jus, quod Domino atque illis ipsis debetur, continetur, quæ pacta conqueritur Zas. *L. 1. sing. Respons.*

Respons. c. 3. n. 83. quatenus favorem Dominorum concernunt, arcte servari, utinam & ea parte, qua hominum rusticorum jura descripta sunt, servarentur: vel etiam juxta consuetudinem regionis, *völlige, Land-übliche Dienste.* vid. Const. Saxon. *part. 2. c. 52.* ibique Carpzov. Daniel Moller. *in Comment. n. 1. 2. & seq.* Joach. Scheplitz. *in Const. Elector. Brandeb. part. 4. tit. 7. §. 2.* Unde serio præcipit Imper. Justin. ut caveant ejusmodi Domini possessionum, in quibus tales coloni sunt constituti, aliquam violentiam & innovationem eis inferre. *in text. L. cum satis. 23. vers. caveant. C. de agric. & censit. Lib. 11. cum simil.* qui si modum in illis imponendis & exigendis excedunt, tunc ad arbitrium boni viri, judicis sc. reduci & coarctari debent. *L. si libertus. 30. ff. de O. L.* Specul. *de Censibus, de officio judic. & in t. de major. & obed. §. 2. vers. sæpe & seqq.* Rosenthal. *d. Concl. 71. n. 4.* Rut. *L. 3. c. 3.* Ne Dominorum arbitria in Cyclopicam sævitiam transeant, ac subditi assiduis operis angariis & parangariis ita graventur, ut vix suppetat eis tempus se & suos alendi, *l. 22. in fin. l. pen. de Oper. lib.* Zaf. *d. c. 3. n. 22.* Gail. *Lib. 1. Obs. 17. per tot.* Maul. *c. 4. n. 12.* Beust. *in rubr. de Jur. n. 4.* Husan. *de homin. propr. c. 6. n. 68. 69.* Cujus rei præclarum nobis exhibet exemplum Molinæus, de Carolo Franciæ Rege, qui subjectos sibi homines clementer & misericorditer, sive in exigendis operibus, sive in aliis debitis, tractare jussit, in Consuet. Paris. *tit. 2. §. 12. n. 55.* Propterea de his frequentissime disceptari ait Knichen. *d. c. n. 50. & seq.* dum Nobiles generatim servitiis *mit Frohnen und Diensten* investiuntur. Coler. *de process. execut. p. 1. c. 9. n. 68. & seqq.* Köppen. *decis. 13. n. 4. & seq. part. 1.* & quotidiana experientia ipsa testatur. Notatu vero dignum est, quod scribit Clitmannus, *ungemessene Frohn* non id dici, quod in infinitum se extendit, & quod rustici semper præstare tenentur, sed sufficit de certis operis & certo labore id intelligi, non tantum certo die, sed quotiescunque opus fuerit, & restringitur ad operas consuetas & solitas, *wie es von Alters herkommen. lib. 1. Decis. Camer. 12. n. 33.* Item æquas, possibiles & moderatas, in quibus non tam spectatur quid extremo per vires, sed quid commode his salvis possint. Mevius. *P. 4. Dec. 132. & 123.*

Ratione modi operæ præstantur aut 18
jumentis, quas Germani patrio sermone appellant *Wagen - oder Anspan - Dienste*, aut manu & corpore subditorum, & dicuntur *Hand - Dienste.* Struv. *Tit. de statu hom. in fin.* Dn. Fritschius *Tract. de jure pagor. c. 8. th. 6.* Distinctio hæc ex ipsa concessione & distributione prædiorum videtur promanare: Quibus enim tantum agri a Dominis concessum, ut equos, vel boves alere possint, hi jumentis operas præstare tenentur, & consuetudine vocantur *voll - und halb - Meier*, It. *voll - und halb - Spänner.* Alias etiam appellantur *Anspanner, Pferdner, Huffner.* Qui vero nullum, vel non multum agri habent, ad manuales operas exhibendas sunt obstricti, & dicuntur *Hand - Frohner, Köter, Kot - Sassen*, imo *Brinck - Sitzer* & *Hintersatler. Ganderheimischer Land - Tages - Abschied de Anno 1601. §. 29.* Fritsch. *d. Tract. c. 8. th. 7.*

Addenda hisce divisionibus est illa, qua 19
distinguuntur operæ in consuetas sive solitas, & inconsuetas sive inusitatas, in *Land-gebräuchliche und ungebräuchliche Herren-Dienste.* Consuetæ sunt, quæ secundum provinciæ, vel certi alicujus loci consuetum morem præstandæ. Inconsuetæ, quæ contra antiquum, *wider das alte Herkommen*, exiguntur: Hæ non aliter debentur, nisi inter Dominum & subditos de iis præstandis specialiter conventum, vel aliter in loco observatum. Dn. Fritsch. *d. Tract. c. 8. n. 5.* in dubio autem, quando quæritur, quænam species sit usitata vel inconsueta, ante omnia pacta sunt inspicienda, quæ si non exstant, antiqua observantia loci attendenda, & secundum eam judicium ferendum. Dn. Fritsch. *d. l.* Balthas. *de Oper. subd. cap. 11.*

Personæ autem, quæ operas Dominis 20
exhibere tenentur, sunt omnes qui prædia possident rustica, nec privilegio, pacto, consuetudine longinqua, aut præscriptione, immunitatem consecuti sunt, illi eorumque hæredes, per se vel per idoneum substitutum, ad operas exhibendas sunt obligati. Tales sunt I) de jure Ci- 21
vili Liberti, qui in præmium concessæ libertatis patronis operas præstare tenentur. *t. t. ff. & C. de Oper. libert.* II) Ex 22
universali Germaniæ consuetudine hodierni rustici & Agricolæ, qui præcipue huic oneri sunt obnoxii. Horum enim natura

 quasi

quasi & mores operis exhibendis videntur accommodati, cum a pueris ejusmodi laboribus assueti maximam partem vitæ peragant in sudore vultus (uti loquitur S. Script.) panem quæritando. Unde diuturnis & quotidianis laboribus corpus illorum robustum redditur, & sic naturali quasi constitutione aptum ad servitia ejusmodi sustinenda. Honestioris igitur & liberioris conditionis hominibus, ad ejusmodi onera ferenda plerumque minus idoneis, regulariter imponi non solent, cum speciem quandam sapiant servitutis. *L. 4. ff. si quis a Parent. manum. L. 10. ff. de obseq. Parent. præst. L. 26. §. 12. ff. de condict. indeb.* Husan. *de hom. propr. cap. 6. num. 52.*

Adeo autem jus hoc operarum in fundis rusticis præsumitur, ut omnia prædia rustica, eorumque possessores, huic oneri subjaceant, nisi præscriptione, consuetudine aut speciali privilegio aliud obtineat, & hoc probare debet, qui exceptionem ab operarum præstatione allegat, *arg. L. 2. ff. de prob.* nam regulare est, ut qui exemtus esse velit, illam exemtionem legitimis argumentis probet *cap. 7. pr. de privileg. in 6to.* Balthas. *de Oper. subd. cap. 8.* Cum enim hodie ratione subjectionis & vi præstiti homagii operæ a rusticis exigi videantur, uti supra ostensum, ideo quilibet vacationem ab operis præstandis allegans, illam legitime probare tenetur. Engelbrecht. *de Oper. subd. §. 33.*

23 Talis III) est Nobilis & Clericus prædium rusticis oneribus obnoxium coëmens, qui ratione illius prædii operas exhibere tenetur. *L. 6. §. 4. ff. de mun. L. ult. §. 24. eod.* Knich. *de vestit. pact. p. 2. cap. 3. n. 91.* Si enim Ecclesia ne quidem ab ejusmodi onere ratione bonorum sibi acquisitorum est immunis *L. si tributum. 27. Caus. 11. Quæst. 1. L. tributum. 22. l. 23. quæst. 8.* Nec Nobilis se accusare potest, cum illius causa videtur favorabilior. *arg. l. 22. pr. C. de SS. Eccles. cap. non minus 4. cap. 7. X. de Immun. Eccles.* operæ quippe hodie plerumque ratione prædii debentur, a quo, invito superiori, separari nequeunt, sed quemcunque possessorem sequuntur. *L. 16. C. de Episcop. & Cler.* res enim cum suo onere transit. *L. 10. C. de rem. pignor. l. 12. C. de distract. pignor.* Unde etiam hoc casu, si prædium servitutem sive onus operarum præstandarum adjunctum habet, cum tali onere ad quemcunque emtorem, nulla habita ratione personarum, transibit. Sicut enim canis leporem, sicut lepra leprosum, uti loqui solent JCti, ita illud onus emtorem sequitur. Speidel. *specul. not.* a voce *Bauren-Güther.* Fritsch. *Tract. de Jure pagor. c. 7. §. 8.* Knich. *de vestit. pact. d. l.*

Quod si enim onera in Nobili, prædium rusticum acquirente, cessarent, reliqui rustici supra debitum & contra naturalem æquitatem iis gravarentur; & sic augerentur operæ in personis rusticorum, quæ tamen tanquam res odiosæ restringendæ sunt. *cap. Odia is. d. R. J. in 6to.* Accedit, quod iniquissimum, & tam juri Divino quam Civili adversum esset, si onera antea pluribus communia hac ratione ad paucos devolverentur; non enim faciendum est alteri, quod nobismet ipsis fieri non pateremur. *Matth. cap. 7. vers. 17. c. 13. X. de Majorit. & obed.* Quis vero vellet aliena onera sibi imponi? Sic & leges Civiles prudenter prospexerunt, ne quis propter alium aggravari debeat. *L. 1. ff. de alien. jud. mut. caus.* Nec Principi quidem permissum, in damnum ac præjudicium reliquorum subditorum, oneribus aliquem eximere ita, ut alii illa subire cogantur. *arg. L. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid in loco publ.* Balthas. *de Oper. subd. cap. 10.* Fritsch. *allegato loco.* Licet etiam reliqui rustici sponte hoc operarum onus in se recipere velint, ejusmodi tamen pactio, nisi consensu superioris fiat, est illicita *L. 23. C. sine censu vel reliquis fund. compar. non posse.* pacta enim privatorum fisco ac superiori præjudicare nequeunt *L. 20. & 42. ff. de pact.* nec res inter alios actæ aliis præjudicant. *arg. tit. C. inter alios act. vel judic. aliis non nocere.* Card. Tusch. *Conclus. 265. lit. R.* Multo minus potest venditor, invitis Consubditis (ut hoc vocabulo utar) immunitatem ab operis in emtorem transferre, cum & ipse illam non habeat, *L. 20. princ. ff. de acquir. rer. dom.* Knich. *de vestit. pact. d. l.* & res in emtorem cum onere transeat, quandoquidem & commoda solum ad eum pertineant, incommoda vero cujusque rei debere sequi eum, quem sequuntur commoda, ipsa æquitas suadet. *L. 10. ff. de R. J.* Knich. *d. l. n. 107.* Balthas. *de Oper. subdit. c. 10.* Et hanc sententiam hodierna praxis confirmat. Knich. *d. c. sub fin.* ubi ita pronunciatum asserit, adeo ut nonnullis in locis Nobiles sine speciali Superioris concessione

cessione prædia rustica emere prohibeantur, ne forte eorum rusticana & servilis qualitas successu temporis in præjudicium Domini & reliquorum subditorum mutetur, prout in Electorat. Saxonico & aliis locis observatur, Ordinat. Polit. Anhalt. *Tit. Bauer-Güther.* Ordin. Polit. Saxon. Vinar. *tit. 36.* Fritsch. *de Jur. Pagor.*
24 *c. 7. §. 8.* Ecclesiæ quoque si prædia rustica possident, in viarum & pontium refectione operas præstare tenentur. *L. 7. C. de SS. Eccles.* & reliqui privilegiati, imo domus Augusta & Emphyteytæ Principis. *L. 4. C. de privil. dom. August. L. 7. C. de Oper. publ.* Res enim cum suo onere transit. *arg. l. 5. C. de SS. Eccles. C. si. tributum. 27. c. 11. quæst. 1. C. tributum 22. caus. 23. quæst. 8.* Rosenthal. *de feud. c. 5. conc. 80. n. 3.* Gail. *Lib. 2. observ. 52. n. 12.* Neque etiam a viarum & pontium refectione aliquis propter dignitatem se excusare ac tueri potest, *L. 11. ff. de vac. & excus. mun. L. 7. C. de vac. oper. publ.* Struv. *Syntag. J. Civ. Exercit. ult. th. 80.* Hahn. *ad tit. de via publ.* cum hoc officere dignitati non possit, quandoquidem servitia hæc inter sordidas operas minime recensenda *d. L. 4. C. de privil. dom. Aug.* nec onus personale, sed reale est. Accedit, quod Ecclesia & alia loca privilegiata commodo viarum ac pontium utantur, ergo etiam incommodum ferre debent naturali æquitate id exigente, *arg. l. 10. ff. de Reg. Jur. L. 1. §. fin. de aqua pluv. arcend.* vid. Brunnem. *ad L. 7. C. de SS. Eccles.* unde propter horum constructionem & reparationem certæ collectæ solent imponi. Quod & ad collectam pro restaurandis mœnibus, aggeribus vallisque, item fossis, & munitionibus civitatis extendunt. Et hoc Germ. vocatur *Burg-Wall- und Graben-Geld.* Hahn. *d. l.* ubi etiam hac de re præjudicium affert.

25 Utrum singuli hæredes, si subditus ad certas quotannis operas edendas obligatus decedat, relictis pluribus hæredibus, in solidum teneantur, an tantum pro parte hæreditatis? Et videtur distinguendum esse: Utrum hæredes prædium divisim possideant, & tum quilibet pro parte sua hæreditatis est obligatus, ulterius vero non, *arg. l. 22. ff. depos.* aut vero omnes & singuli indivisam hæreditatem possideant: & tum singuli in solidum tenentur. *L. 2. §. 2. ff. de V. O.* uno autem hæredum solidum, hoc est integras operas præstante, cæteri liberantur. *d. L. 2. §. 2. ff. de V. O.* Husan. *de hom. propr. cap. 6. n. 83. & seqq.* Ex persona enim hæredum conditio obligationis non mutatur. *d. l. 2.* & sic non possunt plures operæ ab hæredibus exigi, quam a defuncto solebant. Consultissimum autem hoc casu erit, unum ex hæredibus eligere, qui nomine reliquorum operas præstet, earumque compensationem a cohæredibus exspectet. *L. 25. §. 1. ff. fam. herc. L. 2. §. 2. ff. de V. O.* Husan. *d. l.*

Quia autem per divisionem hanc præ- 26
diorum operæ debilitarentur, & sic tandem plane interirent; ideo in multis locis optime prohibentur rustici, prædia censualia & servitiis obnoxia per alienationes dividere, uti in Electoratu Saxoniæ id usu observatur. Idem constare ex Ordinat. Pol. Mecklinburgica *Tit. Von Gewerb und Hanthierung der Bauren.* Ordinat. Polit. Anhalt. *Tit. Bauren-Güther.* & Ordinat. Pol. Würtenberg. *Tit. 16.* testatur Dn. Fritsch. *de jure pagor. c. 7. §. 6.* Hoc non minus obtinet in Ducat. Brunsvicensi & Lüneburgensi; *Herzog Heinrich* Julii Constit. *wegen verbothener Alienation der Lehn- Erb- Zinß- und Meyer-Güther de Anno 1595. d. 3. April. Gandersheimischer Abschied de Anno 1601. Art. 24.* Ejusdem Divi Heinrici Julii Renovatio *solcher Constitution de Anno 1604. d. 2. April.* ac Declaratio *beyder vorhergehenden Constitutionen de Anno 1612. den 29. Maji.* ubi hæc ratio prohibitionis simul inseritur, *bevorab aber zu Verschmählerung Unsers Roß-Diensten*, & paulo post: *Daß Uns von Unsern eigenthümlichen Stücken und gebührendem Roß-Dienste nichts entzogen werde.* Imo creditores in eadem declaratione certis casibus ex prædiis ipsis sine consensu Superioris oppignoratis & possessis operas præstare jubentur, in verbis: *wie denn auch den Roß-Dienst und Schatzung iedesmal abstatten.* jung. Serenissimi *Herzog Georg Wilhelms wiederholtes Verboth, wegen nicht Beschwer- und Veräuserung der Erben Zins- und Meyer-Güther de Anno 1646. die 25. Maji.* Procedit 27
tamen hoc, quod hæredes non teneantur in majori quantitate operas præstare, quam defunctus solebat, tum demum, quando operæ debentur ratione fundi hæreditarii, oneri huic obnoxii; si vero exhibendæ veniant ex fide clientelari, sive homagio, tum videntur personales, & sic singuli pro se ac sua persona ad eas præstan-

præſtandas obligati ſunt. Huſan. *de hom. propr. c. 6. n. 80.* Hi enim ad ſervitia tenentur non quia manſum a Nobilibus ſuis recognoſcunt, ſed quod domicilium & rerum ſuarum ſummam ſub eorum jurisdictione conſtituerunt. Erhardt. *de Oper. ruſt. Concl. 19.*

28 Operæ autem pro diverſitate conſuetudinum & ſtatutorum in provinciis Germanicis mirum in modum variant, & ſpecies operarum in nonnullis locis uſitatæ alibi pro inſolitis & inuſitatis habentur. Talis eſt 1. Defenſio & cuſtodia Domini, item caſtri ad illum pertinentis. Subditi enim obſtricti ſunt vi præſtiti homagii & promiſſæ fidelitatis, Principem ſive Dominum, ejusque bona defendere, *2. feud. 5. in fin.* Si ideo (inquit autor iſtius textus) jurat fidelitatem, non quod habeat feudum, ſed quia ſub jurisdictione ſit ejus, cui jurat: nominatim vitam, membra, mentem & ejus rectum honorem cuſtodire jurabit. Quod etiam de illis Dominis, qui ſolam jurisdictionem habent, licet jure territoriali non gaudeant, ſive ſit inferior, ſive ſuperior, intelligendum eſt; Nam & illis, qui ſimplicem tantum Jurisdictionem habent, excubiæ debentur *per l. 3. §. ſciendum eſt autem. 3. ff. de Offic. præf. vigil.* Nicol. Boër. *Decif. 212. n. 9.* Quod etiam obtinet in caſtro non quidem noviter exſtructo, ſed reædificato. Caſtro namque propter bellum aliumve caſum penitus deſtructo & diruto, ſi poſtea illud in eodem loco, vel prope illum, reædificatur, ſubditi ad cuſtodiam præſtandam omnino ſunt obligati. *arg. L. 35 ff. de S. P. R.* quoniam nempe cenſetur ſubrogatum in locum caſtri prioris, adeoque & illius naturam ſapit. *L. 10. §. qui injuriarum. ff. ſi quis Caution.* Berlich. *P. 2. Concluſ. 64* Reſtringunt tamen cuſtodiam caſtri DD. ad urgentem ſummamque neceſſitatem, quando videlicet bella ſæviant, & metus incurſionis adſit. Huſan. *de hom. propr. cap. 6. n. 98.* vel ſi Incendiarii, *die Mord-Brenner,* graſſentur, vel quocunque alio modo domino ejusque rebus periculum immineat. Balthaſ. *de Oper. ſubd. c. 11.* Carpzov. *in Jurisprud. forenſ. part. 2. conſt. 51. def. 1.* Richter. *Deciſ. 98. n. 26 & 27. Land-Tages-Abſchied* Ducat. Guelferb. *de Anno 1619. §. 12.* Non tamen ſubditi per Dominum delegari posſunt privato, vel alteri, ut ejus caſtra cuſtodiant. Zaſ. *ad L. ſi non ſortem. 26. §. libertus. 12. ff. de condict. indeb.* Quia excubiæ ſunt operæ officiales, non fabriles. Boër. *Deciſ. 212. n. 18.* Officialia vero ſervitia alteri delegari non poſſe, ſed perſonæ quaſi cohærere, expeditum eſt. *L. fabriles 6. l. operæ 9. §. 1. ff. de Oper. libert.* Zaſ. *in dict. L. 26. §. 12. ff. de condict. indeb. n. 17. & 18.*

Unde in plerisque Germaniæ locis ſalutaris ejusmodi conſuetudo & mos invaluit, ut certus delectus ſubditorum, German. *der Ausſchuß,* ſoleat evocari, illique tempore neceſſitatis cuſtodia munimentorum demandari. Et hic delectus communiter in decima ſubditorum parte conſiſtit, imo interdum, prout neceſſitas exigit, in quinta & tertia. Engelbrecht. *de Oper. ſubdit. θ. 43.* Et his certum ſtipendium a Domino in alimentum penditur, ne excubiæ nimium oneroſæ atque odioſæ habeantur. vid. Carpzov. *Jurisprud. forenſ. d. part. 2. conſtit. 51. def. 5.* Berlich. *part. 2. Concluſ. 64. n. 24* niſi conſuetudine & hoc abrogatum fuerit, tum enim Dominus non eſt obſtrictus, Carpzov. *d. def. n. 3.* quia conſuetudo vim legis habet, *L. 32. ff. de LL.* imo ejusmodi ſtipendium a reliquis ſubditis ſæpius perſolvitur, quoniam iſta cuſtodia non tantum in Domini, ſed & omnium ac ſingulorum ſubditorum emolumentum ac ſecuritatem cedit, atque commune damnum & periculum propulſat. Engelbrecht. *de Oper. ruſtic. θ. 43.* Contendunt quidem nonnulli, ruſticos ad ejusmodi munera bellica ſubeunda eſſe plane ineptos, eleganter tamen contrarium, & quod hoc non ſit omni ex parte verum, oſtendit Dn. Eyben. *Elect. Jur. feud. c. 8. §. 9. 10.* 29

Convenientius tamen hodie videtur, & 30 tam Principi quam ſubditis utilius, loco delectus, ſive lectorum militum, *des Ausſchuſſes,* certos milites conductitios alere, qui munimenta & civitates, imo totam provinciam cuſtodiant, eamque contra hoſtium incurſum atque latronum inſolentiam defendant, ideo jure meritoque ad ſtipendia præſidiariis hiſce militibus perſolvenda, eoque nomine collectam ſive contributionem pendendam obſtricti ſunt. Appoſite ea de re Tacitus *Lib. 4. Hiſtor.* loquitur. Neque quies gentium, inquit, ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt. Cui ſimile eſt illud Auguſtini dictum *Lib. 22. contra Fauſtum cap. 74.* Ad hoc tributa præſtamus, ut propter neceſſa-

necessaria militi stipendium præbeatur. Non enim hi præsidiarii propriis sumtibus & absque stipendiis militare cogendi sunt, cum non sui ipsius, sed totius Reipubl. ac singulorum subditorum causam gerant, ideoque nec hi collectarum oneri, cum egregium in ipsos commodum inde redundat, se subducere poterunt. *l. 10. ff. de Reg. Jur.* Dn. Conring. *Dissert. de Comitiis Imperii Germ. Thes. 29. in fin.* Quoniam enim omnium res agitur, igitur æquum est, ut omnes ac singuli subditi uno, quod ajunt, humero hanc curarum sarcinam levent, & impensæ operæ mercedem, hoc est tributa & contributiones persolvant. Dignus enim est Operarius mercede sua *Luc. 10. v. 7.* Et qui suis laboribus pro tota Provincia die noctuque laborant, quare non habeant etiam dignam fortunam, ait Imperat. *in L. 3. C. de quadrienn. præscript. in fin.* Elegans etiam ea de re extat locus in Recess. Imper. *de Anno 1654. §. 180. in fin. Sonderlich aber sollen iedes Churfürsten und Stands Landsassen, Unterthanen und Bürger, zu Besatz- und Erhaltung der einem oder andern Reichs-Stand zugehörigen nöthigen Festungen, Plätze und Guarnisonen, ihrem Landes-Fürsten, Herrschafften und Obern, mit hülfflichen Beytrag gehorsamlich an Hand zu gehen schuldig seyn.*

31 Tributa siquidem Deum Autorem & Approbatorem agnoscunt, & Christus ipse, Dominus & Servator noster, tributum pependisse legitur *Matth. 17. v. 27.* & jubet Cæsari reddere quod Cæsaris est *Matth. 22. v. 21.* Pluribus hoc exemplis & rationibus demonstrat Casp. Klock. *de Contribut. cap. 1.* cui omnino jungendus est Hug. Grot. *de Jur. belli & pacis Lib. 1. c. 2.* Tributa, inquiens, certa ut solvamus, honestum est, atque etiam præceptum conscientiam obligans. Tributorum namque finis est, ut potestates publicæ habeant, unde sumtum faciant ad bonos tuendos, ac coërcendos malos. *c. 13. vers. 6. & 7.* De jure quoque Romano prædiis & patrimonio subditorum certas impositas fuisse intributiones sive contributiones apparet ex *l. 22. §. ult. ff. ad Municip. & de Incol. l. 6. §. 4. ff. de mun. & honor. L. 27. de V. S.* Sic & in *l. 18. §. 29. ff. de mun. & bonor. L. 1. C. ne rusticani ad ullum obseq. devoc.* fit mentio capitationis, *des Kopff-Geldes,* unde antiquitus quoque hanc tributorum speciem obtinuisse apparet: Quod contributionis genus tum præcipue in Germania indici solet, quando expeditio militaris adversus Turcam suscipienda est. *Reichs-Abschied de Anno 1518. §. und nemlich dieser Reichs-Abschied de Anno 1542. §. und wiewol.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 17. num. 165.*

Quamvis & alter modus belligerandi, 32 ubi quilibet subditus ipse arma in hostes ferre est obstrictus, non est adeo improbandus, qui & apud Helvetios aliosque populos absque tantis exactionibus est receptus, & magno cum emolumento incolarum practicatur, de quo Dn. a Seckendorff 33 *im Fürsten-Staat P. 2. C. 5. §. 4.* ita sentit: *Die allergewisseste, richtigste und löblichste Art zu kriegen, ist ohne allen Zweifel diejenige gewesen, da ein ieder, der Alter und Leibes-Kräffte gehabt, sich zum Kriege gebrauchen lassen müssen, das weiset das Exempel der Israeliten und Jüden, welche durchgehends im vermögenden Alter, Mann vor Mann die Waffen führen müssen, wenig Fälle und Umstände ausgenommen. Zu Rom ist kein Gelehrter, keine Obrigkeitliche Person, kein Edelmann noch Raths-Herr davon befreyet gewesen, sie haben alle ihre Jahre im Kriege ausstehen müssen: Also haben es auch die Griechen gehalten, wie dero Schrifften weisen: Anderer Nationen zu geschweigen. Und das wäre noch in der Christenheit das allerbeste und sicherste, daß ein ieder von gewissen Jahren an bis ins Alter sich nach wohlbedachter Eintheilung und ohne Zerrüttung der nothwendigen Ordnung in allerley Ständen und Lebens-Arten, in Waffen übete und gebrauchen liesse, so offt es die Noth erforderte, das geschehe ohne Verletzung des Gewissens. Dahingegen das Werben und freywilliges Annehmen der Krieges-Dienste ein bedencklich und mißlich Werck ist, und sehr viel Umstände dabey zu betrachten fürfallen, wann man sich mit gutem Gewissen darein begeben will. Wo es aber als ein durchgehendes Obliegen von der Obrigkeit gebothen, oder die Noth zu Beschützung des Vaterlandes vorhanden wäre, so kan ieder mit Freuden sich brauchen lassen, und so selig vor dem Feinde sterben, als auf dem Siech-Bette.*

Porro II.) Operarum præstationes præ- 34 cipue consistunt in agrorum cultura reique familiaris Domini conservatione, unde etiam agricolæ appellantur. Non solum autem jumentis, verum etiam manualibus operis agricultura opus habet, atque adeo operæ præstandæ sunt. Solent enim arare, occare, serere, metere, frumentum & fœnum

fœnum colligere, illud avehere, triturare, frumentum & lanam alio transferre. Nonnullibi debent linum præparare, fila ducere, lintea texere, domum Domini scopis mundare, tabellarium agere & similia officia exhibere, German. *den Acker pflügen, abbösen, düngen, säen und egen, das erwachsene Getraydig schneiden, binden, auf- und abladen, zu rechter Zeit einbringen, dreschen, Bothschafft lauffen, Getraydig-Holtz- und Woll-Fuhren verrichten, die Weiber aber müssen harcken, sammlen, den Flachs und Hanff jäten, rauffen, rösten, brechen, hecheln, spinnen, das Getrayde harcken, sammlen, das Herren-Haus scheuern, kehren, u. d. g.* Et de his & similibus operarum speciebus consuetudines singulorum locorum diligenter sunt attendendæ: variare enim Provinciarum consuetudines ac statuta experientia testatur, unde species operarum in nonnullis locis usitatæ, alibi pro insolitis ac inusitatis habentur. Engelbrecht. *de Oper. rust. th. 41.*

35 III) Operæ consistunt in ædificatione & refectione prædii Dominici, de qua materia quia latius actum *in Lib. 1. cap. 7. n. 32. seqq.* ideo hic acta agere nolumus.

36 Pariter & subditi ad reficienda & noviter exstruenda fortalitia seu munimenta obstricti sunt. Balthas. *de Oper subdit. cap. 8.* Quia enim ejusmodi munitiones & fortalitia commodum ac defensionem prædiorum ac agrorum concernunt, Conringius *Dissert. de Comitiis Imperii German. thes. 29.* ideo subditi ad proprium commodum & securitatem promovendam operas suas conferre tenentur; unde forte orta est nonnullis in locis usitata illa operarum species, quæ Germanico sermone *die Burg-Festen* appellantur, a *Befestigung der Burg.* Et harum fit mentio *im Land-Tags-Abschied* Ducat. Brunsuicens. *zu Saltzdalum de Anno 1597. §. 2.* it. *Land-Tags-Abschied de Anno 1618. §. 18.*

37 An autem liceat Statibus Imperii nova munimenta exstruere, *supra L. 1. de Præd. munitis* disquisitum. Apparet enim ex celebri rerum Imperii nostri Scriptore, Joh. Limnæo *Lib. 4 de Jure publ. cap. 7.* quod olim non prohibitum fuerit Statibus Imperii, in suo territorio fortalitia facere, ac civitates vel arces munire, etiam irrequisito Imperatore, dummodo illud factum fuerit ad defensionem, & non ad æmulationem aut molestiam alterius, *L. 3. ff. de Oper. publ.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 9. num. 8.* Hinc non licuit arces & munimenta erigere, quæ prædonibus & pacis publicæ turbatoribus receptacula præbere possint. *Reichs-Abschied zu Regenspurg* de Anno 1567. *§. wiewol wir nun nach solcher Erklärung des Land-Friedens. tit. wider der Ganerben Schloß.* Conring. *exercit. de Comit. Imperii th. 24.* Hodie vero conventum fuit inter Imperatorem & Status Imperii, quod non liceat munimenta intra statuum ditiones exstruere, nisi comitiali liberoque omnium Imperii statuum suffragio & consensu. Instr. Pac. *Art. 8. §. 2. Reichs-Abschied zu Regenspurg de Anno 1654.* sæpe laudatus Dn. Conring. *Exercit. de Negotiis Conventuum Imperii thes. 93.* Balthas. *de Oper. subdit. cap. 8.* Si vero ejusmodi exstruenda vel reficienda sint munimenta pro necessitate & salute Reipubl. quod tum subditi obligati sint operas suas conferre, antea ostensum.

Consistunt porro operæ in refectione 38 viarum ac pontium, a quibus nemo vacationem & privilegium allegare potest. Hujus autem cura ad Principem sive Supremum territorii Dominum spectat. *2. Feud. 56.* Est enim opus certe Regium & cura Principe dignissima, ut subditi commode ac tuto commeare possint. *L. 1. §. 1. ff. qui dejec. vel effud.* & habetur pro nota boni Principis, si viæ bene sint stratæ & refectæ. Unde optimæ Constitutiones passim in Imperio promulgatæ, quibus subditis gravi sub pœna refectio viarum demandata. Solet vero ratione viarum certum vectigal constitui, quod Germanice vocatur *Weg- oder Brücken-Geld, Pflaster-Zoll,* quod non tam dicitur vectigal, quam potius usus & laborum in conservatione viarum quædam remuneratio, Balthas. *de Oper. subdit. cap. 8.* quandoquidem enim Majestas curam habet viarum, & sic onus ipsi incumbit, æquum etiam est, remunerationem inde ut sentiat. *L. 10. ff de R. J.* Et hoc quoque videtur præcipuum esse fundamentum omnium vectigalium. Casp. Klock. *de contribut. cap. 3. n. 114.* Hanc autem speciem vectigalium, *das Weg-Geld*, etiam tempore Regum Francorum obtinuisse, patet ex Lehman. *Chron. Spir. lib. 2. cap. 44.* Speidelii *Notabil.* voce *Weg-Geld.* Constitui possunt Operæ va- 39 riis modis, præcipue tamen sex, quos hic adducere oportebit. Ac primo quidem constituitur jus hoc operarum, quando inter Dominum & subditos ita conventum sit. Potest enim subditus conventione se suumque prædium ita obligare, ac condi-

conditionem suam facere deteriorem. *l. 22. C. de Agric. & Censit.* Coler. *de Process. Execut. part. 1. cap. 9. n. 25. & seqq.* Stamm. *de servit. pers. lib. 3. cap. 12. n. 3. & seqq.* Quoniam enim hæc pacta non sunt contra bonos mores, ideo servanda. *l. 7. §. 7. ff. de pactis.* Gail. *de Arrestis Imp. cap. 7. n. 6.* Videntur autem hæ conventiones sæpius tacite iniri & operæ promitti, in homagio scilicet, quamvis forte expressis verbis earum non fiat mentio. *cap. 2. de supplend. negligent. Prælator. in 6to.* Gail. *de Arrest. d. cap. 5. n. 6. cap. 6. n. 23.* Thom. Maul. *de Homag. tit. 4.* Balthas. *de Oper. subdit. cap. 9.* Quanquam semper vi præstiti homagii operas haberi haud asseverem, cum accidere possit, ut quis alicujus domini sit subditus, alteri tamen quoad operas sit obligatus. Engelbrecht. *d. diss. §. 52.*

40 Secundum modum constituendi jus Operarum faciunt Statuta Provinciæ alicujus specialia, quæ cum in omnibus ferme negotiis, tum in nostra hac proposita materia maxime spectanda. In iis enim, quæ geruntur, inspicienda sunt jura loci, quo actus geritur, *l. 6. ff. de Evict.* Struv. *Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 32. th. 15.* rite autem condita ac promulgata statuta instar legum obligant, Struv. *Exerc. 2. th. 43.* cujusmodi statuta provincialia in Palatinatu, Electoratibus Bavariæ, Saxonico, Brandenburgico exstare testatur Balthas. *de Oper. subd. cap. 9.* Stamm. *de servit. person. lib. 3. cap. 14.* eaque in aliis quoque Regionibus nostræ Germaniæ observari, quotidiana experientia docet.

41 Tertium sibi locum vendicat consuetudo, quæ in variis Germaniæ Provinciis varia quoque obtinet, ac pro jure ac lege habetur, *l. 32. §. 1. l. 33. ff. de LL.* Gail. *Lib. 2. obs. 62. n. 12.* quod enim statuto introduci potest, illud quoque consuetudine caveri non est prohibitum: Statuta namque ac consuetudines æquiparantur, parique passu ambulare dicuntur. Matth. Wesenb. *part. 1. Cons. 1. n. 56.* Balthas. *de Oper. subd. cap. 9.* Unde secundum has tam in supremis quam inferioribus Imperii judiciis judicari constat. Statuta videlicet ac consuetudines rationabiles in judiciis accurate sunt attendendæ & observandæ, adeo ut Judex contra consuetudinem aut statuta judicans, litem suam faciat perinde ac si contra jus Commune pronunciasset, *cap. venientes. 19. X. de jurejur. cap. 3. X. de eo qui mitt. in poss. L. 3. C. de ædif. priv. Auth. jubemus. in fin. cap. de judic.* Hinc est, quod Assessores Cameræ Imperialis, quando in numerum Assessorum recipiuntur, jurare debeant, quod secundum Imperii Constitutiones, secundum jus commune & laudabiles locorum consuetudines judicare velint, quod etiam in reliquorum locorum judicibus regulariter receptum esse solet. *d. cap. 19. X. de jurejur.* verb. secundum consuetudinem vestræ Civitatis judicare juraverunt. Andr. Gail. *lib. 1. obs. 36. n. 12. & seqq.*

Si vero IV.) neque conventiones adsint inter Dominum & subditos de præstandis Operis, neque statuto aut consue- 42
tudine ullæ obtinent, exigi non possunt a subditis, nisi casu publicæ necessitatis. Hæc enim non habet legem *cap. 4. X. de consuetud. cap. 2. fin. X. de observ. jejun. l. 10. §. 1. ff. comm. divid.* unde necessitatis causa semper censetur excepta, & tempore necessitatis omnis revocatur immunitas. Dn. Struv. *ad tit. de jure immun. th. 73. fin.* Balthas. *de Oper. subd. cap. 9.* Ejusmodi igitur necessitatis causa operas subditorum interdum requirit, videlicet ut propter periculum diffidatorum, hostium ac incendiariorum castrum Domini custodire, ibidemque excubias agere coguntur, uti supra ostensum *cap. 2. X. de immun. Eccles.* Husan. *de Homin. propr. cap. 6. num. 96.*

Ad necessitatis hanc causam videntur pertinere Angariarum ac Parangariarum præstationes, quæ dicuntur esse munus, quod ob certum negotium cui celeriter, necessitate ita urgente, vehendis oneribus providendum est, publice imponitur; proinde ejusmodi onus in armorum vel aliarum rerum necessariarum transvectione imponi solet. v. c. *die Krieges-Fuhren.* it. *Artillerie-Pferde. l. ult. C. de Fabricensib. l. 2. C. de quibus mun. nem. lic. se excus. T. T. C. de cursu publ. Angar. & Parangar.* Regner. Sixtin. *de Regal. c. 15.* Balthas. *de Oper. subd. cap. 3.* Casp. Klock. *de Contrib. cap. 1. n. 163.* Observandum tamen, quod hæ angariæ & parangariæ a reliquis subditorum Operis videantur aliquo modo differre, recensentur enim inter Regalia *2. feud. 56.* & iis solummodo præstandæ, qui superioritate territoriali gaudent, nec aliter exigendæ, quam si publica necessitas hoc requirit, operæ vero & ab aliis legitime acquiri, & extra publicam necessitatem exigi possunt. Sixtin. *d. l.* Balthas. *d. c.* Conveniunt autem in eo, quod angariæ & parangariæ, uti operæ, plerumque ratione possessionum

ſive prædiorum indicantur. *l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubul. l. 11. ff. de vac. & excuſ. mun.* Caſp. Klock. *de Contrib. cap. 1. n. 163.* Sixtin. *de Regal. d. cap. n 9. & ſeqq.* Quamvis nonnulli angarias & parangarias inter munera perſonalia referre non dubitent, de quibus vid. Sixtin. *d. l.*

43 V.) Haud inferiorem quoque locum obtinet legitima præſcriptio, quando ſcilicet operæ a ſubditis per tempus lege definitum domino fuerunt præſtitæ. Operæ enim præſcriptionis titulo acquiſitæ recte a Domino exigi poſſunt. *l. 20. princ. C. de Agric. & Cenſit.* Caſp. Klock. *de Contribut. cap. 2. n. 46.* Maul. *de Homag. tit. 4. n. 2.* Quantus autem temporis curſus ad hanc præſcriptionem requiratur, inter diverſas Dd. opiniones haud facile eſt dijudicare. Longiſſimam tamen præſcriptionis ſpeciem, videlicet 30. annorum, requiri & ſufficere, videtur probabile. *l. 23. §. 1. C. de Agric. & Cenſ. C. 6. de fund. rei priv.* Gail. *de Arreſt. cap. 7. n. 17.* Add. *Land-Tags-Abſchied.* Ducat. Brunſuic. *de Anno 1597. §. 1.* adeo ut ad hanc præſcriptionem non requiratur titulus, ſed ille, uti bona fides, per lapſum longiſſimi temporis præſumatur. Mevius *Tractat. von Abfolgung der Bauers-Leute. quæſt. 2. n. 134. & ſeqq.* Tempus enim 30. annorum de jure communi, in foro Saxonico vero 30. annorum anni & diei videtur præſcriptionem inducere, etiam in rebus maximi momenti & præjudicii. Balthaſ. *cap. 9.* Quando autem Dominus præſcriptionem decennalem allegare vult, neceſſum habet titulum ſuæ poſſeſſionis probare. Mevius *d. l. n. 117.* Ex ſolo namque temporis curſu non inducitur titulus, qui tamen omnino in longi temporis præſcriptione requiritur, alias ſervitia a ſubditis metu extorta præſumuntur. Mevius *d. l.* Balthaſ. *cap. 9.* Et hæc præſcriptio operatur ſaltem præſumptionem juris, adeoque contrariam probationem admittit; contra illam, quæ longiſſimum tempus requirit, plane non locum habet contraria probatio. Mevius

44 *d. l. n. 136.* Licet autem hodie de modis hiſce conſtituendi operas rara ſit diſceptatio, ſiquidem jam dudum videntur præſcriptæ, vel alio modo conſtitutæ, ideo inter fructus jurisdictionis veniunt recenſendæ, & illa conſtituta, etiam operæ videntur conſtitutæ. Gail. *de arreſt. c. 10. n. 2.* Klock. *de Contrib. cap. 2. num. 38.* Jurisdictio enim, ac multo magis ſuperioritas, eſt radix ac fundamentum onerum ac ſervitiorum, Balthaſ. *cap. 7.* Richter. *deciſ. 156.* quia ex eo jure debentur, quod Domini per homagium in ſubditorum perſonas conſecuti ſunt. Klock. *de contrib. cap. 2. num. 38.* Unde ſubditos ratione fidelitatis præſtitæ ſervos obedientiarios appellat Aym. Cravett. *Conſ. 6. n. 110.*

Quamvis itaque operas ad jurisdictionem pertinere, certum ſit, non levis momenti tamen adhuc dubitatio in eo ſubeſt, 45
ad quam Jurisdictionis ſpeciem Jus operarum referendum? Ad hujus quæſtionis deciſionem non erimus ſolliciti circa veterem illam jurisdictionis diviſionem, qua illa in Merum, Mixtum Imperium, & Jurisdictionem ſimplicem, ſive in ſpecie ſic dictam, dividebatur, quoniam iſta hodie immutata reperiuntur, & diſtinguitur Jurisdictio in ſuperiorem ſive criminalem, & inferiorem ſive Baſſam, *in hohe und Nieder-Gerichte.* Balthaſ. *de Oper. ſubd. cap. 7.* Coler. *de Proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. n. 125.* Hahn. *ad tit. de Jurisdict. n. 8.* Dn. Struv. *ad tit. de jurisdict. th. 80.* Ad jurisdictionem autem ſuperiorem ſive criminalem jus noſtrum operarum non pertinere facile patet, ſiquidem illa pœnalis eſt, & circa pœnam capitalem vel corporis afflictivam occupatur, Coler. *de Proceſſ. execut. d. l.* & ſic cum operis ſubditorum nihil commune habet. Conſequens ergo eſt, quod operæ ad actus & ſpecies Inferioris ſeu Baſſæ Jurisdictionis ſint referendæ, ita ut qui eam Jurisdictionis ſpeciem habet, etiam jus operas exigendi habere dicatur; quemadmodum quoque hæc ſententia plerorumque locorum conſuetudine recepta invenitur; Hinc Nobilibus, quia plerumque Jurisdictione in ſuis pagis gaudent, jus operas exigendi competere apparet, & ſolent illi generatim inveſtiri *mit Frohnen und Dienſten.* Klock. *de contribut. cap. 2. num. 38.* Balthaſ. *de Oper. ſubdit. cap. 7.* Engelbrecht. *de Oper. Ruſt. θ. 59.*

Quoad modos exigendi & præſtandi 46
operas, mores & conſuetudines ſingulorum locorum reſpiciendæ, præſertim in illis, quas determinatas vocant, & ad certam aliquam quantitatem vel tempus determinantur. Indeterminatæ vero operæ ex 47
dominorum arbitrio & voluntate dependent, nec ullo tempore circumſcriptæ ſunt. Sufficit enim jus exigendi adeſſe ex obligatione ſeu conditione ruſtica vel colonaria, quæ, ubi aliud non eſt definitum, ad ſervitia indeterminate obligat. Exactio meræ facultatis eſt, ideo licet immemoriali

riali tempore omissa, nec jus dat debitori, nec Domino libertatem aufert. Præscribi contra illam nunquam potest, quocirca adversus talia negatoriam actionem intentantibus probandum est, quæ olim præstitæ fuere operæ, determinatas aut ita comparatas fuisse, ut ultra illas nihil de-
48 beatur. Mevius *P. IV. Decis. 131.* Varietate etiam circumstantiarum, variantur operæ. *L. 26. §. 12. ff. de Condict. indeb.*
49 Ita si quis subditus partem prædii vendiderit, non integras operas amplius sustinere cogitur, sed partem earum in emtorem transfert, agri enim ab uno in alium cum onere, quod illis inhæret, transferuntur, *L. 12. C. de distract. pignor.* Unde emtores fundi, vel etiam qui pignore illum tenent, partem operarum præstare, & onus venditoris sublevare tenentur. Vid. Henr. Julii Duc. Brunsuicens. Declaration *beyder vorhergehenden Constitutionen de Anno 1612. den 29. Maji* in verb. *wie denn auch den Roß-Dienst und Schatzung iedesmal abstat-*
50 *ten.* Quando vero Princeps & Dominus ipse novos agros concedit, augmentum illud pristino fundo accedens illius etiam naturam regulariter induet, cum accessorium principalis naturam sequatur. *L. 8. C de Jur. Dot. l. 42. de R. J. in 6to.* Adeo quemadmodum ipsum prædium principale servitiis obnoxium erat, ita nec accessorium ab iis immunitatem consequetur.

51 Auctio vero & mutatio servitiorum duobus modis fieri potest: vel augentur operæ, ipsa pristina operarum specie manente, vel eadem mutata. Et utroque modo operas a Domino augeri & mutari posse, nullum forsan superest dubium; si enim prædium alicujus rustici Cotsassicum, qui Germanice appellatur *Cotsasse*, augmentum accipit, operæ quoque augeri possunt, ita quidem, ut si forsan una die manuales operas singulis septimanis antea exhibuerit, postmodum binis diebus ad eas præstandas obligetur. Vel etiam si integrum prædium rusticum sibi comparavit, operæ manuales in servitia jumentis præstanda a Domino convertantur. Pariter ac Mansarius, qui unum mansum tantum possidet, *ein Hebner oder Halber Bauer*, ex quo integrum prædium possidere incipit, tot operas, quot ab integro prædio rustico communiter exhiberi solent, Domino præstare tenetur. Balthas. *de Oper. subdit. cap. 12.*

52 Operæ vero regulariter præstandæ secundum conventionem & pacta, quibus rustici se in ipso contractu obstrinxere, nec aliis prægravari possunt, Thom. Maul. *de Homag. c. 4. n. 1. & seqq.* Jacob. de S. Georg. *ibid. num. 30. vers. 7.* Husan. *c. 6. n. 61.* Expressio enim servitii certi plerumque respicere solet genus ipsum, & referri ad verbum significativum generis, quoties autem enumeratio specierum illud respicit, facta censetur causa determinationis. *l. 18. §. 13. ff. de Instr. & Instrum. leg. l. 12. §. 46. ff. d. t. ubi* Bart. Nisi ex verbis conventionis constet, & aliis circumstantiis non obscure appareat, servitia illa certa non restrictionis, sed demonstrationis tantum vel exempli gratia fuisse expressa. *L. 4. l. 19. ff. de Reb. cred.* Andr. Kohl. *de servit. Vasallor. P. 4. n. 152. & sqq.*

Si vero plane nullæ operæ definitæ, eas 53
saltem subditus præstare tenetur, quas cæteri ejusdem conditionis homines in locis vicinis juxta morem antiquitus solitum edere consueverunt, per *cap. 1. de cognit. Feud. II. F. 1. C. ex parte vers. cum ergo X. de Censib. exact. & procurat.* & Text. *ad hoc in term. in cap. superior. ibid.* Illud observare tenetur, quod in vicinis provinciis observatur, ubi communiter DD. Paul. de Castr. *Cons. 165. Vol. 9.* Boer. *Decis. 264. n. 9.* Et recte sumi argumentum a consuetudine vicinorum, cum ea maxime valeat in declaratione facienda, tradit Wesenb. *Cons. 95. n. 23.* Mynsing. *Decad. 13. Cons. 3. n. 14. & seqq.* Et si fuerint diversæ, ea sequenda, quæ minus subditos gravet & sit humanior. Tusch. *Tom. 2. Concl. 816. §. 821. in verb. consuet.* Et ut recte discerni possit, quænam species Operarum sit consueta vel inconsueta, specialis consuetudo singulorum locorum inspicienda, & quid in singulis Præfecturis & Pagis diu observatum sit, diligenter attendendum. Fritsch. *de Jur. Pagor. c. 8.* Sæpissime enim specialis observantia ab universali consuetudine recedit. Quod si igitur ejusmodi antiqua observantia extet, ab illa non est recedendum, nec subditi ulterius gravandi. *Land-Tags-Abschied Ducat. Brunsuic. de Anno 1597. §. 1.* verb. *die Dienste sollen bleiben, wie sie von Alters hergebracht.*

Ut autem dici possit antiqua observantia, *ein altes Herkommen*, præter spatium 40. vel 50. annorum aliquot actus uniformiter gestos nonnulli requirunt. Wehner. *Obs. Pract.* verb. *von Alters.* Balthas. *de Oper. subd. c. 11.* Alii solum actuum uniformiter observatorum probationem

seclusa præscriptione sufficere statuunt. Fritsch. *de Jur. Pagor. c. 8. §. 5. num. 30.* Mynsing. *Cent. 6. Obs. 42. n. 3.* In hac igitur quæstione, quando non adest specifica observantia loci, ad generalem Provinciæ consuetudinem recurrendum est. Wehner. *Pract. Obs.* voce *Dingnotel.* Si nec illa extat, exigi debent secundum illum modum ac quantitatem, quam cæteri ejusdem conditionis homines eo in loco præstare solent. Knichen. *de Vestit. Pact. P. 2. c. 5. n. 28.* Lud. Schrad. *de Feud. p. 6. c. 6. n. 5.*

54 Quod si demum consuetudo aut mos Provinciæ quidem adsit, sed incertus ac difformis, Dominorum sævitiæ & inhumanitati non est nimium indulgendum, sed servitia ita sunt moderanda, ne laboribus subditi plane supprimantur, utque suis rebus superesse commode possint, cum tempus & occasio quærendi alimenta iis omnino concedenda sit. *l. 19. ff. de Oper. libert.* Gail. *L. 1. Obs. 62. n. 13.* Coler. *de Process. execut. P. 1. c. 9. n. 68.* Balthas. *de Oper. subdit. cap. 12.* Speidel. *Notabil.* voce
55 *Frohn.* Ejusmodi duritiem in quibusdam Dominis vehementer taxat Casp. Hennenberg. *in Chron. Borussiæ sub vocab. Scockau,* hisce verbis: *Es dürffen etlichen Herren ihre Bauren, ob sie auch doppelt oder dreyfach so viel gescharwercket haben, als vorzeiten gewesen, oder sie gefunden, ihnen nichts abschlagen, und solte auch schon den armen Leuten alles auf dem Felde verfaulen. Ihre Höfe wissen sie zu mehren, viel Erbe wüste zu machen, darnach fragen sie gar nicht, denn solche wüste Huben thun sie darnach auf einen gar grossen Zinß (sintemal sie die Scharwercker erlassen,) aus, denn die andern übrigen Bauren müssen gleichwol das Schwarwerck vollkömmlich thun, also regieret der leidige Geitz.* Et paulo supra: *Es pflegen ietziger Zeit etliche, wenn sie Scharwerck haben, die sie denn auch sehr häuffen, und ihre arme Unterthanen nicht beym alten (wie man thun soll und kein anders) lassen bleiben. Da sehen sie, daß sie einen jungen starcken Kerl kriegen, dem geben sie gut Essen, und Bier genugsam zu trincken darbey, daß er ja freudig zuvor ausgehe, und hurtig in das Getreyde oder Graß haue, dem müssen die andern den gantzen Tag lang nachhauen, unangesehen er sey alt, schwach, kräncklich, hungerig, matt oder durstig, und habe kaum das trockene Brod darbey zu essen, oder das liebe Wasser zu trincken, müssen auch offtmals darauf etliche Tage zu Bette kranck liegen. Können sie aber selbst nicht hauen, so müssen sie einen andern miethen, und demselben wol zweymal, ja wo nicht dreymal so viel Lohn geben, als wenn er sonsten einem andern um ein Tage-Lohn geholffen hätte, redet man solche an, warum sie für einen Tag so viel Lohn nehmen? Ey, sagen sie, Tagscharwerck, als wolten sie sagen, man muß das Geld wol verdienen, denn gemeiniglich auch einer mit einem Knebel-Spiesse hinter ihnen stehet, und darauf siehet, wie sie forthauen.*

Cavendum etiam, ne in tempore exi- 56
gendarum operarum legitima proportio excedatur. Cum enim sui cuique rei tempus sit, & in omnibus actionibus & negotiis hoc observare pulcherrimum habeatur, Novell. Leon. *109. princ.* ideo & in servitiis subditorum non minus tempus quam aliæ circumstantiæ observandæ: Adeo ut etiam in subditorum arbitrio non 57
sit situm, tempus pro tempore eligere, aut aliis temporibus præstare operas, quam quæ iis per dominum præstitutæ fuerunt. Balthas. *de Oper. subd. cap. 13.* Coler. *de Proc. Execut. P. 1. c. 9. n. 102.* quoniam ex commodo Domini sunt edendæ. *L. 24. ff. de Oper. libert.* Appellantur autem 58
operæ *in L. 1. & 3. §. 1. ff. de Oper. libert.* add. Brunnem. *ad d. L. 1.* officium diurnum, hoc est, quod per diem præstandum quamdiu lux est; & hoc temporis spatium ab ortu videlicet solis usque ad occasum vocant Juris Interpretes diem artificialem. Coler. *de Process. Execut. P. 1. c. 9. n. 4.* Husan. *de Oper. subd. θ. 13.* Quoniam enim exhiberi debent operæ salva valetudine & quiete hominum, *L. 17. ff. de Oper. libert. arg. L. 137. §. 2. ff. d. V. O.* ideo de noctu non sunt præstandæ, nec per totum diem continuis laboribus macerandi subditi, sed certæ horæ, plerumque meridianæ, ad quietem ipsis concedendæ. *L. 26. pr. ff. de Oper. libert. Land-Tags-Abschied* Ducat. Brunsvicens. *de Anno 1579. § 1.* Coler. *de Process. Execut. P. 1. cap. 9. n. 97.* Excipitur tamen tem- 59
pus necessitatis, quod nullis Legibus est adstrictum, *L. 10. ff. commun. divid. c. 4. X. de. R. J.* Coler. *d. l.* vel si consuetudo aut pactum aliquod exposcat. Balthas. *de Oper. subd. cap. 13.* Husan. *de Hom. propr. c. 6. n. 96.* Wehner. *Pract. Observ.* voce *Dingnotel.* Stamm. *de servit. Personal. l. 3. c. 21. n. 3.* Nec operæ a subditis diebus 60
Festis seu dominicis regulariter exigendæ, quoniam illi Majestati Divinæ dedicati sunt.

sunt. *L. ult. C. de Fer.* Coler. *de Process. Execut. P. 1. cap. 9. n. 68.* Wehner. *d. l.*

61 Nisi casu extremæ necessitatis, ut si fructibus a Deo concessis damnum irreparabile immineat, de quo alibi, vel subditus tabellarii vel aliud munus obire cogatur.

62 Balthas. *d. l.* Quibus vero diebus in hebdomade sint præstandæ, hoc ex domini necessitate ac utilitate dependet; modo non sint continuæ, hoc est, si forte rustici duobus vel tribus diebus singulis septimanis ad operas sint obstricti, ut illi dies non sint continui, sed intervallum aliquod ipsis concedatur, quo negotia propria curare possint. *L. 22. §. fin. ff. de Oper. libert.* Nisi iterum aliud necessitatis casus exigat, qui messis tempore propter tempestatis inconstantiam sæpius accidit. Engelbrecht *de Oper. Rust. th. 69.*

63 Non autem sunt præstandæ operæ quam si fuerint indictæ *L. 1. ff. de Oper. serv. L. 3. 9. & 24. de Oper. libert.* tum vero præcise sunt exhibendæ, nec possunt subditi pro lubitu alio tempore illas præstare, quam quo ipsis per Dominum injunctæ fuerint. Absurdum enim est, inquit Imperator *in L. 22. pr. ff. de Oper. libert.* credere alio die deberi officium, quam quo is vellet, cui præstandum est. Hahn *ad tit. de Oper.*

64 *libert. sub fine.* Unde etiam, si operæ indictæ sint, subditis non est liberum illas pecunia redimere. *Land-Tags-Abschied Ducat. Brunsf. de An. 1597. §. 1.* Quando autem illi significato tempore non comparent, certa mulcta vel etiam carceris pœna ad id cogendi & afficiendi sunt.

65 Excusantur tamen quandoque propter morbum vel aliam corporis debilitatem, uti senium *l. 17. & 23. §. 1. ff. de Oper. libert.* Hahn. *ad tit. de Oper. lib. sub fin.* nam dum languet libertus, inquit Imperator *in L. 34. ff. de Oper. Libert.* patrono operæ, quæ jam cedere cœperunt, pereunt. Morbus enim regulariter ab iis muneribus vacationem tribuit, quæ corpore adimplenda sunt, & Paulus JCtus *in l. 4. §. 5. ff. de stat. libert.* dicit: Servire nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur. Habetur namque morbus pro legitimo ac justo impedimento, *anteced. verb. d. l. 4. §. 5.* etiamsi culpa ægrotantis morbus provenerit. Balthas. *de Oper. subd. cap. 10.* quia propter operas non videntur sibi morbum conscivisse, ideoque afflictis hisce afflictionem addere foret inhumanum. *c. 2. caus. 7. qu. 1.* Referunt huc etiam illum casum, 66
quando rusticis per milites fuerunt erepti boves, aut equi aratorii, quibus vecturæ aut similes operæ præstandæ erant. Hahn. *ad tit. de Oper. libert. sub fin.*

Quamvis autem ipsi rustici valetudine 67
impediti eo tempore ab operarum præstatione excusentur per *dd. tt.* quibus quoque adstipulatur Ulpianus *in L. 15. ff. de Oper. libert.* inquiens, qui post indictionem operarum valetudine impeditur, quo minus præstet operas; nec enim potest videri per eum stare, quo minus præstet operas. Per alios tamen & substitutos sese ab obligatione sua liberare tenentur. *L. 1. C. de Præpos. agent. L. 16. & Authent. Adscriptitios. C. de Episc. & Cler. arg. L. 137. §. 5. ff. de V. O.* Quoniam enim operæ hodiernæ sunt munus quasi mixtum partim personale, partim reale, ideo propter valetudinem ipsi in propria persona excusantur, per substitutos tamen eas exhibere obligati erunt. *l. 2. §. 7. ff. de Vacat. mun.* Cui observantia communis suffragatur, Balthas. *de Oper. subd. c. 10.* Modo ille, quem rusticus substituere cupit, sit idoneus, & æque ac ipse operas sustinere queat. *L. 2. in fin. C. de præpos. agent.* Alias enim operæ Domino essent inutiles, cum tamen potius in commodum ejus sint præstandæ. *l. 24. ff. de Oper. libert.*

Occurrit hic quæstio: si subditus man- 68
dato Domini operas in loco dissito, ad quem tum eundo, tum redeundo una & altera dies insumenda est, præstare jubeatur; utrum hi dies itineri insumti computari, ac rusticis prodesse debeant? Et quamvis hoc videatur negandum, quoniam hi dies non videntur in Domini emolumentum cedere, verior tamen est sententia affirmativa, & æquitati magis congrua, præsertim cum fundetur in apertissimis verbis *L. 20. §. 1. de Oper. libert.* *Ex Provincia,* inquit *Paulus JCtus, libertum Romam venire debere ad reddendas operas, Proculus ait, sed qui dies intercesserint dum Romam venit Patrono perire.* Confirmatur quoque hoc *im Landtags-Abschied Ducat. Brunsuic. de Anno 1597. §. 1.* Balthas. *de Oper. rust. cap. 13.* Quoniam regulariter operæ edi debent, ubi Dominus moratur, *l. 21. ff. de Oper. libert.* aut ubi prædia, quorum ratione operæ debentur, sita sunt. Stamm. *de hom. propr. L. 3. c. 21. n. 6.* Nec extra provinciam sive territorium subditi evocandi, Casp. Klock. *de Contrib. c. 2. n. 61. & c. n. 310.* nisi consuetudo aliud ostendat.

Husan.

Husan. *de hom. propr. c. 6. n. 90.* Stamm. *d. l.* Brunnem. *ad l. 18. ff. de Oper. libert.* Dn. Engelbrecht. *de Oper. Rust. θ. 73.*

69 Quod si igitur extra Provinciam præstanda sint, sumtibus ac impensis Domini id fieri debet. Husan. *de hom. propr. c. 6. n. 92.* Brunnem. *ad L. 20. ff. de Oper. Li-*
70 *bert.* Balthas. *de Oper. subd. cap. 15.* Cum alias propriis sumtibus subditi operas exhibere teneantur, nec ipsis alimenta a Domino suppeditanda. *L. 18. ff. de Oper. subdit.* Casp. Klock. *de Contrib. c. 2. num. 50.* Richter. *decis. 98. n. 10.* Hahn. *ad tit. de Oper. libert. n. 4.* Reuter. *de Oper. subdit. θ. 47.*

71 Nisi sint ita egeni, ut necessariis vitæ alimentis plane destituantur, quo casu ne fame pereant tempore præstandarum operarum, a Dominis alimenta ipsis subministranda. *L. 18. ff. de Oper. libert. L. 21. ff. eod.* Paupertas enim summa ab aliis quoque oneribus videtur excusationem aliquam tribuere. Casp. Klock. *de Contrib. cap. 13. sect. 2. n. 58. & seqq.* unde æquum quoque est, ut etiam in hac onerum specie aliquod levamen sentiant ejusmodi misselli rustici, quoniam alias ad impossibilia constringerentur, quorum tamen nulla obligatio est. *L. 185. de R. J. l. 35. ff. de V. O. c. nemo potest. 6. de R. J. in 6to.* Unde quoque Dominis nulla actio eo casu competere videtur, quoniam propter inopiam subditorum illa esset inanis. *L. 6. ff. de dol. mal.*

72 Quanquam autem paupertas hæc forte non omnimodam ab operis præstet vacationem, ita tamen illæ sunt exigendæ & moderandæ, ut satis temporis ad quæstum faciendum, unde ali possint, ipsis relinquatur. *L. 19. 22. §. ult. L. 26. pr. L. pen. §. 2. ff. de Oper. libert.* Hæ demum enim operæ intelliguntur impositæ, quæ sine periculo vitæ præstari possunt, inquit Imper. *in L. 38. ff. de Oper. Libert.* Gail. *de Arrest. Imp. cap. 10. n. 6.* Præcipue tamen quæstionem hanc decidit pactum, consuetudo & observantia locorum. Balthas. *de oper. rustic. c. 15.* Hinc in plurimis locis usitatum, ut rusticis tempore exhibendarum operarum certa quantitas panis & casei suppeditetur in aliquale istius diei alimentum, quæ Germanice communiter appellari consuevit *die Pflicht*, quasi debitum a Domino in vicem & recompensationem operarum præstandarum. Engelbrecht. *de oper. rust. θ. 74. seqq.*

Interdum operæ a subditis citra obliga- 73
tionem Domino precario præstantur, quo casu quin sumtibus Domini exhibendæ sint, nullum est dubium. Husan. *de hom. propr. c. 6. n. 93.* Thom. Maul. *de Homag. tit. 4. n. 21.* Casp. Klock. *de Contrib. c. 2. n. 50.* Balthas. *de oper. subd. cap. 15.* Coler. *de Process. Execut. P. 1. c. 9. n. 98.* Speidel. *Notab.* voce *Frohn.* Quando enim ex liberalitate alteri servitium præstatur, sumtuum erogatio ad eum pertinet, cui exhibetur, *l. 18. §. 2. ff. Commodat.* ubi ait Gajus JCtus: Cibariorum impensæ naturali scilicet ratione ad eum pertinent, qui utendum accepisset. Non solum autem pro- 74
priis sumtibus subditi regulariter operas exhibere tenentur, verum etiam propriis instrumentis ad operas præstandas necessariis, tam animatis, veluti sunt equi & boves, quam inanimatis. *l. 8. ff. de Instruct. vel Instrum. leg.* Et licet instrumenta illa in exhibitione operarum frangantur, vel deteriora reddantur, Domini tamen impensis non sunt reficienda, vel si jumenta moriantur, Dominus ea restituere non tenetur, Speidel. *Notab.* voc. *Frohn.* Balthas. *de oper. subd. c. 15. in fin.* Hus. *de hom. propr. c. 6. n. 95.* Casp. Klock. *de Contrib. c. 2. n. 51.* Berl. *lib. 2. Conclus. 65. n. 16. sqq.*

Quæritur hac occasione, si in præsta- 75
tione operarum ab hostibus vel prædonibus diripiantur vel deteriora reddantur plaustra, jumenta vel reliqua instrumenta rustica, an Princeps vel alius Dominus, cui operæ illæ præstabantur, ad damnum subditis refundendum sit obligatus? Et licet nonnulli hoc affirmare non dubitent, negativa tamen sententia potius videtur probanda, & Dominum non teneri statuendum. Non enim debet nocere factum alterius ei, qui nihil fecit. *l. 5. §. 5. ff. de oper. Nov. nunciat. l. 155. de R. J.* Nec censentur rustici Instrumenta illa Domino locasse, sed potius debito suo satisfecisse. Sixtin. *de Regal. l. 2. c. 13.* Balthas. *de oper. subdit. c. 3.* Accedit quod res domino suo pereat. *l. 9. C. de pignorat. Act.* Quamvis igitur concedere velimus, præstationem operarum naturæ locationis conductionis aliquo modo accedere, seque eidem contractui quoad periculi & damni præstationem conformare; tamen hostium publicorum & prædonum incursus & impetus casibus fortuitis annumerantur, hi autem a conductore subeundi. *l. 9. §. 3. l. 15. §. 2. l. 25. §. 6. ff. locat. Cond.* Sixtin. *de Regal. d. l.* Balthas. *d. l.*

Sed

76 Sed quid in casu tali sentiendum, si prædium Domini sit destructum vel dirutum, ad quod ædificandum operas præstare, puta ligna, aquam vel alia necessaria advehere, vel custodiendum rusticis ex pacto vel consuetudine incumbebat, & novo non ibidem, sed prope pristinum locum instaurato, an ad operas & excubias ad illud noviter construendum cogi possint? Et asserendum esse putamus, cum indubitati juris sit, quod surrogatum sapiat naturam ejus, cujus in locum surrogetur. *L. 10. §. 2. ff. si quis caut. in Jud. fact. non obtemp. l. 28. §. 1. ff. de Jurejur.* ibique DD. idque adeo verum, licet in aliquo casu discrepet ab eo, cui surrogatur. Ant. Gabriel. *lib. 6. Com. Conclus. 6. n. 48. 58. seqq.* Sic consuetudo & alia dispositio, loquens aut disponens de uno, extenditur & ad aliud, quod in locum ejus surrogatum est. *l. 64. §. 1. ff. de Rit. Nupt. l. 15. §. fin. ff. de leg. præst. contr. Tab.* Borch. *P. 1. Conf. 7.* Quæ conferunt ad hoc, ut, cum ab initio & ante destructionem castri rustici tenerentur ad custodiam, non fuerit tale jus per castri ruinam aut eam translationem amissum, ut pulchre tradit Sfort. Oddus *P. 2. Quæst. 96. n. 31. Tract. de restit. in integr.* Joh. Maurit. *C. 404. n. 3. ibid. d. tract.* Idque indubitanter verum, si belli & seditionis tempore ab hostibus dirutum; secus vero si autoritate & facto superioris ob crimen PP. violatæ demolitum sit, de quo Baldus *Consil. sing. 321. n. 2. & 3. c. 2.* Gail. *2. obs. 61. n. 5. & l. 2. de Pac. Publ. c. 9. n. 30.* Et quamvis illud idem castrum, ad quod inserviendum, non videatur esse, magis tamen est, ut operæ ad novum illud præstari debeant, utque identitatis ratio inter utrumque non ita superstitiose colligi possit, tantum abest, ut pro separato sit habendum, cum servitia rei debita in domini utilitatem comparentur, quam subditi fidelitatis intuitu omnibusque modis curare ac promovere sunt adstricti. *Cap. un. II. Feud. 22. & 23. cap. tibi dom. dist. 63. Novell. 8. c. 10.* Arist. *l. 5. Polit. c. 1.* Althus. *Polit. c. 20. n. 7.* Quod & sacrarum scripturarum testimonia ubertim demonstrant. Nehem. *c. 9. v. 37. & c. 4. v. 31. & seqq.* 1. Reg. *c. 5. v. 13.* Nec secus atque legatum in unam causam factum, si ex ea nullus appareat usus, ut in aliam pro legatarii utilitate vertatur, nihil est quod intercedit *leg. 16. ff. de Usufr. leg.* Albert. de Rosat. *in l. 28. ff. quib. mod. usufr. amitt.* Nic. Boer. *decis. 212. n. 14.* Jac. de S. Georg. *de Royd. n. 50.* Berl. *Concl. 46. n. 26.* Erhard. *de oper. Rust. θ. 27.*

Crebrius etiam accidere usuque venire solet, ut Domini, in locis dissitis & longe remotis habitantes, debitis servitiis commode uti haud queant, proinde ejusmodi in pecuniariam præstationem commutari, vel ea alteri edenda delegari ac cedi posse, juri communi contrarium non est. *l. 17. l. 2. ff. de Solut. l. 25. §. 1. & 2. ff. de oper. libert.* Jacob. de S. Georg. *n. 31.* Joh. Köppen. *decis. 13. n. 2.* Idque passim experientia testatum facit, præcipue tamen æquabilitas servanda, ne majoris summæ pecuniam, quam quæ debitis servitiis æquipolleat, exigant. *l. 39 §. 1. ff. de oper. libert. Novell. 8. c. 11.* Esset enim plane intolerabilis & impia exactio, si ita laboris fructum excederet, ut rebus mallent ipsis possessores cedere, quam pro illis impositam & taxatam erogationem præstare, quæque omnem propemodum spem victus parandi, se & suos conservandi adimeret, quam in rem præclara in Sacro Codice extant testimonia omnibus exemplo Amos *cap. 2.* Micha *c. 3. v 1.* Habacuc. *c. 3.* Husan. *c. 6. n. 76.* Controvertitur autem non levi concertatione, si pro Operis pecunia solvenda, quanam in moneta fieri debeat? Et pro moneta antiqua, aut de nova ad valorem & æstimationem antiquæ statuendum. Anton. Sola. *P. 2. gl. 8. n. 1. & seqq. Cap. olim. X. de Censib.* prout etiam in Emphytevsi observatur. Natta *Conf. 302. n. 3.* Limitationes autem has admittere videtur. (1) Nisi conventio disponeret solutionem fieri de moneta currenti. *L. 3. ff de Reb. cred.* Natta *Conf. 664. n. 4.* (2) Nisi esset præscriptum per *dict. cap.* Franc. Balb. *de Præscript. P. 4. 4. part. princ. quæst. 7. n. 1. & 4.* Schurff. *Conf. 10. per tot. Cent. 1.* Zas. *l. 1. singul. intell. c. 3.* (3) Nisi esset consuetudo de moneta currenti solvendi, Curt. Jun. *Conf. 24. n. 2.* Rubeus *Conf. 7.* & alii per eum allegati. Acrius autem hic quæritur, si rustici per longissimum tempus loco operarum annuatim certam pecuniæ quantitatem uniformiter solverunt, an per hoc contra operas præscripsisse censeantur? Varia hic occurrit dissentientium varietas, sed communis & vera est affirmans opinio, cui hodierna Germaniæ consuetudo & mores opitulantur, *l. 6. C. d. fund. rei priv. l. 23. §. 1. C. de Agric. & Cens.* Modest. Pistor. *P. 1. Quæst. 38.* Quod recte hoc in casu procedere videtur, quia facilius aliquid in aliam formam, qualitatem & quantitatem transformatur & mutatur, quam de novo inducitur. *arg. §. 3. Inst. de Donat.* Köppen. *dec. 13.*

n. 10. P. 1. præſertim elapſo ſpatio 30. vel 40. annorum, per quod tempus regulariter omne jus & omnis actio tollitur. *l. 3. cum l. ſequent. C. de præſcript. 30. vel 40 annor.* ſive cum, ſive ſine titulo *l. 1. §. ad hæc C. de annal. exc.* Balb. *de Præſcr. P. 2. tertiæ part. princ. quæſt. 6. n. 2. 3.* Sed nec mala fides allegari poteſt poſt curſum illius temporis, quod procedit de Jur. Civ. non vero Canonico. *Cap. malæ fidei poſſeſſor d. R. J. in 6to.* Quod de præſumta mala fide non vero vera, quia ea nunquam tolli aut purgari poteſt per aliquem temporis lapſum Kirchov. *P. 1. Conſ. 31. n. 11.* Igitur & præſtatio pecuniæ pro ſervitiis longiſſimo tempore jure præſcribitur, ita ut Dominus illius loco ea repoſcere nequeat, quia quicquid eſt deducibile in pactum aut conceſſibile in privilegium, eſt etiam præſcriptibile, ut ait Hennig. Goden. *Conſ. 39. n. 54.* Et ob id omnia cenſentur legitime acta propter temporis diuturnitatem. Jaſon. *in l. qui in aliena. ff. de Acquir. hæred. n. 54.* Imo videtur Dominus tamdiu ſciens & volens approbaſſe. Hyppol. de Marſil. *ſing. 344. & 77.* Quæ ſententia non ſolum Juri Romano conformis, ſed & de Jure Saxonico locum habet. *Conſt. Auguſt. Elect. P. 2. Conſt. 4.* ibi: *daß ſie bey dem Dienſt-Geld und præſcribirten Gerechtigkeit, wo ſonſt keine andere Verträge vorhanden, bleiben und gelaſſen werden.* Ubi Dan. Moller. *n. 1. ſeqq.* Carpz. *ibid.* quod & confirmat Georg. Beat. *in Tract. Variar. Caſ. tit. 26. c. 1.* ubi ita judicatum refert: *Wo aber ihr und eure Vorfahren ſeither dem gemeldten N. Jahr, und alſo in Rechts-verwährter Zeit, keine Frohn geleiſtet, ſondern jährlichen ein gewiſſes Geld davor entrichtet &c. ſo bleibet ihr nochmals bey ſolchem bißhero erlegten Frohn-Gelde billig, und möget mit der Hand oder Pflug zu fröhnen nicht gezwungen werden; V. R. W.* Treutl. *P. 2. diſp. 22. th. 2. lit. G.* Köppen. *deciſ. 13. n. 9.* Berlich. *Tom. 2. Concluſ. 6. n. 3.* Limitantur tamen prædicta, ſi nempe quis cauſam vel occaſionem exigendi operas non habuit, vel habere potuit. *arg. l. 35. ff. de S. R. P.* & cum nequit uti, in culpa vel mora eſſe non poteſt, vel etiam non indiguit, quo caſu non poſſunt allegare ſe tutos præſcriptione. Boër. *dec. 34. n. 1. & 2.* Sed an ſtatuto vel conſtitutione Principis ejusmodi ſervitiorum præſcriptiones tolli poſſunt? Videtur quod ſic, quod procedit, quando in ſtatuto præſcriptio ſpecialiter fuerit prohibita, & in iis caſibus, in quibus ſpecialiter proviſum, ſicut factum oſtendit a Sereniſſ. Electore Brandenburg. in ſuis terris Joh. Köppen. *P. 2. dec. 13. n. 12.* quod tamen extendi non debet ad præſcriptiones ante ſtatutum conditum completas. Matth. Stephan. *de Jurisdict. P. 1. l. 2. c. 7. Membr. 2. n. 119. & ſeqq.*

Operas autem alteri cedi poſſe dubium 80
non habet per textum expreſſum in *l. 26. §. 12. verſ. Sed ſi delegat.* ibi: *Hæ enim jubente Patrono & alii edendæ ſunt. ff. de Condict. indeb.* Connan. *in Comment. Jur. Civ. l. 2. n. 6. & 9.* Molin. *in conſuet. Pariſ. Tit. 1. §. 1. Gloſſ. 3. n. 28.* dicens omnes Dd. ita tenere. Facit quod jus exigendi operas tranſit ad hæredem domini, etiam extraneum *d. l. operæ. 9. §. 1. ff. de O. L. d. l. 26. §. 12.* Operas autem ad extraneum tranſire ſolitas alteri cedi poſſe patet ex *l. 6. ff. de Oper. Libert.* Donell. *l. 2. comment. Jur. Civ. c. 18.* Zaſius *lib. 1. ſing. reſponſ. c. 3. n. 47. & 50.* Quod accipiendum eſt, ſi ſtata ſint ſervitia & certa, quibus ruſticorum conditio non fit deterior, ſed ad rationem æqualem ad inſtar modum & qualitatem libertorum producitur *l. 17. ff. de Oper. libert.* Nam eſt vulgata theorica, quod quando quis habet cauſam a me, tunc tenetur id facere quod mihi prodeſt & ſibi non obeſt. *l. 1. §. illud in fin. ff. de Aqu. cottid. & æſtiv. l. 38 ff de Evict.* Fieri autem poſſet, ut ille, cui delegatus, eſſet homo valde auſterus, acerbus & rixoſus, vel alias in exigendo operas modum excederet, hominem & ruſticum alienum affligeret, contra quam inter Dominum & illum colonum conveniſſe videtur, Bald. *in d. l. 1. C. de Oper. libert.* tunc invitus alteri ad operas faciendas compelli non poteſt, textus eſt expreſſus *in cap. 1. §. præterea de prohib. Feud. alien. per Frideric. arg. l. 34. pr. d. l.* ibi Gothofr. Coler. *de Proceſſ. Execut. P. 1. c. 9. n. 41. & 91.* Hinc juſta ab illis querela inſtituitur juxta illud:

Sole necor ſolo, quid erit ſi creverit alter?

teſte Cravetta *Conſ. 624. n. 19.* Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. c. 3. n. 27.* Sicut enim homines non poſſunt autoritate propria Domino ſubtrahere obedientiam, & jus ſubjectionis ipſo ignaro & invito in alium transferre. Gail. *d. c. 8. n. 13. & ſeqq. de Areſt. Imp.* niſi in caſibus exceptis, Zaſius *in l. naturaliter. §. 1. n. 61. ff. de A. P.* Ita e converſo permagni ſubditorum intereſt, ne plures Dominos habeant. Tiraquell.

quell. *de Jur. primog. quæst. 4. n. 30.* addens duas alias rationes, quas ibi videre licet. Gail. *lib. 2. obs. 153. n. 5.* Erhard. *de Oper. subd. θ. 28.*

Reliquum nunc est, ut de remediis & actionibus tam dominis quam rusticis competentibus dispiciamus, ubi ante omnia circa actiones Domino competentes distinguendum erit; aut enim Domino lis est cum tertio, sibi jus operarum arrogante, aut cum ipsis rusticis debitas operas detrectantibus. Priori casu aut de possessione vel quasi operarum contenditur, aut de ipsa proprietate. Si illud, pro retinenda quasi-possessione datur domino interdictum uti possidetis, adversus eum, qui Domino possidenti vim infert, & in possessione operarum turbat. *l. 3. §. 2. 3. & seqq. ff. uti possidetis.* Requiritur autem a parte Actoris possessio, a parte vero rei turbatio. Wesenb. *ad tit. ff. uti possidetis.* Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exercit. 45. θ. 121.* Balthas. *de Oper. subd. c. 18.* Non solum autem allegare suam possessionem, verum etiam in summariissimo præsentem, in ordinario possessorio antiquiorem probare debet. *c. 9. X. de prob.* Struv. *d. l.*

81 Quod si Dominus possessione operarum plane sit dejectus, tum dantur ei utilia remedia restitutoria, (1) interdictum de vi & vi armata, sive unde vi, quia adscriptitii inter membra terræ vocantur, atque adeo inter immobilia referuntur. *l 32. §. 1. C. de Agric. & Censit.* Brunnem. *ibid.* (2) remedium *ex cap 10. X. de restit. spol.* (3) Imploratio Officii Judicis. (4) Remedium *ex can. Redintegranda 3. cap. 3. qu. 1.* idque datur adversus quemlibet possessorem, quamvis ipse non spoliaverit dominum Operarum, nec etiam spoliationis sit conscius, ad id ut possessio operarum restituatur, atque adeo videtur omnium saluberrimum. Balthas. *de oper. subd. d. c. 18.* Struv. *Exercit. 45. thes. 114.*

Interdum homines proprii & rustici sine justa causa aufugiunt, ac in tertii clientelam se conferunt, in quo casu priori possessori datur remedium ex *l. si Coloni. 14. C. de Agric. & Censit.* adversus illum tertium, ad possessionem istius fugitivi restituendam. Stamm. *de servit. pers. L. 3. c. 26.* Qui, licet excipiat se esse Dominum, idque in continenti probare velit, cum hac exceptione non est audiendus, nam fugitivus possessorem spoliavit sui possessione, cujus spolii ille est particeps, qui eum detinet, ideo ante omnia pristino possessori restituenda est fugitivi possessio. Quæstio vero dominii vel originis in petitorium differenda: idque etiam obtinet, licet coloni dignitatis gradum assecuti fuerint. Menoch. *in remed. 10 recup. possess. n. 63.* Brunnem. *ad l. 14. C. de Agric. & Censit.* Debet autem probare Dominus sive actor possessionem, ex qua sit dejectus, & quidem justam, nam de bonæ fidei possessore *L. si coloni* expresse est concepta. Stamm. *d. l. c. 27. n. 2.* Deinde actori probandum est, quod homo proprius ad reum detentorem vitio fugæ pervenerit, & etiamnum penes ipsum sit. Stamm. *d. c. n. 5.*

In judicio petitorio, & cum de ipsa proprietate agitur, competit Domino adversus tertium diverso respectu tum actio confessoria, tum negatoria. Prior, si Dominus jus Operarum in alterius pago, vel villa ac hominibus habeat, & Dominus illius pagi & hominum eum operis uti impediat, eaque datur contra impedientem ad id, ut Actor declaretur Dominus Operarum, ac proinde liber illarum usus ipsi imposterum permittatur, reusque eo nomine idonee caveat. Balthas. *de Oper. subd. c. 18.* Struv. *Syntagm. Jur. Civil. ad Tit. si servit. vindic.* Thom. Maul. *de Homag tit. 4 n. 24.* Posterior & negatoria actio Domino competit, quando tertius indebitis servitiis alterius subditos onerat, adversus gravantem. *arg. l. 7. ff. eod.* Maul. *d. l. n. 6.* Balthas. *de Oper. subd. c. 18.* Herm. Vultej. *Vol. 11. Cons. Marp. 30. n. 13.* Hoc insuper monendum, si quis alienum adscriptitium, vel hominem proprium in suum rus suscipiat, nec Domino restituere velit, adversus eum datur condictio ex *L. cum satis. 23. C. de Agric. & Censit.* ad id, ut eum cum sobole restituat, ac Domino interesse præstet, præterea propter dolosam hominis alieni detentionem puniatur *d. l.* jung. *l. 8. & 12. C. de Colon. & Cens.* Brunnem. *ad L. 23. §. 12. C. de Agric. & Censit.* Struv. *Exercit. 40. θ. 72.* Et hæc actio, quia ad petitorium judicium pertinet, a remedio possessorio, quod *in l. 14. C. de Colon. & Censit.* fundatum, ac supra adductum fuit, distinguitur.

Ipsos rusticos quod attinet, quia parum consultum esset Dominis, nisi inobe- 82
dientes ad servitiorum præstationem compellere possent, cum hoc genus hominum officio suo sæpius perfungi detrectet, debitasque operas contumaciter recuset, quo casu bona eorum arrestantur, fructuum perceptio impeditur, pignora-

tiones jumentorum fiunt, & villa rustica cum omnibus instrumentis quasi sequestratur, imo personæ carceri mancipantur, inque eo pane & aqua cibantur, idque Dominis in personis læsorum impune & citra pœnam privati carceris permissum est. Hahn. *ad tit. de stat. hom. n. 2. & ad tit. de liberal. caus.* ubi hoc simul præjudicio confirmat. Struv. *Exercit. 49. θ. 16.* Pœna enim illa in retinente aliquem carceratum in privatis ædibus non ex causa jurisdictionis usurpandæ, sed sine dolo, & ex alia aliqua justa causa, non obtinet, quia nunquam habet locum, nisi adfuerit dolus & animus privatum carcerem habendi per *l. un. C. de privat. carcer. verb. arrogantia,* adeo ut credatur juramento asserentis dolum abfuisse. Farinac. *de carcer. l. 1. t. 4. quæst. 27. n. 35. vers. Limita nono.* Deinde indubitati juris, quod Dominus servum suum custodiæ causa in vincula conjicere possit, *L. 1. C. de emend. serv.* & propterea in pœnam privati carceris non incurrat secundum Gloss. ab omnibus approbatum *in d. l. un.* verb. *non vindicaverit.* Joh. Bapt. Bojard. *in add. ad Jul. Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 68. n. 88. & 95.* Idemque in illis obtinet, qui ita terræ, quam colunt, adhærent, ut nec ipsi, nec illorum liberi Domino invito ab ea unquam discedere possint, fugitivi tanquam servi repetantur, *L. 23. C. de Agric. & Censit.* atque pro rebus immobilibus habeantur, sicut ipsa terra, *Novell. 7. pr. verb. Vult enim,* qua de causa etiam absque terra alienari, *L. 21. C. de Agric.* & cum liberis hominibus matrimonium inire prohibentur, *l. fin. C. eod.* quia servilis sunt conditionis *d. l. 21.* eosque Dominus sive per Præsidem Provinciæ moderata corrigere castigatione potest, text. express. *d. l. fin.* & exinde homines proprii dicuntur. Stamm. *de servit. pers. l. 3. c. 3. n. 7. & seq.* junct. *C. 24. n. 2.* Husan. *de hom. propr. c. 7. per tot.* Et quidem tamdiu detinentur, donec obedientiam præstent, & Dominis operas indictas secundum consuetudinem & jura possessionis officiose exhibeant. *arg. l. 6. §. 1. ff. de pœnis,* Gail. *de Arrest. Imp. C. 10. n. 1.* Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 13. n. 65.* Stamm. *de servit. person. l. 3. c. 24. n. 2.* Communiter vero solet certa mulcta sive pœna pecuniaria constitui, quam inobedientes incurrunt, de qua locorum statuta sunt inspicienda. Quod si autem in hujusmodi contumacia persistant, possunt cogi, ut bona sua divendant, & alio migrent Berl. *P. 1. Decis. 65. n. 1. & 7.* Richt. *Dec. 98. n. 11. & 12.* & ibi præjudicium Balthas. *de Oper. subd. c. 18.* Speidel. *Notab.* verb. *Frohn.* quin & relegatione puniri ac in exilium mitti queunt. Carpz. *P. 2. Const. 51. def. 16.* Denique subditi debitas operas recusantes, damnum inde emergens Domino resarcire tenentur. Richter. *d. l.* ubi hac de re itidem præjudicium adfert.

Secundum remedium, quod Dominis adversus rusticos refractarios competit, est, quod officio judicis ad operas præstandas compelli possint, *l. 1. §. 10. ff. de Off. præf. urb. l. 9. §. 3. ff. de Offic. Proconf.* Thom. Maul. *de homag. tit. 4. n. 24.* Hinc sæpe fit, ut mandata inhibitoria Dominis contra rusticos inobedientes & rebelles debeant decerni, si a Dominis in officio contineri nequeunt. Balth. *de Oper. subdit. c. 18.* Petr. Frider. *de Mandat. l. 2. c. 46. n. 1.* Quod si rustici & homines proprii ad evitandam operarum præstationem plane aufugerint, datur Dominis condictio ex *l. si coloni, C. de Agric. & Censit.* vel, uti ab aliis appellatur, Condictio ex moribus. Thom. Maul. *de Homag. tit. 4. n. 24.* Balthas. *de Oper. subd. c. 18.* qua rustici possessioni dominicæ restituuntur. vid. *supra, caput de hom. propr.* Et hæc juris remedia Dominis adversus rusticos competunt, si ipsum jus Operarum sit certum, nec in dubium vocari potest, ac rustici tantum earum præstationem refractarie & malitiose detrectent. Engelbrecht. *de Oper. subdit. θ. 98. & 99.*

Quando vero de ipsa possessione & jure 83 operarum inter Dominum & rusticos controversia existit, primo distinguendum est inter judicium possessorium & petitorium. Priori casu si de possessione vel quasi Nobilium ac Dominorum constat, in ea defendi, & si spoliati fuerint, ante omnia restitui debent, reservato tamen jure suo rusticis & subditis, quod habere se putant in petitorio. Possessio enim nemini, ne quidem injusto possessori, ante sufficientem causæ cognitionem auferenda est. *C. conquerentes.* ubi Canonist. *de restitut. spoliat. l. meminerint. C. unde vi. l. cum fundum. de Vi & vi arm.* Richt. *decis. 98. n. 57. & 58.* Posteriori vero casu aut Domini sunt Actores, aut rustici. Si prius, Dominis datur tum actio præjudicialis utilis, adversus colonos adscriptitios, ut & alios rusticos, ratione operarum & servitiorum rusticorum, *der Frohnen,* tum actio Confessoria, qua ventilatur, utrum rustici oneri operarum sint obnoxii, nec ne.

Hermann.

Hermann. Stamm. *de Servit. perf. l. 3. c. 29.* Struv. *Exercit. 40. θ. 71. & Exercit. 48. θ. 68.*

Et quamvis Dominus non præſumatur, quod ſubditos ſuos ad inſolita ſervitia velit trahere, & Jurisdictione vel poteſtate ſua abuti: in dubio enim delictum non præſumitur. *l. 51. ff. pro ſocio.* Sed præſumtio potius eſt pro Magiſtratu *C. 6. X. de renunc. l. 16. in fin. de ſent. & re judic.* Accedit, quod ſæpius ſub prætextu juſtæ querelæ ſubditi inobedientes debitis officiis ſe ſubtrahere ſatagant, qui coercendi potius, quam benignis auribus excipiendi ſunt, Gail. *l. 1. Obſ. 17. n. 7.* Carpz. *l. 1. Reſp. tit. 6. R. 56. & ſqq.* adeo ruſticis onus probandæ prætenſæ libertatis incumbere videri poſſit: Nihilominus tamen Dominus adverſus ruſticos actionem confeſſoriam inſtituens jus ſervitutis ſibi competere probare tenebitur, *arg. l. 16. C. de Probat.* Struv. *Exercit. 13. θ. 43.* Carpz. *l. 1. Reſp. tit. 8. Reſp. 76. n. 1. ſeqq.* propter præſumtam libertatem, quam cuilibet perſonæ & rei inhærere ſupra ſtatuimus. Ut jam non dicamus, quod ruſtici in dubio potius jure familiaritatis & precario, quam ex debito ſervitia præſtitiſſe cenſeantur. Cæpoll. *de ſervit. ruſtic. præd. c. 1. n. 26.* Gylmann. *in ſymphorem. ſupplic. Tom. 4. P. 1. Vol. 8. n. 53.*

Sin poſterius, & ſubditi Actores ſint, atque actionem negatoriam inſtituant, tum diſtinguendum eſt, aut actores ſimpliciter negative agunt, rei vero & Domini excipiendo aliquid affirmant, dicendo ſibi ſervitia deberi, & Dominis ſervitiorum probatio incumbet: Quando enim Actor agit negative, reus vero excipit affirmative, tum affirmatio, non vero negatio probanda, per *l. 23. C. de Probat.* Nec quaſi-poſſeſſio in rebus incorporalibus poſſeſſorem relevat ab onere probandi titulum, quo ſervitus conſtituta eſt. Schneidew. *ad §. æque. Inſt. de Act. n. 40. ſeqq.* Carpzov. *lib. 1. Reſp. 67. num. 8. tit. 7.* Richter. *deciſ. 98. n. 62. ſeqq.*

Aut vero ruſtici in nudis negatoriæ actionis terminis non permanent, ſed ſimul dicunt Dominum non juſto titulo, ſed vi, aut clam, aut precario ſervitiis uſum fuiſſe, aut eos precario operas præſtitiſſe, tunc illis probatio incumbet. Richter. *d. deciſ. num. 64.* Carpzov. *l. 1. tit. 7. Reſponſ. 68.* Precarium quippe, quia ad donationem proxime accedit, *l. 14. ff. de Precar.* non eſt præſumendum. *l. 16. C. d. Probat.* Carpzov. *P. 2. Conſt. 41. def. 18. n. 6. & ſeqq.* Richt. *d. deciſ. n. 56.*

84 Agendum hoc loco eſſet, quomodo jus operarum probandum ſit; verum cum hoc ex natura probationum cognoſci poſſit, non erimus de ea re ſolliciti, ſed progrediemur ad remedia ruſticis competentia, ſi forte indebitis officiis onerentur, unicam tamen hanc quæſtionem prius examinare operæ pretium videtur. 85 An libri Cenſuales, vulgo *Erb-Bücher*, *Hauß-Bücher*, contra ruſticos producti, legitimam & ſufficientem probationem faciant? Negantium partes tuentur quam plurimi, his præcipue adducti rationibus, (1) quod libri illi cenſuales plerumque ita ſunt ſcripti, ut ex iis nec quo tempore, nec quibus præſentibus, nec a quo conſcripti ſint, intelligi queat, adeo ad inſtar privatæ ſcripturæ contra ruſticos nihil probare poſſint. *l. 5. C. de Probat.* (2) Si ſtatuendum ſit, quod plene probent, tunc Domini, ad quorum arbitrium libri illi conſcribi poſſent, teſtes forent in propria cauſa, quibus tamen haud credendum eſt. *l. 10. C. de teſtib.* (3) Quia, etſi libri iſti indiſtincte probarent, cuivis liberum eſſet, aliquid in ſui favorem libris cenſualibus inſerere, eosque reponere, atque inde cenſum vel operas a ruſticis exigere, & ſic pro lubitu eas augere vel novas inducere, quod tamen perquam iniquum eſſet. Carpzov. *l. 1. tit. 7. Reſp. 61. n. 7. & ſeqq.* Balthaſ. *de oper. ſubd. c. 17.* Moller. *ſemeſtr. l. 4. C. 37.* Wehner. *Pract. obſerv.* verb. *Bücher. num. 11.* item *Erb-Bücher.* Hartmann. Piſtor. *obſerv. 159. n. 1. & ſeqq.*

Verum quamvis hæ rationes adductæ alicujus momenti eſſe videantur, magni tamen ponderis non ſunt, ſed affirmativa potius ſententia videtur amplectenda, & quod libri cenſuales plenam mereantur fidem, omnino ſtatuendum; Modo formam publicam habeant, vel adminiculis adjuventur. Wehner. *d. l.* & voce *Erb-Bücher.* Carpz. *l. 1. Reſp. 61. n. 21.* Formam publicam tum habere cenſentur, quando approbatio illorum librorum a ruſticis rite facta fuerit. Carpz. *Reſp. 62. n. 2. & ſeqq.* Balthaſ. *de oper. Ruſtic. c. 17.* & tum ſubditi ex conventione propria libris cenſualibus ſe obſtrinxerunt. Carpz. *d. Reſponſ. n. 12.* Licet etiam publica ſubditorum approbatio deſit, illi tamen libri fidem habent, modo aliis adminiculis corroborentur, qualia ſunt: (1) Si agatur de re non

 adeo

adeo magni præjudicii. Hartman. Piftor. *Obf. 159. n. 2.* (2) Si libri cenfuales fint antiqui. Carolus Molinæus *in Confuet. Parif. P. 1. § 8.* Gloff. *1. n. 17. & 21.* (3) Si Archivo publico cuftoditi atque reperti. Köppen. *decif. 46. n. 16.* Hartm. Piftor. *d. Obf. n. 15.* (4) Si plures fint libri uniformes & ordinata ferie confcripti. Moller. *Semeftr. L. 4. c. 37. n. 1.* (5) Si ruftici ipfimet pro fe eos allegent, tum etiam contra ipfos probant. Moller. *d. l. n. 2.* Molinæus *d. l. n. 19. & feqq.* (6) Si libris contra fe adductis non contradixerint fubditi. Frid. Pruckm. *Vol. 1. Confil. 29. n. 50.* (7) Si libri cenfuales non ab uno, fed a multis in eodem officio furrogatis & bonæ famæ viris fuerint confcripti. Hartm. Piftor. *d. Obf. n. 11.* (8) Si quædam faltem in libris his contenta probata fint, aut vera & juftificata reperiantur. Aymo Cravett. *Conf. 158. n. 6.* (9) Si in libris cenfualibus longa, & quidem tanti temporis præftatio reperitur defcripta, quæ ad præfcriptionem fufficit. Hartman. Pift. *d. l. n. 16.* Nicol. Boër. *decif. 105. n. 13.* Matth. Wefenb. *P. 4. Conf. 166. n. 47.* Non autem omnia hæc adminicula fimul & conjunctim requiruntur, fed fufficit, fi unum & alterum interveniat, hac autem in re prudentiæ Judicis ac loci confuetudini multum tribuendum. Hartman. Piftor. *d. Obf. 159. n. 23.* Add. Carpz. *Lib. 1. Refp. 63.* Balthaf. *de Oper. fubd. c. 17.*

86 Remedia rufticis, qui indebitis vel nimiis operis gravantur, contra Dominos competentia funt itidem varia. Sic quando in quafi-poffeffione libertatis turbentur, vel plures ab ipfis operæ exigantur, quam ante hæc exigi folitæ fuerint, datur rufticis interdictum uti poffidetis, ad id ut non amplius turbentur in fua poffesfione, & ipfis infuper intereffe præftetur. Struv. *Exercit. 45. θ. 122.* Thom. Maul. *de Homag. tit. 4. n. 17.* Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 13. n. 53.*

Secundo competit rufticis actio ex *L 1. C. in quibus cauf. colon. Domin. accuf. poff.* ad id, ut Dominus illud folvat, quod ultra debitum exegit, & impofterum plus, quam fubditus fit obligatus, exigere penitus prohibeatur. Hufan. *de hom. propr. c. 6. n. 27.* Thom. Maul. *de homag. tit. 4. n. 17.* Balthaf. *de Oper. ruft. c. 18.* Klock. *de contrib. C. 2. n. 60.*

Porro rufticis adverfus Dominos indebitas operas exigentes fuccurri poteft Officio Judicis, ut Dominorum injufta exactio reprimatur. *L. 23. §. 1. C. de Agric. & Cenfit. L. 6. ff. de offic. Præfid.* Coler. *de Proc. Exec. P. 1. c. 8. n. 60.* Gail. *L. 1. Obf. 17.* Carpz. *L. 1. Refp. 53. n. 3. & fq.* Th. Maul. *de homag tit. 4. n. 17.* Etiamfi fubditi de fævitia Domini ipfimet non conquerantur, nec per alium id fieri curent, tamen poteft & debet Judex ex officio fine ulla imploratione rufticis providere, ne indebite & plus æquo onerentur vel vexentur. *L. 6. §. 2. ff. de Offic. Præfid.* Sixtin. *de Regal. L. 2. C. 23. n. 54. & 55.* Gail. *L. 1. Obf. 17. n. 17.* Carpz. *Lib. 1. Refp. 53. n. 9.*

Quartum remedium eft actio negatoria utilis, qua petunt, ut declaretur jus Domino non competere indebitas vel plures operas exigendi, quam antea exactæ fuerunt, ac proinde etiam prohibeatur, ne plus jufto ac debito expofcat. Thom. Maul. *de Homag. d. l.* Balthaf. *de Oper. fubd. c. 18.*

Præter hafce enumeratas actiones, dari quoque rufticis actionem injuriarum & utilem Legis Aquiliæ, ftatuunt Dd; illam quidem ratione injuriarum, propter indebitam fervitiorum exactionem cum verbis injuriofis plerumque, ac interdum cum ipfis verberibus conjunctam *L. 32. ff. de Injur.* ubi Ulpianus ait: Nec Magiftratibus licet aliquid injuriofe facere: Si quid igitur per injuriam fecerit Magiftratus, injuriarum poteft conveniri. Utilem vero Legis Aquiliæ Actionem ad reftitutionem damnorum & intereffe. *arg. l. 3. ff. fi quadrup. paup. fec. dic.* Balthaf. *de Oper. fubd. c. 19.* Carpz. *L. 1. Refp. 52. n. 19. & feqq.* Ubi fimul addit, de nomine & genere actionis fubditis non multum laborandum effe, quia hodie nec formulæ actionum in judiciis tam ftricte obfervantur, nec earum nomina exprimere neceffe eft. Schneidew. *ad §. 1. Inft. de Action.*

Finitur denique Jus operarum præcipue duobus modis: (1) Tacito quafi Dominorum confenfu: quod fit, quando ruftici per tempus legitimum immunitatem a præftandis operis præfcribunt. Et hoc fieri poffe fpatio 30. vel 40. annorum Dd. communiter concludunt, modo ruftici requifiti operas præftare recufarint: alias 100. etiamfi annis operas domino non exhibuiffent, immunitatem operarum non confequuntur. Thom. Maul. *de Homag. tit. 4. n. 2.* Balthaf. *de Oper. Ruftic. c. 10.* Ratio eft, quia in præfcribendis 87

bendis juribus negativis præscriptio non currit, nisi a tempore contradictionis factæ. Gloss. & Dd. *in L. qui flumin. ff. de S. U. P.* Balb. *de Præscript. P. 44. part. princ. quæst. 13. n. 4.* Vel si Domino nulla oblata facultas fuit utendi servitiis, nec tum libertas præscripta censetur; quod cum necessitas non exigit, illud etiam patria non remittit. *l. 35. C. de Decur.* Boer. *decis. 132. n. 2.* Quo pertinet communis regula, quod non valenti agere non currat præscriptio. *l. 1. §. 2. in fin. C. de Annal. except.* Gail. *2. Obs. 60.* Köppen. *P. 1. Decis. 13. n. 6.* (2) Finitur jus operarum expresso Dominorum consensu, quando rusticis præstationes operarum a Domino vel ad certum tempus, vel in perpetuum remittuntur, *arg. L. 14. ff. de serv.* Thom. Maul. *de Homag. tit. 4. n. 27.* Hoc tamen ita verum esse intelligendum est, si remissio operarum absque onere atque injuria reliquorum rusticorum facta sit, nec iis onus uni vel alteri remissum accresceret. Engelbrecht. *de Oper. subd. 8. 112. & 113.* Cum nec quidem Principi liceat in perniciem subditorum oneribus quenquam eximere, ita ut alii onus subeant, Cravett. *Cons. 945. n. 3.* sed onera exemti damno eximentis cedant. Cacheran. *Decis. Pedem. 90. n. 8.* Ferrar. Montan. *de Feud. L. 6. C. 4.* ubi inique facere Dominos ait, qui alios liberos a muneribus & oneribus esse jubent, & nihilominus ex aliis integrum urgent. Sixtin. *de Regal. l. 2. C. 2. n. 23. & 24.* Erhard. *de Oper. Rust. Conclus. 32. lit. G.*

CAPUT XXVIII.
DE SERVITUTIBUS PRÆDIORUM RUSTICORUM.

SUMMARIA.

1. *Servitus quotuplex?*
2. *Accipitur vel de hominibus.*
3. *Vel de rebus.*
4. *Servire quomodo hic accipiatur?*
5. *Servitutis definitio.*
6. *Servitus realis quæ?*
7. *Personalis quæ?*
8. *Quomodo constituatur servitus?*
9. *Quomodo dijudicetur, an servitus sit Urbana, an vero Rustica?*
10. *Plura de Constitutione, differentia & amissione Servitutum remissive.*

1 PErvenimus nunc ad celebrem de servitutibus materiam. Servitus autem in Jure duplex est; vel enim a
2 servando dicitur, & hæc proprie de hominibus accipitur, qua quis alieno domino contra naturam subjicitur. *§. 2. 3. Inst. de Jur. Person. l. 4. §. 1. ff. de Stat. hom.* de qua Servitute *supra cap. de Servis* actum.
3 Vel a serviendo, & hæc sumitur proprie de rebus, ubi res vel rei vel personæ servit, quæ tamen servitus non est in rebus
4 nostris, sed in rebus alienis; Et res servire hic dicitur, non quæ Domino suo servit, sed quæ non Domino quædam officia præstare cogitur, Arnold. Vinn. *in Part. Jur.*
5 *l. 1. c. 72.* definirique potest, quod sit jus in re aliena ad usum alterius alicujus prædii vel personæ constitutum.
6 Est itaque Servitus vel Realis vel Personalis. Realis est, quam prædium prædio vicino debet, quæ vicissim vel rustica vel urbana, prout prædia, quibus ea debetur, vel rustica sunt vel urbana. Ludw. *Exer-*
7 *cit. 5. 8. 2. & 3.* Personalis servitus est, ubi utilitas ex re aliena immediate ipsi personæ obvenit, ut sunt ususfructus, usus & habitatio.

Ad constituendam autem servitutem 8
realem duo prædia sint necesse est, quorum unius causa servitus constituatur, alteri imponatur; unum dominetur, alterum serviat. *l. 1. §. 1. Commun. Præd.* Requiritur vero in his prædiis vicinitas, non vero ex eorum conjunctione vel confinio, sed ex commoditate utendi. Cæpoll. *de Servit. Urb. Præd. c. 18. n. 2.*

Communiter dividuntur servitutes in 9
Urbanas & Rusticas, & hoc præcipue dijudicandum ex Prædio, cui debetur servitus, quod dominans vulgo appellant, ut si rustico debeatur Prædio, servitus sit rustica; si urbano, urbana. Hinc fit, ut una eademque servitus interdum rusticis, interdum urbanis annumeretur servitutibus, nec æstimatur qualitas eorum prædiorum quæ servitutem præbent. Harpr. *ad Inst. de Servit. n. 29.* Vid. *supra Lib. 1. Tit. de Præd. Urban. & Præd. Rust.*

Plura

10 Plura de Constitutione, differentia & amissione Servitutum tam Prædiorum urbanorum, quam Rusticorum qui cupit, illum ad immensa Interpretum volumina & Tractatus de hac materia conscriptos remittimus ad diversas earum species progredientes. Sunt autem Rusticorum prædiorum jura Iter, Via, Actus, Aquæ haustus.

CAPUT XXIX.

DE ITINERE.

SUMMARIA.

1. *Iter unde dictum?*
2. *Ejus definitio,*
3. *Ire & ambulare quomodo differant?*
4. *Sella quid sit?*
5. *Lectica quid?*
6. *Per iter pecora vel jumenta sarcinas portantia agere non licet.*
7. *Neque alii quam illi, ad quem fundus vicinus spectat, ire permissum est.*
8. *Servitute itineris constituta equitare, equitanti descendere, ut & equum manu ducere licet.*
9. *Lectica tractatoria hic uti non permissum.*
10. *Neque curru cum duobus equis.*
11. *Licet tamen navi uti.*
12. *Latitudo itineris de Jure Civili.*
13. *Latitudo ejus de Jure Saxonico.*
14. *Unde hæc servitus originem traxerit?*
15. *Fundum alienum contra voluntatem Domini non licebit ingredi.*
16. *Debet tamen prohibentis interesse.*
17. *Per fundum alienum ire permissum, quando quis est in dubio de voluntate Domini.*
18. *Si quis iret per fundum alienum effodiendi proprii thesauri gratia.*
19. *Si glans mea in fundum vicini ceciderit.*
20. *Si vellem quærere servum meum fugitivum.*
21. *Quando Via Publica est destructa.*
22. *Si vindemiam volo tollere.*
23. *Si sepulchrum habeo, sed iter non habeo.*
24. *Si is qui iter habet, ab alio comitetur.*
25. *Servitus itineris an alteri locari possit?*
26. *Si quis voluptatis causa, ut pro lubitu spatietur, iter habet, servitus non est.*
27. *Si itineris servitus legetur sine determinatione partis fundi, quis locum viæ eligere debeat?*
28. *Is, cui iter legatum vel constitutum, potest illud reficere.*
29. *Si locus debens servitutem itineris, sit inundatus, quid juris?*
30. *An majus spatium pro itinere concessum inducat actum vel viam.*

1 ITer ab eundo dictum. Ulpian. *in L. 1. ff. de Servit. Præd. Rust. Ein Fußsteig, darauf man zu gehen und zu reiten pfleget.* Oldendorp. *Class. 3. Art. 4. num. 1.*
2 Quod est jus eundi, ambulandi, nec non lectica, sella & equo vehendi hominis per vicinum Prædium, non etiam jumentum agendi vel vehiculum. *l. 1. ff. de Servit.*
3 *Præd. Rust. l. 7. l. 12. ff. eod.* Ambulare & ire ita distinguit Briss. *in suo Lexico*, quod qui it, porro & ulterius pergat, qui ambulat spatia faciat, & sua vestigia reflectat; illud præterea est necessitatis, hoc vero voluptatis & quoties visum est. Ludwel. *Disp. 5.*
4 *θ. 4. lit. H.* Sella autem, de qua definitio hæc loquitur, dicitur a sedendo, qua Magistratus olim Romani Ædiles & Prætores per Urbem gestabantur sedentes. Germ. *ein Sessel*, unde gestatoria sella nuncupatur: Lectica vero, in qua lectulus erat stratus seu pulvinar, ditiores ferebantur extra 5
urbem, sex servis deferentibus, qui inde Lecticarii vocabantur. Adjicitur in hac definitione vocabulum hominis, non quasi animi voluptatis gratia spatiari sit servitus prædialis, illæ enim omnes primario & principaliter prædio, non personæ inservire debent, unde & nomen suum habent, *l. 8. ff. de Servit.* Secundario tamen ad hominis utilitatem & voluptatem vergunt: Sed ut 6
removeantur pecora, quæ cum aguntur, ire dicuntur. Anton. Matth. *ad pr. Inst. de Servit. Præd. Urban.* Excluditur 7
etiam alius in hac definitione, ad quem fundus vicinus non pertinet, qui nec ex permissione vel locatione id potest

potest. *L. 44. in f. ff. Locat.* Additur porro in definitione non etiam jumentum agendi, vel vehiculum; ubi sub voce jumenti ea, quæ sarcinas portantia aguntur,
8 tantum intellecta volumus; Nam equitanti descendere & equum manuducere licet, imo & equus per famulum adduci potest ad Dominum, qui in fundo ut rediturus conscendat, *L. 12.* junct. *l. 3. §. ult. ff. de Servit. Præd. Rust.* Cujac. *L. II. C. 3.* hoc enim sub eundi appellatione contineri, in definitione modo dictum. Ludw. *Comment. Instit. de S. P. U.* Siquidem τὸ ire non est ita stricte explicandum, cum is, qui alteri concedit iter, in effectu concedit ipsi ad minimum duorum pedum spatium, per quod incedere possit, secundum Varronem *L. 4. & 6. Lat. Lingu.* atque sive pedes sive eques incedat, sive sella sive lectica portetur, non majus spatium insumit. Oldendorp. *Class. 3. Act. 4.*
9 Cave tamen lecticam hic non intelligas cum Cæpoll. *in Tract. de Servit. Rust. Præd. c. 1. n. 4.* tractatoriam, quæ vehitur, ac si itinere concesso etiam rheda vel curru per duos equos vehi liceat, quod *l. 7. ff. de Serv. Rust. præd.* non probat, neque juri conveniens est; Sed gestatoriam, quæ a bajulis gestatur. Hillig. *ad Donell. c. 6. lit. A.* Aliud dicendum de Lecticis, quibus utuntur Principes, vulgo *die Sänfften* dictis, quibus uti possunt illi, qui iter habent, lectica enim terram non contingit, & duo Muli vel equi sibi succedentes & se invicem subsequentes ampliorem locum non occupant, quam si quis uno equo incederet, eumque insidendo regeret: Manzius *de*
10 *Serv. R. P. Tit. 3. n. 32.* Sed hoc iterum non procedit in illo genere vehiculi, quod Chaises Roulantes vocant, licet ab uno vel duobus equis se invicem subsequentibus trahantur; rotæ enim ejus latitudinem itineris egrediuntur, & ad Actum accedunt, ideoque qui servitutem itineris habet,
11 tali rheda uti non poterit. Casu tamen, quo non nisi aqua perveniri ad fundum potest, etiam navem pro equo esse posse & navi uti licere, *ad instit. de Servit. ad pr. n. 31.* asserere non dubitat, navis enim quasi equus ligneus est, ut *ad §. 1. Inst. d. t.* tradit Althus. *Dicæolog. L. 1. c. 22. n. 33. & seqq.*

12 Latitudo itineris de Jure Civili determinata non est, sed arbitrio Judicis relinquitur. *l. 13. §. 2. de Serv. Præd. R.* Latitudinem tamen viæ etiam ex Jure Romano demonstrare nititur Ægidius Hortensius *ad Tit. Instit. de Servit. R. & U. P.* dum dicit: Oportet viam tanto latiorem esse actu, quanto actus latior est itinere, actum tanto arctiorem via, quanto iter arctior actu: Ut via sit, ac ceu solidum, cujus bessem actus faciat, iter vero trientem, verbi gratia, Viæ latitudo ex L. XII. Tabularum est octo pedum, *l. 8. ff. de Servit. Rust. Præd.* Actus primum habiturus est quatuor pedes, bessem sex pedum, deinde duorum reliquorum pedum bessem, id est, sedecim uncias, quæ pedem & trientem pedis faciunt, unde colligitur Actum quinque pedum & quatuor unciarum ex ratione Legis XII. Tabularum olim fuisse; Iter vero dimidium minus habiturum est. Primum duos pedes, qui trientem sex pedum faciunt, deinde duorum reliquorum pedum, rursus trientem, id est, octo uncias, quæ summa est duorum pedum, semipedis & sextantis.

De Jure Saxonico vero textus in hanc 13
rem clarus, *im Weichbild. Art. 130. Daß ein Steg soll haben in die Weite drey Fuß breit.*

Originem autem servitus Itineris ex eo 14
traxisse videtur, quia Jure Romano pro- 15
hibitum erat, contra voluntatem Domini ingredi fundum alienum, *L. 3. § 1. ff. de A. R. D.* & vadens jure prohibebatur; si autem pertinaciter contendebat, poterat conveniri tum injuriarum actione *l. 13. §. fin. ff. de injur.* tum de vi, quia vim facit, qui contra, quam prohibetur, fecerit, *l. 1. §. 5. ff. quod vi aut clam.*

Requiritur autem ad hanc prohibitio- 16
nem, ut prohibentis intersit, ne alter fundum ingrediatur, Brunnem. *ad d. l. 13. ff. de injur.* vel damnum inde sentiat, cessante enim hoc, naturali æquitati contrarium esset prohiberi alteri id, quod fieri ipsi prodest, & alteri nil nocet. Mev. *P. IV. Decis. 107.*

Ex præcedentibus hisce subsequens fluit regula: Nemini, nisi Servitutem Itineris habenti constitutam, per fundum vicinum alienum ire jure permissum esse *L. 11. ff. de Serv. P. R. l. 3. §. 1. ff. de A. R. D.*
Quæ regula tamen limitatur 1) Quando 17
quis est in dubio de voluntate Domini: secus si constat vere vel præsumtive, quod Dominus nollet, puta claudendo fundum,
vel aliter. 2) Si quis iret per fundum 18
alienum, effodiendi rite proprii thesauri gratia, *l. 15. ff. ad exhib.* hoc enim suadet

19 necessitas. 3) Si glans mea, i. e. fructus mei ex arbore in fundum vicinum ceciderint: quorum colligendorum gratia intra triduum per fundum alienum ire
20 mihi licet. *l. un. ff. de gland. leg.* 4) Si vellem quærere servum meum fugitivum, illumque investigare *l. 1. §. 1. & l. 3. ff. de*
21 *Serv. fugitiv.* 5) Quando via Publica est destructa, tunc enim per fundum alienum vicinum ire permittitur, persoluto tamen pretio fundi Domino. *l. 14. §. fin. quemadmod. serv. amitt. l. 2. C. quib. ex. caus. serv. pro præm. libert. accip.* quod licet usu non observari dicat Glossa *in d. l. 14.* tamen huic contradicit Natta *Consil. 554.*
22 *n. 25. tom. 3.* 6) Si vindemiam, quam emi, tollere volo, quia propter hoc possum ingredi fundum venditoris, adeoque alienum, *l. 25. ff. de Act. Emt.* quod etiam obtinet in Decimario, si enim decima in fundis solvi debet, Decimarius fundum decimandi causa & asportandi decimam ingredi potest *per d. l. 25. ff. de Act. Emt.*
23 7) Si sepulchrum habeo, sed iter non habeo, tunc oblato justo pretio vicino, favore religionis, per ejus fundum ire possum, *l. 12. pr. de relig. & sumt. funer.* debet tamen quis ire modo Civili, h. e. ne forte per vineas aut segetes ire cupiat, cum per alias partes commode transire
24 possit. *l. si currus. ff. de Servit.* 8) Nec is, qui iter habet, cum alio ire prohibendus est, si comitatus alterius spectet ad utilitatem solius prædii, cui iter debetur. Buf. *ad l. 1. ff. de Servit. Rust. Præd.*

25 Servitus autem itineris ad hunc solum pertinet, cui constituta est, ita quidem, ut nec locare alteri servitutem possit *l. 44. ff. locat.* quanquam per servos, colonos fructuarios aliosque, qui ejus nomine possident, servitute uti possit. *l. 20. quemadm. servit. amitt.* Wesenb. *ad Tit. ff. de Ser-*
26 *vit. Rust. Præd. n. 1.* Est & insuper iter jus eundi ambulandi hominis per vicinum prædium ad suum, fructuum causa. Ex quo si quis voluptatis causa, ut pro lubitu spatietur, iter habet, servitutem habere non videtur. *l. ut pomum. 8. ff. de Servit.*

27 Hic a nonnullis quæri solet, si itineris viæve servitus simpliciter legetur sine ulla determinatione partis fundi, per quam eatur, quis locum, in quo iter sive via constituatur, eligere debeat? Et verius & æquius est, electionem non ad legatarium, sed potius ad hæredem spectare, qua fundi parte servitutem constituere velit per *l. 26. ff. de Servit. P. R.* Quod si hæres eligere negligat, liberum erit legatario per quamlibet fundi partem ire, civili tamen modo, hoc est, ne forte per vineas aut segetes ire cupiat, *l. 9. ff. de Servit.* Et si hæres eligat, contendatque legatarius, illa electione captionem in servitute sibi fieri, ad arbitrum deveniatur, qui utroque casu iter viamve determinare debet. *l. 13. §. 1. ff. de Servit. Præd. Rust.* Harprecht. *ad pr. Inst. de Serv. Præd. n. 38.*

Illud porro sequitur, eum, cui iter 28
legatum sive constitutum est, posse iter reficere, & refectionis causa in agro servituti obnoxio fodere & substruere, Fabros item & Mercenarios refectionis causa in fundum inducere *l. 11. §. fin. ff. commun. Præd.* Hujusque ratio est perspicua, quia cui aliquid concessum est, ea omnia censentur tributa, sine quibus concessum vel omnino non, vel commode explicari nequit *l. 2. ff. de Jurisdict.* Quæ regula maxime locum habet in servitutibus, in quibus hoc nominatim cautum reperitur, quod servitute alicui constituta, permissa videantur & concessa omnia, sine quibus servitute uti non potest, *l. 10. ff. de Servit. l. 20. §. 1. ff. de S. P. U. l. 11. §. fin. ff. commun. præd.* Cum igitur is, cui iter constitutum est, non possit ire commode, itinere non refecto: Manifestum evadit, reficiendi potestatem ei faciendam esse, quam si vicinus ei denegaverit, confessoria actione conveniri poterit *l. 4. §. 5. l. 6. §. 2. ff. si servit. vindic.* Coras. *in l. 1. n. 76. ff. de Servit.* Harpr. *ad pr. Inst. de Servit. n. 40.* Extenditur superius assertum, ut si non sit aditus de plano, puta quia fundus serviens est altior, potest ille, cui debetur servitus itineris, vel gradus vel clivos in fundo servientis facere, & de fundo servientis demoliri, quantum necesse est itineris causa *per l. 20. §. 1. ff. de S. P. U.* Item potest ille, cui debetur servitus, deprimere & elevare locum servitutis, ut commode servitute uti possit, si hoc est sibi necessarium; Item locum servitutis sternere & arborem impendentem, i. e. valde pendentem incidere licet, quando iter inhabile redderetur *l. 4. §. 5. ff. si serv. vind.* Salicem autem sternere non licet, nisi convenerit, ut dicitur *in d. §. in fin.* Potest & dominus prædii servientis locum itineris reficere accedendo etiam ad loca, quæ non serviunt

d. §. 5.

d. §. 5. l. 4. ff. si Servit. vind. Item pontem, quo ire vel agere possit, extruere potest, sed non arcum, hoc est, pontem lapideum: imo nec Dominus fundi servientis supra iter alienum i. e. supra eum locum, in quo alii iter debetur, arcum ducendi aquam tunc jure facere potest. *l. 11. pr. ff. de. Aq. pluv. arc.* & ibi DD. Cæpoll. *de Serv. Rust. Præd. C. 1. n. 11.*

29 Sed quid juris, si locus debens servitutem itineris est inundatus aquis, vel impetu fluminis vel aliter destructus, ita quod per illum locum habens servitutem itineris non possit ire, an pro tempore, quo impeditur propter inundationem aquarum, vel aliter possit ire per aliam partem fundi, vel alium fundum vicinum? Et Cæpolla *d. l. n. 21.* ita distinguit: Aut iste, cui debetur servitus, potest ire per alium locum, aut non; primo casu autem imposita servitute in uno fundo, qui est in totum destructus, tunc per alium fundum, cui nulla est servitus imposita, ire non potest: quia quantum ad hoc, liberum fundum habet, *l. 4. §. 7. ff. si Serv. vind.* Aut servitus est imposita in uno fundo, qui pro parte est inundatus, vel aliter destructus: Et tunc aut servitus est imposita simpliciter sine determinatione loci, & intelligitur toti fundo esse servitus imposita *l. 13. §. 1. ff. de S. R. P.* Et iterum subdistinguendum, aut fuit dictum quod possit ire per totum fundum, modo per unam partem, modo per aliam, vel simpliciter per totum fundum, & in his duobus casibus poterit ire per aliam partem fundi: quia licet semel elegerit ire per illam partem, quæ est occupata aquis, vel destructa, tamen poterit intrare & eligere aliam, *l. 6. ff. quemadmod. serv. amitt.* aut non fuit dictum aliquid expresse in constitutione servitutis, sed simpliciter fuit promissa servitus in fundo: Et tunc aut determinatus certus locus, per quem ire debet, & tunc iterum aut illa determinatio fuit facta demonstrative, non causa limitandæ servitutis in certo loco, puta quia fuit dictum: Volo quod tu habeas servitutem itineris in toto fundo: sed propter meram commoditatem; volo quod eas per talem partem, & quia tunc durat servitus in toto fundo, illa parte designata occupata vel destructa, poterit sine dubio ire per aliam. Aut illa determinatio vel assignatio loci fuit facta limitandæ servitutis causa ad illum certum locum: & hoc casu, quia cæteræ partes liberæ remanent, ut *l. 13. §. 1. ff. de S. R. P.* videtur quod semel facta ista electione, & liberato fundo a servitute in aliis partibus, quod per alias ire non possit *per l. 9. ff. de Servit.* Aut stamus in dubio, quia non facta fuit illa determinatio seu demonstratio loci, causa liberandi cæteras partes fundi a servitute *per d. §. 1. l. 13. ff. de S. R. P.* Aut nulla unquam determinatio facta fuit, & tunc aut ille locus, per quem cœpit ire, non erat solitus ad eundum, sed habens servitutem itineris, illum sic constituit iter dirigendo: Et non potest amplius mutare voluntatem, quia cæteræ liberæ remanent *d. l. 9. ff. de Servit.* ibi: qui primam viam direxisset. Aut ille locus, per quem incipit ire, prius erat solitus ad iter faciendum, itaque nullum iter de novo constituit, & hoc casu credendum, quod per hoc non videatur illum pro itinere elegisse, & cæteras partes a servitute liberasse, quia ista non videtur esse electio, sed iteratio, & ita limitanda est *d. l. 9. ff. de Servit.* ut habeat locum, quando iter seu semitam de novo facit, aut a principio fuit imposita servitus itineris non in toto fundo, sed tantum certæ & determinatæ parti, & tunc si illa pars determinata est destructa, per aliam partem fundi ire non poterit, quia omnes aliæ partes fundi in principio fuerunt liberæ a servitute, ut *d. l. 13. §. 2. ff. de S. R. P.*

Secundo quando ille, cui debetur servitus, non potest ire per alium locum, quam per illum cui servitus debetur, vel per alium vicinum, & tunc subdistinguendum: aut est totus destructus fundus qui debet servitutem, aut pro parte; si totus, non est dubium, quod ipse non tenetur, sed vicinus debet in uno fundo suo præstare servitutem *arg. l. 12. pr. ff. de Relig. & sumt. fun.* soluto tamen pretio per illum, qui vult habere iter *d. l. 12. pr.* Et Judex opportunitatem loci respiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum; Aut locus, qui debet servitutem itineris, est in parte destructus: Et tunc aut in alia parte remanet servitus, & jure servitutis per illam aliam ire poterit; aut in alia parte non remanet servitus, secundum ea quæ dicta sunt, & tunc per aliam partem fundi,

fundi, in qua non fiat detrimentum domino fundi, poterit ire, præstito prius ei justo pretio itineris, sicut dictum est de vicino *per d. l. 12. pr. ff. de Rel. & sumt. fun.* Cæpolla *de Servit. Rust. Præd. C. 1. n. 21.*

30 Quæri etiam hic solet, si alicui pro itinere non tantum spatium bipedale, vel tale, per quod commode ire vel equitare possit, sed amplius aliquod concessum demonstratumque sit, an amplitudo ista abeat in actum vel viam? ad hoc respondet Weizenegg. *de Servit. Disput. 4. cap. 7. n. f.* Si spatium itineris sit majus, ita ut per illud agi etiam possit jumentum, propterea tamen non esse concessum, ut quis etiam actu utatur pro itinere, quia itinere mihi concesso, non etiam mihi concessum est jus agendi, sed tantum jus eundi, ego vero in altero fundo nihil jure facere possum, nisi quatenus jus faciendi aliquid mihi concessum est. Limitatur autem hoc, ut certo casu etiam iter propter amplitudinem in viam vel actum transformetur, si scil. per iter concessum demonstrato in loco nemo sine vehiculo innocuo tamen iturus crederetur. Ratio: quia alioquin nullam utilitatem ex ista concessione itineris habiturus esset. *arg. l. Divus. 12. ff. de Usu & habitat.* Manzius *de Servit. Rust. Præd. Tit. 3. n. 71.*

CAPUT XXX.

DE ACTU.

SUMMARIA.

1. *Actus quid?*
2. *Jumenti nomine quid veniat?*
3. *Actus quomodo possit exerceri?*
4. *Constituto Actu, constituitur etiam Servitus Itineris.*
5. *Quid ille possit qui habet Servitutem Actus?*
6. *Qui Actum habet, potest etiam vehiculum agere.*
7. *Potest ire sine jumento.*
8. *Actum habenti extra spatium sibi assignatum non licet sibi eligere iter.*
9. *Actum habens potest eques incedere, item sella, lectica.*
10. *Actum habens potest obstacula ex via tollere.*
11. *Actum habenti non licet lapides & ligna trahere, item nec hastam rectam ferre.*
12. *Non potest pontem exstruere.*
13. *Latitudo Actus quæ?*
14. *Contra modum constitutum Actu si quis usus fuerit, ideo eum non amittit.*

1 Actus (*ein Fahr-Weg*, item *eine Vieh-Trifft durch eines andern Grund und Boden*) est jus agendi jumentum vel vehiculum per prædium

2 alienum ad nostrum. Jumenti appellatione etsi ea tantum animalia intelligantur, quæ nostrum laborem & onera subvectando & arando juvant, *l. 38. §. jumentum. ff. de Ædil. Edict.* recte tamen & alia animalia, quæ armentorum nomine veniunt, uti boves, agi dicuntur, *l. 12. ff. de Servit. Rust. Præd.* Idem afferendum de ovibus, capris & porcis, argumento a Majori ad Minus ducto, & cui plus concessum est, utique ei & illud quod minus est, tributum esse censetur *l. 21. ff. de R. I. C. 53. de R. J. in 6to.* Potest etiam

3 quis agere vel pecora & armenta sola non juncta vehiculo, *l. 12. de S. P. R.* vel jumenta id trahentia, si locus non sit nimis angustus. *l. 13. de Servit.* Struv. *Exercit. XIII. θ. 20.*

Constituto autem Actu facile & ex 4
præsumta mente concedentis constituta quoque censetur servitus itineris *pr. Inst. de Servitut. l. 1. pr. ff. de Servit. R. P.* ita ut expressa constitutione non sit opus *l. 58. de V. O. l. 9. §. ult. de Novat.* Cui enim permissum est ire cum jumento aut vehiculo, quod plus est, ei permittamus ire sine jumento quod minus est. Sicut in simili is, qui Aureum vel Florenum habet, is etiam habet grossum, at non contra. Oldendorp. *Class. 3. Act. 4. Quæst. 1.* Expressa tamen voluntas contraria tacitæ prævalet. *l. 3. §. 1. si Servit. vind.*

Qui igitur Servitutem Actus habet, 5
potest per alterius fundum jumentum agere, *l. 2. l. 7. ff. de S. R. P.* & armentum

tum trajicere *l. 12. ff. d. t.* Nomine autem jumenti venit Equus, Equa, Mulus, Mula & reliqua animalia quæ dorſo domantur. Harpr. *ad Tit. Inſt. de Servit. Ruſt. Præd.* ubi *n. 32.* jumentum ex mente Columellæ nomen habere refert a juvando, eo quod homines juvet, excolendo terram, ſarcinas gerendo, onera ſubvectando, currus trahendo, hinc cum boves dorſo non domentur, ſed collo & cervice & armis, hoc eſt, potiſſimum laborem & onus ſibi injunctum peragant, armenta non jumenta appellantur. *l. 89. ff. de V. S. l. 38. §. 4. ff. de Ædil. Edict. l. 81. ff. de leg. III.* Weizeneg. *Diſſertat. 4. c. 2. n. 6.* Gothofr. *ad d. l. 12.* ubi dicit, quod is, qui actum habet, jumenta & armenta trahere, ducere & agere poſſit; trahit qui præcedit, agit qui ſequitur, ducit vero qui juxta incedit. Unde ſequitur, quod ea, quæ iter habenti negata ſunt, actum habenti concedi debeant, videlicet ut poſſit jumentum ſolutum ante ſe agere, jumentum onuſtum poſt ſe ducere vel trahere, & equum ephippio & freno inſtructum ad dextram aut lævam ducere; imo amplius, duos equos, boves vel jumenta alia copulata & juncta per alterius fundum ducere, quia jumentum a jungendo dictum eſt, eo quod currui jungatur, ergo in actu per jumentum non intelligitur unus equus, vel bos, ſed duo.

6 II. Qui Actum habet, poteſt etiam vehiculum agere *l. 1. l. 12. ff. de S. R. P.* vel plauſtrum ducere *l. 7. ff. eod.* non tantum vacuum, ſed etiam fœno, lignis, lapidibus vel alio quovis onuſtum. Gothofred. *ad d. l. 7.* per rationem, quia ejus nullum majus eſſet impedimentum, quam plauſtri inanis & vacui; Eſt autem vehiculum currus quatuor plerumque rotarum, in quo frumentum, fœnum, vinum aut aliud aliquid vehitur, & agit proprie vehiculum auriga qui illud ducit. Coraſ. *n. 9.*

7 III. Qui Actum habet, poteſt etiam ire ſine jumento per ſuperius dicta, & quia ei, cui Servitus conſtituta eſt, permittitur conditionem Domini prædii ſervientis facere leviorem, non graviorem; atqui non gravior, ſed levior fit conditio ſervitutis, ſi ſine jumento ſolus eat, cui Actus eſt conſtitutus. Manzius *de Servit. tit. 3. n. 87.* Quamvis autem in Actu ita inſit iter, ut qui agere poteſt etiam ſine jumento ire poſſit, & ſi ſimpliciter Actus ſit conceſſus, iter etiam ſine jumento habeat: tamen ſubinde ſpeciali conventione ita conſtitui poteſt Actus, ut ſolum agere jumentum & vehiculum, ſeorſim vero & ſeparatim iter facere non liceat. Harprecht. *ad h. t. n. 52.* ubi dicit ita intelligendam eſſe *l. 4. ff. ſi ſervit. vindic.* ubi Ulpianus ait, Actum eſſe poſſe ſine itinere. Quod & tunc contingeret, ſi Actus poſſet commoditatem habere eundi cum jumento tantum, ita quidem ut homini ſoli ire non liceret, v. g. propter abundantiam aquæ, nam actum habenti pontem facere non licet.

IV. Qui Actum habet extra ſpatium ſibi aſſignatum, *auſſer dem Fahr-Weg*, ei non licet ſibi eligere iter, *ein Fuſs-Pfad*, adeoque ſi Petro conceſſiſſem per fundum meum iter, & ei pro itinere determinaſſem ſpatium aliquod, poſtea Paulo permiſiſſem Actum, aſſignato ei peculiari ſpatio, non poſſet is per ſpatium Petro aſſignatum forte magis pro pedeſtri itinere commodum & minus lutoſum incedere. Hoc enim cederet in magnam injuriam concedentis, qui cum una ſervitute ſe obligatum voluerit, duplici non eſt onerandus. 8

V. Qui Actum habet, *einen Fahr-Weg*, 9
poteſt per illud ipſum ſpatium non tantum pedes, ſed etiam eques incedere, ſella & lectica, vel a ſervis, vel ab equis & mulis geſtari aut portari: Ratio, quia, ut dictum eſt, is qui actum habet, etiam iter habet, vel ſaltem commoditatem itineris: atque commoditas itineris hæc omnia involvit. De ſola ambulatione dubitari poſſet, quæ, cum voluptatis gratia fiat, non ita commode per Actum, *durch eine Fuhr-Straſs*, utpote lutoſum plerumque vel pulverulentum, aut alias minus aptum & a beſtiis calcando peſſundatum, fieri poteſt. Nihilominus ſi vel locus ambulationi commodus ſit, vel ei qui actum habet, ad ambulandum non ingratus, ambulatio iſta prohiberi non poteſt. Manz. *d. l.*

VI. Qui ſervitutem Actus habet, pot- 10
eſt tollere obſtacula, quæ vel jumentis vel vehiculis ducendis impedimento ſunt, v. g. arborum ramos in actum propendentes, vel fruticeta atque alia ſimilia, ut liberum tranſitum habeat. Ratio, quia uno conceſſo, videtur omne illud conceſſum, ſine quo illud expediri non poteſt, *l. 2. ff. de Juriſdict.* & ſervitute conceſſa, intelli-

guntur etiam concessa ea, sine quibus servitute uti integrum non est. Wesenb. *n. 4. Commun. Præd.*

11 VII. Qui Actum habet, trahendi lapides aut lignum jus non habet, nec hastam rectam, *aufrechte Stangen oder Spieß*, ferre licet, *l. 7. ff. de Servit. Præd. Rust.* ubi ratio, neque enim eundi neque agendi gratia id faceret, & possent fructus eo modo lædi. Manzius *de Servit. Præd. Rust. lib. 3. n. 93.* Potest tamen is, qui actum habet, ducere instrumenta agrorum, trahendo ea per terram. Cæpoll. *de Servit. R. P. c. 2. n. 4.*

12 VIII. Cui Actus debetur, pontem qua possit agere, non extruet. *l. 11. pr. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend.*

13 Quæritur, quæ sit latitudo Actus? ad hoc respondet Javolenus *in l. 13. ff. de Serv. præd. rust.* Latitudo Actus itinerisque ea est, quæ demonstrata est, quod si nihil dictum est, hoc ab arbitro statuendum est, adeoque latitudo Actus conventionalis est aut arbitraria, non legitima. Schneidew. *pr. Inst. Servit. Præd. n. 18.* Quod si ergo dissentiant hi, inter quos de latitudine actus agitur, arbiter adeundus est, cujus officio hoc continebitur, ut eam latitudinem definiat, quæ jumentis & armentis agendis sufficiat, plerumque autem ad quatuor pedes in porrectum, ad octo vero in anfractum constituitur. Manz. *d. l. n. 96.* vid. tamen supra *Cap. de Itiner. n. 10.* Sed & vehiculi ducendi rationem habebit arbiter, hoc enim jus inest Actui, quoties absolute concessus est.

Si cui Actus sit constitutus, ut vehiculo 14
certi generis uteretur, vel non agatur, veluti ut equos duntaxat, vel ut certum pondus vehatur; v. g. carbo, utpote res minus ponderosa, vel ut grex ille transducatur: Non tamen servitutem actus amittit, qui contra modum impositum alio genere vehiculi usus fuerit, vel plus oneris vexerit, vel plura armenta egerit. *l. 11. ff. quemadmodum servit. amitt.* Weizenegg. *d. c. 3. n. 10.*

CAPUT XXXI.

DE VIA.

SUMMARIA.

1. *Via quotuplex?*
2. *Vicinalis Via quæ?*
3. *Privata Via quæ?*
4. *Privatæ Viæ quotuplices?*
5. *Servitus Viæ quid?*
6. *Qui viam habet, & iter & actum habet.*
7. *Via ab Actu & itinere quomodo differat?*
8. *Jus vehiculum ducendi salva Actus substantia abesse potest.*
9. *Latitudo Viæ quæ?*
10. *Qui viam habet, potest lapidem & ligna trahere.*
11. *Item hastam rectam ferre.*
12. *Via impetu fluminis amissa quomodo restituatur?*
13. *Si quis ad fundum ejus colendi causa venire non potest, judex vicinum cogere potest, ut pretio accepto aditum concedat.*
14. *Transiens viam insolitam ut vectigal non solvat, punitur.*
15. *Item indicium delicti contra se facit.*

1 Via est vel publica, de qua postea,
2 vel vicinalis, vel privata. Vicinales viæ sunt, quæ in vicis sunt, quæve in vicos ducunt, & hæ quoque publicæ sunt, nisi ex collatione & contributione privatorum constituantur. *l. 2. §. 22. ff. ne quid in loco publico.* Quando vero factæ collationis memoria non extat, in Publicarum sunt numero *l. ult. pr. ff. de locis & itin. Public.* Licet etiam ex privatorum collatione reficiantur, non utique statim ob id privatæ sunt. Refectio enim idcirco de communi fit, quia usum utilitatemque communem habent. Mindan. *de interdict. tit. 3. n. 8.* Privatæ 3
viæ sunt, quas agrarias quidam dicunt, quod earum usus non publicus sit, sed privatorum.

Privatæ autem Viæ dupliciter accipi 4
possunt, vel pro iis, quæ ex publica via in agros vel sylvas ducunt, & per quas omnes commeare possunt, *ein Feld-Weg oder*

oder Holtz-Weg; vel pro iis, quæ jure servitutis agris alienis impositæ sunt, ut ad agrum alterius ducant. *d. l. 2. §. 22. ff. ne quid in loc. publ.* Weizenegger. *differt. 4. c. 4. n. 10. & 37.* Nos hoc loco de viis privatis agimus, quæ nos ducunt per fundum alienum in nostrum, & quæ in agro privatorum sunt constitutæ, per quos non licet cuique commeare, sed illis tantum, quibus hæc servitus constituta est. Manz. *de Servit. Rust. Præd. tit. 3. n. 102.*

5 Est autem Servitus Viæ jus eundi, & agendi & ambulandi per fundum alienum.
6 *l. 1. ff. de Servit. Rust. Præd.* Ex quo infertur, quod is, qui viam habet, utrumque & iter & actum habeat, ex itinere enim & actu essentialiter via constituitur, *arg. l. 13. §. 1. de accept. l. 9. Si servit. vind.* ac proinde quicquid est in definitionibus itineris & actus, id una definitione viæ debuit comprehendi, quod & curiose ab Ulpiano *l. 1. de Servit. Præd. Rust.* & Justiniano *in princ. Inst. de Servit.* observatum est. Vinnius *ad dict. princ.* Is namque qui viam habet, utrumque & iter & actum habet principaliter propalam & nominatim, hoc enim definitio Actus in terminis importat; qui vero Actum habet, iter quidem etiam habet, verum non directe & principaliter, sive ex vi & natura Actus, sed accessive & per consequentiam tantum, atque ex tacita & verosimili paciscentium voluntate. Harpr. *ad pr. Inst. de Servit. Præd.* Coras. *ad Rubr. de Servit. n. 99.* ubi ait, inspecta principali causa in via plus esse quam in actu; idque etiam inde verisimile apparet, quod via privata ad similitudinem viæ publicæ sit introducta, via autem publica itinerantibus pateat ad iter quodvis, sive pedes quis, sive eques, sive cum vehiculo sive sine vehiculo incedat: idque ex natura sua: Actus vero, *ein Vieh-Trieb*, ex natura sua plus non importat quam jus agendi pecora vel armenta. Manz. *d. l.*

7 Via autem ab Itinere atque Actu differt realiter; Actus enim per se non ipsum jus sive servitutem eundi, sed tantum per quandam consequentiam & ex interpretatione itineris utilitatem, sicut & jus vehendi non proprie, sed in consequentiam tantum, jumentorum autem ducendorum vel agendorum jus principaliter complectitur, actus ergo præcise & proprie facultatem solam agendi jumentum continet. At in via simpliciter & proprietate verbi utraque servitus & iter & actus, & præterea jus vehendi continetur, unde via quasi veha dicitur. Wesenb. *h. t. n. 1.* Proinde Alexander ab Alexandro apud Besold. *in delib. h. quæst. 14.* Iter, scribit, esse jus eundi per fundum alienum hominis tantum, Actum hominis & jumenti, Viam vero hominis jumenti & vehiculi, vel ut Hotomannus *Lib. 2. Obs. 21.* distinguit: Iter proprie est peditum & equitum; Actus proprius est Agasonum & Mulionum; Via vero aurigarum, qui vehiculum ducunt.

Quamvis autem ex definitione Actus 8
constet etiam illum involvere jus ducendi vehiculum: tamen interpretes, qui accuratius definitiones istas inspiciunt, observant, quod ab Actu jus agendi vehiculum salva substantia Actus abesse possit, Via vero esse non possit, nisi & qua vehiculum duci possit, idque patet non tantum ex Etymologia nominis, via enim, ut dictum, quasi veha a vehendo dicitur, sed etiam inde, quod in definitione Actus jumentum & vehiculum disjunctim, addita vocula disjunctiva Vel, in definitione autem Viæ conjunctim omnes particulæ ponantur.

Differt Via dein etiam a dictis Servi- 9
tutibus Latitudine: Viæ enim Latitudo testante Gajo JCto *in l. 8. ff. de S. R. P.* ex LL. 12. Tab. in porrectum octo pedes habet, in anfractum i. e. ubi flexum & sinuosum, sedecim, *l. 6. in fin. ff. quemadm. servit. amitt.* Itaque hæc latitudo est legalis sive legitima *l. 13. §. 2. ff. de S. R. P.* non arbitraria, & cessat in ea definienda Judicis arbitrium, ipse enim sequi debet legitimam formam pronunciandæ latitudinis viæ. Oldendorp. *Class. 3. Act. 4. Quæst. 1. ff. de Via.* Hæc autem latitudo debetur, quoties simpliciter via promittitur, aut legatur. Ratio, quia tantam longitudinem oblongis trabibus trahendis, & in hanc aut in alteram partem flexuoso itinere ducendis aut vertendis veteres putabant necessariam. Weizenegg. *Differt. 4. c. 4. n. 9.*

Nihil autem impedit ex voluntate testatoris vel paciscentium Dominorum viam constitui vel latiorem octo pedibus, vel angustiorem, ut tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest,

licet

licet ligna trahi non possint, alioquin iter erit, non via. *l. 23. pr. ff. de S. P. R.* Schneidew. *pr. Inst. de Servit.* Ratio prioris est, quia contractus ex conventione legem accipiunt *l. 1. §. si convenerit. ff. depos.* Corasius *d. l. n. 100.* qui *n. 115.* addit, quod latior & angustior via constitui possit secundum qualitatem vehiculi, ita ut si vehiculum fortassis majus habeat, & amplius solito is, cui servitus est constituta, latior quoque via constitui possit: si angustius autem, angustior. Ratio autem, cur via in porrectum octo pedes habeat, redditur talis, quia octo pedibus indiget vehiculum, ut commode ire, & trabes trahere, vel raptare possit; cur autem in anfractum 16. pedes continere debeat, est hæc ratio, vel ut in concursu vehiculum unum alteri cedere, vel ut sine incommoditate vehiculum verti & circumagi, vel retrahi possit cum opus est; Nam si in sinuosum aliquem inflexum e recto itinere invertendum est, *wenn man den Wagen wenden muß*, duplo majus spatium est necessarium, Corasius *d. n. 215.* ubi dicit, hanc esse rationem, qua meliorem ne quidem peritissimus auriga proferret.

10 Latius etiam patet servitus viæ, quam servitus itineris & actus in eo, quod jure itineris vel actus nemo possit lapidem vel lignum trahere, cum is qui viam habet, plerumque id possit *l. 7. ff. de servit. Rust. Præd.* Complectitur ergo hæc servitus non tantum jus vehendi, sed etiam trahendi aut raptandi lignum aut lapidem, oblongas trabes, sarmenta, fasces lignorum, quod interdum ratione viciæ vel sepium extruendarum necessarium est, unde Perneder viam ita definit: *Wer eine Fahr-Strasse hat, der mag nicht allein gehen, reiten, treiben, oder fahren, sondern Baum und Stein darüber führen oder schleiffen;* quod autem in hoc plus sit, quam in actu, exinde manifeste apparet, quod tunc, cum lapides & ligna trahuntur, ab ipsa via ferantur, majusque domino fundi servientis detrimentum adferant, quam quæ plaustris vehuntur. Weizeneg. *c. 4. n. 7.*

11 Porro qui viam habet, rectam hastam ferendi jus habet, si modo fructus non lædat *d. l. 7. in f. pr.* Nam ab hastæ gestamine & a tractu ligni, qui viam habet, abstinere debet, quoties justus metus existit, id sine læsione arborum & fructuum fieri non posse. Cujac. *Lib. 22. Obs. 35.* Per hastam rectam autem intelligere possumus oblongam & erectam perticam, vel longariam, ita ut is, qui viam habet, jus habeat rectam hastam ferendi, i. e. *eine lange Stange aufricht zu tragen.* Quod in istis locis, ubi lupulus plantatur, maxime utile est. Nam si habeam hortum, *einen Hopff-Garten*, magis remotum, & aliquis alium hortum magis propinquum, possum cum illo convenire, ut mihi viam per suum concedat, qua impetrata, non tantum plaustra istis perticis, *mit den Hopff-Stangen*, onerare, easque per alterius hortum trahere & raptitare, sed, si malo, humeris gestare possum, ita tamen ut in altum elevem, & perticas erectas geram, non vero ad latus moveam. Ratio, quia facile possent vicinæ arbores frugiferæ lædi, & minimo ictu perticæ quati. *d. l. 7.* Ex quo Gothofredus infert, quod viæ modus non tantum in rectum & flexum, sed etiam versus cœlum æstimandus sit: Ita ut non tantum ad latus nullum obstaculum & impedimentum esse, sed etiam versus cœlum patere debeat. Manzius *d. l.*

Notandum denique, si locus, per quem 12 via aut iter, aut actus debebatur, impetu fluminis occupatus fuisset, & intra tempus, quod ad amittendam servitutem sufficit, colluvione facta restitutus est, servitutem quoque in pristinum statum restitui. Quod si autem præterierit tempus, ut servitus amittatur, revocare eam cogendum esse *l. 14. pr. ff. quemadmod. serv. amitt.* Coras. *d. l. n. 94. in fin.* aliud si flumen alveo mutato locum servientem occupavit, tunc enim non restituitur, quamvis aqua recesserit, quia is locus alvei publicus esse cœpit *l. 24. ff. quib. mod. usufruct. amitt.*

Hoc loco omittendum non est, quod, 13 si quis fundum confinibus ita circumdatum habeat, ut ad eum colendi illius causa venire non possit, Judici incumbat cogere vicinum, ut legitimo pretio accepto aditum confini ad ejusmodi fundum concedat. *arg. l. ult. in pr. de Serv. P. U.* Harpr. *ad tit. Inst. de Serv. Præd. n. 66.* Illud 14 quoque obiter monendum, transeuntem viam insolitam, ut sic non solvat vectigal, puniri, & contra se indicium delicti ali- 15 cujus facere. Arnold. Reyger *in Thesaur. Jurid. lit. S. n. 194.*

CAPUT

CAPUT XXXII.
DE VIA PUBLICA.

SUMMARIA.

1. *Via Publica quæ?*
2. *Ejus Synonyma.*
3. *Latitudo Viæ Publicæ.*
4. *Si via nimis sit angusta, quis alteri cedere debeat?*
5. *Via publica ad Regalia pertinet.*
6. *Via publica debet esse commoda.*
7. *Securitas Viarum debet esse sacrosancta.*
8. *Ex viarum securitate de Principis ingenio judicandum.*
9. *Ad Principem spectat hæc cura propter potentiam, quæ hic necessaria.*
10. *Olim cura hæc pertinebat ad Præsidem Provinciæ.*
11. *Salvus conductus quid?*
12. *Publicarum viarum securitate gaudere debent tam Cives, quam peregrini.*
13. *Commercia debent esse libera.*
14. *Gentiles an viarum securitate gaudeant?*
15. *Item an Judæi?*
16. *Securitati viarum publicarum indigni sunt hostes, proditores, transfugæ.*
17. *Item desertores, exploratores, banniti, & prædones.*
18. *Ut & Zingari, vagi & mendicantes validi.*
19. *Jus conducendi in securitatem viarum publicarum introductum.*
20. *Est regulariter pars jurisdictionis territorialis.*
21. *Nonnunquam etiam Principes jus Viæ Publicæ per alienum territorium sibi quæsiverunt.*
22. *Qui jus conducendi habet, tenetur eum, quem conducit, defendere ab omni violentia, damnumque resarcire.*
23. *Etiamsi pretium pro salvo conductu non solutum fuerit.*
24. *Guidagium non licet exigere, nisi Dominus loci ex privilegio aut præscriptione obtinuit.*
25. *Tenetur Dominus ad resarciendum damnum, licet securitatis præstationem damnum passo denegaverit.*
26. *Cessat obligatio præstandi securitatem, si Viatores a Via Regia deflexerint, aut conductores deseruerint.*
27. *Vel ob bellum viæ tutæ servari nequeant.*
28. *An Princeps Principi teneatur damnum resarcire, quod hic in transductu passus est?*
29. *An Imperator, territorium Principis transiens, teneatur conductum postulare?*
30. *Deductio Principum necessaria quæ?*
31. *Princeps insuper tenetur ad reparationem Viarum.*
32. *Si vero Vectigalia non exigantur, tunc onus hoc in subditos redundat.*
33. *Ad Principem insuper spectat Jurisdictio viarum.*
34. *Si Via Publica intra duo territoria existat, an communis sit utrique vicinantium?*
35. *Si a Principe alicui Nobili concedatur Castrum cum omnimoda Jurisdictione, an etiam concessa sit jurisdictio circa viam?*
36. *Jurisdictio in Viis Publicis præscriptione acquiri potest.*
37. *Si in confinio cadaver interfecti reperiatur, cui de crimine cognoscendi potestas competat?*
38. *An vicinus Princeps teneatur vicino concedere transitum captivi?*
39. *Commodum Vectigalium spectat ad Principem ob præstationem securitatis & reparationem viarum.*
40. *Via Publica quomodo extinguatur, & an Vicinus ea amissa de fundo proprio præstare teneatur?*
41. *An facultati per viam publicam eundi præscribi possit?*

1 PUblica Via est, quæ exitum habet vel ad mare, vel in urbem, vel in flumina publica, vel ad aliam viam militarem. *l. ult. §. fin. de loc. & Itin. Publ.* Sive quæ habet solum publicum, relictum ac directum certis finibus in latitudine ab eo, qui jus publicandi habuit ad hoc, ut in ea publice eatur, commeetur. *l. 2. §. 51. ff. ne quid in loc. publ.*

Viæ Publicæ appellantur etiam Regiæ, 2 Regales, *Kayserliche*, item *des Heil. Römischen Reichs Strassen und Bannen.* Besold. voc. *Land-Strasse*, ut & Consulares, Prætoriæ & Militares, a milite, qui a Consule vel Prætore olim per eas ducebatur, *l. 2. §. 22. ff. ne quid in loc. publ. Land- und Heer-Strassen*, i. e. tam amplæ sunt, ut integer exercitus, *ein Kriegs-Heer*,

erectis hastis vel vexillis per eas incedere & commeare possit.

3 Viarum spatium apud Romanos ex L. XII. Tabularum erat in porrectum octo pedum, in anfractum sedecim. *l. 8. ff. de S. P. R.* Quia vero hæc latitudo magis privatæ, quam publicæ viæ videtur esse constituta, cum via publica haud paulo ampliorem exigat latitudinem, quando plura sibi obviant vehicula, propterea quidam malunt spacio sedecim pedum & ampliore latitudinem viæ publicæ describere. Joh. Oettinger *de Jure Limit. L. 1. c. 9. n. 2.* Cum quo consentit Jus Saxonicum *Land-Recht Lib. 2. Art. 59.* ibi: *Des Königes Strasse soll seyn also breit, daß ein Wagen dem andern weichen möge, und begreifft die Land-Strasse nicht allein* illam duplicem latitudinem viæ, *sondern auch den Beyweg, da ein Fuhrmann neben seinen Pferden hergehen kan.* Coler. *Decis. 237. n. 4.* Hodie definitur secundum consuetudinem vel Statuta loci *l. 1.* ibique Gloss. *l. 3. ff. de Ædif. privat.* Quod si vero nulla appareat consuetudo, tunc aut Dominus Civitatis, aut Populus, vel eum Regentes latitudinem viarum constituere possunt. Cæpoll. *de Servit.*
4 *Præd. Rust. c. 3. n. 6.* Et quia plurimis in locis, inprimis montanis, interdum adeo arcta est via, ut currus alteri cedere non possit, nisi alteruter retrocedat, ideoque in Jure Saxonic. *d. l.* modus, qui hisce in casibus observari debeat, subjicitur: *Daß nemlich der leere Wagen solle weichen dem schweren, der Reitende dem Wagen, und der Gehende dem Reitenden. Sind sie aber auf einer Brücken, und jaget man einen Reitenden oder einen zu Fuß, so soll der Wagen stille stehen, also lange, daß sie mögen ihm fürkommen; welcher Wagen erst auf die Brücke kommet, der soll zum ersten überfahren, er sey leer oder geladen.* Idque communiter in terris Saxonicis observare aurigas, tradit Zobel. *diff. Jur. Civ. & Saxon. P. 2. D. 46. n. 1.* Interdum evenit, ait Joh. Jac. Speidel. *in Spec.* verb. *Fuhrmann*, ut, ubi viæ sunt angustiores, aurigæ ob iter distortum alios non advertentes transitu impediantur, quare hac occasione vehementissima jurgia usque ad vulnera & etiam cædes oriuntur, dum neuter obviantium currum retro vult ducere. Qua in facti specie sciendum, potiorem ejus conditionem, illique de jure cedendum esse, qui viam prior ingressus fuerit, cum quod in publicos usus destinatum est, id primo occupanti concedatur. Quamvis interdum discretionis ratione, & seposito hoc juris rigore, ei, qui majori onere gravatur, sæpius parci soleat, idque frequentiori usu sit receptum, teste Dionys. Pontan. *ad tit. 13. §. 7.* Consuet. Bles. & Nicol. van der Hoch. *Sing. Jur. 21.*

Quia autem Viæ Publicæ ad Regalia pertinent, *II. Feud. 56.* cura earum maxime ad 5
Principem pertinebit. Hinc providebit, ut 6
Via sit commoda tum ob commerciorum facilitatem, tum etiam ob expeditiorem ad aulam Principis accessum, tum etiam ob iter facientium commoditatem, ideoque si via sit constituenda, terrarum inquirenda est qualitas, an scil. paludinosa, arenosa, montium præcipitiis, fluminum anfractibus &c. impedita, & ubi locus commodiorem facilioremque præbet commeatum, via dirigenda est. Dn. Fritsch. *de Via Publica c. 2.*

Ante omnia autem Principi securitas via- 7
rum sacrosancta est habenda, cum hoc Jus Gentium requirat, ut ad conservandam inter homines societatem commercia sint libera, ac publice intersit sine metu & periculo per itinera publica commeare. Quod ex Sacris literis comprobatur *Numer. 20. v. 14. & seqq. l. 1. §. 1. & 2. ff. de his, qui dejec. vel effud.* Matth. Stephan. *de Jurisdict. l. 2.*
P. 1. c. 7. n. 410. Hinc Philippus Hassiæ 8
Princeps dixisse fertur de Principis ingenio & qualitatibus judicandum esse ex viarum securitate, monetæ probitate & fidei datæ præstatione. Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 2.*
c. 2. n. 34. Potentia hic opus est & manu 9
militari, eaque tanta sæpenumero, quanta ab alio præterquam a Principe cogi non potest, & quia Principi salus publica, ejusque procuratio commissa est, ad salutem autem publicam etiam hoc pertinet, ut securitas in viis publicis conservetur, facile hinc colligitur, non ad alium magis curam eam
pertinere, quam ad Principem. Et fuit ita 10
jam olim in mandatis Principum, ut curaret is, qui Provinciæ præerat, malis hominibus Provinciam purgare, *l. 3. ff. de Offic. Præsid.* ad Præsidem ea res devolvebatur, quia majus imperium in ea Provincia habebat omnibus post Principem. *l. 4. eod.* ita tamen, ut omne istud imperium a Principe esset, & ad Principem etiam referretur, si quid contigerit, cui advertendo sufficiens non esset Præses. *l. 2. c. de Offic. Rect. Prov.* Dn. Ziegler. *de Jure Majest. Lib. 2. C. 17. n. 15.* Est autem securitas illa Viæ Publicæ nihil aliud, quam immunitatis ab offensione, damno, vel quacunque alia injuria tam in persona, quam in rebus metuenda justum rectumque præsidium, dicitur vulgo salvus conductus,
German. *sicher Geleite.* Cum enim homi- 11
nes tum propter securitatem, tum etiam propter

propter multa ad vitam commodius degendam necessaria in unam societatem vel Civitatem coivere, commercia maxime visa ad hoc fuere conducibilia, quæ absque securitate Viarum non possunt exerceri.

12 Præprimis autem publicarum viarum securitate gaudere debent illi, qui sunt de ista Civitate; *arg. l. 5. ff. de Just. & Jur.* Proprietas namque viæ est populi, usus vero ejus communis ac publicus. *arg. §. flumina. J. d. R. D.* Nec peregrinos a securitate viarum publicarum juste excludas, Gothofr. *ad l. qui deportantur. ff. de Hæred. instit.* quibus ex æquitate Juris Naturæ & Gentium, *l. 3. ff. de J. & Jur.* quod cum Civibus Romanis commune habent, *l. 9. ff. d. t.* jam dudum in Orbe Romano liberi commeatus & hospitii jus concessum erat, *per Auth. omnes peregrini. C. Commun. de Success.* ubi Imperator ait: Omnes peregrini & advenæ libere hospitentur, ubi voluerint; Ratio autem permissionis hujus est, quod propter utilitatem innoxiam terræ, quæ in proprietatem alicujus Populi venere, patere debeant his, qui transitu ad justas causas opus habent, puta qui suis finibus expulsi quærunt terras vacuas, aut quia commercium expetunt cum gente seposita, aut etiam quia quod suum est, justo bello petunt, Grot. *de Jur.*
13 *bell. & pac. L. 1. c. 2. n. 13.* Quæ securitas merito etiam ad communem commerciorum usum extenditur, quippe quæ juris Gentium sunt, *l. 5. ff. de J. & Jur. l. 1. ff. de Contrah. emt.* sine quibus nec Mundus vivere potest. Latherus *de Cens. L. 3. c. 12. n. 34.* Marquard. *de Jur. Commerc. L. 1. c. 13.* Imo apud Romanos Jus Commercii peregrinis nominatim datum fuisse indicat Ulpianus *in fragm. Tit. 19. §. 4.* Grot. *de Jur. Bell. & P. L. 2. c. 2.*
14 *§. 23.* Nec Gentiles ab usu commerciorum & securitate viarum Publicarum, cum Juris Naturæ & Gentium sint participes, esse excludendos tradit Lather. *de cens. L. 2. c. 14.*
15 *n. 2.* Judæos commerciorum Juris capaces esse probat Recess. Imper. August. *de A. 1551. §. diesen zu begegnen.* ibi: *Den Juden sollen die aufrichtigen Handthierungen und Commercien in den offenen freyen Messen und Jahr-Märckten unbenommen seyn.*

16 Securitate tamen viarum publicarum & commerciorum indigni sunt hostes. Rosenthal. *de Feud. c. 5. conclus. 21. n. 2.* Becht. *d. l. th. 89.* Quibus æquiparantur Proditores
17 & transfugæ. *l. 7. ff. de Re milit.* Item desertores, qui tempore belli ab Exercitu & castris sese subducunt. *l. 3. l. 6. l. 10. & pen. ff. de Re milit.* Exploratores, qui secreta hostibus aperiunt. *l. 38. §. 1. ff. de Pœn. l. 6. § Explorat. ff. de Re milit.* Item Banniti & Proscripti, qui ob fractam pacem publicam per sententiam declaratoriam e protectione Imperii eximuntur, uti liquet ex Banni formula, *setzen sie aus dem Frieden in den Unfrieden, und erlauben ihr Leib, Haab und Güther iedermänniglich,* Gail. *de P. P. L. 2. c. 1. n. 13.* Rec. Imp. *de An. 1522. §. ob aber.* Rec. Imp. *de An. 1648 Es soll auch.* Præterea securitate commeatus indigni judicantur prædones atque latrunculi. *l. hostes. ff. de captiv. & postlim. reverf.* Non minus libero commeatu in Imper Rom. Germanico prorsus indigni fuere habiti Zingari, Tartari seu
Ægyptii, *Zigeuner und Tartarn,* de quibus compertum est, quod fuerint *Verräther und Ausspeher, die der Christen Lande dem Türcken und andern der Christenheit Feinden verkundschafften,* unde sub initium superioris Seculi imperante Maximiliano I. Imper. in Comitiis Augustanis *Anno 1500.* de illis constitutum legitur: *Daß alle Stände des Reichs hinfüro dieselben Zigeuner, in oder durch ihre Lande, Gebiet und Obrigkeit nicht ziehen, handeln noch wandeln lassen, noch ihnen selbst Sicherheit oder Geleit geben sollen.* His non immerito accensentur circumforanei, vagi, absque certo Domino oberrantes, *Rottirer, Gartirer, Herren-lose Knechte und Landläuffer.* Recess. Imp. *de Anno 1584. §. wo sich auch.* Ordin. Polit. Francof. *de An 1577. tit. 7.* Dn. Fritsch. *d. tract. c. 7.* Securitate denique viarum indigni etiam sunt mendicantes validi, de quibus vid. *tit. Cod. de Mendicant. Valid.* 18

Ut vero certior sit viarum publicarum securitas, jus per vias publicas euntes redeuntesque conducendi, seu securum transitum præstandi, moribus introductum est, quod vulgo vocatur *die geleitliche Obrigkeit, die geleitliche Herrlichkeit, auf freyen Kayserl. Heer- und Reichs-Strassen zu geleiten.* Matth. Stephani *de Jurisd. L. 2. P. 1. c. 7. n. 397.* Speidel. *Spec. Pract. notab.* voc. *Geleit.* Cui etiam annexum est jus indagandi, persequendi & conquirendi depopulatores agrorum, & grassatores per vias publicas, vulgo *das Streiffen,* per *l. 13. ff. de Offic. Præsid.* Becht. *de Securit. Concl. 42.* Besold. *Th. Pract.* verb. *Streiffen.* 19

Quamvis autem hoc jus conducendi *in Cap. un. quæ sint Reg. 2. Feud. 56.* non referatur, indeque dubitet Besold. *d. l.* an Regalibus accenseri debeat, attamen cum constet, multa jura Regalia esse, quorum ibi mentio non fit, & hoc jus moribus 20

ſit introductum & annexum Jurisdictioni viæ publicæ, in Regalium numero & quidem majorum, recte habetur. Dieterich. *ad Aur. Bull. p.15.* Dn. a Seckendorff. *im Teutſchen Fürſten-Staat P.3. c.3.* Partem Jurisdictionis territorialis illud eſſe regulariter docet Weſemb. *P.1. Conſ. 33. n. 19.* Ziegl. *ad Prax. Calvol. §. Landſaſſ. concl. 1. n. 60.* per Rec. Imp. *de An. 1548. §. Ferner zu noch mehrer.* verb. *eine iede Obrigkeit im Heil. Reich Teutſcher Nation in ihrem Fürſtenthum, Landen und Gebieten,* & ibi, *frey, ſicher gnugſam Geleit geben.* vid. Oettinger. *de Jur. Limit. l. 1. c. 9. n. 24.* cujus verba ſunt: *Zu der Landes-Obrigkeit wird gerechnet und unter die Regalien gezehlet das Geleit, und die gleitliche Obrigkeit, welche iſt eine hohe Gewalt und Gerechtſame, da ein Fürſt und Herr auf freyer Kayſerl. Heer- und Reichs-Straſſen die Reiſenden mit bewehrter Hand durch ſein Land zu geleiten, und vor feindli-*
21 *chen Angriff ſicher zu führen hat.* Diximus autem regulariter, quia Principes Imperii non raro in alienis territoriis vicinis jus viæ publicæ vi ſervitutis Jurisdictionalis præſcriptione aut pacto ſpeciali acquiſivere. Thom. Maul. *de Jur. Conduc. Tit. 2. n. 38. & ſeqq.* Oetting. *d. l.* verb. *Welche Gerechtigkeit des Geleites doch nicht allezeit der Landes Obrigkeit anhänget, und offtermals darvon abgeſondert iſt, daher an vielen Orten im Teutſchen Reich herkommen, daß einer in eines andern Herrn Gebiet und Landes-Obrigkeit zu geleiten, ob er ſchon ſonſten keine Obrigkeitliche Gerechtſame darinnen.* Sic Dux Würtenbergiæ jus conducendi habet per Urbem Imperialem Gemundam, item per Territorium Civitatis Eslingen. Principes Haſſiæ per Wezlariam, Fridbergam, diſtrictum Huttenbrigicum & per tractum Wetteraviæ, non attenta ſuperioritate territoriali, quæ ad Moguntinum, Comites Solmenſes, Hanovienſes, Iſenburgicos pertinet, usque ad ſpeculam Francofurtanam, *bis an die Franckfurter Warthe,* notante Dn. Dietrich. *d. l. p. 18.* Similiter Elector Moguntinus in Haſſiæ Principum territorio per quendam diſtrictum Darmſtadianum; Elector Palatinus *durch die Ober-Graffſchafft Catzenellenbogen von der Bergſtraſſen an bis gen Pfortzheim.* Marchio Badenſis per territorium Palatinatus usque ad Brethomum; Præpoſitus Elwangenſis *von der Stadt Elwangen aus, durch das Fuggeriſche Dorff Huttlingen; Die Erb-Marſchallen von Creutz bey Weiſſenberg an bis zum Hoch-Gericht bey Manheim; Die Stadt Schwäbiſch-Hall durch das Elwangiſche Amt Tanneberg* Klock. *Vol. 1. conſ. 8. n. 178.*

Cæterum præſtatur ſalvus conductus vel 22
mercatoribus vel Principibus. Ille dicitur *Geleits-Herrlichkeit,* hic *Fürſtlich Geleit.* Quæ jura affinia quidem ſunt, ſed vulgo male confunduntur, ut ex ſequentibus patebit. Effectus illius in eo conſiſtit, quod conducens teneatur, defendere eum quem conducit, & ab omni violentia & injuria conſervare tutum per Rec. Imper. *de Anno 1555. §. Nachdem aber.* Rec. Imp. *de Anno 1559. §. Damit dann.* ubi ita cavetur: *Damit denn die Obrigkeit in dieſem ein mehr ernſtlich Einſehen zu thun nicht unterlaſſe, und ſolche Beſchwerde von dieſer löblichen Nation einmal möge abgewendet werden, ſo haben Wir deswegen mit Churfürſten, Fürſten und Ständen, der abweſenden Räthen, Geſandten und Bothſchafften, und ſie ſich hinwieder mit Uns verglichen: Setzen, ordnen und wollen, woferne von Churfürſten, Fürſten und Ständen, oder einiger Obrigkeit, die ſey wer ſie wolle, iemands Geleit gegeben, und derjenige darüber auf derſelben Churfürſten, Fürſten, Stände oder Obrigkeit Geleit-Straſſen thätlich ergriffen und beſchädiget, daß der Stand, ſo ſolch Geleit gegeben, nach Geſtalt ſolches Geleits dem Beſchädigten ſeines Schadens Erſtattung zu thun ſchuldig ſeyn ſoll.* Arniſ. *de Jur. Maj. min. c. 5.* Roſenth. *de Feud. c. 5. concl. 22.* Becht. *d. tr. th. 62.* Wurmſ. *Obſ. Pract. tit. ult. obſ. 5.* Et ſic in Camera Imper. contra Epiſcopum Herbipol. ut in ſua provincia deprædato Mercatori, ad nundinas Francofurtenſes abeunti, damnum reſarciret, judicatum refert Gail. *lib. 2. Obſ. 64. pr.* Matth. Stephan. *de Jurisd. d. l. n. 405.* Conſonat Jus Saxon. *Lib. 1. Land-R. Art. 27.* ibi: *wer einem Geleite giebt, der ſoll ihn für Schaden behüten, oder ſoll ihm den Schaden gelten;*
Ampliatur hæc ſententia, etiamſi pedagium 23
aut pretium pro ſalvo conductu nec petitum, nec ſolutum fuerit, *arg. d. l. 3. l. 13. de Off. Præſid.* Maul. *de Jur. Conduc. tit. 7. n. 4. & 7.* Sixtin. *de Regal. cap. 2. n. 35.* Mindan. *de Mandat. Jud. l. 2. c. 57. n. 3.*

Regulariter enim pro conductu non licet 24
exigere guidagium, *Geleit-Geld,* niſi Dominus Juris conducendi id ex privilegio vel præſcriptione, aut uſu & conſuetudine cujusque loci obtineat. *arg. R. J. Auguſtæ de Anno 1548. §. ferner zu noch mehrer,* ibi: *an Orten es herkomme,* Maul. *d. t. tit. 3. n. 16. & ſeqq.* adeo ut nec Judæi guidagium teneantur ſolvere, niſi præſcriptione & uſu fuerit obtentum. Maul. *d. l. n. 10.* Dietrich. *in not.*

not. ad A. B. tit. 17. verb. extorqueri consuetas.

25 Ampliatur secundo, licet securitatis præstationem Dominus territorii a spoliato petitam denegaverit. Etenim hæc denegatio plane injusta & libertati commerciorum favorabili maxime contraria *arg. d. l. pr. de offic. Præsid. l. 1. §. summa. ff. de his qui effud. vel dejec.* Unde in Camera mandata pœnalia sine clausula propter denegatam securitatem decernuntur. Rosencorb. *Obs. Pract. c. 18. n. 3.* Sixtin. *d. l. n. 37.* Præjudicium adfert Mindanus *d. l.* ubi ait, tale mandatum sine clausula Civitati Eslingensi contra Ducem Würtenbergicum decretum fuisse, quo ei injunctum, ut civibus Eslingensibus & merces, quas denegata securitate sub dio & pluvia relinquere cogebantur, restitueret, tum ut & inposterum ad nundinas Francofurtenses ituris, prout in Imperio receptum esset, salvum conductum præstaret. Liberatur autem Dominus territorii deprædatores exhibendo *l. 3. ff. de Publ.* quod si tamen solvendo non fuerint, Dominum in subsidium teneri volunt. Maul. *d. l. n. 18.* Myler. *de Princip. & Statib. Imp. c. 59. n. 9. arg. t. t. ff. de Magistr. Conven.*

Anne vero etiam non concesso salvo conductu Dominus territorii mercatori spoliato de damno resarciendo, seu ut Itali loquuntur, de Robaria, tenebitur? Negant And. Knich. *de Sax. non prov. jur.* Verb. *Ducum. cap. 5. n. 185.* Bocer. *de Regal. c. 2. n. 156.* per Rec. Imp. *de Anno 1559. §. damit dann.* Concordat Carpz. *Prax. Crim. P. 2. Qu. 111. n. 64. per verb.* laudatæ sanction. *ibi: Wofern von Churfürsten, Fürsten, Ständen, oder einiger Obrigkeit iemand Geleit gegeben.* Dictio autem *wofern* conditionem certam arguit, Besold. *Thesaur. Pract. lit. S. n. 60.* quicquid vero sub conditione disponitur, sub contraria conditione pro non disposito habetur *l. 40. §. 2. ff. de C. & D.* Carpz. *d. l. n. 61.* ubi ita a Lipsiens. H. *Nebeln* mercatori in Crossen *An. 1628.* pronunciatum refert: *Habt ihr vorm Jahr, als ihr nach Franckfurth auf die Messe verreisen wollen, mit euren Waaren durch das Marggräfische Badensche Gebiete passiren müssen. Dieweil es aber des Orts unsicher gewesen, habt ihr bey selbiger Landes-Obrigkeit um ein sicheres Geleit durchzuziehen angesuchet, welches euch auch gegen Erlegung der geforderten Gebühr ertheilet und versprochen worden, dessen ungeachtet haben etliche Räuber eure Waaren angefallen, aufgehauen und hinweg genommen, da ihr nun, euerm Bericht nach, auf das erlangte Geleit die richtige öffentliche Reichs-Strasse mit euren Waaren gezogen, und im Geleit verblieben wäret &c. So wäret ihr bey der Landes-Fürstl. Obrigkeit des Orts um Erstattung des euch zugefügten Schadens gebührlichen anzusuchen wohl befugt, und wäre dieselbe euch solchen Schaden, so viel ihr dessen durch richtige Zeugniß bescheinigen und beybringen möchtet, gut zu machen und zu erstatten schuldig.*

Verum rectius contrarium statuere videntur Mynsing. *cent. 5. obs. 7.* Zasius *vol. 1. cons. 14. & seq.* Perez. *ad tit. Cod. de privil. dom. August.* Myler. *tr. de Princip. Imper. cap. 59. n. 5.* qui plures refert. Henr. Klock. *discept. polit. jurid. de jure vectigal. th. 77.* quem sequitur Casp. Klock. *tr. de ærario l. 2. cap. 76. n. 4.* quod Magistratus quivis officii necessitate teneatur a malis hominibus suum territorium purgare, & dispositos habere stationarios & limitaneos milites ad tuendam popularium quietem. *l. 1. § quies ff. de off. Præf. urb. l. 2. §. limitanei. C. de off. Præf. Præt. Afric.* Tum etiam, quod Domini territoriales ab iter facientibus vectigalia capiant, proindeque vicissim ad securitatem eis præstandam teneantur. *arg. cap. qui sentit onus. de R. J. in 6.*

Cessat autem obligatio præstandi securi- 26
tatem (1) si mercatores a via solita ac Regia deflectentes per insolitas vias iverint, *haben Abwege gesuchet,* aut conductores deseruerint, *sind dem Geleit nicht gefolget. per l. 2. l. 5. de curs. publ. l. 1. §. 2. ff. de his, qui dejec. vel effud.* Rosenthal. *de feud. cap. concl. 22.* Gail. *d. obs. n. 11.* Coler. *de P. E. part. 1. c. 2. n. 197.* Jac. van der Græf. *d. tr. cap. 34. n. 5.* Cum enim salvus conductus præstari soleat in via publica, *auf öffentlicher Land- und Heer-Strassen,* habent quod sibi imputent aliam viam quærentes. *l. damnum. ff. de R. J.* Sixtin. *de Regal. d. c. 2. n. 4.* Marquard. *d. tr. L. 1. c. 13. n. 42.* Licet autem mercatores relicta via regia per aliam salvum conductum a Domino territoriali petierint, eum tamen extra publicam & ordinariam viam præstare non tenebitur. Vid. Edict. Electoral. Saxon. *wegen der hohen Land-Strassen aus Pohlen und Schlesien gen Leipzig de An. 1607. 1632. 1654.* in Corpor. jur. Sax. *vol. 1. pag. 168.* Cessat (2) 27
securitatis præstatio, si ob guerram publicam, vel prædonum nimiam multitudinem viæ publicæ servari tutæ nequeunt. Græfen *ad Gailium lib. 2. concl. 64. n. 3.* Myler. *d. l. n. 6.* quippe omnis obligatio facti sub tacita conditione possibilitatis fieri censetur. *arg. l. impossibilium, ff. de R. J.* In superiore Germaniæ tricennali bello quam plurimi

Principes ac civitates Imperii in tanto periculo fuere, ut vix ac ne vix quidem in suis Palatiis & Pomœriis a prædonum, militum & latrunculorum injuriis ac violentis invasionibus tuti fuerint; quis autem in tam turbulento ac desperato rerum statu eos ad securum in viis publicis commeatum adstringere jure potuit? In plerisque autem Italiæ provinciis, præcipue vero in regno Neapolitano, cautum statuto legitur, ut incolæ deprædatorum damna a latronibus perpessa de proprio resarciant, quo habitatores in indagandis latronibus vigilantiores existant. Bero. *quæst. famil. 128. & 130.* Ant. Monach. *decis. Luccens. 1.* laudati Mylero *d. l. n. 7.* Neque iniquitatis recte argueris hoc statutum, utut rigorosum, quia incolæ puniuntur tum ex causa, quo vigilantiores existant, tum propter dolum aut culpam præsumtam, vix enim fieri potest, quin incolæ hosce prædones animadverterint. Ideo negligens in capiendo dicitur ejus fautor. *cap. quanto. X. de sent. excommun. Clar. 5. sentent. §. fin. qu. 82.* Myl. *d. l.* ubi plures allegat. Conf. Farin. *pr. crim. lib. 1. qu. 24.* Covarr. *resol. 8. n. 1.* Et in Germania nostra ejusmodi statuta passim obtinere notissimum.

28 Quod attinet Jus deducendi Principem per territorium alienum, *das Fürstl. Geleit*, recte heic quæritur: An Princeps Principi teneatur damnum resarcire, quod hic in transductu passus est? Ita plerisque videtur, obligationem ex ipso transductionis actu oriri statuentibus, D. Dietrich. *in not. ad A. B. tit. 1.* verb. *conducere teneatur.* add. superius laudata Constitutio Imperii *de anno 1559. §. Damit dann*, quæ generalis. Contrarium, & forte rectius, placet D. Strauchio *Exerc. exot. 11. §. 2.* ubi ait: Transductio illa, qua Princeps Principem per territorium suum transmittit, ad nihil aliud Principem transducentem obligat, quam ad libertatem transitus præstandam: comitatus enim, si quis adhibetur, est signum duntaxat permissionis. Ideoque si quid metus subsit, tamdiu negari potest transitus Jure Gentium, donec idonee caveatur, & quia metus ejusmodi fere nunquam abest, potentioribus magno comitatu eoque armato transeuntibus; hinc ab ultima memoria per Germaniam hoc instar cautionis cujusdam receptum, ut ejusmodi potentiores transitu prohibitos sese intelligant; nisi veniam transeundi a territorii Domino impetraverint. Hoc est, quod ait Elector Saxon. apud Frid. Hordleder *tr. de causs. belli Germ. cap. 8. Solche Land-Straßen sollen denen von Fürsten, oder wenigers Standes-Leuten, so der Landes-Obrigkeit an ihren Regalien und Gerechtigkeit und derselben Gewehr mit ihrem Passiren schädlich, nicht frey seyn.* &c. 5. *Es ist in Teutscher Nation also herkommen, daß einer, der mit solcher Anzahl reiten will, Geleit nehmen, oder aber gewarten muß, daß er gerechtfertiget werde, und im Felde Bescheid geben müsse, das ziehen wir uns auf gemeinen Gebrauch an vielen Orten Teutscher Nation.*

Finis igitur principalis petendæ transductionis Principum non est, ut ab ea demum securitas ab offensione, insidiis & vi injusta impetretur, & quasi his absque hoc transductu obnoxii in alieno territorio foret Princeps, vel quis potentior; Tantum enim abest, ut sanctitas illa Principum species sit conductus, ut is potius sit sanctitatis jure naturæ debitæ obtinendæ medium. D. Strauch. *cit. l.* Quæritur, an Imperator etiam territorium 29
Principis transiens teneatur conductum postulare? Negatur juxta vulgatum illud: *Kayserl. Maj. bringt das Geleit mit.* Quod non pertinere videtur ad jus sanctitatis, quod alii omnes secum ferunt, sed ad remissam petendi transitus necessitatem, quam Imperator a Principibus inferioribus non propter singularem inviolabilitatem, sed propter reservatum sibi dominium & imperium supereminens in singulis Ordinum territoriis, petere non tenetur, ut nemo Dominus per suum libere eundi veniam impetrare opus habeat. Strauch. *d. l.* add. Maximilian. Faust. ab Aschaffenb. *consil. pro ærario class. 10. cons. 64.* ubi ait: Ob publicam & omnigenam securitatem, qua Cæsarea Majestas omnes molestiarum, insidiarum, violentiarum, offensionum, & damnorum nebulas discutit atque dispellit, eidem in transitu omnia humanitatis officia debere autumo. Qua etiam de causa sua Majestas quacunque transeat, salvum conductum (utpote quem ante omni exceptione tutiorem jure summo habet, & ubique secum trahit) a particularibus territoriorum Dominis non requirit, ut vulgo recte dicatur: *Kayserl. Maj. sey des Geleitens nicht hoch benöthiget, sie bringe das Geleite mit sich.* Quamobrem Ludov. Marchio Badensis apud Historicos rebellis audit, quod Carolo IV. Cæsari transitum per suas Provincias in Italiam, comparatis ob hoc obsessoribus viarum, impedire tentasset. Dubrav. *lib. 22. hist. Bohem.* Et Cæsareæ Majestatis decori parum convenisse existimatur, quod idem Carolus aliquando a Duce Bavariæ salvum conductum requisierit.

Notan-

30 Notandum denique eſt, deductionem iſtam Principum per territorium alienum vel liberam eſſe, vel neceſſariam: hæc, quæ præſtatur Electoribus ad electionem Regis Romani euntibus, ſub nullo prætextu denegari poteſt, *A. B. C. 1. §. Ob aber ein Churfürſt*, ſub pœna ſuffragii, ſi ſit Elector, qui tranſitum non faciant, perjurii privationisque omnium poſſeſſionum, & feudorum & proſcriptionis, ſive ſit ex ordinibus, ſive ex ſubditis. *A. B. d. l. §. ſetzen darauf.* & *§. auch allen. §. wo auch.* Dieter. *d. l. p. 18.* Pluribus videantur laudati auctores. Dn. Fritſch. *de Via Publ. Cap. 12.*

31 Præter ſecuritatem, quam Princeps in via præſtare debet, tenetur etiam ad complanationem & reparationem viarum publicarum tum ob meliorem uſum commerciorum, tum quia varia emolumenta ex via publica percipit. Fritſch. *d. tr. c. 14. n. 21.* Neglinus *Tractat vom Bürgerlichen Stande* c. 16. *zu beſtändiger Fortbringung der in allen und ieden Städten nothwendigen Kauffmannſchafften und Handthierungen, iſt viel daran gelegen, daß die Wege und Straſſen im Bau und Weſen erhalten, die Städte fleiſſig gepflaſtert, die Brücken ſteiff und wohl unterſetzet, und die tieffe, ſumpffige und von Waſſergüſſen zerriſſene Wege um iede Stadt wohl ausgebeſſert werden: In Betrachtung, daß, wo die Zu- und Abfuhre, ſowol auch das Wandeln zu Roß und Fuß, etwas unbequem, bald auch hierdurch die Gewerbe ſelbſten darnieder liegen müſſen.* add. Marquard. *de Commerc. L. 1. c. 3. n. 30.*

Ad Principem autem hanc curam pertinere, clarius patet ex Conſtit. Friderici II. Imp. *de An. 1236. c. 4. n. 3.* apud Goldaſt. *Conſt. Imper. t. 1. p. 82.* ibi: *Alle, die Zölle nehmen auf Waſſer oder Land, die ſollen den Wegen und Brücken ihr Recht halten mit machen und beſſern, und von denen ſie die Zölle nehmen, ſollen ſie beleiten nach ihrer Macht als ferne ihre Gewalt gehet, daß ſie nichts verlieren, wer das bricht, der ſoll dem Reich ledig ſeyn.* Ita in Elector. Saxon. ſingulari mandato viarum refectio Præfectis injuncta. *In Erledigung der Landes-Gebrechen* de A. 1609. Tit. *von Renth-Sachen. §. von Beſſerung der Land-Straſſen, Brücken und Wege.* ubi: *Ob wol Unſern Amtleuten und Schöſſern in ihren Beſtallungen eingebunden, Land-Straſſen, Brücken und Wege in ſtetiger guter Beſſerung zu erhalten, wie denn ſolches an etlichen Orten auch andern Gerichts-Herren zu thun oblieget, ſo haben Wir doch zum Uberfluß in alle Unſere Aemter ſonderbare Befehle ergehen laſſen, und denen Beamten ernſtlich befohlen, alle ſolche untaugliche Brücken und Stege, böſe, tieffe Land-Straſſen und Wege noch vor Winters zu beſichtigen, und die alſobald, oder ie auf künfftigen Frühling in gute beſtändige Würde und Weſen zu bringen, ſowol ſolche jährlichen vor den drey Leipziger Märckten auszubeſſern &c.* Idem repetitur ab Elector. Joh. Georgio II. divæ memor. *in Erledigung der Landes-Gebrechen*, Tit. *von Juſtitien-Sachen.*

Limitatur tamen hæc ſententia, ſi Vecti- 32
galia a Viatoribus non exigantur, vel illa aliique fructus ex Viarum regiarum uſu percepti refectioni non ſufficiant, aut conſuetudine vel lege Municipali aliter ſit introductum, in ſubditos cujusque Provinciæ hoc onus redundabit, ut vias publicas muniant & reficiant. Quod & Siculus Flaccus *de Condit. Agror. p. 11.* ſuo tempore obſervatum meminit, dum ait: Viæ aliter atque aliter muniuntur; Per Pagos i. e. per Magiſtros Pagorum, qui operas a poſſeſſoribus ad eas tuendas exigere ſoliti ſunt. Aut ut comperimus, unicuique poſſeſſori per ſingulos agros certa ſpatia aſſignantur, quæ ſuis impenſis tuentur: Etiam titulos finitis ſpatiis poſitos habent, qui indicent cujus agri quis Dominus, quod ſpatium tueatur. Vid. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. l. 2. c. 17. n. 21.*

Merito igitur propter hæc onera Princi- 33
pem etiam commoda viarum publicarum ſequuntur, ut eſt Jurisdictio, quæ tanquam pars a ſuo toto ſuperioritate ſc. territoriali dependet. Si enim via publica ad alium non ſpectat quam ad Principem ſolum, & a vicinis agris adjacentibus plane ſingularem & ſeparatam obtinet naturam, ſequitur etiam punitionem delicti, quod in via publica commiſſum eſt, ad ſolum Principem ſpectare, nec ſine ejus conceſſione quemquam jus animadvertendi uſurpare poſſe. Carpz. *in Prax. Crim. P. 3. qu. 110. n. 42.* Interim negari haud poteſt, Principem poſſe Magiſtratui merum imperium habenti poteſtatem etiam de criminibus in via publica commiſſis cognoſcendi ſpecialiter largiri. Sed hoc uti ſpeciale eſt, ita ſine tali conceſſione poteſtatem cuivis merum imperium habenti aſſerere haudquaquam licet. In terris Electoratus Saxonici nec omnem, nec ullam talem poteſtatem competere Magiſtratibus voluit Dux Georgius *An. 1566.* ſed inter crimina commiſſa diſtinctionem fecit peculiari Conſtitutione, quam refert Joh. Zanger. *de Except. P. 2. c. 1. n. 244.* his verbis: *Hierauf erklären und verwilligen Wir, daß nun hinfort Unſere Unterthanen alle Händel, ſo ſich auf denen*

nen Straſſen begeben, da ihnen ſonſt die Ober-Gerichte zuſtehen, unverhindert von unſern Amtleuten, zu richten ſollen haben, und davon nichts ausgeſchloſſen, allein alle Gewalt-Sachen, Raub und Zugriffe, auch öffentliche vähdliche Thaten, welche aus Krafft der Regalien und Fürſtl. Obrigkeit zu richten zuſtehen, wollen Wir Uns vorbehalten haben. Idem repetitum a Succeſſoribus Sereniſſimis Elect. Saxon. *An. 1605. 1606. 1609.* Et in Ord. Polit. *An. 1512.* Tit. *Juſtitien-Sachen n. 24.*

34 Quæri ſolet, ſi via publica intra duo territoria exiſtat, an communis ſit utrique vicinantium? Quod affirmatur: cum enim tralatitium ſit communia eſſe flumina inter duo territoria exiſtentia usque ad alvei dimidium, H. Piſtor. *L. 4. qu. 17. n. 28.* Klock. *Tom. I. Conſ. 5. n. 7.* eadem ratio militare videatur, idem etiam juris obtinere cenſendum *arg. l. 32. ff. ad Leg. Aquil.* Unde etiam ad evitandas lites, quas communio omnis ſua natura parere ſolet, *l. 77. §. 20. ff. de Leg. II.* majorisque certitudinis gratia interdum in medio viæ terminos ſeu lapides finales poſitos conſpicimus. Hinc omnino conſequens eſt, tranſitum viæ communis ab utroque Dominorum poſtulari debere, vectigalium commoda & fructus communes eſſe; Item ſi forte ſignum aliquod Jurisdictionis criminalis, v. g. rota vel furca ad viam communem poſita fuerit, & actus jurisdictionalis exerceri debeat, ad executionem faciendam tota via occupari non poteſt, *beſondern der Creyß wird mitten in der Straſſen geſchloſſen,* uti in quibusdam locis uſu ſervari teſtatur Dn. Fritſch. *d. tr. c. 10. num. 5.*

35 Si a Principe alicui Nobili vel alii concedatur caſtrum cum ſuis pertinentiis ac omnimoda Jurisdictione, ei haud conceſſa intelligitur jurisdictio circa viam publicam, adeoque ſi in via publica quis interficiatur, cognitio & punitio illius delicti ad feudatarium non pertinet, quia Jurisdictio fundatur ex loco delicti, Auth *Qua in Provincia C. de Crimin.* at in noſtro caſu via eſt publica, quæ Principis eſt & Regale, ac propterea generali conceſſione tranſire non ſolet, dein quod Domino territoriali unice incumbat cura ſecuritatis publicæ, ut illa in viis publicis ſarta tectaque ſervetur. Æquiſſimum igitur eſt, ut & iis, quibus hoc regale competit, cognitio de crimine in via publica commiſſo tribuatur *arg. l. 2. ff. de Jurisd.* Schneidew. *ad §. fin. n. 8. Inſt. de J. N. G. & C.* Carpz. *in Prax. Crim. P. 3. quæſt. 110. n. 39. & ſeqq.* Struv. *Syntagm. Jur. Civ. tit. de Jud. §. 44.*

Quia vero etiam per præſcriptionem immemorialem regalia acquiri poſſunt, ut id prolixius explicat Carpz. *P. 2. Conſt. 3. Def. 24.* dubium non eſt, etiam hanc de criminibus in via publica commiſſis cognoſcendi poteſtatem præſcribi poſſe: Et facilius quidem a Magiſtratibus atque illis, qui jam tum publica aliqua poteſtate muniti atque inſtructi ſunt, quam a privatis. Illis enim, quia jurisdictionem ſibi alias collatam jam habent, plerumque etiam conceſſum imperium merum ſive Jus gladii, facilior erit ejus poteſtatis extenſio atque ampliatio, quam eſſe ſolet privatis acquiſitio prima. Imo vero ſi quis privatus uſurpare ſibi talia velit, quæ regalia attingunt, caveat ſibi, ne in graviſſimum læſæ Majeſtatis crimen incidat *per l. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* quod evitare vix poterit, niſi conſentientem ſibi quodammodo habeat Principem. Magiſtratus vero, præſertim illi, qui jus perpetuum & tranſmiſſibile, ſeu Jurisdictionem patrimonialem, ut nunc vulgo loquuntur, habent, proferre & extendere eam poſſunt, nec civilem tantum, verum etiam criminalem, Arnold. Vinn. *de Jurisd. Cap. 12. n. 8.* nec ſolum adverſus privatum, ſed etiam adverſus ipſum Principem. H. Zoeſ. *tit. de uſucap. n. 24.* Quod præjudicio Dnn. Wittebergenſium confirmat Dn. Zieglerus *de Jur. Maj. L. 2 c. 17. n. 37. & 38.* 36

Dubitatur quandoque, ſi in confinio territoriorum *v. g.* cadaver interfecti reperiatur, & utriusque ſolum parte aliqua corporis premat, cui hoc caſu *das Aufheben des todten Cörpers,* de crimine cognoſcendi, & quæ huic annexa ſunt, faciendi poteſtas competat? Variæ hic ſunt Dd. opiniones, communior tamen eſt, ſpectandum eſſe locum, in quo demortui caput quieſcit. Berl. *p. 1. dec. 26.* per textum *in l. 44. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ubi JCtus ait: caput principalem corporis eſſe partem, per quam homo cognoſcatur. Si igitur *e. g.* caput premeret viam publicam, cognitio & punitio criminis competeret Domino viæ publicæ, ſi vero territorium circumjacens, ei, qui merum imperium in illo habet. Verum licet ponamus, caput præſtantiſſimum & principale corporis membrum eſſe cum facie, quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis figurata dicitur ex ſententia Conſtantini *in l. 17. C. de Pœn.* (Quem tamen erroris redarguit Paganin. Gaudentius *Tract. de Juſtin. ſecul. moribus nonnull.*) Deciſio tamen quæſtionis a præſtantia partis humani corporis nullo modo dependet, Dan. Otto *Diſſert. de Jur. Publ. c. 11. p. 423.* ſed potius petenda eſt ex conjecturis, 37

jecturis, de quibus vid. Bocer. *de Regal. c. 2. n. 148.* quibus in hoc vel illo loco homicidium commissum colligitur. Quæ conjecturæ si non adsint, ad utrumque Dominum cognitionem pertinere statuit Carpz. *in Prax. Crim. Qu. 110. n. 34.* Si vero homo non occisus, sed morbo aliquo extinctus in via publica reperiatur; Vel cadaver in Titii territorio occisi in viam projectum fuerit, merito Dominus viæ publicæ de sepultura occisi disponere potest. Dn. Fritsch. *d. tr. c. 10.*

38 Recte etiam hic quæritur: An vicinus Princeps vel Magistratus teneatur vicino concedere transitum captivi, *die Durchführung seiner Maleficanten?* Respond. Quamvis publica Via, cujuscunque territorium attingat, cuivis ad usum licitum, præsertim Reipublicæ tuitionem, patere debeat, actuque illo ducendi Domini territorialis Jurisdictio turbari non videatur, Majer. *de Jurisd. Magistr. tit. CC. 3. fac. 2.* Constat tamen hodie eos, qui suos delinquentes alibi puniendos per alterius territorium transmissuri sunt, a domino Jurisdictionis literas salvi conductus atque innoxium transitum datis reversalibus petere solere, *pflegen um ein Geleit zu Durchführung der Maleficanten anzuhalten, und schrifftliche Reversalien von sich zu stellen.* Conf. Wesenb. *P. I. Consf. 33.* Quod vero attinet *die Durchführung der Verstorbenen*, post nudam denunciationem illi transportari possunt; cum nemo impediendus sit via publica uti, & aliud sit transportare defunctum & ducere captivum: hoc enim, non illud, actum aliquem Jurisdictionalem recipere videtur. Besold. *Thes. Pract. Lit. d. n. 36.*

39 Alterum commodum, quod Principi ob præstationem securitatis & reparationem viarum publicarum competit, est perceptio vectigalium, de quorum justitia dubitare vix licet, cum & ipsæ viæ publicæ, quibus iter fit, ad Principem spectent, *II. Feud. 56.* & ibi DD. Et quia utilitatis publicæ causa receptum est, ut transeuntibus & mercibus quæ vehuntur, securitas præstetur a territorii cujusque Domino, utque viæ publicæ complanentur & muniantur, iniquum haud erit, si ad compensanda hæc onera vectigal aliquod mercibus imponatur. Hugo Grot. *de Jur. Bell. & Pac. L. 2. c. 2. n. 14.* Atque ideo justitia omnium vectigalium deducitur ex impensis, quas in viarum & pontium refectiones & exstructiones, tum & securitatem viatoribus & mercibus præstandam insumere oportet, atque sic iniquum non erit, ut harum impensarum nomine modicum aliquod vectigal exigatur, cum publice & privatim intersit, commercia inter populos conservari. Knipschild. *de jurib. Civit. Imper. L. 2. c. 18. n. 21.*

Dubitari posset, num pro solo transitu per vias publicas aliquid nomine pedagii exigi possit, dictum volunt a pedibus, quod ab euntibus sine vehiculis solvi oportet. Et in utramque partem operose disputat Joh. Georg. Becht. *de secur. n. 68. 69.* pro negativa facit textus *in jur. Sax. Lib. 2. Art. 27. Ein ieglich Mann soll auch Zollfrey seyn, er fahre, reite, oder gehe, wo er Schiffe oder Brücken nicht bedarff.* Sed enim cum viæ nonnullæ non minus atque pontes quotidiano usu & attritu deteriores reddantur, atque hinc refectione, munitione atque aggerum constructione interdum opus habeant, dubium non est pro refectione ista exigi a transeuntibus pecuniolam posse, præsertim cum & his securitatem præstare teneatur Princeps, qui vectigal imperat. Knipschild. *de Civit. Imper. L. 2. C. 18. n. 17. seq.* Jus Saxonicum quale olim fuerit, attendere nunc nihil attinet. Positiva enim jura, uti ex arbitrio Legislatoris proficiscuntur, ita mutari ea, abrogari, transformari, figi & refigi quandoque possunt, prout scil. utilitas & necessitas Reipublicæ exigit. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. L. 2. c. 7. n. 18. & 19.*

Viæ denique publicæ, ut flumina, urbes, regna suos habent fatales periodos, oriuntur ac intereunt, crescunt ac decrescunt, & extinguitur Via regia vel naturaliter, vel civiliter. Et quidem vel in totum, vel pro parte. Illo modo, quando ab insolitis aquarum eluvionibus terra vel solum publicum commeatui destinatum rumpitur, vel plane absorbetur, & transeundi commoditas interit, *arg. l. 5. §. 2. ff. quib. mod. Ususfruct. amitt. l. 20. §. 2. ff. de S. U. P.* aut negligenti cura & refectione commeatus vel nimium coarctatur, aut plane perimitur. 40

Quæritur autem hoc loco: Si via regia fluminis impetu, ruina, chasmate aut alio casu amissa sit, an vicinus proximus de fundo proprio viam præstare teneatur? Affirmat Javolenus *in l. 14. §.* ait, ibi: cum via publica vel fluminis impetu vel ruina amissa sit, vicinus proximus viam præstare debet, *l. 1. §. 25. ff. ne quid in loc. publ.* ubi dicitur, si viæ publicæ exemtus commeatus sit, vel via coarctata, interveniunt Magistratus, scilicet ut vicini viam præstent, Gothofr. *add. L. lit. O.* qui inviti etiam ad præstationem istam obstringuntur, dum necessitas Reipublicæ hoc exigat, cui subditorum bona subjacent. Bocer.

Bocer. *de Regal. c. 2. n. 145.* Gail. *II. Obs. 36. n. 1. & 2.* Ubi communi Dd. calculo id comprobatum ait. Unde & Baldus voluit, quod isto casu, quando via publica est destructa, si quis duceret pecus vel animalia per fundum vicini, non possit tamen accusari de damno dato. Klock. *Tom. 3. Cons. 147.* Ut vero ex privato fiat locus publicus, eorum auctoritate opus est, qui publicandi jus habent. Imo quod quis per suum agrum eo casu, quando via publica est destructa, absque solutione pretii viam præstare teneatur, post Boer. *Dec. 322.* tradit Joseph. Ludovic. *in Commun. Opin. Concl. 76. n. 32.* ubi *n. seq.* ex eodem Natta *d. Cons. n. 7.* ampliationem subjicit, licet scil. impedimentum in via publica esset ad tempus, puta, quod hyberno tempore causa luti illuc deambulari non possit, quod vicinus teneatur præstare viam per suum agrum, absque aliqua solutione viæ, & sic dominus fundi non possit facere in ejus agro le parate, & ut dicitur, parare il passo, & stante dicto impedimento, viæ publicæ etiam ad tempus poterunt a viatoribus devastari ratione prædicta, dummodo civiliter postea deambuletur absque devastatione fructuum, quando impedimentum est ad tempus. Natta *d. Cons. n. 6.* Idem *n. 2.* ampliat, quod, quando non potest transiri per viam, & aliquis immittit oves per fundum vicini, modo civiliter immittat, & in quantum potest, a damno se abstineat, non tenentur solvere pœnam statuti de damno dato. Item quod stante impedimento viæ, sive perpetuo sive temporali, possit per agros vicinorum transiri cum exercitu, & si hoc negetur, possit vis adhiberi, ut transitus habeatur. Non tamen volunt servitutem adquiri, licet quis pluries ob itineris ruinam iter fecerit. Ludov. *d. l. n. 36.*

An autem ad possibilem reparationem damni Respublica tenebitur? Ita videtur; cum enim Reipubl. causa civibus quædam adimuntur, pretium refundi aut æquivalens retribui oportet. *l. 14. §. 13. ff. Commun. præd. l. 2. C. in quib. Caus. servit.* quos textus hanc in rem allegant Gothofr. *ad d. l. 14.* Conf. Mev. *de levam. debit. C. 1. 4. n. 45. seqq.* Civiliter via publica perit, quando auctoritate Principis vel Reipubl. veteri via dimissa, ob commoditatem forte transeundi aliamve causam nova constituitur, quod fieri posse ex superius dictis patet: Tunc vero antiquior via suam auctoritatem publicam amittit, & via quasi extinguitur, ac Principis consensu solum illud, seu terra olim commeatui publico destinata, privatorum usibus recte vindicari potest.

An facultati per viam publicam eundi immemoriali tempore præscribi possit, recte negatur per *l. 2.* ubi Bart. & Dd. *ff. de via publ.* Afflict. *ad tit. quæ sint Regal. vers. viarum. n. 7. in Usib. Feud.* Ratio, quod usus viæ simplicis meræ & simplicis sit res facultatis, *l. 2. §. viam. ff. ne quid in loc. publ.* adeoque inpræscriptibilis, cum ejusmodi præscriptio publicæ utilitati esset contraria. Wissenbach. *ad ff. Disp. 23. θ. 23.* Fritsch. *d. tract. de Via publ. cap. 15.* 41

CAPUT XXXIII.

DE AQUÆDUCTU.

SUMMARIA.

1. *Aquæductus est vel privatus, vel publicus.*
2. *Aquæductus privatus quid?*
3. *Modus ducendi aquam.*
4. *Ex flumine publico cuilibet licet aquam ducere.*
5. *Nisi Princeps vetet.*
6. *Vel flumen sit navigabile.*
7. *Aquam ducere non licet, si cum alterius injuria id fiat;*
8. *Aut non pro modo possessionum aqua dividatur.*
9. *Nec ex Castello publico licet aquam ducere.*
10. *Item nec ex privata alicujus aqua, fonte vel flumine.*
11. *Ut & aquam ducere prohibitum per fundum alterius invito Domino.*
12. *In concedendo jure aquæ ducendæ non tantum ejus, in cujus fundo aqua oritur, sed & eorum, ad quos usus pertinet, consensus requiritur.*
13. *Utilitas hujus servitutis.*
14. *Aqua potest duci per rivos, fossas, fistulas, tubos.*
15. *Non tamen per lapidem stratum.*
16. *Quid ille possit, qui jus aquæ ducendæ habet?*
17. *An is, qui Servitutem Aquæductus habet, alteri possit aquam concedere?*
18. *Si quis certarum horarum Aquæductum habeat, non potest aliis horis aquam ducere.*

19. *Domi-*

19. *Dominus Prædii servientis debet spatium relinquere ad accedendum & reficiendum Aquæductum.*
20. *Nec aquam rebus sordidis corrumpere.*
21. *Non potest illi aquæ, cujus ductus concessus est, aliam aquam admiscere.*
22. *Ex uno fonte pluribus Aquæductus constitui potest.*
23. *Limit. I. Dummodo fiat salvo jure ejus, cui primo concessio facta.*
24. *Limit. II. Ut aqua pro modo possessionum dividatur.*
25. *Aquæductus debet habere causam perpetuam.*
26. *Ex stagno, lacu, cisterna Aquæductus constitui non potest.*
27. *Nec ex larva, lacuna vel puteo.*
28. *Ex Castello seu receptaculo publico Aquæductus constitui potest.*
29. *Non tamen ex ea aqua, quæ machinis hydraulicis attollitur.*
30. *Quod tamen hodie aliter obtinet.*
31. *Aquæductus per eum locum constitui non potest, per quem alii servitus debetur.*
32. *Publico loco interveniente Aquæductus imponi non potest.*
33. *Nisi hoc a Principe impetretur.*
34. *Per quam partem fundi aqua debeat duci?*
35. *In aqua ducenda modus quis observandus?*
36. *Aquam semel in fundum meum ingressam in quemvis alium locum dirigere possum.*
37. *Emtor partis prædii dominantis pro parte Aquæductum consequitur.*
38. *Divisio Aquæ quomodo fieri debeat?*
39. *Quibus remediis usus Aquæductus defendatur?*
40. *Aquæductus quomodo finiatur?*
41. *An superfluam aquam liceat sulco aperto educere in fundum inferiorem.*
42. *An liceat vicino venas incidere, ita, ut desinant ad me fluere.*
43. *Quod extenditur, licet aqua natura loci in fundos inferiores defluat.*
44. *Hoc tamen limitatur, nisi servitus eo nomine debita fuerit.*

1 Aquæductus etiam est vel privatus, vel publicus; Et quia aquæductus privati major hodie usus, ideoque de eo
2 primo loco, postea de publico agemus. Est autem aquæductus privatus jus aquæ ducendæ per fundum alienum ad utilitatem sui fundi, sive aliena aqua irrigemus agros aut pecora aquemus, *l. 1. ff. de servit. rust. præd. l. 3. pr. ff. de Aqu. quotid. & æstiv.* sive nostrum abducamus, & ea liberemus nostrum prædium. Cui vero concessus est ductus suæ aquæ, in suum prædium nequit recipere alienam aquam exonerandam, & cui aliena concessa est ad utilitatem sui prædii, nequit alteri aquam concedere. *l. 1. §. 15. de aqua quotid. & æstiv.* Struv. *Exercit. 13. θ. 22.*

3 Ducitur autem aqua vel per fistulas, i. e. per canales, vel per rivos, vel per quodlibet instrumentum fictile, dummodo nullum damnum domino fundi servientis detur. *l. 15. ff. de S. P. R. l. 1. §. 1. ff. Commun. præd.* Enimvero is, cui constituta est servitus aquæ ducendæ, lapidibus rivum sternere, & sic per lapidem stratum aquam ducere non potest. *l. 17. §. 1. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* Quoniam hoc majorem in modum fundo servienti incommodaret, nec multo melior redderetur inde conditio ejus, cui servitus debetur, cum possit fistulis plumbeis & tubulis fictilibus aquam ducere, *l. 15. ff. de Serv. P. R.* Cæpoll. *de S. R. P. c. 4. n. 1.*

4 Cuilibet igitur ex flumine publico aquam ducere ad prædium privatum licet, *l. 2. & 3 ff. de flumin. l 17. ff. de S. P. R.* Wesenb. *ad d. t. n. 2.* quia publicorum usus communis, quod tamen non procedit, I.) Si Princeps aut Senatus vetet. *d. l. 2.* II.) Vel flumen sit navigabile, aut aliud navigabile facit, tunc enim non licet aquam ducere, *l. 2. ff. de Flumin.* ne iter & statio navigii vel usus navigandi difficilior, minor aut rarior reddatur, aut in totum auferatur per *l. 1. ff. de Flumin.* Wesenb. *d. l. n. 21.* III.) Aut cum injuria alterius id fiat. *l. 17. ff. de S. R. P.* IV.) Quando non pro modo possessionum aqua ad irrigandos agros dividitur. Nisi proprio jure, i. e. ex privilegio quis plus sibi datum ostenderit. *d. l. 17.* Weitzenegg. *Dissert. 4. c. 5. n. 22.*

(margin: 5, 6, 7, 8)

Permissum etiam non est aquam ad suum fundum ducere ex Castellis & aquagiis vel receptaculis publicis sine permissu superioris, ne privata utilitas publicis commoditatibus præferatur, per *l. 1. ff. de Aqu. quotid. & æstiv.* Sic etiam ex privata alterius aqua, fonte, vel flumine aquam ducere fas non est, & neque publicam, neque privatam per alterius fundum, nisi impetrata a domino fundi licentia, i. e. sine servitute constituta, *l. 2. l. 11. C. de servit. & aqu.* Wesenb. *d. l. n. 2.* Schneidew. *pr. Inst. de servit. Præd. n. 20.* Mynf. *n. 13.* ubi ait, quod si de facto fiat dominum propria auctoritate intercidere & removere posse, per *l. 29. ff. ad L. Aquil.* 9 10 11

Itaque Consensus Domini necessarius est; imo in concedendo jure aquæ ducendæ non tantum eorum, in quorum fundo aqua oritur, verum etiam eorum, ad quos usus aquæ pertinet, voluntas requiritur, i. e. eo- 12

rum, quibus servitus aquæ debebatur, nec immerito, cum enim minuatur jus eorum, consequens erit exquiri, an consentiant *l. 8. pr. ff. de aqu. quotid. & æstiv.* & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari *C. 19. de R. J. in 6to. l. fin. C. de Aulor. præst.*

13 Utilitatem autem hæc servitus præstat variam. Nam I.) facit & conducit ad irrigandum. *l. 1. §. 11. l. 3. in pr. ff. de aqu. quot. & æstiv.* II.) Potest haberi pecoris causa *d. l. 1. in pr.* Et tunc si prædii fructus in pecore consistant, servitus rustica erit. III.) Duci potest aqua ad usum & commodum hominum in prædium urbanum *d. l. 1. §. 11.* veluti ut ea in balneo vel ad lavandos pannos, vel pro usu culinæ utamur. Weitzen. *Diss. 4. n. 24.*

14 Ille autem, qui servitutem aquæductus habet, potest aquam ducere per rivos, fossas, fistulas plumbeas vel fictiles, tubos & alia instrumenta, dum ne Domino prædii fundum & aquagium deterius faciat. *l. 15. ff. de Serv. Præd. Rust. l. 3. ff. de Aqu. cottid. & æstiv.*

15 *l. 17. § 1. ff. de Aq. & aqu. pluv.* Per lapidem

16 stratum autem aqua duci non potest, cum hoc consuetudinis non sit *per d. l. 17.* Item potest omnia, quæ sunt ad Servitutis usum necessaria *per l. 20. §. f. ff. de S. P. U* ut reficere rivum liceat, ut adire qua proxime potest, ut spatium relinquat dominus fundi, quo dextra & sinistra ad rivum adire, & quo terram, limum, lapidem, arenam calcem jacere possim, quod tamen sumtibus ejus, cui hæc servitus debetur, fieri debet. *l. 6. §. 2. ff. si serv. vind.* Porro qui aquæductum habet, etiam deprimere vel allevare rivum potest *per d l. 11 in pr.* de quo tamen dissentit Vigil. *in Meth. Jur. L. 8. C. 8. Qu. 5.*

17 Is quoque, qui aquæductum habet, ex suo aquæductu non potest alteri aquam concedere *l. 14. ff. de Servit. Præd. Rust.* uteretur enim ultra quam opus est ad fundum, contra *l. 1. ff. d. t.* qui enim habet servitutem, non potest ea aliter uti, quam ad suam aut fundi sui commoditatem *l. 15. ff. de Servit.* & quia alias servitutis fructus, sive servitus servitutis contra *l 1. ff. de Usufr. leg.* Weitzenegger. *Cap. 5. n. 16.* Quod tamen limitatur (1) nisi aqua semel ingressa sit fundum dominantem, vel (2) Pacto aut stipulationibus intervenientibus sit concessum, *l. 13. §. 1. ff. de Servit. P. R.* ubi habetur, quod aquæhaustum hoc modo alteri concedere possit, qui aquæductum habet.

18 Si quis diurnarum aut nocturnarum horarum aquæductum habeat, non potest alia hora ducere, quam qua jus habeat ducendi, *l. 2. ff. de Aq. quot. & æstiv.*

Dominus vero fundi servientis debet 19 spatium relinquere ei, cui servitus debetur, ut possit ad rivum accedere & ea facere, quæ ad refectionem necessaria sunt. *l. 11. ff. Commun. Præd.* Pariter non debet aquam ali- 20 qua ratione corrumpere, *v. g.* res sordidas ac putredine infectas lavare, nec fullonicas circa fontem instituere, neque pannos lavare, & ita aquam immundam in vicini fundum immittere, *l. 3. pr. ff de Aqua & aq. pluv. arcend.* Weitzenegg. *diss. 4. c. 5. n. 37.* ubi limitat, nisi aqua ad eum usum destinata sit.

Porro Dominus fundi servientis non 21 potest illi aquæ, cujus ductus concessus, aliam aquam admiscere, *arg. l. 1. ff. de Aq. quot. & æstiv.*

Etiam ex uno fonte vel aqua pluribus 22 aquæductus constitui potest, si nimirum aquæductus pluribus est sufficiens, *l. 2. §. 1. & 2. ff. de S. P. R. l. 3. & 4. ff. de Aq. quot. & æstiv.* ubi dicitur: sicut iter, actus, via, pluribus cedi vel simul vel separatim potest, ita aquæ ducendæ jus recte cedetur, ut scilicet iisdem aut diversis diebus aut horis ducant, *d. l. 1. & 2.*

Quod tamen limitatur, dummodo fiat 23 salvo jure ejus, cui primo concessio facta est, & dummodo sine injuria alterius fiat, *arg. l. 17 ff. de S P. R.* Itaque ejus voluntas exquirenda est, cui jus aquæ minuitur, *l. 8. ff. de Aq. & aq. pluv. arcend.* aquam enim, quæ in alieno loco oritur, sine voluntate ejus ad quem usus ejusdem aquæ pertinet, Prætoris edictum non permittit ducere, *l. 4. C. de Servit. & aqu.* cujus ratio est, quod semper intelligatur facta concessio sine præjudicio & damno alterius *per l. 1 ff. Ne quid in loc. publ.* sicut nec privilegia uni concessa alteri in præjudicium primi concedi debeant. *l. 3. C. de Silentiar.*

Limitatur hoc secundo, ut servitute plu- 24 ribus concessa, aqua pro modo possessionum ad irrigandos agros dividi oporteat *l 17. ff. de S. P. R.*

Aquæductus autem ex quocunque loco 25 constitui potest *l. 9. ff. de S. P. R.* dummodo habeat perpetuam causam *l. 28 ff. de S. P. U.* ex quo sequitur, ex stagno, lacu, cisterna & 26 aliis locis similibus concedi non posse, quia servitutes perpetuam causam habere debent *per d. l. 28.* Weitzenegg. *d l. n. 5.* & nulla alia aqua duci potest, quam quæ perennis est, *l. 1. §. 5. ff. de Aqu. cottid.* ubi Gothofr. idem esse 27 dicit in larva & lacuna, quæ aquam vivam non habet: Idem est, si ducitur ex flumine non perenni, vid. Weitzen. *n. 14.* Pariter ex puteo aqua duci non potest, quamvis peren-

perennis sit, quia aquæ puteales ita sunt submersæ, ut defluere extra terram & usui esse non possint *l. 1. §. 6. ff. d. t.* Ex puteo tamen aquæhaustus concedi potest, sicut & ex aliis aquis, quæ duci non possunt. *l. 1. §. 6. ff. de Aqu. cott.*

28 Ex castello tamen, quod aquam publicam suscipit, sive ex receptaculo, in quod aqua ex fonte vel flumine tollitur, servitus constitui potest.

29 Porro ex ea aqua, quæ machinis quibusdam, uti rota, tympano aut simili organo hydraulico attollenda, regulariter non potest aquæductus constitui, si *v. g.* convenerit, ut aqua per tales machinas sublata postea in fundum dominantem ducatur, *l. 2. ff Comm. Præd. l. 9. ff. de S. P. R.* Ratio est, quia ea res non habet causam perpetuam, eo quod tales machinæ constant ex opere manuum, ergo ipso jure non constituitur talis servitus, *per*
30 *l. 28. ff. de S. P. U.* Conventio tamen ejusmodi Prætoris tuitione ex æquo & bono defendenda *d. l. 2.* quia hodie ex quocunque loco servitus constitui potest. Zoes. *ad Tit. ff. de S. P. R.*

31 Aquæductus autem per eum locum constitui non potest, per quem alii servitus debetur, & per quem locum viam alii cessero, per eundem alii aquæductum cedere non potero, *l. 14. ff de S. P. R.* ubi Gothofredus rationem reddit, quia secundo servitutem constituere non possum, per quem impediatur servitus a me primo constituta.

32 Pariter publico loco interveniente vel via publica, aquæductus imponi non potest *l. 14. §. 2. ff. de servit.* & sine permissu Principis aqua per viam publicam duci non potest,
33 *l. 28. §. 1. ff. de Aq. pluv. arcend.* A Principe autem peti solet, ut per viam publicam aquam ducere sine incommodo publico liceat, sicuti a Principe conceditur, ut aquam ex castello vel ex rivo vel ex quovis alio loco publico ducere liceat, *l. 1. §. 41. ff. de Aqu. quot. & æstiv.*

34 Per quam partem autem fundi aquæductus debeat duci, respondit Paulus *in l. 21. ff. de S. P. R.* Si mihi concesseris iter aquæ per fundum tuum, non destinata certa parte, per quam duceretur, totus fundus tuus serviet, adeoque per quamlibet partem ducere licet *l. 9. in fin. ff. de servit.* & quocunque vult rivum facere, licet. *l. fin. ff de Aqu. quot. & æstiv.* Civiliter tamen constitutio aquæductus interpretari debet, & cum minori servientis fundi detrimento *per l. 9. ff. de servit.* ut, si quis per eam partem aquam ducere velit, quæ ædificiis, arboribus vineisque sit occupata, hoc minime liceret. Manzius *ad Tit. ff. de S. R. P. n. 289.*

Est vero in aqua ducenda hic modus servandus, ut scil. aqua secundum legem contractus ducatur, *arg. l. 13. §. 10. ff. de S P. R.* cum pacta dent legem contractui. Si autem in Constitutione aquæductus lex adjecta non est, forma statutorum servari debet *per l. 1. C. de Ædif. priv.* Si neque statuto quid præscriptum sit, forma vetus & consueta ac status antiquus servari debet, *per l. 6. cum l. seq. C. de servit. & aq.* Quod si aqua semel in meum prædium ingressa, nihil prohibere videtur, quo minus eam in quemvis alium locum dirigam *per l. 1. §. 16. ff. de Aq. quot. & æstiv.* vel alteri concedam, si ejus quod inde supereſt usus sine detrimento fundi dominantis alteri concedi possit. Weitzen. *d. l. n. 17.* 35 36

Emtor partis prædii dominantis pro rata partis emtæ jus servitutis consequitur a Domino Prædii servientis per text. *in l. 23. §. 3. ff. de S. P. R.* ratio in lege annectitur, quia quæcunque servitus fundi debetur, omnibus ejus partibus debetur: Et sicut alia indivisibilia & incorporalia, ita quoque jus servitutis totum est in toto & qualibet ejus parte. Gothofr. *ibid.* Debet vero divisio aquæ fieri ad mensuram prædii dominantis, non inspecta partium bonitate vel necessitate, ita ut is, qui deteriorem fundi partem habet, æque pro rata participet aquam, atque is, qui optimam partem prædii dominantis acquisierit, & non attendatur, an hæc vel illa pars usum aquæ maxime desideret, *l. 25. ff. de S. R. P.* ubi Gothofr. Weitzeneg. *C. 5. n. 19.* 37 38

Si usus aquæductus impediatur, variis remediis defendi potest, non tantum actione confessoria, quæ communis est omnibus servitutibus, sed etiam interdictis, qualia sunt interdictum de aqua quotidiana, vel de aqua æstiva, *l. 1. & tot. tit. ff. de aqu. quot. & æstiv.* Interdictum de Aqua ex Castello ducenda *d. l. 1 §. 38. ff. eod.* Interdictum de rivis *tot. tit. ff. de Rivis.* Interdictum de fonte *tot. tit. ff. de fonte.* Rationem generalem horum omnium reddit Weitzen. *d. c. 5. in fin.* Ne utilitas aquæ ducendæ facile periret, aliis rivorum ac fontium refectionem purgationemve impedientibus, aut ad immortales lites eam, cui servitus debetur, provocantibus, visum fuit interdictis eos adjuvare, qui possessionem aquæ ducendæ bona fide nacti essent. 39

Aquæductus autem finitur tum modis communibus, quibus aliæ servitutes amittuntur, tum etiam si fons, ex quo debetur, 40

exaruerit. *l. 14. in fin. ff. de S. R. P.* Si tamen postea rursus ex eo fonte aqua fluere cœperit, & fons ad suas venas redierit, restituetur aquæductus, *l. 35. ff. eod.* ubi Ratio, quia jus illud non culpa aut negligentia amissum est, sed quia aqua duci non poterat. Manzius *ad Tit. ff. de serv. Præd. Rust. de Aquæductu.*

41 Huc etiam spectat illa quæstio, an superfluam aquam liceat sulco aperto educere in fundum inferiorem, fundique sui siccandi causa alio derivare, & utrum vicinus inferior recipere debeat, ad hoc respondet Ulpianus *in l. 1. §. fin. ff. de Aq. & Aqu. pluv. arcend.* agri naturam esse servandam, & semper inferiorem superiori servire. At hoc incommodum naturaliter pati inferiorem a superiore, compensareque debere cum alio commodo; Sicut enim omnis pinguedo terræ ad eum decurrit, ita etiam aquæ incommodum ad eum defluere. Si tamen lex agri non inveniatur, vetustatem vicem legis tenere. Tria enim sunt, per quæ inferior locus superiori servit, lex, i. e. conventio, natura loci & vetustas sive consuetudo, quæ semper pro lege habetur minuendarum scil. litium causa *in l. 2. in pr. ff. eod.* Qui igitur jus aquæ educendæ habet, potest aquam sulco aperto in inferiorem fundum derivare, inferior autem vicinus nihil amplius, quam quod ipsius fundi siccandi causa derivatur, recipere debet, *l. 29. ff. de S. P. R.* ubi Paulus JCtus infert, si impetrans hanc servitutem ex alio fundo aquam acciperet, & eam in inferiorem ducere vellet, hoc jure facere non posse: Ratio, quia impetrans servitutem prædialem ultra non potest, quam quatenus ad eum ipsum fundum opus est. *l. ergo si in f. ff. de S. P. R.* Sicut in simili si ex statuto vel concessione licet per alienum fundum aquam ducere, non tamen ejus fundi aqua illi quæ ducitur, admisceri debet, Weitzeneg. *num. 38. in fin.* per rationem, semper enim ejusmodi concessiones, licet ad bonum publicum pertineant, ita interpretamur, ne cum damno vicini aqua ducatur per *l. 17. ff. de S. P. R.* Qui vero hanc servitutem alteri concessit, non potest aquæ coercendæ gratia aggerem vel fossam facere, nisi ita expresse convenerit, quo in casu si quæratur ad quem refectio pertineat, & quis aggeres munire & fossas purgare in vicino agro debeat, potest responsum peti *ex l. 1. §. fin. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend.* ubi Gothofr. *l. X.* Weitzenegg. *d. l. num. 33. in fin.* ubi dicit servitutum non eam esse naturam, ut aliquis faciat quid, sed ut patiatur vel non faciat. *l. 15. §. 1. ff. de servit.*

Quæri etiam solet, utrum liceat vicino 42
eas venas incidere, ita ut desinat aqua ad me pervenire: ad hoc respondet Pomponius *in l. 21. ff. de Aq. & aqu. pluv. arcend.* hoc omnino licere, si nulla servitus eo nomine debita fuerit, similiter puteum in mea domo aperire possum, licet ea re venæ putei tui præscindantur, *l. 24. §. fin. ff. de damn. infect.* ubi dicitur, quod jure meo id faciam: Ratio, quia licet unicuique in suo ædificare ad suam utilitatem, licet in consequentiam alteri noceatur. Similiter si per cuniculum vel fossam aquam meam avoces, vel mihi abducas, possum te lucro illo privare & prohibere, *l. 26. ff. eod.* quod in tantum extenditur, etiamsi majores tui per mille annos sic usi fuerint. Weitzenegg. *num. 28.* Quia scilicet præscriptioni locus non est, si aqua per venas subterraneas decurrat in meum fundum; Requiritur enim in acquirenda servitute factum ejus, qui sibi servitutem asserit, & patientia alterius, de cujus fundo servitute gravando agitur, *arg. l. 2. C. de serv. & aqu.* ut nimirum aqua ex alieno vel per alienum ducatur, *arg. l. 1. in fin. ff. de S. P. R.* Klock. *Vol. 1 Consf. 33. qu. 1.* Concordat cum his Jus Saxon. & Glossa *Lehn-Recht* cap. 71. *Würde aber ein Spring auf einem Acker, des Ackers Herr hat den Spring, mag ihn fassen auf dem Acker, ob er will, und teichen.* Et subdit: *das sollet ihr wissen, dieweil das Wasser auf meinen Acker fleust, so mag ich wehren zu fischen darinnen einem iederman, da es nicht in wildem Wege fleust, so aber das Wasser von dem meinen kommt, so ist es nimmer mein.* Et talem consuetudinem in locis Principum Saxoniæ vigere testatur Gœden. *Consil. 1.*

Quod ita extenditur, ut mihi aquam sistere, 43
coërcere & ejus fluxum impedire possim, licet aqua sine facto hominis, sed natura loci in fundos inferiores defluat, eademque domini inferiorum fundorum utantur vel ad lavandum, vel ad potandum, vel ad similes usus per *l. sicuti. §. Aristo. ff. si servit. vindic.* Vid. Manz. *de servit. Præd. Rust. n. 231.*

Limitantur tamen prædicta, nisi servitus 44
eo nomine debita fuerit. *d. l. 21. ff. de aqu. & aq. pluv. arcend.* Ergo servitus imponi potest, ut nunquam venas sistas, incidas, neque me prohibeas, si quid facere velim, ut aqua quæ debetur, per venas erumpat. Weitzenegg. *Dissert. 4. Cap. 5. num. 30. in fin.*

Notari hic etiam meretur, si quis in meo fundo citra servitutem foderit aquæductum, propria autoritate illum intercidere possum. Struv. *de Vindict. privat. p. 65.*

CAPUT

CAPUT XXXIV.
DE AQUÆDUCTU PUBLICO.

SUMMARIA.

1. *Aquæductus Publicus quid?*
2. *Aquæ plurimæ ad usum populi Romani perducti.*
3. *Aquæ a quibus in urbem perductæ?*
4. *Diversitas aquarum.*
5. *Sumtus immensi Aquæductibus impensi.*
6. *Curatores aquarum qui?*
7. *Aquæductus ut conserventur, interest Reipublicæ.*
8. *Reparatio Aquæductuum cui incumbat?*
9. *Pecuniæ reficiendis aquæductibus destinatæ olim arcarius constitutus erat.*
10. *Arbores quo spatio ab Aquæductibus debeant distare?*
11. *Prohibitum privatis aquam ex Aquæductibus publicis derivare.*
12. *Curatoris aquarum officium.*
13. *Quomodo corrumpantur Aquæductus?*
14. *Libratores aquarum, item Aquarii qui?*
15. *Præmia reficientibus Aquæductus concessa.*
16. *Item immunitates possessoribus, per quorum fundos aqua ducitur.*
17. *Aquæductus publici usum præbebant privatis.*
18. *Usus aquarum diversus.*
19. *Debebant iis uti civiliter.*
20. *Pœna abutentium aqua publica.*
21. *Amissione Prædii mulctabatur, qui Aquæductum mundare neglexit.*
22. *It. is, qui nimis vicinas arbores plantabat.*
23. *Cursum aquæ impediens arbitrarie punitur.*
24. *Interdicta ad tuendum Aquæductum proposita.*

1 AQuæductus Publicus ille est, qui fit ad usum Publicum sive Reipublicæ, de hoc ita Frontinus *Lib. 2. de Aquæduct. Urb. Rom.* apud antiquos, inquit, omnis aqua in publicos usus erogabatur, legeque cautum ita fuit: NE QUIS PRIVATUS ALIAM AQUAM DUCAT QUAM QUÆ EX
2 LACU HUMUM ACCEDIT. Et sane permultas aquas ad usum populi vel reipublicæ a Regibus, Consulibus, Imperatoribus & aliis Magistratibus in urbem perductas videmus. Hujuscemodi fuere Appia, Anio vetus, Marcia, Tepula, Julia Virgo, Alsictina, Claudia, Anio novus, uti eas recenset, & singulas late describit Frontinus *Lib. 1. pr. de*
3 *Aquæduct.* Primus eas in urbem auspicatus Ancus Martius, unus ex Regibus, qui aquam Aufe jam ante post Martiam suo nomine dictam in urbem perduxit. Marlian. *in Topogr. Roman. Tom. 3. c. 88.* Hujus aquæductum continuavit Tarquinius Priscus, successor Anci, Gryphiand. *de Insul. c. 1.* Postea Q. Martius Rex tandem in Prætura restituit. Frontin. *d. l.* Secutus eos Claudius Appius Censor, qui *A. U. C. 441.* aquam, quam Appiam postea vocarunt, invenit, & in Urbem deduxit. Item M. Agrippa, qui aquæductus Publicos Romæ corrivavit, & opera publice privatimque tantam utilitatem affundentia restauravit. Frontin. *ibid.*
4 Variabant autem horum ductuum aquæ, & longe invicem erant diversæ; nam aqua Claudia pretiositate & magnitudine aliis erat præstantior, de qua scriptor Italus, *l' Acquedotto di Claudio superò di bellezza è di grandezza tutti gl' alteri Acquedotti, più di 40. miglia lontano da Roma fu condotto.* vid. libellus, qui inscribitur *Ritratto di Roma antica pag. 391.* Aqua vero Marcia clarissima aquarum omnium toto orbe ob frigus & salubritatem a Plinio commendatur. Aqua virgo potu suavis aliæque alia peculiari qualitate celebres vid. Marlian. *Topogr. Rom. Tom. 3. c. 88. & c. 113.* Talis quoque Aquæductus publicus fuit Aquæductus Adriani, palatio & thermis & nymphæis publicis deserviens; Item Aquæductus dictus ad Achillis thermas, uti docet Brunnem. *Comment. ad l. 6. C. de Aquæduct.*

Durarunt hi longo tempore; nam Antoninus Pius aquam Marciam refecisse legitur, Marlian. *d. l.* quin & Sabbatina aqua a Sabbatino anguillariæ lacu Romæ producta, cujus formæ vestigia quædam extra portam Aureliam extare creduntur, ab Adriano I. Pontifice restituta, inque Basilicam divi Petri ad usum Sacerdotum, & ad lavandos pauperum pedes in cœna domini perducta, uti testatur idem Marlian. *d. l. c. 128.* Et nostris temporibus Neapoli, Brixiæ aliisque Italiæ plurimis locis aqua ducitur in foro vel alio loco Publico ad communem universitatis utilitatem, quemadmodum id probat Menoch. *remed. 6. de retinend. possess. num. 38.* Sic Romæ quoque invenitur aquæductus Pauli V. quo Aqua ex Agro Braccianensi in Janiculum deducta, uti ex inscriptionibus apparet: PAULUS V. PONT. MAX. AQUAM IN AGRO BRACCIANENSI SALUBERRIMIS E FONTIBUS COLLECTAM,

LECTAM, VETERIBUS AQUÆ ALSICTINÆ DUCTIBUS RESTITUTIS, NOVISQUE ADDITIS XXXV. AB MILLIARIO DUXIT. A. D. M. DC. XII. PONT. SUI SEPTIMO.

PAULUS V. PONT. MAX. AQUAM MUNIFICENTIA SUA IN SUMMUM JANICULUM PERDUCTAM CITRA TYBERIM TOTIUS URBIS USUI DEDUCENDAM CURAVIT ANNO DOMINI M. DC. XIII. PONT. SUI ANNO VIII. Habentur & hodie in plurimis Germaniæ Civitatibus aquæductus, ubi aqua ducitur in civitatem & per Civitatem, ad Castella & fontes publicos salientes. Manz. *de Servit. Tit. 1. Quæst. 26. n. 137.*

5 Labores hisce operibus infinitos, sumtus immensos, operam stupendam, curam exquisitissimam Romani quondam adhibuerunt. Sic enim Plinius: Si quis diligentius æstimaverit aquarum abundantiam, extructos arcus, montes perfossos, convalles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Idem, Aquæductus publicos cursu præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia consuetos, & Romam exinde urbem pensilem subterque navigatam vocat *Lib. 36. §. 15.* Illos aquarum ductus postea Nilos, & Euripos appellarunt. Cic. *Lib. 2. de LL.* Stagna navibus pervia. Gryphiand. *de Insul. c. 1. n. 48.* Ædificati autem erant, ut vir eques commode per eos posset incedere; Sed & ulterius Prætoria illis inædificata, *l. 13. §. 1. ff. de Inj.* h. e. ædificia in modum Regiarum voluptatis causa aquis addita, *l. 198. ff. de V. S. l. 2. de S. P. R. l. 12. de Us. & habit.* ut prope illa non tantum piscatio exerceri posset *d. l. 13.* sed & in ipso cubili natarent pisces, & sub mensa caperentur, qui statim transferrentur in mensam. Sen. *L. 2. Nat. qu. 18.* vid. Gryph. *l. c. n. 51. sqq.* Quanti autem sumtus ad hæc opera impensi, ex Frontino patet, qui Marco Titio ad reficiendum saltem ductum Aquæ Marciæ Sestertium IV. & octingenta decrevisse Senatum tradit *Lib. 1. de Aquæduct.* De ductu Aquæ Claudiæ sæpius allegatus Autor Romæ antiquæ. *In quest' opera* inquit *Claudius spese sette Milioni e mezzo d' ære, oltre che vi fece laborare soldati, & altre genti condemnate secondo il coustume de gl' Imperadori. p. 301.* Hinc non immerito asserit Frontinus, Tot aquarum tam multis necessariis molibus Pyramidas videlicet otiosas comparem aut cætera inertia sed, fama celebrata Græcorum opera *Lib. 1. d. tr.*

6 Præterea Curatores aquarum, certæ familiæ, certi homines ad curanda hæc opera sumtu publico adhibiti divisique in duas familias, quarum prima homines habuit 240. recensente Frontino, altera 360. & sic perpetui homines 600. ad aquarum tuitionem constituti, *Rom. Antiq. p. 391.* Imposita vectigalia, præmia reficientibus concessa, pœnæ corruptoribus irrogatæ, ut patet *ex tot. tit. C. de Aquæduct.*

Reipublicæ autem interest, ut novi aquarum ductus fodiantur, veteres reficiantur & 7
purgentur: Incumbit & hæc cura aquarum 8
possessoribus, per quorum fines formarum meatus transeunt. Et Princeps quidem vel superior tunc tenetur, si vectigalia exigat, aut aliam utilitatem inde consequatur, hoc casu sumtus reparationum desumuntur ex vectigalibus illis, quorum duo genera ad eum finem decernit *l. 7. C. de Aquæduct.* Perez. *ibid. num. 9. & 10.* Menoch. *remed. 6. de retinend. poss. n. 29. & 30.* Cœpoll. *de S. R. P. c. 4. n. 90.* Ferr. *Cons. 57. n. 12.* Vectigalibus vero non sufficientibus, vel plane nullis impositis, reparatio ex communi pecunia fieri debet, ab omnibus facta collatione, nemine excepto, quia communem usum & utilitatem respicit. *l. 7. C. de Oper. publ.* Ipsi dein aquarum possessores reparare compelluntur, quando commodum inde sentiunt; æquum enim est, ut ii, ad quos lucrum spectat, damnum quoque sentiant, *l. 1. §. 4. C. de Caduc. toll. l. 10. ff. de R. J.* & suis impensis aquæductum reficiant, ex quo commodum percipiunt. Aliter se res habet, quando lex aliqua vel consuetudo declarat, quis debeat purgare ductus aquarum & cujus impensis, tum etiam indubie hæc est servanda, *l. 1. §. f. l. 2. ff. de Aq. pluv. l. 1. §. 1. ff. de Jur. Immun.* Cœpoll. *d. l.* Obtinent hæc, quæ de aquarum possessoribus dicta sunt, quando vectigalia non imposita; sed & Vectigalibus quamvis impositis, si illi ob id quod reficiant aquæductus, immunitate aliqua gaudeant, aut præmiis a Principe afficiantur, itdm etiam onus iis incumbit *per l. 1. C. de Aquæduct.* & ibid. Brunnemann. Cæterum notabile est quoad fontes & puteos publicos, quod ad eorum conservationem, si ea in specie non spectet ad Principem, teneantur omnes cujuscunque sint dignitatis ex universa civitate, & quidem ita, quod ad eorum reparationem teneatur etiam vicinus ille, qui nunquam iis utitur, vel renunciare vellet commoditatibus in posterum utendi, cum in his, quæ spectant ad plures, ut universos, quod major pars velit, omnes censeantur voluisse, *l. 19. ff. ad Munic.* Gail. *L. 2. Obs. 56. num. 2.*

9 Ne vero Magiſtratus pecuniam, aquæductibus reficiendis deſtinatam, in aliud opus convertat, niſi de ſuis facultatibus aquæductus titulo reſarcire velit, cavet *l. 8. C. de Aquæduct* ibid. Brunnem. Hic enim Zeno Imper. peculiarem conſtituit arcarium, qui pecuniam hanc cuſtodiendam ſuſcipiat, ſeu illa ex liberalitate Principum, ſeu aliunde ſuppeditetur, ſeu ex vectigalibus colligatur. Perez. *d. l. n. 14.* Brunnem. *ad d. l. 8. C. de Aquæduct.*

10 Ad conſervandos Aquæductus neceſſe eſt ſerio caveant Magiſtratus, ne ii, per quorum prædia aquæductus ducitur, habeant noxias arbores, aut nimis vicinas aquæductui vel formæ, ſed ſeparatas ad pedes usque XV. ne pullulent, & radices arborum formas corrumpant *l. 1. C. de Aquæduct.* ſi enim arbores, quæ ædificiis & muris ruinam inferunt, exſcindi debent *l. 1. C. de Interdict.* & alienis ædibus viciniores, aut radices in fundum proximum porrigentes amputandæ *l. 1. §. 8. de arbor. cæd.* ſi damnum inde ſentiatur, *l. 6. §. 2. de Arb. furt. cæſ.* multo magis in publicis aquæductibus locum habebit. Brunnemann. *ad d. l. 1. C. de Aquæduct.* Aliud obſervabatur circa aquæductus & fontes ſacri Palatii, ubi decempedale ſpatium ex utraque parte vacuum arboribus relinqui debebat, *l. 6. l. 10. C. de aquæduct.*

11 Cura Romanorum circa hæc opera publica & exinde perſpicitur, quando apparitoribus licentiam dederunt circumeundi, & domos & balnea privatorum viſitandi, an ex publicis illis aquæductibus quid derivatum ſit, & hoc ideo, ne quid clam derivari poſſit, *arg. l. 6. C. de aquæd.* Brunnem. *ibid.*

12 Curator vero aquarum ille primo appellatus curator operum publicorum, ſpecialiter aquarum, titulum habens quaſi magiſtratus: hujus erat officium, dirigere opus ejusmodi publicum, quale erat aquæductus, *l. 1. ff. de Oper. publ. l. 10. C. de Aquæd.* h. e. tueri, vindicare ab injuriis & damnis, curam habere refectionis & conſervationis *d. l. 10.* fraudes aquariorum & aliorum inquirere & elidere, Frontin. *l. 2.* negotium itidem ipſi erat cum redemtoribus, *l. 2 ff. de Oper. publ.* quales ſunt, qui opus ſua manu conficiendum conducunt, *l. 19. ff. de R. V.* quos habent obligatos ſibi ipſi obligati Reipublicæ. Zoeſ. *ad Tit. ff. de Oper. publ. n. 1. & 2.* Tales fuere M. Curius Tentatus, Curius & Fulvius Flaccus, M. Titius, M. Agrippa, quibus negotium aquæ perducendæ aut reſtaurandæ a Senatu commiſſum erat, quos recenſet inter alios Julius Frontinus, qui & ipſe Curator aquarum Trajani temporibus extitit. Vid. *in Præfat. & Lib. 1. de Aquæd.*

Quomodo vitia contrahant & corrumpantur aquæductus, & qua ratione itidem ii reficiendi & cuſtodiendi; Multa, inquit Frontinus, ſubinde naſcuntur, quibus ante ſuccurri debet, quam magno auxilio egere incipiant, pleraque prudenti temperamento ſuſtinenda, ideoque non ſufficit ſcientia peritorum, ſed & proprie uſus Curatoris requiritur. Corrumpuntur autem aquæductus aut vetuſtate, aut impotentia poſſeſſorum, aut vi tempeſtatum, aut culpa malefacti operis, ſcilicet recentis; interdum limus concreſcit, qui quandoque in cruſtam dureſcit, iterque aquæ coarctat, interdum tectorium corrumpitur, unde fiunt manationes. Refici igitur debent, & quidem non æſtate, ne aquæ uſus eo tempore, quo præcipue deſideratur, ceſſet, ſed vere vel autumno, & maxima cum feſtinatione *Lib. 2. de Aquæd. urb. Rom.* 13

Præter curatores hoſce Libratores aquarum, altitudinem aquæ metientes, apud Romanos reperiebantur, qui Aquileges, Aquilices, item Aquarii, qui venalem aquam circumferebant, vocabantur. Frontin. *L. 2. de Aquæd.* ad quod alludit Juven. *Sat. 6.* Veniet conductus aquarius, Rob. Keuchen. *ad Front. p. 371. & 373.* 14

Cura inſuper inſignis Aquæductuum Publicorum exinde eluceſcit, quod Imperatores præmia & immunitates reficientibus & aquarum poſſeſſoribus, per quorum fundos aqua ducitur, conceſſerunt. 15 Sic enim Conſtantinus ab ordinariis oneribus immunes eſſe jubet aquarum poſſeſſores, *l. 1. C. de Aquæd.* quorum opera ductus ſordibus impleti purgantur. Brunnemann. *ad d. l. 1.* Sic quoque aquarii vel aquarum cuſtodes, publice aquæductibus conſervandis deputati, privilegiis & immunitatibus donantur, & ab aliis muneribus aut operis liberi pronunciantur a Zenone *in l. 10. C. de Aquæd.* Quod ſi vero collata ex univerſis ſcalis, i. e. trajectu maritimo, vectigalia non ſufficiant ad reparationem, & pecunia publica deficiat, hoc caſu & poſſeſſores pro rata contribuere coguntur *l. 7. in fin. de Oper. publ.* quia communem utilitatem reſpicit. vid. Perez. *ad d. t. n. 9.* 16

17 Cum etiam omnium eorum, quæ publica ſunt, natura ſit inſervire uſibus totius univerſitatis, proprietate apud Principem vel Rempublicam manente *§. 1. J. de R. D & l. 2. §. 1. ff. ne quid in loc. publ.* etiam Aquæductus publici, ab Impp. Romanis in Urbem cura ingenti perducti, uſum privatis præbebant

publicum. Patet hoc tum *ex tit. C. de Aquæd.* tum ex Frontino, præcipue eo in loco, quo ait: Quæ ratio moverit Augustum, providentissimum Principem, promovendi Alsiétinam aquam, quæ vocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratia, imo & parum salubrem & nusquam in usus populi fluentem &c. *Lib. 1. de Aquæd. Urb. Rom.* Et Marlianus: Aqua Virgo *inquit* potu nunc suavis, opere arcuato per Martium Campum deducta, multis fistulis privatis ædibus & accolis commodissime aquam administrat. *Tom. 3.*
18 *Topogr. Rom. c. 113.* Usus vero ille diversus erat: egebat enim populus aquis non ad potum solum, sed & ad Balnea, ad Fullonicas, ad Naumachias, ad Circos aliasque res universitatis. Sic & aquæ variis usibus destinabantur. Marcia potui secundum Frontinum *L. I.* Natationi secundum Plinium inserviebat. Appia Naumachiæ destinabatur. Marlian. *d. tom. I. c. 88.* aliæ aliis modis usum præbebant publicum.

19 Itaque privati hisce aquis publicis uti poterant civiliter, dummodo ex illo usu nihil detrimenti afferebatur, nec usus ille privatorum repugnabat usui publico tanquam primario, non enim poterant aquam publicis usibus destinatam derivare aut imminuere, qua ratione publicus usus turbaretur aut impediretur, sicut adhuc hodie id obtinet in fluminibus publicis, quod ostendit Ludovic. Molin. *de Just. & Jur. Tom. 3. disp. 710.* Si quis vero ad usum privatum ex castello ejusmodi publico aquam deducere cupiebat, autoritas Principis & specialis illius concessio erat necessaria; alias autem & sine illa aqua publice utilitatem præbens in privatam possessionem, seu jus ducendi aquam, ad usus privatos trahi non poterat, *l. 3. l. 5. l. f. C. de Aquæd.* Brunnem. *ibid.* de fundis rei privatæ vel dominicæ specialis erat constitutio. *l. 1. C. de Fund. rei priv.* Perez. *ad d. t.*

20 Quod si quis neglectis hisce constitutionibus aqua publica ad irrigandos agros suos, hortorum delicias, aut alias voluptates usus fuerit, aut aquam non concessam derivaverit, pœna legibus statuta coërcebatur. *l. 2. l. 4. l. 5. C. de Aquæd.* Brunnem. *ad easd. ll.* Tuendi nimirum erant ductus aquarum publicarum, nec non castella atque lacus contra tot fraudes & machinationes aquariorum, & quorumlibet privatorum, qui furtivis aquarum meatibus uterentur. *l. 4. C. de Aquæduct.* Hinc Frontinus *l. 2. de Aquæd.* Adhuc, inquit, illa aquariorum intolerabilis fraus est, translatæ in novum possessorem aquæ foramen novum Castello imponunt, vetus relinquunt, quo venalem extrahant aquam, convulneratis in transitu negociatoribus, præbent peculiaribus fistulis aquam, quo efficitur, ut exiguus modus ad usus publicos perveniret. Privati autem cæteri aquam ex aquæductibus publicis usurpantes, & in suum fundum deducentes, clandestinis insidiis surripere, urbisque commoda mutilare dicebantur, ideoque fundus, ad quem ducebatur hæc aqua subreptitia, fiscalis tituli præscriptione signabatur, & privatis rebus Imperatoris aggregabatur, per *l. 2. l. 4. C. de Aquæd.* Perez. *ibid. num. 4. & 5.* Et si concesso licet jure aquæ a Principe quis non civiliter seu modo præscripto usus fuisset, insinuando videlicet Rescriptum Præsidi vel moderatoribus, aut concessam quantitatem aquæ certam & consuetam non deducendo, aut denique non ex ipsis formis aquam derivando, non solum id, quod prius jure beneficii fuerat consecutus, amittebat, sed & 50. libras auri solvere, vel aliam pro conditione personæ severissimam pœnam subire cogebatur. *l. 2. l. 3. l. 5. C. de Aquæd.* Imperator autem Anastasius denas auri libras statuit pœnæ loco. *l. f. C. d. t.* Circa aquæductus Hadriani & ad Achillis thermas pœna 110. pondo auri, quia hi aquæductus usibus sacri palatii inserviebant. *l. 6. C. eod.* ibi Perez. & Brunnemann.

Amissione porro possessionum mulctaba- 21
tur ille, qui jus aquæductus habens, ductum aquarum sordibus impletum mundare neglexerat, ita ut fiscus prædium ejus occupaverit, cujus negligentia perniciem formæ congesserat, *l. 1. C. de Aquæd.* Perez. *ad h. t. n. 7.* Eandem pœnam incurrebat, qui non 22
observato justo spatio nimis vicinas arbores plantabat, *l. 6. l. 10. C. eod.* ubi confiscatione illius Prædii omnibus, cujuscunque sint dignitatis, hæc plantatio interdicitur. Brunnem. *ad d. l. 10.*

Quamvis vero Impp. legibus suis & con- 23
stitutionibus tam serio prohibuerunt, ne cursus aquarum impediretur, aliove modo læderetur. *tot. tit. C. de Aquæd.* Certa tamen pœna non videtur statuta, sed pro qualibet delicti & personæ conditione severissima semper injuste utentes plectuntur. *l. 3. l. f. C. d. t.* Judicisque id arbitrio relinquitur, ut annotat Joh. a Plat. *in hanc l. 3. in fin.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. Jud. cas. 462.* qui Mediolanenses circa aquæductus Constitutiones proponit, pœnamque ab illis statutam 10. aureos esse asserit infligendam iis, qui contra præscriptam normam aquam extraxerint.

Tutela tandem ductuum publicorum fie- 24
bat interdictis prohibitoriis, defendentibus ac vindicantibus illos ab injuriis damnisque priva-

privatorum quorumlibet; Talia desumenda ex Frontino, qui ex antiquis mandatorum scriniis varias hujusmodi constitutiones tum temporis obtinentes depromit, & inter alia etiam hoc; NE QUIS AQUAM OLETATO DOLO MALO UBI PUBLICE SALIT, SI QUIS OLETARIT SESTERTIORUM X. MILLIUM MULCTA ESTO. vid. *l. 2. l. 6. l. 10. C. de Aquæduct.* ubi tales prohibitiones continentur; qui plura desiderat, adire potest sæpius citatum Frontin. & *in not. ad eund.* Rob. Keuchen. Menoch. *rem. 6. de retin. possess. num. 52. seqq.* Georg. Sigismund. Richter. *Dissertat. de Aquæduct. Sect. 1.*

CAPUT XXXV.
DE JURE GRUTIÆ.

SUMMARIA.

1. *Per aquæductus Jus Grutiæ quandoque exercetur.*
2. *Jus Grutiæ ad Regalia refertur.*
3. *Quotupliciter exerceatur?*
4. *Usus ejus est antiquissimus.*
5. *Utilitas transvectionis lignorum.*
6. *Ratio, cur ad Regalia referatur?*
7. *Si Princeps Jus Ratium non interdixerit, tacite privatis concessisse videtur.*
8. *Hoc jus a Principe solet inferioribus concedi.*
9. *Verba Investituræ* mit Wasser-Flüssen &c. *quid importent?*
10. *Hoc jus privatis concessum non amplius est Regale, sed privilegium.*
11. *Varii hujus juris concedendi tituli.*
12. *Per præscriptionem etiam acquiri potest.*
13. *An Princeps in eo flumine, quod cum omnibus utilitatibus in feudum alicui concessit, pro lubitu eo jure uti possit?*
14. *Reversales hic quales requirantur?*
15. *Vicinis damnum datum ex hoc jure resarciendum est.*
16. *Si a Principe vicino Principi hoc jus concessum est, debet Vectigal Vasallis solvere.*
17. *Si alicui concedatur* eine Scheit-Flöße, *non potest constituere* eine Zimmer-Flöße.
18. *Potest Princeps alicui Monopolium ligni concedere.*
19. *Ut & Civitati* eine Niederlage von Holtze.
20. *Damna, quæ ex usu Ratium obvenire solent.*
21. *Quo anni tempore hæc navigationis species institui soleat?*
22. *Subditi præmonendi, ut ripas & Molendina præmuniant.*
23. *Damna, finita transvectione ligni, a Principe subditis restituenda.*
24. *An subditi operas ejusmodi*, Floſs-Dienste, *suo victu præstare teneantur?*
25. *Operæ istæ subditis non sunt eo tempore, quo agros colere & fructus colligere debent, imponendæ.*
26. *Princeps potest circa hoc negotium certas leges & ordinationes ferre*, Floſs-Mandate, Floſs-Verordnungen.
27. *Furta hæc lignorum quomodo puniantur?*
28. *Inquisitio domestica quomodo debeat institui?*
29. *Mulcta ad quem pertineat?*
30. *Si fluminis impetu ligna ad alia loca deferantur, an eorum restitutio peti possit?*
31. *Expositio lignorum quomodo sit impetranda?*
32. *An Princeps Aquæductus & cataractas,* Schleusen, *per subditorum agros ipsis invitis facere possit?*
33. *Remedia actionum quæ ratione hujus juris competunt.*
34. *Mandatum hoc negotium concernens*, Floſs-Mandat.

1 Est & celebre aquæductuum genus, qui magnis impensis ad transvehenda ligna in varios usus fodinarum metallicarum, salinarum &c. formantur, quos hoc loco sicco pede transire haud possumus: Grutias barbaro vocabulo appellant, it. Jus Gruis. Stypman. *de Jur. Marit. P. 1. c. 10. num. 91.* Non tantum vero per aquæductus opere humano factos, sed etiam per rivos & flumina transvehuntur
2 ligna. Communiter ad Regalia referunt, dicitur alias jus traducendi vel vehendi ligna vel rates. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. Juris Georgici Lib. III. c. 6. Aphor. 22.* Germanis dicitur *das Floß-Recht, Floß-Gerechtigkeit, Holtz-Flöße;* Et fit vel lignis solutis, vel invicem colligatis, quod genus olim rates dicebantur; hu- 3
jus rei vestigium videtur esse *in l. 1. §. 14. ff. de flum.* ubi mentio fit ratium. Est autem ratis navigium temere factum & inconditum, ut sunt trabes connexæ & sine fabrica compactæ, quæ navigii vicem præbent & dicitur hodie *ein Floß oder Flöße*, hinc Festo rates vocantur ligna inter se colligata, quæ per aquam aguntur. Modus hic transve- 4
hendi ligna est antiquissimus, imo prior vide-

videtur fuisse usus ratium, ubi ligna temere colligantur, quam ipsarum navium. Peckius *ad l. 4. ff. de incend. ruin. naufrag.* Antiquitatis exemplum in sacris literis *Lib. I. Reg. c. 5.* extat, ubi Rex Salomon cum Rege Tyri Hiramo ejusmodi negotium iniit, ita enim versio Germanica: *Meine Knechte sollen Cedern - und Tennen-Holtz vom Libanon hinab bringen ans Meer, und will sie in Flössen legen lassen auf dem Meer bis an den Ort, den du mir wirst lassen ansagen.* Idem reperitur *2. Chron. 2. v. 16.*

5 Insignem insuper utilitatem Reipublicæ adfert ejusmodi transvectio lignorum propter vectigalia, & non tantum emtoribus ad ædificationem & varios usus hominum, sed etiam venditoribus conducit, cum alias maxima lignorum copia putresceret, quod fit in iis locis, *da der Wald nicht verflösset werden kan*, ubi in ejusmodi quibusdam sylvis ligna aliquot millibus florenorum æstimanda, putredini obnoxia fiunt.

6 Cum etiam flumina in Principis dominio, patrimonio, libera potestate & omnimoda proprietate sint, atque ad Regalia referantur. *II. Feud. 56.* Etiam jus navigandi,&,quod illius quædam species est, jus traducendi ligna super flumine (vulgo *das Floß-Recht*) ad Regalia spectabit; Idem jus Princeps sibi vindicabit in aquæductu seu fossa manufacta, *im Holtz-Flöß-Graben*, per quam flumen labitur. Stypman. *de Jur. Marit.* Accedit, quod Principes communiter ab Imperatore investiantur *mit Flüssen, Wassern, Wasser-Läuffien*, & hoc Jus ita Principibus Imperii competit, ut alios in suo territorio ligna absque eorum concessione transvehere cupientes prohibere possint, Consil. Argent. *Vol. 2. Consil. 8.* Besold. *P. 5. Consil. 239.* Cothman. *Vol. 4. Conf. 1.* Dn. a Seckendorff. *im Fürsten-Staat. Tit. von dem Forst-Bann-und Wald-Nutzung n. 4.* verb. *Die Flösse ist ein solch Recht, welches niemand als der Landes-Herr und dem er es vergünstigen will, exerciren kan.* Joh. Christ. Liepold *vom Forst-Recht.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. c. 6. Aph. 22.* Et hoc jus Princeps tam libere exercere potest in flumine, ut nec illi, qui proprietatem fluminis & jus piscandi in eo habent, hoc impedire possint, modo iis damnum inde datum ex bono & æquo restituatur. Dn. Fritsch. *de Jur. Grut. c. 3. n. 5.*
7 Quod si tamen nemini damnum inferatur nec navigationes impediantur, & Princeps non interdixerit deductionem ejusmodi ratium, tacite privatis concessisse videtur, prout de accolis Albis & Oderæ testatur Dn. Stryck. *in Usu modern. Pandect. l. 2. Tit. 8. §. 13.*

Non tantum autem Principes ipsi hoc 8
jus per certos ad id constitutos homines exercere solent, sed etiam inferioribus, Vasallis puta, subditis, vel etiam extraneis id concedere solent; Videmus enim quotidie Nobiles tam ab Imperatore quam aliis Principibus ita de Fluminibus investiri *mit* 9
Wassern, Flüssen, Wasser-Läuffien, Bächen, allen Nutzungen, &c. qualem investituram in terminis refert Liepold *vom Floß-Recht, §. 6.* Et hæc verba omnem fluminum usum eorumque incrementa Vasallo adjicere tradit Scheplitz. *ad Consuet. March. l. 4. C. 22. §. 2.* ut nimirum, quomodo in patrimonio sunt Principis, ad cessionarium seu investitum Vasallum pertineant. Qui enim ex concessione Principis flumina publica tenet, perinde ea possidere videtur, prout erant apud Principem. Heig. *P. 2. illust. quæst. 40. n. 18.* Stypman. *de Jur. Mar. P. I. c. 8.* Illud tamen hic observandum, regale 10
hoc Vasallo vel alii a Principe concessum non quatenus Regale, sed ut privilegium vel commoditatem saltem competere. Sunt 11
autem varii concessionis hujus juris tituli; aut enim 1) Flumen, vel speciale hoc jus, *die Holtz-Flösse*, mediante investitura Feudali alicui conceditur, aut 2) certo pretio alteri venditur, quale concessionis genus habet Besoldus *dict. Consil.* Aut 3) certa mercede locatur. Cothman. *Vol. 4. Conf. 1. num. 50.* Aut 4) precario jure familiaritatis conceditur, quale exemplum refert Carpzov. *P. 3. decis. 288.* Aut 5) ita, ut reciproce in eodem vel alio flumine per vicini territorium concedatur *das Flössen hin und wieder zu gebrauchen.* Et hæc ultima concessionis species hodie frequentissima videtur inter Principes cumprimis vicinos, quorum territoria flumina transeunt, cum non aliter iis hoc jure commode uti liceat. Sic inter Sereniss. Electorem & Duces Saxoniæ ab antiquo mutua pacta de hoc jure in flumine Salæ exercendo inita sunt. Dn. Fritsch. *dict. Tract. cap. 3. num. 9.* Per præ- 12
scriptionem etiam, & quidem immemorialem, hoc jus a privato adquiri posse statuunt. Richter. *Decis. 21. num. 51.* Quando vero contra inferiorem, cui v. g. jus fluminis vi privilegii competit, præscriptio tendit, cum in eo naturam & proprietatem Regalia videantur amisisse, minus temporis spatium 30. vel 40. annorum sufficere videtur. Klock. *Vol. 1. consil. 28. num. 253. 254.*

Quæstio hic oritur, an Princeps in eo 13
flumine, quod cum omnibus utilitatibus Vasallo suo in feudum concessit, pro lubitu hoc

hoc jure uti possit? Affirmare videtur Stypman. *de Jur. Marit. P. 1. c. 9. num. 73.* ubi quidem in terminis donati vel venditi juris navigationis in flumine loquitur, propterea quod in dubio concessio communicative, non abdicative, fieri putetur, & quod Princeps, etiamsi titulo speciali concesserit, sibi juris Regalis usum ademisse non videatur. Dicendum tamen videtur, tenorem investiturae probe inspiciendum esse, ex quo constare poterit, quantum juris Dominus sibi reservarit, & quantum alteri concedere voluerit: ut ita regulariter negativa verior videatur, si Vasallus non simul subditus sit; gravissima namque incommoda & onera, quae speciem aliquam servitutis in flumine habent, huic juri annexa sunt, quae in se quem recepisse non videtur. Sane si titulo oneroso venditionis vel locationis Princeps hoc Regale transtulerit, difficilius statuendum videtur, illi sine reservatione expressa hoc jure uti licere, maxime commercii gratia, quamvis ad necessarium & domesticum usum id forte illi negari nequeat. Simplex vero privilegium vel donatio ita attemperanda videtur, ne qui res suas in alios transtulerunt, ab iis patiantur quandam injuriam vel jacturam. Privilegium enim & liberalitas nemini, multo minus Principi, in re communem Reipublicae utilitatem concernente, damnosa esse debet, donatario regulariter ad gratiam referendam obligato *l. 21. §. 11. de hæred. petit.* conf. Stypman. *d. c. in fin.* nisi forte accesserit praescriptio in prohibitione consistens, & Principum jus imminuens, licet dissent. Stypmann. *d. l.* confer. Coler. *Conf. 1. num. 298.* Balbus *de præscr. P. 5. quæst. 6. num. 2.*

14 Ne etiam superior inferiori in flumine suo jus traducendi rates & ligna devehendi permittens, in libertate sua vel jure territoriali praejudicium patiatur, literae reversales peti solent, quarum tenor praecipue hic est: 1) *Daß die* Concession *aus gutem Willen geschehen* 2) *der Floß-Schaden ersetzet* 3) *die Flösse dem* Pacto *gemäß exerciret, und* 4) *an der* Jurisdiction *und Gerechtigkeit des Orts nicht præjudiciret werden solle.* Dn. Fritsch. *d. l.*

15 Si Princeps jus devehendi ligna alteri concesserit, & exinde fluminibus vicinis tam eorum piscationi, quam ipsis ripis incommoda obveniant, is cui hoc jus concessum est, ipsis accolis damnum resarcire debet; iniqua enim conditio alteri per alterum non debet inferri, nec cum alterius damno quis locupletari.

16 Quando vicinus Princeps Principi in sui territorii flumine usum hujus juris ex pacto pro certa concessione concesserit, tunc nihilominus *der Floß-Herr* Vasallo vel Civitati forte in flumine Jus Vectigalium possidenti satisfacere debet. *Churfürstl. Sächsisch. Erledigung der Landes-Gebrechen de Anno 1657. §. 24.* ibid. *Ob zwar der Rath zu Weissenfels über Unsern Floß-Schreiber zu Halle, daß er ohne seinen Paß kein Holtz herab flössen lassen wolte, wordurch der Raths-Zoll gesperret würde, sich beklaget, so ist er doch in seinem unterthänigsten Gegen-Bericht dessen nicht geständig. So viel nun die Flösse des Bau-Holtzes anbelanget, soll ihnen daran kein Eintrag geschehen, iedoch darbey vortheilhaffter Unterschlag, und sonderlich daß sie kein Bau-Holtz in Scheite schlagen lassen, bey Vermeidung ernstlichen Einsehens vermieden werden.* Dn. Fritsch. *d. c. 3.*

Si alicui concedatur *eine Scheit-Flösse,* 17 non poterit constituere *eine Zimmer-Flösse,* & vice versa: Hoc enim jus quandam servitutis speciem continet; explorati autem juris est, concessum modum servitutis vel juris mutare non licere, maxime quando concedentis conditio gravior redditur. Gravius autem fluminis onus hanc, quam illam speciem esse, in propatulo est. Praeterea concessiones omnes stricti juris sunt.

Poterit etiam Princeps huic vel illi sub- 18 dito hoc jus in flumine suo concedere ad Monopolium ligni exercendum, *daß er mit der Holtz-Flösse ein* Monopolium *oder Handthierung treiben, und das Holtz auf Gewinst verkauffen dürffe.* Praesertim si privilegiatus in rem istam solus magnos sumtus impendere cogatur, ac utilitas publica ac subditorum inde non laedatur, quod fit, si justo pretio ligna vendantur. conf. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. L. 2. C. 12. n. 6.* Marquard. *de Jur. Commerc. L. 2. C. de Monop. licit.* Dn. Fritsch. *de Monop. c. 10. n. 26.*

Sic interdum ex privilegio Civitas jus 19 habet, *daß allerley Holtz-Waaren, so vorbey geflösset werden, abgeladen und verkauffet werden müssen;* Quale privilegium Civitati *Grimme* concessum, ut patet ex *Churfürstlich Sächsischer Erledigung etzlicher Gebrechen,* sub dato *Torgau Anno 1609.*

Quamvis autem hae Rates, *die Flössen,* ma- 20 ximas utilitates & commoda afferre soleant, praecipue iis in locis & sylvis, ubi ligna propter difficultatem itinerum non possunt vendi, usus tamen & exercitium hujus juris multa & magna saepe damna & incommoda creare solet; 1) enim damnum infertur Molendinis, *denen Mühlen und Mühl-Wehren,* 2) Ripis, *den Ufern,* 3) Piscationibus, *der Fischerey,* 4) Vicinis pratis & agris, *nahgelegenen*

legenen VViesen und Feldern, 5) Naturalis quandoque alveus mutatur *durch Aufstämmung des Holtzes*, 6) Aquæductus per flumina corrumpuntur, 7) damnum sæpe datur *durch Niederhauung, Fällen, Ausreissen und Hinwegführung derer nahstehenden Bäume, Stöcke und VVurtzeln*, & quæ alia improviso casu inde nasci possunt, quæ eo graviora redduntur, quando singulis annis semel atque iterum magna ligni copia per flumen transvehitur.

21 Quemadmodum etiam non omni tempore commode ac sine præsentissimo periculo navigatur, unde tempus illud a superiori definiri solet, Stypmann. *d. Tract. P. 3. c. 7.* Sic non quovis, sed certo anni tempore hæc navigationis species institui solet. Ordinarie vero tempore vernali, interdum & autumnali exercetur, *wenn Flöß-VVasser ist und die VVasser nicht zu schwach sind;* rarius vero in media æstate, nisi forte in necessitatis casu. Cum enim eo tempore flumina admodum sint rara & sicca, non potest non transvectio cumprimis trabium impediri, vel cum multis laboribus & incommoditatibus fieri. Dn. Fritsch. *d. tr. C. 5.*

22 Præmonentur insuper subditi per mandata publica, *Floß-Patente*, cumprimis molitores, ut præmuniant molendina sua contra lignorum transvehendorum impetum *mit Einschlagung eines Floß-Rechens vor die Mühl-Lache.* Ripæ enim, ubi alveus est angustior ab impedimentis v. g. *dem am Ufern erwachsenen Gebüsche*, ut eo liberior fiat fluminis cursus, & facilior lignorum transitus, purgandæ sunt. Ubi quæritur: an subditi propriis sumtibus has operas præstare debeant? non videtur, cum purgatio fluminis & impedimentorum istorum remotio non tam propter prædia ipsorum adjacentia tuenda, quam promovendæ ligni transvectionis gratia fiat, unde non iniquum videtur, ut Dominus, *der Floß-Herr*, hoc onus sumtuum ipse ferat, Dn. Fritsch. *dict. loc.*

23 Damna autem, quæ in hoc opere nunquam cessant, merito finito traductionis actu a Principe sunt resarcienda. Dn. a Seckendorf. *cit. loc.* ibi: *Hingegen ist auch billig, daß der Floß-Herr denen, so durch das Holtz an Ufern, Mühl- und VVasser-Bau oder Fischereyen Schaden geschehen, solche billiger Dinge nach ersetze.* Add. *Churfürstl. Sächsische Erledigung de Anno 1653. Tit. Cammer- und Renterey Sachen*, verb. *weil etzliche von Adel in Amte Arnshauch* in specie *sich beschwehret, daß ihnen durch die Ziegenrücker-Flösse in der Sahla bis gen Sahlfeldt die Fischerey verderbet seyn solte, wollen VVir darauf, und wenn der angegebene Schade gnugsam bescheiniget, in tragender Vormundschafft bey Unseren jungen Vettern und Pflege-Söhnen, auf ihr anderweit unterthänigstes Ansuchen gebührliche Anordnung thun lassen.*

Quando subditi ad ejusmodi operas *Floß-Dienste*, uti in Saxonia obtinet, obstricti sunt, regulariter eas suo victu præstare tenentur. Quibusdam tamen in locis ex consuetudine victus eis præbetur. 24

Huc etiam notandum venit, ne subditis extra necessitatis casum illo tempore, quo v. g. agros colere vel fruges colligere debent, operæ illæ imponantur; semper enim operæ subditorum ita exigendæ, ut tempus relinquatur se suosque alendi. Klock. *Vol. 1. Consil. 21 n. 126.* Joh. Fr. Balthasar. *de Oper. subd. c. 6.* Huc pertinet quod cautum est *in der Churfürstl. Sächsisch. Erledigung der Landes-Gebrechen de Anno 1653. Tit. Cammer- und Rent-Sachen §. Nach diesen*, ubi hæc verba leguntur: *Haben die von der Ritterschafft des Voigtlandes und Assecurirten Aemter sich beschwehret, daß sie ihre Unterthanen, derer viele Muth, Laaß- oder Groschen Güther hätten, ohne Unterscheid es sey zu der Schnitt- Heu- oder Saam-Zeit in die Flöß-Gehen zum Scheit-Hauen schicken, und dadurch an Bestellung ihrer Ritter-Güther Schaden leiden, und das Getreidig, Heu und anderes verderben lassen müssen VVann dann Unsere Meynung nicht ist, die Unterthanen mit unerträglichen Diensten, und zwar zu solcher Zeit, da sie mit dem ihrigen selbsten zu schaffen, zu beschwehren, und aber gleichwohl die Flösse befördert seyn will; Als sollen Unsere Floß-Beamte Krafft dieses schuldig seyn, sich vor allen Dingen mit Fleiß zu bemühen, damit sie Tage-Löhner und solche Leute, so sich ohne das von Holtz-Schlagen und dergleichen Hand-Arbeit nehren, aus den angelegenen Orten und Gräntzen gegen richtiger Auszahlung des gebührlichen Lohns erlangen, und so viel immer möglich andere Unterthanen verschonen möchten. Solte man aber derselben, inmassen zu erachten, nicht entrathen können, so wollen VVir doch, daß nicht allein das Holtz-Schlagen iedesmal zeitlich im Frühling, ehe die Leute in der Säen- und Heu-Zeit oder im Schnitt zu thun bekommen, angestellet, sondern auch der Anno 1583. d. 27. Jul. mit denen von Adel im Voigt-Lande des Holtz-Hauens und Floß-Dienste halben aufgerichtete Vertrag in gute Acht genommen und nach Inhalt desselben ein ieder Voigtländischer Unterthaner, er sey in Aemtern oder denen von Adel seßhafftig, mehr nicht* 25

denn

denn jährl. 5 Klafftern Scheite gegen Empfahung 2. Gr. 9. Pf. auch in Zeit des Einwerffens und Flössens zu helffen angehalten, diejenigen aber so ihren Lehn-Herren mit vollen Diensten verpflichtet, oder Muth Frohn-Laaß- oder Groschen-Güter haben, damit nicht belegt werden.

26 Dubium insuper non est, Principem posse circa hoc negotium, quod Regalibus annumeratur, uti supra dictum, certas leges seu ordinationes ferre *Floß-Ordnungen, Floß-Mandat*, quibusnam in locis & qua longitudine & mensura ligna cædi debeant (vid. *cap. de sylvis*) item furta lignorum quomodo punienda, item huc pertinet constitutio Officialium ac Ministrorum, *Ober-Auffseher der Flössen, Floß-Meister, Floß-Schreiber, Floß-Knechte, Flösser, Floß-Hüter.*

27 Furta autem hæc severius, quam aliæ lignorum subreptiones, puniri solent, cum ea sint frequentiora, commodissima furandi occasione sese offerente, dum ligna in flumine per aliquot milliaria dispersim noctu atque interdiu transeant; nonnunquam singulorum lignorum ablatio uno, imo etiam pluribus florenis mulctatur, vid. *Floß Mandat* in fine annexum, ubi dubitatur, an hæc pœna sit justa, cum nulla sit proportio inter pœnam & rem ablatam. Verum cum pœnæ infligendæ sint prout efflagitat commune subditorum bonum ob frequentiam delicti, ad quod sese semper furandi offerat occasio, pœna hæc merito exasperanda erat; pœnæ enim proportio ex objecti ratione naturaliter & adæquate sumi debet, cum in delictis forma delinquendi, & animus contumax potissimum spectandus sit. Tabor *ad Nemes. Carol. Art. 160. th. 28.* Imo hanc pœnam ad mortem usque extendi posse dubium non est, dummodo de rei ablatæ vera quantitate plene constet. Dn. Fritsch. *d. tr. c. 5. sect. 3.*

28 Ad pœnam hanc contra lignorum fures exequendam necesse est, ut inquisitio domestica præcedat, *Haußsuchung geschehe*, quam per Officiales & Ministros suos Princeps in suo territorio exequitur, in alieno vero prævia imploratione Magistratus loci,
29 cum sit actus Jurisdictionalis. Mulcta vero, quæ exigitur, regulariter ei in cujus territorio furtum commissum est, debetur, quandoque tamen *der Floß-Herr*, quippe qui damnum passus est, sibi vindicat. Interdum dimidia vel tertia pars mulctæ Officialibus datur, ut ad diligentiam in inquirendo & puniendo majorem excitentur. vid. Form. Mandat. *in fin.*

30 Quæritur autem, si fluminis excrescentis impetu disruptis vel fractis repagulis, trabes vel ligna ad alia loca deferantur, an eorum restitutio peti possit? Quod affirmatur: Quæ enim importantur vi fluminis avulsa in alienum agrum, eorum dominium ac proprietas non amittitur. *l. 9. §. 1 ff. de damn. infect.* ibique Gothofr. Opera autem & labor in lignis extrahendis & servandis adhibitus compensari debet, damnumque agris illatum ex æquo & bono restitui. Restitutio tamen cessat: 1. Si per annum & diem ligna in agro alieno jacuerint, ac nemo ea repetierit, quia hoc tempore Jure Sax. res mobilis præscribitur. 2. Si pro derelicto habita fuerint, quod præsumitur, si longissime a loco, ubi eorum expositio fieri debuit, excepta fuere. 3. Si consuetudine aliud sit introductum, quæ tamen dura ac inhumana videtur, cumprimis si magna fuerit lignorum quantitas; modicum enim in considerationem non venit. Quibusdam etiam in locis usu obtinet, ut pro labore & periculo extractionis ligni dimidia vel tertia pars in compensationem beneficii cum labore præstiti cedatur. Dn. Fritsch. *d. l.*

Imo nec ubivis locorum ex flumine ligna 31
extrahere & exponere licet, nemo enim agri vel prati sui usum alteri gratis concedit, nec permissum alienum solum sine consensu domini servitutis acquirendæ gratia occupare, sibique dominus per pignorationem consulere potest; Nec obstat, quod fluminis & riparum usus sit publicus, hoc namque intelligitur de usu recepto & vicinis ferendo: proprietas enim riparum illorum est quorum prædiis adhærent *§ riparum. in fin. de Rer. Div.* Cum vero consuetudo jus pariat contra consuetudinem antiquam, vicinos non oportet novis servitutibus offendere, præsertim cum secundum ripas fluminum loca non omnia sunt publica. Mindan. *de Mandat. lib. 2. c. 30. num. 9. 11.* Quando vero facultas illa exponendi ligna in fundo alieno est impetrata, certum est, eam iterum amitti posse, puta si quis per 30. vel plures annos jure suo usus non fuerit, per ea quæ tradit Carpz. *P. 3. Dec. 288.* ubi præjudicium hac de re adjicit.

Ad commodiorem etiam transvectio- 32
nem lignorum sæpius necessitas postulat, ut per subditorum agros aquæductus, item Cataractæ, *Schleusen* fiant; ubi quæritur, num Princeps ejusmodi fossas & aquarum receptacula per subditorum prædia ipsis invitis facere possit? Quod affirmatur, cum ejusmodi opera ad Jus Fluminum, & sic ad Regalia pertineant, promovetur enim per ea fluminis usus & commoditas. Dn. Stryck. Jun. *in dissert. de Jur. Cataractar. cap. 2. §. 22.* Jus enim hoc in privatorum bonis competere Principi, si necessitas & utilitas Reipublicæ id suadeat, asserit Grot. *de J. B. & P. L. 2. c. 14. §. 7.* Utilitas tamen non talis intelligenda,

quæ

quæ ad pleraque Civilia instituta pertinet, sed ea requiritur, quæ commodum Reipubl. palam ac insigniter promovet. Bœckler. *ad Grot. L.1 cap.1. §.6. in notis.* Nec obstat, Vasallum a Principe cum flumine omnibusque ejus commoditatibus esse investitum, *mit Wassern, Flüssen, und allen Nutzungen*, intelliguntur enim commoditates illæ, quæ ordinarie percipi solent, res enim maximi præjudicii specialiori expressione opus habent, Dn. Stryck. *d. l. c. 3. §. 9.*

33 Remedia actionum, quæ ratione hujus Juris competunt, sunt eadem, quæ propter usum navigationis in flumine competere solent. Pro utendo autem flumine publico ad usum hujus juris Mandatum in Camera Imperiali super quatuor casibus, *auf die 4. Fälle*, Ordin. Cam. *P.2. t.23.* contra impedientes impetrari potest, quod præjudicio firmat Petr. Frid. Mindan. *L. 2. de Mandat. Jud. c.36. n.10.* Cum enim An. 1582. in causa *des Holtz-Flössens* Civitas Ulm. contra Fuggeros Mandatum in Camera peteret, illud die 5. Julii decretum fuit super narratis: Flumen Zeler non modo publicum esse, ut cuivis super eo navigare, agere, lignaque &c. vehere ab omni memoria licuerit, sed etiam Ulmenses aliquot ante annos judiciali sententia obtinuisse, semperque habuisse facultatem in eodem flumine non tantum navigandi, vehendique &c. sed etiam per agros atque fundum pagi M. exonerandi, exponendi, ducendi ligna, trabes, plantas, tigilla &c. Hoc igitur modo ac ratione facultas utendi, si quidem impugnatur, probanda est.

Si quid in præjudicium fluminis ab alio fiat, non modo utiliter ex tit. de Flumin. sed etiam directe ex tit. ut in flum. publ. navigare liceat, adcommodato interdicto præcaveri poterit. P. Frider. Mind. *de. Interd. tit.6. n. 15.* Defenditur etiam libertas fluminis contra eos, qui hoc jus *das Flössen* sine consensu nostro in eo exercere volunt præclusione transitus, vel detentione ligni transvehendi, donec nobis satisfactum fuerit. Dn. Fritsch. *d. tr. c. 6. num. 2. seqq.*

Floß - Mandat.

34 *WIr &c. Fügen hiermit allen Unsern Unterthanen &c. und sonsten männiglich zu wissen: Demnach Wir die Anstalt gemacht, eine Anzahl Scheit-Holtz auf dem Fluß N. flössen zu lassen. Wann aber hiebevor bey dergleichen Flössen die an dem Flöß-Wasser gesessene Leute sich des Holtz-wegtragens bey Tag und Nacht angemasset, und da sie deswegen von den Floß-Bedienten zur Rede gesetzet worden, mit aller Thätlichkeit sich vergreiffen, und wol gar Hand anzulegen sich unterstehen dürffen; und dann solchen ungeziemlichen Dingen nicht nachgesehen werden kan, Wir auch der nahen Anverwandniß und Billigkeit wegen es nicht gestatten lassen können. Als ist hiermit an dieselbigen Unser gnädigstes und ernstes Begehren, sie wollen berührte Flösse nicht allein ihres Orts keinesweges verhindern, oder aufhalten, vielmehr den Flöß-Beamten, Befehlichshabern, und zur Flösse bestellten Arbeitern, allen Vorschub, Hülffe und Förderung erzeigen, sondern auch denen Holtz-Dieben und ungetreuen Leuten, so das Holtz ausziehen, verstecken, heimtragen, und entweder vor sich gebrauchen, oder verpartieren, ernstlich abwehren, und da einer oder mehr, Mannes oder Weibes-Personen, darüber betreten würden, den oder dieselben von iedem Scheit oder Klüppel, so sie entwenden, einen Gülden Straffe, oder da sie es zu geben nicht vermögen, das erste mal achte, das andere mal vierzehen Tage, mit Arbeit straffen, das dritte mal aber, andern zum Abscheu und Exempel, oder der Gelegenheit und Umstände nach, mit höherer, auch Leibes, oder mit der in Rechten auf die Diebe gesetzten Straffe unnachlässig belegen lassen. Wie denn iedes Orts Gerichtshaltere und Schultheissen hiermit befehlicht seyn sollen, auf der Floß-Bedienten Angeben, die Haussuchung, ohne eintzige Verzögerung oder suchende Ausflüchte, zu verstatten, schleunig zu befördern, und wenn die Holtz-Diebe auf der That betreten, zur Stelle bracht, oder gepfändet und angezeigt werden, wider dieselbe, bey Vermeidung Unserer Ungnade und Straffe, obberührter massen, unsäumlichen verfahren. Dagegen sollen die halben Straffen iedes Orts Gerichts-Herrn, und die andere Helffte denen Floß-Meistern zukommen, die Gerichts-Personen aber sollen, neben obbesagter Straffe, sich ihrer Gebühr halber ebenmässig an den Holtz-Dieben zu erholen Macht haben. Da auch auf diß Unser Patent, welches so lange, als die Flösse währet, gemeynet, der begehrte Ernst und Straffe von einem oder andern nicht erfolgen wolte, und Uns die säumigen und widersetzigen Gerichts-Herren und andere namhafft gemacht, wollen Wir Uns gegen den, oder dieselbe dermassen bezeigen, daß sie daraus Unser ungnädigstes Mißfallen zu verspühren. An deme verbringen sie Unsern zuverlässigen Willen und Meynung. Zu Urkund haben Wir Unser Fürstl. Secret wissentlich vordrucken lassen. So gegeben &c.*

F I N I S.

INDEX PRIMUS,

Exhibens Delineationem Autorum præcipuorum, ad quorum Scripta in toto hoc Opere provocatum, aut ad uberiorem cognitionem hauriendam remissio facta.

A.

Abele (Matthæi) *Metamorph. judic.*
Ackold *vom Post-Regal.*
Actolini *Resolutiones.*
Æliani *Historia Animalium.*
Ærodii (Petri) *Res judicatæ.*
Afflictis (Matth. de) *Decisiones.*
Agricola (Georgius) *de Mensura & Ponderibus Rom. & Græcorum.*
- - *de Re metallica.*
- - *de Natura Fossilium.*
Aitinger *vom Vogelstellen.*
Albini *Chronicon Misniæ.*
- - *Meißnische Berg-Chronica.*
Aldrovandi (Ulyssis) *Ornithologia de Avibus.*
- - *de Piscibus.*
Alciati (Andreæ) *Parerga Jur.*
Alexandri ab Alexandr. *Genial. Dies.*
Alexandri *Consilia.*
Almers *Resolutiones Casuum dubiorum.*
Althusii (Joh.) *Diceologia.*
Andlo (Petrus de) *de Imper. Rom. Germ. cum notis Freheri.*
Antonii *Prax. Archi-Episcoporum Cur. Neapolit.*
- - *Disputat. feudales.*
Arevedo *Constitut. Hispan.*
Argentræus *ad Consuet. Ducatus Britann.*
Aristoteles.
Arnisæus (Henning.) *de Republica s. Relectiones Politicæ.*
- - *de Juribus Majestatis.*
Arumæi (Dominici) *Disc. de Jure Publico.*
- - *Disputat. ad Pandectas.*
Aschaffenburg (Fausti ab) *Consil. pro ærario.*
Augustinus.
Aurbachii *Epistolæ Juridicæ.*
Aymus *de Jure Allavior.*
Azevodius *in Jus Hispan.*
Azpiculdi *Enchiridion. Confess.*

B.

Bacchovius *ad Treutlerum.*
- - *Wesenbecium.*
- - *Pandectas.*
Balbus *de Præscriptionibus.*
Balduinus (Franciscus) *de Institut. Ministrorum.*
- - *de Leg. Constant.*
Balduini (Frid.) *Casus Conscientiæ.*
Baldus.
Balthasar (Joh.) *de Oper. Subdit.*
- - *Resolutiones Bavaricæ.*
Barbosa (Augustinus) *de Jure Ecclesiastico universo.*
- - *Thesaurus.*
Barry *de Success. ab intestato.*
Barth. *de Jure Pascuorum.*
- - *Insulis.*
Bartholini (Thomæ) *Acta Medic. & Philosophorum Hafniensium.*
Bartolus.
Basilius *M. de Laudibus Eremi.*
Beati (Georgii) *Tract. var. Casuum.*
Becheri *Politischer Discurs vom Auf- und Abnehmen der Städte.*
Bechmann. *de eo quod justum circa Equos.*
- - *Comment. ad Pandect. Pract. Theoret.*
Bechtoldus *de Minimis.*
- - *Securitate.*
Beckeri *Synopsis Juris Publici.*
Behams *Roßteutscher-Recht.*
Beieji *Notæ ad Schnobel.*
Bekmanni *Histor. Orbis Geograph. & Civilis.*
Belisarius *de Aucupio.*
Bellarminus *de Rom. Pontifice.*
Bellonius *de jure accrescendi.*
- - *Observat. Rer. memorab.*
Benius (Jac.) *de Privileg. Jureconsult.*
Berlichii (Matthiæ) *Conclusiones.*
- - *Decisiones.*
Berneggeri *Quæst. miscellan.*
Bertrachimi *Repertor. Jurid.*
Bertrami *Consilia.*
Berwardi *Interpres Phraseolog. Metallicæ.*
Besold *Thesaur. Pract.*
- - *Consilia.*
- - *Consideratio Vitæ & mortis.*
- - *de Jurisdictione Imper. Rom.*
- - - *natura populorum.*
Beustius *de Jure Connubiorum.*
Bessianus (Johan.) *ad Consuetud. Averniæ.*

Biedenbachii (Johan.) *Consilia.*
- - *Quæst. Nobil.*
Bignonius *ad Marculph. Form.*
Biler *de Arbore molinari.*
Bitschii *Comment. ad Jus Feud.*
Blum *vom Zehend-Recht.*
Bocerus (Henricus) *de Regalibus.*
- - *de Pœna furti.*
- - *de adulterio.*
Böckelius *de Jure Hospitii.*
Böcklerus *ad Grotium.*
Bodinus *de Republica.*
Boerii (Nicolai) *Decisiones.*
- - *ad Consuetudines Bituricenses.*
Bonacossa *de Servis.*
Bonacinæ *Disputat.*
Borellus (Camillus) *de Magistrat. Edictis.*
- - *Decisiones.*
Borcholten *de Feudis.*
Bornitius *de Rerum sufficientia.*
Bouvet *ad Consuetud. Burgundicas.*
Brissonii (Barnabæ) *Select. Antiquit. Lexicon.*
Brunnemanni (Joh.) *Jus Ecclesiast.*
- - *Processus Civilis.*
- - *Comm. ad Pandect. & Cod.*
- - *Consilia.*
Brucknerus *de Domaniis Germaniæ.*
Buchanani *Poëmata.*
Buchnerus *de Jure Aquatili.*
Burgeri *Observat. militares.*
Busbequii *Epist. Turcicæ.*
Busius (Paul) *ad Pandectas.*
Buxtorfius *ad Aur. Bull.*

C.

Cacherani *Decisiones Pedemont.*
Cæpolla (Barthol.) *de Servitut. Rust. & Urbanorum Prædiorum.*
- - *de Aucupatione.*
- - *Consilia.*
Cæphallæ *Consilia.*
Caleis *de defraudat. metallica.*
Camerarii (Philippi) *Horæ subcisivæ.*
Camerarius (Barthol.) *de prohibita feud. alienatione.*
Camerarius (Joachimus) *de Re Rustica.*
Canceri *Variæ Resolutiones.*
Canisius *in summa Juris Canonici.*
Caroccius *de Locat. Conduct.*
- - *de excussione debitorum.*
Carpanus (Horatius) *ad Statuta Mediolanens.*
Carpzovii (Benedicti) *Definit. Forenses.*
- - *Responsa.*
- - *Processus.*
- - *Pract. Crim.*
- - *Jurispr. Eccles.*
- - *de jure fœminarum singulari.*
- - *Decisiones.*
Castillo (Joh. del) *de Usufruct.*
Castro (Pauli de) *Consilia.*
Cavalcanæ *Decisiones.*
Cephallæ *Consilia.*
Chassanæi *Catalogus Gloriæ Mundi.*
- - *Consuetud. Burgundicæ.*
Chesne *Antiquit. Franc.*
Chitræi *Chronicon Saxoniæ.*
Chokieri *Aphorismi Politic.*
Chopinus (Renatus) *de Privilegiis Rusticorum.*
- - *Doman. Franc.*
- - *Jurisdict. Andegavens.*
Christinæi (Pauli) *Decisiones.*
- - *Commentaria ac Notæ in Leges municipales Mechlinenses.*
Cicero.
Cirier (Joh. de) *de Primogen.*
Citadinis (Paul de) *de Jure Patronatus.*
Clappeviis (de) *Decis. Jur.*
Cluteni *Res quotidianæ.*
Cluveri *Geographia.*
- - *Historia universalis.*
Colerus *de Jure Imper. Germ.*
- - *Emphyteutico.*
- - *Processu Executivo.*
- - *de Alimentis.*
- - *Oeconomia.*
- - *Decisiones.*
Collibus (Hippolitus a) *de Principe.*
Columella *de Re Rustica.*
Connani (Francisci) *Opera.*
Conringius (Herm.) *de Finib. Imperii.*
- - *Not. ad Lampadium.*
- - - *Machiav. Principem.*
- - *diss. de Comit. Imper. Germ.*
- - *Negot. Conv. Imperii.*
Consilia *Marpurgensia.*
- - *Tubingensia.*
- - *Argentoratensia.*
Contarenus (Vincent.) *de frum. Roman. largit.*
Corasius *de Sacerdotibus.*
Corbulus *de Jure Emphyteutico.*
Costa (Joh. Baptist) *de facti scientia & ignorantia.*
- - *de quota & rata.*

Coth-

Cothmanni *Consilia.*
Cottæ *memorabilia.*
Covaruv. *Opera.*
Cragius (Thom.) *de Jure Feud.*
- - *Republ. Lacedæm.*
Cravettæ *Consilia.*
Crescentius (Petrus de) *de Re Rustica.*
- - *agricultura.*
Cromeri *Chronicon Polon.*
Crusii *Annal. Suevici.*
Cujacii *Opera.*
Curæi *Annales Siles.*
Curopalata *de offic. Constantinopol.*
Cyriaci (Nigri) *Controvers. Forenses.*

D.

Damhouderii *Prax. Criminal.*
Dassovii *Diss. de rebus in agris relictis Hebræorum veterum.*
Deciani *Consilia.*
Dempsterus *ad Rosin. Antiquit.*
Deuceri *Corpus Jur. metallici.*
Dieterici *Not. ad A. B.*
Dietherr. *ad Besoldi Thesaur. Pract.*
Dinnerus (Andr.) *de justo rerum pretio definiendo.*
Dodonæi *Vitis Vinique descriptio.*
Döpleri *getreuer Rechnungs-Beamter.*
Döringii (Davidis) *Bibliotheca Jure-Consult.*
Dominis (Marc. Ant. de) *de Republ. Ecclesiastica.*
Donelli (Hugonis) *Comment. in Jus Civile.*
Dousæ (Jan.) *Annal. Hollandiæ.*
Duarenus (Franciscus) *de Beneficiis.*
Dubravii *Histor. Bohem.*
Durandi (Guilielmi) *Speculum Juris.*

E.

Eckold *ad Pandectas.*
Eginhardi *Vita Caroli M.*
Ehrenberg (Warem. ab) *de Regn. Subs.*
Eiben (Hulderici) *Electa Juris feudalis.*
Eisenhart *de Regal. Fodin. Jure.*
Ellenberg *de Salinis Hallensibus.*
Enenkelius *de Privilegiis.*
Engelbrecht *de Oper. Subdit.*
Erhardus *de Operis Rusticorum.*
Everhardi (Jun.) *Consilia.*
Everhardi (Nic.) *Loci argumentorum legales.*

F.

Fabri (Antonii) *Rationalia in Pandectas.*
- - *de æstimatione.*
- - *de regenda relig.*
- - *ad Codicem.*
Faber (Johan.) *ad Instituta.*
Fænutus *de moment. temp. Jur.*
Falckneri *diss. de eo quod justum est circa rusticos in mat. Feud.*
Farinacii *Quæst. Criminales.*
Faust. *de ærario.*
Felicianus *de Societate.*
Feldmannus (Gerard.) *de Cadavere inspiciendo*
- - *Jus Georgicum, sive*
- - *de Inclusione Animalium.*
Fermosinus *de Legibus Ecclesiasticis.*
Ferronii *Consuetudines Burdegalenses.*
Finckelthaus (Sigism.) *Observat. Practicæ.*
- - *de Jure Patronatus.*
- - *Controversiæ feudales.*
Finsterwald. *ad Consuetud. Austriæ.*
Flavini (Hugonis) *Chronicon.*
Forstneri *Not. ad Tacitum.*
Forsteri (Val. Guilielm.) *Historia Jur. Rom.*
- - *de Successionibus.*
Frachier (Jean de) *de la Fauconerie.*
Frantzkii (Georg.) *Exercit. Juridicæ.*
- - *Variæ Resolutiones.*
- - *Comm. ad Instituta.*
- - *de Laudemiis.*
- - *Origine feud.*
Freheri (Marquardi) *Origines Palatinæ.*
- - *ad Petr. de Andlo.*
- - *de Existimatione.*
Freinsheimius *ad Phædri Fabul.*
Fresne (Carol du) *Glossar. med. Latinit.*
Fridericus (Christoph.) *de Interdictis.*
Friesemanni *Müntz-Spiegel.*
Fritschius (Ahasverus) *de Jure Oenopolii.*
- - *Pratorum.*
- - *Aperturæ.*
- - *de Venatione precaria.*
- - *Sequela.*
- - *de Jure Univers. agrorum.*
- - *Compascui.*
- - *de Pagis Germaniæ.*
- - *ad Aymum de Alluvionibus.*
- - *de Hortis.*
- - *Consilia Jur. Fluviatico annexa.*

Fritschius (Ahasverus) *Jus Venatorio-Forestale.*
- - *de Jure Grutiæ.*
- - *de districtu Universitatum.*
- - - *Feudo Solari.*
- - *Diatribæ tres de Jure Hospitalium.*
- - *Præsidii & intradæ.*
Frontinus (Jul.) *de Limitibus Agrorum.*
- - *Aquæductibus.*
Fuhreri *Itinerarium.*
Fuigine (Francisc. de) *de Jure Emphyteutico.*

G.

Gailii (Andreæ) *Observat. Practicæ.*
- - *de manuum injectionibus.*
- - *Impedimentis s. Arrestis Imperii.*
- - *de Pignoratione.*
Gallicæ *Decisiones.*
Gambs *de Alluvionibus.*
Gaudentius (Paganin.) *de Justinianei Seculi moribus nonnullis.*
Garsias (Johann) *de Expensis & meliorat.*
Garzoni (Thomaso) *la Piazza Universale de tutte le Professioni del Mondo.*
Georgio (Johann. Anton. des) *de Feudis.*
Gesnerus *de Avibus.*
Giballinus (Joseph.) *de Usur. & Commerciis.*
Gilkenius (Petr.) *in Codicem.*
- - *de Usucapionibus & diversi temporis Præscriptionibus.*
Giphanius (Hub.) *ad Digesta.*
Giraldi *Historia Francica.*
Gizzarelli *Decisiones.*
Gœddei (Johann.) *de Verb. & Rer. Signific.*
- - *Consilia.*
Goësii (Wilh.) *Antiquit. Agrar.*
Gölnitz *de Regali Vectigal. Jure.*
Goldasti (Melch.) *Collectio Constitutionum Imperialium.*
- - *Consuetudines & Leges Imperial.*
- - *de Majoratu.*
- - *Reichs-Handlungen.*
Goldbeck *de Jure Geradæ.*
Gothofredi (Ludov.) *Archontologia Cosmica.*
- - (Jacobi) *Opuscula Juridica.*
Gräf (Jac. van der) *de Regalibus.*
Grassis (Caroli de) *de Effectibus Clericatus.*
Gratiani (Steph.) *Discept. Forenses & Decisiones.*
Gregorio (Petr. de) *de Concess. Feudor.*
Gion *de Vill. Veterum.*
Grœnwegen (Simon) *de Legibus abrogatis & insinuatis in Hollandia, vicinisque Regionibus.*
Grotii (Hugonis) *Jus Belli & Pacis.*
- - *de Rebus Belgic.*
Gryphiandri (Johan.) *de Weichbildis Saxonicis.*
- - *Oeconomica legalia, s. de arte acquirendi, & conservandi Patrimonia.*
- - *de Insulis.*
Gudelinus *de Jure novissimo.*
Guævarræ *Horologium Princip.*
Guichenonis *Bibliotheca Sebusiana.*
Guidius *de Mineralib.*
Guilimannus *de Rebus Helveticis.*
Gutherius *de Off. Dom. August.*

H.

Hæltichius *de Episcop. Panorm.*
Haërsolte (Arnoldi ab) *Adversaria de Actionibus omnibus.*
Hahnius (Henr.) *ad Wesenbecium.*
- - *de Jure Rerum.*
Happelii *Discurs. metall.*
Harprechti (Joh.) *opera ad Instit.*
- - *Disput. ad Instit.*
Heigii *Quæst. Illustres.*
Heistabachii *Histor. memorab.*
Henelius *de Dotalitio.*
Henninges *Notæ ad Grotium.*
Heresbeckius *de Re Rustica.*
Heringius (Joh.) *de Molendinis, eorumque Jure.*
- - *de Jure Burgorum.*
- - *de Caminis.*
- - (Antonius) *de Fidejussoribus.*
Herold (Joh. Christ.) *de Repræsentation.*
Hilliger *ad Donellum.*
Hoch (Nicol. van der) *Singular. Jur.*
Hochberg. *Georgica Curiosa.*
Hohndorf. *de Salinis Hallensibus.*
Hoppius *ad Institut.*
Horatius.
Hornick (Ludov. von) *de Regali Postar. Jure.*
Hornius *de Regalibus.*
Hortleder *von den Ursachen des teutschen Krieges.*
Hottinger *de Jure Hebræorum.*
Hottomanni (Francisci) *Quæst. Illustres.*
- - *Franco-Gallia.*
- - *Consilia.*

Hugo

Hugo *de Stat. Regn. Germ.*
Hundii *Metropolis Salisburgens.*
Hunnii *Tr. de Usufructu.*
Hunschenii *Memoriale Oeconom.*
Husanus *de hominibus propriis.*

I.

Jacobinus *de Homagiis.*
- - - *Furno.*
Jani *diss. de Affictu.*
Jasonis *Lecturæ.*
Jena (Gothofred. de) *de Lege commissoria.*
Josephi *Antiquit. Judaicæ.*
Junghans *von Bergwercken.*
- - *Sylloge Terminorum & phrasium metallic.*

K.

Kapheli *Opera.*
Keller *de offic. jur. Pol.*
Khraiseri (Sebast.) *Jus venandi, aucupandi & piscandi Romano-Bavaricum.*
Kircheri *Mundus subterraneus.*
- - *Latium.*
Kirchnerus *de officio & dignit. Cancellarii.*
Klockius (Caspar.) *de Ærario.*
- - *de Contributionibus in Rom. Imperio.*
- - *Consilia.*
Knichen (Andreæ) *de Jure Territorii.*
- - *de Vestiturarum Pactionibus.*
- - *Saxon. non provoc. jure.*
Knipschildt (Philipp.) *de Fideicomm.*
- - *de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium.*
Knoll (Joh. Paul.) *de Viniculturа.*
Koch *de jure Vicin.*
Kohl (Andreas) *de Servitiis feudalibus & subfeudis.*
Koldingii *descript. Dan.*
Kontmannus *Catalogus rerum fossilium Misniæ.*
Köppen *Decisiones.*
Kranzii *Metropolis.*
Krautmann *vom Zehend-Recht.*
Krebs *de Ligno & Lapidibus.*
Kreidemannus *de Nobil. Germ.*
Kressius *de Molendinis.*
Kyllinger *de Venatione.*
- - - *Ganerbis Castrorum.*

L.

Laimanni *Theologia moralis.*
Lambertus *de jure Patronatus.*
Larreæ *Decis. Granatenses.*
Latheri (Herm.) *de Censu Tractatus Nomico-Politicus.*
Laudensis (Mart.) *de Primogenit.*
Lauterbachii *Disput. Tubingens.*
Ledererus *de jure Best.*
Lederus *de jure Patronatus.*
Lehmanni *Chron. Spirense.*
Leiseri (Wilh.) *diss. de Landsassiis.*
- - *diss. de pactis retrovendit.*
- - (Polycarpus) *Hormonia evang.*
- - *Collegium Feudale.*
Leoninus *de jure Emphytevtico.*
Lesseus *de justitia & jure.*
Leuric. *de Cessionibus.*
Libanii *Orationes.*
Limnæi (Johan.) *Jus Publ. Imper. Roman. German.*
- - *Observ. ad A. B.*
Linda (Lucæ de) *Descript. Orbis.*
Lindenbrogii *Glossarium.*
Lindenspurii (Georgii Ludovici) *Comment. ad Ordin. Provinc. Würtenberg.*
Lipsii (Justi) *Lovanium.*
- - *de admirand.*
- - *Epistolæ.*
Loccenius *de jure maritimo.*
Löhneis *Bericht von Bergwercken.*
Losæus *de jure Universit.*
Lublerus *de Incendio.*
Ludovicus *de Academiis.*
Ludwell (Wilhelm.) *Exercit. ad Instit.*
- - *Synopsis juris feudalis.*
Lynckeri *Diss. de Superioritate territoriali.*
Lynkii *Diss. de Nigro.*

M.

Mabillonius *de Re diplomatica.*
Machiavelli *Princeps.*
Mackle (Joh.) *Reise-Beschreibung durch Spanien.*
Mæbius *de jure hosp. emercinario.*
Menagii *Amœnitates juris Civil.*
Mæstertius (Jacob) *de justitia Legum Romanarum.*
- - *de secundis nuptiis.*
- - *de tacito pignore.*
Magerus (Mart.) *de Advocatia armata.*
- - *de bonis Ecclesiasticis.*

Mantica *de tacitis & ambiguis convent.*
- - *de conjecturis ultim. Voluntatum.*
Manzii (Casp.) *Decisiones.*
- - *de Servitut. Personal. & Ususfructu.*
- - *de defectu Fructuum.*
- - *Rerum divisione.*
Marca (Petrus de) *de Primatu.*
Marescotti *Variæ Resolutiones.*
Mariana (Joh.) *de Regn. & Reg. Institutione.*
Marliani *Topographia Romana.*
Marquardus (Joh.) *de Jure Mercatorum.*
- - *Commerciorum.*
Marsilii *Singularia.*
Marstallus *de divit.*
Martæ *Consil.*
Martinus *de Jure Censuum.*
Mascardus (Joseph) *de Probationibus.*
- - *Conclusiones.*
- - *Commentarius Juris Feudalis.*
Mathesii *Sarepta.*
Matthæi (Antonii) *Commentarii de Criminibus.*
- - *Collegium Institut.*
- - *Observat. Rerum judicat.*
Maulius (Thom.) *de jure conducendi.*
- - *de Homagio.*
Mauritii (Eryci) *Consil. Chilonensia.*
- - *Positiones Juris feudalis.*
Mean (Carol de) *Observationes & Decisiones Juris Leodicensis.*
Medices (Sebast.) *de Venatione.*
- - *de fortuitis casibus.*
Meibomii *Scriptores Rerum Germanic.*
Meichsneri *Decisiones Camerales.*
Meieri *Collegium Argentoratense.*
Melzeri *Hermundurus Metallurgicus.*
- - *Gangrena metallica.*
Menachii *Decis. Lucens.*
Menestrier *de diverses especes de Noblesse.*
Menochius (Jacob) *de Præsumtionibus, Conjecturis & signis.*
- - *de arbitrariis judicum quæstionibus & causis.*
- - *de adipiscenda, retinenda & recuperanda possessione.*
Mercurius *de Arte Gymn.*
Meres *de Majorat. Hispan.*
Mevii (David) *Commentar. in Jus Lubecens.*
- - *Decisiones Tribunalis Wismariensis.*
- - *vom Zustand der Bauern.*
- - *de Molendinis.*
- - *von Absolgung der Bauers-Leute.*
- - *Discussio levaminum inopum Credit.*
Meurer (Noë) *vom Jagd- und Forst-Recht.*
- - *vom Wasser-Recht.*
Meursii (Joh.) *Arboretum sacrum.*
Mezercy (Francisc.) *Histoire de France.*
Michaelis *de S. Cæs. Majest. Cam. & Stat. Jur.*
- - *de Jurisdictione.*
Mindanus *de Process. Mand. & monit. in Camera.*
- - *de Interdictis.*
Mingius *de Superioritate territoriali.*
Mohr *de Jure Venand.*
- - *de Primogenitura.*
Molina (Ludovicus de) *de Justitia & Jure.*
- - *de Hispanorum Primogeniorum origine.*
Molinæi (Carol.) *Comment. in Consuetud. Parisienses.*
Molleri (Dan.) *Semestria*
- - *ad Constitut. Sax. Elect.*
Molleri *Freybergische Chronica.*
Moneta (Joh. Petr.) *de decimis, de optione canonica & de distributionibus.*
- - (Alexander) *de optione Canonica & decimis.*
Montacutius *de Origine Eccles.*
Montanus (Ferr.) *de Feudis.*
Monte *de Finibus.*
Mozzius *de Jure Venandi.*
- - *contractibus.*
Mulleri (Petri) *diss. de Jure Columbarum.*
- - - - *Apum.*
- - *diss. de fundo opt max.*
- - - *incrementis prædior.*
- - *diss. de ædific. præd. Nobil.*
- - - *de præs. Dom. Illustr.*
Mulleri (Friderici) *Practica rerum Forens. Marchic.*
Mundius (Georg) *de Muneribus, honoribus & oneribus.*
Mustakii *Parerga Academ.*
Muxellus *de Præscriptionibus.*
Mylerus (Nic. ab Ehrenbach) *de Principibus & Statibus Imperii.*
- - *Ordinum Imperial. Nomologia.*
- - - *Gamologia.*
- - - *Metrologia.*
- - - *Archologia.*
Mynsingeri (Joach.) *ad Institutiones Comment.*
- - *Observationes.*
- - - *Imperiales.*

N. Nattæ

N.

Nattæ *Consilia.*
Naurath *de Jure Subditor.*
- - *de Ratiociniis.*
Nævii (Sebast.) *Systema.*
Nander *de Bacchanal.*
Negusantii (Antonii) *Sylva Responsionum.*
Neuenhan (Henr.) *de Juribus ac Privilegiis viduitatis cum discursu de Jure Consiliariorum.*
Neuenkrantz *de Purpura.*
Nigri *Controversiæ Forenses.*
Nolden (Josias) *de Statu nobilium civili.*
Novarræi *Decisiones.*

O.

Obrechtus (Georg) *de Jurisdictione Imper. & foro competente.*
Oettinger (Joh.) *de Jure & controversiis limitum ac finibus regundis.*
Oldenburgeri (Phil. Andr.) *Pandectæ Juris Public. Rom. Germ. s. Limnæus Enucleatus.*
Oldendorpii (Joh.) *Classes s. Progymnasmata Actionum forensium.*
Osiander *de Sabbato.*
Otero *de Pascuis.*
Ottonis (Dan.) *Diss. de Jure Publico.*

P.

Pancirollus *de Reb. deperd. & nuper invent.*
Papæ (Guid.) *Decisiones.*
Papillonius *de Jure accrescendi.*
Paponii *Corpus Juris Francici s. Collectio Arrestorum.*
Pasquaglius *de Sacrificiis novæ Legis.*
Patricius *de Regn. & Regis Institut.*
Paurmeister *de Jurisdictione.*
Peckius (Petrus) *de Ecclesiarum reparatione.*
- - *de Jure sistendi & manuum injectione, quam vulgo Arrestationem vocant.*
- - *de Re Nautica.*
Pellerus ad Klock. *de ærario.*
Peregrinus (Marc. Anton.) *de Fideicommiss.*
- - *de Juribus & Privilegiis Fisci.*
Perezii (Anton.) *Prælectiones in Codic.*
Petavius *ad Julian. Cæs. Epistol.*
Pfeilii *Consilia.*
Philippi (Joh.) *Usus Practicus Instit.*
- - *ad Decisiones Electorales.*
Philo.
Piasecii *Prax. Episcopal.*
Picart *de l' Academie Royale des Sciences.*
Pignorius *de Servis.*
Pinsonius (Franciscus) *de Beneficiis Ecclesiast.*
Pistorii (Joh.) *Scriptores Rerum German.*
Pistoris (Hartmanni) *Observationes cum Notis Hartmanni.*
- - (Modestini) *Consilia.*
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Ponte (Amad. a) *de Laudem.*
- - *Consilia.*
Postius (Ludov.) *de Manutenentia.*
Pruchmanni *Opera.*
Publicius (Aymo) *in Consuet. Arvern.*
Pufendorff (Sam. L. B. de) *Elementa Jurisprud. universal.*
- - *de Jure Natur. & Gentium.*
Puteo (Paridis de) *Tractatus de feudis.*

Q.

Quercetanus *de Biblioth. Cluniacensi.*

R.

Raguell *Indice des Drois Royaux.*
Rapinus *de cultura hortensi.*
Rath (Arnoldus) *de jure venandi, piscandi & aucupandi.*
Re (Antonii del) *Antiquitat. Tiburtinæ.*
Rebuffi (Petri) *Praxis beneficiorum.*
- - *Tract. varii.*
Regneri (Cypr.) *Censura Belgica in Consuetud. Feud.*
Reinking (Theodor.) *de Regimine Seculari & Ecclesiastico.*
Rendela (Prosper.) *de Vino & Vindemia.*
Rennemanni (Henningi) *Jurisprudentia Romano-Germanica.*
Reusneri *Decisiones.*
Reyger (Arnold.) *Thesaur. jurisdict.*
Rhetii *Differt. de portione aliment. ultrageniti debita.*
- - *Commentarius juris feudalis.*
- - *de censu fundo cohærenti.*
Rhodigini (Cœlii) *Antiquitat.*
Riccii *Collect. Decisionum.*

Richter

Richter (Christoph. Philipp.) *Decisiones.*
- - *de Successione ab intestato.*
- - - *Jure & Privilegiis Creditorum.*
- - - *Transactionibus & Errore Calculi.*
- - - *Significatione Adverbiorum.*
- - (George Sigism.) *de Aquaeductibus.*
- - (Georgii) *Axiomata Politica.*
Ripa *de Peste.*
Rist (Joh.) *Monatliche Unterredungen.*
Rittershusii (Conrad.) *Partit. jur. feud.*
- - *Jus Justinian. s. Novellae mixtae.*
Rivetus *in Genesin.*
Roo (Gerh. de) *Histor. Austr.*
Rosacorb. (Herm. Esaiae) *Observat. Pract.*
Rosenthal. (Henr. a) *Tractatus & Synopsis totius juris feudalis.*
Rotschütz *Process. jur.*
Rovenstrunck. (Joh. Wilh.) *Meditationes aedilitiae.*
- - *de judicio Equestri.*
Rubeis (Fam. de) *Consilia.*
Rulandus (Rutger.) *de Commissar.*
Rumelini (Mart.) *Dissert. Academ. ad Auream Bullam.*

S.

Saison *ad Consuetud. Turonens.*
Salmasius *ad Solinum.*
Salmuthi *Respons. pro matrimonio Principis cum virgine nobili.*
Sande (Joh. a) *Comment. in Consuetud. Feudales.*
- - *Decisiones Geldriae & Zutphaniae.*
Sanchetz *Consil. Moralia.*
Saxii (Phil. Jac.) *Vitis Vinique descriptio.*
Scaccia *de judiciis causarum.*
Scaligeri (Jos.) *Exercitationes.*
Schedius *de Diis German.*
- - *Conjecturae in Varronem.*
Scheffen (Andreae) *Quaest. jur. Pract.*
Scheplitz (Joach.) *ad Consuetudines Marchicas.*
Schickfus *Schlesische Chronica.*
Schilter (Joh.) *de Cursu publico.*
- - *Jure hospit.*
- - *Exercitationes ad Pandectas.*
Schneidewini (Joh. *Comment. ad Instit.*
- - *de Feudis.*
Schnobelius (Joh. Joach.) *ad Pandect.*
Schockier *Aphorismi Polit.*
Schönborneri *Politica.*
Schöpfferus (Theodosius) *de jure braxandi.*
Schoppius *de allodiis.*
Schotani (Bernardi) *Disputat. juridicae.*
Schottelius (Just. Georg.) *de Singularibus juribus.*
Schraderi (Ludolphi) *Tractatus feudalis.*
- - *Consilia.*
- - *Comment. ad Instit.*
Schröteri *diss. de Thesauro.*
Schubartus (Georg.) *de Austregis S. Rom. Imper.*
Schultzen (Georg.) *Synops. Instit. Imperial.*
- - *ad Rothschütz de dotalitio.*
Schurffii *Consilia.*
Schwederi *Jus Publicum.*
Seckendorf (Veit Ludewig) *Teutscher Fürsten-Staat.*
Seldenus (Joh.) *de Jure Nat. & Gentium juxta disciplinam Hebraeorum.*
Sesse (Joseph.) *decisiones Arragon.*
Sichardus *ad Tit. Cod. de monopol.*
Siculus (Petrus Gregor.) *de Vita & mor.*
Sigismundus (Joh.) *Jus Prutenicum.*
Sigonius (Carolus) *de Regno Italiae.*
Simoncellus *de decret. in Contract. min.*
Sixtinus (Regnerus) *de Regalibus.*
Sonsbeck *de Feudis.*
Soto (Dominic. a) *de justit. & jure.*
Span. (Sebastian.) *Berg-Urthel-Buch.*
Spartiani *Vit. Imperat.*
Speidelii (Joh. Jac.) *Specul. juridic. Polit. Philol. Hist. Observ.*
- - *Notabilia jurid. Hist. Politica.*
Spelmanni *Glossarium.*
Spigeli *Lexicon juridic.*
Sprengerus (Joh. Theod.) *de jure aedificii.*
Springsfeld. (Georg. Henr.) *de Apanagio ejusque jure.*
Stamm (Joh. Herm.) *de Hominib. propr.*
- - *de servitute personali.*
Stephani (Caroli) *de Praediis rusticis.*
Stephani (Matthiae) *Constitut. Publicorum judiciorum Caroli V.*
- - *Tract. de jurisdictione.*
- - *Jure Patronatus.*
- - *Oeconomia juris universi.*
Stobaei *Sermones.*
Straccha *de Mercatura.*
- - *Decoctoribus.*
Strauch (Joh.) *Diss. de Vino.*
- - - - *de Jure Vit.*
- - *Dissertat. Exotericae.*
- - - - *Aedilitiae.*

Struvii

Struvii (Georg. Adam.) *Syntagma Juris Civilis.*
- - *Feudalis.*
- - *Jurisprud. Rom. Germ.*
- - *Decisiones Sabbatinæ.*
- - *de Jure Sacro Justinianeo.*
- - *differt. de Jure Colonario.*
- - - *Admodiatione.*
- - *de Signis Rerum Geradiensium.*
- - *differt. de Jure Ovium.*
- - (Jun.) *de Jure Torculari.*
Stryckius (Sam.) *de Jure Sensuum.*
- - - - *Success. ab Intestato.*
- - - - *Cautelis Contractuum.*
- - - - *Usus modernus.*
- - *Diss. de Jure Princip. Subterraneo.*
- - *Domestic.*
- - *Furnorum.*
- - *pignorandi.*
- - *agris desertis.*
- - *Dardanariis.*
- - *Pactis dotalibus.*
- - *Examen Juris feudalis.*
Stuckii *Antiquit. Convivat.*
Stypmann *de Jure maritimo.*
Suetonius.
Surdi (Petri) *Consilia.*
- - *de Alimentis.*
Sylvius (Æneas) *de Gestis Alphonsi.*
- - *de ortu & autoritate Imperii Rom.*

T.

Tabor (Joh. Otto) *Comment. ad Tit. Cod.*
- - *de Metatis & Epidemeticis.*
- - (Nemesii) *Carolina.*
- - *de Confrontatione.*
- - *Prædiis debitorum.*
- - *Jure Cerevisiario.*
- - - - *Socidæ.*
- - *Holophoria.*
- - *arboribus furtim cæsis.*
- - *Observationes metallicæ.*
Tacitus
Tempore (de) *ad Consuetud. Turonens.*
Tepati *Var. Decisiones.*
Teutophili (Christiani) *entdeckte Gold-Grube.*
Textor *de Jure Gentium.*
- - *ad Recess. Imper. noviss.*
Thesauri *Decis.*
Tholosani *Syntagma Jur. Univ.*
- - *de Republica.*
Thomæ (Joh.) *de Noxa Animalium.*
Thomasius (Christ.) *ad Strauch. Instit.*
- - *diss. de jure circa frumenta.*
Thomat. *de Collectis.*
Thuani *Historia.*
Tiraquellus (Andr.) *de Nobilitate & jure Primogenitorum.*
- - *de Legibus Connubialibus.*
- - *Tractatus varii.*
Trentacinqui *Var. Resolut.*
Treutleri (Hieron.) *Disput. Selectæ.*
Turnebi *Adversaria.*
Tuschii (Cardinalis) *Conclusiones Practicæ.*

V.

Vairii (Leonh.) *de Fascino.*
Valascus *de Jure Emphytevtico.*
Valla *de Elegantiis.*
Valle (Rolandi a) *Consilia.*
Varro *de Re Rustica.*
- - *Lingua Latina.*
Vasquii (Ferdinand) *de Successionib. & Ultim. Voluntatibus.*
Vernulæi *Instit. Politicæ.*
Victor (Zacharias) *de Exemtionibus Imperii.*
Vinnii (Arnoldi) *Com. ad Instituta.*
- - *Quæst. Jur. Selectæ.*
- - *de Jurisdictione.*
Virgilius
- - Polydorus *de Rer. Invent.*
Vitruvius *de Architect.*
Viviennus (Georg.) *de Officio probi Patrisfamilias.*
Ummii *Disputat.*
Unrath *de Jure Patronatus.*
Voëtius (Paulus) *ad Institut.*
Voigt (a Berg) *de homin. propriis.*
Voigtel *Geometr. subterranea.*
Volateranus *de Mineralibus.*
Volckmanni *Notariat-Buch.*
Vossii *Etymologicum.*
- - *de origine idololatriæ.*
Ursilli *addit. ad Afflict. Decision.*
Ursini *Disput. de Lana.*
- - *de Successione feudali.*
- - *de Ration. Præfect.*
Vultejus *de Feudis.*

W.

Weberus (Joh. Adam) *de Jure Patronatus.*
Websteri *Metallographia.*
Wehneri *Observationes Practicæ.*
Weitzenegger (Gothofred.) *de Servitut.*
- - *de Venatione.*
Werdenhagen *de Rebuspubl. Hanseaticis.*

Werner (Georg.) *de Jure Vectigalium.*
Werther *de Jure Precariæ.*
Wesel (Abrah.) *de remissione mercedis.*
Wesenbecii (Matthæi) *Consilia.*
- - *Paratitla, s. Comment. in Pandect.*
Wildvogel (Christiani) *Diss. de Jure Florum.*
- - *de eo quod justum est circa arbores.*
Winzler (Christoph) *de Collectis Imperii & Provinciarum observationes.*
Wissenbach (Joh. Jac.) *Exercit. ad Pandectas.*
- - *ad Codicem.*
- - *de Verb. & Rer. Significat.*
Wundschii *Memor. Oeconom.*
Wurmserus (Joh.) *de Feudis impropriis*
- - *Observationes Practicæ.*
- - *Nucleus Juris controversi.*
Wentle *vom Zehend-Recht.*

X.

Xenophontis *Cyropædia.*

Z.

Zacchiæ (Pauli) *Quæst. Med. Legal.*
Zahn (Balth. Conr.) *de Mendaciis.*
- - *Ichnographia municipalis.*
Zanger *de Exceptionibus.*
Zasii *Opera.*
Zeileri (Martin.) *Epistolæ.*
- - *Miscellanea.*
Zieglerus (Sen.) *ad auream Praxin. Calvol.*
- - (Caspar.) *de Jurib. Maj.*
- - *ad Lancellotti Inst. Jur. Canon.*
- - *de Dote Ecclesiæ.*
- - *Notæ ad Grotium.*
- - *Dicastica, seu de fide, officio & delictis judicum.*
- - *diss. de Jure Commerciorum.*
Zinckgräf. *Apophthegmata.*
Zoanetta *de duplici Venatione.*
- - *Emtionibus.*
Zobeli *Different. Jur. Sax.*
Zoësius (Jacob) *de Actionibus.*
- - *ad Pandectas.*
Zypæi (Francisc.) *consultat. Canon.*

INDEX SECUNDUS MATERIARUM,

Quæ Capitum lemmata ſuppeditarunt ac plenius hic pertractantur, ubi prior numerus librum, ſecundus vero caput denotat.

A.

De Actu III. 30.
Admodiatis prædiis I. 20.
ad Affictum datis prædiis I. 22.
Agricolis II. 6.
Agris III. 6.
Allodialibus prædiis I. 9.
Alluviis prædiis I. 43.
Amtſaſſicis prædiis I. 26.
Animalium juribus II. 10.
- - pignoratione II. 11.
Anſeribus II. 18.
in Apanagium conceſſis prædiis I. 31.
Apibus II. 21.
Aquæductu III. 33. I. 31.
Aquæductu publico III. 34.
Aucupio III. 13.

B.

De Balneis III. 18.
Bobus II. 13.

C.

De Calcariis III. 25.
Campario II. 4.
Canibus II. 17.
Capris II. 15.
Caſtris I. 13.
Cenſualibus prædiis I. 18.
Cereviſiariis tabernis II. 21.
Civitatum prædiis. I. 37.
Coloniæ perpetuæ prædiis I. 21.
Columbis II. 20.
Cotſaſſicis prædiis I. 28.
Cultura prædiorum I. 1.
Curmedicis prædiis I. 17.

D.

De Decimis III. 23.
Deſertis prædiis I. 46.
Domanialibus prædiis I. 44.
De Domino prædii II. 1.
Dotalibus prædiis I. 33.
Dotalitiis I. 35.

E.

De Eccleſiaſticis prædiis I. 12.
Emphyteuticis prædiis I. 15.
Equis II. 12.

F.

De Famulis II. 5.
Feudalibus prædiis I. 14.
Furnis III. 16.

G.

De Gallinis II. 19.
Ganerbicis prædiis I. 39.
Grutiæ jure III. 35.

H.

De Hortis III. 7.
Hoſpitiis III. 19.

I.

De Imperio immediate ſubjectis prædiis I. 24.
Inſtructis prædiis I. 45.
Itinere III. 29.
Juriſdictione prædiorum III. 3.

L.

De Landſaſſicis prædiis I. 25.
Lapidicinis III. 25.
Laterariis III. 25.
Libellariis prædiis I. 16.
Locatis prædiis I. 20.

M.

De Majoratus prædiis I. 29.
Minoratus prædiis I. 30.
Minorum prædiis I. 38.

De Metallis III. 24.
- - ignobilioribus III. 25.
Molendinis III. 15.
ad Morganaticam datis prædiis I. 36.

N.

De Nobilibus prædiis I. 11.

O.

De Operis Rusticorum III. 27.
Opilionibus II. 8.
Optimis Maximis prædiis I. 43.
Ovibus II. 14.

P.

De Pagis III. 5.
Paraphernalibus prædiis I. 34.
Partiariis prædiis I. 23.
Pascuis III. 10.
Pastoribus II. 8.
Pecuaria re II. 9.
Pertinentiis prædiorum III. 1.
Pignoratione Animalium II. 11.
Pignoratitiis prædiis I. 40.
Piscatione III. 14.
Pistrinis III. 16.
Porcis II. 16.
Prædiis I. 1.
Prædiorum cultura I. 1.
- - constitutione I. 3.
Præfecto prædii II. 2.
Pratis III. 9.
Propriis hominibus II. 7.

R.

De Regalibus prædiorum III. 2.
Retrovenditioni obnoxiis prædiis I, 41.
Romanorum prædiis I. 6.
Rusticatione veterum I. 8.
Rusticis prædiis I. 5.
Rusticorum operis III. 27.
Rusticorum prædiis per Germaniam I. 27.

S.

De Saltuario II. 4.
Schriffisassicis prædiis I. 26.
Servis II. 5.
Servitutibus prædiorum Rusticorum III. 28.
Situatione prædiorum I. 7.
Solaribus prædiis I. 10.
Structura prædiorum I. 7.
Superficiariis prædiis I. 19.
Sylvis III. 11.

T.

De Tabernis vinariis III. 20.
- - cerevisiariis III. 21.
- - vini adusti III. 22.
Torculis III. 17.

U.

De Vectigalibus III. 26.
Venatione III. 12.
Via III. 31.
Via publica III. 32.
Villico II. 3.
Vineis III. 8.
Vini adusti tabernis III. 22.
Urbanis prædiis I. 4.
Usufructuariis prædiis I. 32.

INDEX

INDEX TERTIUS
RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM,

Quæ in hiſce Tribus Juris Georgici Libris continentur, ita digeſtus, ut prior numerus Librum, alter caput, tertius vero paragraphum denotet.

A.

Abſindung quid I. 31. 5
Abigeatus quid II. 13. 32
poena ejus varia ibid.
Abigei qui II. 13. 32
puniuntur hodie ut fures ib. in præjud. ibid.
eorum receptores qua poena afficiantur ibid.
Academia Athenis in ſuburbio I. 1. 21
- - - Ciceronis porticu & nemore celebris I. 1. 33
Accipitres adhibentur in aucupio III. 13. 20
unde hoc inventum 21. ſeqq.
varia ſunt eorum genera 25
Autores qui de iis ſcripſere 26
magni æſtimantur 29
capi prohibentur ordinat. Venatoriis ibid. 31
a ruſticis qui aluntur, ſi moriantur forte, quid præſtent 33
Acciſia quid III. 26. 11
num utiliter introducatur I. 44. 21
circa ejus inſtitutionem quæ obſervanda 22
Accreſcendi jus non locum habet in apanagio I. 31. 64
Acetum inter potulenta habitum III. 8. 71
vires ejus inſignes 72
inter eſculenta refertur 73
Actuarius ad judicium conſtituendum neceſſarius III. 3. 29
debet acta propria manu conſcribere 30
ſit Notarius Publicus 31
præſtet juramentum 32
an Dominus prædii ſimul poſſit eſſe Actuarius & Judex 33
Actuarius, *Receſs-Schreiber*, in metallifodinis conſtituendus III. 24. 18
Actus quid III. 30. 1
quomodo exerceatur 3
includit ſervitutem itineris 4
quid tribuat 5
non extendendus ultra ſpatium aſſignatum 8
ut liber ſit, removeri poſſunt obſtacula 10
ejus latitudo 13
utendo conrra modum impoſitum non amittitur 14
Acu necant opiliones in capite oves II. 8. 25
Admiratio parit autoritatem II. 2. 18
Admodiatio quid I. 20. 1
non differt a locatione ibid.
Admodiatum prædium quid I. 20
Adſcriptitii qui dicantur I. 3. 16. II. 6. 8
cenſu qui I. 3. 12
ſervi qui 17
Adulteram profugientem licet occidere II. 18. 12
Ædibus venditis, quid veniat III. 1. 31
Ædificia num ſint prædia urbana I. 5. 3
ex aliena materia exſtructa cui cedant I. 7. 30
Ædilitia actio quid II. 10. 26
quomodo extendatur ad caſus ſimiles 27
Æquitatis ratio habenda I. 41. 9
Ærarium nullum habuere Spartani I. 44. 7
conſervatur per bona domanialia & collectas n. 7. n. 13. ſeqq.
Æſtimatores alicujus prædii cujus ſumtibus accedant II. 11. 27
Affictualis quando expelli poſſit I. 22. 19
ad eum ſpectant onera prædii 20
Affictus unde dicatur I. 22. 2. ſeqq.
denotat qualificatam locationem 3. & 13
non recte accipitur pro penſione 8. locatione 9.
aut jure compaſcuorum 10
fit quodammodo per averſionem 14
tribuit jus utili dominio analogum 15
ad Affictum data prædia quæ I. 22
Affrancamentum ſ. liberatio hominum propriorum quomodo fiat II. 7. 35
eſt nota Dominii ibid.
non poteſt revocari a Domino directo ibid.
Ager quid comprehendat I. 2. 14. III. 6. 3
quotuplex III. 6. 4. ſq.
varia ejus genera 7
bonus qui æſtimandus 42
optimus qui 39
quomodo conſideretur 17
a quo viſitandus 29
ſi a lapidibus purgetur, impenſæ repeti poſſunt a Vaſallo 44
in vineam num poſſit reduci 45
ſepimentis poteſt muniri 46
vicinus arando non occupandus 48
cuſtoditur per Inſpectores 50. ſq.
quotuplices fructus ferat 55
differt a jurisdictione, territorio & diſtrictu 30
confertur bene merentibus I. 6. 2
fertilis quomodo dignoſcendus I. 7. 53
colitur ſedulo a Romanis I. 46. 1
occupatus cedit Reipublicæ I. 6. 1
Agraria lex non ſine periculo tentata I. 3. 45
Agri æſtimatio variat III. 6. 38
Ichnographia utilis III. 6. 27
limites definiendi 19
- - viſitandi 28
menſura antiqua 14
neglectus poena 2. 3
univerſitas quid 18
verſuum ſchema 16
Agri fertiles in Germania 40
Agricolæ apud Romanos a noſtris diverſi II. 6. 2
exemti ab oneribus I. 1. 42
a periculo immunes in bello apud Indos 45
Agricolarum nomen in jure generale II. 6. 4
ſpecialia nomina 5. ſq.

 expul-

expulsione Hispania fit deserta I. 1. 46
frugalitas, candor, contemplatio siderum, alia elogia 60. seq.
vestitum assumit Fridericus Dux Austriæ 57
Agricolis prospiciunt Leges I. 1. 47
Agriculturæ dignitas I. 1. 2. seq.
favor in legibus 39
studium apud Græcos & Romanos 19
- - - - Germanos 67
utilitas 41
summa necessitas III. 8. 7
qui ob eam inter Deos relati I. 1. 14
qui ab ea ad regiam dignitatem evecti 6
Agni ovium appellatione num veniant II. 14. 15
Alapa manumissionis signum II. 5. 47
Alauda, circa earum aucupium controversiæ & dispositiones III. 13. 42
Alienatio, ejus nomine quid veniat I. 33. 23
ejus species est divisio I. 38. 3
Prædii minoris ab initio nulla confirmetur quomodo 15
a minore quando probanda 16
quorum Bonorum in Suecia illicita I. 44. 43
de non alienando clausula hypothecæ adjecta quid præstet I. 40. 27
Alimenta debentur Liberis I. 31. 4. 67
filiabus ex prædiis 24
num suppeditanda subditis operas præstantibus III. 27. 70
Alimentarii qui I. 18. 29
Allodia unde dicta I. 9. 4. 5
quid sint 6
inveniuntur adhuc hodie 7. 8.
antiquitus oblata in feudum 10
rariora in Imperio 12. seqq.
Allodialem naturam habet in feudo jus crediti I. 9. 22
Allodiales an sint Civitates Imperiales I. 9. 28
Allodialia prædia in feuda mutata I. 9. 16. 17
constituunt etiam prædia censitica 20
num Emphytevtica 21
num talia sint prædio concesso *zu einem rechten Erb-Guthe* 26
admittunt pacta familiæ 27
quomodo cœperint in Saxonia 31
in quibus præferenda feudalibus ibid.
Allodium nobile quid I. 9. 6
Allodium villanum I. 9. 6
Alluvio quid I. 42. 2
obtinet in fundis & ædificiis 4
est modus acquirendi justissimus 5
locum habet in fluminibus publicis 6. rivis 7. lacubus 8. mari 9. aqua pluvia 10
cur introducta 9
tribuit omne incrementum Possessori 11
non locum habet in bonis alterius 13
quomodo procuranda per arcanum physicum 50
auget servitutem pascendi III. 10. 43
Alluvionis divisio quomodo facienda I. 42. 41. 42. seqq.
Coalitio quomodo probanda 34
Alluvionis jus tribuitur locis religiosis I. 42. 14
- - - - - - Usufructuariis 16
- - - - - - Emphytevticis 17
incrementum num efficiat, ut major solvendus Canon 19
- - pertinet ad Vasallum 20
locum habet in prædio sub pacto retrovenditionis vendito 23
- - prædio nondum tradito, num pertineat ad Emtorem 24
accedit prædio legato 25
sequitur maritum in prædio dotali 26
- - hæredem ibid
cessat in agris limitatis 27
- - Jure veteri, non hodierno 28
auget Jurisdictionem 29
- - servitutem 31
consequendi remedium 44
quomodo præscribatur 45
usus modernus 46
Alveus fluminis si prædium occupet, extinguit ejus dominium I. 42. 32
derelictus ad quem spectet 39
Ambulationes quotuplices I. 7. 21
Romæ solennes ibid.
Ambtsassica prædia quæ I. 26. 2
unde habeant originem 4. 5
talia judicantur ex matricula 15
Ambtsassii inferioris conditionis quam Schrifftsassii I. 26. 9
quomodo tales facti ex Schrifftsassiis 14
Anates censentur jure anserum II. 18. 14
ali circa piscinas prohibentur III. 14 39
Ancilla II. 5. 26
meretrix injuste dicta instituere potest adversus dominam actionem injuriarum II. 1. 27
Angariæ II. 12. 60. III. 27. 42
Angarii qui II. 6. 17
Animalia quotuplicia II. 9. 3. 4
num juris perita II. 10. 1. seq.
inveniunt remedia morborum 5
efficiunt, ut jus reddatur secundum eorum facta 7
noxia non alenda 13
ferocia quæ dicantur 27
ea alens qua actione conveniatur 26
criminalibus pœnis afficiuntur 29
quo jure hominibus subsint 50
si noceant, pignoranda II. 11. 2
- - vid. pignoratio.
quæ possint pignorari 13. seqq.
in ipso facto capienda 21
inclusa sunt illæsa servanda 22
judici offerenda 23
pignorata quomodo recuperentur 36
nocentia si exturbentur, liberatur dominus 38. seqq.
Anseres Romæ in pretio sunt II. 18. 3
quotuplices 5. seqq.
damnum dantes in nonnullis locis licet occidere 7. pignorare 10
licet expellere agris canibus 11
lapidibus non petendi 12

veneno

veneno tollere non licet quamvis noceant 13
veniunt sub avium nomine in legatis 16
ob ereptos actiones 18
Anserina lana debetur lana simpliciter legata 17
Anserinum stercus segetibus nocet 7. 14
Anserum furtum non fit in Helvetia 19
Anspanner qui I. 28. 1
Antichresis locum habet in prædio feudali I. 40. 9
Antichreticus contractus num toleret modicum excessum usurarum I. 40. 1
Antichreticum pactum quid I. 40. 42
in quantum tolerandum 43. 44
facit ut usuræ immodicæ computentur in sortem 44. seqq.
Apanagiatus non habet Jus territoriale I. 31. 45
Episcopale 47
collectandi 52
fruitur in personalibus jure Austregarum 56
Apanagii utilitas I. 31. 3
necessitas 4
denominatio unde 5
origo 7. divisio 9
quantitas certa 31. seqq.
lites quomodo & ubi ventilandæ 54. 55. seqq.
Apanagium legale quid I. 31. 10
conventionale 11
constituitur postgenitis 19
quandoque primogenitis 20. seqq.
non constituitur filiabus 24
ex quibus bonis constituendum 28. seqq.
ratione quantitatis incertæ a quo definiendum 36
improprium augendum aucto domanio 40
an augeatur aucta familia 41
præstandum, licet apanagiatus aliunde terras acquisiverat 42
quatenus exemtum dispositione possessoris 43
immune a collectis 53
differt a legitima 60
- - Usufructu 61
- - & fideicommisso 62
quomodo finiatur 63. seqq.
non admittit jus accrescendi 64
Aperturæ jus quid I. 13. 35
competit domino territorii ibid.
declaratur per formulam 36
exercetur nonnunquam ex pacto 37
competit propter feudum collatum 39
Apes animalia politica II. 21. 1
feram naturam habent 4
quando nullius sint 5
fiunt occupantium 7
quamdiu nostræ probentur 10
pascuis noxiæ 14
bella quasi gerunt 17
in fundo meo collocatæ num capi possint 21
necans quomodo puniatur 25
rapaces alens tenetur ad interesse 26
quotuplices fructus ferant 28
morti adjudicatæ 41
Viris doctis assimilantur 42
Apiaria nimis propinqua esse non debent II. 21. 17
habendi jus in nonnullis locis ad Principem spectat 13
Apum furtum num fiat II. 21. 23
fures num laqueo puniendi 24
Aqua non licet uti in alterius præjudic. III. 33. 15
Aqua publica abutens pœna afficitur III. 34. 20
Aquæ cursus non impediendus III. 15. 36. 51
pœna si fiat III. 34. 23
Aquæ diversitas III. 34. 4
constituuntur certi Curatores 6
quorum officium proponitur 12
Aquæ divisio quomodo fiat III. 33. 38
Aquæductus quotuplex III. 33. 1.
ut constituatur cujus consensus sit necessarius 12
præstat insignem utilitatem 13
ejus Servitutem babens num alteri possit aquam concedere 17
nonnunquam ad certas horas restrictus 18
non conceditur sine spatio ad eum ducendum 19
plures constituuntur ex uno fonte 22. limit. 23. seqq.
debet habere causam perpetuam 25
ex quibus aquis constitui non possit 26. seqq.
constitui non potest per locum, qui alteri servit 31
quem modum observare debeat 35
quibus remediis defendatur 39
quomodo finiatur 40
Aquæductus publici qui III. 34. 1
sumtus iis impensi 5
expedit reipublicæ si conserventur 7
non impediendi arboribus 10
non debent clam derivari 11
corrumpuntur variis modis 13
mundandi sunt sedulo 21
habent certa interdicta rat. eorum proposita 24
Aquæ mensura quomodo fiat III. 15. 68
Aquam in alterius injuriam ducere non licet III. 33. 7
nemo debet rebus sordidis corrumpere 20
per quam fundi partem ducere liceat 34
Aquagia pertinent ad Regalia III. 14. 4
Aquarii qui III. 34. 14
Aquarum Libratores apud Romanos III. 34. 14
usus diversus 18
Aquilices, Aquileges apud Romanos III. 34. 14
Arabiæ desertæ conditio I. 46. 4
Arbor quæ dicatur III. 11. 10. seqq.
varie in jure distinguitur 12
mea quomodo fiat 24. 25
communis quæ 26
Arbores quædam fiunt quasi juris publici, ut arbores finales, *Maal- und Grentz-Bäume* III. 11. 15
in ripis fluminum plantandæ 16
ornatus aut amœnitatis gratia positæ succidendæ 17
religiosæ vocantur sub quibus mortui sepulti 18
an excipi possint in fundi venditione 19
emuntur deducto solo 20
repullulantes post venditiones cum antea essent aridæ, ad quem spectent 23
a vicinis invito altero cædi non possunt 27
in ripa constitutæ adhærent prædiis 30

quando

quando incidere liceat 32
- - & quousque 34
annosæ non cædendæ, si Venatio alteri compe-
tat 35
novæ semper plantandæ 36
ad reparationem ædificiorum aptæ quo tempore
cædendæ 53
quædam in lignatione relinquendæ 54
fructiferæ non cædendæ facile 61. sed aridæ 73
furtim cædentes quomodo puniantur 78. 79.
ubi præjud.
nonnullæ ob avium sustentationem non eradi-
candæ III. 13. 46
Arborum folia coronis inserviunt I. 1. 15
Area modo rusticis, modo urbanis prædiis annume-
ratur I. 4. 17
Area fodinarum metallic. quæ & qualis III. 24. 47
ejus mensura 50
Areæ *Vogel-Heerde* a quo impetrentur III. 13. 36
debent distinctæ esse certo intervallo 37. quid
sint 38
Arenaria quid III. 12. 10
Christianis valde indigna ibid.
Arestum ut impetrari possit quid requiratur I. 40. 30
Armenta quæ II. 9. 10 II. 13. 16
Assecurationis contractus quid III. 24. 97
Assessores requiruntur ad judicium constituendum
III. 3. 28
Atriensis quis fuerit II. 5. 12
Aucupium ad venationem spectat III. 13. 1
jure gentium omnibus permissum, sed hodie in-
ter regalia refertur 4
quotuplex sit 10
modos habet varios 19
ad certum tempus restrictum 43. 45
an exercitium Principibus dignum 50. seqq.
placuit nonnullis Regibus 54
studium utile & jucundum 55
num deceat Clericum 57
- - militem 58
- - studiosum 59
Averta *ein Felleisen* quid II. 12. 33
ejus pondus in cursu publico 51
Aves coluntur ab Ægyptiis II. 18. 3
describuntur III. 13. 8
quotuplices 9
quæ ad venationem inferiorem, quæ ad supe-
riorem spectent 11
mansuefactæ non capiendæ 12. seqq.
feræ num capientis aut vulnerantis fiant 15. 16
possessæ si surripiantur, furtum est 17
rapaces ab omnibus possunt capi 34
- - cum præmio in Saxonia 35
in laqueis alienis repertæ cujus sint 41
non capiendæ tempore vernali 45
Avibus legatis quid veniat III. 13. 48
Avium nidos & ova prohibitum auferre III. 13. 44
Augmentum servitiorum variis modis fit III. 27. 51
Aurum purum invenitur in fluminibus III. 24. 11
refertur inter Regalia I. 42. 12. III. 24. 11.
in littoribus perquirere in Provincia Delphina-
tensi omnibus licet III. 24. 13
Axis in molendinis III. 15. 24

B.

Balnea describuntur I. 7. 16
ad mixtum imperium spectant III. 18. 4
Romæ plurima 5
quomodo exstructa 6. 7
quam utilitatem præstent 8. 9
luxui inserviunt 11
requirunt varia instrumenta 12
promiscua improbantur 13
apud Turcas 16
Christianorum, Judæis non concessa 17
locantur 19
quomodo admittant libertatis restrictionem 23.
seqq.
publica a Metatis libera 43
Balneariæ furta quomodo puniantur III. 18. 47
Balneatores possunt constituere collegium III. 18. 35
qualia statuta condere possint 37
Privilegio insigni decorati a Wenceslao 40
cur Psittacum habeant in insignibus 42
a metatis non immunes 44
Balneatoribus certæ mercedes præscribendæ a Ma-
gistratu III. 18. 34
Balneatorum filii in collegia recipienda III. 18. 38
viduam ducens vel filiam non ejiciendus colle-
gio 39
Bannaria molendina quæ III. 15. 84
quomodo ab ipso Principe constituantur 85. seqq.
acquiruntur per privilegium ab aliis 90
constituuntur & a Magistratu municipali 93
singuli quomodo ea acquirant 94
ut per pactum acquirantur num requiratur sin-
gulorum consensus 95
cum aliis constitui non possunt invito Domino
Jurisdictionali 97
acquiruntur præscriptione 98
quando frequentari non debeant 100. seqq.
Banniti filiis quibus alimenta præstanda I. 31. 67
Baronum Origo I. 11. 8
Bastagæ quæ vocentur II. 12. 60
Bastagarii qui II. 12. 60
qui hodie 61
Bestiæ ab Ægyptiis coluntur II. 18. 3
Bibliothecæ splendidæ olim in Villis constitutæ I. 8. 25
Bilots quid III. 20. 27
Bovem Ægyptii pro Numine coluerunt II. 13. 6
Boves quid significent II. 13. 1
gaudent privilegiis variis 2
non pignore capi possunt 3
aratorii olim cursui publico non adhibendi 4
mactari prohibiti Athenis 7
Herculis 8
centum in sponsalitium munus dati 9
quomodo distinguantur 11
valde iracundi 13. seqq.
Cornupetæ num redhiberi possint 19
si noceant quid obtinent 20. 21. seqq.
si morbidi venditi. pretium exigi haud potest
13. 24
Boum appellatione tauræ veniunt II. 13. 25
Braxandi Jus ad Regalia spectat III. 21. 8
quando Civitatibus concessum 9
se extendit ad milliare Jure Sax. ibid.

Nobi-

Nobilibus est interdictum 10
num acquiratur & retineatur per possessionem contra sanctionem pragmaticam 12
denegatum Clericis 13
Rusticis 14
num exerceri possit ultra milliare 15
dirigitur certis constitutionibus 17
an variet pro amplitudine domus 21
Braxantes possunt collegium constituere III. 21. 18
an possint pretium cerevisiæ determinare 19
Braxatio cerevisiæ non requirit proprietatem domus III. 21. 23
Braxatoriis ædibus venditis, num instrumenta simul vendita III. 21. 29
Bubulcorum Magister apud Latinos II. 13. 10
vid. Pastores.

C.

Cadmia metallica, *Kobolt*, quid, Legesque circa eam III. 25. 10
Calcaria num ad Regalia referenda III. 25. 5
usum præbet insignem 17
ejus nomine solvendæ collectæ 19
Calx quomodo fiat III. 25. 18
ut coquatur, servitus acquirenda 20
si vino admisceatur, puniendum 21
Causa mortis ibid.
Camerales immunes a vectigalibus sunt III. 26. 47
Caminum licet ædificare in communi pariete I. 4. 39
Camparius quis II. 4. 2
quodnam officium habeat 6
quomodo comparatus esse debeat, ut fidem habeat 7. seqq.
amicitiæ nihil debet tribuere 12
largitiones non admittat 14
officium negligens quomodo puniatur 16. 17
Campus quid I. 2. 30
Camum sub legato vini num contineatur III. 20. 32
Cancrorum fures quomodo puniantur III. 14. 65
Cane venatico cæso injuria fit Nobili II. 17. 22
Canes præ cæteris animalibus excellunt II. 17. 2
magni vulgo fiunt 3
præstant usum egregium 4
varii sunt 6. cujus sint naturæ 8
si læserint, quæ competat actio 9. 15
si feroces nocuerint, quid dominus præstet 12
si damnum dederint, quando habeatur pro casuali 13
alterius quando interfici possint 16. 17. 18
interficiens non fit infamis 20
suppliciis annuis affecti Romæ II. 18. 3
prohiberi possunt III. 12. 18
Canis rabidi morsus Baldum furiosum facit III. 17. 14
Canon num ab Emphyteuta offerendus III. 15. 46. 47
pro lubitu non augendus 50
Canonis soluti cui incumbat probatio I. 15. 49
duplicatio non ubique obtinet 69
Canon metallicus *Erb - Stollen - Recht* quota pars sit III. 24. 26. 78. cui competat 34
Cantus tempore vindemiæ solennes III. 17. 34
Capitatio antiquitus jam usitata III. 27. 31
Capitolium ab occupatione liberant anseres II. 18. 3
Capituli consensus num requiratur in alienatione bonorum Ecclesisticorum I. 12. 41
Capræ vid. Capri.
Caprum amoris causa mittens quomodo puniatur II. 15. 16. cum præjud.
Caprarum morsus arboribus exitialis II. 15. 6
Capri apud Ægyptios honorati II. 15. 1
apud Græcos 3
unde dicti fuerint 5
prohibentur pasci in quibusdam locis 7
equis utiles 10
si plures sint facile morbi inter eos oriuntur 11
pilos ministrant ad usum nauticum 14. ad pannos conficiendos 15
Caput occisi in alicujus territorio jacens num tribuat jus cognoscendi III. 32. 37
Carbones fossiles num metallis annumerentur III. 25. 7.
pro iis præstandus certus Canon ibid.
Carceris pœna domini servos afficere possunt III. 27. 82
Casa quid I. 28. 10
Casata I. 28. 11
Casati qui I. 28. 12
Casearia taberna I. 5. 29
Castaldiæ feudum I. 14. 40. I. 27. 20
Castellorum fundi qui I. 3. 32
Castorum venatio an ad piscationem pertineat III. 14. 71
Castra varia admittunt pacta I. 13. 22. 37
Castratio animalium facit ad eorum pinguedinem II. 9. 19
Castri possessor non fidejubere potest I. 13. 26
Castri destructio quas requirat solennitates I. 13. 41
Castro concesso, num etiam concessa Jurisdictio I. 13. 24
Castrum unde dicatur 13. 1. unde ortum habeat 4
ut exstruatur requisita I. 13. 29
an quivis exstruere possit I. 13. 13
num differat ab universitate I. 13. 18
possidendi jus est privilegium I. 11. 17
Cataractæ *die Wehren* non penitus claudendæ III. 14. 46
Catastrum quid I. 18. 4
Caupona quid III. 19. 19. v. Hospitia.
Cauponas exteras num liceat frequentare III. 21. 25
Cedere in via publica quis debeat III. 32. 4
Censitica prædia referuntur inter allodialia I. 9. 20
alienari possunt inconsulto domino ibid.
transferunt plenum dominium I. 18. 12
quomodo differant ab Emphyteuticis 14
num concedi possint a Vasallo 15. seqq.
Constituuntur a Clericis 18
a quibus acquirantur 19
v. Censuale prædium
Censiticus contractus quomodo dignoscatur I. 18. 38
in dubio præsumitur 39
Censitus quis II. 6. 8. potest alienare fundum sine consensu domini I. 18. 65
pro arbitrio jurisdictionem alterius eligit 68
limit. 69. seqq.
nimis insolens ut discedat juberi potest 74
qua actione conveniatur 77

quas actiones habeat adversus dominum 79
tertium 80
agit summarie 81
Censuale prædium I. 18. 7. seq.
a quo constituatur 8. seqq.
feudum quod I. 14. 36
Censuales Libri quomodo formandi III. 6. 24.
quam vim probandi habeant III. 27. 85
Census quid I. 18. 1. seq.
si per plures annos non solutus, an Dominio quis privetur 13
quotuplex sit 21. seqq. 42. seqq. 46. seqq.
quomodo differat ab Emtione redituum 26
constitutivus & reservativus quomodo differant 35
quomodo probetur 36
quo tempore præscribatur 37
omnis est redimibilis 45
qualis permissus hodie 56
tribuit jus reale 61
ejus Domino non competit Jus Protimiseos 67
si triplex solvendus, præcedit Ecclesia 75
num fontibus acidulis imponendus III. 25. 29
num solvendus ex fodinis viliorum metallorum III. 25. 6. 23
Cera describitur II. 21. 36
quomodo accipiatur in jure 37
adhibetur in sigillis 38
non cujusvis coloris uti licet 39
rubra num usurpari possit a quovis in Imperio 40
Cereales I. 37. 4
Cerevisia unde dicta III. 21. 1
quomodo præparetur 2
potio sanissima 4. seq.
braxari num a quovis possit 7
ejus pretium quis definiat 18
peregrina num possit importari 24
de ea vectigal, *Tranck-Steuer*, solvendum 26
si vendatur, qui ordo observandus 28
si illicitis mediis ejus venditio procurata, quæ pœna locum habeat 30
Cerevisiarum milliare quomodo mensurandum III. 21. 31
v. Braxandi jus.
Cespes ustilis, *Torff*, quid III. 25. 7. ex eo canon solvendus ibid.
Chaises roulantes an agi possint itinere concesso III. 29. 10
Chirurgi servis olim annumerati II. 5. 22
Choppini Cachantium I. 6. 34
Chrysargirum quid III. 26. 68
Ciceronis prædia I. 6. 26
Civitas frumento probe instruenda I. 37. 1
habet prædia publica 7
constituit certos administratores prædiis 9
an possit cogere conductores, ut ante diem solvant 24
comprehendit sub sua appellatione prædia 31
infeudans alios quam jurisdictionem nanciscatur 33
concedit feuda burgensia ibid.
Civitatis reditus ad quem spectat I. 37. 12
refectio fieri non debet inconsulto Principe 15
prædiorum quomodo fieri debeat locatio 23
prædia an possint alienari 25. seqq.
Civitates quo tempore frequentius ædificatæ III. 5. 11
Clausula cassatoria in pignore quid operetur I. 40. 25
Clericis venatio certo modo est prohibita III. 12. 49
aucupium num concessum III. 13. 57
debentur Decimæ III. 23. 10
Clericorum distinctio III. 13. 57
immunitas unde petenda III. 26. 32
Clericus amittit nonnunquam fori Privilegium III. 26. 39
Clibanus quid III. 16. 3
Coactilia quæ II. 14. 70
Cœnacula apud veteres quotuplicia I. 7. 10. 23
Cölln - und Meyer - Höfe quæ I. 2. 43
Collectæ quotuplices III. 16. 5
extraordinariæ haud improbandæ I. 44. 14
per fumantes *Camin-Geld* quid III. 16. 59
Collegiis opificum jus prohibendi intra aliquot milliaria cur competat III. 16. 64
Coloni officium in figura hieroglyphica exhibitum I. 1. 68
Coloni qui & quotuplices I. 3. 14. II. 6. 9. 10. seq.
differunt a Romanis 23
perpetuarii qui I. 21. 15
Colonia perpetua quid I. 21. 1
quomodo acquiratur 2
bona fides requiritur, ut præscribatur 3
assumit naturam locationis 14
Coloniæ perpetuæ jus non consequuntur rustici II. 7. 36
Columbæ habent naturam feram II. 20. 1
nostræ judicantur ex animo revertendi 2
capi apud Hebræos prohibitæ 4
an earum furtum fiat 5
si avertantur, quomodo puniatur 9
si damnum dederint, quæ competant actiones 14
definiri possunt quoad certum numerum 16
includendæ certo tempore 21
quæ non possint occidi 23
commodo inserviunt Usufructuarii 25
ferreæ quæ 28
quomodo æstimentur 31
sunt internunciæ 32
Columbarium potest quis habere II. 20. 22
ad æmulationem non est ædificandum 24
potest locari 26
quomodo multiplicetur 29
Columnarum ordo in ædificando observatus I. 4. 20
Comitatus divitum qualis apud veteres II. 5. 20
Commercia ne extra Civitates exerceantur, quando prohibitum III. 21. 9
debent esse libera III. 32. 13
in Commissum cadere, quid III. 26. 86
quando obtineat 93
pignus quando non cadat I. 40. 49
Commissorium pactum quomodo hypothecæ opponatur I. 40. 27
est illicitum 48
ad Communionem quando quis possit obligari III. 9. 14
Compascui jus quid III. 10. 55

ab eo altero invito non licet recedere 56
ejus revocatio quomodo fiat 57
an possit revocari si terminus certus præfixus 58. 59
conceditur vel Personæ vel Prædio 60
quousque se extendat II. 14. 36
Compiscandi Jus quid III. 14. 66
Concessio Principis quomodo intelligenda III. 15. 71
Concio δοκιμαστικὴ permissu Superintendentis habenda III. 4. 28
Conducendi jus III. 26. 101
cur introductum III. 32. 19
est pars Jurisdictionis territorialis III. 32. 20
Conductio a quibus fieri possit I. 20. 2. seqq.
quomodo 27
quomodo finiatur 45. seqq.
quam producat actionem 5. 3
Conductor feudi Ecclesiastici fruitur ejus immunitatibus I. 12. 34
non potest esse Clericus I. 20. 8
quam habeat obligationem 39
remissionem mercedis quando impetret 41
an & quando expelli possit 48
potest ante tempus migrare 49
tenetur Domino abitum denunciare 52.
Confessio judicialis revocari haud potest I. 46. 23
Conis ludere quando rusticis licitum III. 5. 63
Conagii jus improbandum III. 27. 11
Consuetudo insignem autoritatem habet III. 27. 41
inducit legem III. 17. 14
feudalis æque pro lege custoditur I. 36. 26
universalis extenditur ad loca ejusdem territorii III. 25. 6
Consul si delinquat, quamdiu civitas feudalis revertatur ad dominum I. 37. 34
Contractus creditur celebratus qualis verbis expressus I. 41. 30
Contributio loco pauperum solvenda ab opulentioribus I. 46. 28
Convivia in Villis olim instituta I. 8. 41
Conviviorum Ministri qui olim fuerint II. 5. 19
Coquina ubi I. 7. 24
Cotsasfi unde dicti I. 29. 3
post operam etiam annuum quid solvant 4
iis similes *die Häußler und Erb-Drescher* 6
invito Domino discedere non possunt 7
Cratium *des Hortenschlags* dispositio qualis II. 14. 51
Crediti jus in prædio feudali habet qualitatem allodialem I. 9. 22
Creta num metallis annumeranda III. 25. 7
Cuppæ rite sunt conficiendæ III. 17. 32
an sub torculo legato contineantur 21
Cuprariorum Protector I. 27. 20
Cupressus cur funesta III. 11. 18
Curia & curtis num idem I. 2. 37
Curmedica prædia quæ I. 17. 1. a Romanis ad Germanos pervenerunt 3. 4
quæ iis similia hodie 8. seq.
Cursores *Posten* sunt inviolabiles II. 12. 59
Cursus publicus veterum quomodo differat a moderno II. 12. 37. seqq. v. Postarum jus.
Curtes Imperiales olim gaudebant Jure Superioritatis I. 9. 15
factæ sunt feuda Principum 16
Custodes pascuis sunt constituendi III. 10. 67

D.

Damnum quomodo intelligatur I. 39. 21
ab animali datum a quo æstimandum II. 11. 26
si in frumento datum quodnam tempus respiciendum 29
Decempedam tangere prohibitum III. 24. 117
Decimæ institutæ jure divino III. 23. 1. determinatæ jure humano 2. quid sint 3. quibus solvantur 4. 5
quomodo præstentur apud Protestantes 8
a quibus solvendæ 11
varie dividuntur 13
de quibus rebus præstentur 14
peti possunt in natura, licet pecunia pro iis aliquamdiu accepta 32
in quali frumento præstandæ 33
solvendæ sunt de fructibus adhuc in fundo extantibus 34
si solvantur ex frumento triturato quomodo fraudibus occurrendum 36
solvendæ offerentis sumtibus 37
novales quibus solvendæ 40. 41
quomodo præscribantur 43
imminuuntur transactione 44
quando non solvendæ 47. 51
non solutæ num sequantur possessorem prædii 52
præstandæ citra Religionis respectum 54
an onerari possint 56
causæ circa eas quomodo tractentur 57
Decimæ ex metallis quibusdam debentur Domino fundi III. 24. 33
Decimarum Jus adhuc obtinet nonnullis in locis III. 23. 2
Decimator quis III. 24. 18
Decumani circa officium suum delinquentes quomodo puniantur III. 24. 109
Delictorum cognitio præscribi potest III. 32. 36
a quo facienda si delictum consumatum in via publica 35. 37
Derelictum quando aliquid dicatur I. 46. 7
ex quo tempore præsumatur animus derelinquendi 21. 22. seqq.
Desertio malitiosa privat mulierem dotalitio I. 35. 50
Desertores prædiorum quibus actionibus conveniantur I. 46. 35
Desertum prædium quotupliciter dicatur I. 46. 4
quomodo differat a derelicto 6. & a sterili 8
quid in eo possit occupari 10
si colatur, ejus cultores immunes sunt ad aliquod tempus a tributis 12. 13. 26
occupari non potest secundum mores nonnullorum locorum 14
præsertim autoritate privata ibid.
desertam partem accipere tenetur emtor partis fertilis 16
quomodo frugifero jungendum 20
fertile reddens illud consequitur perpetuo possidendum 24
ex eo solvendæ decimæ 34
Dextra an fidem promittat III. 19. 15
Diebes-Daumen in das Bier hängen quomodo puniatur III. 21. 30

Dies artificialis quis III. 27. 58
itineris num imputetur in dies operarum III. 27. 68
Dinghöfe quid sint I. 2. 45
Disciplina domestica quomodo observanda II. 1. 25
Dispensator quis II. 5. 25
Diversorium vid. Hospitium.
Divisio in bonis allodialibus & feudalibus Jure Sax. fit a majori I. 30. 20. locum habet etiam in rebus expeditoriis 21
fit a fœmina, si masculus simul concurrat 24
locum habet in familiæ herciscundæ judicio 26
Dolia florum num ad ædes spectent II. 7. 44
Domania plerumque Status Imperii ab Imperatore recognoscunt I. 44. 19
quomodo in Suecia reducta 43
Domanium unde dictum I. 44. 1
quid sit 3. alienati reparatio difficilis 4
quas admittat divisiones 5
unde originem habeat 6
a quibus constituatur 8
per incorporationem quomodo fiat 10. ad quid constituatur 12
non constitui potest in prædiis subditorum 15
in quibus rebus locum habeat 16
præsumitur esse allodiale 19. 23
differt a bonis fisco delatis 23
quando alienari possit 24
& quibus requisitis 28
potest oppignorari 29
ad alienationem domanii requiritur in Imperio consensus Statuum 30
alienatum quomodo reuniatur 32. & an pretium acquirenti restituendum 33
quomodo juste alienetur 34
ab antecessore alienatum potest revocari ab Electoribus 35
admittit dispositionem ex consuetudine 38
in Ecclesiasticis territoriis quod reuniri possit 39
fraudulenter acquisitum revocatur 40
quomodo præscribatur 41
eo usque possidendum, donec in petitorio pronunciatum 42
Domicelli qui vocentur I. 31. 18
Domicilia si quis plura habeat, quodnam præcipue spectandum I. 7. 67
Dominium prædii quousque se extendat II. 1. 16
Dominus prædii quas leges ferre possit II. 1. 7
nemini ad rationem reddendam obstrictus 12
censetur etiam Dominus partium cohærentium 16
ejus privilegia pertinent ad totam familiam 18
in quantum ex facto servi teneatur 19
quam disciplinam exercere debeat 25
injuriarum conveniri potest a servis 27
officium quod ipsi incumbat 30
Domus possessoribus vacuæ Antverpiæ pro bonis mobilibus habentur I. 46. 14
Dorff quid significet I. 2. 24
Dos in numerata pecunia consistere debet I. 31. 25
illata quomodo probetur I. 35. 32
an relevet a probatione mariti confessio 33
Ecclesiis a Carolo M. constituta I. 12. 19
constituenda a Patrono III. 4. 67
Dotale prædium quod jus tribuat marito I. 33. 11. seqq.
non præscribitur 20
num possit alienari 16. 21
si a marito locatum, eo mortuo, vidua locatione stare non tenetur 26
ante nuptias locatum revocari potest a marito 27
Dotales Ecclesiæ qui I. 12. 22
Dotali prædio servitus imponi non potest I. 33. 19
Dotalis prædii alienatio quando subsistat, & quomodo fiat I. 33. 16. 18
Dotalitii deterioratio operatur amissionem I. 35. 54
Dotalitium quid I. 35. 9
quomodo differat a dote 10
a Morgengaba 11. a bonis paraphernalibus 12
a sponsalitia largitate 13
sapit naturam contractus 15
quantum esse debeat 16. seqq.
in quibus bonis constituatur 21. seq.
præstandum a feudi Successore 24
requirit consensum domini 26
semel agnitum est retinendum 29
consistit etiam in mobilibus 36
quale jus uxori tribuat 37. seqq.
quomodo amittatur 46
mulier consequitur, licet prima nocte sit vidua facta 56
restringitur ad tempus secundarum nuptiarum 57
Dotes prædiorum III. 1. 34
Dotis constituendæ necessitas I. 33. 4. solutio ex feudo quando debeatur 8. quantitas 9. seqq.
repetitio uxori competit I. 35. 28
alienatio quando subsistat I. 33. 21
Ducatus omnes quando e medio sublati I. 44. 34

E.

Ecclesia an solo cedat I. 12. 44
post consecrationem non est humani juris 45
suos habet dotales nonnunquam 22
Ecclesiæ Coloni num a vectigalibus immunes III. 26. 40
unicuique dos a Carolo Magno constituta I. 12. 19
constituenda a Patrono III. 4. 67
Ecclesiastica Emphytevsis quid I. 12. 29
Ecclesiastica feuda num admittant in successione fœminas I. 12. 33
Ecclesiastica prædia Romano jure exemta I. 12. 2
quando cœperint 8
quot modis concedantur 9
plurima facta metu purgatorii 17
quomodo locari possint 27. seq.
dantur in feudum 31
non tenentur ad collectas ordinarias 35
alienari prohibita 37. aliquando tamen possunt 40
Electio minori competit I. 30 15. seqq.
Emenda pro pecore solvenda II. 10. 23. quid sit II. 11. 30. quousque se extendat ibid.
Emphytevseos domini jus I. 15. 14. seqq.
Emphytevsis I. 15. 1. tantum cadit in prædia rustica 7

ad

ad substantiam non requirit scripturam 12
a quo constituatur 13
accipi potest a fœmina 19
quibus modis constituatur 29
concessa filiis, concessa etiam filiabus 33
quomodo concedatur 34
finiatur 40. seqq.
an alienari possit 56
qua ratione probetur 72
Emphytevta ad quæ obstrictus sit I. 15. 15. ejus jus in quo consistat 21. seqq.
rem emphytevticam potest in alium transferre 26. seqq.
novus solvere tenetur laudemium 35
si rem deteriorem reddat, quid obtineat 42.
cogi non potest, ut aliud pro alio solvat 52
quæ possit, quæ non in re emphytevtica 57. seqq.
quomodo conveniri possit 67
quomodo æstimetur 68
non acquirit thesaurum 75
Emphytevtæ substitutus possessionem a domino directo petere debet 74
Encœnia III. 5. 58. legibus ordinantur 59
ad certum tempus restricta 60
Equestria judicia II. 12. 63
Equestris functio Vasalli I. 11. 14
Equitium quid II. 9. 13
Equus princeps majorum pecudum II. 12. 1
Consul designatus 4
Virtutes habet insignes 5
ratione eorum privilegia concessa 6. 7. delectus apud Romanos 10. probatus Athenis 12
militaribus destinatus non ad alia adhibendus 19
alienari a milite prohibetur 21
potest a milite legari 23
in acie amissus restituendus 25
adhibetur in cursu publico 29. 34. vid. Postarum jus.
Cursorius quotuplex 46. si moriatur, ad quem damnum spectet 48. bene alendus 49.
flagellis saltem agitandus 50
nimium haud gravandus 51. ultra stationes non ducendus 53
liber ab arestatione 55
immunis a vectigalibus 56
proprius si moriatur, proximum potest insilire cursor 57
Equus si venditus, ad quæ emtor teneatur II. 12. 64
Equus vitiosus redhibendus 66
habet varia vitia 100. seqq.
si unus in Equitio *in der Koppel* morbosus venierit 104
si omnibus numeris absolutus promittatur 105
si venditus servanda progenies 106
major annis non vendendus pro juniori 108
si non aptus, contractus rescinditur 110
quomodo secundum qualitatem recte judicetur 113
pretium non excedat legitimum 114
locandus quando ab invito 116
ad quid teneatur conductor 117
Militis quando includi possit 118
conductus ultra tempus non retinendus 119
moderate ornandus 120
non a quovis ali potest 121. seqq.
allegatur in A. B. 123
si infeliciter castratus, ad quid castrator teneatur 124
Equus militaris, *Ritter-Pferd* I. 11. 14
debet esse idoneus ibid.
unicus quandoque præstatur a pluribus ibid. pag. 49. b.
paratus semper esse debet pag. 50. a.
necessitate urgente num augeri possint ibid.
Erb-Guth, formula *zu einem rechten Erb-Guthe* num prædium faciat allodiale I. 9. 26
Erb-Kuxe quando assignentur III. 24. 33
Eremus laudatur I. 1. 65
Exactio quomodo capiatur III. 26. 29
Examen apum cui cedat II. 21. 11
Excommunicatio quid II. 10. 43
Locustarum prolixa ibid.
Excoriatores cujus conditionis II. 8. 40
Excoriatorum domus num inter Regalia referendæ III. 2. 20
Expeditio Romana salubriter fuit sublata I. 11. 14

F.

Fabriles Operæ propriis sumtibus præstandæ I. 7. 43
Falco capi prohibetur III. 13. 31
Falcones sunt varii generis III. 13. 25
vid. Accipitres.
Familia est parva Respublica II. 1. 2
est vel rustica vel urbana II. 5. 11
Farina num exportari possit III. 6. 63
Favorum furtum quomodo puniatur II. 21. 24
Feldstützler qui I. 27. 33. eorum officium quale I. 46. 3
Feles animalia summe necessaria II. 17. 25
occidere apud Ægyptios capitale 26
an pecudum numero veniant 28
feræ ad inferiorem venationem spectant 29
damnum dantes occidi possunt 31
circumferunt pestem 32
pilos nocentes habent 33
Felis pro deo colitur apud Arabes II. 17. 27
si damnum dederit, quæ competat contra dominum actio 30
Felleisen cujus magnitudinis in cursu publico esse debeat II. 12. 33
Felonia ab uno commissa non præjudicat aliis I. 39. 46
Fera num vulnerantis, num vero capientis fiat III. 12. 51. 52
si damnum dederit, illud resarciendum 55
quando occidi possit 78
Ferarum fures puniuntur III. 12. 88
Violatores qua pœna afficiantur 89
Feriæ non sunt operis profanandæ III. 27. 60
Feuda unde dicantur I. 14. 3
originem debent Germaniæ 5
primum fuerunt precaria 8
quid sint 10
varie dividuntur 11. seqq.

hæreditaria quoad dominium naturam feudalem retinent 33
præsumuntur in dubio ex pacto & Providentia 34
in pignoratitio succedit mulier I. 9 23
ex feudo num filiæ elocandæ I. 33. 8
Fides mala non nocet tertio possessori I. 21. 10
Firma nobilis quid I. 11. 3. I. 18. 33
ad firmam contractus quid 31. ejus exempla 32
Fiscalia prædia quomodo constituantur I. 44. 10
quomodo præscribantur 41
Flores quodnam pretium admittant III. 7. 46
a negotiatione excluduntur 48
quomodo pretium restringendum 50
furto si auferantur 59. 60
fœtidos naribus admovens injuriam committit 63
Floss - Recht vid. Grutiæ jus III. 35. 2
Dienste quando præstandæ III. 35. 24
Flumen fines plerumque distinguit I. 42. 6
si prædium locatum diminuat, præstatio etiam minuenda 18
quot modis insulam efficiat 37
pertinet ad Principem 47
damna plurima infert 36
in Flumine publico ædificare nihil licet III. 16. 54
Fluhr - Buch quid III. 5. 49
ejus necessitas III. 6. 21
quomodo conficiendus 25
Fluvius quid III. 14. 10
Fluviaticum incrementum qua actione quis consequatur I. 42. 44
quomodo præscribatur 45
Fluviatica incrementa ad Principem spectant 49
quomodo possint procurari 50
Fodinæ *Bergwercke* quid III. 24. 35
quotuplices 36
area in quantum se extendat 47
circa eas notabilia ibid. seqq.
earum divisio cur inventa 59
integræ possunt possideri 61
rebus immobilibus accensentur 68
proventus sunt res mobiles 69
conceduntur in feudum 78
Fœdera subditorum sunt illicita I. 39. 13. 14
Fœmina num succedat in feudo Ecclesiastico I. 12. 33
dividit Jure Sax. I. 30. 24
Fœnum quotuplex sit III. 9. 5
in pacto antichretico sorti potest imputari 7
madidum ignem producit 40
ubi reponendum ibid.
num pertineat ad frumenta II. 9. 24
madefactum num subditi arefacere teneantur III. 9. 39
Fœtum ponentia animalia non occidenda III. 12. 43
Forestarius quis III. 11. 6
a quo constituatur 66
qualis debeat esse 67
ubi habitare debeat 68
Foresti jus differt a jure venandi III. 11. 39. II. 4. 10
Forestum quid III. 11. 5
vid. Sylva
ejus jurisdictio quid contineat 40
num conjuncta cum jure venandi 41
quos effectus habeat 42. seqq.
Fortalitia promiscue non licet ædificare I. 13. 16. seqq.
Fossas novas num facere liceat III. 9. 25
Foveæ quibus animalibus fieri possint III. 12. 29
si in illas pecus inciderit 30
Francum feudum quid I. 14. 35
Frey - Mann - Lehn - Güther quæ I. 27. 20
Freye Pursche qui sint III. 12. 54
Frohn - Dienste III. 27. vid. Operas.
Fructus quomodo percipiantur I. 32. 22
si locati cui pensio debeatur III. 1. 16
hortorum num ad hæredes transferantur I. 32. 28
decidentes in hortum vicini ad quem spectent III. 7. 39
pendentes dotalitii vidua percipit I. 35. 34
Fruges an colligere liceat die sabbati II. 2. 10
Frumenta III. 6. 57
quomodo æstimentur in prædii taxatione 58
exportari prohibentur 59. seqq.
eorum taxa necessaria 68
quomodo instituenda 69
Fumum licet liberrime emittere III. 16. 55
Fundus idem quod prædium I. 43. 2
quotuplex sit 5
quomodo esse desinat optimus max. 8
quid talem esse probet 9. seqq.
ut laudatus, ita præstandus 15
si dictus fuerit *frey von allen Beschwerungen* 16
Furnagium quid III. 16. 54
Furnariæ operæ qui III. 16. 48
Furnarii qui III. 16. 6
teneantur ad damnum 56
Furni dominus ad ligna obligatur III. 16. 46
jure investitus an jus lignandi habeat 47
Furnus quid III. 16. 3
an pertineat ejus jus ad Regalia 7
potest a quolibet ædificari 8. 17. seqq.
novus extrui prohiberi non potest a Domino 15
ejus ædificatio periculosa non debet esse Vicino 23
quot pedibus a muro distare debeat 24
an ædificari possit in fundo Communi 25
ejus libertas quomodo restringatur 28. seqq.
non potest ædificari ubi antea nullus stetit 32
illius jus quomodo restringatur 33. seqq.
acquiratur 34. seqq.
an requirat in præscriptione titulum 40
locatus an extraneo possit concedi 44
præstandus cum instrumentis 50
gravatur censu 58
quas ejus nomine habeamus actiones 61
visitandus diligenter 62
quomodo amittatur 65
quantum a muro distare debeat in confectione vini adusti III. 22. 10

G. Gabella

G.

Gabella pro Vino solvenda III. 20. 34. seq.
an immunes sint ab ea Ministri Principum 39. 40.
& Assessores Cameræ 41
Fructibus horti imponi potest III. 7. 75
Galli quomodo agros coluerint I. 3. 41
Galli certant inter se II. 19. 13
circa Certamina fiunt sponsiones de iis licitæ 14
Galli Gallinacei Utilitas 16
Gallus Gallinaceus cur in Pœna Parricidii culeo simul insuatur 17
Gallina, das Rauch-Huhn, probat Hominem proprium II. 7. 12
Gallinæ quotuplices II. 19. 3
mansuetæ non acquiruntur Apprehensione 4
si intercipiantur, Furtum committitur 5
ob eas ereptas non agi potest criminaliter 8
damnum dantes occidi non possunt 9. seqq.
si oblatæ Rauch-Hüner, probant Jurisdictionem 18
in venditis Jus Retractus num habeant Nobiles 19
Indicæ judicantur vulgarium Jure 12
ad Gallinas villa I. 6. 18
Ganerbii unde dicti I. 39. 7
possunt certa Pacta successoria inire 31
gaudent Jure accrescendi 47
Ganerbinatus quid I. 39. 6
Castri iniri a quibus possit 9. seqq.
Regis Hispaniæ & Galliæ 11
Bonorum immobilium quatenus licitus 17. 18
quam Formam recipiat 19
quomodo differat a Confraternitate 42
a Majoratu 43
quomodo finiatur 44
quomodo præscribatur 49
Gast-Recht quid sit III. 19. 74
Gegen-Buch quid III. 24. 74
Geleits-Herrlichkeit quid sit & operetur III. 32. 19. seqq.
vid. Conducendi jus.
Geleit-Geld vid. Guidagium.
Gentiana unde dicta I. 1. 9
Geometræ Metallici, Marck-Scheider, qui III. 24. 54
Geradæ non accensentur lecti in diversorio III. 19. 64
Gestationes, describuntur I. 7. 21
Romæ frequentes ibid.
quomodo factæ I. 8. 31
Gewercken, qui in Metallifodinis, & quale Jus habeant III. 24. 24. 56
Gewehr-Schein in Metallifodinis III. 24. 74
Glandis nomine quid veniat II. 16. 17
iis vescebantur Veteres 18. 19
Collectio & usus spectat ad Dominum Foresti 19. III. 11. 63. seq.
colligendæ gratia num per fundum ire liceat III. 29. 19
Gogravica prædia a quibus concedantur I. 27. 20
Græci prædia quomodo coluerint I. 3. 37
Grex, quid II. 9. 12
Grutiæ Jus, ad Regalia pertinet III. 35. 2
exercetur variis modis 3
conceditur inferioribus 8
privatis concessum non regale est, sed Privilegium 10
quot modis acquiratur 11. seqq.
dirigitur certis Ordinationibus 26
violandum non est 27
varias producit Actiones 33
Guardiæ Feudum, quid I. 27. 20
Guidagium, Geleits-Geld, quid III. 32. 24
Guth-Recht, ubi obtineat I. 17. 11
Gypsum, num referatur inter metalla III. 25. 7

H.

Haag quid, & quomodo erigi possit III. 12. 80
Hadriani villa I. 6. 17
Hæredium, quid I. 2. 33
Haussler, num possint pro lubitu discedere I. 28. 7
Hallenses Salinæ quibus concedantur III. 25. 25
Hand-Frohne I. 28. 5
Haupt-Fall, quid sit I. 15. 39
Hastam rectam ferre quis num possit, ubi Actum habet III. 30. 11
Heer-Bann,
Schuld, quid sint I. 11. 14
Heer-Strasse III. 32. 2. vid. Via publica.
Helenium unde dictum I. 1. 12
Herbæ venenatæ non sunt vendendæ. III. 7. 71
Herbarum studium ac Nomina iis ab Amatoribus indita I. 1. 9
Herbis venenosis necans, morte punitur III. 7. 68
partum abigens, quomodo plectatur. 69
Herrlose-Güther I. 10. 16
Hida quid I. 2. 35
Hof unde dicatur I. 2. 41
Hof-Meyer II. 3. 4
Holtz-Sparer-Kunst quomodo excogitata III. 11. 80
nullius usus est ibid.
Horatii prædia I. 6. 29
Horrea, quotuplicia sint, quibusque Prædiis annumeranda I. 4. 19
Hortensii villa I. 6. 13
Hortus, quibus Prædiis annumerandus I. 4. 15. 16
Veneri sacer I. 8. 6
nuptiis inservit ibid.
Testamento relinquitur Philosophis I. 1. 23
Colitur a Regibus III. 7. 3
Omnis Villa dictus 4
Quando in urbe haberi cœperit 7
Utilis simul & voluptuosus 11
Quomodo præparetur 12
Quotuplex sit 15. seq.
An fructus ferat naturales vel industriales 22
Potest ad pratum reduci 25
Potest Sepimento includi 27
si non munitus, animalia irruentia non possunt pignorari 32
non potest fieri ex domo 36

in

in medio duarum domuum, ad quem spectet, in Hæreditatis divisione 37
si legatus, præstandus etiam ab hærede aditus 38
si locatus, an ob sterilitatem pensio remittatur 77
Pensilis, certo modo prohibitus 80
apud Romanos quomodo dispositus 81
Custodibus diligenter muniendus 72
Malorum Aurantiorum, an ad Hæredem mobiliarem spectet 74
Hospitatura inhonesta non est III. 19. 34
Hospites
passivi blande accipiendi III. 19. 39
consignandi in locis nonnullis 41
qui sint 67
vivere tenentur secundum leges Territorii 68. Hospitii 70
modesti debent esse in Hospitio 71
sunt inviolabiles 72
causæ eorum summariter tractandæ 73
recipiendi sunt in Hospitiis 79
activi, ad quid teneantur 39
mercedem non injustam exigere debent 43
præstant custodiam rerum illatarum 49. 50
de quibusdam rebus non reddunt rationem 51
præstant factum servorum 58
culpam levissimam 59
habent Jus tacitæ Hypothecæ 61
- - - Prælationis 61
- - - Arresti ibid.
- - - Quas habeant Actiones 62. 63
Hospitia, quotuplicia III. 19. 1. 2. 3
in Italia pro Pauperibus 5
gratuita Principibus danda 6
quibus insuper 7. seqq.
permutatoria quæ 11
quale obtineat Jus circa ea 15. 16
mercenaria quæ 18. 19
publica referuntur inter Regalia 20
restricta quoad hospitandi libertatem a Magistratu 21
ibi omnes recipiendi 23
quando iis ejici possint hospites 26
interdicta Clericis 32
non gratuita 33
honesta sunt 34. seq.
in iis lusores non recipiendi 36
nec Latrones 37
pro justa mercede patere debent 43
ab Hospitatione Militum non eximenda 65
Hospitii Jus per Præscriptionem acquiritur 28
Huba, quid III. 6. 36. I. 2. 39
quomodo distinguatur I. 2. 40
Ejus, Mensura 41
Hub-Güther, quæ I. 27. 20
Hydrostatica insignem usum habent in Jurisprud. III. 15. 67
breviter delineatur 68
Hymni, quales in vindemia cantentur III. 17. 34
Hypotheca tacita cur ei competat, qui ad ædificandam domum pecuniam credidit I. 4. 32
quando in aliis casibus competat I. 34. 19. I. 40. 31
Hypotheca, quomodo constituatur in Prædio feudali I. 40. 7
quid operetur sine debitis requisitis constituta 8
in Cancellaria feudali confirmata quid operetur 11
An sit stricti Juris 12
sine novo consensu num possit cedi 13
Extrajudicialis Hæredes obligat 21
constituitur coram Judice inferiori 22
specialis num præstet generali 26. seqq.
quotupliciter constituatur 28. seq.
rite constituta quas Actiones largiatur 60

I.

Jacobi factum circa oves num probandum II. 8. 36
Ianitor quis II. 5. 15
Ichnographia agrorum valde utilis ad definiendas controversias III. 6. 27
Ignobilia seu Burgensia feuda manent talia, licet possideantur a Nobili I. 11. 13
Ignobilitatem non inducit agricultura I. 11. 19
Ignobiliora metalla quæ sint III. 25. 1
Immediata prædia conceduntur ab imperatore I. 24. 1
originem unde habeant 2
quæ jura transferant in possessores 10. seqq.
Imperiales Civitates sunt allodiales I. 9. 28
Immissio ab eo peti potest, qui habet constitutum possessorium I. 40. 54
Immunitas a vectigalibus quibus competat III. 26. 32. seq. vid. vectigal.
Imperiales Curtes gaudebant Jure superioritatis I. 9. 15
Incendiariæ Ordinationes necessariæ III. 16. 63
Incendii damnum num Conductor præstet III. 16. 57
Incorporatio num faciat bona domanialia I. 44. 10
Incrementum in prædio feudali ad quem spectet I. 42. 20
an ad illud requiratur nova investitura ibid.
sequitur prædium in feudum concessum III. 1. 24
fluviaticum ad quem spectet I. 42. 44. vid. alluvio.
Inquilini qui I. 3. 15
num possint pro lubitu discedere I. 28. 7
Inquisitio domestica fit circa lignorum furtum III. 35. 28
Insignia Principis num ædibus affigenda I. 6. 43
propria licet affigere 45
num recte insculpentur operibus publicis I. 37. 12. seqq.
Instructum prædium *mit voller Einrichtung* quid sit I. 45. 1
ad illud num pertineat quicquid custodiæ gratia in prædio est 2
plus continet quam cum Instrumento legatum 4. seqq.
transfert ad legatarium omnia inædificata 7. seqq.

Instru-

Instrumenta quæ intelligantur I. 43. 18. seqq.
deteriora reddita non tenetur Dominus suis sumtibus reparare III. 27. 75
an simul veneant ædibus braxatoriis venditis III. 21. 29
Instrumentum prædii quid I. 45. 3
ejus legatum subsistit alienato fundo 10
præstare tenetur locator Colono 11
Insula ad quem pertineat jure hodierno I. 42. 47
- - - - Sax. Electorali 48
an eam sibi vindicare possit superior 49
Insulæ in Rhodano natæ ad Regem Galliæ spectant I. 42. 48
sicut in Rheno ad Electorem Palatinum ibid.
Inventarii confectio necessaria in Locatione I. 20. 38
Inventarium quid continere debeat ibid. & II. 2. 27
conficiens habet pro se præsumtionem ibid.
Inventor Metallifodinæ socios assumit III. 24. 73
Investitura quomodo interpretanda III. 16. 47
De Ducatu aut Comitatu non tribuit Ducis aut Comitis nomen I. 11. 12
Sacerdotis quomodo fiat III. 4. 42
Inundatio possessionem saltem impedit I. 42. 40
Ire quomodo explicandum III. 29. 3
Iter quid III. 29. 2
quam latitudinem habeat 12. 13
per fundum alienum haud concessum 16
ad quem pertineat 25
si legatum, quis habeat electionem 27
quomodo reficiendum 28
si per inundationem impeditum, num in alio loco concedendum 29
Itineris Servitutis origo III. 29. 15
refectio ad quem spectet 28
spatium bipedale num abeat in actum vel viam 30
Judæi non excludendi a commerciis III. 24. 118
gaudent securitate viarum III. 32. 15
non hospitandi in metallifodinis III. 24. 118
Judex superior citare potest irrequisito inferiori III. 3. 16
quos casus tractet Jure Sax. 17. seqq.
ad constituendum judicium necessarius 28
an esse possit in sua familia prædii dominus 36
an fœmina esse possit 37
Judicis cujusdam vox detestanda III. 3. 40
Judicium quomodo constituatur III. 3. 28
Jumenta quæ II. 9. 9. III. 30. 2
de jumentis vehiculorum constitutio II. 12. 26
Junckern, qui I. 31. 18
Gottes Junckern Canonici appellati 18
Jureconsulti boni Oeconomi II. 1. 24
Jurisdictio refertur ad Regalia III. 3. 1
est penes Principem 2
quotuplex sit 5. seqq.
Ecclesiastica quæ 6. seqq.
an comprehendatur sub concessione jurisdictionis omnimodæ 8
competit Nobilibus immediatis 9
moderna male deducitur ex Legibus Romanis 11
superior & inferior quid comprehendant 18
omnimoda utramque complectitur 21
- - merum imperium III. 1. 10. 11
an cumulative an privative concessa 23
an dividi possit 38. I. 39. 34
tribuit mulctas 39
terminatur finibus districtus III. 6. 32
an majori natu cedat ejus administratio I. 39. 36. 37
Jurisdictionis Præfectus II. 2. 43
quousque eam exerceat ibid.
Jusjurandum Civitati præstitum num impediat vim privilegii III. 20. 13
minorationis locum habet in damno dato II. 11. 28
Jus Justinianeum quatenus habeatur pro jure communi III. 3. 12

K.

Κέλυσμα quid III. 17. 34
Keller unde dicatur I. 2. 42
Klaffter-Maafs quale III. 11. 60
Kobolt refertur ad Regalia III. 25. 10
Koppel-Jagd quid III. 12. 65
exerceri non potest invito altero 67
an illi quis renunciare possit 69
an Principi competat in agris Vasallorum 70
Koppel-Weide quid tribuat III. 10. 54
an possit ab una parte pro lubitu revocari 55. seqq.
vel personæ debetur, vel villæ 60
Krumstabisch Lehn dicitur feudum Ecclesiasticum I. 12. 32
Proverbium *Krumstab schleust niemand aus* quomodo intelligendum 33
Kühe, *Peitsch-Kühe* præstantur in Saxonia I. 17. 12.
vid. Vacca.
Kühr-Gerechtigkeit minori competit in Saxonia I. 30. 4. seqq.
Kühr-Geld præcipuam habet minor I. 30. 6. seqq.
expresse reservanda 8
cessat in venditione necessaria 9
Kuckus unde dicatur & quid sit III. 24. 63
leiben und Verborgung derselben quid 97

L.

Lacus quid III. 14. 13
num inserviat Aquæductui constituendo III. 33. 26
Laici quando accipiant decimas III. 23. 6. 7
- - jus decimandi sibi vindicant in Germania 8
Lana quænam hodie præstantissima II. 14. 56
variat ratione ætatis ovium 58
bona quomodo producatur 59
quotuplex 61. seqq.
nondum detonsa emi potest 77
non exportanda 79
detonsa ad quos hæredes spectet 82
quæ ad Geradam pertineat 83
Lanæ venditio quibus fraudibus obnoxia II. 14. 81
Landsassiatum quid constituat I. 25. 4. 5
- - finiat 30
Landsassica prædia dominum territorii respiciunt I. 25. 1
ubi inveniantur præcipue 2
unde originem habeant 3
Landsassius quis I. 25. 14
ad quid obstrictus sit 6
quilibet Vasallus est in Provinciis Ducum Sax. 8. seq.
debet obedire superiori 21. 22. 23
si Dominus iniquus, quomodo sibi consulere debeat 25. 26
an jussu Domini suscipere aliquid possit contra Imperatorem 29
potest mutare domicilium pro lubitu 30. seqq.
Lanificium quot modis absolvatur II. 14. 69
præstat insignem usum 75. 76

Laniones si carnes morbosas vendant, quomodo puniantur II. 14. 19
Lapides in agro jacentes num cuivis liceat colligere III. 25. 4
Lapides terminales diversi III. 6. 31
in Metallifodinis qui III. 24. 53
Lapidicinæ cui cedant III. 24. 10
earum usus definitur ex consuet. III. 25. 6
sunt Juris privati III. 25. 2
an ad Regalia spectent secundum A. B. 3
Laquearia auro tecta I. 7. 13
Laquei quibus aves capiuntur, definiuntur III. 13. 39. 40
Largitas sponsalitia I. 35. 13
Largitorum metallicorum fraudes III. 24. 115
Lateraria, *Ziegel-Hütten*, quam præstent utilitatem III. 25. 11
accensentur Regalibus III. 25. 12
competunt quandoque jure Servitutis 13
Lateres s. Tegulæ num per se possideantur III. 25. 14
si decidentes noceant, quæ actio competat 16
coquendi quam terram requirant idoneam, *Ziegel-Erde*, an pertineant ad Regalia III. 25. 5
Latrones hospitiis non recipiendi III. 19. 37
Lavatio Romanis frequens I. 8. 36
Laudemium, *Lehn-Waar*, solvere tenentur homines proprii II. 7. 34
quota pars sit ibid.
in quibus Casibus ab Emphyteuta solvendum I. 15. 35. seqq.
competit mulieri in dotalitio I. 35. 38
Laudemiale Feudum I. 14. 37
Laurentinum Plinii I. 6. 28
Lectica III. 29. 5
Lecti in Diversorio Geradæ non annumerantur III. 19. 64
Legati mitti possunt a Nobilibus immediatis I. 24. 20
Legatum Gregis quando extinguatur II. 14. 5
Ususfructus quando pereat. ibid.
Prædii si simpliciter legetur quid Legatarius consequatur I. 45. 7
Leges a Patrefamilias præscriptæ II. 1. 9
Hortenses Lipsii 10
num præscribi possint extra Remp. degentibus III. 24. 112
Sylvestres quæ? III. 11. 42. vide Sylva.
Venatoriæ III. 12. 88. vide Venatio.
Legitima salva debet esse in Majoratu I. 29. 56
Legitimati non succedunt in Majoratu I. 29. 27
Legumina quæ sint III. 6. 56
Lehn quamcunque concessionem denotat I. 10. 9
Libella quid I. 16. 8
Libellaria prædia num ab Emphyteuticis differant I. 16. 1
exhibentur in variis exemplis 9
Libellarius Contractus quid? I. 16. 4
dicitur Jus Colonarium I. 16. 5
mixtus ex emtione venditione 7
Libellus pro contractu Emphyteutico I. 16. 1
Libera prædia fuerunt omnia I. 9. 1. vid. Allodia.
quænam sint 6
Libertatis restrictio quot modis fiat III. 18. 23. seqq.
Liberti III. 27. 21
Libri in prædiis asservati I. 8. 25
studiosorum immunes a Vectigalibus III. 26. 65
Licitatio obtinet in divisione castri ganerbici I. 39. 28
Ligna incisa num veniant venditis arboribus III. 11. 21.
referuntur inter mobilia 77
quomodo a Domino Sylvæ cædenda 46
si non sufficiant, Dominus præfertur ei, cui Jus concessum 72
in Sylva communi quomodo cædenda 74
Lignandi Jus non ultra modum extendendum III. 11. 70
ad comburendum concessum an etiam arbores complectatur ad ædificationem cædendas 73
quas tribuat actiones contra delinquentes 78
Lignatio, *Holtzung*, nimia prohiberi potest III. 11. 43
non impedire debet Servitutem venandi 44
ab usufructuario non fit pro lubitu 48
in quantum competat mulieri in dotalitio 49
certo tempore instituenda 53
Ligni Monopolium Princeps concedere potest III. 35. 18
Expositio in privilegium Civitati conceditur 19
- - quomodo sit impetranda 31
Traductio quando fiat 22
damna inde data resarcienda 23
Furtum quomodo puniatur 27
Restitutio fieri debet a flumine sublati 30
Limitanea prædia quæ? I. 3. 31
Limites agrorum quomodo definiantur III. 6. 27
constituendi 19
frequenter visitandi & quomodo 28. 29
Limitropha prædia I. 3. 30
Λιμνεῖον quid III. 17. 34
Linum ad macerandum non immittendum aquis piscosis III. 14. 38
Liquores minerales num Regalibus accensendi III. 25. 29
Literati mali Oeconomi II. 1. 23. boni 24
Locari quibus non possit prædium I. 20. 7. seqq.
quæ res possint 10. seqq.
Locatio prædii quomodo fiat I. 20. 14
coincidit cum Emtione 25
tacite non potest contrahi 28
quoad tempus definienda 31
ad longum tempus num transferat utile Dominium 34
quam admittat cautelam 35
quomodo finiatur 45. seqq.
Locator quid præstet I. 20. 38
mercedem quando remittat 41
onera quæ ferat 42
Lochsteine quid III. 24. 53
Locus quomodo differat ab agro & fundo I. 2. 12. 13
Locustarum excommunicatio II. 10. 32. seqq. ejus Processus describitur 36. improbatur 38 sqq.
Locustis advocatus datur II. 10. 35
Lucrum quomodo intelligatur I. 39. 21
Luculli Villa I. 6. 11
Piscinæ 12
Lupam lactantem capiens quod præmium nanciscatur III. 12. 76
Lupos occidere num promiscue licitum III. 12. 74
coguntur persequi qui tenentur ad Servitia Venatoria 75
Lupus si animal occidat in pascuis, quid juris III. 10. 68
Luscinias non ubivis capere permissum III. 13. 42
Lusores hospitiis non recipiendi III. 19. 36
Lutræ ad Venationem spectant III. 14. 71
Lysimachia I. 1. 11.

M. *Maasen*

M.

Maasen quid III. 24. 48
Magister operarum, *Bergmeister*, quis III. 24. 19
Major pars Jus constituit III. 15. 95
Major dividit I. 30. 19
nancifcitur gladium ex rebus expeditoriis 21
Majoratus quid? I. 29. 2
quo Jure introductus 5. feqq.
definitur 16
a quibus introducatur & quomodo 17. feqq.
qui ejus capaces sint 25. feqq.
ad quem spectet 32. feq.
in quibus consistat 35. feqq.
qua ratione constituatur 42
ejus quantitas 43
legitimam non debet lædere 44
tribuit Dominium restrictum 46
quomodo finiatur 54
assignatur a Patre I. 30. 3
Mala aurantia an ad hæredem mobiliarem spectent III. 7. 74
Mahl-Groschen, *Mahl-Pfennig*, quid III. 15. 119
Mahl-Pfahl III. 15. 66
Mahl- und Grentz-Bäume sunt juris publici III. 11. 15.
Maledicere Creaturis num Ecclesiæ concessum II. 10. 45
Mandatarii metallici qui III. 24. 109
Manentes II. 6. 16
Mansata I. 3. 39
de Mansata homines II. 6. 20
Mansos tres habens potest constituere pastorem II. 8. 10
Mansus quid? I. 2. 32. III. 6. 37
Ecclesiis tributus I. 12. 19
vestitus quid 20
indominicatus 21
Manumissio quomodo adhuc obtineat II. 5. 46
Manumortuales qui in Gallia I. 3. 41
Manus porrectio, *der Handschlag*, signum acquisitæ potestatis II. 7. 12
Marckscheider qui? III. 24. 54
Mare quid? III. 14. 9
Maritus lucratur bona uxoris adulteræ I. 34. 26
Massen quid III. 24. 37
Masculinus Sexus includit fœmininum II. 19. 1
Mastung quid sit II. 16. 19
quot pascere liceat porcos 20
Materfamilias quale Jus habeat in Liberos II. 1. 20
Matricula Schrifftsassiorum quam vim habeat I. 26. 14
Matrimonium Abrahami quale I. 36. 16
Matrona & Materfamilias non differunt II. 1. 21
Mecænatis Villa I. 6. 15
Medicamenta vino non immiscenda III. 20. 24
an servis debeantur II. 5. 33
Medices (Sebastiani) Caregium I. 6. 31
Medici servis accensebantur II. 5. 22
Medicinas inveniunt animalia II. 10. 5
Mellis abundantia in Polonia II. 21 30
ratione Collectæ ac Vectigal solvuntur 31
Mendicantes validi fiunt homines proprii II. 7. 20
Mensor si falsum modum dixerit III. 20. 43. III. 24. 116
Mensores agrorum jurati esse debent III. 6. 20
Mensuræ Romanorum frequentiores III. 8. 57
Mensura vini præscribenda I. 20. 26
Mensuratio milliaris unde facienda III. 21. 32
Mercatura a Clericis non exercenda III. 26. 37
Merces famulorum gaudet privilegio II. 5. 37
integra num solvenda famulo discedenti 39. feqq.
Merces quænam immunes a Vectigalibus III. 26. 61
Mercurialis Virgula num sit licita III. 25. 48
usum incertum habet 49
Meretrices hospitiis non recipiendæ III. 19. 36
Meridianæ horæ III. 27. 58
Metalla quid III. 24. 3
olim juris privati 4
exercuere damnatos ad ea 6
pertinent hodie ad Principes 7
in rivis inventa cui cedant 11. 12
ut colligantur in rivis privatis conceditur ibid.
a quovis possunt investigari 70
ignobiliora ad Regalia etiam spectant III. 25. 1
conceduntur per Investituram III. 24. 79
num crescant 100
Metallarii fraudulenti quomodo puniantur III. 24. 114
Metallica debita unde solvenda III. 24. 96
jura sunt singularia 103
litigia decidenda in judiciis montanis 104
Societas quid 73. feqq.
Metallicæ Ordinationes a quo condantur III. 24. 25
partes quomodo subdividantur 67
- - rebus immobilibus accensentur 68
- - quomodo in commissum cadant 93
- - ob delictum aut debitum non occupanda 119
hypothecæ quomodo constituantur 96
Metallici Præfecti qui III. 24. 16
Magistratus 105
Proventus sunt rebus mobilibus accensendi 69
Proxenetæ qui 98
Metallicum jus quomodo acquiratur III. 24. 5. feqq.
Metallicus Canon a quo exigatur III. 24. 26. 78
cui competat 34
contractus plane singularis 82
Labor qualis 92. feqq.
Metallifodinæ ad rem rusticam translatæ III. 24. 2
quotuplices 5
quando ab Imperatoribus vindicatæ 7
quomodo ad Status Imperii translatæ 8
frequentes in Germania 19
a privatis quomodo acquirantur 29
non comprehenduntur sub Concessione meri & mixti imperii 31
si instituantur, quomodo privato Domino prospectum 33
societates sunt impetrandæ consensu publico 77. 82
num admittant Jus Emphyteuticum 78
quomodo amittantur 83. feqq.
quando Senii prærogativam amittant 87
Metallorum jus in quibus consistat III. 24. 14
Metrocomia I. 3. 26. I. 11. 2
Meyer-Güther quæ I. 16. 9
Micatio quid II. 9. 31
Militaris Equus *Ritter-Pferd* quis I. 11. 14
Militum licentia apud Romanos restricta II. 12. 17
quomodo jure hodierno 18
Milliare quale spatium comprehendat III. 21. 31
num a mœnibus Civitatis mensurandum 32
terminum ad quem si ædes primas pagi habeat, an ejus jus in totum pagum se extendat ibid.
Mineralia fodere privatis haud licet III. 24. 28

Minerva lanæ usum docuit II. 14. 67
Ministri Ecclesiæ quomodo constituendi III. 4. 11
denominandi sunt libere 19. seqq.
vocandi sunt consensu Populi 21
pro ratione Ecclesiæ vocandi 22
an certis conditionibus & quibus possint vocari 29
substituti constituuntur a Patrono 32
coram Episcopo præsentandi 34. 38. seqq.
absentes quando confirmentur 39
quomodo ordinandi 40
vocati non possunt a Patrono removeri 44
ex officio ab Episcopo instituendi, si Patronus negligens 45
ad mercedem pastoribus obstricti II. 8. 12
non tenentur *zum Zech-Hüten* 13
immunes sunt a vectigalibus III. 26. 32. vide Vectigal & Clerici.
mercaturam non possunt exercere III. 26. 36
Scholarum a Patrono constituuntur II. 4. 33
Principum immunes sunt a vectigalibus III. 26. 47
eorum privilegia num extendenda ad filios 48
Miniaria num ad Regalia spectent III. 25. 5
Minorationis juramentum in damno dato locum habet II. 11. 28
Minoratus prospicit minoribus I. 30. 1
ubi vigeat 4
Minor sibi potest stipulari pecuniam *das Kühr-Geld* I. 30. 6
an eam transferat ad hæredes 11
potest prædii venditionem aut ratam habere, aut revocare 7
habet jus Electionis, si duo fratres existant 15
a divisione majoris non potest recedere 19
an jure eligendi per Testamentum privari possit 28
potest restitui in integrum, si se læsum probaverit I. 38. 9
si prædium vindicet, cui jus probandi incumbat 16
Minori non præjudicat hypotheca I. 38. 14
Minorum prædia & res non alienanda I. 38. 1
an alienari possint ob sterilitatem 5
quibus solennitatibus alienentur 6. seqq.
eorum alienatio injuste facta quomodo confirmentur 15
Modio designato utendum molitoribus III. 15. 133
Modiorum designatio ad Principem spectat III. 15. 79
Mœniana unde dicta I. 8. 28
Molæ partes essentiales III. 15. 4
quotuplices 8. seqq.
instrumenta hodie usitata 23
Molares lapides cujus impensis comparentur III. 15. 112
Molaris machina rite præparanda III. 15. 125
diligenter corrigenda 129
Molendi ars a quo inventa III. 15. 2
Molendina quibus prædiis annumerentur I. 5. 30
quid sint III. 15. 1. seqq.
quotuplicia sint 7. 22
quæ instrumenta habeant 23. seq.
num liceat ædificare privato 34. seqq.
an ædificari possint in flumine publico 37. seqq.
justo spatio distare debent 75
non immunia 117
inviolabilia 122
ad modum præscriptum a molitoribus præparanda 125
Molendinariæ mercedis constitutio a quo fiat III. 15. 107
exactio a quolibet fit 108
pensionis remissio quando concedatur III. 15. 113
Molendini Dominus constituit mercedem molinariam III. 15. 107
usum gratis promittens num teneatur aucta familia 109
ad tempus locati refectio cui incumbat 110
locati impensas quis præstet 112
plures ductus num formari possint 43
ædificandi modus 53
forma præscripta 56. seqq.
ædificatio fieri debet secundum consuetudinem 59
Molendinorum cura ad Majestatem spectat III. 15. 77
Visitatio instituenda 80
Molendinum num immutari possit III. 15. 42
ædificari non potest, quando usus fluminis fit deterior 46
- - ad æmulationem 47
- - aut contra legem vel consuetudinem 48. 49
ædificans novum cavet de damno 52
novum non debet vicinis nocere 64
spectat ad res immobiles 82
ad illud num cogi quis possit 86
- - v. Bannaria.
extra territorium visitantes tributo onerari possunt 88
ad molendinum Secta quid 91
in feudum conceditur 115
an aliud dominus feudi ædificare possit 116
Molentes tenentur solvere certum Canonem, *den Mahl-Groschen* III. 15. 119
Molere res meræ facultatis III. 15. 83
gratis non fit 108
diebus festis num liceat 134
Molilia quid III. 15. 4
Molinaris arbor *Fach-Baum*, quid III. 15. 61
palus *Sicher-Pfahl* 62
- - non debet immutari 70. seqq.
- - ejus usus 72
Molitores visitationibus adhibendi III. 15. 73
immunes ab oneribus personalibus 120
non laborant infamia 123
quotupliciter peccent 124
quomodo delinquentes puniantur 135
num piscari possint in fossis molinariis III. 14. 50
Molitura quamdiu expectanda III. 15. 102
Monachi num possint exercere aucupia III. 13. 57. v. Clerici.
Monasteria desolata in Germania a Protestantibus possessa gaudent jure allodiali I. 9. 19
Monopolia num sint prohibita III. 20. 3
Monosyllabi domini qui II. 5. 50
Montanæ Civitates & earum jus III. 24. 46
Montana judicia quas causas tractent III. 24. 105
Morbi Equorum II. 12. 65. seqq.
Morganaticum matrimonium qua ratione introductum I. 36. 7
fundamentum habet in jure feudali 9. 25
ut ineatur quæ ratio 11
quibus conditionibus fiat 14
illustratur per varia exempla 15. seqq.
an de jure subsistat 21

facit

facit ad familiæ conſervationem 24. 32
Morgengaba quid I. 36. 1
quota pars apud Saxones 5
qualis ſit quæ debetur ex bonis mariti defuncti 6
Mori (Thomæ) Chelſeicum I. 6. 31
Mors ovium quomodo probanda ab Opilione II. 8. 29
Mulctæ non concedendæ in Salarium II. 2. 42
Mulieres inſignem favorem habent jure Sax. I. 35. 8
dividunt I. 30. 24
inhoneſtæ Civitate expellendæ II. 14. 18
Mulio ad quid teneatur II. 8. 35
Mulſum vini appellatione num veniat II. 21. 32
ſenectutem procurat 33
militibus datum 34
quomodo factum 35
Munera patrimonialia nemo poteſt recuſare I. 43. 10
Munimenta exſtruere ad jura Majeſtatis ſpectat I. 13. 14
in Germania olim deſtructa 16
ubi exſtruenda 30. v. Caſtra.
exſtruere ſtatus Imperii poſſunt III. 27. 37
Munimentum exſtructum Fuqueto perniciosum I. 13. 16
Munus ſuum negligens removendus eſt II. 4. 17
Murenam Craſſus ut filiam luget III. 14. 81
Muri num exſtrui poſſint I. 13. 14
Mutzſchierung quid I. 31. 13. ſeqq.

N.

NAbuchodonoſor agricolis parcet I. 1. 46
Neronis ſpelunca I. 6. 22
Nidi avium non ſunt turbandi III. 13. 44
Niederlage quid III. 20. 37
Niftelgerada quotuplex II. 14. 42
Nitrariis vectigal imponitur III. 25. 23
Nitrum ejusque quærendi cura ad Principem ſpectat III. 25. 8
Nobilem ſe de loco ſcribendi taxa I. 6. 48. I. 11. 15
Nobile prædium quid I. 11. 4
an nobilitet 6
feudum quid 5
non nobilitat de conſuetudine Saxonica poſſeſſorem 10
tribuit jura ratione Nobilitatis annexa 11
quid præſtet 14
Nobiles quomodo orti I. 11. 9
non nobilitant feuda ignobilia 13
manent quoad bona paganica oneribus ſubjecti 14
ſe non debent totos dare rei ruſticæ 20
quomodo conſervent ſplendorem 22
cur in agris degant 23. I. 39. 4
in nonnullis locis non permittuntur inhabitare Civitates I. 11. 26
in urbibus degere tenentur certis anni temporibus in Italia I. 8. 15
- - diverſæ ſunt conditionis I. 11. 28
an poſſint cereviſiam coquere III. 21. 11
an exercere poſſint Oenopolium III. 20. 6
an commercia exercere queant III. 20. 4
Immediati paria habent jura cum reliquis ſtatibus I. 24. 19. III. 2. 2
habent jura fœdera ineundi I. 39. 33
Nobilitas prædii jura omnia transfert ad poſſeſſorem I. 11. 11
non extinguitur per poſſeſſionem prædii plebeji 18
non obſcuratur per agriculturam 19
quandoque in Ganerbinatu probanda I. 39. 19
immediata qualia jura exerceat I. 24. 10. ſeqq.
Novale quid III. 23. 38
quomodo probetur 39
Novalia tempore dati privilegii ab alio poſſeſſa non comprehenduntur in privilegio exemtionis III. 23. 42
Novalis ager inter duas Parochias ſitus cui decimas præſtat III. 23. 41
Novalium decimæ ad quem pertineant III. 23. 40
Noxæ traditio num liberet Jure Sax. II. 10. 14
æſtimatio cujus ſumtibus fiat 27
Noxales actiones juris divini II. 10. 9
& Gentium ſunt ibid.
ad Noxam condemnatio quomodo fiat II. 10. 11
Noxia animalia habens quomodo puniatur II. 10. 13
Nuncius vocatur Saltuarius II. 4. 4
Nuptiæ in Villis celebratæ I. 8. 6
Nuptiæ ſecundæ non privant dotalitio I. 35. 49
ſimiles ſunt apud Brabantos matrimonio ad Morganaticam I. 36. 17

O.

OBſervantia quid requirat III. 27. 53
Oeconomia etiam exercita a Jureconſultis II. 1. 24
Oeconomus, quis II. 3. 2
Oenopolium num referendum ad Monopolia III. 20. 3
num exerceri poſſit a Nobilibus 6
num exerceri poſſit in domo a Juriſdictione Magiſtrat. exemta III. 20. 14
exercendi jus quatenus in tertii præjudicium concedatur III. 20. 12
Olea num arboribus accenſenda III. 11. 11
Operæ quomodo introducantur I. 7. 32. ſeqq.
- - amittantur 36
an præſtandæ ad nova ædificia 38
an de loco ad locum extendi poſſint 39
fabriles præſtandæ propriis ſumtibus ſecus ac officiales 43
quomodo intelligantur III. 16. 48
in Venationibus præſtandæ III. 12. 71
introductæ a Carolo M. III. 27. 1. ſq.
ob diverſitatem ex conſuetud. judicandæ 6
ex ſubjectionis jure præſtandæ 7
quid ſint 9
quem finem habeant 12. ſq.
quotuplices apud Veteres 14
quotuplices hodie 15
quomodo præſumantur & conſtituantur in omnibus prædiis 22
Conſiſtunt præcipue in agricultura 34
- - in ædificatione & refectione prædiorum 35. ſqq.
Sequuntur quemvis emtorem prædii 23. 39. ſqq.
ſunt fructus Juriſd. 44
pertinent ad Juriſd. inferiorem 45
augentur aucto prædio 50
ſi non definitæ, quales præſtandæ 53
juſto tempore exigendæ 56. ſqq.
quando recuſandæ 65
quo in loco præſtandæ 68
precario fiunt 73
ſequuntur ſurrogatum 76
mutantur in præſtationem pecuniariam 77

 poſſunt

possunt cedi 80
quomodo a Rusticis exposcendæ 82
quando earum jus probetur 84
quomodo finiantur 87
Operarum Rusticarum distinctio II. 12. 61
Opificia pagis regulariter interdicta III. 5. 57
Opiliones non conducendi inscio Domino eorum II. 8. 18
oves scabiosas habentes quomodo puniantur 22
- - in societatem aliorum recipiuntur 23
quas fraudes exerceant 25
quibus actionibus conveniendi 26
quando culpam præstent 27
a testimonio non rejiciendi 39
excoriatoribus non exæquandi 40
Opilionum filii in collegia recipiendi II. 8. 37
filias ducentes non excludendi a collegiis 38
Oppignoratio bonorum immobilium quomodo fieri debeat I. 40. 17. seqq.
Optima maxima prædia quæ I. 43. 4
quomodo desinant esse libera 8
an feuda dici possint 9
quomodo talia esse desinant 11
laudata præstanda sunt 15
legata quomodo præstanda 17. seq.
Optionis jus inter descendentes locum habet I. 30. 5
minori competit 6
in quibus rebus obtineat 20. 21
num per Testamentum adimi possit 28
Opus publicum incipiens illud absolvere tenetur I. 4. 24
Ordinatio Ministri Ecclesiæ necessaria III. 4. 40
Ordinationes Venatoriæ III. 12. 88. vid. Venatio.
Piscatoriæ III. 14. 23. vid. Pisces.
Metallicæ III. 24. 25. vid. Metalla.
Ordines *die Land-Stände* in nonnullis Provinciis habent vim consultivam, in nonnullis decisivam I. 44. 30
Orgia metallica *Berg-Lachter* quid III. 24. 50
Orgya *Klaffter- oder Malter-Maass* quantum contineat III. 11. 60
Originarii qui II. 6. 7
Oves quæ ad fœtificandum eligendæ II. 14. 6
multis morbis obnoxiæ 14
sanæ quod sint, qua ratione cognoscatur 15
morbosæ non pascendæ servitute pascui concessa 16
- - expellendæ 17
- - non mactandæ 19
scabiosæ non pascendæ cum sanis 20. II. 8. 22. seqq.
- - venditæ redhibendæ 21
plures quam definitæ, non pascendæ 32
Domini Civit. vel pagi quomodo pasci possint 37
ad Geradam pertinent 40
ante divisionem si decedant, ad quem damnum spectet 45
ferreæ quæ 46
an comprehendant agnos 52
egregium usum præstant 53
Ovile exstruere an Cuivis liceat II. 14. 27. seqq.
non de loco in locum transferendum 29
in duo num mutari possit 30
ultra decennium possidens in possessorio defenditur 31
novum exstruere non potest, qui habet jus pascendi ex uno ovili 35
Ovium æstimatio in Usufructu constituto quid operetur II. 14. 48
periculum Conductoris 47
locatio quæ licita 50
Grege legato quid præstandum 12
mors quomodo ab Opilione probanda II. 8. 29
damnum quando opilio præstet 27

P.

PAbulatio in via quandoque concessa II. 12. 7
Pabuli varia genera II. 9. 24
Pacta familiæ licita I. 29. 1. integro.
de conservanda Successione I. 39. 20
varia circa prædia I. 40. 50. seqq.
Pactum Constituti possessorii quid I. 40. 54
transfert civilem & naturalem possessionem ibid.
operatur paratam executionem 55
simile Legi commissoriæ non toleratur I. 40. 52
Pagani damnum æstimare debent II. 10. 22
Paganica judicia cur constituta, & quomodo III. 5. 17. & 19
Bona a Nobilibus comparata oneribus subjecta manent I. 11. 14
Paganicæ Ordinationes a quo præscribantur III. 5. 42
quæ capita præcipua habeant 43
si transgrediantur, quæ pœna locum habeat 44
Pagis regulariter jus braxandi prohibitum III. 5. 53
Commercia 55. opificia 57
Pagorum bona communia quæ III. 5. 45
cujus dispositioni sint subjecta 47
jura quæ sint 48
Pagus quotupliciter sumatur III. 5. 2. seqq.
quid apud veteres Germanos 4
quomodo differat a Civitate 6
- - Vico 7
- - Mercatu 8
antiquior urbibus in Germania 9
quid sit 12
quomodo dividatur 13. seqq.
qualem Statum habeat hodie 20
qualem Jurisdictionem exerceat 21. seqq.
constituitur per certas Personas 23
regitur salutaribus Ordinationibus 41
Palatini prædia fiscalia conducere non possunt I. 3. 34
Palus quid III. 14. 15
Palus molinaris, *der Mahl- oder Sicher-Pfahl*, quid, & quomodo ponatur III. 15. 62. seqq.
difficultates, quæ circa ejus positionem oriuntur 65. seqq.
non mutandus 70
ne quidem cum consensu Principis 71
Panarii Episcopi qui III. 16. 63
Panes coquere cuivis licet III. 16. 64
Paragium I. 31. 57. seqq.
Parangariæ III. 27. 42
Paraphernalia prædia unde dicantur & quid I. 34. 1. 3
administrantur a marito, cui cedit Ususfructus 5. seqq.
non opus habent mandato 7
si vendita, quid obtineat circa pretium 9
si non administrantur a marito, nihil lucratur 10
tribuunt uxori jus tacitæ hypothecæ 13
quæ pro bonis ejusmodi habeantur 15
præsumuntur in dubio 16
repeti non possunt, nisi marito concessa administratio 17. hanc an Pater uxoris probet 18
quando assumant tacitam hypothecam 19. seqq.
in dubio

in dubio æquiparantur quoad jus, dotalibus 21
quomodo custodienda 22
possunt constante matrimonio repeti 23
si vendantur quid juris 24
adulteræ cedunt marito 26
Paraphernalia onera si a marito non soluta, an a vidua solvenda I. 34. 25
Paraveredi Equi qui II. 12. 31
Partiaria pecora I. 23. 22
Partiarii illata domino non obligantur 12
Partiarium Prædium quid I. 23. 1. seqq.
regulandum secundum naturam societatis 10
quomodo tale esse desinat 19. seqq.
Partiarius quis I. 33. 2
non potest præscribere 13
habet actionem pro socio 14
num teneatur fructus portare ad domum Domini 15
tenetur admittere famulum Domini 16. seqq.
propter sterilitatem non petere potest remissionem 18
non solvit collectas 21
Partiarius contractus ibid. 3. seqq.
apud Romanos frequens 23
Pascere in alieno haud licet III. 10. 61
quando concessum 63. seqq.
an quis separatim possit 27
Pascua (*Trifft*) quid III. 10. 2
circa illa quæ proportio observanda 5
an concedenda secundum jugerum numerum 6
requirunt domicilium in loco 7
quomodo Domino loci competant 8
publica ad universitatem spectant 11
- - possunt oppignorari 12
- - quousque se extendant 13
si controversi, num admittatur testimonium membrorum universitatis 14
promiscue non concessa 15. seqq.
a quo statuta recipiant 19. seqq.
incolis interdicta 21
Privata quæ 28
- - communia sunt 30
- - præscribens quando cedere teneatur domino 31
an in agrum possint converti 33. seqq.
usurpanda secundum conventionem 38
non concessa pecoribus morbosis 42
inter plures quomodo dividenda 43
possidens quomodo se tueatur 45
quomodo præscribantur 47. seqq.
ad pascua aqua ducenda 69
nociva locans quando ad interesse teneatur 70
agrorum finibus inclusa III. 6. 34
Pascuis moderate utendum II. 14. 37
Pascuorum custodes a quo constituendi III. 10. 67
corruptio quomodo fiat II. 8. 25
quomodo puniatur III. 10. 72
Pastores laudantur II. 8. 3
quotuplices 6
publici a quibus constituantur 8
privati 9
constituuntur per contractum innominatum 14
juramento adigendi 16
a prioribus dominis antea expetendi 18
quomodo conveniantur 19. 26
debent custodire pecora 27
probare tenentur se non causam dedisse morti 28. seqq.
solvunt dimidium si pecus amissum 32
de Pastu actio an detur adversus Pastorem II. 8. 19.
quid sit II. 10. 16. III. 10. 54.
quæ requisita habeat II. 10. 17
subsidiaria datur adversus dominum 18. seqq.
quomodo formetur 20
quodnam tempus respiciat in damno æstimando 21
non competit adversus iter facientem 25
Paterfamilias quis II. 1. 1. seqq.
habet jus gladii apud Japonenses 2
quale imperium exerceat 6
præscribit familiæ suæ Leges 7. 11
habet analogum Jurisdictionis 8
quomodo moderari potestatem debeat 25
potest sacra privata celebrare 29
Patrimonialia prædia quæ I. 3. 27
Patronatus Jus privatis competit I. 12. 44. III. 4. 2. 3.
quotuplex sit 4
quomodo differat a Jure Episcopali 5
quomodo acquiratur 6. seqq.
quid circa illius exercitium observandum 11. sqq.
extenditur ad Scholas 33
si controversum sit 35
quomodo ad alios transferatur 46. seqq.
an transeat ad Conductorem 52
an competat bonis cedenti, an debitoribus 54
quomodo amittatur 55
quomodo probetur 68
differt a jure Protectionis 69
Patronus quæ jura exerceat in constituendo Ecclesiæ Ministro III. 4. 12. 25. seqq. 32. 33
debet vocare Pastorem, qui cum Ecclesia eandem profitetur Religionem 22
vocare non potest ad certum tempus 43. nec removere 44
si negligens, prospicit Episcopus 45
commoda quæ habeat 59. seqq.
non debet jura Episcopalia usurpare 63
ad quid Ecclesiæ obligatus 64. seqq.
Pavimenta Punica I. 7. 14
de Pauperie actio quid II. 10. 10
ejus requisita 11. seqq.
quando cesset 12
Paupertas num præstet vacationem ab Operis III. 27. 72
Pausilyppum I. 6. 23
Pecora quotuplicia II. 9. 11
referuntur inter mobilia pretiosiora 22
diligenter alenda 23
quot gregem constituant 25
quomodo conservanda 26
Pecoribus legatis quid veniat II. 9. 8. II. 14. 9
Pecorum fœtus sequitur ventrem II. 9. 29
pretium quomodo æstimandum 21
Castratio utilis 19
Pecuaria num utilior agricultura II. 9. 1
quot partes habeat 17
Inscriptione illustrata 30
Pecudes quæ dicantur II. 10. 17
Pecunia reposita semper manet in potestate reponentis III. 25. 43
quibus in locis olim reposita 44
pede altius defossa num ad Regalia spectet 45

Pecuniaria

Pecuniaria præstatio III. 27. 77
in qua pecunia fieri debeat 78
an operetur præscriptionem contra operas 79
Pedagium quid III. 26. 10. seqq.
num juste exigatur 28. III. 32. 39
Pensio quid I. 15. 31
Peregrini collectis non onerandi III. 19. 75
Permutatio obtinet in fodinis metallicis III. 24. 97
Pertinentiæ unde dicantur III. 1. 3
quid sint 4
quotuplices 5
cohærent prædio vendito 6
- - num fundo particulari 7
acquiruntur si quis de castro cum pertinentiis omnibus investitus 8. seqq.
comprehendunt instrumenta avthentica 17
- - Inventarium 18
- - Servitutes 22
Prædii feudalis indicandæ 26
an præsumantur 30
comprehendunt dotes prædiorum 34
specifice in Venditione exprimendæ 36
- - quomodo id fiat 37. seqq.
Philosophi ad Oeconomiam non apti II. 1. 22
Picariæ *Pech-Hütten* quo pertineant III. 25. 22
Pietatis studium non negligendum II. 1. 29
Pignora judici offerenda II. 11. 9
Pignoratio animalium licita tantum moribus Germaniæ II. 11. 2. seqq. III. 10. 54
extensa ad personas & res debitoris II. 11. 16
justa est 8
a quibus fieri possit 10
quorum fieri possit 13. quorum non 17. seqq.
cur fiat 19. seqq.
suscipi debet in ipso facto 21
quem finem habeat 24
tractatur in foro summarie 34
si injuste facta 35
locum habet post factam renunciationem compascui III. 10. 57
Pignoratitia prædia quæ I. 40. 1. seqq.
feuda quæ 15
retineri possunt pro alio debito 57. seq.
an præscribantur 65
Pignoratitii contractus notæ I. 41. 31
Pignoratum animal includendum & conservandum II. 11. 22
intra 24. horas judici offerendum 23
si pereat, quid juris 33
quanto pretio reluendum III. 10. 53
Pignoratus ad emendam tenetur II. 11. 30
habet varia remedia 36
satisdans pecus inclusum recuperat 37
Pignoris constitutio in quibus prædiis fiat I. 40. 3. sqq.
requirit consensum Domini & agnatorum in feudo 7
ubi confirmanda 11
etiam non feudalis fieri debet judicialiter 17. sqq.
in annuis reditibus consensum judicialem requirit 20
extrajudicialis hæredes debitoris obligat 21
num a debitore impetranda 24
- - quotupliciter fiat 28
an valeat in prædio alieno 56
nexus quomodo solvatur 62. seqq.
æstimatio si a pœna absorbeatur, quid juris II. 11. 31
obligatio in feudo allodialis I. 9. 22
Pignus Prætorium quid I. 40. 29. tacitum quibus competat I. 40. 38
voluntarium quomodo constituatur 40
quomodo solvatur 62
ratihabens dominus feudi num ad solutionem teneatur 63
Pili Felum noxii II. 17. 33
Pinguedo animalium quomodo procuretur II. 9. 28
ex vivis ovibus extrahitur ab Opilionibus II. 8. 25
Piscarium quid III. 14. 20
Piscatio species Venationis est III. 14. 2
a Principibus vindicata 4
- - ubi exercenda 8
quid pro ea solvendum 20
- - quomodo acquiratur præscriptione 21
Nautis quatenus permissa 22
a Principe præscribitur 23
promiscua prohibita 24
quatenus in aquis communibus licita 25
quomodo fiat 26. seqq.
escis illicitis non fiat 35
in turbido interdicta 36
ad certum tempus restricta 40
nocturna prohibita 43
non impedienda per cataractas 46. & alia seqq.
num competat molitoribus 50
socialis an prohibita 51
an in feudum concessa simul credatur 54
an sub Venatione comprehendatur 57
augetur aucta aqua 58
fit avibus 70
quomodo vendi possit 72
nocet Studiosis 78
Piscatores possunt certas Ordinationes condere III. 14. 52
Pisces male nutriunt III. 13. 58
cujus mensuræ capiendi, delineati III. 14. 27
non vastandi per instrumenta prohibita 31. seqq.
an sub feudo vendito contineantur 56
ad quem defuncto Vasallo pertineant 59
ad quos hæredes spectent 60
furto auferentes quomodo puniantur 65
Piscibus Servi projecti III. 14. 80
loco panis qui utantur 75
Piscium captus an possit vendi III. 14. 72
quanti fiat 73
abundantia ubi 76
Piscina feudo vendito continetur 56
Piscina quomodo Usufructuarius uti debeat III 14. 62. Fideicommissarius 63. Locator 64
egressos pisces licet persequi 18
Piscinæ apud Romanos III. 14. 79
non sunt replendæ materia piscibus noxia 37. sqq.
Piscinam num liceat facere in prædio proprio III. 14. 17
circa eam anates alere haud licet III. 14. 39
Pisonis Villa I. 6. 14
Pistores habent jus coquendi panes III. 16. 14
cur recepti fuerint 21
an post pactum initum aucta familia plus exigere possint 42
Pistorii collegii receptio num libertatem naturalem restringat III. 16. 22
Pistrina quid III. 15. 8. III. 16. 2
Platanus Democriti I. 1. 24

Platonis

Platonis villa I. 6. 36
Pœnis affectæ res inanimatæ II. 10. 30
subjacent Bruta II. 10. 31
Polentam præparare non licet ubi cerevisia coqui prohibita III. 21. 15
Pontenagium solvere quis non tenetur, quando flumen transiri potest III. 26. 77
Pontivegium nemo recusare potest III. 26. 60
Porci cui sacri II. 16. 1. 2
inter signa militaria 3
cæsi fœderum tempore 4
num pecudum numero comprehendantur 8
nocent admodum pratis 10
in Civitatibus noxii 11
occidunt homines 12
Antoniani cur ita dicti 13
Verres non possunt pignorari 15
laniis laborantes si venditi, quid obtineat 21
saginati pertinent ad comestibilia 22. II. 9. 18
Porcinarii qui II. 16. 23
Porticus describitur I. 7. 22
Portitoris officium III. 26. 82
- - nequitia 83
quæ actio contra eum competat 84
Possessio est species prædii I. 2. 27
& ager differunt 28
Possessiones a Numa distinctæ I. 3. 7
Postæ uti possunt via commodiori II. 12. 54
Imperiales a quo ordinentur 41
sunt inviolabiles 59
Postarum inventum cui adscribendum II. 12. 28
ubi num equi primum inservierint ibid.
ratio moderna 38
genera 39
jus competit Statibus 40
constitutio fit pro lubitu in territorio 42
usus certum equorum numerum desiderat 45
Conductores qui præferendi 47
Pott-Asche quid III. 25. 10
Præbendarii qui I. 18. 29
Præbendas nonnulli ad Vitam emunt ibid.
Prædia quid I. 2. 1. & unde dicantur 2
generale nomen I. 42. 4
quomodo different a fundo I. 2. 6.
num possint dividi I. 39. 26. seqq.
aliena num possint oppignorari I. 40. 56
ab initio fuerunt libera I. 3. 5
cum efficiuntur, quid solvendum I. 6. 47
cuivis ædificare licet I. 7. 1
ædificanda pro meritis agrorum I. 7. 4
locis commodis ædificanda I. 7. 46. 59. seqq.
fœcunda esse debent 53
longinqua servis cesserunt 57
communia æquale tribuunt lucrum & damnum I. 39. 21. seqq.
deserentes quomodo reducendi I. 46. 35
divinæ Domus quæ I. 3. 28
Italica quæ I. 3 22
imbecilliora debent esse Domino I. 3. 43
possidens non tenetur Fidejussores dare I. 2. 3
nomina unde acceperint & nanciscantur hodie I. 6. 39
Suburbana quæ I. 4. 12
servitiis obnoxia non sunt dividenda III. 27. 26
vendita comprehendunt fructus III. 1. 13. seqq.
unita majoris pretii quam divisa I. 39. 2
Prædii Dominus quale imperium exerceat II. 1. 5
potest leges ferre 7. 9
est etiam Dominus partium cohærentium 16
privilegia sua toti communicat familiæ 18
in quantum sei vi factum præstet 19
qualem disciplinam exercere debeant 25. seqq.
Præfectus Prædii *ein Verwalter* quis II. 2. 1
constituitur per Contractum 3
præstare tenetur cautionem 4. seq.
debet facere Inventarium 7. seq.
non omittat Studium Pietatis 9
qualis esse debeat 11. seq.
autoritate polleat 18
habet præsumtionem bonæ administrationis 21
negligens si electus Dominus tenetur 22. seqq.
debet reddere rationes 24
conficiat solenne Inventarium 26. seqq.
hoc omittens contra se habet præsumtionem 27
quo tempore rationes reddere debeat 37
pecuniam in suos usus convertens quomodo puniatur 41
debet habere salarium honestum 42
per qualem contractum constituendus 44
Jurisdictionis, *Gerichts-Verwalter*, quis 43
jus dicit subditis in præfecturis III. 3. 24
Prælatus ad alienationem tenetur adhibere consensum Capituli III. 23. 44
quem habuerit olim & nunc successorem I. 17. 8
Præscribens quas actiones habeat III. 10. 53
Præscriptio quæ requisita habeat II. 10. 47. seqq.
quando currere incipiat III. 17. 13
Præsentatio Ministri Ecclesiæ quomodo fieri debeat III. 4. 36
Præstaria quid I. 12. 13
Prætoria I. 4. 10
Prætorium quid I. 5. 13
partes quas habeat I. 7. 8
Pratarii qui III. 9. 38
Prata unde dicta III. 9. 2
differunt a pascuis 4
fructus quales ferant 5
quæ habeant jus horti, *das Garten-Recht* 8
num sepimento cingi possint 12
detonsa a Domino solo in pasculatione non occupanda 14
in agrum quando possint mutari 15. seqq.
irriganda 18. seqq.
quomodo irriganda 20. seqq.
muniri possunt fossa 25. seqq.
damna quæ recipiant 29
vehentibus quando inserviant 31. seqq.
furtis quomodo pateant 35. seqq.
tributis onerantur 41
num per culturam immutentur quoad decimas 42
quomodo fiant apud Belgas 44
Pratis talpæ damna inferunt III. 9. 34
Pratorum aggeres a quo reficiantur 28
furtum quomodo puniatur 36
dividendorum apud Francofurtenses ratio 45
Precaria quid I. 12. 5
ejus formula ibid.
quomodo differat a precario 18
Precariæ Venationes quæ III. 12. 57.
Pretia rerum cur adeo creverint II. 9. 21

Primo-

Primogenituræ jus in Electoratibus introductum I. 29. 20
an extendendum ad reliquos Principatus ibid.
quomodo inducatur 21
- - vid. Majoratus.
utile in republica I. 31. 3
per Testamentum num possit adimi 21
hoc quomodo limitandum in Electoratibus 22
vendi potest 23
Primogenitus quando consequatur Apanagium I. 31. 20. 23
solus petit investituram 46
tantum habet votum & sessionem in comitiis 47
Principatus ut fiat quanti constet I. 11. 16
Principes egregia possident Regalia III. 2. 8
inviolabiles III. 32. 29
omnem Jurisdictionem habent III. 3. 2
sibi piscationes vindicant III. 14. 4
Jus Metallorum habent III. 24. 8
vectigal imponunt III. 26. 13
in Imperio venatione investiuntur III. 12. 4. 6
aucupia exercent III. 13. 53. seqq.
Privilegia quomodo intelligantur concessa III. 16. 37
non explicanda in tertii præjudicium III. 20. 11
num impediantur per juramentum Civitati præstitum III. 20. 13
contra Fiscum non concedenda III. 16. 43
Professio mercium necessaria III. 26. 80
quando omitti possit 89
si non fiat, quæ pœna locum habeat 86
Prohibitio jus operatur III. 15. 99
Proprii homines quando cœperint III. 27. 1
concessi monasteriis I. 12. 3. I. 27. 4
novam speciem constituunt II. 7. 9
modo durioris, modo melioris conditionis 10
quomodo constituantur 11. seqq.
sunt pars fundi 13
ut fiant, adigi possunt mendicantes 20
repeti possunt Rei vindicatione 21
fugientes num propria autoritate capi possint 23
ad quid obligati 24. seqq.
non intentare possunt actiones famosas 28
- - aut criminales 29
castigari possunt a Domino 30
quibus pœnis afficiantur 31
quos successores habeant 33
quomodo sui juris fiant 35
a quibus manumittantur ibid.
Protectionis jus ob sævitiam potest adimi I. 27. 30
Protimiseos jus competit in bonis Emphyteutæ I. 15. 18
num competat domino census I. 18. 67
competit Principi in metallis III. 24. 27
Protocynegi officium III. 12. 21
Proxenetæ metallici qui III. 24. 98. 112
Proximitas an instituentis, an ultimi possessoris respicienda I. 29. 31
Psittacus cur balneatorum insigne III. 18. 42
Publica opera absolvenda I. 4. 24
prædia quid I. 37. 7
- - num communia 8
- - administrantur per certas personas 9
- - quomodo colantur 10
- - qui emit demto Canone, nihilominus eum solvere tenetur 11
- - ex iis proventus quibus rebus impendendi 12. seqq.
Pulli quomodo in Ægypto animentur I. 19. 20
Purgatorium causa bonorum Ecclesiæ I. 12. 17
Purus ager qui dicatur III. 6. 7
Puteolanum I. 6. 25

Q.

Quadragesimali tempore venatio prohibita III. 12. 44
Quadrupedariæ actiones II. 10. 9
Quæstores qui III. 3. 24. vid. Præfectus.
non tenentur sistere subditos 25
Quaternionum distinctio dubia I. 27. 14
Quercus sevit Hercules I. 1. 5

R.

Radices arborum quando incidere liceat III. 11. 28
Rapina Herbarum & Plantarum quomodo puniatur III. 7. 61
Rates *Holtz-Flössen* quæ damna inferant III. 35. 20
- - resarcienda 23
- - v. Grutiæ jus.
Rationum Libri quid contineant II. 2. 28
requirunt Appositionem Temporis 29
probantur per Apochas vel Testes 31
expensas continere debent rationabiles 33
secundum Ordinem scribendi 34
si perversi num rationes vitient 35
reddendarum Necessitas potest Præfecto remitti II. 2. 36
reddendarum tempus 37. & ubi 38. II. 2. 28
justificatio quomodo fiat 40
Magistri qui in metallifodinis III. 24. 21. 85. 106
redditio quomodo in metallifodinis fiat III. 24. 106
Ratium Jus an ad Privatos pertineat III. 35. 7
Raub-Bienen II. 21. 26. vid. Apes
Raub-Schützen prohibiti III. 12. 87. seqq.
quomodo puniantur 89. seqq.
Reconductio tacita quando præsumatur I. 20. 29
Reditus annui quomodo constituantur I. 18. 49
eorum Pretium 50
non possunt valide oppignorari sine consensu Magistratus I. 40. 20
num feudales præsumantur I. 9. 25
Redituum Emtio I. 18. 25
in perpetuum fieri non potest 26
ad vitam licita 27
Johanni Pico perniciosa 28
Refectio quis ad eam teneatur III. 16. 49
Ædificiorum publicorum inconsulto Principe fieri non debet I. 37. 15
Regimen domesticum quale II. 1. 5
Regalia unde eorum Natura hodie dignoscenda III. 16. 7
competunt in Germania etiam Nobilibus III. 2. 1
privatis quando concessa primum 4. seqq.
quomodo acquirantur 6. seqq.
quotupliciter considerentur 8. sq.
an sint in Commercio Inferiorum 10
an comprehendantur Castro concesso 12. seqq.
an sub Concessione facta cum omni Imperio & Jure 15
minora quæ 16
nova quomodo formanda 17
Regalium nomine subditorum Emolumenta non auferenda III. 2. 18. sq.
separatio a Majestate eorum Naturam tollit III. 25. 19
Emolumenta possunt separari ab ipsis 21

Reges

Reges Agriculturæ studiosi I. 1. 6. seqq.
aucupio qui valde delectati fuerint III. 13. 54
Reiger-Paitze ad Principes spectat III. 13. 27
Reise-Geld a Vasallo solvitur I. 11. 14
Requisitoriales literæ contra fugitivos decernuntur I. 27. 17
Resinæ Collectio an promiscue licita III. 11. 62
Retardat halten in metallicis quid III. 24. 93. 109
Retia venatoria qualia esse debeant III. 14. 31
piscatoria a Principe definiuntur III. 14. 26
Retorsionis Jus obtinet in denegatis a Pontifice decimis III. 23. 55
Retrovenditio quid sit I. 41. 3
justa est 4
quomodo ineatur 5
Terminus ejus duplex ibid.
est Pars accessoria 7
tribuit Jus personale 8
quam producat Actionem 9
num ea transferatur ad hæredes 10
cedendo transferri potest ad extraneum ibid.
Actio ejus ubi instituenda 11
requirit Oblationem Pretii 12
intra quod Tempus fieri debeat 14
Ejus Pretium an majus esse debeat, quam Venditionis 15
quando id solvendum 17. 18
num transferat ipso Jure, an Facto, iterum ad Venditorem Dominium 19
quomodo cesset 20
facit ut Impensæ restituantur 21
omne Emolumentum transfert ad primum Emtorem 23. seqq.
quando exspiret & quomodo 28. seqq.
cui Fructus post Venditionem deferat III. 1. 15
Retrovenditi Prædii damnum quomodo præstetur I. 41. 20. 25
Meliorationes quæ compensentur 12
Fructus ad quem spectent 26
sub Pacto de Retrovendendo emta Feuda sunt allodialia I. 9. 24
Reversales propter Jus Grutiæ concessum quomodo concipiendæ III. 35. 14
Revertendi Animus quamdiu præsumatur II. 20. 3
Reunio bonorum domanialium quomodo fiat I. 44. 32
Rinder II. 13. 25
Ripa Fluminum quomodo munienda III. 11. 16
Ritterschafft, Reichs-Ritter, I. 24. 9. v. Nobilitas.
Ritter-Pferd, I. 11. 14. v. Equus militaris.
Rivus quid III. 14. 11
Robaria num de ea teneatur Mercatori Princeps III. 32. 25
Romæ vita inquietissima I. 1. 52
splendidissima prædia I. 6. integro.
Romani agricolis privilegia concedunt I. 1. 47
secessus amant 49
Imperatores agros colunt 28
Romanus Senatus in agris morabatur I. 1. 29
Rubra Cera uti, num promiscue liceat II. 21. 40
Ruri degebant plurimi Romani I. 1. 28. seqq.
Ruricolæ laudati I. 1. 61. seqq.
cur nobiles 67. II. 1. 13. v. Nobiles.
Rusticani, qui dicti II. 6. 5
Rusticatio Romanorum quid, & quando concessa I. 8. 10. 17
quando prohibita 13. & cur 14
- - permissa, & quibus 16. 17. 20
- - & quando 19
Ejus Utilitas, Jucunditas &c. 21. seqq.
Rustica Prædia quæ I. 5. 2
differunt ab urbanis 4. seqq.
quas partes habeant 11
quæ complectantur 21. seqq.
Variæ Conditionis I. 27. 7
immediata, *Freye Reichs-Dörffer*, quæ I. 27. 11
libera sub Principibus 15
in variis Provinciis usitata 20. seqq.
præstant quandoque *ein Lehn-Pferd* ibid.
non per Partes distrahenda 23
a quibus emi prohibeantur 25
Non vendenda absque consensu Magistratus 27
diligenter colenda 32
in Sax. Sculteторum plerumque feudalia 20
si a Nobilibus & rusticis coëmantur, quid juris III. 27. 23
Rustici quotuplices I. 27. 10
Liberi in Imperio 11
Comitiorum participes 13
Quidam non præstant Operas, sed Canonem 16
Personaliter obstricti 17
Quando expelli possint 28
Causas tractant summariter 31
testantur de Rebus ad Agriculturam pertinentibus I. 42. 34
- - num injurati ibid.
obstricti ad bellica Munera III. 27. 29. seqq.
quando excusentur ab Operis 65
ægroti præstant operas per substitutos 67
exhibent operas propriis instrumentis 74
quæ habeant Remedia adversus Dominos III. 27. 86
quas operas præstent III. 27. integro. v. Operæ.
Rudelstadt Allodium fuit I. 9. 14
Rutscher - Zinsen I. 15. 70

S.

SAcerdotes negligentes non accipiunt Decimas III. 23. 51
Sævitia Dominorum improbanda III. 27. 54
quando privet Jurisdictione II. 7. 38
Saginationis pecorum tempus definitur III. 11. 64
Salarium Præfecto Prædii constituendum II. 2. 42
Salgamum quid II. 12. 16
Salinæ annumerantur Regalibus III. 25. 25
Hallenses quomodo Juris Episcopalis factæ 24
acquiruntur a Civibus 25
filiabus elocandis inserviunt 27
Salinarum fructus ad quem post mortem Vasalli spectent 28
pro fundo subditis pretium est restituendum 26
Saltuariorum domos exstruere ad Jus Foresti num pertineat II. 4. 21. III. 11. 68
Saltuarius *Wald- und Flur-Schütze* II. 4. 3
quomodo officium suum exercere debeat 6
ut fidem mereatur quæ requirantur 7. seqq.
gratiæ nihil tribuere debet 12
largitiones non debet admittere 14
si officium neglexerit, domino ad id, quod interest, tenetur 15
quomodo puniatur ulterius 16. seqq.
constitutus num sit indicium Jurisdictionis forestalis 19

Salubritas prædii quomodo cognoscatur I. 7. 48
- - Germaniæ commendatur 50
Salvus Conductus quid III. 32. 11
non semper recipit pretium 23
quando cesset 26
Sanitas quomodo conservanda I. 8. 30
Santomirianum Budæi I. 6. 32
Satisdatio pro Reconventione & expensis non præstatur a Schrifftsassiis, sed Amtsassiis I. 26. 9
Satyri cur numina habiti II. 15. 4
Scabinorum in Pagis officium III. 5. 32
Scansor in fodinis quis III. 24. 22
Schicht in laboribus metallicis quid, & quomodo dividatur III. 24. 84
Schicht-Meister ad quid obligatus III. 24. 21. 85. 106
Schürffen cuilibet est permissum III. 24. 70
Schleg-Schatz quid III. 24. 26
Schmier-Schaafe, scabiosæ oves, non simul cum aliis pascendæ II. 14. 20
redhiberi possunt 21
num redhibeantur, si vitium ante contractum non obtinuit 22. seqq.
si venditæ, quando Venditor non teneatur ad interesse 24
Schour quid III. 24. 107
Schrifftsassii ubi habeant primam Instantiam I. 26. 6
insignem prærogativam habent præ Amtsassiis 9
quomodo Amtsassii facti 14
unde se tales probent 15
habent pro se præsumtionem 17
Schrifftsassica prædia quæ I. 26. 3. unde orta 4. seqq.
tribuunt simultaneæ investitis fori privilegium 10
Schupf-Lehn, ubi obtineat & quid sit I. 27. 22
cum Selopeto venatio prohibita III. 12. 28
quando concessa 34
Scoriæ, *Schlacken und Sunder-Hauffen*, num sine speciali concessione occupari possint III. 25. 1
Scriptura non est de essentia contractus I. 15. 12
Scrophipasti qui II. 9. 24
Sculteti (*Schultzen*) qui III. 5. 23
a quo constituantur 24
quomodo 26
hæreditarii qui 28
quomodo officium suum observare debeant 29
instruendi bene 30
juramento obstringendi 31
num Jurisdictionem habeant 36. 39
quomodo mulctare possint 38
Testamentum coram iis conditum num valeat 40
Scultetorum prædia in Saxonia plerumque feudalia I. 27. 20. p. 116
quomodo concedantur ibid. p. 116
iis tamen jurisdictio raro conceditur ibid. p. 118.
Secessus Romæ frequentes virisque gravibus concessi I. 8. 7. 29
Nobilium in Italia ad certum tempus restricti I. 8. 15
scripta ibi composita 24
Securitas in Germania quando valde perturbata III. 32. 27
Viarum Principi incumbit 8
quando non præstari debeat 26
Seiffen-Gold ad quem spectet III. 24. 11
Sella III. 29. 4
Senatores Romani quando in senatum venerint I. 8. 18
Seneca agriculturæ amans I. 6. 37
Senii Jus obtinet in metallifodinis III. 24. 88. seqq.
quomodo computetur ibid.
Senioratus I. 29. 2. vid. Majoratus.
Senioratus metallici casus quidam controversi III. 24. 89. seqq.
Separatio feudi ab allodio locum non habet, si filius Patri obærato succedat I. 40. 9
Sepimentum quando intercidere liceat III. 7. 28
commune quomodo reficiendum 30
Sertum num virgini defloratæ portare liceat III. 7. 67
Servi agris colendis olim destinati I. 3. 9
quando constituti I. 27. 1
Ecclesiastici qui 5
varia habent nomina atque officia II. 5. 11. seq.
plures apud veteres 27
hodierni quam obligationem debeant 28
non nimis rigide tractandi 29
quomodo coercendi 30
aufugientes ad interesse conveniri possunt 40
non obnoxii ultra tempus locationis 42
contra vim injustam defendendi 43
quousque castigandi 44
detineri possunt 47. III. 27. 82
quomodo puniendi II. 5. 48
testimonium exhibere tenentur 56
Serviana actio quando competat I. 40. 60
Servis (Famulis) debentur cibaria II. 5. 32
num medicamenta 33
merces certa solvenda 35
competit jus retentionis ratione mercedis 38
debetur merces integra 39
ad impensas curationis num dominus teneatur 41
vulneratis competit actio adversus Dominum 46
Servum receptans quomodo conveniatur II. 5. 31
Servitia I. 7. 32. vid. Operæ.
venatoria ad quam Jurisdictionem spectent III. 11. 69
Servitiis subditi non sunt nimium onerandi I. 7. 37
Servitiorum augmentum quot modis fiat III. 27. 51
Servitus hodie sublata II. 5. 1
quo tempore mitigata III. 27. 3
ubi adhuc obtineat II. 5. 3
imaginem ejus repræsentant homines proprii 4. & III. 27. integro.
Servitutes quotuplices III. 28. 1. seqq.
sequuntur prædium venditum III. 1. 22
non possunt imponi prædio individuo 39. 40
Sicher-Pfahl in exstructione molendini ubi collocetur III. 15. 66
mutari prohibetur 70
Socidæ contractus quid II. 13. 27
Societas non admittit inæqualitatem absolutam I. 39. 24
Societas metallica quid requirat III. 24. 60. 73. seqq.
Sol ab omnibus fere gentibus cultus I. 10. 2
Solare feudum quid I. 10. 4. seqq.
an sit quod in Ecclesiam confertur 7
habet Jus Superioritatis 10
Regnum Hungariæ 11
Prædium Werberg 14
quibus solennitatibus constituatur 15
Principum Anhaltinorum 18
in Solaribus feudis quis plenissimum habeat dominium I. 10. 19
quomodo succedatur 20
Solidus quid II. 9. 21
Solidi Jure Sax. quomodo æstimentur II. 9. 21
Speculatores circa vectigal constituendi III. 26. 73

Stagnum quid III. 14. 14
Stallung bauen potest is, quius venandi habet III. 12. 81
Stabula num ad rustica, an ad urbana prædia referantur I. 4. 13.
ubi ædificanda I. 7. 27
Statuta loci sequi tenetur advena III. 19. 68
Statuum Imperii Potentiæ quinam Imperatores infensi I. 44. 34
Steck Briefe contra Rusticos fugitivos decernuntur I. 27. 17
ex Stellionatu agi potest contra oppignorantem rem alienam I. 40. 56
Sterculinium debetur prædio vendito III. 1. 21.
Sterile prædium I. 46. 7
fertile reddens illud consequitur possidendum 24
Steriles agros tenetur recipere, qui fertiles emit I. 46. 16
Sterilis fundus si fertili jungatur, quid observandum 20
Sterilitas quot modis inducatur I. 46. 26
quando non excuset a Tributis 27
Stollen-Recht quid III. 24. 34
Suarii qui II. 16. 23
fori cura Romæ 24. seqq.
Subditus potest mutare pro lubitu domicilium I 25. 31
ad quæ Domino obligatus v. Operas III. 27. integro.
eorum delectus *der Ausschuss* quando possit ad militiam evocari III. 27. 29. seq.
Subfeudum constitui potest pignoris nomine I. 40. 16
quo sit eo validius, requiritur Consensus Domini & Agnatorum ibid.
Substituti in Ecclesia præsentatio ad Patronum spectat III. 4. 32
Successoria pacta obtinent in allodiis I. 9. 27
Sulphur an vino addi debeat III. 20. 20
Sumtuariæ Ordinationes rusticorum III. 5. 61
Superficies quid Mathematicis & Jureconsultis I. 19. 1
quomodo distinguatur 16
Superficiei jus quid I. 19. 2
quomodo constituatur 3. seqq.
dominium quando transeat ad Legatarium 11
possessori quæ remedia tribuat 14. seqq.
quomodo finiatur II. 22
in quibus ab Emphyteusi differat 23
Superficiarius potest nunciare novum opus I. 19. 17
utiliter stipulatur damni infecti 18
potest aliis Usumfructum constituere 19
quando pensionis remissionem impetret 21
Superior quæ observare teneatur I. 25. 16. seq.
si injustum quid præcipiat num obediendum 23. seqq.
Superioris consensus ad domicilii mutationem non necessarius I. 25. 31
Superioritas territorialis quomodo intelligenda I. 25. 15
quando a Statibus acquisita III. 13. 57
Sylvæ quid sub se comprehendant III. 11. 1
quomodo olim æstimatæ 7
cæduæ si venditæ num glandes veniant 22
venatoriæ cædi non possunt a Domino 35
quomodo plantentur 37
quotuplices 38
eradicari possunt 45
Dominus quomodo ligna debeat cædere 46
non patere debent capris 59
an sepimento cingi possint a Domino Foresti 65
communes tribuunt jus cædendi secundum capita 74
in Sylvas delinquentes quomodo puniantur 78
Sylvestres Leges a quo condi possint III. 11. 42
præscribunt modum Usufructuariis circa lignationem 48
Symbola indicta statim in metallifodinis solvenda III. 93. 109
Symphoniaci qui in veterum Conviviis II. 5. 19

T.

Tabernæ variæ III. 20. 1
quid sint 2
de iis solvenda Gabella 34
Taberna cerevisiaria quæ III. 21. vid. Cerevisia.
casearia I. 5. 29
Taberna vinaria non a quovis potest exerceri III. 20. 3
cur non a Clerico possit exerceri 8
ejus Privilegium num quis consequi possit præstito Civitati Juramento de ejus utilitate promovenda 13
an erigi possit in ædibus Jurisdictione Magistratus exemtis 14. seqq.
Tabernæ vini adusti III. 22. v. Vinum adustum.
an pertineant ad Dominum Jurisdictionis III. 22. 8
non continentur sub prohibitione tabernæ Cerevisiariæ 10
in iis erigendis quid observandum ibid.
Francofurti ad Mœnum extra urbem constitutæ 11
Tamiaca prædia quæ I. 3. 29
Taurorum furor II. 13. 15
Taxa frumenti III. 6. 68
si ex prædio Baronia fiat I. 6. 47
se nobilem scribendi de prædio 48
Taxatio prædiorum quomodo fiat III. 6. 58
Telonium novum quando constitui possit III. 26. 75
Tempus longissimum operatur jus I. 21. 4
breve solutioni impensarum metallicarum destinatum III. 24. 93
Tenella animalia haud capienda III. 12. 47
Terminos moventis pœna olim capitalis I. 3. 8
Terra quando veniat nomine prædii I. 2. 26
Territorialis Superioritas quid, & quousque se extendat I. 25. 15
Territoria conclusa, quæ I. 25. 2. seqq.
Territorium: in Territorio & de Territorio esse, quomodo differant I. 24. 6
Testimonium servus exhibere debet II. 6. 56
Textrina quot partibus constet II. 14. 71
Thermæ num Regal. annumerandæ III. 25. 29
pensionibus non onerandæ ibid.
quomodo exaruerint ibid.
Thesaurus inventus cui cedat III. 25. 30
adjudicatur secundum locorum Consuetudines 31. seqq.
in loco religioso pro dimidia parte spectat ad Ecclesiam 34
acquiritur Vasallo soli 35
an tertio ibid.
an acquiratur Usufructuario 36
cui cedat in prædio retrovenditioni obnoxio 37
cui cedat in prædio dotali ibid. I. 3. 12
a B. F. Possessore num acquiratur III. 25. 38
num a Creditore in fundo Oppignorato acquiratur 39

in fundo feudali ad quem pertineat III. 1. 25
in prædio emphyteutico I. 15. 75
magicis artibus effossus cedit Fisco II. 25. 47
Thesauri Vindicatio quomodo fiat III. 25. 46
Θηρομανία a Principe vitanda III. 13. 56
Tignum junctum num liceat eximere I. 4. 33
furtivum vineæ junctum num liceat vindicare III. 8. 11
Tilia haud vulgaris magnitudinis III. 11. 17
Timariotarum Prædia quæ I. 11. 14
Tituli Regii prædiis non imponendi I. 6. 43
Titulorum ambitio I. 6. 46
Tonsores servis annumerati II. 5. 22
Tonsura ovium quomodo instituenda II. 14. 64
Torculares Viri qui instituantur III. 17. 31
Torcularis census in quo consistat III. 17. 25
a quo mutari possit 26
Torculum quid III. 17. 3
cujus formæ sit 4
quotuplex sit 5
privatum quilibet exstruere potest 7. seqq.
- - cur Principes nonnullibi sibi vindicent 10
- - prohibendi jus quomodo acquiratur 11. seq.
- - bannarium num exstrui possit 16
bannarium exstruendum num singulorum consensum requirat 17
an bonis immobilibus annumeretur 18
portatile non venit legatis immobilibus omnibus 20
venditum an Torcularem Districtum post se trahat 22. seqq.
visitandi jus pertinet ad Principem 28
quæ statuta recipiat 29. seqq.
Tranck-Steuer cui cedat III. 21. 26
in Transactione circa rem Ecclesiasticam cujus consensus requiratur III. 23. 44
Transductio Principum quomodo fiat. III. 32. 28. seq.
Transitoria Prædia quæ I. 14. 31
Transitum Captivorum num teneatur quis concedere III. 32. 38
Tremissis quid II. 9. 21
Tributa an juste exigantur III. 27. 31
Tributarii qui I. 18. 19
Triclinarii qui II. 5. 19
Trusatilis mola quid III. 15. 8
Tugurium quid I. 5. 28
Tulipomania describitur III. 7. 49
Tusculanum describitur I. 6. 27

U.

VAcca optima ubi præstanda I. 17. 12
Vaccæ ferreæ II. 13. 28
Vafrities cauponum III. 20. 17
Vasa vinaria quæ III. 8. 58
num contineantur sub vinea vendita 24
Vasallus ad Servitia obstrictus, licet ea in literis investituræ omissa I. 11. 14
an in propria persona præstet ibid.
servitia propriis impensis præstat ibid. p. 50
Equis amissis alios substituit ibid. p. 50
Vectigal quid involvat III. 26. 4
habet varias species apud antiquos 5. seqq.
- - recentiores 23
quid sit 12
refertur inter Regalia 13. III. 32. 39
exigendi Jus quomodo acquiratur III. 26. 15
a quo in nostro Imperio acquiratur 16
quibus argumentis possit impetrari ibid. seq.
novum constitutum alterius jura non violare debet 17
quanto tempore præscribatur 18. seq.
maritimum juste exigitur 25
potest constitui in fluminibus 26
terrestre cur possit exigi 27
a quibus, & pro quibus rebus solvendum 31
excludit Clericos 32
- - Electores 41
- - Principes ibid. Præfectos 42
- - Palatinos & milites 43. Nobiles Imperii immediatos 44. alios 45. Consiliarios & ministros Principum 47. Studiosos 49. Navicularios 51
Vinarium solvendum III. 20. 16. 35. Ejus exactio ad quem spectet 36
an pro defunctis solvendum III. 26. 69
solvendum in pecunia 70. & quantum 72
ubi solvendum 73
mutari haud potest 74
remitti potest a publicanis 56
Viarum solvendum III. 32. 39
Vectigalium Domini num a Gabella immunes 52
ab iis exemtiones difficiles 55
Vectigale Prædium idem, quod Emphyteuticum I. 15. 3. v. Emphyteusis.
Venandi jus generaliter concessum quid contineat III. 12. 17
in fundo alieno non competit 63
ab Usufructuario concedi non potest per modum servitutis 61
tribuit etiam jus cingendi sylvam 79
immobilibus accensetur 84
tanquam territorio cohærens præscribitur 86
Venatio ad Jus Foresti spectat III. 12. 1
ultra sylvas se extendit 2
a Principibus vindicata 4
in feudum conceditur, spectatque ad Regalia 6. seqq.
quotuplex 8. seqq.
secundum præscriptos terminos instituenda 15. seqq.
contra leges venatorias non suscipienda 25
quæ prohibita 32. & 38. seqq.
cum sclopetis num concessa 28. 33
quo tempore fieri debeat secundum consuetudines variorum locorum 42. seqq. 56
quibus interdicta 49. seqq.
spectat ad Usufructuarium 60
hominibus otiosis non concessa 87
- - vid. *Raubschützen.*
quomodo turbetur 91
Venationes precariæ in alterum transferri num possint III. 12. 58
sociales quomodo constituendæ 64
- - vid. *Koppel-Jagden.*
an aucupium sub se comprehendant III. 13. 1
complectuntur Piscationem III. 14. 1
Venatores varii sunt III. 12. 19
allegantur in jure 20
- - Regii 22
qui hodie 23
quibus formulis utantur 93

Venatoria

Venatoria Instrumenta quæ III. 12. 24
Venatoria Pœna quibus imponatur III. 12. 92
Venatoriæ Artis Ministri hodierni III. 12. 23
Operæ num a subditis præstandæ 71
Ordinationes variæ 88
Venatorii Canes commodati sunt prohibiti III. 12. 35
qui non adhibendi 39
Venatorium præmium, *das Jäger-Recht*, quomodo solvatur III. 12. 90
Veredi qui II. 12. 30
Versus agrorum III. 6. 15
Vestimenta varia apud Romanos I. 8. 37
Via quid III. 31. 1
Privata quotupliciter accipiatur 4
quam lata esse debeat 9
impetu fluminis amissa restituenda 12
concedenda a vicino 13
si insolita ad effugiendum vectigal eligatur pœna 14
Publica quæ III. 32. 1
quam lata esse debeat 3
pertinet ad Regalia 7. seqq.
ejus securitas sancta quibus præstanda 12. seqq. & 16
reparanda Principis cura 31
quoad Jurisdictionem est Principis 33
inter duo territoria num communis 34
delictorum in ea commissorum cognitio ad quem spectet 35
quomodo desinat esse 40
si extinguatur num alia præstanda ibid.
Viarum securitas a Principe præstanda III. 26. 100
causa vectigal constituitur III. 26. 27
Viatores indemnes sunt præstandi III. 26. 101. seqq.
in quantum illud procedat 104
Vicinus bonus pretium addit prædio I. 7. 71
Vicus quid sit I. 2. 25
Vieh-Trifft, quid sit III. 30. 1. vid. Actus.
Villæ unde dictæ & quid sint I. 2. 18
variæ apud Romanos recensitæ I. 6. 10. seq.
urbanæ quæ I. 4. 8
publicæ I. 6. 10. I. 37. 5
Deorum cultui dicatæ I. 7. 18
Sepulturæ destinatæ I. 7. 20
quomodo & ubi exstruendæ I. 7. integro.
ad Villam ædificandam num materiam convehere teneantur Subditi I. 7. 33. seqq.
Villicæ officium in quibus consistat II. 3. 19
Villicus quid II. 3. 1
vocatur major villæ 3
quomodo constituatur 7
juramentum præstare debet 8
sæpe non est mutandus 11
debet curare negotia domestica 13
quando ex suo Contractu Dominum obliget 15. seqq.
an contineatur etiam prædii instrumento legato 17
ubi habitare debeat I. 7. 26
quæ observare debeat II. 3. 18
immunis est a Collectis 20
diligenter visitandus a Domino 21
per qualem Contractum constituatur 23
Vinariæ cellæ apud veteres III. 8. 25
Tabernæ III. 20. integro.
Vindemiæ venditio quid III. 8. 36
Vindemiandi tempus a Principe determinatur III. 17. 33
Vineæ quid sint III. 8. 2
an ad prædia rustica referantur 3
an fieri possint ex quolibet agro 9
insignem favorem habent 10
si sublatæ an servitus duret 15
si in dotem datæ quæ fructuum ratio habenda 20
sumtus quomodo restituendi 21
si venditæ num Vasa vinaria vendita censeantur 24
fructus quales ferant 27
- - cui cedant 30
si communes, quomodo fructuum divisio fiat 31
quomodo a conductore colendæ 47
Vini sumtus, *Wein-Kauff*, quis præstet III. 8. 69
Mensura constituenda III. 20. 26
Officiales qui III. 20. 28
Judicium in Tractu Rheni 29
Gabella unde orta 34. seqq.
Mensores, *Wein-Visirer*, si falsum modum dixerint quomodo puniantur 43
Vinicultura num præstet agricultura III. 8. 6
requirit præsentiam Domini 48
Vinitor ob malam culturam, finito nondum Anno expelli potest III. 8. 43
quid exigere possit, si tantum ipsi promissum, quantum alii solvunt 50
in qua classe Creditorum ratione mercedis collocetur 53
an teneatur præcise operas susceptas præstare 54
præstat factum famulorum 55
quam culpam 56
Vinum quotuplex III. 8. 59
varia nomina unde sortiatur 60. seqq.
ad Barbaros transferre prohibitum 62
si acetosum num subsistat venditio 63
venditum num vasa complectatur 64
si venditum quis de periculo teneatur 65. seqq.
quando mutuum datum quod tempus in restitutione respiciatur 70
in proprio fundo natum a Nobilibus vendi potest III. 20. 6
an intra milliare non possit vendi ab aliis 7
vendi potest certo saltem anni tempore in nonnullis locis 9. v. Oenopolium.
quomodo corrumpatur 17
non miscendum 22. seqq.
justo pretio vendendum 25
- - it. justa mensura 26
ex debito pro eo usuræ possunt exigi 38
an ante degustationem credatur emtum 31
Vinum adustum num vino annumerandum III. 22. 1
medicamenti loco sumtum 2
quoad abusum taxatur 4. seqq.
pro eo Canon præstandus 6. seqq.
ab omnibus potest confici 9
ejus venditio non potest prohiberi intra milliare 10

Virginitas tributo quando redemta III. 27. 11
a Domino Jurisdictionis delibata ibid.
Virgula Mercurialis quid III. 25. 48
quam virtutem habeat ibid.
Magister ejus est Diabolus 49
rejicienda ibid.
Viridaria debentur ædibus legatis III. 7. 45
Vitalitium quid I. 35. 1
Vites an arborum nomine veniant III. 8. 4
lædens quomodo teneatur 13
insignem favorem habent apud Censitores 14
si effœtæ factæ, num locator possit petere remissionem mercedis 19
Vitia Equorum quotuplicia II. 12. 66. seqq.
Vitis in confinio posita num communis III. 8. 32
Vitii scientia liberat a præstatione damni Venditorem II. 14. 24
Vivaria quis primus instituerit III. 12. 83
differunt a sylvis circumseptis 82
Vivarium (piscinæ) quid III. 14. 12. v. Piscina.
Ungelds Exactio an illi competat, qui Regalia habet III. 20. 36
Vocatio Ministri Ecclesiæ non potest ad certum tempus restringi III. 4. 43. vid. Minister Ecclesiæ.
Verrecessen quid III. 24. 86
Vorrichten quid in Venatione III. 12. 37
Urbarium quid I. 27. 20. p. 119
Urbes a quo conditæ primum in Germania III. 21. 9
Usuales res immunes sunt a vectigalibus III. 26. 64
Usufructuarii Jus in quibus consistat I. 32. 14
quos fructus tribuat 16. seqq.
an iterum vendi aut locari possit 21
Ususfructus prædialis quid I. 32. 4
quomodo deferatur 6. seqq.
quomodo constituatur 13
qua actione petatur 35
num fructus maturos transferat ad hæredes 23
quid præstet ulterius 32. seqq.
Uvas decerpere haud licet III. 8. 40
Vulneratio feræ num jus aliquod tribuat III. 12. 51

W.

mit *Wasser-Flüssen* in Investituræ literis quid involvat III. 35. 9
Wehr III. 14. 46
Wehr-Baum III. 11. 15
Wehr-Röhren III. 14. 46
Wehrgelda animalium num obtineat II. 11. 40
Weichbildum quid III. 6. 18
Wein-Visirer III. 20. 43
Wein-Schule ubi III. 20. 29
Wiederkaufflich quid involvat I. 41. 30
Wiler idem quod Villa in Germania I. 2. 22

Z.

Zaun-Recht quid III. 7. 23
Zech quid in metallifodinis III. 24. 37. seqq.
an integras liceat possidere 61
Zech-Hüten non pervenit ad Ministros Ecclesiæ II. 8. 13
Zehr-Zoll quid III. 15. 69
Zingari non sunt tolerandi III. 32. 18
Zonas pandendi Jus quid involvat in Jure venatorio III. 12. 27. & 34
Zug quid III. 24. 39
Zweig-Recht competit illi, qui Jus venandi habet III. 12. 81
Zythopepta quam culpam præstet III. 21. 27

S. D. G.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Leiser, Christian Gottfried,

Godofredi Christiani Leiseri Consil. Stolberg. Et Haereditar. In Rothermarck. &c. Jus Georgicum Sive Tractatus De Praediis In Quo Universum Jus Praediorum Et Pertinentiarum Ex Jure Gentium, Publico, Feudali, Romano-Germanico, Nec Non E Scriptoribus Historicis, Politicis Et Oeconomicis

Lipsiae 1741

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/4Jur.1404
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11068546-2